Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
F
29
NAPOLI

XXI.
F.
29.

DISPVTATIONVM IVRIS SELECTARVM

Cum Deciſionibus ſuper eis prolatis.

AVTHORE

HIERONYMO ROCCA CATHANZARIENSI,

EPISCOPO ISCLANO.

Olim Neapoli, deindè in Vrbe Aduocato.

VOLVMEN SECVNDVM.

Per Materias ordine inſequenti diſtinctum,

NEMPÈ

De Cambijs. Aſſecuratione. Societate. Fideiuſſione. Donatione.

Dote. Locatione, & Conductione. Cenſu. Emptione, & Venditione. Pignoribus, & Hypothecis.

Credito, & Debito. Præſcriptionibus. Retractu. Seruitutibus. Miſcellanea.

Adiecto triplici Indice, Argumentorum, ſcilicet, Rerum notabilium, necnon legum explicatarum, Doctorumque auctoritatum, quæ, vel declarantur, vel reprobantur.



NEAPOLI.

Ex Officina Typographica Ioannis-Franciſci Paci M.DC.LXXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

EMINENTISS.MO ET REVERENDISS.MO PRINCIPI

PALVTIO DE ALTERIIS

S. R. E. Cardinali Camerario.

HIERONYMVS ROCCA
Epiſcopus Iſclanus.

ET ſi nefas eſt vereri, Eminentiſſime Princeps, vt hoc munuſculum excipias vultu ſereno, atque hilari; hoc eſt Tuo; Tamen, vt huic humanitati; quam ſine controuerſia ſummam ſummo faſtigio addis, aliquid cumuli accedat, accipe officij rationem. *Mitto* (ſcitè inquit Politianus) *lilia, non vt gratum faciam Tibi, ſed lilijs, hoc eſt, ne marceſcant.* Lib. 7. Epiſt. 31. Aſt ego è contentioſæ eloquentiæ officina haſce meas lucubrationes mitto, ne márceſcat lucubrationum gratia, quam ijs beneuolè affudiſti. Si quid enim hac in re mihi ſuprà ſpem, ſi quid etiam ſuprà vota ſucceſſit, id Tibi officioſò neceſſitatis obſequio potiſſimùm debeo, ijſque, ſeù laudibus, quas in me nimis homo humanus contuliſti, cum primùm cauſas Romæ agere cæpi, ſeù ſtimulis, quibus hæc mea ſtudia id temporis incendiſti; magis profectò conſulens, quo demum pacto indulgeres amori Tuo, quàm quomodò pudori meo parceres. Quid enim? Non ne maximum amoris in me Tui monumentum fuit, quòd in Vrbe florentiſſima, vbi plures quouis in foro extabant Athenæ, me præ alijs elegiſti, qui pro Tuis cauſis patronam mitterem vocem? fortaſsè, vt veritatis patrocinio magis,

quàm patroni virtute victoriam aſſequereris; ea namque ſemper integritas Tua verſanda in forum proferebat, quæ aduerſariorum quidem acuerent cupiditatem, non aduerſarium ius haberent. Illud verò præterire nequeo beneuolentiæ in me tuæ argumentum non vulgare, cum ab aſſiduis exercitationibus in aduerſam valetudinem incidiſſem; ità vt, vel à foro, vel à vita abeundum omninò eſſet; vt malo meo ſimul conſultum ires, & dignitati, Inarimen cum Præſulis Infulis mittendum curaſti, vbi facilis, benignique aeris beneficio priſtinæ reſtituerer valetudini: quàmuis hic amor amori obſtitit, & ne præclariora in me beneuolentiæ ſigna ederes, impedimento Tibi vnicè fuit. Atque hæc eò magis beneficia excreſcunt, quòd ab eo viro proficiſcuntur, cuius nomini deprædicando impar eſt Orbis vniuerſus. Parum ſanè eſt, Eminentiſſime Princeps, ab egregia progenie in Te commendationes deriuare, qui amplitudinem Generis, virtute, ac præclarè geſtis longè ſuperaſti. Stemmata porrò, vt clariſſima fortunæ debes, vni Tibi facinora; quæ quidem benè expertus CLEMENS X. Pontifex Optimus Maximus, non ſine conſilio, imò non ſine numine, Alteriorum Familiæ Te inſertum voluit, quò ſibi Nepotem aſciſceret, hoc eſt Atlanti Herculem, qui Vicarium dorſum Chriſti Vicario ſufficeret. Probè norat Supremus ille Sacrorum Hierarcha, mentem homini ineſſe, quæ par eſſet torquendo Cœlo, Stellis ardentibus, apto. Dum verò Te in Adminiſtratione Orbis vniuerſi propiùs agnouit, ſenſit, minora de Te ſenſiſſe, quàm merebaris. Quanta enim in aduerſis conſtantia, in proſperis moderatio, in vtraque, ſeù præmiorum, ſeù ſuppliciorum lance æquitas, inuidia etiam admirante, in Te enituit? Admouebantur arma, ſicubi graſſabatur impietas; aderant præmia, ſicubi pietas efflorebat, vt nil demum non ſibi ſperaret virtus, nihil non vitia deſperarent. Huic itaque Viro ab omni virtutum conſenſione præclariſſimo, ac tàm benè de me merito, vt aliqua ex parte gratum faciam, meos hoſce labores exhibeo, maiora deindè obſeruantiæ argumenta daturus, ſi ætas, ſi benignitas Tua annuat, vt ad fontem refluant, vnde omnis in eos ingenij vena defluxit. Atque hìc demum calamum ſiſto, Tuæque modeſtiæ parco, in illud vnum votis omnibus imminens, vt diù valeas, diùque viuas, non tàm Tibi, quàm Orbi.

IVſſu Reuerendiſſimi Domini mei D. Franciſci Verde Vicarij Generalis perуidi Volumen ſecundum *Diſputationum Selectarum* legalium Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Iſclani D. Hieronymi Rocca. Et certè ſtudioſi in hoc Libro, tanquàm in arce erunt immunes ab omni errore tàm contra Fidem, quàm contra bonos mores; imò conſpexi acumen ingenij, elaborationem in congerendis doctrinis peregrinis, non euitando difficultates. Idcircò quàm primùm prælo dandum autumo ad communem, imò vniuerſalem vtilitatem, & profectum die 8. Februarij 1687.

Petrus de Felice.

Stante ſupraſcripta relatione imprimatur.

Franciſcus Verde Vic. Gen.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIo: Franceſco Paci ſupplicando eſpone à V. E. come hà da ſtampare due Volumi di Legge intitolati: *Diſputationum Selectarum*, compoſti da Monſignor Girolamo Rocca Veſcouo d'Iſchia, che perciò ſupplica V.E. reſti ſeruita dar licenza, che ſi poſſano imprimere, e l'hauerà gratia vt Deus.

Mag. Doctor Blaſius Altimare videat, & in ſcriptis referat.

CARRILLO Reg. MIROBALLVS Reg. IACCA Reg. PROVENZALIS Reg.

Prouiſum per S.E. Neap. die 12. Nouembris 1685.

Comus.

Ill. Marchio Criſpani non interfuit.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

LEgi attentiſſimè duo Volumina Legalia *Diſputationum Selectarum*, compoſita per D. Hieronymum Rocca Epiſcopum Iſclanum, & in illis nihil reperij contrarium, & diſſonum Iuriſdictioni Regali, imò illa plena ſelectis doctrinis, & peregrinis ponderationibus, & rationibus, & proindè multùm adiutura dubijs cauſarum deciſionibus. Vndè imprimi poſſe cenſeo, ſi Excellentiæ Tuæ videbitur, cui ſummum deprecor fęlicitatis. 4. Nonas Decembris M. DC. LXXXV.

Excellentiæ Tuæ.

Humillimus Seruus
Blaſius Altimarus.

Viſa

Viſa retroſcripta relatione, imprimatur; Verùm in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica,

CARRILLO Regens. SORIA Regens. MIROBALLVS Regens. IACCA Regens. PROVENZALIS Regens.

Prouiſum per S. E. Neap. die 5. Decembris 1685.

Comus.

AR-

ARGVMENTA
DISPVTATIONVM.

CAPVT XCII.

Acceptans literas cambij non eſt fideiuſſor, neque obligationi ſcribentis accedit; ſed potiùs dicitur conſtitutor, actioneque conſtitutoria remanet obligatus ei, cuius fauore literæ fuerunt acceptatæ, ideòque exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non valet. Agitur de pluribus ad actionem pertinentibus conſtitutoriam.

Acceptans literas cambij ab adiecto exibitas, ſi illi ſoluere promiſit, non poteſt ampliùs ſcribenti ſoluere,& ex quibus aliquis dici debeat in rem propriam adiectus; itaut, nedum poſſit ſolutionem recipere, ſed etiam agere.

CAPVT XCIII.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an, & quando ſit admittenda in cambijs, & de diuerſis formulis, cum quibus cambii literæ ſolent conſcribi, & in quibus inter ſe differant quò ad actualem pecuniæ numerationem.

Scribens literas cambii non liberatur, niſi iiſdem acceptatis, completiſque per actualem ſolutionem; Quidue aſſerendum, ſi mora, ſiue culpoſa negligentia creditoris in non exigendo, ſiue non certiorando ſcribentem, interceſſerit, & interim debitoris literarum fuerit ſequuta decoctio.

Solutionis præſumptio à ſtatuto, vel ex temporis lapſu inducta, non vindicat ſibi locum, quoties cõtraria adducitur præſumptio præponderans, vel impugnatur debitum, vel cõtenditur, non deberi.

CAPVT XCIV.

Acceptans literas cambij ſuper proteſtu, illaſque ſoluens, actione negotiorum geſtorum retinet obligatos ſcribentes, quorum fidem eſt ſequutus,& ab altero ex eiſdem inſolidùm obligatis, tamquàm ſocijs, poteſt ſolutum repetere.

Literarum cambij acceptatio non nocet, ſi ſcribentis decoctio fuerit detecta, & an ſufficiat rumor, decoctioniſque imminentia.

Sententia nocet cohæredibus non citatis, præcipuè non ignorantibus, litem diù agitari cum alio cohærede, ſi eorum exiſtentia non fuit in iudicio oppoſita, multòque magis, ſi ab altero cohærede citato Iura fuerint acerrimè propugnata.

CAPVT XCV.

Cambia, vtpotè ſicca, & illicita, non debentur, niſi doceatur, pecunias fuiſſe ad Nundinas tranſmiſſas, ſaltem per literas reditus; cum cambiorum realitas potiſſimùm conſiſtat in periculo tranſmiſſionis pecuniæ de loco, ad locum, ſiue de vna ſpecie pecuniæ ad aliam.

Literarum tranſmiſſio, an poſſit iuſtificari per alias probationum ſpecies, &,an, & quando, literis non tranſmiſſis, cambia debeantur, ſaltem loco damnorum, & intereſſe.

Vſura à ſoluente, an poſſit repeti, ſi ſcienter, & ſponte fuerit ſoluta; &, an valeat debitor ſuo Iure vti, & ſciens, & prudens, obdormitando creditorem, ſortem cambij per diminutas ſolutiones extenuare.

CAPVT XCVI.

In cambiis, licèt ab initio lucrum certum conueniri non valeat, nihilòminus, ſi intereſſe fuerit à creditore exactum ad ſolam legitimam rationem currentem in Nundinis,cambium ſuſtineri oſtenditur, nullatenus reſiſtente *Bulla Piana*.

Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum; ſed potiùs exactio; ideòque, ſi creditor non exegerit intereſſe ad ſummam taxatam; ſed potiùs legitimam, taxatio habetur pro irrita, firmo remanente contractu.

Ad detegendum animum fœnerandi, non debet attendi taxatio certi lucri ab initio; ſed potiùs vniformis exactio ad rationem conuentam.

CAPVT XCVII.

Aſſecuratores mercium in Naui oneratarum, an, & quando teneantur, ſi depredatio eiuſdem Nauis contigerit ob nonnullas merces oneratas extrahi prohibitas, non ſoluto Vectigali, Et an in prædicto caſu dici debeat commiſſa Baratteria ſpecificè in aſſecuratione excepta. Et de pluribus caſibus, in quibus eadem Baratteria commiſſa dici debeat.

De culpa Gubernatoris Nauis, an, & quando Aſſecuratores teneantur, Plures adhibentur diſtinctiones.

Duplicem aſſecurationem eſſe prohibitam quomodò ſit intelligendum.

CAPVT XCVIII.

Periculum mercium aſſecuratarum non ſpectat ad Aſſecuratorem; ſed potiùs ad Dominum earundem mercium, quoties eiuſdem Domini, vel Miniſtri ab ipſo præpoſiti, culpa interceſſit.

Contractum cambii maritimi eſſe legitimum oſtenditur, nullatenus aduerſante diſpoſitione celebris *Conſtitutionis San. Mem. Gregorij IX. in cap. nauiganti de vſuris*, tàm vſurarijs in exercendo fœnore, quàm Interpretibus in exponendo moleſtæ, cuius varij referuntur intellectus.

CAPVT XCIX.

Pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in contractu ſocietatis, in quo vnus ex ſocijs poſuit operam, & induſtriam, alter verò capitale, quòdque idem capitale manute-

Digitized by Google

nutcncatur ſaluum, illudque integrum in fine ſocietatis eidem ſocio reſtituatur, cum conuentione certi lucri ipſimet ſocio præſtandi, non ſub nomine quotæ; ſed potiùs determinatæ quantitatis, eſt omninò vſurarium, mutuumque palliatum, adeòut ſolutũ imputari debeat in ſortem.

Nullo Iure ſubſtinetur forma trini contractus à *Nauarro*, aliiſque Moralibus ita nuncupati, in quo contemporaneè in eodem contractu ſocietatis tria omninò diſtincta conueniuntur; Cum huiuſmodi forma contrahendi reuera ſit mutuum palliatum, & ſi aliter diceretur, lex Canonica improbans Vſuras eſſet impoſita Verbis, & non rebus.

Aſſecuratio Capitalis, quo caſu inter ſocios poſſit validè conueniri; ità vt ſublata remaneat ſuſpicio vſurariæ prauitatis, mutuique palliati. Ad intellectum Bullæ *S.M.Sixti V* 45. in ordine in Bullario nouo.

Conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis, an, & quando poſſit intelligi iuxta ſenſum Iuris, quatenus, nempè, finita ſocietate, ex aliquo caſu fortuito non reperiatur diminutum, Et an in prædicto caſu reſtitutio capitalis fieri debeat in tot mercibus, vel potiùs in pecunia.

CAPVT C.

Socius in dubio præſumitur, contraxiſſe proprio nomine, & ſub obligatione ſui, ſuorumque hæredum; non autem nomine ſociali, niſi aliter ex coniecturis, præſumptionibuſque deprehendi valeat.

Socius ex contractu alterius ſocij, vt obligatus remaneat, inter cætera requiritur, vt, qui cum altero ex ſociis contraxit, perſonam ſociorum fuerit contemplatus, eorumque etiã intuitu fuerit ſtipulatus, vel quòd fuerit cõtractum ſuper rebus ad ſocietatem pertinentibus; non autem ſuper omninò extraneis, & nullateuus Mercimonio eiuſdem ſocietatis conuenientibus.

Actio de in rem verſo, an detur creditori contra ſocium non obligatum; quoties pecunia ſub cambio credita alteri ſocio in communẽ vtilitatem eſt verſa, vel potiùs eadem actio competat inter eoſdemmet ſocios. Declaratur *text.in l.Iure ſocietatis 83.ff.pro ſocio*:

Quatenus huiuſmodi actio Creditori competat, an verſio in vtilitatem ſocii, qui non contraxit, ſit probanda cum qualitate tituli lucratiui; non autem oneroſi.

Socius finita ſocietate, poteſt extrahere ſuum capitale; id enim conuenit naturæ ipſius ſocietatis; & pro eodem capitali præferendus cæteris creditoribus conſocii.

Potioritas competens Creditori mutuanti ad refectionem, an procedat in pecunia ſub vſuris tradita. Ad intellectum nobilis *Vlpiani* reſponſi *in l.interdum 5. ff. qui potior. in pignor. hab.*

CAPVT CI.

Facultas tributa ſocio ab altero ſocio accipiẽdi pecunias ad cambium pro indigentiis ſocialibus, an poſſit exerceri, ſocio non certiorato de eiſdem indigentiis. Et an eadem facultas ſuffragetur, ad hoc, vt ſocius valeat cum ſe ipſo cambiare.

Mandatum generale, ſi alicui detur ad contrahendum, an poſſit contrahere cum ſe ipſo, & de aliis ſimilibus ad huiuſmodi materiam.

Socius, tamquàm tertia perſona, an mutuare valeat ſocietati ſub vſuris; Ad intellectum, & ornatum nobilis *textus in l.ſi vnus 68. §.ſi quid vnus, ff pro ſocio*.

CAPVT CII.

Inſtitoria, ex quibus reſultet, & quænam requiratur, ut Inſtitor legitimo Iure ualeat Dominum obligare.

Subſtituens vigore ſpecialis facultatis ſibi à Domino tributæ, an, & quando teneatur de facto, ſiue culpa ſubſtituti.

Ex præterita fiduciaria negotiorum adminiſtratione, an rectè inferri valeat ad Inſtitoriam, & an ex eo, quòd quis fuerit conſtitutus generalis Procurator, dici valeat Inſtitor.

Soluens partem debiti, an, & quando ſibi præiudicet in alia parte non ſoluta.

CAPVT CIII.

Fideiuſsor de ſtando Iuri, & de repræſentando in carceribus principalem debitorem toties, quoties fuerit requiſitus, an dici debeat liberatus, ſi idem debitor à carceribus aufugerit, vel quouis modo fuerit dimiſſus ob culpam Iudicis, vel creditoris. Quidue aſſerendum, ſi in decreto Iudicis demandantis, quòd debitor à vinculis relaxetur, legatur appoſita clauſula præſeruatiua, *firma remanente fideiuſſione*; Et an, & quando fideiuſſor teneatur denunciare creditori, quòd principalis debitor reperiatur in vinculis conſtitutus.

Mandatum exceſſiuum vitiatur in totum, præcipuè, ſi fuerit exequutum, & an aliquid operetur ad hoc, vt mandatum pro ſumma debita ſubſtineatur, clauſula: *Saluo Iure melioris calculi*, in libello appoſita.

CAPVT CIV.

Fideiuſſor, qui diù ſtetit in obligatione, poteſt petere liberationem à fideiuſſione præſtita, præcipuè, quando debitoris conditio fuit effecta deterior, etiam abſque eius culpa; Et adhuc, ſi reperiatur obligatus in Inſtrumento clauſulas continente exequutiuas.

Fideiuſſor ſub obligatione conditionali, licet ante euentum conditionis non poſſit dici, diù ſteriſſe in obligatione efficaci, & iam commiſſa; ſed ſolùm in fideiuſſione; ideòq; à principali debitore liberationem petere non valeat. Id tamen non procedit, quando conditio, ſub qua eſt præſtita fideiuſſio, vel eſt infra breue tempus certò euentura, vel proxi-

proxima contra eumdem fideiuſſorem imminet exequutio.

Promiſſio de præſtando alium fideiuſſorem ad contentamentum creditoris, vt vulgò aſſerunt, quomodò intelligenda.

CAPVT CV.

Donatio contemplatione certi matrimonii habens adiuxtam Primogenituræ erectionem, an, & quando ob modos, vel pacta non ſeruata reſoluatur, vel potiùs competat actio donanti ad implementum.

In contractibus nominatis, vel potiùs in habéribus mixtam naturam cum innominatis, ex pacto aliquid dandi, vel faciendi, quando poſſit eſſe locus reſolutioni, implemento non ſequnto; Ad intellectum Iurium *in l. cum te fundum, C de pact. inter empt. & vendit. & in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.*

In Primogenituris, quamuis modi, vel pacta non ſeruentur, non tamen ipſum reſoluitur Primogenium.

Pactum ſucceſſionis, quoties non eſt de tota, vel quota hæreditatis; ſed reſpicit tantùm res particulares, an obligationem inducat irreuocabilem; Et quid, ſtantibus verbis, *relinquo, hæreditas*, & ſimilibus.

Correſpectiuitas in donatione ex quibus reſultet; Et, an educi ſolita ex actuum contextualitate, ceſſet, quoties actus contextuales diuerſam præſeferunt naturam, & vnus non venit ad determinationem alterius; Et, an ad inducendam correſpectiuitatem ſufficiat cauſa accidentalis, ſiue occaſionalis.

In generali obligatione, an comprehendantur bona alienari prohibita, ſignanter ſub pęna caducitatis; Quidue aſſerendum in mandato generali ad alienandum.

CAPVT CVI.

Donatio contemplatione certi Matrimonii facta à Patre filio præſenti, & acceptanti pro ſe, & filiis, an ſuffragetur filiis, vti filiis; vel potiùs vti hæredibus, latiſſimè ad examen reuocatur; Plures adhibentur diſtinctiones in huiuſmodi quæſtione apud Interpretes potiſſimum recentiores ſatis inuoluta:

Pluribus cumprobatur ſententia affirmans, in dubio ſtipulationem intelligi factam pro filiis, vti hæredibus; non autem vti filiis; niſi contrariæ concurrant coniecturæ, quæ debent eſſe præpotentes, ad effectum, vt à prædicta Iuris regula recedi valeat.

Sigillatim expenduntur ferè omnes Auctoritates allegari ſolitæ pro contraria ſententia, illæque, vel non adaptari, vel potiùs contrarium affirmare, latiſſimè oſtenditur, exceptis aliquibus nullatenus attendendis, vtpotè inferioribus, tàm numero, quàm rationum pondere.

CAPVT CVII.

De eadem materia Diſputationis præcedentis, vt, nempè, donatio contemplatione certi matrimonii facta à Patre filio acceptanti, & ſtipulanti *pro ſe, & filijs*, ſuffragetur filiis vti hæredibus; non autem vti filiis, nullatenus reluctantibus qualitatibus legitimatis, & naturalitatis, clauſuliſque in infinitum, vel conſimilibus perpetuitatem denotantibus, Reprobata contraria ſententia *Caſtill. dec. ſ. 106.*

Agitur de differentia inter vltimas voluntates, & contractus, vt, nempè, in actibus teſtamentariis ex prædictis clauſulis perpetuitatem præſeferentibus poſſit reſultare aliquod fideicommiſſum: Secus aſſerendum in contractibus, & de ratione diſcriminis inter vnum, alterumque caſum. Ad ornatum ſingularis theoricæ *Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellum, verſ. differt tamen, de alienat. feud. patern.*

In Iure non eſt inconueniens, quòd quis facultatem habeat alienandi, & nihilòminus, ſi non alienauerit, fideicommiſſum remaneat.

CAPVT CVIII.

Donatio contemplatione certi matrimonii eſt portio contractus dotalis, quinimò cum eo confunditur, tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum; ideòque ad obſeruantiam donationis, nedum competit actio viro donatario, ſed etiam ipſimet vxori, eiuſque liberis, non conſequutiuè, ſed principaliter, & primariò; Adeò ut, tàm vxor, quàm filii poſſint ſe opponere aduersùs Creditores Viri, Patriſque reſpectiuè contendentes, conſtante matrimonio, proprietatem rei donatę diſtrahere, vel exequutionem facere ſuper annua præſtatione promiſſà à Socero contéplatione matrimonii pro illius oneribus ſuſtinendis.

Nulla prorsùs adeſt in Iure repugnantia, quòd Vir tamquàm Dominus, poſſit hypothecare bona donata contemplatione certi matrimonii, & nihilòminus ſint ſalua Iuris Vxoris ſuper conſeruatione annuæ præſtationis conuentæ, potiſſimùm circa alimenta, conſtante matrimonio, quibus nullum inferri poſſit præiudicium per eius Virum.

Potioritatis priuilegium competens fiſco in bonis poſteà quæſitis extenſum ad dotem, procedit, etiam contra eumdem fiſcum.

CAPVT CIX.

Qualibet conuentio inita in contractu, tàm actiuè, quàm paſſiuè ad hæredes tranſit, adeò ut in dubio ſtipulator, cenſeatur in contractibus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus proſpicere voluiſſe, nulla prorſus ratione habita de dictionibus taxatiuis: Secus aſſerendum in legatis, cæteriſque diſpoſitionibus ab vltima prouenientibus voluntate, & de ratione diſcriminis inter vtrumque caſum.

Donatio inter viuos ſub mortis commæmoratione concepta, an dici debeat caducata, vel reſoluta, ita vt reuerti debeat ad donan-

Epiſc. Rocca Vol. II. b tem

Digitized by Google

tem ſupeſtitem ob prædeceſſum donatarii, abſque eo, quòd ad eius hæredes tranſmitti valeat.

CAPVT CX.

Matrimonium cum certa perſona contrahendũ dici debet cauſa finalis donationis factæ contemplatione eiuſdem matrimonij, etiam ſi aliæ cauſæ legantur expreſſæ, quæ præſumuntur impulſiuæ, cauſæque matrimonii ſubalternantur. Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando donatio eſt facta intuitu matrimonii in genere; ideòque vtpotè cauſatiua, non autem pura ſolemnitatibus ſtatutariis non eſt obnoxia. Reprobata diſtinctione, an ex neceſſitate; vel voluntate proceſſerit.

Statutum, an, & quando dici debeat ſublatum per non vſum habentem actum contrarium implicitum; quamuis alioquin fuerit obſeruatum.

CAPVT CXI

Dotis promiſſio facta à Patre Clerico filiæ ſpuriæ, tàm ex bonis patrimonialibus, quàm Eccleſiaſticis, & ſub reſeruatione Apoſtolici beneplaciti, eſt ab initio nulla ob reſiſtentiam *Bullæ Pianæ*; ideòut aſſenſus Apoſtolicus ſuperueniens eamdem dotis conſtitutionem, ſiue promiſſionem non reualidet; niſi ex nũc; non autem ex tunc, præcipuè, quoties agitur de tertii præiudicio.

Aſſenſus retrotrahitur, quoties actus, ſuper quo præſtatur, habuit ab initio implicitum ſtatum validitatis; ſecus aſſerendum, quoties eidem actui lex poſitiuè reſiſtit.

Aſſenſus Apoſtolicus ſuper derogatione *Conſtitutionis Sixtinæ* moderatoriæ dotium, ob quã cauſam retrotrahatur ad diem promiſſionis eiuſdem dotis.

Dos filiæ ſpuriæ, ad quam rationem conſtitui debeat.

Ceſſio ſuffragatur emptori, licèt ſoluenti de pretio rei emptæ, quoties in limine contractus fuit ſpecificè conuentum de ceſſione à creditoribus reportanda; Idque etiam ſi cum venditore non fuerit conuentum de ſubingrediendo in locum creditoris dimiſſi.

Tranſactio, an, & quando corruat ob falſitatem cauſæ.

CAPVT CXII.

Mulier maior, an inſimul cum Viro poſſit ſe obligare pro dote communis filiæ; Et an diſpoſitio *l.fin.Cod.ad Senatus Conſultum Velleian.* approbans obligationem mulieris fauore dotis, illamque limitans in eodem caſu, aduerſetur alteri diſpoſitioni *Auth. ſi qua mulier, Cod.eod.* irritanti obligationem mulieris factam, vnà cum Viro; Quidue aſſerendum, ſi mulier ex prædicta obligatione remaneat indotata, vel ſaltem in medietate dotis læſa.

Ad effectum inducendę indotationis, vel enormiſſimæ læſionis, an attendi debeat tempus obligationis inſimul cum Viro à muliere cõtractæ, vel potiùs reſtituendæ dotis, ſiue ſolutionis eiuſdem.

An pro irritanda obligatione mulieris probari oporteat, res obligatas fuiſſe dotales, & an in extradotalibus obligatio ſubſtineri valeat; Quidue pronunciandum, ſi tempore obligationis, Vxor non haberet alia bona, quàm extradotalia, quæ eidem, conſtante matrimonio, obuenerint.

Pactum de dote lucranda ſoluto matrimonio, non extenditur ad caſum, quò matrimonium diuortio, vel morte viri ſoluatur, ſed tantummodò, quando ſoluitur per mortem mulieris.

Mulier, an dotis conditionem deteriorem poſſit efficere poſt matrimonium ſolutum ob mortem eiuſdem mulieris, vel in ea decrepita ætate, in qua non adſit ſpes, quod iterum ſit nuptura.

CAPVT CXIII.

Minoris Iuriſperiti obligatio pro dote ſororis ſubſiſtit, etiam ſi non fuerint adhibitæ ſolemnitates Iuris, vel ſtatuti, neque allegando propriam turpitudinem poteſt contendere ſe læſum, niſi tamen erraret circa ea, quæ ad Iuriſperitiam non pertinerent.

Modus in dote decernenda eſt ſtatuendus, inſpectis facultatibus, & dignitatibus mulieris, & mariti.

Viri ignobiles, nedum poſſunt facere augmentum dotis; ſed etiam congruè dotare mulierem nobilem, etiam in præiudicium fideicommiſſi; ſatis enim congruum videtur, vt maritus luat in ære, quod non habet in corpore.

Mulieri maſculiatæ, eò quia non fuerit infra terminum à ſtatuto præfixum ſoluta dos, debetur integra portio, inſpecta Iuris communis diſpoſitione, competens, præcipuè, ſtante iudiciali interpellatione fratris ad dotandum; quinimò ſufficit etiam extraiudicialis, Et an, & quando dici debeat, fratrem habuiſſe ſe pro interpellato.

CAPVT CXIV.

Statutum Aeſinum de dotibus reſtituendis ſub *Rubrica* 114. *lib.*2. vtpotè loquens de dote data, excludere omninò dotem promiſſam, pluribus cõprobatur, Reprobato *Soccin.Iun. conſ.*35. *lib.*1. firmante contrarium in ſpecie eiuſdem ſtatuti.

Expenduntur ſingulæ authoritates contrariæ, illaſque non adaptari oſtenditur, vtpotè loquentes in ſpecie diuerſa, videlicet, in ſtatutis habentibus Rubricam generalem loquentem de dote, quamuis in Nigro loquantur de dote data, vel in ſtatutis deferentibus ſimpliciter lucrum, nulla habita diſtinctione dotis datæ, vel promiſſæ; Vel data mora in ſolutione dotis; Vel demùm exiſtente probatione, quòd communis vſus loquendi, tempore condi-

conditi ſtatuti, fuerit, vt dos promiſſa veniat ſub nomine dotis datæ.

CAPVT CXV.

Statutum Vrbis lib. 1, cap. 130. aliaque conſimilia Statuta demandantia, dotem à fratre conſtitui ſorori, qua ſine liberis decedente, ad ipſum fratrem dotantem, vel eius hæredes reuerti debeat, non procedunt, quoties ſoror dotata deceſſit cum teſtamento; Expenditur, & comprobatur ſingularis deciſio *Merlin.* 32.

In Inſtrumento receptionis dotis inito cum ſponſo; ſi legatur conuenta dotis reſtitutio facienda Vxori, vel eius fratribus dotantibus vel aliis, vel quibus de Iure veniat dos reſtituenda, non dicitur ſatisfactum Statutariæ diſpoſitioni expoſcenti expreſſam ſtipulationem ſuper dotis reſtitutione, quoties in Tabulis nuptialibus liberè fuit dos promiſſa ſorori, abſque vllo reuerſionis onere ad dotantem, & poſtmodùm ex interuallo in receptione dotis facta à Viro, inſcia, & non conſentiente eadem Vxore, conuenta eiuſdem dotis reſtitutio eidem fratri dotanti facienda, eueniente obitu ſororis dotatæ ſine liberis.

Dos ab initio recipit naturam immutabilem, etiam ſi promiſſio fuerit nuda, cum fauore dotis habeatur pro veſtita, & efficaci ad obligandum, neque ex poſt facto poteſt alterari in præiudicium mulieris dotatæ, ſuorumque hæredum; licèt promiſſio ſit facta à Patre; Et an, & quando pacta alterantia dici debeant appoſita ex interuallo, vel potiùs initio conſtitutionis dotis virtualiter dicantur ineſſe.

Stipulatio ſuper dote reſtituenda mulieri, vel quibus de Iure reſtitui debet, quomodò intelligenda; Quidque ad hunc effectum operetur, ſi in ſtipulatione nomen mulieris legatur præpoſitum cæteris aliis, ad quorum fauorè eſt conuenta dotis reſtitutio.

Reſtitutio in integrum, an, & quando per mulierem læſam ſit petenda intra quatriennium à die completæ præſcriptionis.

Solutio, licèt iuſſu Iudicis facta à debitore, an, & quando dicatur vtroſiea, itaut ſolluens nõ dicatur liberatus.

CAPVT CXVI.

Conſtitutio Siſtina dotium moderatoria non vindicat ſibi locum, quando Matrimonium fuit à Ciue Romano extra Vrbem cum muliere Forenſi contractum.

Statuta circa ſolemnia adhibenda in contractibus mulierum, vel Eccleſiæ non procedunt, quando acquirunt, & vtiliter contrahunt.

Mulier Forenſis, an, & quando acquirat incolatum, & domicilium in Viri Ciuitate.

Fructus ex pignore dotali percepti, an, & quando debeantur mulieri, etiam abſque interpellatione: Et ex quibus eadem interpellatio ſit præſumenda.

CAPVT CXVII.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro filiis, & nepotibus, an comprehendat fœminas, Quidue afferendum, ſi fœmina primordialiter emphyteuſim acquiſiuerit.

Dos, an, & quando ſubrogetur loco legitimæ; Ad ornatum celebris doctrinæ *Caſtrenſis in l. Titio centum §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr.* Et quid pronunciandum in terminis Statuti Ciuitatis *Caſtelli*.

Dos ſubrogata loco legitimę, an ſufficiat ad verificandam qualitatem hæreditariam à Iure communi, vel ſtatutario requiſitam.

Statutum, ſi mandat, fœminas eſſe dotandas *arbitrio boni Viri*, an in hoc caſu dos ſuccedat loco legitimæ.

Ad effectum faciendi partem pro augenda maſculorum legitima, dos ſuccedit, vel non ſuccedit loco legitimæ; prout magis expedit maſculis, & quomodo huiuſmodi propoſitio intelligenda.

CAPVT CXVIII.

Viduæ, ſoluto matrimonio, inſpecta diſpoſitione Iuris communis, interuſuria non debentur dotália ob non reſtitutam dotem in pecunia ſolutam, niſi copulatiuè concurrentibus, interpellatione Iudiciali hæredum Viri, cum poſſibilibus diligentiis, liquidaque probatione, quòd aliunde non habuerit, vndè ſe aleret; quod non eſt præſumendum, ſed ab eadem vidua legitimè probandum.

Vſuræ dotales, an peti poſſint à Vidua tamquā intereſſe ob moram in ſoluendo, & an ſaltem ſuccurratur Viduæ ex cauſa lucri ceſſantis, damnique emergentis.

Inter obligationem de faciendo, & obligationem de dando; quodnam ſit conſtituendum diſcrimen, quò ad intereſſe præſtandum.

Vſuræ dotales; vtpotè non iure actionis; ſed ſimplici Iudicis officio debitæ, cenſentur per Viduam remiſſæ, quoties ſortem dotis recepit eum ampliſſima liberatione.

Interpellatio hæredum Viri requiſita à Statuto *Bononienſi* eſt præſumenda ex diuturna ſolutione fructuum dotis eidem facta ab ipſis hæredibus Viri, huiuſmodi tamen præſumptio tantummodò eſt recipienda fauore Viduæ, non autem ipſius hæredum.

CAPVT CXIX.

Agitur incidenter de vſu niuis apud Romanos.

Conductori Vectigalis niuis, an per Principem locatorem ſit facienda penſionis remiſſio ob damnum paſſum, tempore belli Diuini, & quodnam damnum requiratur. Ad intellectũ Iuriũ in *l. licet 8. Cod. locat. & conduct. & in cap. propter ſterilitatem 3. eodem titulo*.

Vbertas ad effectum, vt cum ſterilitate compenſetur, quanta eſſe debeat.

Pro deneganda mercedis remiſſione, an cum ſteri-

ſterilitate ex aliquo caſu fortuito proueniente ſit compenſanda vbertas ſolius anni præcedentis: An verò ſit etiam habenda ratio omnium aliorum annorum; Exornatur; & declaratur *text. in d. cap. propter ſterilitatem de locato*.

Compenſatio vbertatis cum ſterilitate ex cauſa peſtis ortũ habente, quã locator obiicere valet ad excludendũ conductorem à remiſſione penſionis, an cõpetat pro omnibus annis eiuſdem locationis tantùm, vel etiam alterius diſtinctæ, & diuerſę inter eaſdẽ partes cõtractę.

Eueniente ſterilitate in vno anno locationis, an ſtatim conductori ſit facienda remiſſio, vel potiùs expectandus ſit finis locationis, ad effectum inſpiciendi, an ſequentium annorum vbertas ſterilitatem compenſare valeat.

Conductori, ſi iam fuerit facta remiſſio penſionis ob ſterilitatem, an, ſuperueniente demum vbertate aliorum annorum eiuſdem locationis, idem conductor, etiam pro anno ſterili, pro quo remiſſionem obtinuit, penſionem ſoluere teneatur.

CAPVT CXX.

Remiſſio mercedis eſt facienda ſub conductori ad menſuram remiſſionis proportionabiliter obtentæ per conductorem generalem Vectigalium à Principe locatore.

Remiſſio mercedis peti valet à Conductore impedito vti, frui re locata ob peſtem, vel Bellum; etiam ſi damnum dimidiam partem conuentæ penſionis non excedat, ſtante peremptione ſubſtantiæ rei locatæ, vel in totum, vel in Parte.

An, & quando ſubſtantia rei locatæ dici debeat perempta, vel potiùs damnum contingere dicatur in fructibus.

Vbertas annorum præcedentium non eſt compenſanda cum ſterilitate ſequentium, quoties damnum non contigit in fructibus; ſed potiùs in ſubſtantia ipſius rei locatæ; tunc enim quale, qualę ſit eſt reficiendum; de huiuſmodi compenſatione nulla prorſus ratione habita.

Fideiuſſor pro conductore Vectigalium remanet liberatus, quouis modo ex interuallo in ſubſtantialibus fuerit inter locatorem, conductoremque alteratus contractus, cui acceſſit, inſcio, & non conſentiente eodem fideiuſſore, non obſtante proteſtatione emiſſa, quę ſolùm poteſt operari, quò ad temporis anterioritatem; non autem in præiudicium fideiuſſoris non conſentientis.

CAPVT CXXI.

Remiſſio eſt facienda conductori ob impedimentum præſtitum in vſu rei locatæ, qualecumque ſit damnum, etiam non intolerabile; quoties adeſt pactum expreſſum ſuper remiſſione facienda in caſu impedimenti; ne aliòquin pactum remaneat eluſorium.

Impedimentum, quoties conductori non eſt præſtitum à tertio; ſed potiùs ab ipſomet locatore, non eſt eidem locatori denunciandũ, nullatenus aduerſante pacto ſuper denunciatione facienda, eueniente caſu impedimenti, præcipuè, quando impedimentum ab eodem locatore remoueri non poterat.

Conductor, qui in ſe ſuſcipit periculum, non intelligitur de eo, quod ex culpa prouenit locatoris.

CAPVT CXXII.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis poteſt peti à conductore impedito vti, frui re conducta, etiam ex facto Principis locatoris, quoties publica non verſatur vtilitas.

De intereſſe extrinſeco proximo tamen, & non remoto, an, & quando ſit habenda ratio ex adiectione certæ diei, vel loci ſuper traditione rei in contractu deductæ; Ad intellectum difficilium Iurium in *leg. ſi ſterilem, §. cum per venditorem, ff. de action. empt. & in l. vlt. ff. de eo, quod cert. loc.* quorum conciliatur Antinomia.

Declaratur intereſſe intrinſecum, & extrinſecũ, nec non euentuale, & in quibus ſpeciebus cõſtituatur.

CAPVT CXXIII.

Pactum addictionis in diem, an. & quando dicatur adeſſe in contractu venditionis, ſiue locationis, eiuſdemque pacti exercitio eueniente, an Emptor, ſiue conductor teneatur fructus, medio tempore, perceptos, venditori, ſiue locatori reſtituere; Ad intellectum Iurium in *l. 2 & l. item quod dictum eſt, & leg. Imperator, ff. de in diem addict.* Quorum antinomia conciliatur.

CAPVT CXXIV.

Penſiones prædiorum locatorum inexactę, quorum dies ſolutionis eſſerat poſt obitum Beneficiati, licèt fructus fuerint per conductores percepti, & à ſolo ſeparati, viuente eodẽ Beneficiato, an pertineant ad hæredes eiuſdem, vel potiùs ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam, ſiue ſpoliorum Subcollectorem.

De Motu proprio, ſeu Indulto S.M. Clementis IX. edito pro Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium; in quo Summus Pontifex facultates teſtãdi Cardinalibus impartitas extendit etiam ad fructus naturales Beneficij inconſumptos, & incommixtos, dummodò à ſolo, in quo ſunt producti, legitimè iuxtà rei naturam fuerint ſublati, & à manibus quorũcumque Colonorum, vel aliorum quorumcumque debitorum percepti, nec non etiam ad fructus ciuiles.

Reprobatur intellectus datus per Fiſcum Apoſtolicum eidem Indulto, quòd perceptio fructuum demandata in illis verbis *per illos erãt percepti* referri debeat ad Cardinales locatores; non autem ad conductores, & pluribus argumentis oſtenditur, perneceſsè referen-

Digitized by Google

ferenda eſſe etiam ad conductores.

CAPVT CXXV.

Conductori non competit prælatio pro eadem penſione ab alio oblata in locatione prædii ruſtici, ſiue vrbani Nullatenus aduerſantibus Iuribus in *l. congruit 4. & l. ſeq. Cod. de locat. prædior. ciuil. & fiſcal. &c. lib. 11.* quæ ſolùm limitando generalem regulam specialiter procedunt in locatione prediorum ad Fiſcum pertinentium.

Præcipuè, quoties agitur de rebus ab Eccleſia locatis, cuius libertati in locando res proprias, cui maluerit, ex diſpoſitione Iuris communis alioquin competenti; præiudicium inferri non valuit ex dictis Imperialibus ſanctionibus; Et in quo potiſſimùm eiuſdem Eccleſiæ præiudicium verſetur; huiuſmodi prælatione fauore primi conductoris admiſſa: Ad intellectum dictorum Iurium, *in l. ne cui 32. Cod. locat. & l. congruit 4. & leg. ſeq. Cod. de locat. prædior. ciuil. & fiſcal. lib. 11.*

Decretum Camerale Vrbis concedens prælationem Inquilinis non vindicat ſibi locum in Cella Vinaria, & horreis ad alium vſum, quàm habitationis, diùque, noctùque deſeruientibus.

CAPVT CXXVI.

Condictioni indebiti, ſeu, vt purioris Iuris prudentiæ Interpretes appellant, condictioni pro mutuo, locus eſſe non poteſt; niſi indebiti exactio perſpicuis, perneceſsèque concludentibus probationibus comprobetur; adeòut, neque etiam per poſſibile agentis intentio excludi valeat; Ideòque confeſſiones de recepto non ſufficiunt.

Condictione indebiti, an repeti poſſit ſolutum ex errore Iuris ſatis controuerſi; Ad intellectum Iurium in *l. cum quis, Cod. de Iur. & fact. ignor. & in l. Iuris ignorantia, ff. eod. tit. & leg. qui exceptionem, ff. de condict. indeb.* quorum Iurium Antinomia ad concordiam reducitur.

Cenſus, an validè conſtitui poſſit ex pretio rei venditæ, Et an ſaltem fructus, ſi non ciuiliter, ſaltem naturaliter debeantur; adeòut ſoluti per debitorem condictione indebiti repeti nequeant, & de pluribus effectibus naturalis obligationis.

Fructus recompenſatiui, an poſſint ob initio in quantitate certa taxari, quamuis excedant ratam fructuum, qui ex re vendita percipi poſſunt: Ad ornatum *leg. curabit, C. de action. empt.*

CAPVT CXXVII.

Cenſus poteſt legitimo Iure extingui per debitorem, ſorte eiuſdem liberè ſoluta creditori, nullatenus aduerſante pacto ex interuallo adiecto ſuper depoſito in Aede publica faciendo, ad effectum inueſtiendi, quoties illud ab eodem debitore fuit ignoratum; non enim eſt in facultate Creditoris conditione, onere, aut qualitate aliqua extrinſeca grauare debitorem, quò minus vtatur Iuris facultate in modo redimendi cenſum, iuxtà formam in contractu præſcriptam.

Inueſtimenti cura, eueniente caſu redemptionis cenſus, ſemoto ſpeciali pacto initio contractus apponendo, nullo Iure ſpectat ad debitorem, qui de illo non debet eſſe ſollicitus; ſed potiùs ad Adminiſtratorem, ſeù Curatorem; cum ſibi debeat imputare Inſtitutor Maioratus, ſeù fideicommiſſi, cur minus fidelem adminiſtratorem ſuis bonis præpoſuerit.

Cenſus intelligi debet conſtitutus ſuper portione rei ad venditorem ſpectante; idque, etiam, ſi bona fuerint deſcripta cum confinibus toti, integræque rei conuenietibus; ideòque impoſitus ſuper re fideicommiſſaria ſubſtinetur ſuper portione debita ratione detractionum, & de aliis ſimilibus id ipſum confirmantibus.

CAPVT CXXVIII.

Cenſus dicitur legitimè extinctus per dationem inſolutum alicuius rei, vel alterius cenſus aſſignationem, non ſecus, ac ſi actus retroſimilis reſtitutionis ſortis in pecunia numerata interceſſerit; cũ *Cõſtitutio Piana* in creatione cenſus pecuniam exigens, vtpotè exorbitans, ad extinctionem non ſit trahenda.

Reſeruatio priorum Iurium cenſus reuiuiſcentiam operatur, quando contigit illius extinctio ob confuſionem Iurium, & incompatibilitatem; ſecus verò ob realem pecuniæ numerationem, aut ſaltem à Iure ſubintellectã; tunc enim cenſus ſemel extinctus ampliùs reuiuiſcere nequit, præcipuè in præiudicium fideiuſſoris eiuſdem cenſus ſemel liberati, & nullatenus eidem reſeruationi iurium conſenſum præſtantis.

CAPVT CXXIX.

Ceſſio ſimplex; non autem inſolutum datio, ex quibus præſumi debeat.

Promiſſio exigibilitatis annui cenſus ſimpliciter ceſſi, an, & quando trahi debeat ad perpetuitatem. Quidque in huiuſmodi materia operentur verba perpetuitatem denotantia, euictioniſque promiſſio.

CAPVT CXXX.

Promittens, cenſum eſſe verum, exigibilemque, tenetur illum præſtare legitimè creatum, adeòut illius debitor de Iure omninò obligatus remaneat, neque vlla ſe valeat exceptione tueri; ideòque tenetur cedens ad omne id; quod ceſſionarii intereſt, cenſum fuiſſe validè conſtitutum.

Ceſſionarius cenſus poteſt allegare nullitatem eiuſdem, atque inexigibilitatem de Iure ob defectum pecuniæ numeratæ, non obſtante inſtrumento cenſus eidem ceſſionario tradito, ex

to, ex cuius lectura nullitatis vitium poterat innoteſcere:

Conſtitutionem Pianam reſpectu requiſiti ſuper numeratione pecuniæ in cenſu eſſe receptam in Regno Neapolitano oſtenditur, Reiecta contraria ſententia.

Promiſſio exigibilitatis annui redditus ſucceſſiuis temporibus eſt præſtanda, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem denotantia; maximum enim adeſt diſcrimen inter ceſſionẽ eius, quod ſemel tantùm tradi debeat, annuique redditus, cuius tradendi obligatio ſingulis renaſcatur annis.

CAPVT CXXXI.

Ceſſio cenſus, ex quibus dici debeat potiùs translatiua, quàm extinctiua; Et quoties directò à fideiuſſore ſit ſolutio creditori cenſus, an ſit præſumendum, eumdem fideiuſſorem ſoluentem voluiſſe dare pecuniam in extinctionem cenſus, vel potiùs emere cenſum, tamquàm ſpeciem fructiferam: Quidque aſſerendum, ſi contrahentes vtantur verbis retrouenditionem, retroceſſionemque præſeferentibus; Et an referat, quòd retrouenditio cenſus præcedat ceſſioni ſubſequenti.

Ceſſio reſpectu diuerſarum perſonarum, an valeat diuerſos effectus operari, itaut quoad vnam perſonam inducat liberationem, quò verò ad aliam translationem.

CAPVT CXXXII.

Pactum in contractu cènſuali initum, quòd onus ſoluendi collectas ſpectet ad venditorem cẽſus; non autem ad emptorem, omninò ſubſiſtit, quoties redditus cenſus intuitu huiuſmodi oneris ab eodem venditore ſuſcepti taxatur ad rationem quinque pro centenario: Ad intellectum, & declarationem *Bullæ S.M. B.Pij V. ſuper cenſibus in §.9.*

CAPVT CXXXIII.

Proxenetæ, an, & quando fides ſit adhibenda ad probandam perfectionem contractus.

Contractus emptionis, & venditionis dici debet perfectus, ſtante conuentione ſuper re, & pretio, etiam quòd fuerit expreſsè conuentum, vt confici debeat Inſtrumentum; cum illud potiùs intelligatur requiſitum ad probandum contractum; non autem ad illum ſubſtantiandum; ſiue perficiendum; Quidue aſſerendum, ſi aliqua pacta ſubſtantialia circa modum ſolutionis poſtmodùm alterentur.

Arrhæ traditio inducit perfectionem contractus, etiam antè ſtipulatum Inſtrumentum.

Contractus emptionis, & venditionis, an dici debeat imperfectus; quouſque pars prætii ſoluenda in actu ſtipulationis ſoluta non fuerit, vel Iudicis conſenſus non interuenerit, ſi de illius interuentu fuerit actum.

CAPVT CXXXIV.

Venditio facta ad menſuram, an, & quando antè menſurationem dicatur perfecta, vel imperfecta; Quidue aſſerendum, quoties res vẽdita fuit tradita.

Pretii incertitudo, an, & quando dicatur adeſſe, itaut imperfectam reddat venditionem; Ad ornatum nobilis *Vlpiani* Reſponſi in *leg. hæc venditio 7.§.1.ff.de contrab.empt.*

Statuta irritantia contractus geſtos per decoctos infra certum tempus; in quibus caſibus ſibi locum non vindicent.

CAPVT CXXXV.

Contractus initus cum furioſo, ſiue mente capto, eſt omninò irritandus, & de pluribus, ex quibus furor, dementiaque arguitur.

Ad effectum irritandi contractum, à furioſo, ſiue mente capto geſtum, ſufficit, quòd probetur furor, & dementia ante, & poſt, & per continuata tempora, etiam quòd talis non fuerit, tempore contractus, cum, probatis extremis, media præſumantur.

Contractus geſtus cum eo, qui aliquando fuit furioſus, vel demens, præſumitur, eo tempore, initus, quo furor, & dementia durabat, etiam ſi conſtaret; illum aliquando poſt furorem, & dementiam, ſanæ mentis fuiſſe; Idque, etiam ſi probetur, lucida habuiſſe interualla.

Contractus cum furioſo geſti habentes excluſionem doli, an, & in quo caſu ſubſtineri poſſint.

CAPVT CXXXVI.

Acquiſitiones factæ per filium familias, an, & quando ex ſubſtantia paterna, vel potiùs ex propria eiuſdem filii induſtria proficiſci præſumantur.

Conſenſus à Patre præſtitus in contractu filii Mercatoris, an alteret ſtatum præcedentem ex coniecturis, vel præſumptionibus iam firmatum, quòd res in contractu deducta ſit propria ipſius filii.

Vſusfructus Patri competens in bonis aduentitiis filii, quando cenſeatur remiſſus, &, an alienatio eorumdem bonorum facta à filio in præiudicium vſusfructus Patri quæſiti poſſit impugnari, nedum ab eodem Patre; ſed etiam à filio poſt obitum eiuſdem Patris.

CAPVT CXXXVII.

Hypotheca prioris Creditoris habentis creditum fructiferum translata in ſecundum Creditorem acquirentem, ſiue ementem, cum ampliſſima Iurium ceſſione, an ſuffragetur, non ſolùm, quò ad ſortem; ſed etiam quò ad fructus ex eodem credito; itaut illud remaneat fructiferum penes ſecundum creditorẽ ceſſionarium, quemadmodùm exiſtebat penes primum creditorem cedentem; Vel potiùs hypotheca, eiuſdemque anterioritas primo creditori cedenti competens nõ ſuffragetur ſecundo creditori ceſſionario, pro fructibus debitis ex ſecundo contractu; Quidue aſſerẽdũ in ceſſione crediti dotalis, quod poſt ceſſionẽ euaſit infructiferũ, ſoluto matrimonio.

CA-

CAPVT CXXXVIII.

Inter duos Creditores diuerſis temporibus mutuantes ad conſtructionem, ſiue refectionem Domus, vltimus debet præferri, ex cuius pecuniis Domus fructifera euaſit, vel ſaltem, cum vtrumque creditum ex eadem cauſa, & titulo proueniat, eſt locus concurſui. Declaratur *text.*ſingul.*in l.Idemque 7.verſ quæro ff qui pot.in pign.habeant*.

Melior eſt poſſidentis conditio inter duos creditores contendentes, quando in eadem re Ius habent inſolidum, ſecus verò, quando ſimpliciter eiſdem Ius competit pro partibus Ad intellectum *l.ſi debitor* 10.*verſ.inter ipſos, ff. de pignor.* Quidue aſſerendum, quoties eſt præſtita cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & de concurrendo cum æqualibus.

CAPVT CXXXIX.

Hebræis vigore hypothecæ competere immiſſionē in Saluiano ſuper bonis ſtabilibus latè oſtenditur; Nullatenus aduerſantibus Apoſtolicis Conſtitutionibus prohibentibus, ne bona immobilia valeant poſſidere.

Meliotamenta facta pro maiori, & vberiori perceptione fructuum non ſunt reficienda. Reprobata contraria ſententia *Menochij*.

Statutum prohibens Forenſibus, ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenditur ad hypothecam, quam à dominio diſtingui oſtenditur.

Alienatione bonorum Eccleſiæ prohibita, an intelligatur interdicta generalis bonorum hypotheca.

CAPVT CXL.

Minori effecto maiori, an, & infra quantum tempus competat Ius offerendi ad effectum redimendi pignus, tàm Prætorium, quàm conuentionale; Ad intellectum Iurium in *l.2.Cod.ſi aduerſ.vend.pign. & in l. Æmilius 38.ff.de minorib.l.fin.Cod. de tempor. in integr. reſtit.& in l.fin.Cod.ſi maior.fact.*

CAPVT CXLI.

Deliberatio pignoris præſumitur valida, neque poteſt irritari ratione exceſſus, eò quia res magni valoris fuerit diſtracta pro paruo credito; niſi idem exceſſus ſit maximus prudentis Iudicis arbitrio decernendus.

Negatiua defectus citationis non probatur ex proceſſu, quoties non eſt integer.

Mors mandantis, quoties non eſt nota Iudici, vel Parti; legitimè in Iudicio proceditur cōtra Procuratorem conſtitutum Dominum litis effectum; Idque, etiam ſi ſententia non feratur contra eundem Procuratorem; ſed contra principalem, vel eius hæredem etiam pupillum, vel minorem; ſecus aſſerendum, quoties nullus adeſt hæres, vel hæreditas eſt iacens.

Deliberatio, quoties legitimè proceſſit, & pretium diſtracti pignoris fuit in Aede publica depoſitum, actio creditori tantummodò competit ad pretium, non autem ad rem, ne haſtę Fiſcalis deludatur auctoritas; Ad ornatum doctrinæ *Bald.in authent.ei qui iurat, Cod. de bon.auctor.Iudic.poſſiden.*

CAPVT CXLII.

Cedens nomen debitoris, ſi ſe obliget ſub conditione, ſi debitor ceſſus non ſoluat, dicitur impleta conditio per ſolam moram, & petitionem, abſque aliqua excuſſione ſoluere debentis, cum eadem conditio, ſi debitor non ſoluat, non reſpiciat actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi; ſed purum ſolutionis actum. Ad ornatum Iurium in *l.fideiuſſor. obligari, §.fin.ff.de fideiuſſor, & in l.decem ſtipulatus* 116.*ff.de verbor.oblig.*

CAPVT CXLIII.

Iuramento in litem non eſt locus; niſi concurrente dolo in committendo ex parte eius, contra quem defertur, difficultateque probationis ex parte illius, cui defertur ex dolo cauſata, qui non præſumitur, ſed perſpicuis inditiis eſt ab allegante probandus; adeò ut leuis culpa non ſufficiat.

Hypotheca legalis competens in bonis Vitrici pro ratiociniis adminiſtratæ tutelæ ab eius Vxore, eſt remedium ſubſidiarium, debetque intelligi, ſeruato ordine Iuris, excuſſa, nempè, prius Vxore.

Contra tutorem in litem iuratur, vel, quando non fuit confectum Inuentarium de rebus pupillaribus, vel quando rem pupilli, quam poſſidet, reſtituere recuſat; Et an ruſticitas iuſtam præbeat excuſationis cauſam.

Super intereſſe lucri ceſſantis, vtpotè incerto, non poteſt contra Tutorem iurari: Et, an certitudo reſultet ex pecuniis pupillaribus non inueſtitis: Et, an ad hunc effectum ſint probanda requiſita *Caſtrenſis*.

CAPVT CXLIV.

Solutio in dubio cenſetur facta pro debito antiquiori, ad quem effectum non eſt attendendus dies contractæ obligationis, ſed potiùs ſolutionis; idque etiam ſi poſterius creditum ſit maioris quantitatis: niſi tamen quantitas ſoluta non valeret adaptari, neque eſſet proportionata vtrique debito; Et in quibus caſibus id ſit intelligendum. Ad intellectum iurium in *l.in ijs, & in l.cum ex pluribus* 98. *ff.de ſolut.*

A creditore ex pluribus, diuerſiſque cauſis, quoties coaceruatim fit confeſſio de recepto ad computum, an, & pro quo debito, ſiue rata intelligi debeat facta ſolutio.

Hypotheca tacita non competit pro literis Cambij.

Creditor; an, & quando dicatur verſatus in dolo exigens ſuum creditum à debitore, quē proximè decocturum non ignorat, in præiudicium creditorum anteriorum: Et, an eadem actione de dolo teneatur, ſi ad hunc effectum exigendi ſummam ſibi debitam ſuaſerit

ſerit

ſerit debitori, vt pecuniam ab altero mutuò accipiat.

CAPVT CXLV.

Ceſſionarius, cum repræſentet cedentem, ſuccedit, etiam in hypotheca, quæ cedenti tempore ceſſionis competebat: Idque, etiam exequutiuè, cum, ceſſa actione principali, cenſeatur etiam ceſſum Ius exequtiuum.

Nouatio cenſetur inducta, quoties computorum eſt facta ſolidatio, poſteàque inter partes confecta Apoca, vel creatum nouum debitum, etiam pro reſiduo.

Ceſſio ſimplex ad commodum cedentis, ex quibus ſit præſumenda.

Dominii reſeruatio vſque ad integram ſatisfactionem directè aduerſatur dationi in ſolutum, vel delegationi.

CAPVT CXLVI.

Compenſatio non fit ipſo Iure, ſed requirit oppoſitionem partis, hominiſque miniſterium, ſaltem virtualiter; niſi tamen agatur de impediendo curſu vſurarum: Idque procedit, nedum in vſuris odioſis, vtpotè ſunt illæ ex cambiis debitæ, ſed etiam in fauorabilibus, & licitis, vti dotalibus, & ſimilibus.

Hæres cogitur compenſare cum proprio credito debitum hæreditarium.

Reprobatur contraria ſententia, quam ſolùm poſſe procedere oſtenditur in hærede beneficiato, non autem in non beneficiato.

Compenſatio, an excludatur ex obligatione Camerali, vel Iuramento; Quidue aſſerendũ, ſi vtrumque debitum ſit obligatione Camerali munitum.

CAPVT CXLVII.

Compenſatio non vindicat ſibi locum in præiudicium creditoris anterioris: Reiicitur contraria ſententia, cuius fundamenta procedere oſtenditur in compenſatione inter ipſum creditorem, & debitorem; non autem in tertii detrimentum.

Compenſatio multò fortiùs non eſt admittenda contra patrimonium debitoris decocti.

CAPVT CXLVIII.

Contractus nominatus, ad hoc vt reſoluatur ex capite inobſeruantiæ, requiritur culpa, neque ſufficit non implementum in minima parte contractus, eademque reſolutio cenſetur remiſſa ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem contractus, poſtquàm caſus reſolutionis euenit.

Pactum reſolutiuum non operatur, niſi volente, & declarante eo, cuius fauore fuit appoſitũ, præcipuè, quando non legitur conuentum verbis directis, ſed potiùs obliquis.

In generali mandato, *etiam cum libera*, Procuratoribus, ſiue Miniſtris nunquàm intelligitur conceſſa facultas, per quam Dominus in pœnam reſolutionis contractus incidat, vel de fide rupta argui valeat.

CAPVT CXLIX.

Pactum reſolutiuum mutuo contrahentium conſenſu cenſetur remiſſum ex obſeruantia, exequutioneque contractus, tempore elapſo.

In præſcribendis annnis præſtationibus ex contractu debitis, quot ſunt termini, tot requiruntur præſcriptiones cadentes in ipſis fructibus, ſeu Iure exigendi, neq; vlla datur præſcriptio pro decurrendis in futurum.

In iuribus incorporalibus, non conſtito de præcedenti petitione, & denegatione, cum ſubſequuta acquieſcentia, lapſuque longiſſimi temporis, non datur præſcriptio.

Negatiua ſolutionis non factæ non dicitur probata ex librorum reuolutione; niſi ſit coarctata, ita vt alibi adnotari non potuerit.

Priuilegium centenariæ præſcriptionis conceſſum per Imperatorem alicui Eccleſia inferiori, & à Pontifice poſtmodùm ſpecificè confirmatum, ſuffragatur aduersùs Eccleſiam Romanam contra eamdem Eccleſiam inferiorem præſcribere contendentem. Quidne in hoc caſu operetur ſpecifica Pontificis confirmatio.

CAPVT CL.

Creditor hypothecarius anterior renuncians prælationi non dicitur renunciaſſe hypothecæ, iurique pignoris, cum in eodem Creditore diuerſa ſint Iura, nempè, Ius pignoris, Ius prælationis, & creditum ipſum. Secus aſſerendum, ſi creditor Ius pignoris in totum renunciet, quia, etiam prælationem amittere intelligitur, quæ eſt qualitas ei inhærens: Ad ornatum nobilis *Martiani* Reſponſi in *l.creditor, qui prior* 12.*§.qui tecum, ff.qui potior in pignor.habeant.*

Conſenſus præſtitus per Creditorem remiſſioni anterioritatis hypothecæ, quò ad vnam rem non præiudicat, quò ad alias diſtinctas; Præcipuè, quando remiſſio anterioritatis, ſine prælationis fuit facta in gratiam debitoris, & fauore certorum creditorum eiuſdem.

Exceptio cedendarum actionum non competit tertio poſſeſſori rei hypothecatæ.

CAPVT CLI.

Ceſſionarius, adhoc vt poſſit habere regreſſum contra cedentem, ne dum ſunt probandæ exactiſſimæ diligentiæ cedenti denunciandæ pro exactione à nomine ceſſo, ſingulis aduenientibus temporibus; ſed vlteriùs eſt obtinenda Iudicis declaratio, quòd nomen ceſſum fuerit excuſſum, & non ſoluendo repertum.

Stante idoneitate nominis ceſſi, inſpecto ceſſionis tempore, periculum eiuſdem nominis ob diligentias modo ſuperiùs expreſſo non adhibitas in exigendo, ad ceſſionarium pertinet; ſecus aſſerendum, quoties nomen ceſſum, tempore ceſſionis, fuerit omninò inexigibile, vel ius ceſſum ex ſui natura perierit.

Culpæ

Culpę non poteſt adſcribi, ſi quis non fecerit, quod factum non erat profuturum. Expenduntur plura Iura ſatis ſingularia idipſum comprobantia.

Diſpoſitio nobilis *textus in leg. hæreditatem* 68. apud Eruditiores incipit *computationi, ff. ad leg. falcid.* eiuſdemque computatio in æſtimanda vita hominis, ſibi locum vindicat, non ſolùm in vltimis voluntatibus, & in caſu *legis falcidiæ*, ſed indiſtinctè in omnibus contractibus, & in quacumque materia, vbi de vita hominis æſtimanda agitur; Reprobatur contraria ſententia *Afflicti*.

Si quid annuum à paupere fuerit donatum, liberabitur donans ſemel ſoluendo pro annis quindecim. Ad ornatum celebris *textus in leg. ſi quis argentum* 35. §. *ſin autem*, *Cod. de donat.* cuius decidendi ratio affertur.

CAPVT CLII.

Ceſſio, quando ex interuallo poſt peractam ſolutionem obtineri valeat contra correos iam liberatos. Ad intellectum, limitationemque celebris *textus in l. Modeſtinus* 76. *ff. de ſolution.* cuius rigoroſam diſpoſitionem, vtpotè ſubtilitatibus, Iuriſque ambagibus innixam, dignamque Ethnico, non pio Legiſlatore, in multis caſibus in præſenti diſputatione enumeratis, temperandam, quantumque fieri poteſt, eſſe declinandam oſtenditur.

Mandati fines à Procuratore diligentiſſimè ſunt ſeruandi; nam aliòquin Dominum non obligat; cum aliud egiſſe negotium videatur; adeò vt actus à Procuratore geſtus contrà, vel præter formam mandati; non ſolùm in exceſſu, ſed etiam in totum irritetur ratione formæ indiuiſibilis. Ad declarationem, & ornatum *textus in l. eleganter* 5. *ff. mandati*.

CAPVT CLIII

Legitimatio perſonæ, parte opponente, eſt neceſſaria in quocumque Iudicio, quàmuis exequutiuo, & ſummario, aliàs dicitur nullum.

Contra tertium poſſeſſorem exequutiuè procedi non valet, niſi tamen in Iudicio moto contra principalem debitorem fuerit in quolibet actu citatus pro ſuo Iure, & intereſſe, neque vnquàm de ſuo titulo docuerit.

Via exequutiua dicitur vulnerata per ſententiam, ſignanter, quando tangit merita cauſæ, neque Iudex ob aliquod extrinſecum declaret, non eſſe locum exequutioni.

Creditor immiſſus in *Saluiano*, an, et quando poſsit in Iudicio exequutiuo agere.

In ſubhaſtatione ſtylus Curiæ potiſsimùm attendendus circa ſolemnitates adhibendas, etiam ſi Iuri communi aduerſetur, idemque ſtylus, vtpotè ordinatoria Iudicii reſpiciens, probatur etiam per extraiudiciales atteſtationes.

Diſpoſitionem celebris *textus in leg. & qui ſub imagine*, *Cod. de diſtract. pignor.* procedere oſtenditur in pignore conuentionali, non autem Iudiciali, & Prætorio, ideòque admittendus creditor ad licitandum, tàm per ſe ipſū, quàm per alium.

CAPVT CLIV.

Manutentio eſt concedenda debitori in poſſeſſione rei nulliter deliberatæ, quoties non habuit ſe pro ſpoliato. Præcipuè, quando nullitas deliberationis eſt patens, & notoria ex eiſdem actis; ſecus ſi in controuerſiam deduci valeat, in quo caſu eſset agendum ordinariis nullitatis, vel appellationis remediis.

Statuta, quæ dant inſolutum creditoribus bona ſubhaſtata cum lucro, ſeù augmento tertiæ partis, dicuntur rationabilia, ideòque omninò ſeruanda, quia in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent.

CAPVT CLV.

Solutio, ex quibus coniecturis ſit præſumenda.

Soluenti, non oppoſita compenſatione, licèt non ſit interdictum poſteà petere, quod ſibi debetur: Nihilòminus, id non procedere oſtenditur, quoties concurrunt vrgentes cōiecturæ ſolutionem ſuadentes. Ad intellectum *Pomponij* Reſponſi *in l. ſi cum dos* 8. *ff. de act. rer. amot.*

Remiſſio debiti præſumenda ex tribus requiſitis enumeratis in *l. Procula* 26. *ff. de probat.* valde differt à præſumptione ſolutionis eiuſdem debiti ex coniecturis reſultante, cum fortiores requirantur præſumptiones ad arguendam debiti remiſſionem, quàm eiuſdem ſolutionem.

CAPVT CLVI.

In ſocietate Officii apponi valent quæcumque pacta, quoties directè ſubſtantiæ, naturæque eiuſdem ſocietatis non aduerſantur.

Promiſſio cedulæ Bancharię, vel præſtandi fideiuſſores in cenſu, euéniente mora in ſoluendis fructibus, an, & quando aduerſetur Conſtitutioni *Pianæ*. Et ſemel fideiuſsore præſtito, illoque effecto non ſoluendo, an alius ſit dandus, vel potiùs debitor liberatus remaneat. Ad intellectum Iurium *in leg. ſi is à quo*, §. *ſi ſemel*, *ff. vt in poſſeſſ. legat.* & in *leg. ab arbitrio, in fin. ff. qui ſatiſd. cogant.*

Exceptio non implementi in præſtandis fideiuſſoribus impediens lucrum fauore debitoris, an, & quando cenſeatur per creditorem remiſſa in ſocietate Officii, ſtante perceptione fructuum. Plures afferuntur diſtinctiones.

Periculum vitæ in ſocietate Officii, an ſemper, & quandocumque valeat transferri, ſtante ſpeciali facultate tributa creditori, ſi tunc temporis reperiatur infirmus is, ſub cuius vitæ periculo erat contracta ſocietas.

CAPVT CLVII.

Lucrum ſortis ex contractu ſocietatis Officii non impleto, licèt debitor conſequi non valeat: non indè tamen creditori, qui contractum ex parte ſua adimpleuit, fructus ſocietatis percipere eſt à iure interdictum, neque contendi poteſt, eumdem claudicare contractum, cum in re, de qua eſt ſermo, diſpar ſit creditoris, debitoriſque conditio. Ad ornatum, & intellectum celebris Voti *Card. Seraphini* impreſſi inter *deciſ. Rotæ diuerſ. 332. p. 4.*

In ſocietatibus Officii, licèt non vindicet ſibi locum ſortis lucrum, quotieſcumque debitor non impleuit pacta in contractu conuēta; Id tamen ſibi locum non vindicat, quando id, quod non fuiſſe impletum, contenditur, fuit in ſeparato Inſtrumento inter Officialem, recognitoremque bonæ fidei; non autem in inſtrumento ſtipulato inter dantem pecuniam, & Officialem.

CAPVT CLVIII.

Societas omnium bonorum inter fratres inita duratura, quouſque viuerent, ſubſtinetur; præcipuè, quando pactum eſt iuramento firmatum. Ad intellectum *text. in leg. 1. ff. pro ſocio.*

Pœna conuentionalis in totum exigi valet, idque, etiam ſi intereſſe non probetur, ſignanter, quoties eſt appoſita facto, vel non facto, non autem quantitati, accedente potiſſimùm Iuramento, quod operatur, vt pœna conuentionalis efficiatur legalis, neque in hoc caſu vindicat ſibi locum æquitas Canonica in magnis Tribunalibus ſeruari conſueta, vt pœna conuentionalis non debeatur, niſi quatenùs cum intereſſe concurrat.

A ſocietate, an ſit licitum recedere, quoties ab altero ex ſociis pacta conuenta non ſeruentur, vel inter ſocios ſint ortæ rixæ, diſcordiæque.

CAPVT CLIX.

Fructus recompenſatiui omni Iure ſolui debent, quoties agitur de venditione Mercium in vniuerſum exiſtentium in Taberna, ſeù Apotheca, cuius auuiamentum, vt vulgò Noſtrates aſſerunt, eſt in fructu, prætioque æſtimabile ob concurſum hominum ad emēdum; Secus aſſerendum, quoties agitur de rebus omninò infructiferis. Reprobatur contraria ſententia *Baldi*.

Dilatio ad ſoluendum pretium, quoties à venditore non eſt ſimpliciter emptori impartita, ſed cum ſpecifico onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos, illi abſque dubio ſunt debiti, & poſſunt ab initio in certa, determinataque quantitate decerni, quæ ſit commenſurabilis, & proportionata cum quantitate, quæ ex re vendita percipi valeat; adeò vt videatur inter venditorem, emptoremque inita quædam tranſactio, vt difficultas probationis ſuper fructibus liquidandis ſublata remaneat: Ad ornatum nobilis Reſcripti Imperatorum *Diocletiani*, & *Maximiani* in *l. curabit 5. Cod. de act. empt.*

CAPVT CLX.

Conſors in emptione rei communis non præfertur extraneo emptori, inſpecta Iuris cōmunis diſpoſitione; Reprobatur contraria ſententia: Ad ornatum *l. dudum 14. Cod. de contrab. empt.*

Conſtitutio *Friderici* Imperatoris, quæ incipit *Sancimus* ſub titulo *de Iure Prothomiſeos*, an deroget prædictæ *l. dudum*, *Cod. de contrab. emption.* & an eadem Conſtitutio ſit lex Imperialis, vel potiùs Regia, ſeù Municipalis ſeruanda in Regnis vtriuſque Siciliæ.

Statutū Laicale tribuens in retractu prælationem conſorti non afficit Clericum emptorem, Reiecta diſtinctione, an verba Statuti dirigantur in Clericum emptorem, vel in venditorem Laicum, quam eſſe verbalem oſtenditur.

Retractus non competit conſorti, attenta diſpoſitione *Bullæ Gregorianæ*, niſi in re communi diruta vendenda, & de ratione diſcriminis inter Domum dirutam, & non dirutam;

Retractum contendens, ſi tàm diù agere abſtinuerit, donec cura, ſollicitudineque actoris res eſt melior effecta, an debeat à retractu repelli, ſi ſumptus non offerat, pretiumque operarum; Quidue aſſerendum, ſi emptor ad reddendum difficiliorem retractum, expenſas fecerit exceſſiuas, vel rem comparatam ſtatim demoliri curauerit.

Pretii incertitudo, an, & quando liberet retrahere volentem à depoſito in Aede publica faciendo.

CA-

CAPVT CLXI.

Retractus prælatiuus, cui potiùs ex duobus vicinis ſit concedendus, tàm inſpecto Iure communi, quàm *Conſtitutione Gregoriana*: Et an ſit preferendus vicinus in petitione præueniens.

Retractus potiùs eſt dandus inferiori contrà ſuperiorem, quàm ſuperiori contrà inferiorem: Idque, etiam procedit, ſi adſint tria ſolaria domus ſibi inuicem ſuperimpoſita; ſi enim venditur media, inferior ſuperiori præfertur.

In depoſito pretii pernecesſè faciendo ab intẽdente retrahere, quænam requiſita pro illius validitate concurrere debeant.

CAPVT CLXII.

Statutum requirens in retractu qualitatem cohærentiæ prædiorum non habet locum, quoties prędia interſecantur ex Rino intermedio aquarum vndique confluentium, qui continnò perenniter fluat; Idque, etiam, ſi in aliqua anni parte areſcat, quoties concurrunt requiſita, ex quibus publici Iuris eſſe arguatur.

Ob viam publicam intermediam prædia non poſſunt dici inter ſe cohærentia, neque ſtare ad vnum terminum, prout in retractu requirit Statutum *Veliternum*, Ex quibus arguatur, viam eſſe publicam.

Et, an id procedat, etiam in via vicinali.

Statutum concedens prælationem vicino, ſiue conſorti eſt intelligendum, facta venditione extraneo; non autem alteri vicino, vt quantò minus fieri poſſit Ius commune, incorrectum remaneat.

CAPVT CLXIII.

Conſtitutio *Gregoriana* ſuper retractu potiſſimùm innititur cuidam congruentiæ, & æquitati; ideòque debet intelligi de ornatu, ac decore congruo, & proportionato cadente, tàm in domo propria retrahentis, quàm retrahenda: ità vt ex vtriuſque domus collatione vnicum inſigne ædificium conſtruatur, Nullatenus attento ornatu in interioribus partibus ædificii, ſed ſolùmmodò in exterioribus faciendo.

Retractum Statutarium non habere locum in venditione facta ſub haſta, tàm inſpecta Conſtitutione *Gregoriana*, quàm Iuris communis diſpoſitione, pluribus comprobatur, Reprobata contraria ſententia.

Explicatur Conſtitutio Imperatorum *Honorij*, & *Theodoſii in l. Martiana 11. C. de ædific. priuat.* mandans dimitti ſpatium decem pedum inter ædificia priuata.

Pariete communi, an ſit permiſſum ſocio vti ad ædificandum, etiam ſi luminibus alterius conſocii officiat; Et ex quibus paries ſit præſumendus communis, Et an, probata communione parietis in parte inferiori, pernecesſè reſultet; quòd totus paries, cenſeri debeat etiam communis.

CAPVT CLXIV.

Vicinus non poteſt vendere domum, non facta denunciatione alteri vicino laterali, inſpecta Conſtitutione *Gregoriana*, quæ denunciatio nullatenus ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam; ſed præcisè requiritur Iudicialis interpellatio.

In permutatione, an ſit locus retractui ſtatutario, Quidue afferendum, ſi ſit præordinata ad excludendum eumdem retractum.

CAPVT CLXV.

Primus emptor, quoties ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel ex alia qualibet cauſa rem alteri vendere cogitur, eſt omninò releuandus indemnis à ſecundo emptore, non ſolùm, ſoluto integro pretio, eiuſdemque augmento per Principem indicto; ſed etiam, refectis expenſis Proxenetæ, Gabellæ, Laudemii, Notarii, & quibuſcumque aliis huiuſmodi generis; Ad ornatum celebris *Vlpiani* Reſponſi in *l. debet 27. ff. de ædil. edict.*

CAPVT CLXVI.

Prædium, licèt intra Mænia Ciuitatis exiſtens, dicitur omninò Ruſticum, quoties eſt locatum pro Oleribus; Vrbanum verò eſt nuncupandum, quando in eo adeſt ædificium eleganti forma conſtructum, cum ameniſſimo Viridario, cum non ex loco, ſed potiùs ex materia, vſuque conſtituatur prædium Vrbanum, ſeù Ruſticum; Ad ornatum, & intellectum *Vlpiani* reſponſi *in l. Vrbana 198. ff. de verbor. ſignific.*

A prædio Ruſtico Vrbanum retrahi non valet; ſed potiùs Ruſticum ab Vrbano retrahitur.

Prælatio à Conſtitutione *Gregoriana* conceſſa vicinis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, an comprehendat vicinos, etiam prædia Ruſtica poſſidentes, &, an retractus voluntarius, de quo eadem Conſtitutione loquitur in § 8. ſubintelligi, & extendi etiam debeat ex maioritate rationis ad alteram diſpoſitionem in ſubſequenti §. 14. de retractu voluntario loquentem; Ad intellectum eiuſdem Conſtitutionis *Gregorianæ*.

CAPVT CLXVII.

Dominium rei, ex quibus remaneat probatum,

quoties de eo incidenter agitur; non autem principaliter in rei vindicatione.

Seruitus Iuris paſcendi, vtpotè diſcontinua, non poteſt præſcribi, niſi per tempus immemorabile.

Reijcitur contraria ſententia diſtinguens inter ſeruitutem perſonalem, & realem, quam in re, de qua eſt ſermo, non ſubſiſtere, oſtenditur.

Immemorabilis non probatur; niſi ſinguli teſtes ætatem quinquaginta quatuor annorum excedentes concludenter deponant de omnibus requiſitis, enumeratis per celebrem *gloſ. in cap. 1. de præſcription. in 6.* Et latiſſimè de aliis ad eamdem materiam pertinentibus: Ad ornatum eiuſdem *Gloſæ*.

Præſcriptio immemorabilis, an excludatur ex actibus contrariis ſupra centum annos. Quidue aſſerendum, quando docetur de initio præſcriptionis vltrà centum annos.

Et, an ſit facienda diſtinctio, an initium detur à centum annis citrà, vel vltrà.

In actibus merè facultatiuis numquàm intelligitur inducta præſcriptio; niſi probetur immemorabilis, vel agatur fauore Eccleſię, Diuiniique cultus, in quo caſu, præſtatio etiam Decennalis ſufficit pro obligatione in futurum inducenda.

CAPVT CLXVIII.

Domino prædii ſeruientis non eſt licitum aliquo modo immutare antiquum ſtatum in præiudicium illius, cui ſeruitus paſcendi debetur; ideòque innouata ſunt omninò in priſtinum reducenda, vel ex Interdicto Vti poſſidetis, vel actione Confeſſoria.

CAPVT CLXIX.

Attentare, licèt non dicatur continuans in poſſeſſione, id tamen plures pati limitationes oſtenditur, quarum nonnullæ enumerantur.

Seruitutis forma ſuper iure paſcendi reſtricta ad Boues aratorios, non poteſt à Communitate alterari pro paſcuis cuiuſuis generis Animalium in prejudicium dominorum contradicentium; Ad ornatum *l. 1. Cod. de paſc. public. lib. 11.*

Licitum, quàmuis non ſit immutare antiquum ſtatum Terrarum in præiudicium Domini paſcuorum, neque vſum alterare, per quem deterior fiat eiuſdem domini conditio; Id tamen non procedit, quando verſamur in iure paſcendi ex præſcriptionis beneficio; tunc enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi dominus velit illas ad culturam reducere, quia ſeruitus præſcripta dici debet tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto.

Terræ nemoroſæ, quoties reducuntur ad culturam, non poteſt prætendi ab eo, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur; niſi intereſſe.

CAPVT CLXX.

Clerici cum eorum Animalibus depaſcentes in paſcuis publicis, an, & quando ad Fidæ ſolutionem, teneantur.

Pontifex, quoties derogat cuicumque exemptionum generi, an intelligatur etiam comprehenſa Immunitas de Iure communi competens; Vel potiùs de ea fieri debeat ſpecifica mentio: Et an appellatione Clericorum veniant etiam Regulares.

CAPVT CLXXI.

Vicus, ſiue via, an, & quando dicatur vicinalis, & an claudi poſſit, altero vicino inuito; Quidue ad hunc effectum operetur retentio clauium Cancelli, quibus idem vicus clauditur.

Seruitus itineris, & viæ per fundum vicinum, prædio empto, ſemper in venditione intelligi debet reſeruata.

CAPVT CLXXII.

Conceſſo Caſtro cum Molendinis, & Furnis, non dicitur impartitum ius prohibendi Vaſſallis, nè ad alia accedant Molendina, vel Furnos; niſi aliundè conſtet de Iure concedentis ſuper iure cogendi, quod, neque etiam poteſt intelligi conceſſum, quàmuis illud Ius Princeps haberet, quoties in Inueſtitura ius prohibendi non legitur expreſſum: Reprobatur contraria ſententia *Iaſonis*.

Seruitutes negatiuæ non acquiruntur; niſi præcedente prohibitione, cum ſubſequuta acquieſcentia prohibiti, poſtquàm tempus ad præſcribendum neceſſarium ſit elapſum.

Vniuerſitas habens Molendina, & Furnos, an poſſit, publicis vrgentibus neceſſitatibus, cogere Ciues ad molendum in ſuis molendinis, ſuiſque Furnis coquendum, Et an id procedat in Eccleſiæ præiudicium.

CAPVT CLXXIII.

Molendinum vnuſquiſque poteſt ædificare in Solo proprio propè ripam fluminis publici, vtendo ipſius aqua, præuia Principis facultate; Idque, etiam ſi Molendino in inferiori, vel ſuperiori loco conſtructo præiudicium inferat, ratione maioris lucri deperditi ob deficientem concurſum molentium, quoties fluminis aqua vtrique Molendino ſatis ſuperque eſt ſufficiens, non probato iure prohibendi quæſito ex priuilegio, vel ex legitima præſcriptione, cum titulo, bona fide, &

acquie-

Digitized by Google

acquieſcentia prohibiti: Declaratur celebris doctrina *Bart. in l. quominus, ff. de flumin.*

CAPVT CLXXIV.

Conceſſio Principis de ædificando in Solo publico, intelligi debet ſine incommodo, damnoque alterius, eademque diſpoſitio, cum ſit clauſa in corpore Iuris, indiget ſpeciali derogatione, damnumque conſiderabile alterius in propoſito dicitur, quando quis commodum amittit, quod ex publico conſequebatur; Ad ornatum Iurium *in l. 2. §. ſi quis, quod in publico, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.*

Viæ publicæ, potiſſimùm intrà Ciuitatem non dicuntur eſſe in Principis patrimonio, ſed ad eius tantùmmodò defenſionem pertinent, ne permittat ab aliis occupari.

Non repugnat, quòd aliquis locus ſit in dominio priuato, & nihilòminus, quòad vſum ſit publicus.

Aemulatio in ædificante, ex quibus potiſſimùm coniecturis præſumenda.

De ſpatio duorum pedum relinquendo, tàm in prædiis ruſticis, quàm vrbanis, menſurando non à pariete Domus, ſed à loco, vbi cadit ſtillicidium: Ad intellectum *text. in l. fin. ff. fin. regund.*

CAPVT CLXXV.

Murus, ex quibus præſumi debeat proprius, cum excluſione communionis alterius; adeò ut in eo feneſtræ valeant aperiri, etiam ad proſpectum Areæ, ſiue domus vicini.

Iuris præſumptio, cum ſtet pro libertate, & contrà ſeruitutem; meritò ad eamdem ſeruitutem probandam teſtes ſingulares non admittuntur; ſed liquidiſſimæ requiruntur probationes.

Maris aſpectus dicitur res omnium gratiſſima, ideòque altiùs ædificare non licèt, impediendo Maris proſpectum ex diſpoſitione *Auth. de non. oper. nunciat. maris aſpect.* quam non eſſe reſtrictam ad Ciuitatem Conſtantinopolitanam oſtenditur.

Ex obligatione facta de non aperiendo feneſtras non valet induci, niſi obligatio perſonalis; non autem realis tranſiens cum ipſa re, Et an id procedat, quoties ſeruitus eſt conſtituta in vim pacti habentis cauſam perpetuam.

CAPVT CLXXVI.

Muri proprietas, ex quibus arguatur: Et an illa deduci valeat ex feneſtris ibidem exiſtentibus.

Immiſſio tigni in parietem, vel appodiatio, an, & quando muri probent communionem; Et an murus dici debeat communis, quatenus durat appodium; Et an ex eodem appodio inferri poſſit ad communionem, quoàd ſuperiorem parietis partem.

CAPVT CLXXVII.

Aquæductus ædificatus in via publica ſine licentia Principis, vel Magiſtratus eſt amouendus.

Via, an, & quando præſumi debeat vicinalis, adeòut, altero ex vicinis inuito, claudi non valeat.

Vendita parte fundi, ſi emptor non ſibi reſeruet ius tranſeundi per partem venditoris, non habet idem emptor ius tranſitus, etiam ſi aliundè non pateat, niſi fuerit ità ſpecificè conuentum, niſi tamen ſubſequuta obſeruantia contrarium ſuadeat.

CAPVT CLXXVIII.

Prælatio eſt concedenda Domino directo in emptione rei emphytheoticæ, quatenus velit illam pro ſe retinere; ſecus, ſi habeat voluntatem etiam, ex interuallo ad beneficium alterius cedendi.

Ex quibus coniecturis huiuſmodi voluntas deprehendi valeat. Ad ornatum *l. fin. Cod. de Iur. emphyt.*

CAPVT CLXXIX.

Pena aureorum mille à Reg. *Pragmat. 4. de illa ſcopiſta* iuxta nouiſſimam editionem indicta, ſtatim patrato delicto cum armis igneis, exigi nullo iure valet contrà hæredes, mortuo delinquente, antequàm contumax legitimè habeatur; Affertur duplex potiſſima ratio, ob quam eiuſdem pænæ exactio, licèt ſtatim Fiſco poſt delictum quæſita, nihilòminus ad tempus contractæ contumaciæ conſeratur; Ad intellectum eiuſdem *Pragmaticæ*.

CAPVT CLXXX.

Pignorationes, quas vulgaris eloquutio Repreſalias nominat; quo iure, quauè ratione, & tempore fuerint introductæ; An Clarigationes quid diuerſum à Repreſaliis fuerint, & an illarum vſus ad iuſtar Androlepſiæ Græcorum emanauerit.

Quibuſuè concurrentibus, licitè exerceri poſſint, & quæ nam perſonæ ab illis reperiantur immunes.

CAPVT CLXXXI.

Pater, & filius, Mater, & filius, ſeu filia, Maritus, & vxor Donans cauſa mortis, & donatarius, Teſtator, & legatarius, ſi pariter incendio,

dio, ruina, aut naufragio, vel ſimili caſu perierint, quis eorum prædeceſſiſſe præſumatur ad plures effectus, ſignanter ſucceſſionis, lucri dotalis conſequendi, reuocationis donationis, caducationiſque legati: Ad intellectum difficilium Iurium in *l. qui duos 10. §. cum in bello, ff. de reb. dub.* & in *l. ex facto 27. §. ſi quis autem, ff. ad Senat. Conſult. Trebellian,* quorum Antinomia, quæ rigidè Interpretum torſit ingenia, ad concordiam reuocatur.

Pluribus incendio, ruina, aut naufragio inſimul ſpiritum ponentibus, tunc demum lex aliquem præmortuum, vel ſuperſtitem fuiſſe præſumit, quando, nempè, agitur ex diſpoſitione legis; ſecus ex diſpoſitione hominis inter viuos, vel in vltima voluntate.

Agitur de diſcrimine inter vnum caſum, & alterum; Ad ornatum, declarationemque nobilis doctrinæ *Bart. in leg. quod de pariter 17. ff. de reb. dub.*

CAPVT CLXXXII.

Mutuum transfuſum, ſiue conuerſum in contractum Cambij, an, & quando reſoluatur in vim nouationis; Quidue operetur fictio legis circà ſolutionem pecuniæ ex prima cauſa mutui debitam, & per occultationem actuum retrotraditam ex noua cauſa, pro qua debitor ſe obligatum eſſe debere conſenſit.

Cautela à ſapientibus Regni Neapolitani introducta, vt debitum dotis conuertatur in mutuum, ob quam cauſam fuerit inuenta.

Gener, an poſſit liquidare inſtrumentum contrà Socerum debitorem dotis: Quidue affirmandum, inſpecta *Conſuetudine Neapolitana*, incipiente, *vbi dos.*

Nouatio antecedentis contractus per ſubſequẽtem quando cenſeatur inducta, & ex quibus cenſeri debet excluſa.

Solemnitates ſtatutariæ, an requirantur, quando Mulieres, vel Minores conſequuntur id, quod eiſdem debetur per actum à lege fictum.

Mulieres, ſiue Minores, an poſſint nouare contractum, amittendo iura anterioritatis ſine ſolemnitatibus ſtatutariis.

CAPVT CLXXXIII.

Collegia inſtituta ſine Superioris aſſenſu improbantur, tàm à Iure Canonico, quàm Ciuili, etiam ſi fuerint erecta ex cauſa Pietatis, & Religionis; inſpecta potiſſimùm *Conſtitutione S. M. Clementis VIII. 115. in Bullario nouo tom. 3.*

Diſſoluto Collegio non approbato, vel illicito, vnuſquiſque pro rata recuperat bona in eo collata, ex quo fuerunt communia vti ſingulorum; Bona verò, quæ non ſunt ſingulorum, ſed Collegij, potiſſimùm ex Fidelium largitionibus prouenientia, remanere debent in libera diſpoſitione Summi Pontificis: Ad ornatum *text. in l. 1. ff. de colleg. & corpor. illicit.*

CAPVT CLXXXIV.

Pupilli, vbi, & penes quem educari debeant, Iura remittunt prudentis Iudicis arbitrio, à quo tria potiſſimùm diligenter conſideranda, nempè, Perſona, Conditio, & Tempus; Adeòque in huiuſmodi materia eſt proſpiciendum Pupillorum vtilitati, vt à Patris etiam expreſſa voluntate recedi poſſit, decreta educatione filiarum penes Matrem ad ſecundas nuptias non tranſeuntem.

CAPVT CLXXXV.

Agitur de Concordia Rauennatenſi; eiuſque confirmatione Apoſtolica circà bona emphitheotica, illamque oſtenditur, eſſe reſtrictam ad bona in emphytheuſim tunc temporis conceſſa, neque extendendam ad futuras conceſſiones, neque locum habere, quoties tenor repugnat Inueſtituræ.

CAPVT CLXXXVI.

Exiſtentibus duobus Titiis æquè, ac proximè eligibilibus in Procuratorem generalem cuiuſdam Religionis, ſi per Scrutinium Electores non decernant, quemnam ex illis duobus Titiis determinatè eligant, electio dicitur nulla; atque adeò eſt procedendum ad aliam certæ Perſonæ expreſſiuam: Examinatur intellectus Iurium *in leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. & l. in tempus, §. quoties, in fin. ff. de hæred. inſtit.*

Electio, quoties ab initio eſt nulla, non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſariis ſolemnitatibus, neque ſuperueniens eligentium conſenſus ſufficit ad nonam electionem conſtituendam, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus.

CAPVT CLXXXVII.

Epiſcopo, an ſit permiſſum, Monialibus contradicentibus, vel irrationabiliter inuitis, numerum augere ob redditus excreſcentes, licèt numerus à Conſtitutione, vel Statuto reperiatur præfixus: Ad intellectum *Conſtitutionis S. M. Gregorij XIII.* incipientis *Deo Sacris.*

CAPVT CLXXXVIII.

Falſitate commiſſa à Mercatoribus in ludo vulgò nuncupato *Lotto*, debetur ſpondentibus, qui

qui pecunias in eodem ludo crediderunt, integrum lucrum, quod conſequi potuiſſent.

CAPVT CLXXXIX.

Falſa expreſſio, an, & quando vitiet Gratiam: Quidue aſſerendum, quando falsò narratum, attenta Iuris diſpoſitione, non erat pernecéſsè exprimendum.

Gratia reſeruationis Penſionis ſuper Cappellania, an dici debeat obreptitia, ob falſam expreſſionem, quòd perſonalem reſidentiam non requirat.

Plures Gratiæ contentæ ſub vnica ſupplicatione, an ob ſubreptionem, vel obreptionem cadant in totum, vel ſolùm in ea parte, in qua adeſt ſubreptio, vel obreptio.

CAPVT CXC.

Cappellania ex quibus ſit præſumenda potiùs Sacerdotalis, quàm ſimplex: Ad intellectum allegationis *Lapi* 35.

Sacerdotalis qualitas ſuperueniens, in quo caſu non ſuffragetur, ſed præcisè requiratur in actu præſentationis.

Diſpoſitio *Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 17. prohibens pluralitatem beneficiorũ ſub eodem recto, an procedat in beneficiis de Iurepatronatus.

Cappellaniæ vniformes exiſtentes ſub eodem tecto obtineri valent ab eodem Cappellano abſque diſpenſatione Apoſtolica, quoties ad diuerſos fines ſunt inſtitutæ, & ad ſeparatam Congregationem faciendam, ità vt idem Cappellanus integrum Miſſarum onus per ſe ipſum implere poſſit.

Fœminæ in quo caſu dici debeant excluſæ à Iure præſentandi in Iurepatronatus.

Beneficii incompatibilitas, ex quibus excluſa remaneat.

CAPVT CXCI.

Gratia conceſſa à Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret: Et, an, & quando Gratia dici debeat conceſſa potiùs intuitu perſonæ, quàm Officii, & è conuerſo.

Penſio extincta remanet per aſſumptionem Militiæ ſecularis, & ad hunc effectum trina monitio non requiritur.

Idque, etiam, ſi Penſionarius inſeruierit in Militia Romano Pontifici; qui, quòad cuſtodiã Status Eccleſiaſtici reputatur Princeps omninò Secularis.

Gratia reſeruationis Penſionis, quoties eſt conditionalis expectans ſuam perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus eiuſdem Gratiæ ſubſtantia, non autem illius executio fuerit translata, ſi conditio fortè eueniat poſt obitum Papæ reſeruantis penſionẽ, Gratia expirat: Ad ornatum *text. in cap. ſi cui de præbend. in* 6.

CAPVT CXCII.

Indulta retinendi, transferendique penſiones reſeruatas non eſt neceſsè, quòd legantur expreſſa in ipſamet Cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum; ſed ſufficit præcedens Indultum ſuper retentione, translationeque Penſionis in euentum futuræ promotionis.

Formula conſueta in translatione penſionis, vt ſcilicèt, de conſenſu penſionarii antiqua pẽſio extinguatur, & noua creetur, eſt requiſita ad certos effectus, mutationis, ſcilicèt, perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, certòq; ſciatur, per cuius obitum penſio extingui debeat.

In reſeruatione, ſine translatione penſionis impoſitæ ſuper Iurepatronatus, an requiratur Patroni conſenſus.

Milites Lauretani ſunt capaces penſionis, etiam ſi Clerici coniugati exiſtant.

CAPVT CXCIII.

Clementina plures de Iurepatronatus decernens, in Iurepatronatus hæreditario, ſeù mixto ſucceſſionem in ſtirpes, & non in capita eſſe deferendam, vtpotè noui Iuris non inductiua; ſed potiùs declaratiua Iuris antiqui contrhọuerſi, ad præteritas fundationes extendi debet.

In Iurepatronatus mixto, deficiente vna ex duabus lineis, eius portio in altera ſuperſtite remanet conſolidata.

Vnio beneficiorum de Iurepatronatus fieri debet, accedente Patronorum conſenſu; niſi tamen Papa ſpecificè Iuripatronatus derogauerit.

CAPVT CXCIV.

Renunciationis reſolutio ipſo iure demandata à *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. ſequuto egreſſu è Monaſterio, non emiſſa Profeſſione, vel nulliter peracta, non vindicat ſibi locum in Monaſterio non Regulari.

Renunciatio Primogenituræ realis, perpetua, & abdicatiua facta à Muliere ingrediente Monaſterium, ſiue Gynæceum, in quo Regularis non emittitur Profeſſio, ſed ſimplex ſolemnis Oblatio, non reſoluitur ob egreſſum; quoties eſt facta per viam donationis irreuocabilis, & ob plures cauſas æquè finales, quarum aliquam ſubſiſtere ſatis, ſuperque eſt, licèt cauſa ingreſſus in Monaſterium deficiat,

ſciat, quæ potiùs occaſionalis, quàm finalis eſt præſumenda, ſignanter in concurſu cum cauſa conſernandæ agnationis, multòque magis, quando renuncians certò ſcit, è Monaſterio egredi poſſe:

Oblatio emiſſa in Monaſterio non Regulari, cum ſuſceptione habitus Monaſtici, ſimplex caſtitatis Votum præſefert, illicitum reddens egreſſum, multòque magis Matrimonium abſque Apoſtolica diſpenſatione contractum, quæ, quatenus etiam fuiſſet obtenta, ſuffragari ſolùmmodò valet ad effectum idem Matrimonium legitimandi, non autem ſucceſſionis in Primogenitura iam renunciata in præiudicium Sororis Secundogenitæ, cui, intermedio tempore, fuit Ius quæſitum, vel ſaltem delatum in eadem ſucceſſione.

Moniali Primogenitæ Oblatę non eſt impartiēdus regreſſus ad bona Primogenituræ ſemel renunciata, quoties eſt egreſſa è Monaſterio, re non integra, poſtquàm Sorori Secundogenitæ ius eſt quæſitum, vel delatum in Primogenituræ ſucceſſione ex lege ab eadem Primogenitura præſcripta: Et in quo caſu res ad hunc effectum non integra dici valeat.

In Feudo tūc demum Clerici ſuccedere poſſunt, quando, re integra, habitum deſerunt, & priùs quàm alteri ſit Ius quęſitum, vel delatum in Feudi ſucceſſione: Secus verò, re non integra; Idemque aſſerendum in Monaco ad Epiſcopatum promoto.

Capacitas ſuperueniens Primogenito ad ſuccedendum, inſpecto tempore obitus vltimi poſſeſſoris Maioratus, non ſuffragatur, quoties ex ſpeciali lege Primogenituræ ob declarationem à Primogenita factam aſſumendi ſtatum cęlibem, in ſucceſſione eiuſdem Primogenituræ, eſt ius quæſitum, vel ſaltem delatum Sorori Secundogenitæ, intermedio tēpore, nuptæ, aliòquin non nupturæ: Ad declarationem *conſ. Federic. de Sen. 26.*

Inter plures renunciatarios, ſeù vocatos ad ſucceſſionem Primogenituræ, quoties quæſtio verſatur, non eſt inſpiciendum tempus delatæ ſucceſſionis, ſed potiùs peractæ renunciationis.

Præuentiua reſtitutio Maioratus facta ab vltimo poſſeſſore eſt à Iure interdicta, quoties fraus conſiderari valet, ſecus illa ceſſante ex facti circumſtantiis prudentis Iudicis arbitrio ad examen reuocandis.

Matris renunciatio filiis non reſiſtit: Vel quando, eadem prædefuncta, filii ex propria perſona ad ſucceſſionem renunciatam vocantur.

Vel, quando, Matre renunciante adhuc inter viuos exiſtente, contendunt ſucceſſionem independenter ab ipſa iure propriæ vocationis, propriique gradus, quo inſpecto, ſine aliis ad ſucceſſionem concurrentibus proximiores, nullatenus indigentes beneficio repræſentationis eorum Matris, vel ſubingreſſionis in eius locum.

Secus aſſerendum, quando Mater renuncians adhuc eſt ſuperſtes, vel, illa prædefuncta, filii reperiuntur in gradu remotiores vltimo poſſeſſori Maioratus, atque adeò ex ſucceſſorio Edicto excludendi à renunciataria proximiore.

Conditio in Maioratibus indicta fęminæ Primogenitæ nubendi cum certo perſonarum genere, quatenus de iure ſubſiſtat, cum ſublata omninò non remaneat Matrimonii libertas, tàm à Iure Ciuili, quàm Canonico demandata, ſed potiùs reſtricta; Nihilòminus à iure reprobatur, neque eſt ſeruanda, quando ex facti circumſtantiis Matrimonium ad vnam tantùm perſonam inter plures eſt reſtrictum.

Quoties agitur de Primogenituris interpretandis, attendi non debet ſimplex verborum cortex, & figura, ſed potiùs ſubſtantia voluntatis ipſius diſponentis, eiuſdemque finis, ob quem fuerit motus ad ita diſponendum, adeòut admitti debeat implementum per æquipollens, quando liquidò deprehenditur, potiùs effectum, quàm modum implementi fuiſſe contemplatum; Idque pluribus ſingularibus comprobatur exemplis.

D I-

I. M. I.

DISPVTATIONVM
IVRIS SELECTARVM
Cum Deciſionibus ſuper eis prolatis.

A V T H O R E

HIERONYMO ROCCA
C A T H A N Z A R I E N S I,
E P I S C O P O I S C L A N O
Olim Neapoli, deindè in Vrbe Aduocato.

V O L V M E N S E C V N D V M.

Tibi ſeruiat Deus meus, quidquid loquor, & ſcribo, & lego, & numero.

Diu. Auguſt. lib. 1. Confeſſ. Cap. 15.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Acceptans literas cambij non eſt fideiuſſor, neque obligationi ſcribentis accedit; ſed potiùs dicitur conſtitutor, actioneque conſtitutoria remanet obligatus ei, cuius fauore literæ fuerunt acceptatæ, ideòque exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non valet. Agitur de pluribus ad actionem pertinentibus conſtitutoriam.

Acceptans literas cambij ab adiecto exhibitas, ſi illi ſoluere promiſit, non poteſt ampliùs ſcribenti ſoluere, & ex quibus aliquis dici debeat in rem propriam adiectus; itaut, nedum poſſit ſolutionem recipere, ſed etiam agere.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans literas cambij non eſt fideiuſſor, neque obligationi accedit ſcribentis; ſed dicitur propriè conſtituens, actioneque tenetur conſtitutoria ei cuius fauore literas acceptauit, &* num. ſeqq.

2 *Debitum ex quacumque cauſa poteſt conſtitui, ideſt ex quocumque contractu, ſiue certi, ſiue incerti.*

3 *In conſtituto non refert, an quod conſtituitur, debeatur à conſtituente, vel ab alio.*

4 *Ex parte eius, cui conſtituitur, non exigitur, vt is creditor ſit.*

5 *Conſtituens, ſe ſoluturum pro alio, non liberat debitorem.*

6 *Imò nec per litis conteſtationem, nec alio modo, niſi per ſolutionem liberatur debitor.*

7 *Conſtituens nudo pacto ſe ſoluturũ, quod alius debet, non dicitur fideiuſſor; ſed potiùs conſtitutor.*

8 *Stipulatio in fideiuſſione eſt intrinſeca ſolemnitas adeò vt, illa deficiente, forma deficiat.*

9 *Fideiuſſio, non niſi inter præſentes fieri valet, ſtante ſtipulationis neceſſitate.*

10 *Ideoque non poteſt conuenire acceptationi literarum factæ inter abſentes, quod ſolùm ex Prætoria æquitate in conſtituto permittitur.*

11 *Declaratur* Franch. dec. 303

12 *Acceptans literas, actione ex conſtituta pecunia ſe obligat fauore præſentantis.*

13 *Ideòque non poteſt allegare, quòd literæ fuerint conſcriptæ ſub ſpe futuræ numerationis.*

Idque etiam ſi exceptionem nomine ſcribentis proponere intendat.

14 *Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum procedit ad exequutionem literarum cambij, non numeratæ pecuniæ exceptione reiecta, &* n. 34.

15 *Campſorum in promiſſione propter præcipuam fidem, quam homines habent, quoties pro alio ſe debitores conſtituunt, nulla exceptione iuuari debent.*

16 *Ex conſtituto noua quædam quæritur obligatio, veteri tamen remanente.*

17 *Exceptio non implementi non valet opponi ad retardandam exequutionem alterius contractus conſtituti, cuius vigore conſtitutor ex acceptatione literarum actione tenetur conſtitutoria ei, qui literas ſoluere promiſit.*

18 *Exceptio non implementi non obſtat, quando ex contractu oritur diuerſo ab illo, de cuius agitur exequutione.*

Prout exceptio non implementi reſpectu vnius Capituli non retardat exequutionem, quo ad alia Capitula ſeparata, quamuis contenta in eodem contractu.

19 *Implementi non ſequuti exceptio in ſocietate Officij oppoſita non poteſt ad impediendam lucram, quando implementum eſt promiſſum in ſeparato cõtractu inter Officialem, & recognoſcentem bonam fidem.*

20 *Qui pro alio conſtituit ſe debitorem, non poteſt non implementum primi contractus opponere.*

21 *Poſt conſtitutum, ſi prima elidatur cauſa, an deſinat conſtitutum, traditur egregia* Baldi *diſtinctio.*

22 *Acceptatio, quòd regulari debeat iuxta naturam literarum acceptatarum, quomodò intelligendum.*

23 *Neceſsè eſt, quòd præcedat debitum, ad hoc, vt conſtituens obligatus remaneat.*

24 *Conſtitutoris obligatio diem recipit, de quò in debito veteri.*

25 Turri de camb. qu. 16. n. 67. & ſeq. *quomodò intelligendus.*

26 *Acceptatio non eſt nouus contractus inter acceptantem & creditorem, cui ſolutio eſt facienda, ſed potiùs eſt pars contractus literarum cambij.*

27 *Conſtitutor, ad hoc, vt remaneat efficaciter obligatus, ſufficit, debitum eo tempore adfuiſſe, quo conſtituitur, licet poſteà deſierit, quia retrorſum ſe actio refert.*

28 Pragm. Regni Neap. 5. *in ordine* de liter. camb. *ſancitur, quòd aduersùs literas, etiam acceptatas ſuper protextu, non poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.*

29 *Pragmatica prædicta, licet non liget acceptantes literas in Vrbe, tamen deſeruit ad effectum non eximendi acceptantem ab implemento ſolutionis literarum, dum ſcribens* Neapoli *literas nõ ignorabat, illas vigore eiuſdem* Pragmaticę *poſt acceptationem ſuum debere ſortiri effectum.*

30 *Poſt literas acceptatas, res nõ dicitur ampliùs integra, neque poteſt ſcribens mandatum reuocare.*

31 *Factum debitoris, qui denunciat conſtituenti ſemel iam obligato, ne ſoluat, illum non excuſat.*

32 *In conſtituto fides datur in id, quòd ſolutio fiat ſine controuerſia, & hoc actum intelligitur, vt ſi fides non ſeruetur, incontinenti fiat exequutio.*

33 *Praxis cõueniendi via exequutiua Mercatores acceptantes literas cambij prouenit ex conſtituto.*

34 *Auditor Cameræ in vim ſuarum facultatum procedit ad exequutionem literarum cambij, nulla admiſſa exceptione,* & n. 14.

35 *Acceptans literas cambij ab adiecto præſentatas, ſi illi ſoluere promiſit, non poteſt ampliùs ſoluere ſcribenti; cum actio pro cambio ſit præſentãti quæſita.*

36 *Adiectus in rem propriam dicitur intereſſe habens formaliſſimum in acceptatione literarum.*

37 *Adiectus in rem propriam, nedum poteſt ſolutionem recipere; ſed etiam agere.*

38 *Declaratur* Card. Mantic. deciſio 77.

CAP.

CAP. XCII.

PRO reſolutione huius
quæſtionis, an acce-
ptans ſimpliciter li-
teras cambij poſſit
ſe tueri ad euitan-
dam ſolutionem ex-
ceptione non imple-
menti prouenienteex
cõtractu celebrato in-
ter Campſorem ſcri-
bentem literas ſub ſpe futuræ numerationis,
illaſque recipientem.

1 Initio præmittendum exiſtimo, quòd ac-
ceptans literas non ſit fideiuſſor, neque obli-
gationi accedat ſcribentis; ſed dicatur pro-
priè conſtitutor, actioneque conſtitutoria
teneatur ei, cuius fauore literas acceptauit,
cum ferè omnia, quæ ad conſtitutum ſunt ne-
ceſſaria, in præſentia concurrant; Cum cer-
2 tum ſit ex verbis *Vlpiani ad edictum in l. 1.*
§ debitum. ff. de conſtit. pecun. Debitum ex qua-
cumque cauſa poſſe conſtitui, ideſt quocumque
contractu, ſiue certi, ſiue incerti, vt ſi ex cauſa
emptionis quis pretium debeat, vel ex dotis
cauſa, vel ex cauſa tutelæ, vel ex quocumque
3 *contractu*, Ergo idem aſſerendum in cambio,
parumque referat, an id, quod conſtituitur,
debeatur à conſtituente, vel ab alio; aſſeren-
te eodem *Vlpiano in l. eum qui Epheſi 5. § quod*
exigimus, ff. eod. tit. de conſtit. pecun. Quod exi-
gimus, vt ſit debitum, quod conſtituitur in rem
4 *exactum eſt, non, vtique, vt is, cui conſtituitur,*
creditor ſit; nam & quod ego debeo tu conſti-
tuendo, teneberis, & quod tibi debetur, ſi mihi
conſtituatur, debetur, quod propriè contingit
in acceptante literas cambij; nam dummodò
ſumma in literis contenta debeatur; parum
refert, an acceptans ſit debitor, an verò is,
cuius fauore acceptatur, ſit creditor, necne,
& quemadmodùm in acceptante literas cãbij
receptum habemus, quòd per huiuſmodi ac-
ceptationem non liberetur dator literarum;
niſi poſtquàm fuerit facta ſolutio, prout Nos
alio in loco agemus; ita etiam in conſtituto
ſcriptum reliquit *Caius in l. vbi 28 ff. eod.* ibi:
5 *vbi quis pro alio conſtituit, ſe ſoluturum; adhuc*
is, pro quo conſtituit, obligatus manet, &
pleniùs hoc ipſum tradit *Vlpianus in l. item*
illa 18. §. vetus, ff. eod. tradens, nec per litis
6 conteſtationem, nec alio modo, niſi per ſo-
lutionem factam à conſtituente debitorem
principalem liberari his verbis: *Vetus fuit*
dubitatio, an, qui hac actione egit, ſortis obliga-
tionem conſumat, & tutius eſt dicere, ſolutione
potiùs ex hac actione facta liberationem con-
tingere, non litis conteſtatione; quoniam ſolutio
ad vtramque obligationem proficit; Et demum
quẽadmodùm debitoris præſentia non exigi-
tur, ad hoc, vt is efficaciter ſe obligare poſſit,

& eſt concors Interpretum ſententia, vt poſt
acceptationem non poſſit dator literarum
prohibere, ne is, qui acceptauit, ſoluat, pro-
ut alibi firmabitur, id ipſum *Vlpianus*, tam-
quàm expreſsè de cambio diſſerens reſpon-
dit in *l. vtrum 27. ff. eod.* ibi: *Vtrum præſente*
debitore, an abſente conſtituat quis, parui refert.
Hoc ampliùs, etiam inuito eo conſtituere quem
poſſe Pomponius lib. xxxiv. ſcribit, vnde falſam
putat opinionem Labeonis exiſtimantis, ſi poſt-
quàm quis conſtituit pro alio, Dominus ei de-
nunciet, ne ſoluat, in factum exceptionem dan-
dam, nec immeritò id Pomponius; Nam, cum
ſemel ſit obligatus, qui conſtituit, factum debi-
toris non debet eum excuſare, per quæ Iura
ita originaliter docuit *Baldus in rubr. Cod. de*
conſtit. pecun. num. 1. iunctis primis verbis ad
illam *Rubric* ibi: *ipſi enim magis vtuntur*, qui
rectè aduertit, quòd Mercatores magis vtan-
tur iſta materia conſtituendi, ſe ſoluturos pro
ſeipſis, vel alijs, quàm aliquod aliud genus,
& *conſ. 348. ſub num. 6. verſic ampliùs literæ*
iſtæ, lib. 1. Odd. conſ. 87. num. 3. & 4. Venturin.
conſ. 10. n. 83. & ſeq. id admittens in acceptã-
te literas ab alio conſcriptas, quidquid ſit in
ipſomet ſcribente, vt *num. 90. Rot. Ianuen. de-*
ciſ. 70. n. 3. verſic. quia faciunt fidem ex actione
conſtitutæ pecuniæ, lateque proſequitur *Turr.*
de camb. diſput. 2. quæſt. 16. à num. 57. vſque
ad 72.

Neque vllo Iure, acceptans literas dici va-
let fideiuſſor; Tum quia, cum nudo pacto con-
7 ſtituat, ſe ſoluturum, quod alius debet, non
dicitur fideiuſſor; ſed potiùs conſtitutor, *l. cũ*
qui, §. quod exigimus ff. de conſtit. pecun. Azo.
in ſumm. eod. tit. num. 9. Franc. de fideiuſſor. cap.
1. num. 14. Maur. eod. tract. cap. 4 num. 1.
& ſeq. Piccard. in princip. inſtit. de fideiuſſor.
num. 4.

8 Tum etiam, quia literas acceptans illas
nudo pacto ſoluere promittit, abſque aliqua
prorſus ſtipulatione, quæ alioquin in fideiuſ-
ſione eſt omninò neceſſaria, *l. 1 § verbis ff. de*
action. & obligat. l. Blanditus 12. Cod. de fide-
iuſſor. Bald. conſ. 180. num. 1. lib. 5. Harprect. in
§. de conſtituta. num. 16. inſtit. de action. Connan.
Commẽt. Iur. lib 6. cap. 6 fol 361. à terg. optimè
Gauliaul. in Rubric. *de verbor. obligation. n. 70.*
vbi, quòd ſtipulatio ſit intrinſeca fideiuſſio-
nis ſolemnitas, adeòut, illa deficiente, forma
deficiat, *Franc. de fideiuſſ. cap. 4. num. 62. He-*
ring. eod tract. cap. 11. num. 4. & ſeqq. Cardin.
Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 5. num. 1. & ſeqq.
Turri de cambijs diſput. 1. quæſt. 17. num. 23. &
ſeq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 44. nu. 61.
Sadarinus reſponſ. 19. num. 12. & ſeqq. & n. 22.
Afflict. dec. 39. num. 1. ibique *Viſill.*

9 Multòque magis, quia fideiuſſio, non niſi
inter præſentes fieri poteſt, ſtante ſtipulatio-
nis neceſſitate, *l. 1. ff. de verbor. obligat.* cum
ibi notatis, *Galiaul. vbi ſupra num. 71.* atque

10 adeò acceptationi literarum factæ inter ab-
ſentes conuenire non poteſt, quod ſolùm
ex Prætoria æquitate in conſtituto permitti-
tur, *l.cum qui, §.fin ff.de conſtitut.pecun.* opti-
mèque explica *Galiaula loco proximè laudato.*
11 Neque eſt aliqua habenda ratio de *deciſ.
Franch.303. num.3.* cum qua ſimpliciter per-
tranſit *Fab de Anna conſ 82.num 6.lib.1.Roſa
conſult.67.num.9.Capyc.Latr.dec.196.num.25.*
ſolùm enim perfunctoriè, articulo non exa-
minato, ad effectum diſceptandi, an dicatur
liberatus acceptans literas ob ſcribentis de-
coctionem, aſſerit, quód acceptans cenſeatur
fideiuſſor, quod improprietatem quamdam
denotat, & ſi aliter ſentiret eiuſdem aſſertio
eſſet omninó erronea, neque tanto Iuriſcon-
ſulto digna, præcipuè, quia *gloſ.in §.fin.* verbo
argentariorum, auth.de fideiuſſor. ab ipſo alle-
gata id non firmat.
His igitur præmiſſis, quæ in Iure videntur
abſolutiſſima, nullatenus acceptans literas
poteſt euitare ſolutionem ſub prætextu exce-
ptionis primi contractus initi inter ſcriben-
tem literas, eaſdemque recipientem, ex plu-
ribus.
12 Primò, quia cum acceptans literas actione
ex conſtituta pecunia ſe obliget fauore præ-
ſentantis, ex ſupra deductis, latèque firmat
*Turri de cambijs dict.diſput.2.quæſt.16. nu 57.
& ſeqq.* & latiùs *diſput.1. quæſt.17. num.11.
& ſeqq.*
13 Hinc eſt, vt à conſtituente non poſſit alle-
gari exceptio, quòd literæ fuerint Neapoli
confectæ ſub ſpe futuræ numerationis, quæ
ex aduerſo ſupponitur non ſequuta, prout ex
text.in l fruſtrà 6.Cod.de non numer pecun. pro-
bant in ſpecie videndi ex recentioribus *Scacc.
de commerc.& camb.§.2.gloſ.8 num.12.Gait.de
credit.c.2.tit.7.* ſignanter *n.2527.verſic.tu au-
tem lector, & ſeqq* Vbi etiam, ſi acceptans
exceptionem nomine ſcribentis proponere
intendat, latiſſimè articulo ad partes diſcuſ-
ſo, & contrarijs reſpondens *Turri de cambijs
dict.diſput.2.quæſt 16.à num.56. vſque ad 76.
Capyc.Latr conſultat.42.num.19.lib.1.* qui te-
ſtatur, conſuetudine id eſſe receptum, *Nouar.
in Pragmatic.3. de literis cambij numer.10.
Rocc. de literis cambij notab.27 numer.66.
& ſeqq.Amat.dec.Ferrariæ 45.in princ.* & hāc
ſententiam amplexa eſt *Rot. in Romana litera-
rum cambij 11.Decembris 1602. coram Arigo-
nio impreſſa penes Marchelan par.1.de Commiß.
§.2.fol.877.* in vltima impreſſione, & liben-
tius admittenda in Tribunali Reuerendiſſimi
Auditoris Cameræ, qui vigore ſuarum facul-
14 tatum ad exequutionem literarum cambij
procedit, non àdmiſſa exceptione non nume-
ratæ pecuniæ, teſte *Scacc.de cambijs, §.2.
gloſ.8 num.11.*
15 Secundò, quia propter præcipuam fidem,
quam homines habere ſolent in Campſorum
promiſſione, quoties pro alio ſe debitores
conſtituunt, nulla exceptione ijdem Campſo-
res iuuari debent, iuxta nobile monitum
Baldi, qui dicit menti tenendum in *l.fruſtrà,
Cod.de non numer.pecun.num.1. verſic. & ideò
Campſores*, ibique *Caſtrenſ.num.2. verſic.& ſic
quando Campſor poſt gloſ.in §.final.propè finem
verſic vel pone caſum, authentic.de fideiuſſor.*
16 Tertiò, quia, cum ex conſtituto noua quæ-
dam oriatur obligatio, remanente tamen
veteri, vt eleganter explicat eruditiſſimus,
omnique æuo venerandus *Duaren.in tit.de
conſtit.pecun. cap 4. verſic.ſequitur*; Hinc eſt,
17 vt exceptio non implementi oriens ex con-
tractu cambij inito inter ſcribentem literas,
& receptorem, non valeat opponi ad retar-
dandam exequutionem alterius contractus
conſtituti omninò ſeparati, ſaltem reſpectu
nouæ, principaliſque obligationis ex eo re-
ſultantis, cuius uigore cōſtitutor ex accepta-
tione literarum ſimpliciter facta actione te-
netur conſtitutoria ei, cui literas ſoluere
promiſit.
Regulare enim eſt, quòd exceptio non im-
18 plementi nullo Iure obſtet, quando oritur ex
diuerſo contractu ab illo, de cuius agitur
exequutione, ad notata in *l.cum proponas*, ubi
præ cæteris, *Alex.num.2. Cod.de pact. Butr.
in cap.peruenit*, il ſecondo, *num.6.* ibique *Abb.
num.4. Felin.num.5.de Iur.Iurand. Natt.conſil.
133.num.5.lib.1. Cephal conſ.43. num.4. Surd.
conſ.101. num.25. Cardin.Mant.de tacit. lib.3.
tit.16.num.22.& deciſ.238.num.2.Add.ad Bu-
ratt.deciſ.54 num.17. Ludouiſ. deciſ.541.nu.1.*
ibique *add.Buratt.dec.549.num.3. & dec 571.
num.2.* ibique *Add. num.3.* Et in fortioribus
terminis, quòd exceptio non implementi re-
ſpectu unius capituli non retardet exequutio-
nem, quò ad alia capitula ſeparata, quamuis
in eodem contractu contenta, *Surd. dict.conſ.
101.num.25.Natt.dict.conſ.133. num.5. Add.
ad Ludouiſ.dict. dec.541. n.2. Cardin.Mantica
dict.deciſ.238 num.2.Buratt.deciſ.571.num.2.*
ibique *Add.num.3. Bich.dec.391.num.16. Du-
nozett.Iun.dec.742.num.8.*
19 Prout in ſimilibus terminis ob hanc eādem
rationem non implementi exceptio in Socie-
tate Officii opponi non poteſt ad impedien-
dum lucrum, quando implementum eſt pro-
miſſum in ſeparato contractu inter Officialē,
& recognoſcentem bonam fidem, *Card.de
Luca de ſociet.offic.diſc.3. num.9. Dunozett.Iun.
dict deciſ.742.num.5.& tribus ſeqq.* ſignanter
num.8.
20 Et omiſſis generalibus in ſpecie, quòd, qui
pro alio conſtituit ſe debitorem, primi con-
tractus non implementum opponere non ua-
leat, egregiè firmat uidendus ſubtilis, maxi-
mæque auctoritatis *Hieronym.Verius in Rubr.
de verbor.obligat.num.145.inter repetit.diuerſ.
volum.6.fol.45.à tergo*, cuius uerba, utpotè ſa-
tis

tis ſingularia liceat hic tranſcribere ibi: *Quando verò tertius conſtitueret, ſe ſoluturum, quod alter alteri ad inuicem deberet, virtute illius contractus, vel conſtitueret, ſe ſoluturum pro altero tantùm illi alteri, tunc ille tertius credo quòd poterit conueniri etiam ante implementum ex quo tantùm vigore conſtituti eſt obligatus; Item non haberet locum in eo pœnitentia per eamdem rationem; ſed in principalibus puto ſit locus pœniten iæ, quia iſti tantùm ſunt obligati ex illo contractu; non autem ex conſtituto & in quantùm dixi, quòd ille tertius ante implementum poteſt conueniri, eſt verum, & non obſtat, quòd illud conſtitutum debet imitari naturam præcedentis contractus, ſuper quo interponitur. quia illud procedit, quando ab eo eſſet conſtitutum, qui contraxit; ſed ſecus, quando alius, vt eſt caſus noſter*. Hactenus hic Auctor, quæ doctrina optimè percutit quæſtionem, de qua eſt ſermo, illamque mirificè reſoluit.

21 Pro qua magis, magiſque confirmanda confert egregia *Baldi* theorica in *Rubric. Cod. de conſtit. pecun. num.* 10. *verſic. item e re e ſuſom.* qui quærens, an ſi poſt conſtitutum prima cauſa elidatur deſinat conſtitutum optimè iuxta more reſpondit, ea adhibita diſtinctione, quòd, aut iſta eliſio in ueterem infert obligationem & in conſtitutu & elidit utrúque; Aut infert ſolùm in ueterem & non in nouam, & non elidit conſtitutum; Hac igitur theorica retenta; cum in præſentia exceptio non implementi non inſerat in conſtitutum, cum illud ex pura, ſimplicique reſultet acceptatione; ſed potiùs in ueterem obligationem contractam inter Campſorem ſcribentem literas, & receptorem; meritó efficaciam actionis conſtitutoriæ ſimpliciter ineſſe deductæ eludere non ualet.

Atque ex his etiam patet reſponſio ad obiectum, quòd acceptatio regulari debeat ſecundùm naturam literarum acceptatarum.

22 Siquidem id eſt rectè intelligendum, uel reſpectu debiti, quod neceſſariò præexiſtere
debet ante conſtitutum, & diei in co adiectæ;
23 neceſsè eſt enim, quòd præcedat debitum,
ad hoc, ut conſtituens obligatus remaneat,
l.1 §1. & § debitum, ff. de conſtit. pecun. l.2. C.
24 *eodem*, & conſtitutoris obligatio recipit diē,
de quo in debito ueteri, *leg. id quod* 19. *ff. de*
25 *conſtit. pecun.* & in his terminis loquitur *Turri* ex aduerſo allegatus, *dict. diſput.* 2 *qu.* 16. *num.* 67. *& ſeq.* qui ità perneceſsè eſt intelligendus; nam alioquin non rectè loqueretur.

Vel ad effectum, an ſcribens literas ſit liberatus ob ſubſequutam acceptationem, & in hoc themate procedit *Seacc. de commerc. & camb. §.2. gloſ.5. num* 322. *& ſeq.* dum poſt *Bald. conſil.* 348. *num.*1 *lib.*1. aſſerit, quòd ac-
26 ceptatio non ſit nouus contractus inter acceptantem, & creditorem, cui ſolutio eſt facienda; ſed ſit potiùs pars contractus literarum cambij, & in his terminis apertè loquitur *Rot Ianuen. dec.2. num.* 10. *Rot. in recent. deciſ.* 183. *num.* 14 *par.* 9. *tom.* 1. quod diligenter aduertendum rogo, cum doctrinæ debeant intelligi iuxta theſes, quas ſibi Interpretes, uel Deciſiones proponunt diſputandas.

Secus uerò reſpectu exceptionum, quæ reſultant ex primo contractu, quæ nullo Iure poſſunt opponi à conſtituente ex allegatis, facta, prout in præſentia, acceptatione literarum abſque ulla prorsùs proteſtatione, ſiue conditione.

Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas; nam cum Campſor ſcribens Neapoli literas ſub die Saturni habere uoluerit fidem de pretio, quod, attenta *Pragmatica Regni Neapol. de liter. camb.* tertia in ordine debebat exigi ſub die Lunæ proximè ſequentis, & tamen in gratiam debitoris, exactionem uoluit protrahere.

Hinc eſt, ut, cum tempore ſequutæ acceptationis literarum in Vrbe adfuerit debitum cambij, quamuis poſteà ex dilatione gratuitò data à Campſore, qui non curauit ſub die Martis certiorare, prout moris eſt, Mercatores in Vrbe de non implemento, deſierit
debitum eſſe, uel non implementi fuerit orta
27 exceptio; non ex indè acceptans, qui ex ſupra
initio firmatis, dicitur conſtitutor, non remanſit efficaciter obligatus; cum ſatis, ſuperque ſufficiat pro eius obligatione, debitū eo tempore adfuiſſe, quo conſtituitur, licet poſteà deſierit, quia retrorſum ſe actio refert, prout eſt optimus, ſingulariſq; *tex. in l. item illa.* 18. *§ quod adijcitur, ff. de conſtit. pecun.* ibi: *Nam primum illud efficit, vt ſi quid tunc debitum fuit, cum conſtitueretur, nunc non ſit, nihilominùs teneat conſtitutum, quia retrorſum ſe actio refert, Duaren. in eod. tit. cap.2. verſ. quæritur etiam propè finem, Card. Mantic. de tacit. lib.*19 *tit.*3. *num.*16.

28 Fortiùs abſque dubio prædicta procedunt, attenta *Pragmatica Regni Neapolitani* quinta in ordine § 3. *ſub tit. de literis cambij*, in qua reperitur expreſsè ſancitum per hæc verba relata per *Roccum de literis cambij notabili* 27. *num.*69. *Che non ſi poſſa allegare eccettione alcuna per impedire l'eſecutione, e pagamenti delle lettere di cambio accettate, etiam ſotto preteſto, che non ſia corſa la voluta, ma quelle ſi debbano pagar ſubito reſtando à quelli, che faranno detti pagamenti le raggioni contro quelli, che haueranno ſcritto le lettere.*

29 Quamuis autem huiuſmodi Pragmatica nō obliget acceptantes literas in Vrbe; mirificè tamen deſeruit pro reſponſione ad obiectum reuocationis mandati factæ, vt contenditur, à ſcribente, quæ nullatenus ſuffragatur, ſaltem ad effectum eximendi acceptantem ab implemento ſolutionis literarum; Tum, quia

ſcri-

ſcribens Neapoli literas non ignorabat, poſt
acceptationem, illas neceſſariò ſuum debere
ſortiri effectum, attenta eiuſdem Pragmaticę
ſanctione.

Tum etiam quia, inſpecto Iure communi,
30 poſt literas acceptatas, cum res ampliùs in-
tegra non dicatur, nullo Iure eſt permiſſum
ſcribenti mandatum reuocare; itaut libere-
tur acceptans, *Altograd. conſ. 6. n. 78. 93. & ſeq.
lib. 1. Scaccia de cōmerc & camb. §. 2. gloſ. 7. n.
76. Capyc. Latr. conſult. 42. n. 19 lib. 1. Turri de
camb. dicta qu. 16. num. 65. verſic. & demum
ſi de acceptante*, & eſt celebre *Vlpiani*
reſponſum in *l. vtrum 27. ff. de conſtit. pe-
cun.* vbi, quòd, cum is, qui conſtituit, ſemel
31 ſit obligatus; factum debitoris, qui denun-
ciat conſtituenti, ne ſoluat, eum non excuſat,
ibi: *Si poſtquam quis conſtituit pro alio domi-
nus ei denunciat, ne ſoluat, in factum exceptio-
nem dandam*; nam, cum ſemel ſit obligatus,
qui cōnſtituit, factum debitoris non debet
eum excuſare, de quo *Card. Mantic. de tacit. lib.
19. tit 4. num 9. Turri de Camb. diſp. 2. quaſt.
16. num. 65.*

Prædictis omnibus ea accedat animaduer-
ſio, quòd in conſtituto reſultante ex accepta-
32 tione literarū fides datur in id, quod ſolutio
ſine controuerſia fiat, *l. eum qui ephesi 5. § Iu-
lianus quoque. ff. de conſtit. pecun.* ibi: *ſine con-
trouerſia tenetur Titius de conſtituta pecunia*,
& in conſtituto hoc actum intelligitur, vt ſi
fides non ſeruetur, incontinenti fiat exactio,
l. Promiſſor Stichi 21 §. 1. ff. conſtit. pecun. ibi:
*Promiſſor Stichi, poſt moram ab eo factam,
mortuo Sticho; ſi conſtituerit ſe pretiū eius ſolu-
turum, tenetur l. 2. Cod. eod.* Tornell. *in Rubr. de
Verbor. oblig. num. 82. & ſeqq.*

Atque hinc prouenire Praxim conuenien-
33 di via exequutiua Mercatores acceptātes li-
teras cambij, teſtatur *Turri de camb. dict.
diſp. 16 qu. 16. num. 66.* quę faciliùs eſt admit-
tendā in Tribunali Reuerendiſſimi Auditoris
34 Cameræ, qui vigore ſuarum facultatum pro-
cedit ad exequutionem literarum cambij,
nulla admiſſa exceptione, *Scacc. de commerc.
& camb. § 2 gloſ 8. num. 11.*

Nullatenus aduerſante obiecto, quòd Buſ-
ſettus careat actione tamquàm ſolutioni li-
terarum adiectus, qui neq; petit, neque nouat,
neq; acceptum facere poteſt; ſed tātùm ſolu-
tionē recipere, *l. quod ſtipulatus 10. ff. de ſolut.
l. ſoluenda. ff. de negot. geſt. Angel. in l. quod ſti-
pulatus, ff. de ſolut. Cancer. var. par. 2. cap. 6. nu.
31. Scacc. de commerc. § 2. gloſ. 7. num. 39.
Stracch de adiect. par. 3. nu. 125. Prat. obſeruat.
63. Montan. controuer. 43. nu. 13. & ſeq. Capyc.
latr. deciſ. 8. num. 6* & in his terminis *Rouit.
in Prag. 1 de lit. camb. num. 13.*

35 Siquidem, omiſſo, quòd acceptans lite-
ras eatenus teneatur ſoluere illi adiecto, qui
eas præſentauit, & Domino literarum rectè
ſoluere non valeat, cum actio pro cambio ſit
quæſita præſentanti, *Scaccia de camb. dict §.
2 gloſ. 7. num. 76. Turri eod. tractat diſp 2 qu.
16. ſub num. 66. verſic. & illa quidem, de Ma-
rinis reſol. 4 per totam ſignanter num. 5. lib. 1.
Rot. Ianuen. deciſ. 93. num. 8.*

Ad hunc advertendum rogo, quòd, cum,
inſpectis circumſtantijs facti, literæ ab ad-
uerſarijs acceptatæ á Mezzamonaco fuerint
tranſmiſſæ ſoluēdę Buſſetto pro ſatisfactione
cuiuſdā tractæ conſimilis ſummę ei factæ in
Salutium, cui dictas literas, vt vulgò dicitur
(girauit) pro quibus Salutius agit. Hinc eſt, vt
Buſſettus, vel non dicatur adiectus ſolutioni,
vti mandatarius eiuſdē Mezzamonachi; vel
36 ſaltē ad iectus in rē propriā tāquàm forma-
liſſimum habens intereſſe in ſolutione litera-
rum, *Pariſ. conſ. 107. num. 46. Ruin. conſ. 209.
num. 8. & ſeq lib. 1. Burſat. conſ 242. num. 8. &
ſeqq. Altim. ad Rouit. dec. 26. num 7. Salgad. in
labyr. credit. par. 1. cap. 27 num. 104* Magon.
dec. 34 num. 8. Bart. *dec. 26.* quo caſu, nedum
37 poteſt ſolutionem recipere; ſed etiam agere,
Straccha de adiect. par. 1. num. 39. vbi adiectū
in rem ſuam intelligi cōcludit, quando, nem-
pè, intereſt, ut illi ſoluatur. *Fontanell. de pact.
nupt. tom 2. clauſ. 6 gloſ. 1. p. 1. num. 38. Tepat.
variar. lib. 1. tit. de ſolut. fol. 3. col 4. in fin. Rota
Ian. dec. 10. num. 4 Magon. dec. Lucen. 34. &
dec. Floren. 108. Coccin. dec. 402. num. 3.* & in
ſpecie *Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 7.
num. 75. & num. ſeq. de Marinis dict. reſolut.
4. per tot.* ſignanter *num* 4. aſſerens, id eſſe in-
dubitatum; quando is, cui mandatum eſt, vt
ſoluat, acceptauit literas, eaſque adiecto ſol-
uere promiſit, *Manſ. conſult. 179. num. 31. &
ſeq. lib. 2.*

Nullatenus aduerſāte *Card. Mantic. dec. 77.*
ibi enim Ceulus, ad cuius fauorē literę fuerunt
38 acceptatæ, erat ſimplex mandatarius, vnde
meritò eidem obſtabant eædem exceptiones,
quæ receptori literarum aduerſabantur.

ARGVMENTVM.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an, & quando ſit admittenda in cambijs, & de diuerſis formulis, cum quibus cambij literæ ſolent conſcribi, & in quibus inter ſe differant, quò ad actualem pecuniæ numerationem.

Scribens literas cambij non liberatur, niſi ijſdem acceptatis, completiſque per actualem ſolutionem; Quidue aſſerendum, ſi mora, ſiue culpoſa negligentia creditoris in non exigendo, ſiue non certiorando ſcribentem, intercesſerit, &

in-

interim debitoris literarum fuerit ſequuta decoctio.

Solutionis præſumptio à ſtatuto, vel ex tēporis lapſu inducta non vindicat ſibi locum, quoties contraria adducitur præſumptio præponderans, vel impugnatur debitum, vel contenditur, non deberi.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in cambio, quoties Cambiator eſt vſus verbis*, per la valuta hauuta, *ſolutionem præſeferentibus.*

2 *Idemque procedit, etiam ſi literæ ſimpliciter afferant*. per la valuta.

Contrarium nonnulli ſentiunt n.6.

3 Baldus conſ. 190. lib. 2. *intelligendus in caſu, in quo per confeſſionem actoris conſtabat de non ſequuta numeratione pecuniæ.*

4 *In literis cambij, ſi dictum fuerit*, per altri tanti, *vel* per tanti cambiati à Noi, *huiuſmodi formulæ non important numerationē pecuniæ.*

5 *Prædictæ formulæ diſcrepant ab alijs*, per la valuta, *vel* per la valuta hauuta in contanti, *probationem veræ numerationis præſeferentibus.*

6 *Verbum*, per la valuta, *in aliquorum ſententia non infert perneceſſè veram, realemque numerationem pecuniæ; ſed potiùs imaginariam, & præſumptam.*

7 *Verbum* per la valuta hauuta in contanti, *abſque dubio importat veram numerationem pecuniæ.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum inter Mercatores. Reprobata contraria ſententia* Facchinei.

9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra triginta dies eſt opponenda, quoties non agitur de dote, aut mutuo, in quibus tantùm datur biennium.*

10 *Elapſo biennio huiuſmodi exceptio multò fortiùs opponi non poteſt aduersùs literas cambij, ſed remanet probata vera, realiſque numeratio.*

11 *Debitor literarum cambij, elapſo biennio, ſi aſſumat in ſe onus probandi, pecunias non fuiſſe ſibi ſolutas, an admittendus ad huiuſmodi exceptionem opponendam.*

12 *Elapſo biennio, cum Iuris præſumptio ſtet pro creditore contra debitorem, ad illam eludendam requiruntur concludentes probationes ſuadentes, numerationem non fuiſſe ſequutam.*

13 *Iuris præſumptio, quæ dicitur efficax probatio, transfert in aduerſarium onus contrariæ, & quidem concludentis probationis ſuper numeratione pecuniæ.*

14 *Probatio concludens non ſequutæ numerationis, an reſultet, ex quo literæ non fuerint remiſſæ proteſtatæ ad ſcribentem.*

15 *Mandatarius ad exigendum conſtitutus, ſiue creditor literarum non tenetur remittere ſcribenti literas proteſtatas, ſemoto particulari ſtatuto, ſeu conſuetudine.*

Prout viget Neapoli, & Ianuæ.

16 *Literæ cambij remanere debent penes creditorem, qui pro literis habendis dedit pecunias, quouſque fuerit ſibi reſtituta pecunia ſoluta.*

Nam aliàs amitteret creditum, ſi literæ eſſent remittendæ ad ſcribentem, contra quem creditor poſteà agere non poſſet.

17 *Ideòque ſatis eſt, quòd literæ cambij reddantur, quando agitur contra ſcribentem, vt ille pecuniam reſtituat.*

18 *Mercator ſcribens literas tenetur eſſe ſollicitus, & inueſtigare, an creditor exegerit, vel ne, & de ratione.*

19 *Mercatores, vltra literas cambij ſolent ſcribere literas, vulgò nuncupatas;* d'auiſo, *dictas Correſponſalibus, à quibus certiorantur de proteſtatione, vel de acceptatione.*

20 *Remiſſiones literarum cum protextu, ſi fuerint omiſſæ, nunquàm ſors cambii amittitur.*

Quidquid ſit, quoties prætenditur in cambiis Nundinalibus ipſum lucrum cambii, necnon damna, & intereſſe.

21 *Scribens literas nunquàm liberatur, niſi eiſdem literis acceptatis, & completis per actualem ſolutionem, cum per dationem earumdem non dicatur inducta aliqua nouatio, aut delegatio.*

Reprobatur contraria ſententia.

22 *Idque etiam non obſtante mora, ſeu negligentia creditoris in exigendo; quoties non interuenit delegatio, ſeu datio in ſolutum; ſed ſolùm mandatum ad exigendum.*

Intellige vt num. 24.

23 *Scribens literas cambii, an, & quando poſſit prætendere, ſe liberatum, eò quia non doccatur de ipſius certioratione ſuper literis non acceptatis*, & num. ſeqq.

24 *Decoctio Mercatoris, à quo literæ erunt ſoluendæ, cedere debet damno creditoris earumdem literarum, ſtante ipſius magna, & culpoſa negligentia.*

Eademque culpa verſatur, vel ob literas non proteſtatas, aut non exactas, vel ob non certioratum ſcribentem, qui rebus ſuis conſulere poterat, & num. ſeqq.

25 *Periculum nominis, etiam dati pro ſoluendo, ad eum pertinet; cuius culpa deterius factum ſit.*

26 *Formula verborum contenta in literis*, Ponete, come ſi auuiſa, *denotat, ſcribentem tunc tēporis non eſſe creditorem Mercatoris, cui literæ ſcribebantur.*

27 *Semoto damno ſcribentis literas, ob non factam certiorationem, idem ſcribens nunquàm liberatur, niſi literis acceptatis, & completis per ſolutionem.*

28 *Statutaria Vrbis præſcriptio non perimit actionem, ſed potiùs ſolutionis præſumptionem inducit.*

Ideòque non militat in eo, qui ſe negat debitorem, & n. 39.

29 Pe-

29 *Pecuniam non fuiſſe numeratam, ſi quis allegat, non poteſt obiicere ſolutionem, cum id valdè differat à ſolutione.*

30 *Præſumptio non currit contra hæredem, niſi concludenter probetur, habuiſſe ſcientiam facti.*

31 *Præſcriptio ſtatutaria excluditur ab ignorantia.*

32 *Niſi tamen agatur de ignorantia improbabili, cum pro ſciente habeatur, qui ſcire non vult.*

33 *Præſcriptio ſtatutaria non comprehendit agentem vigore literarum cambij.*

34 *Statutum loquens de cambio non comprehendit literas cambij, cum de eis, vtpotè priuilegiatis, debeat fieri in ſtatuto ſpecifica mentio.*

35 *Præſcriptio ſtatutaria excluditur, vel ſaltem interrumpitur, quoties veriſimile eſt, creditorem extraiudicialiter debitorem interpellaſſe.*

36 *Præſumptio ſolutionis inducta à ſtatuto non vindicat ſibi locum, quoties adducitur contraria præſumptio præponderans.*

37 *Ob decoctionem debitoris, quemadmodùm interrumpitur præſcriptio incohata contra creditorem, quia debitor ſoluere non poteſt.*

38 *Ita etiam idem dicendum, ſtante decoctione creditoris non valentis agere.*

39 *Præſumptio ſolutionis oriens ex lapſu temporis ceſſat, quoties impugnatur debitum, vel contenditur non deberi.*

40 *Præſumptio elicita ex curſu temporis, necnon ex morte creditoris, & debitoris, ſola non ſufficit ad inducendam præſumptionem ſolutionis, niſi intercеſſerit tempus ad præſcribendum ſufficiens; nam aliàs fruſtratoria eſſet præſcriptio.*

41 *Solutio non præſumitur ex diuturnitate temporis, niſi fuerit ſufficiens ad præſcribendum.*

CAPVT XCIII.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ eſt omninò reijcienda in præſenti Iudicio ex tribus potiſſimùm inſpectionibus.

Primò, quia, quoties, prout in hoc
1 themate, cambiator eſt vſus verbis, *per la valuta hauuta*, præſeferentibus ſolutionem, non
admittitur huiuſmodi exceptio, vt benè firmant in terminis literarum, *per la valuta hauuta*, *Scacc. de commerc. & camb. §.2. gloſ.8. num.6. verſ. & idem*, *Turri eod. tract. diſput.2. quæſt.16. num.11. & ſeq.* vbi, quòd id procedat, etiam inſpecto Iure communi, *Rot. Ian. dec.44 per tot.*

Et in fortioribus terminis literarũ ſimpli-
2 citer aſſerentium, *per la valuta*, quòd ex illis
reſultet probatio numerationis pecuniæ pro
abſoluto ſupponit *Bald. conſ. 347. lib. 1. in princip* vbi literæ legebantur conſcriptæ *per la valuta quì de Maſio Rena*.

Neque contrarium firmat idem *Bald.* ex
3 aduerſo allegatus *conſ.190 lib 2. verſ. item iſta*
priuata Epiſtola; ibi enim eatenus Manfredus dator literarum non tenetur Seio, non obſtante confeſſione de recepto, de qua in literis, & non attento ſtatuto prohibente, opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ; quia per confeſſionem actoris conſtabat de non numeratione, prout expreſsè præmiſit *Bald. inter ſuppoſita facti num.1.* ibi: *Item præſupponitur, quòd dicti* Iacobus, & Ioannes *depoſuerunt in iudicio de non numeratione*, vt in ſpecie ad partes diligenter examinando dictum *conſ. Bald. 190. lib.2.* egregiè reſpondit videndus *Turri de camb. dict. diſp.2. quæſt 16. num.74. & ſeq.* vbi, quòd *Bald.* ſi attentè legatur, potiùs faueat ſententiæ negatiuæ excludenti debitorem literarum ab exceptione non numeratæ pecuniæ, quoties ex verbis literarum cambij deprehendi poteſt, pecuniam fuiſſe numeratam, pro qua etiam ſententia eundem *Bald. in dict. conſ.* allegat *Scacc. de camb. dict § 2. gloſ.8. num.5.*

Prout, neque etiam in contrarium meren-
4 tur allegari *Gait. de credit. cap.2. tit.7. num.*
2556. Rocc. de lit. camb. notabil.37. num 96. & ſeq. poſt 1. volum. reſpons.

Siquidem expreſsè loquuntur, quando in literis dicitur *per l'altri tanti*, vel *per tanti cambiati, ò conti à noi*, quæ formulæ abſque dubio, iuxta ſtilum Mercatorum non important numerationem; ſuntque toto Cælo diuerſę ab alia forma *per la valuta*, vel *per la valuta hauuta contanti*, ex qua dicitur, reſul-
5 tare probationem veræ numerationis, vt be-
nè diſtinguunt dictas formulas *Gait. & Rocc. in locis proximè allegatis, Scacc. de camb. dict. §.2. gloſ.3. num.6. & ſeq. Turri eodem tract. dict. diſp. 2. qu.16. n.36. Manſ. conſult.179. nu.15. & ſeqq. Pieri in lib.* Italico ſermone conſcripto, qui nuncupatur *il Negotiante cap. 10. fol.27.* iuxta impreſſionem Ianuenſem anni 1647. & *fol. 32.* iuxta impreſſionem Venetam anni *1662. par.2. Rot. Ian. dec.44. num.1. & dec.104. num.5.*

Et in omnem caſum obiectum fortè poſ-
6 ſet procedere, quoties ſimpliciter fuiſſet di-
ctum *per la valuta*, quòd, verbum in aliquorum ſententia non præſefert perneceſsè veram, realemq; numerationem pecuniæ; ſed potiùs imaginariam, & præſumptam, vt poſt *Couarr. de camb. part.2. quæſt.18. num.33.* licet perfunctoriè aduertit *Rot. in rec. dec.202. nu. 7. parte 13. repetita poſt collectat. Bonden. deciſ. 83.*

Secus verò, quando, prout impræſentia,
7 fuit vlteriùs additum *per la valuta hauuta*
ex ſupra allegatis; licet non fuerit oppoſitũ verbum *in contanti*, quod abſque dubio dirimeret quamlibet controuerſiam, ex adductis per *Rocc. de lit. camb. notab.37. nu.96. & duob. ſeqq. poſt. 1. vol. reſpons. Card. de Luca de camb. in ſupplem: p.2. diſc.33. num.3.* eruditus *Manſ. conſult.179. num.23. & duobus ſeqq. Pieri vbi ſupr. cap.10.*

Secundò prædicta exceptio non habet locum inter Mercatores, prout de veriori, magiſque recepta ſententia teſtantur, *Abb. in cap. peruenit de fid. Iſtrum. Iaſ. in l. qui pecuniã num.6. ff. ſi cert. petat. Salicet. & Caſtr. in l. ſi li-*

teras

teras, Cod. mandat. Bertazol. clauſ. 32. gloſ. 1. num. 7. Graſſ except 43 num. 22. Zanger. eodem tract. cap. 14. part. 23. ſub num. 54. Paris. conſ. 69. num. 1. lib. 3. Vuſembec. conſ. 31. num. 23 vol. 1. Vrſill. ad Afflict. dec. 110. num. 6 Tappia *dec. 34. Rot. Ian. dec. 26. num. 5.* parumque curan-
8 dum de *Facchin.* ex aduerſo allegato *lib. 2. controu. Iur. cap. 86.* cum iuxta morem Scholaſticorum frequentiſſimè à communi aberrare conetur.

Tertiò tandè eſt reijcienda huiuſmodi exceptio; cum nō fuerit oppoſita, nedū intra 30
9 dies, intra quos eſt pernecesſè proponenda, quoties nō agitur de Dote, aut mutuo, in quibus tātū biēnij indulgetur ſpatiū; ſed de alijs contractibus, iuxta theoricam *gloſæ in l. in contractibus, §. 1.* verbo *breui tempore Cod. de non numer. pecun. Seraphin. de Iuram. priuileg. 60. num. 2. Epiſcop. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 45. num. 5. Afflict. dec. 105. num. 2.* & in terminis cambij, *Paſchal. de Patr. poteſt. part. 1. cap. 8. num. 66. Rocc. reſponſ. 16. num. 5. lib. 2. Rotæ Ian. dec. 26. num. 27.*

Sed (quatenus literę cambij habeant admixtum mutuum) adhuc dicta exceptio non
10 numeratæ pecuniæ, neque etiam intra biennium fuit oppoſita, quo elapſo, indubitati Iuris eſt, quòd dicta exceptio ampliùs opponi non valeat; ſed remaneat probata vera, naturaliſque numeratio, vt in ſpecie literarum cambij, *Scacc. de camb. §. 2. gloſ. 8. num. 2. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2564. Rocc. de liter. camb. notab. 29. n. 75 Rot. Ian. deciſ. 26. n. 3.*

Parùmque releuat reſpōſio ex aduerſo data, quòd adhuc, elapſo biennio, ſit admitten-
11 dus debitor literarum ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, quoties in ſe aſſumit onus probandi, pecunias ſibi non fuiſſe ſolutas, *Maſcard. de probat. concluſ. 695. in princip. Bellon. de his, quæ fiunt incontin. lib. 2. quæſt. 76. num. 1. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2554 Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 8. num. 88 Graſſ. de except. cap. 43. Cardin. de Luca de credit. cap. 83. num. 15. Afflict. dec. 110.* & in his terminis *Scacc. d. §. 2. gloſ. 8. num. 2. Rocch. de literis camb. Notab. 29. num. 76.*

Nam huiuſmodi concluſione etiam admiſſa, quæ non tranſit abſque difficultate, quoties, prout in præſentia, non agitur de dote, aut mutuo; ſed de alio contractu cambij, in quo poſt lapſum tempus 30. dierum non eſt audiendus debitor literarum, ex ſupra firmatis; adhuc, cum, elapſo biennio, iuris præſumptio inducens veram, realemque numerationem ſtet pro creditore contra de-
12 bitorem, nullo iure poteſt elidi ex leuiſſimis coniecturis, de quibus infra, ſed requirūtur plenæ, liquidiſſimæque probationes ſuadentes, numerationem non fuiſſe ſequutam.
13 Regulare enim eſt, vt iuris præſumptio, quæ efficax dicitur probatio, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1. l. ſi tutor petitus, verb. oſtenderis, C. de peric. tutor. & Curator Menoch. lib. 1. præſ. 36. num. 8. & ſeq. Afflict. deciſ. 13. num. 23. verſ. & probationes, Surd. deciſ. 170. nu. 8. verſ. & quod dicitur*, transferat in aduerſarium onus contrariæ, & quidem concludentis probationis ſuper numeratione non facta, *l. generaliter. §. ſi petitum in fin. ff. de fideicomm. libertat. l. fin. in fin. princip. ff. quod met. cauſ. l. ſi Chirographum, l. cum de indebito in princip. ff. de probat. Grat. conſ. 13. nu. 39. verſ. quæ præſumptio, lib. 1. Surd. conſ. 151. num. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 33. num. 2. verſ. ſecundus eſt caſus, Cyriac. controu. 84. num. 12. verſic. enim præſumptio, Duran. dec. 28 num. 18. verſ. quæ libertatis præſumptio, Rot. in recent. dec. 117. num. 3. verſ. ſtantibus maximè part. 3. & dec. 45. num. 7. verſ. quia vltra quod, part. 4. & dec. 207. num. 8. & deciſ. 332. num. 21. verſ. & quidem plenè, p. 10.*

Probatio autem concludens non ſequutæ numerationis nullo Iure poteſt reſultare ad
14 impediendam exequutionem literarum cambij, ex quo literæ non fuerint remiſſæ proteſtatæ ad ſcribentem, idemque certioratus de acceptatione non ſequuta, iuxta tradita per *Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. nu. 326. & §. 7. gl. 2. num. 12. Nouar. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 33. num. 7. Rot. Ian. dec. 99.*

Siquidem, ſemoto particulari ſtatuto, vel conſuetudine, attenta ſtricta Iuris cenſura,
15 non tenetur mandatarius ad exigendum conſtitutus, cui literarum cambij eſt facienda ſolutio, neque creditor ipſarum remittere ſcribenti literas proteſtatas, vt in terminis latè *Rocc.* referens deciſum, *reſponſ. 8. per tot.* vbi reijcit contrarium tenentes, illoſque declarat procedere in locis, in quibus viget particulare ſtatutum, vel conſuetudo, prout Ianuæ, & Neapoli, & de *liter. camb. notab. 50. num. 139. & ſeq.* & in ſpecie *Rot.* me in contrarium ſcribente, in *Ariminen. literar. cambii 27 Nouembris 1669. §. at verò coram Card. Taia.*
16 Idque ea potiſſimùm ratione, quia literæ cambij debent remanere penes creditorem, qui pro literis habendis dedit pecunias, quouſque fuerit ſibi reſtituta ſumma ſoluta, aliàs amitteret creditum, ſi literæ eſſent remittendæ ad ſcribentem, contra quem creditor poſteà agere non poſſet; ideòque ſatis eſt, quòd
17 literæ cambij reddantur, quando agitur contra ſcribentem, & ille pecuniam reſtituit, *l. diſſoluta. C. de condit. ex leg. Bald. in l. pro debito ante fin. Cod. de bon. auctor. Iud. poſſid*

Siquidem, cum Mercator debitor dans, ſiue ſcribens literas ſciat, aut ſcire debeat, ſe
18 non eſſe liberatum; niſi ſequuta reali ſolutione; meritò tenetur eſſe ſollicitus, & perſcrutati, an creditor exegerit, nec ne. vt benè ad propoſitum arguit *Caſtill. de coniect. lib. 5 cap.*

77. ſub verſ. quòd ſi adhuc inſtes, benè *Rot. Ian. dec. 23. num. 19.*

Præcipuè, quia Mercatores, vltrá literas
cambij ſemper ſcribunt alias, quas vulgò
19 nuncupant, *di Auuiſo*, ſeu *de ſpaccio*, directas
eorum Correſponſalibus, à quibus ſemper
certiorantur per alias literas reſponſiuas de
proteſtatione literarum, & de acceptatione
facta, vel facienda, *Scacc. de camb. § 1. qu. 5.
num. 78. & ſeq. Turri eodem tract. diſput. 2. q. 1.
num. 12. Rota Ian. dec. 142. ante n. 3.*

Ceſſatque omninò quælibet difficultas,
quia, cum de præſentatione primarum litera-
rum, earumdemque denegata acceptatione
dubitari non valeat, necnon de ſubſequuta
20 eleuatione proteſti, nunquàm ob omiſſas re-
miſſiones literarum cum proteſtu ſors amit-
titur cambij, quæ in præſentia petitur, quid-
quid ſit, quoties contenditur in cambijs Nũ-
dinalibus ipſum cambij lucrum, necnon dam-
na, & intereſſe, in quibus terminis contraria
procedunt, vt declarat *Scacc. de commerc. &
camb. §. 2. gloſ. 5. nu. 319. & ſeq. Turri de camb.
diſput. 2. quæſt. 13. num. 10. & ſeq. Duard. de
camb. §. 8. quæſt. 1. num. 13.* ibi *aliàs perderet
lucrum cambij*, & *quæſt. 35. ſub num. 12. verſic.
tunc ſi ſinita*, & meliùs, & clariùs, prę cęteris,
Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2493.

Minus attendi debet alterum obiectum,
quòd poſt præſentatas, recuſataſquè primas
literas, debuerit creditor præſentare ſecundas
eiſdem Mercatoribus, & contra eoſdem de-
bitas adhibere diligentias pro habenda ſolu-
tione, quibus non factis, contra ſcribentem
regreſſum habere non valeat.

Inſpecta enim receptiſſima ſententia, Mer-
21 cator ſcribens literas nunquàm liberatur, ni-
ſi literis acceptis, & completis per actualem
ſolutionem; cũ cenſeantur ſuſceptæ pro ſol-
uendo; non autem pro ſoluto, & quatenus
ſolutio ſequatur, & non aliàs, neque per da-
tionem earumdem aliqua dicitur inducta
nouatio, aut delegatio, *l. ſi literarum 23.* ibi:
mandato non impleto, Cod. de ſolut. ibique *Bald.
num. 29. & conſ. 348. nu. 3. verſ. ſed litera lib. 1.
et conſ. 90. lib. 2. Salicet. in l. pro debito, num. 4.
circa fin. Cod. de bon. auct. iud. poſſ. Caſt. in l. de-
bitorem, ff. de nouat. Sforz. Odd. conſ. 87. de Pont.
conſ. 87. lib. 2. Fab. de Anna conſ. 82. num. 22.
Gratian. diſcept. 64. num. 5. et ſeqq. Caſtill. tom.
5. controu. cap. 77. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1.
cap. 8. num. 71. Cardin. Mantic. de tacit. et ambig.
conuent. lib. 17. tit. 8. num. 12. et ſeqq. Merlin. de
pign. lib. 4. quæſt. 150. num. 54. et ſeqq. Mareſcot.
var. lib. 2. cap. 11. num. 1. 3. et 8. Gait. de credit.
cap. 2. tit. 7. ex num. 2396. Galeot. controu. 32.
num. 17. et ſeqq. lib. 1. Barboſ. vot. 126. num. 81.
lib. 3. Scacc. de commerc. et camb. §. 2. gloſ. 5.
num. 332. et ſeqq. Tondut. reſol. ciuil. cap. 90. nu.
6. & ſeq. Olea de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. 3. num. 25.
& ſeqq. Maur. allegat. 62*, vbi etiam ſi acceptas
inceperit ſoluere, *Rouit.* in *Pragm. 1. de liter.
camb. num. 1. & ſeqq. Nouar. in Pragm. de liter.
camb. collect. 2. ſub num. 10. Carleual. de iudic.
tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 6. num. 26. & ſeq. Rocc.
reſponſ. 8. num. 4. lib. 1. Rot. Ian. dec. 2. num. 10.
40. & ſeqq. & deciſ. 4. num. 7. & dec. 8. num. 19.
Pereyr. dec. 26. num. 5. Phœb. deciſ. 207. part. 2.
Borrell. in ſumm. dec. tom. 2. tit. 23. nu. 93. Amat.
deciſ. Ferrar. 2. num. 11. & ſeqq. Franch. deciſ.
303. Capyc. Latr. conſult. 42. num. 3. & ſeq. lib. 1.
& deciſ. 20. num. 5.* ibique eruditus *Manfrell.
in obſeruat. num. 1. Fontanell. deciſ. 124. num. 3.
& ſeqq.* & hanc ſententiam conſtanter ample-
xa eſt *Rot.* præcipuè in *rec. deciſ. 47. num. 1. &
ſeqq. part. 10. Ludouiſ. deciſ. 227. num. 1. & ſeq.*
ibique *add. num. 9. Buratt. dec. 486. Card. Celſus
deciſ. 54. nu. 1. & ſeqq. & dec. 49. num. 2. & ſeq.*
poſt *Pacific. de Saluian. interd. 8.*

Quidquid in cõtrariũ poſt *Bart. in l. ſi ſingu-
laria num. 19. ff. ſi cert. petat.* aberrantes à com-
muni dixerint *Tappia in Pragm. 1. tit. de liter.
camb. lib. 4. Iur. Regn. Io: Vincent. de Anna alle-
gat. 89. num. 2. & ſeqq. Maſtrill. dec. 177. num. 1.
Rauden. deciſ. Piſan. 4. num. 103. & 108. Af-
flict. dec. 353. Manent. dec. 27. et ſeq. Monach. de-
ciſ. Florent. 70. num. 1. Leon. deciſ. Valent. 130.
lib. 2.*

22 Idque, etiam non obſtante mora, ſeu ne-
gligentia creditoris in exigendo, quoties,
prout in hoc themate, non interuenit dele-
gatio, ſeu datio inſolutum; ſed ſolùm man-
datum ad exigendum, *Rocc. reſponſ. 8. num. 6.
lib. 1. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 11. num. 5. add. ad
Ludouiſ. dict. deciſ. 217. Buratt. deciſ. 486. num. 5.
Card. Millin. dec. 136. num. 6. Card. Celſ. dec. 54.
num. 11. Rot. in recent. dec. 260. num. 13. part. 10.*
& poſt *Pacific. de Saluian. dec. 49. et 50.*

Præterquàmquòd negligentia creditoris,
neque etiam poteſt conſiderari in præſentia,
ſtante præſentatione, & recuſatione acce-
ptationis primarum literarum, prout patet
ad ſenſum.

Verùm pro tollendis æquiuocis in huiuſ-
modi articulo apud Doctores ſatis inuoluto,
23 an, & quando ſcribens literas cambij poſſit
prætendere, ſe liberatum, eò quia non do-
ceatur de ipſius certioratione ſuper literis
non acceptatis; & proteſtatis duos caſus per-
neceſsè diſtinguere oportet.

Primus eſt, quando agitur, an ſubſequuta
decoctio literas ſoluere debentis, quem con-
24 ſtat, fuiſſe debitorem ſcribentis tempore ip-
ſarum literarum, cedere debeat damno ip-
ſius ſcribentis, vel potiùs creditoris literarũ,
& in hoc caſu poteſt procedere concluſio,
quòd ſi negligentia creditoris literarum fue-
rit magna, & culpoſa, vel ob literas non
proteſtatas, vel non exactas, vel denium ob
non certioratum ſcribentem, dicatur idem
ſcribens liberatus.

Non enim videtur æquum, vt ex negligen-

tia

tia creditoris literarum pręiudicium ſcriben-
ti inferatur, qui, ſi fuiſſet certioratus, vtiq;
potuiſſet ſuæ conſulere indemnitati, procu-
rando exactionem ab eius debitore, cui lite-
ræ erant directæ, tunc in bono ſtatu exiſten-
te; licet poſtmodùm decocto.
25 Abſolutũ eſt enim in Iure, vt periculum no-
minis, etiã dati pro ſoluendo ad eũ pertineat,
cuius culpa deterius factũ ſit, *l. periculũ 35. ff. ſi
cert. pet.* & in his terminis loquũtur auctorita-
tes ex aduerſo allegatæ, ſignanter *Scacc.* à quo
cæteri mutuarunt, *de commer. et cãb. §. 2. gloſ. 5.
num. 326. iuncto num. anteced. 325. & 246.* vbi,
quòd ſubſequuta decoctio illius, cui literæ
erant directæ, cedere debeat damno credito-
ris earumdem literarum, qui fuit negligens
in certiorando ſcribentem de non ſequuta
acceptatione, *Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 150.
num. 66.* qui antecedentibus *n. 61. & 65.* ſup-
ponit, nedũ ſubſequutam decoctionem illius,
à quo literę erant ſoluendæ; ſed vlteriùs inex-
cuſabilem negligentiam creditoris non cu-
rantis præſentare literas Mercatori, qui erat
debitor ſcribentis, ſinendo, labi tempus con-
ſiderabile, *Card. de Luca de camb. diſc. 26. num.
4. & ſeq.* vbi etiam de debitore literarum in-
terim decocto ob negligentiam creditoris in
faciendis diligentijs pro exactione, & in
non certiorando ſcribentem, qui ſub bona
fide, iuſtaque credulitate, quòd literæ fuerint
impletæ, acquieuerit non faciendo illas dili-
gentias, quas aliàs feciſſet, quibus ſtantibus à
debitore tunc temporis in bono ſtatu exi-
ſtente exegiſſet, *Manfrell. ad Capyc. Latr. dec.
30. num. 16 Thor. in compen. dec. par. 2.* verbo
*periculũ decoctionis in fin. Fontanell dec. 125.
n. 17.* aſſerẽs, quód ob ſupinam negligentiam
creditoris literarum in non certiorando ſcri-
bentem de earum recuſatione, detecta poſt-
modùm decoctio cedere debeat damno eius,
pro quo fuerant literæ ſcriptę, & in his etiã
terminis loquitur *Rota*, me in contrarium
ſcribente, *in Ariminen. literarum cambij 27.
Nouembris 1669. coram Card Taia,* prout etiã
ſuppoſita decoctione debitoris literarum ſe-
quuta ob negligentiam creditoris intelligi
debent, *Nouar. quæſt. Foren 33. num. 7. add. ad
Ludouiſ. dec. 217. num. 9. prope fin. verſ. debet,*
dum allegat *Scacciam* vbi ſupra, loquentem
in prędictis terminis.

Alter caſus eſt, in quo præcisè præſens ver-
ſatur controuerſia, quando, nempè, ob non
factam certiorationem ſcribentis ſuper non
ſequuta acceptatione literarum, nullum om-
ninò poteſt conſiderari imaginarium damnũ,
aut præiudicium Baldinotti ſcribentis, & ſtã-
te optimo ſtatu illorum de Gattouis, tàm de
præterito, quàm etiam de præſenti, á quibus
literæ erant ſoluendæ, quatenus Baldinottus
tempore literarum eſſet illorum creditor, vti-
que facilè ſui crediti ſolutionem poterit cu-
rare; dum literæ non fuerunt completæ.

Aut potiùs reuera dicendum, Baldinottum
eo tempore non fuiſſe creditorem, quod aper-
tè deprehenditur ex forma literarum, quæ
leguntur conceptæ, *ponete come ſi auiſa*, vt poſt
Salicet. in l. ſi filius, la ſeconda, *circa fin. verſ.
ideò in literis, ff. ad Senat. Conſult. Maced Surd.
dec. 23. nu. 10. verſ. ſicuti nec quando*, aduertit
26 *Burat. dec. 486. num 4.* & abſque dubio Bal-
dinottus ſcribens nullum prorsùs damnum
fuit paſſus ob non factam certiorationem
de acceptatione non ſequuta.

Semoto igitur damno ſcribentis literas ob
non factam certiorationem, abſque vlla pror-
27 sùs cõtrouerſia vindicat ſibi locum receptiſ-
ſima concluſio ſuperiùs firmata, quòd ſcribẽs
literas nunquàm liberetur, niſi illis accepta-
tis, & completis per veram, realemque ſolu-
tionem.

Cæterùm contemnendum omninò videtur
motiuum ſtatutariæ præſcriptionis ex plu-
ribus.

Primó, quia non vindicat ſibi locum, ne-
que ſuffragatur Aduerſario, qui debitum lite-
28 rarum cambij nunquám agnouit, ſed mordi-
cùs negat; ſtatutum enim Vrbis non perimit
actionem; ſed potiùs inducit ſolutionis præ-
ſumptionem, quæ ſine dubio non militat in
eo, qui negat ſe debitorem; cum, ceſſante
confeſſione debiti, ceſſet quoque ſolutionis
præſumptio, vt in terminis ſtatutariæ præ-
ſcriptionis *Cardin. de Luca de credit. diſc 129.
num. 19. Cardin Celſ. dec. 304. num. 5. Dunozett.
Iun. dec. 548. num. 11. et dec. 552. nu. 6. verſ. ideò-
que, et num. 7. Bich. dec. 50 n. 12 et ſeq.*
29 Præcipuè, quia aduerſarius ab initio non
allegauit ſolutionem; ſed negauit, pecunias
fuiſſe numeratas, quod omninò differt à ſolu-
tione, vt eſt *text.* expreſſus in *l. aſſeueratio 10.
Cod. de non numer pecun.* & notat *Io: Fab. inſtit.
de liter. oblig. quæſt. 8. Riminald. Iun. conſ. 272.
num. 16. verſ. ſecundò mouetur*, & in ſpecie
præſcriptionis rectè arguit *Bich. dict. dec. 50.
num. 13.*

Secundò, præſcriptio ſtatutaria non currit
30 contra hæredem; niſi liquidò probetur, ha-
buiſſe ſcientiam facti. *Bald. conſ 13 n. 1 lib. 1.
Surd. conſ. 276. ad fin. Ruin. conſ. 26. num. 19. et
32. lib. 3. Gratian. cap. 681 num. 33. Caren. reſol.
138. num. 3. et ſeq. Cardin. Otthobon. deciſ. 142.
num. 15. Rota in recent. dec. 538. num. 4. verſ. et
data ignorantia p. 3.* Quidquid in contrarium
non rectè dixerit *Marta voto 151. num. 1.
et ſeq.*
31 Regulare enim eſt, vt præſcriptio ſtatuta-
ria excludatur ab ignorantia, *Fenzon. ad ſta-
tut. Vrb. lib. 1. cap. 158 num 68. et 70. Mareſcott.
lib. 2. var. cap. 67. num. 38. Ludouiſ. deciſ. 425.
num. 10. et ſeq. Verall. deciſ. 207. num. 6. part. 3.*
32 & contraria procedunt, quoties verſamur
in improbabili ignorantia, cum habeatur pro

ſciente, qui ſcire non vult, vt inquit *Bald. in l. qui contrà, Cod. de inceſt. nupt.* & in terminis præſcriptionis ſtatutariæ *Romanus conſ. 127. ſub num. 2. Dec. conſ. 436. ſub num. 9. Gozadin. conſ. 8. in fin. Beniend. dec. 69. et 71. vtrobique num. 3. et ſeq. Rot. in recent. dec. 346. n. 11. et ſeq. part. 6. et dec. 257. num. 2.* poſt *Pacific. de Saluian. interd. Rota in Romana pecuniaria 19. Iunij 1671. §. non enim coram Reuerendiſſimo Rõdanino.*

Tertiò, eadem præſcriptio non compre-
33 hendit agentem vigore literarum cambij, ut
in ſpecie ſingulariter *Crot. conſ. 190. num. 21. et ſeqq. lib. 2.* ubi in fortioribus terminis, quòd
34 ſtatutum faciens mentionem de cambio, non
comprehendat literas cambij, quæ debent eſſe priuilegiatæ; adeòut de eis ſpecifica mentio fieri debeat in ſtatuto, ut dici ualeant comprehenſæ.

Quartò, quia eſt ſatis ueriſimile, creditorem interpellaſſe extraiudicialiter debitorẽ, quod ſufficit ad effectum excludendi, uel ſal-
35 tem interrumpendi præſcriptionem ſtatutariam, ut cauetur in eodem ſtatuto Vrbis, *Bonius de ſtatut. Vrb. præſcript. gloſ. 16. num. 6. et gloſ. 21. num. 1. et 16. Merlin. dec. 124. num. 5. Rot. in rec. dec. 519. num. 16. part. 4. tom. 3.*

Quinimò tandem, quia, cum creditor literarum, tempore currentis præſcriptionis, fuerit detectus decoctus, ex hoc duplex reſultat inſpectio pro excludenda præſcriptione ſtatutaria.

Altera, quia ſatis probabile uidetur, eumdem creditorem literarum iam decoctum neglexiſſe agere contra Baldinottum ſcribentem pro exequutione literarum; dum non ignorabat, exactionem cedere debere ad cõmodum creditorum; ideòque, cum hæc con-
36 traria preſumptio præponderans adducatur,
non uindicat ſibi locum præſumptio ſolutionis inducta à ſtatuto, prout cauetur in eodem ſtatuto, ibi: *Niſi contraria præſumptio præponderans, et præualens adducatur, Gabr. conſ. 148. nu. 10. et ſeq. lib. 2. Caren. reſolut. 138. num. 5. Rot. in rec. dec. 519. nu. 13. part. 4. tom. 3. Cardin. Seraphin. dec. 926. nu. 3. Merlin. dec. 124. num. 18. Bich. dec. 50. num. 12.*

Altera uerò, quia, quemadmodùm ob decoctionem debitoris interrumpitur præſcri-
37 ptio incohata contra creditorem, quia de-
bitor ſoluere non poteſt; Ita etiam idem aſſerendum, ſtãte decoctione creditoris agere non ualentis ob declarationem emiſſam
38 in Chyrographo Papæ Motu proprio, quòd
foro ceſſerit, cui eſt ſtandum, donec ex aduerſo concludens probatio contraria afferatur, ut omiſſis generalibus in præciſis terminis pro excludenda præſcriptione ſtatutaria, arguit egregiè, ac ſingulariter *Rot. in Romana diſcuſſionis de Ferrattinis 29. Aprilis 1622. coram Vbaldo.*

Tandem præſumptio ſolutionis oriens ex lapſu temporis, & ex morte debitoris, & creditoris, neque etiam poterit ſuffragari Baldinotto ſcribenti literas; Tum quia, quoties
39 impugnatur debitum, uel contenditur non
deberi, ceſſat qualibet ſolutionis præſumptio oriens ex temporis lapſu, *Cardin. de Luca de credit. diſc. 129. num. 19. Card. Celſ. dec. 304. n. 5. Bich. deciſ. 50. num. 12. et ſeq. Dunozett. Iun. deciſ. 548. num. 11. et dec. 552. num. 6. Rot. deciſ. 192. in fin. et deciſ. 219. num. 11.* poſt *Zacch. de obligat. Camer.*

Tum fortiùs, quia eadem præſumptio ſolutionis ex curſu temporis, & ex morte debitoris, & creditoris elicita non nocet; ſola
40 namque non ſufficit ad inducendam ſolutio-
nis præſumptionem, niſi tempus ad præſcribendum ſufficiens interceſſerit, cum aliás fruſtratoria eſſet præſcriptio, ut optimè firmat ſubtilis *Facchin. controuerſ. Iur. lib. 13. cap. 87.* aſſerens, abſque aliquo fundamento dictam præſumptionem fuiſſe inuentam per Interpretes, cum certum temporis ſpatium fuerit à Iure conſtitutum ad præſcriptionem inducendam, per quam tollitur actio, *Rimin. Iun. conſ. 315. num. 16. Torniol. conſ. 90. num. 15. Palma conſ. 45. num. 6. Horded. conſ. 39. num. 55. lib. 2.* benè *Andreol. controu. 135. nu. 1. et ſeqq. Mareſc. Var. cap. 67. num. 35. et ſeq.* ubi refert deciſionem *Rot. in Bonon. de Caldcrinis coram Penia,* ubi in ſpecie ea aſſignatur ratio, quòd alioquin fruſtratoria eſſet præſcriptio, *Cyriac. controu. 261. num. 42. Ciroc. diſcept. 75. nu. 24. Rot. Bonon. diuerſ. dec. 21. n. 72. et ſeq. Mart. Medic. exam. 53. n. 52. inter deciſ. Senen. Rot. diuerſ. deciſ. 788. num. 8. part. 1. Penia deciſ. 721. num. 13. Rot. poſt Zacch. de obligat. Cam. dec. 60. num. 2.*

Et quamuis *Menoch. lib. 3. præſumpt. 135. ſub num. 7.* conetur reſpondere ſupradictæ ra-
41 tioni per Rotam adductæ aſſerens, diuerſam
eſſe præſumptionem ſolutionis à præſcriptione; Nihilominùs ratio per *Facchin.* ponderata non tollitur; ſiquidem (etiam admiſſa ſine ueri præiudicio diuerſitate) non tamen indè reſultat, quòd ſi ſolutionis præſumptio minori ſpatio triginta annorum induceretur ad auferendam creditoribus actionem, non eſſet inanis præſcriptio requirens ſpatium triginta annorum; fruſtra enim à lege fuiſſet inuentum remedium preſcriptionis ex dicto temporis lapſu ad tollendam creditoribus actionem; ſi minus temporis ſub conſideratione præſumptæ ſolutionis fuiſſet ſufficiens, ut rectè arguit *Andreol. dict. controu. 135. num. 2.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Acceptans literas cambij ſuper proteſtu, illaſque ſoluẽs, actione negotiorum geſtorum retinet obligatos ſcribentes, quorum fidem eſt ſequutus, & ab altero ex eiſdem inſolidùm obligatis, tamquàm ſocijs, poteſt ſolutum repetere.

Literarum cambij acceptatio non nocet, ſi ſcribentis decoctio fuerit detecta, & an ſufficiat rumor, decoctioniſque imminentia.

Sententia nocet cohæredibus non citatis, præcipuè non ignorantibus, litem diù agitari cum alio cohærede, ſi eorum exiſtentia non fuit in iudicio oppoſita, multòque magis, ſi ab altero cohærede citato Iura fuerint acerrimè propugnata.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans literas cambij ſuper proteſtu, illaſque ſoluens, actione negotiorum geſtorum retinet obligatos ſcribentes, & ab altero ex eiſdem inſolidùm tamquàm ſocijs obligatis, poteſt repetere ſolutum, & num. 12.*

2 *Acceptatio literarum ſuper proteſtu, licèt nõ minuat obligationem ſoluendi; ex dicta tamen proteſtatione declaratur animus acceptantis, ſe reualendi contra ſcribentem, & ab illo repetendi,* & n. 12.

3 *Societatis naturæ conuenit, vt quilibet ex ſocijs conueniri poſſit inſolidùm; alter enim ab altero mandatum habere præſumitur.*

4 *In ſocietate incidenti ſocius non tenetur in ſolidùm; ſed tantùm pro virili; niſi contrarium in ſpecie ſit actum.*

5 *Cohæredum exiſtentia in dubio non præſumitur; ideòque mandatum contra vnum ex cohæredibus relaxatum non poteſt redargui de nullitate ob defectum citationis cohæredum.*

6 *Victoria cauſæ, ſi à cohærede citato fuit obtenta, vtique prodeſt omnibus alijs cohæredibus non citatis, dum omnium vnica erat cauſa defenſionis.*

7 *In iudicijs æqualitas ſeruanda.*

8 *Actor, & reus ad imparia non iudicandi.*

9 *Sententia, & Decretum nocẽt, etiam cohæredibus non citatis, præcipuè non ignorantibus, litem diù agitari cum alijs cohæredibus,* & n. 6.

10 *Citationis defectus, præſertim in ſupremis Tribunalibus, non attenditur, quoties certum eſt ei, qui debuit citari, defenſionem non competere.*

11 *In literis vulgò dictis* di Auiſo *iuxta ſtylum Mercatorum non poteſt fieri fundamentum; ſed ſolùm attendi debent literæ, vt vulgò dicitur* di ſpaccio.

Idque, etiam procedit in literis di Auiſo *inter ſcribentem, ſeu mandantem, & mandatarium.*

12 *Ex acceptatione literarum facta* ſuper proteſtu *declaratur animus acceptantis, quod omninò fidem ſcribentis ſequi voluerit.*

13 *Idque, etiam ſi in literis contineatur mandatum, non ſolùm de ſoluendo; ſed etiam de adnotando ſolutum ad debitum tertij.*

Mandata, quoties reſpiciũt diuerſa facta, diuerſis temporibus explicanda, poteſt mandatarius vnum exequi ſine alio ibid.

14 *Literæ redeuntes proteſtatæ reſultant in maximam verecundiam, detrimentumque æſtimationis Mercatorum.*

15 *Acceptatio* ſuper proteſtu *nihil aliud ſignificat, niſi, quòd ſoluens voluerit habere obligatos ſcribentes & mandantes; non autem tertium in literis delegatum.*

16 *Ex verbis,* per honor di voſtra lettera l'hò promeſſo ſopra proteſto, *reſultat declaratio animi acceptantis, ſe reualendi, tàm contra ſcribentem, quàm contra delegatum in literis.*

17 *Pro euitanda repugnantia, immediataque correctione omnis poſſibilis interpretatio, & intellectus, eſt capiendus.*

18 *Interpretatio ea eſt facienda, quæ ſubiectæ materiæ magis congruit.*

19 *Proximus decoctioni dicitur, qui poſt decem, aut quindecim dies decoxit.*

20 *Paria ſunt, quòd quis ſit decoctus, vel proximè decocturus.*

21 *Literarum cambij acceptatio non nocet, ſi à die, qua emanarunt, vſque ad diem acceptationis, qui illas direxit, mutauit ſtatum in deterius ob eius decoctionem.*

22 *Idemque dicendum in aſſecuratore Nauis, iam naufragium paſſæ.*

23 *Conditio ſuper facto præterito attenditur, ſi impoſſibilis erat notitia purificationis conditionis de tempore promiſſionis.*

Expenditur text. in l. cum ad præſens, ff. ſi cert. petatur.

24 *Qualibet mutatio ſtatus, tàm mãdantis, quàm mandatarii, ſufficit pro legali reuocatione mandati.*

25 *Rumor, decoctioniſque ſcribentis imminentia, an operetur, vt acceptans literas ſoluere non teneatur.*

26 *Decoctio ſcribentis literas, quoties fuit ſequuta poſt acceptationem earumdem literarum, non remanet liberatus acceptans.*

27 *Literas, quoties quis acceptauit poſt ſcientiam decoctionis ſcribentis, tenetur illas ſoluere.*

28 *Voluntas contrahentium qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex ſubſequutis.*

29 *Stoguatio, vt vulgò dicitur partitæ inter Mercatores, quid operetur.*

30 *Exceptio Iuris tertij non poteſt opponi.*

CAPVT XCIV.

1 MANDATVM relaxatum contra bona hæreditaria Matthæi de Nicolinis videtur exequendum, quia, cum Coccapanius acceptauerit ſuper proteſtu literas cambij ſibi tranſmiſſas à Ioanne, Thadeo, & Matthæo de Ni-

co-

Digitized by Google

colinis, illaſque ſoluerit Bettis, utique actio-
ne negotiorum geſtorum eoſdem Thadæos, &
Nicolinos ſcribentes retinet obligatos, quo-
rum fidem eſt ſequutus, & ab altero ex eiſ-
dem inſolidùm obligatis, tamquàm ſocijs,
poteſt repetere ſolutum, *l. ſoluenda, ff. de ne-
got. geſt.* & in his terminis *Scacc. de commerc. &
camb. §. 2. gloſ. 5. num. 358. verſ. tertius caſus eſt,
& ſeqq. & num. 364. & ſeq.* ubi, quòd ſoluere
literas ſuper proteſtu, & in earumdem hono-
rem, eſt tamquàm tertium uelle habere obli-
gatum ſcribentem, *Turri eod. tract. de camb.
diſp. 2. quæſt. 13. num. 39. & ſeqq. & num. 52.
58. & ſeqq. Rouit. conſ. 71. num. 1. & ſeq. lib. 2.
Burſatt. conſ. 39. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Gra-
tian. cap. 388. n. 6. et ſeqq. Rocc. reſponſ. 14. nu. 5.
lib. 1. & de liter. camb. notab. 32. n. 80. Card. de
Luca de camb. diſc. 29. n. 8. Rot. Ian. dec. 6. nu. 7.
& ſeq. & dec. 19. ſub num. 4. poſt medium, verſ.
ex quibus remanet, & dec. 23. num. 17. & dec.
30. in princip.* rectè aduertens, quòd in hoc
caſu mandatarius efficiatur negotiorum ge-
ſtor, *Rot. in recent. deciſ. 26. num 2. part. 5.* &
pro indubitato firmauit *Rot.* in hac eadem
cauſa inter Coeccapanium, & Bettos, quibus
prædictæ literę erant ſoluendæ, coram *Card.
Otthobon. dec. 118. num. 7. et duob. ſeqq.* in qui-
2 bus fuit optimè ponderatum, quòd, quamuis
acceptatio literarum facta *ſuper proteſtu* nō
minuat obligationem ſoluendi illi, ad cuius
fauorem literæ fuerunt ſcriptæ, ex dicta ta-
men proteſtatione declaretur animus acce-
ptantis intendentis quidem ſoluere; ſed, tam-
quàm tertius, & pro honore literarum, ac ani-
mo ſe reualendi contra ſcribentem, & ab il-
lo repetendi.

His præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris cenſura
ſunt abſolutiſſima, non aduerſatur ad im-
pediendam exequutionem mandati obiectum
nullitatis ex eo potiſſimùm deductum, quòd,
neque hæredes Ioannis Thadæi conſocij, ne-
que ſaltem omnes filij, & hæredes Matthæi
fuerint citati.

Quò enim ad primos, nulla prorsùs ade-
rat illos citandi neceſſitas; potuit enim man-
datarius pro eius arbitrio exequutinè agere
pro repetitione quantitatis ſolutæ contra
3 hæredes Matthæi; id enim naturæ conuenit
ſocietatis, ut quilibet ex ſocijs conueniri poſ-
ſit inſolidùm; alter enim ab altero recipro-
cum mandatum habere præſumitur, *l. credi-
tor, §. duobus,* ubi Doctores, & præcipuè *Al-
beric. ff mandati, l. ſi tamen plures 4.* ibique
*gloſ. ff. de exercit. action. l. n. in plures. ff. eodem,
Bald. in rubric. Cod. eod. tit. num. 26. & in l. cum
te in fin. verſic. caue tamen, C. ſi cert. petat. &
conſ. 263. num. 3. lib. 5. Bart. in l. ſi plures, & in
l. eamdem. ff. de duobus reis, Paul. de Caſtr. in
l. 1. §. ſi plures,* il ſecondo, *num. 2. verſic. breui-
ter iſte textus, ff. de exercitor. action.* latè *Ron-
chegal. in l. eamdem, num. 137. & 191 in fin.* vbi
dicit communem, *ff. de duob. reis, Aretin. conſ.
29. col. 2. & 3. & conſ. 66. num. 3. et 4. Menoch.
conſ. 410. num. 37.* Gratian. *cap. 279. num. 9. &
967. num. 35. Theſaur. lib. 4 quæſt for. 30. nu. 4.
Rocc. de ſociet. Mercator. notab. 11. num. 31. &
notab. 12. num. 33. poſt 1. vol. reſponſ. Card. de
Luca de camb. diſc. 29. num. 3. & de credit. diſc.
75. num. 10.* Rot. *Iannen. dec. 97. num. 7. & ſeq.
& dec. 185. num. 2. Surd. deciſ. 213. nu. 1. & ſeq.*
ibique *Hodiern. Fontanell. dec. 506. num. 8. &
ſeq. Duran. deciſ. 416. num. 2. Ludouiſ. deciſ. 302.
num. 1.* ibique *Add. num. 9. Merlin. dec. 606. n. 5.
Card. Celſ. deciſ. 2. num. 1. et ſeq. Rota in Romana
Societatis de Rotignis 19. Iunij 1645. §. quia
cum inter partes coram Reuerendiſſimo Ghiſle-
rio,* impreſſa per extenſum penes *de Marin. poſt
cap. 207. num. 7. lib. 2.*
4 Neque aduerſātur ex aduerſo allegati, *Gra-
tian. cap. 320. num. 42. et ſeqq. Penia dec. 1621.
num. 1. et ſeqq.* vtpotè loquentes in ſocietate
incidenti, in qua ſocij non tenentur inſoli-
dùm; ſed tantùm pro virili, niſi contrarium
expreſsè ſit actum.
5 Quò verò ad alios cohæredes Matthęi, dum
in actis non reperitur ſpecificè oppoſita illo-
rum exiſtentia, quæ de iure non præſumeba-
tur, *gloſ in leg ſi cum dotem 22. §. tranſgredia-
mur,* verbò *extiterit, ff ſolut. matrim Bald. conſ.
168. num. 6. verſ. ſeries autem facti. lib. 1. Are-
tin. conſ. 32. num. 2 Caball. conſ. 55. num. 3. lib. 2.
Cauagnol. conſultat. 61. num. 31. et ſeqq. lib. 2.
Maſcard. de probat. concluſ. 1253. num. 32. Cy-
riac. controu. 244. num. 22 Boer dec. 10. ſub n. 2.*
mandatum anteà legitimè relaxatum, citato
R. P. D. Nicolino hærede principaliter intereſ-
ſe habente, vti poſſidente in Vrbe Officium
Secretariatus Apoſtolici hereditarium ſui pa-
tris; nullo Iure poteſt redargui de nullitate,
vt in ſpecie ſatisfaciendo obiecto nullitatis
mandati ob defectum citationis aliorum co-
hæredum, reſpondit *Rot. in recent. deciſ. 456.
num. 4. part. 4.*
6 Præcipuè, quia, quemadmodùm victoria
cauſæ, ſi ab hærede citato fuiſſet fortè obtem-
pta, vtique omnibus alijs profuiſſet cohæ-
redibus, quamuis non citatis, dum omnium
unica erat cauſa defenſionis, *l. Poſthumus, §.
ſi quis ex his, ff. de inofficioſ. teſtam. Alex. in leg.
ſæpè, num. 31. ff de re iudic. Felin. in cap. quam-
uis, num. 9. eod. tit. Curt. Iun. conſ. 47. num. 16.
Rot. deciſ. 28. num. 10. poſt Zacchiam de oblig.
Camer.*
7 Ita etiam ratione æqualitatis in iudicijs
omninò ſeruandæ, *l non debet 42. ff. de regul.
Iur. cap. in iudicijs eod. tit. lib. 6. cap. nonit de
iudic. Bald. conſ. 48. col. 2. verſ quartum pone,
lib. 2. Menoch conſ. 367. num. 29. Gratian. cap.
103. num. 2. et cap. 531. num. 16. Ludouiſ. deciſ.
581. num. 1.* ibique *Add. num. 7. Buratt. dec. 40.
num 4. Rot. in recent. dec. 90. num 6. part. 9.* &
8 ne actor, & reus contra notiſſimas regulas
Iu-

Iuris ad imparia iudicentur, leg fin. Cod. de ſent. et lit. expenſ. Arias de Meſa var. lib. 1. cap 11. num. 3. Franch. deciſ. 23. num 9. Fontanell. deciſ. 306. num. 10. ipſe ſolus ſuccumbendo omnibus alijs cohæredibus potuit præiudicium inferre, præcipuè non ignorantibus litē tamdiù agitatam in Vrbe cum eorum fratre,
9 quo caſu ſententia, ſeu decretum nocet, etiam cohæredibus non citatis, leg. ſæpè, verſic. ſed ſcientibus, ff. de re iudic. cap. quamuis eod. tit. Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 3. ff. de re indic. Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 11. num 25. Cancer. variar. part. 3. cap. 17. num. 554. Surd. conſ. 333. num. 11. Bich. deciſ. 383. num. 16. repetita in recent. deciſ. 303. num. 14. part. 10.

10 Multòque magis, quia heres citatus adeò acerrimè communem cauſam propugnauit, vt ab alijs cohæredibus validiores defenſiones parari nullo modo potuerint, ad effectum impediendi relaxationem mandati contra bona hereditaria, Iudicemque in contrariam ſententiam trahendi, quibus ſtantibus fruſtrà obijcitur, præſertim in ſupremis Tribunalibus, citationis defectus, quoties certum eſt, defenſionem non competere, leg. ſi eum ſeruum, §. 1. & §. fin ff. de fideic. liber. leg. recuſare in principio, ff. ad Senat. conſult. Trebell. Felin. in cap. cum olim col. 6. verſ. non eſt citandus is, cui certum eſt defenſionem non competere, de re Iudic. Alex. in l. non ſolùm, §. morte nu. 47. ff. de nou. oper. nunciat. & conſ. 130. num. 2. lib. 1. Marſil. ſingul. 30 Marant. in Prax. part. 6. tit. de citat. num. 5 fol. 307. Gabr. eod. tit. concluſ. 1. num. 332. verſ. 16. limita, Crauett. conſ. 179. num. 6. verſ. pro hoc adduco, Oldrad. conſ. 95. ad finem, latè Surd. conſ. 181. num. 27. & ſeq. & conſ. 227. num. 17. Vant. de nullit. & defect. citat. num. 20. Vbert. de citat. cap. 13. num. 40. in fin. lib. 3. de Marin. quotid. reſolut. cap. 45. num. 7. lib. 1. Card. de Luca de Iuriſd. diſc. 22. nu. 3. verſ. potiſſimè, & diſc. 13. num. 5. verſ. tam fortius, Mart. Medic. dec. Senenſ. 24. nu. 53. Penia dec. 1278. Cartar. dec. 14. num. 13. & ſeq. Rot. in rec. dec. 733. num. 9. in fin. part. 2. & dec. 210. num. 18. part. 8. & dec. 291. num. 5. part. 10.

Minus etiam obſtat, quò ad prætenſam iniuſtitiam, literas cambij fuiſſe à Coccapanio acceptatas, non animo ſe reualendi contra Nicolinos ſcribentes; ſed potiùs contra Cantatorem Liburni commorantē, cuius fidem fuit ſequutus; idque deprehendi ex aduerſo contenditur ex duabus literis, vt uulgò dicitur *d'auiſo* à Coccapanio Cātatori tranſmiſſis, altera, nempè, die 30. Iunij 1640. eadem die ſequutæ acceptationis literarum ſuper proteſtu ſub his uerbis: *Detti Taddei, e Nicolini mi hanno tratto ſcudi 775. 16. 10. ſenza dirmi coſa alcuna, e la loro lettera, che hò riceuuta è delli 16. del corrente, che ce ne doueua eſſer delli 23, che biſogna ſia reſtata in dietro, che per honor di voſtra lettera l'hò promeſſa ſopra proteſto, e mentre, che mi auuiſano trattmeli per voſtro conto, li pagherò liberamente.*

Altera uerò die 7. Iulij eiuſdem anni ibi: *e la promeſſa, che ſarà il tempo, pagherò li 755. 16. 10. trattimi per voſtro conto, & cat. e ne hauerete debito.*

11 Siquidem pro reſponſione ad huiuſmodi obiectum circa quód, iuxta meam ſētentiam, potiſſimùm hæc uerſatur controuerſia, omiſſo, quòd ſuper prædictis literis *d'auiſo*, ſignanter tertio conſcriptis, de ſtylo Mercatorum non poteſt fieri aliquod fundamentum, prout teſtantur in fortioribus terminis literarum *d'auiſo*, inter ſcribentem, ſeu mandantem, & mandatarium, Nouar. in Pragm. 1. de lit. camb. num. 16. verſ. quia in iſtis, Rocc. de lit. camb. notab. 18. verſ. quia in lit. d'auiſo poſt 1. volum. reſponſ. & poſt Bal. in l. ſi Titius, ff. de conſtit. pecun. Gamma dec. 336. nu. 3. & 4 benè Rot. uidenda in recent. dec. 36. nu. 11. verſ. nec videbantur obſtare, & duobus ſeqq. part. 5. ubi in ſpecie de literis *d'auiſo* præcedentibus, ſiue ſubſequentibus literas cambij acceptatas ſuper proteſtu.

12 Sublata remanet quælibet difficultas; Premiſſa enim receptiſſima concluſione, quòd ex acceptatione literarum facta à Coccapanio ſuper proteſtu fuerit ſatis apertè declaratus animus ipſius acceptantis, quòd uoluerit omninò ſequi fidem ſcribentium, illoſque habere obligatos, quidquid deindè fuerit geſtum, ſeu ſcriptum inter Coccapanium, & Cātatorem, ut in precisis terminis firmāt teſtantes de notorio ſtylo Mercatorum, Scacc. de camb. §. 2. & gloſ. 5. num 358. & ſeqq. & 364. Turr. eod. tract. quæſt. 13. nu. 39. & ſeqq. Rouit. conſ. 71. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Rocc. reſponſ. 14. num. 15. lib. 1. & de lit. camb. notab. 32. num. 80. Gratian. diſcept. 388. num. 6. & ſeq. Card. de Luca de camb. diſc. 29. num. 8. Rot. Ianuen. dec. 6. num. 7. & ſeq. & dec. 19. ſub num. 4. verſ. ex quibus remanet, & dec. 23. num. 17. Rot. in recent. dec. 26. num. 2. quæſt. 5. Card. Ottobon. dicta dec. 118. num. 7. & duobus ſeqq.

Quòdque in eiſdem literis nullum contineatur mandatum de adnotando tractam ad debitum Cantatoris, prout ex earum lectura, quod etiam ſi fuerit expreſſum, non ſuffragetur, quia adhuc acceptans literas ſuper proteſtu, illaſque ſoluens, dicitur ſequi
13 fidem ſcribentium, quos vult retinere obligatos, quamuis in literis contineatur mandatum, non ſolùm de ſoluendo; ſed etiam de adnotando ſolutum ad debitum Tertij, quia cum dicta mandata reſpiciant diuerſa facta, diuerſis temporibus explicanda, iuxta theoricam Angel in l. 2. Cod. de donat. ant. nupt. Bart. in l. Aurelius §. idem quæſijt, ff. de lib. legat.

Fe-

Felin.in cap.cum inter de re iudic. poteſt man-
datarius unum exequi ſine altero l.celſus, ff de
arbitr. egregiè Dec. conſ.430. ubi agens de
mandato aliquibus iniuncto de emendo pan-
nos, & ut merces Neapolim tranſmitterent,
necnon quòd curarent, fieri aſſecurationes,
cum clauſula traijciendi merces de naui one-
rata in aliam nauim uſque ad Portum Nea-
polis, & mandatarij fuerint exequuti unum,
ſcilicet, mandatum de emendo; & tranſmit-
tendo, nõ autem de curãdo fieri aſſecuratio-
nes ſub illa clauſula traijciendi; cumque
ageretur per mandãtes contra mandatarios,
tamquàm culpoſos, & negligentes, Decius
eos defendit ab imputatione ex Iuribus ſu-
pradictis, Pariſ.conſ.47. num 70.lib.1. Rocc.
de mandat. ſeu complem.notab.12.num.23. poſt
1.volum.reſponſ.Rot.Ian.dec.19.n.4. Turri de
camb.diſp.2.q.13.n.54.

14 Pręcipuè, quia mãdãtes cõqueri nõ ualẽt.
Nam alioquin ipſorum literæ rediſſent pro-
teſtatæ non ſine maxima uerecundia, & dede-
core, exiſtimationiſque detrimento, quod in-
ter Mercatores eſt ualdè conſiderabile, ut in
ſpecie optimè uidendi Turr.de camb.dict.diſp.
2.quæſt.13.num.53 & quatuor ſeqq. ubi num.
56. reprobat Scacc. contrarium ſentientem,
Rota Ianuen. deciſion.19. num.4 Rota in re-
15 cent.dict.dec.26.num.1. part.5. ubi, quòd ac-
ceptatio ſuper proteſtu nihil aliud ſignificet,
niſi, quòd ſoluens uoluerit habere obligatos
ſcribentes, & mandantes; non autem Tertiũ
debitorem delegatum in eiſdem literis.

Prædictis igitur firmatis, quæ in ſtricta
Iuris cenſura non patiuntur aliquam contro-
uerſiam; nullatenus releuant prædictæ literæ
à Coccapanio conſcriptæ Cãtatori ad effectũ
arguendi, eumdem Coccapanium voluiſſe ſe-
qui fidem Cantatoris; non autem ſcribentium;
16 ſi enim attendantur verba primarum litera-
rum, ibi: Per honor di voſtra lettera l'hò pro-
meſſa ſopra proteſto, ex illis, vel debet reſulta-
re declaratio animi eiuſdem Coccapanij de
ſe releuando, tàm contra ſcribentes, quàm
contra Cantatorem, quatenus ſupponatur de-
legatus in literis, iuxta deducta per Rocc.de
liter.camb.notab.34.num.90. Rot.Ian.deciſ.23.
Rota, in ſpecie literarum, de quibus agitur in
Romana literarum cambij 13.Aprilis 1646. §.
non obſtat quod Coccapanius in fine coram Re-
uerendiſſimo Ghislerio, vbi, quòd clauſula ſu-
per proteſtu operetur, ut acceptans literas
cambij habeat non ſolùm obligatum in lite-
ris delegatum; uerùm etiam ſcribentem, &
mandantem, & hoc modo interpetrando prę-
dicta uerba ſcribentes non remanſiſſent libe-
rati.

Vel potiùs aſſerendum, uerba illa per ho-
nor di voſtra lettera, fuiſſe erroneè appoſita á
Iuuene.

17 Tum quia alioquin adeſſet in prędictis uer-
bis apertiſſima repugnantia, immediataque
correctio, pro qua euitanda, eſt capiendus
omnis poſſibilis intellectus, & interpetratio,
leg.non ad ea 83.ff.de condit.et demonſtr. Are-
tin.conſ.7.in princ.Oldrad.conſ.330.ſub num.8.
in fin. verſ et quod dicitur, Rot.in rec.dec.113.
num.10.part.11.Card.Cerrus deciſ.136.nu.16.
et dec.793.num.6. Non enim poſſunt ſtare ſi-
mul acceptatio literarum in honorem Canta-
toris, & promiſſio ſuper proteſtu, quæ dire-
ctè tendit in dedecus, & præiudiciũ æxiſtima-
tionis ipſius Cantatoris, qui ſupponitur dele-
gatus, quem Coccapanius, cum noluerit re-
cognoſcere in debitorem, neq; eius fidem ſe-
qui, ſtante acceptatione literarum ſuper pro-
18 teſtu, nullatenus dici poteſt, uoluiſſe hono-
rare; ſed potiùs iniurijs afficere, ut patet ad
ſenſum, & optimè ad propoſitum aduertit
Rot.in recent.dict.dec.26.num.4. in fin. verſic.et
niſi iſtis verbis, et num.7.verſic.materia autem
ſubiecta, part.5.

Tum etiam, quia intellectus partis aduer-
ſę, quòd dicta uerba, per honor di voſtra lette-
ra, intelligi debeant in computum Cantato-
ris, eſt impoſſibilis in mente Coccapanij; dũ
enim literæ acceptatæ ſuper proteſtu non
erant ſcriptæ á Cantatore; ſed à Tadæis, &
Nicolinis; qui nullatenus certiorarunt Coc-
capanium, quòd tracta fieret pro computo
ipſius Cantatoris, prout apertè colligitur ex
eademmet epiſtola á Coccapanio conſcripta,
ibi: Detti Taddei, e Nicolini m'hanno tratto, etc.
ſenza dirmi coſa alcuna, & ſine iſta explicita
ſcientia Coccapanius non potuit, nec voluit
acceptare literas in computum Cantatoris,
prout ex eadem epiſtola, ibi: E mentre mi au-
uiſauo trarmeli per voſtro conto, li pagherò li-
beramente.

Hinc reſultat, vt uſque ad futuram certio-
rationem faciendam à Taddæis, & Nicoli-
nis, nullo modo dici poſſint literæ acceptatę
in computum Cantatoris, eiuſque fidem fuiſ-
ſe ſequutam, ſed potiùs ſcribentium, ſtante
explicito proteſtu.

Parumque releuant ſecundæ literę miſſiuæ
ſub die 5.Iulij 1640. Cantatori conſcriptæ,
ibi: E la proſſima pagherò ſcud. 755. trattimi
per voſtro conto. e ne hauerete debito; Idque
ad formam antecedentium literarum ſub die
30.Iunij eiuſdẽ anni; Quia, cum Cantator die
7.Iulij, & anteà, tamquàm notoriè decoctus
fugam arripuerit extra Statum Sereniſſimi
Ducis Hetruriæ; atque adeò dubitari non
poſſit, qui die 30. Iunij eſſet proximus deco-
19 ctioni, qualis reputari debet, etiam, qui poſt
decem, aut quindecim dies, uel infra breue
tẽpus Iudicis arbitrio determinendũ poſteà de-
coxit, Gratian.cap.768.nu.10. Rocc.de decoct.
Mercator.n.110.Carleual.de iudic.tom.2. tit.3.
diſp.6.n.32.Mattiẽz.in l.7.tit.16.lib.5.recõpil.
gloſ.5.num.9.Cardin.de Luca de credit.diſc.10.
n.13.

num.13.Buratt.dec.9.num.2.et decis.104. nu.1. ex breuitate enim temporis fraus colligitur ex congeſtis per *Tiraquell, de retract. lignag. §.1.gloſ.7.num.77.*& paria ſunt, quòd quis ſit
20 decoctus, vel proximè decocturus, *Bald.conſ. 400.num.3. & tribus ſeqq. lib.1. Straceh.de decoct.part.vlt.tit.qui potior. in bon. decoct.habeant,num.17.Vrſill.ad Afflict.dec.402.num.7 Gratian. dict. cap.768. num.10. Merlin. de piguor.lib.4.quæſt.135.num.4.& 5.Buratt.dict. dec.104. num.1. Cardin.Seraphin. deciſ.1146. num.9.*

21 Hinc fit, vt ſtante antecedenti decoctione Cantatoris, Coccapanius illam ignorans non teneretur ſoluere, nedum tractam ſcutorum 755. ſed neque etiam alteram ſcutorum 814. contentam in poſterioribus literis cambij, quæ neque etiam originaliter exhibentur, ſoluique promiſſam in dictis literis ſcriptis Cãtatori ſub die 7. Iulij 1640. iuxta veriorem, magiſque æquam, & receptam ſententiã, quã præ cæteris firmãr, omiſſis alijs, qui poſſent laudari, *Fab. de Ann.conſ.82. lib.1. Paſchal. de patr.poteſt.part.1. cap.8. num.7. Scacc.de commerc.& camb.§.2.gloſ.5. quæſt.11. n.329. Turri de camb.diſput.2.quæſt.9.num.30. Manſ. conſult.126.num.14.lib.2. Gait.de credit.cap.2. tit.7 num.2417.& ſeqq. Nouar. in Pragm.de liter.camb.collect.2.num.5.Carleual.de iudic.diſput.6. num.37. & ſeq. tom.2.* eruditiſſimus *Torre de pact futur.ſucceſſ. lib.3. cap.11. num. 116.Merlin.controu.11.lib.2. Rocc. reſponſ.10. num.11.& ſeqq lib.2.Cardin.de Luca de camb. diſc.25. num.4. Romana literarum cambij 1. Febr. 1630.coram Motmãno,*quæ eſt adducta per extenſum penes *de Marinis cap.258. lib.1.* egregiè R*ot.in rec. dec.345. num.9. & per tot. part.5.Dunozett.Iun dec.940. num.2. & ſeqq.* Quidquid contrarium aberrans à communi conetur probare *Roſa conſult.67 per tot.*

22 Prout etiam dicimus de ſponſione ſuper caſu, qui tunc temporis iam euenerat, vt in aſſecuratione Nauis iam naufragium paſſæ, quæ non obſtat aſſecuranti, *Straceh.de aſſecurat.gloſ.27. num.1. & ſeq. Valaſc. conſult.64. num.6.& ſeq.Scacc.de commerc.& camb. §.2. quæſt.7.ampliat.10. verſ.ſi aſſecuratus, Coſta de Iur.& fact.ſcient. & ignorant. cent.1.diſtinction.71.num.2. Turri de pact.futur.ſucceſſ.lib. 3.cap.11.* lo: *de Euia in labyr. commerc.Naual. lib.3.cap.14.nu.19 Rocc.de aſſecur.notab.51.n. 175.& ſeqq.poſt 2.vol.reſpõſ.Ludouiſ.dec.126. in princip.& nu.5.& 9.Merlin.dec.597.num.3. & ſeq.*repetita in *recent. deciſ.229. num.3. & ſeq.part.6.Archiep.Royas dec.95. Gamma dec. Luſit.181.num.1.* ibique *Flor.de Mena*, & confert optimus *text.in l.cum ad præſens, ff.ſi cert.*
23 *petat.* vbi conditio ſuper facto præterito attenditur, ſi impoſſibilis erat notitia purificationis tempore promiſſionis.

24 Quælibet enim ſtatus mutatio ſufficit pro legali reuocatione mandati, *l.ſi quis alicui, ff de acq.hæredit.l.cum quis, & l.ſi cum Cornelius, ff.de ſolut. Bald. in l.mandatum, num.16. Cod.mandat.Alex.in l.eius qui,num.3.ff.ſi cert. petat.* Idque procedit data mutatione ſtatus non ſolùm mandatarij; ſed etiam ipſius mandantis, *l.Mutius, §.final.& l.Titius*, vbi *gloſ. ff.de procurat.Burſatt conſ.412. num.26. lib.4. Mart.vot.84.n.7 Card.Mãt.de tacit.lib.7.tit.22. num.46.Fab.de Anna dict.conſ.82.num.11.Rot. in rec.dict.dec.345.num.5.& ſeq.part.5.Dunozett.Iun.dict.dec.940. nu.3.* Imò quòd ſufficiat
25 rumor, & imminentia decoctionis, tradit *Scacc.de camb.gloſ.5.num.401.iunct. num.403. in fin.Dunozett.Iun.dec.940.num.4.*

26 Contraria verò procedũt, vel quoties decoctio fuit ſequuta poſt acceptationem literarũ, in quibus terminis loquũtur auctoritates cõtrariæ, ſignanter *Salic.in l.ſi filius*, la ſeconda, *ff.ad Senat.Conſ.Maced. Turri de camb. diſp.2. quæſt.16.num.15.& ſeq.Amat.reſolut.47. nu. 22.et ſeqq.Paſcal.de patr. poteſt. part.1. cap.8. ſub nu.70.Merlin.controu.11.num.7.lib.2. Carleual.de* Iudic.*tom.2.lib.1.tit.3.diſput.6.nu.35. ad fin.* vbi, quòd decoctio mandatoris poſt acceptas literas dici debeat caſus fortuitus, qui cedere debet damno acceptantis, *Rocc.reſponſ.17.lib.1.et reſponſ.12.num.5. et de liter. camb.notab.25.num.58.et ſeq.et reſp.17. lib.1. Capyc.Latr.conſult.42.num.10.et ſeqq.et deciſ. 198.num.24.et ſeqq.Thor.in compend.deciſion.* verbo *debitor acceptans,part.1.Rouit inPragm. 1.num.18.de liter.camb. Manſ.conſult.226. numer.21. lib.1. Cardin.de Luca de camb.diſc.20. num.2. de Marinis reſol.258. lib.1. et ad deciſ. Reuerter.obſeruat.431.num.2. Franc. deciſ.303. num.2.*ibique *de Luca, Maſtrill. dec.9. num.4. Monach.dec.Floren.70.num.1.Rot.diuerſ.deciſ. 81.n.11.et ſeq.part.1.*

27 Vel quoties quis literas cambij acceptauit poſt ſcientiam decoctionis ſcribentis, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Scacc.de commerc.et camb § 2.gloſ.5.num.329. Gait.de credit.cap.2.tit.7.num.2398.Manſ.conſult.179.num.3.*

Tum demum, & tollitur quælibet hæſitatio, quia ad effectum, vt dici debeat, Coccapanium fuiſſe ſequutum fidem Thadæi, & Nicolini; non autem Cantatoris perſonæ deſignatæ, nedum ſufficeret ſola acceptatio facta ſuper proteſtu, quæ operatur, vt acceptans voluerit habere obligatos ſcribentes, non autem Cantatorem; quidquid deindè inter Coccapanium, & Cantatorem fuerit actum, ex ſupra firmatis.

Sed vlteriùs concurrit, quòd eadem die 30. Iunij 1640. qua fuerunt literæ acceptatę ſuper proteſtu, & 14. Iulij eiuſdem Coccapanius ad abundantiorem cauthelam per binas literas miſſiuas ſignificauit eiſdem Thadæo, & Nicolino, ſe prædictas literas ſuper proteſtu ac-

ceptaſſe, prout apertiſſimè inſinuant ſucceſſiuæ literæ reſponſiuæ eorumdem Thadæi, & Nicolini adamuſſim congruentes, altera ſub die 7. Iulij 1640. ibi: *E così che habbiate à fare la proſſima delli ſcudi 755.16.10. Che di nuouo ci dite hauerui accettato ſopra proteſto.*

Altera verò ſub die 17. Iulij eiuſdem anni, ibi: *Si è hauuto in queſto punto la voſtra delli 14. colla quale dite non hauerui pagato li ſcudi 755.16.10. che erano maturi eſſo giorno della noſtra lettera accettata ſopra proteſto, etc. per nõ hauere trouato à rincãbiare, che queſto è puoco male, mentre voleui pagare ſopra proteſto per honorare la noſtra lettera; poiche in ogni modo ci reſtaua il debito del Sig Donato Cantatore, al quale attencua;* Atque adeò, ſtantibus prædictis, ſatis incontrouertibile redditur, Coccapanium habuiſſe ſemper animum retinendi obligatos Thadæos, & Nicolinos ſcribentes, illorumque fidem fuiſſe ſequutos; non autem Cantatoris, eoſdemque agnouiſſe debitores Coccapanij ſoluentis ſuper proteſtu; atque adeò animo ſe contra ipſos reualendi; qualis
28 enim fuerit voluntas contrahentium in præcedentibus, rectè colligitur ex ſubſequutis, *l. ſed ſi Iulianus, §. proinde, ff. ad Senat. Conſ. Macedon. leg. quædam Iura in princip. ff. de reb. dub. Menoch. lib. 6. præſumpt. 35. per tot. et cõſ. 322. n. 1. Surd. conſ. 441. num. 29. in fin. et ſeq. Cardin. Mantic. dec. 15. num. 1. Buratt. dec. 476. num. 12.* & in terminis acceptationis ſuper proteſtu, *Rot. in rec. dict. deciſ. 26. num. 4. part. 5.* & in ſpecie aduertit *Rot. in dict. Romana literarum cambij 15. Aprilis 1644. § quia vt aliàs fuit firmatum, prope finem, verſ. vnde ex hac ſubſequenti declaratione coram Reuerendiſſimo Meltio*, vbi conſideratur ſubſequens declaratio facta à Nicolinis in prædictis literis reſponſiuis ad effectum eliciendi ipſorum animum, quòd Coccapanius ſolueret ſuper proteſtu, illoſque retineret obligatos, concurrente copula voluntatis, tàm mandantis, quàm mandatarij, ex quibus reſultat ſimultaneus conſenſus ſoluẽdi, ſcilicet, literas acceptatas ſuper proteſtu, illiſque ſolutis ſe reualendi contra ſcribentes, iuxta Iuris effectum reſultantem ex prædicta forma, *Bar. & Bald. in leg. 1. ff de contrahend. empt. Abb. in cap. cum inter Canonicos, num. 6. de elect. Card. Mantic. de tacit. lib 4. tit. 4. num 3.*

Prædictaque veritas remanet optimè comprobata, quia ijdem Nicolini volentes conſulere eorum indemnitati, ſtornarunt, vt vulgó aſſeritur, ſub die 15. Decembris 1640. partitam in dictis literis contentam, & antecedenter poſitam in eorum libris ad creditum Cantatoris ſub die 22. Iunij, iterum conſtituendo eumdem Cantatorem debitorem prædictæ ſummæ, cum ſpecifica expreſſione, quòd Coccapanius ſoluere promiſiſſet ſuper proteſtu, ex qua facti ſerie reſultat, quòd Thadæi, & Nicolini reuera conſentiendo acceptationi qualificatæ, agnouerint ſe debitores Coccapanij, qui illorum fidem eſt ſequutus, dum
29 ſtornarunt partitam priùs poſitam ad creditum Cantatoris, vt in proximis terminis dixit *Rot. in rec. dict. dec. 26. num. 2. verſ. ſumma fuit, part. 5.*

Neque dicatur, quòd Coccapanius remanſerit debitor Cantatoris occaſione mercium
30 tranſmiſſarum; nam præterquàm quòd hæc eſt exceptio Iuris tertij, quæ non poteſt opponi, *leg. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeruit. vindicet. Natt. conſ. 419. num. 11. Surd. conſ. 557. nu. 2. Theſaur. dec. 4. num. 1. & ſeq. Add. ad Gregor. deciſ. 415. num. 6. Rot. in recent. dec. 304. num. 4. part. 11.* cum alijs vulgatis, neque percutit præſentem diſputationem, in qua ſolùm agitur, an ſtante acceptatione literarum qualificata ſuper proteſtu Coccapanius fuerit ſequutus fidem ſcribentium; adhuc conuincitur, eumdem Coccapanium potiùs remanere creditorem Cantatoris in ingenti ſumma, prout colligitur ex confeſſione Cantatoris, & aduerſariorum.

ARGVMENTVM.

Cambia, vtpotè ſicca, & illicita, non debentur, niſi doceatur, pecunias fuiſſe ad Nundinas tranſmiſſas, ſaltem per literas reditus; cum cambiorum realitas potiſſimùm conſiſtat in periculo tranſmiſſionis pecuniæ de loco, ad locum, ſiue de vna ſpecie pecuniæ ad aliam.

Literarum tranſmiſſio, an poſſit iuſtificari per alias probationum ſpecies, &, an, & quando, literis non tranſmiſſis, cambia debeantur, ſaltem loco damnorum, & intereſſe.

Vſura à ſoluente, an poſſit repeti, ſi ſcienter, & ſpontè fuerit ſoluta; &, an valeat debitor ſuo Iure vti, & ſciens, & prudens, obdormitando creditorem, ſortem cambij per diminutas ſolutiones extenuare.

SVMMARIVM.

1 *Cambia, vtpotè ſicca, & illicita non debentur, niſi doceatur, pecunias fuiſſe tranſmiſſas ad Nundinas, ſaltem per literas reditus.*

2 *Cambiorum realitas conſiſtit in periculo tranſmiſſionis pecuniæ de loco ad locum, ſiue de vna pecuniæ ſpecie ad aliam.*

3 *Idque procedit, tàm inſpecto Iure communi, quàm conſtitutione Piana.*

4 *Reprobatur* Rouitus *contrarium ſentiens, quòd ſub-*

Digitized by Google

ſubſtineatur pactum, vt literæ poſſint iuſtificari ex libris Mercatoris, & nu. 10.

5 *Cambiorum realitas, neq; etiam extra Curiam probatur ex libris Mercatorum legaliter habitis*

In quo caſu ex huiuſmodi libris poſſit probari cambiorum realitas. ibid.

6 *Cambia, quoties ſunt illicita, ſolutiones factæ in illorum cauſam cedunt in ſortem, illamque extenuant.*

7 *Tranſmiſſio literarum ad Nundinas, an poſſit iuſtificari per alias probationum ſpecies, præſumptiones, & conicturas.* & n. ſeqq.

8 *Præſumptiones, & coniecturæ incidentes in meram confeſſionem partium non ſufficiunt in huiuſmodi materia cambiorum ſuſpecta de Vſuris ad probandum illorum realitatem*, & n. 21.

9 *Copiæ literarum originalium non ſufficiunt; ſed ſunt exhibendæ literæ originales.*

10 *Non admittuntur probationes reſultantes ex deſcriptionibus factis in libris Mercatorum.*

11. *Neque etiam attenduntur depoſitiones teſtium.*

12. *Quomodò intelligendæ deciſiones* Rotæ *affirmantes, quòd cambiorum realitas poſſit probari per literas, & per partitas librorum, attento Mercatorum ſtylo conſeruatorum.*

13 *Cambium in genere fuiſſe contractum poteſt probari preſumptionibus, & coniecturis.*

14 *Secus, quando agitur de probanda realitate cambiorum, tunc enim præſumptiones, & coniecturæ non admittendæ.*

15 *Literas non fuiſſe tranſmiſſas ad Nundinas probatur ex confeſſione perſonæ deputatæ ad illas tranſmittendas.*

16 *Literis non tranſmiſſis, cambia debentur, ſaltem loco damnorum, & intereſſe.*

17 *Intellige. quando idemmet debitor, vti creditoris mandatarius aſſumpſit in ſe onus exercendi pecunias ſuper cambijs; tunc enim, huiuſmodi onere non impleto, tenebitur ad cambia, vtpotè damna, & intereſſe ob mandatum non impletum.*

18 *Secus, quando idêmet creditor ex facultate ſibi à debitore tributa onus in ſe aſſumpſit cambiandi; hoc enim caſu eſt probanda realitas cambiorum per tranſmiſſionem ad Nundinas.*

Alioquin ſolutiones factæ ſortê extenuant. ibid.

19 *Proteſtatio, quòd Iura primi contractus firma remaneant, nouationem excludit.*

20 *Verba præſuppoſitiua realitatis cambiorum illam non probant; niſi de ea aliundè conſtet.*

21 *Confeſſiones partium non poſſunt reddere licita cambia; cum non poſſint facere licitum, quòd eſt illicitum.*

22 *Cambiorum iuſtificatio aliundè eſt petenda, quàm à partium aſſertione.*

Nam alioquin ſuffocatus debitor ex eadem ratione, ob quam Vſuras promittit, fatetur etiam ea, quæ fœnerator affectat pro cambiorum iuſtificatione. ibid.

23 *Expenſæ deſcriptæ in libris Campſoris non iuſtificant ſpaccia, curſumque cambiorum, & recambiorum in Nundinis.*

24 *In ſoluente Vſuras lex præſumit coactam voluntatem, ne ſcilicet ſuffocetur à creditore pro ſortis reſtitutione.*

25 *Vſuras ſoluens non cenſetur ſcire indebitè ſoluere.*

26 *In Vſura eſt præcipuum, quòd repeti poſſit, etiã ſi ſcienter, ſpontèque fuerit ſoluta.*

27 *De contraria præſumptione oriente, quando debitor agit pro repetitione indebitè ſoluti, expectata morte Principalis creditoris inſtructi.*

28 *Intellige huiuſmodi præſumptionem non procedere, niſi, in creditore differente agere poſt mortem debitoris; non autem in debitore conuento, & de ratione.*

29 *Poteſt debitor ſuo Iure vti, ac ſciens, prudenſque obdormitando creditorem, extenuare ſortem cambij per diminutas ſolutiones.*

CAPVT XCV.

1 MANDATVM non eſt exequendum, quia, cum ex aduerſo non doceatur, pecunias fuiſſe tranſmiſſas ad Nundinas, ſaltem per literas reditus; abſque dubio cambia, vtpotè ſicca, & illicita non debentur, cum pro illorum validitate debeat præcisè adeſſe realitas literarum prôptè implendarum, ſine quibus
2 ceſſat periculum conſiſtens in tranſmiſſione pecuniæ de loco ad locum, ſiue in iactura, quæ non minus, quám lucrum adeſſe poteſt, in commutatione pecuniæ de vno loco ad aliũ, ſiue de vna ſpecie ad aliam, nempè, de moneta currenti ad ſcuta Marcarum, vel Auri, in quo periculo potiſſimùm conſtituitur, validaque redditur lucri perceptio, alioquin à Iure reprobata.

3 Idque, tàm inſpecta diſpoſitione Iuris cõmunis, quàm *Conſtitutionis* 118. *B. Pij V. Nauar. in manual. cap. 17. tit. de vſur. circa cambia, verſ. quare, et in c. nauiganti, n. 25. de vſur. Lup. comment. de vſur. §. 2. numer. 26. Azor. inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. tit. de cãb. cap. 10. verſ. primò quando, Salas dub. 14. Lopez de contract. lib. 2. cap. 3. Rodulph. de vſur. par. 3. quæſt. 1. num. 1. Scace. de commerc. et camb. §. 1. quæſt. 7. part. 3. limitat. 5. num. 1. Molfeſ. conſ. 9. num. 4. lib. 1. Gabr. conſ. 158. lib. 2. Burſatt. conſ. 395. num. 27. et 29. lib. 4. Duard. de camb. § 1. quæſt. 33. per tot. Amat. reſol. 27. num. 18. Card. Caetan. de camb. cap. 1.* latè *Leotard. de vſur. quæſt. 25. num. 4. et ſeq. Roccus lib. 1. reſponſ. notab. 61. de liter. camb. num. 168. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 5. num. 17.* vbi ait huiuſmodi cambia omni Iura reprobari, *Noguerol. allegat. 10. num. 111. Narbon. ad nou. leg. Hiſp. lib. 5. tit. 18. l. 13. gloſ. 2. num. 15. et 17.* vbi ait, totius Orbis conſenſu illicita videri, *Vrceol. de tranſact. quæſt. 40. nu. 18. et 26. de Luca de plural. homin. legal. cap. 92. num. 3. Scort. ad ſelect. Summ. Pontific. Conſtitut. Theorem. 307. fol. 453. Capyc. Latr. conſult. 125. et dec. 106. num. 43. et 47. Cardin. de Luca de camb. diſc. 4. num. 6. Addent. ad Buratt. deciſ. 532. num. 8. Maſtrill. dec. 303. nu. 13. et ſeq. lib. 4. Caſtill. dec. 112. num. 12. et ſeq. Intrigl. deciſ. 7. num. 9. Pegner. dec. 35. num. 4. Duran. deciſ. 32. num. 20. et ſeq. Cardin. Seraphin. dec. 946. num. 1. Cardin. Mant. deciſ. 283. num. 1. Dunozett. Iun.*

dec.962.num.12.Card.Celſ.dec.142.nu.6. Bich.
dec.565.num.2.et deciſ.130.num.6.
4 Neque audiendus *Rouitus*, communi Docto-
rum ſenſu reprobatus, *conſ.103. per tot: lib.2.*
affirmans; pro iuſtificandis cambijs ſufficere,
ac ſubſtineri pactum expreſſum, quòd ſtetur
ſolis libris Mercatoris; cum non prohibeatur
debitor in ſui pręiudicium fidem creditoris
ſequi; id enim tamquám periculoſum in ma-
teria valdè de vſura ſuſpecta nunquám per
Rotam fuit admiſſum, cum ità de facili poſſet
exerceri cambium ſiccum, *Card.de Luca de*
camb.diſc.6.num.4.
5 Prout, neque etiam videtur ſubſiſtere id,
quòd aſſerit *de Luca de plural.homin.legal.dict.*
cap.93.num.5. quòd extra Curiam libri Mer-
catorum legaliter habiti ſufficiant; ex ratione
enim ſuperiùs expreſſa ſuſpicionis vſurariæ
prauitatis, quæ vbique locorum militat, id
ad ſummum poſſet fortaſsè admitti, concur-
rentibus circumſtantijs, de quibus *Capyc.La-*
tr.deciſ.106.num.51.et duob.ſeqq. Buratt.deciſ.
603. num.3. vbi de literis exemplatis ex libro
Regiſtri earumdem literarum.
6 Ideòque ſolutiones factę per Nigronos, etiã
expreſsè in cauſam cambiorum, tempore,
quo onus exercendi pecunias ſuper cambijs
reſidebat penès Aduerſarium ex miniſterio,
legiſque interpretatione in cauſam ſortis ceſ-
ſerunt, cum lex ſolutum in cauſam indebitã,
interpretetur in cauſam debitam, *l.ſi non ſor-*
tem 20.in princip. vbi præcipuè *Bart.num.4 ff.*
de condit indeb. vbi dicit, quòd ſolutum pro
vſuris computetur directò in ſortem, ac ſi pro
ſorte ſolutum eſſet, *l.poſt rem iudicatam, .§ 1.*
verſ.ſi tamen, et verſ.vſque adeò, ff.de tranſact.
l.creditor, §.Titius, ff.de ſolut. Caſtr.conſ.446.
ſub num.1 .lib.1 .Aretin.conſ.151.Romanus conſ.
238.num.1 Io:Franc.de Pont. conſ.70. num.25.
lib.1. Cyriac. controu.540. num.55. et ſeq. Surd.
deciſ.328. num.17. & in his terminis *Noguerol.*
dict. alleg.10. num 164. et ſeqq. Tappia ad Ius
Regni lib.4.tit.de camb. ad Pragmat.1. num.31.
Paſchal. de patr.poteſt. part.1. cap.8. num.238.
Molfeſ.tract.13. cap.7.de camb. num.61. et 79.
et 88. Rocc.de liter.camb. dict. nota.61. num.
169. Dunozett Iun. deciſ.819. num.2. repe-
tita poſt *Salgad.in labyr. credit.dec.7. num.2.*
Bich. dec.74 n.1.et ſeq.et deciſ.130. num.16. et
dec 191.num.6.
7 Nullatenus aduerſante obiecto, quòd tranſ-
miſſio literarum ad Nundinas per alias pro-
bationum ſpecies, præſumptiones, & conie-
cturas poſſit iuſtificari, abſque eo, quòd ori-
ginaliter exhibeantur ex auctoritatibus pro-
ximè allegandis.
Siquidem obiectum nullo prorſus Iure me-
8 retur attendi; Tum, quia coniecturæ, præ-
ſumptioneſque ex aduerſo congeſtæ, potiſſi-
mùm deſumptæ ex ſolidationibus computo-
rum in meras coincidunt confeſſiones par-
tium, quę in huiuſmodi materia valdè ſuſpe-
cta de vſuraria prauitate non ſufficiunt pro
cambiorum realitate probanda, quæ omninò
realem requirit tranſmiſſionem literarum ad
Nundinas, ex ſupra firmatis.
Tum, quia, etiam ſi pars aduerſa copias
9 exhiberet literarum originalium; adhuc non
releuarent; cum ſint exhibendę originales;
prout in ſortioribus terminis de copijs litera-
rum inſertis in inſtrumento dixit *Rot.in rec.*
dec.145.num.6.verſ.nec obſtat, & ſeq.p.9.
10 Prout, neque etiam admittuntur probatio-
nes reſultantes ex deſcriptionibus factis in li-
bris Mercatorum, iuxta opinionem, quam
ſequitur, reprobato *Rouit. dict.conſ.103. lib.2.*
Rot.in rec.dec.69 num.27.& ſeq.part.9. repeti-
ta coram *Peutinger. deciſion.382. numer.8.*
11 Idemque aſſerendum de depoſitionibus te-
ſtium, quæ in huiuſmodi materia non
ſunt attendendæ, *Capyc.Latr.deciſ.106. num.*
48.lib.1.
Neque contrarium firmant authoritates
Rotæ in contrarium allegatæ, nam *Cardin.Se-*
raphin.dec.946. nihil firmat, deciſio verò *in re-*
cent.70.num.2.& ſeqq.part.6. ſolùm aſſerit ad
effectum remiſſoriæ, de qua ibidem agebatur,
allegando eamdem *deciſ.Card. Seraphin.* quòd
12 realitas cambiorum poſſit probari per lite-
ras, & per partitas librorum, iuxta ſtylum
Mercatorum conſeruatorum, quod eſt intelli-
gendum reſpectu librorum, concurrentibus
circumſtantijs, de quibus *Capyc.Latr.d.deciſ.*
106.num.51.& duobus ſeqq.lib.1. Buratt.deciſ.
603.num.3. vbi de literis exemplatis in libro
regiſtri earumdem literarum.
Sed ſublata remanet quælibet hæſitatio;
non enim in præſentia eſt quæſtio in ge-
13 nere, an contractus fuerit cambij, quòd
fortè poſſet probari per præſumptiones, ac
coniecturas, in quibus terminis procedunt
contraria; ſed, an literæ realiter fuerint tranſ-
miſſæ ad Nundinas, quo caſu eſt præcisè do-
14 cendum per creditorem de effectiua trãſmiſ-
ſione, reiectis omninò quibuſcumque confeſ-
ſionibus, & aſſertionibus partium, necnon
etiam coniecturis, & præſumptionibus, quas
nunquám *Rota* voluit admittere in materia
cambiorum valdè de vſuris ſuſpecta ex alle-
gatis, quæ fortiùs ceſſant, dum habemus ex-
preſſam confeſſionem Iudicialem Pagnini de-
putati per creditorem pro tranſmiſſione lite-
15 rarum ad Nundinas aſſerentis, quòd literæ
non fuerint tranſmiſſæ, qua confeſſione ſtan-
te, eò magis corruunt omnes pręſumptiones,
iuxta vulgata Iuris principia.
Minus etiam vrget, quòd, quamuis cam-
biorum realitas non valeat dici probata per
tranſmiſſionem literarum ad Nundinas; ni-
16 hilominus á debitore eadem cambia ſaltem
debeantur, tamquàm damna, & intereſſe, pro-
ut in ſpecie *Ramon conſ.41. num.12.& ſeq.Rot.*
de-

Digitized by Google

*deciſ.168. ſub num.2.verſ.nam Domini de Ruſ-
polis, & dec.209.ſub num.2. verſ.ſed Io.Bapti-
ſta*, impreſſæ poſt *conſ.crimin.Farinac.in recent.
deciſ.199.num.2 part.10.*& latè *Bich. dec.191.
num.7.& plurib.ſeqq Dunozett.Iun.deciſ.829.
num.2.& ſeqq.*repetita *poſt Salgad.in labyrint.
credit.dec.7.*

Nam obiectum procederet, ſi idemmet de-
bitor in ſe aſſumpſiſſet onus exercendi pecu-
17 nias à ſe debitas ſuper cambiis, & deputandi
Mercatorem, qui ſcripturam conficere debe-
ret, aliaque peragere, quibus non adimpletis,
niſi idemmet debitor mandatarius docuerit,
ſe feciſſe diligentias, neque inuenire potuiſ-
ſe, qui pecunias acciperet ad cambium, aut
tempeſtiuè mandato ſuſcepto ex iuſta cauſa
renunciauerit; idque creditori mandanti de-
nunciauerit, iuxta terminos Iurium in *l.ſi quis
alicui 27.§.qui ſuſcepit*, ibique *Odofred. ff.man-
dati, Card.Mant.de tacit.lib.7.tit.21.ſub nu.46.*
tenebitur ipſemet debitor ſoluere cambia
creditori, non quidem ratione lucri cam-
biorum; quæ non fuerunt legitimè exercita
ob non ſequutam tranſmiſſionem literarum
ad Nundinas; ſed vti damna, & intereſſe
paſſa per ipſummet creditorem mandantem
ob non adimpletum onus cambiandi à debi-
tore ſuſceptum, calculanda ad rationem per
alios ex cambijs legitimis percepta, tempore
ſuſcepti mandati, *l.ſi non re, §.dedi tibi, l.ſi mã-
dauero tibi, §.ſicut, ff.mandat. l.ad comparan-
das, Cod.eod.tit.l.ſi quis mandatum ff.de negot.
geſt. Cyriac.controuerſ.165. num.1. Surd.deciſ.
304.num.3.& ſeqq.Rot.Ianuenſ.deciſ.9. num.5.
& deciſ.24.num.7.& deciſ.68. num.5.* & in his
terminis loquuntur ſupradictæ *deciſ.Rot.in re-
cent.199.num.2.part.10. Bich.dec.191. num.7.
& ſeqq Dunozett.Iun.dec.829. num.2. & ſeqq.*
repetita poſt *Salgad.in labyrint.credit. deciſ.7.*
cum concordantibus, quæ ex aduerſo allega-
ri poſſunt, prout aduertit *Cardin.de Luca de
camb.diſc.4. num.96. verſ.in ſecundo autem, et
diſc.5 num.2.et ſeq.et diſc.10.n.2.*

Secus verò dicendum, quando, prout in
18 preſeti themate, idemmet creditor ex mãda-
to, ſiue facultate per debitorem tributa onus
in ſe aſſumpſit exercendi pecunias ſibi debi-
tas ſuper cambijs Nundinalibus; hoc enim
caſu per eumdem creditorem mandatarium
eſt probanda realitas cambiorum per tranſ-
miſſionem literarum ad Nundinas; alioquin
cambia ſoluta ex legis interpretatione impu-
tantur in ſortem, prout vtrumque caſum di-
ſtinguentes in ſpecie ad effectum imputatio-
nis cambiorum ſolutorum in ſortem, firmant
*Card.de Luca de camb.in append.diſc.28.num.9.
verſ.alter caſus eſt, et ſeqq.Rot.in rec.di 7.deciſ.
199.num.2.part.10. Dunozett.Iun.dict.dec.829
num.2. et ſeqq.*& egregiè *Bicch.dict.deciſ.191.
num.7.et ſeqq.*

Neque dicatur, quòd predictus contractus
cambij fuerit nouatus per reductionem fa-
ctam in Apoca anno 1651. ad minorem ra-
tionem; ideòque, cum in præſentia ſors cam-
bij ex aduerſo non petatur vigore primi con-
tractus; ſed potiùs ſecundi contenti in eadẽ
Apoca, non vindicet ſibi locum compenſatio,
ſeu imputatio in ſortem pro credito, quòd
iam extabat temporo contractæ poſterioris
obligationis.

Vtrũque enim aſſumptum nullo Iure ſub-
ſiſtit, non ſolùm, quia manifeſtam inuoluit
petitionem principij, ſupponendo, integrum
creditum cambij, tempore contractæ ſecun-
dę obligationis, extare, quod non admittitur,
ſtante imputatione antecedentium ſolutio-
num in ſortem ex legis miniſterio, & inter-
pretatione, vt ſupra eſt firmatum.

Sed fortiùs, quia prædicta Apoca, cuius
vigore ex aduerſo agitur, nullatenus continet
nouum contractum; ſed ſolùmmodò in ea re-
ducitur intereſſe cambij ad minorem ſum-
mam, cum expreſſa declaratione, quòd pri-
mus contractus remaneat firmus, ex qua
proteſtatione ſublata omninò remanſit quæ-
libet prætenſa nouatio, & Iura ex primo In-
19 ſtrumento competentia fuerunt præſeruata,
*l.libera, Cod.de ſentent.& interloq. omn.Iudic.
l ſi quis aliam, ff.de nouat Iaſ. in l.lecta 40. ſub
n.9.in fin.ff.ſi cert.petat.Grat. conſ.126.num.7.
& 8 lib.1 Natt.conſ.527.num.2 Gozadin. conſ.
38.num.2 Surd.conſ.85. num.20.& dec.23.nu.
9.Becc.conſ.74. num.6.Menoch.præſumpt.274.
num.44. verſ. declaratur tamen lib.3. Gabr.de
nouat.concluſ.1.num.56.Hering.de fideiuſſor.cap.
20.§.3.num.13.Caren.reſult.71.num.4.& ſeq.
Galeot.controu.32.num.11.& ſeqq.lib.1.The-
ſaur.dec.125.num.5.Maſtrill.dec.40.num.4.&
ſeq.part.2.Coccin.dec.8.num.3.Merlin.dec.2.nu.
9.& dec.413 num.7. Bich.dec.316.num.22.
Card.Celſ.dec.326.num.15 Card.Ottobon.deciſ.
131.num.11.*

Minus etiã aduerſatur alia inſpectio, quòd
realitas cambiorum remaneat iuſtificata,
dum in prædicta Apoca reductionis cambij
fuit dictum: *e ne teneua la ſcrittura* Gio: *Anto-
nio Pagnino colla girata per le fiere, e Piazze
d'Italia.*

Nam præterquàmquòd prædicta verba
aliud preſeferre non valeant, niſi, quòd Pa-
gnino tributa fuerit facultas tranſmittendi
literas cambij per Nundinas; atque adeò pre-
20 ſuppoſitiuè ſe habeant, quatenus, ſcilicet,
cambia ſint realia, vt in terminis conſimilis
approbationis cambiorum optimè dixit *Rot.
in rec.dec.559. in fin.part.2.* de qua realitate,
cum nullibi conſtet, firma remanent ſuperiùs
deducta quò ad imputationem eorumdem
cambiorum in ſortem.

Adhuc ſublata remanet quælibet difficul-
tas, quia, etiam ad miſſo ſine veri preiudicio,
quòd prædicta verba poſſint præſeferre ex-
preſ-

preſſam confeſſionem, quòd, nempè, Pau-
ghinus tranſmiſerit literas ad Nũndinas; ni-
hilominùs non releuaret; cum enim materia
cambiorum ſit prohibita, valdèque ſuſpecta
de vſuris, nullatenus remanet in poteſtate
21 contrahentium per proprias confeſſiones, ſi-
ue ſolidationes computorum facere licitum,
quod alioquin eſt illicitum; cum plurimum
Chriſtianæ Reipublicæ interſit, ne hoc modo
aperiatur via fraudibus, vſurariæque praui-
tati omni Iure prohibitæ, auth. vel hæc cum
ibi notatis per Gloſ. & Scribentes, Cod. de vſur.
cap. 1. et per totum. tit. extra eod. Bart. in l. ſi for-
tè, num. 4. et ſeq. ff. de Caſtr. pecul. Bald in l. roga-
ſti, §. ſi tibi, num. 7. ff. ſi cet. petat. Iaſ. in l. ſi dona-
tione 13. num. 4. Cod de collectat. Becc conſ. 213.
num. 94. et ſeqq. Roman. conſ. 260. num. 5. et conſ.
520. num. 10. Gratian. diſcept. 351. num. 11. 12.
et 23. Cardin. de Luc. de vſur. diſc. 12. num. 19.
Noguerol. allegat. 10. num. 123. Caualcan. dec. 2.
num. 32. part. 2. Bich. dec. 191. num. 4. et dec. 74.
num. 29 et ſeqq. et dec. 565. num. 3. et ſeqq. Rot.
diuerſ. dec. 775. numer. 2. part. 4. in recent. de-
ciſ. 559 num. 2. part. 2. et dec. 307. num. 16. et ſeq.
part. 9. Vbald dec. 118. nu. 8. verſ. vnde eatenus;
Atque adeò cambiorum iuſtificatio petenda
aliundè eſt, quàm à partium aſſertione, cum
22 alioquin ſuffocatus debitor ex eadem ratio-
ne, ob quam vſuras promittit, fateatur etiam
ea, quæ fœnerator affectat pro vſurarum iu-
ſtificatione, Bald. in dict. l. rogaſti num. 4. ff. ſi
cert. pet. & in his præciſis terminis benè Becc.
conſ. 213. ſub num. 89. et ſeq. Gizz. ad Capyc. Lat.
dec. 106. num. 2. et ſeq. Noguerol. dict. allegat. 10.
num. 123 Vrceol. de tranſact. quæſt. 40. num. 15.
et ſeq. Tondut lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 179. nu. 13.
benè Rot. diuerſ. dec. 775. num. 2. par. 4. in recent.
dec. 52. num. 5. part. 1. dec. 711. num. 6. part. 3. de-
ciſ. 287. num. 21. et ſeq. et dec. 292. num. 3. et ſeq.
part. 7. et dec. 166. num. 15. part. 10. Bich. dec. 74
num. 23. et ſeq. et dec. 565. num. 4. et ſeq.

Eademque reſponſione tollitur alterum
obiectum ſuper aſſerta receptione Paughini
ſcutorum quindecim pro prætenſa girata
cambiorum; nam expenſa deſcripta in libris
Campſorum non iuſtificat ſpaccia, curſumq;
23 cambiorum, & recambiorum, vt poſt Ant.
de Roſell. de vſuris n. 73. Nauarr. in cap. nauigã-
ti, n. 25. eod. tit. Io: Bapt. Lup. in comm. 3. de vſur.
§. 2. nu. 65. Caualcan. dec. 2. num. 22. verſ. et circa,
et num. ſeqq. in ſpecie firmat Capyc. Latr. dict.
dec. 106. num. 43. lib 1. neque expreſſa eiuſdem
confeſſio ſuper tranſmiſſione literarum pro-
deſſet, & tamen contrarium probatur ex iu-
diciali confeſſione ipſiuſmet Paughini, qui in
lite cum aduerſario agitata, ſatis apertè de-
clarauit, ipſum nunquàm literas tranſmiſiſſe.

Nullatenùs verò meretur attendi contraria
ponderatio, ſiue præſumptio, quòd, admiſſa
imputatione cambiorum in ſortem ab anno
1627. uſque ad annum 1650. ſolutiones, ne-
dum integram abſorbuiſſent ſortem, ſed illam
duplicaſſent, ſatiſque inueriſimile uideatur,
debitorem ultra debitum ſoluere uoluiſſe.

24 Siquidem in ſoluente vſuras lex coactam
præſumit voluntatem, ne, ſcilicet, vexetur, &
ſuffocetur à fœneratore pro ſortis reſtitutio-
ne, Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi quis ex falſa,
ff. de condic. indebit. Iaſ. in l. 1. num. 12. verſic.
quintò limita, eod. tit. Dec. in l. cuius per erro-
rem, num. 3. ff. de regul. Iur. Alexand. conſ. 80.
num. 10. & ſeqq. lib. 3. Surd. conſ. 327. num. 5 t.
Menoch. conſ. 300. num. 13. & præſumpt. 31. ſub
num. 11. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 399. num. 71. No-
guerol. dict. allegat. 10. num. 124. in fin. Rot. in
recent. deciſ. 301. num. 30. part. 5. Bich. deciſ. 16.
num. 21. & dec. 74. num. 18. repetita in recent.
deciſ. 69. num. 17. part. 9. & poſt Zacch. de ſociet.
offic. dec. 4. num. 7. Solutioneſque fuerunt factę
25 per Nigronos credentes, cambia eſſe realia,
prout in ſoluente vſuras eſt præſumendum,
quòd non cenſeatur, ſciuiſſe indebitè ſolui,
Alex. conſ. 80. num. 15. lib. 3. Gratian. cap. 91 t.
num. 13. Merlin. deciſ. 409. num. 27. repetita in
recent. dec. 301. num. 27. part. 5. Et in omnem
26 caſum, quatenus etiam ſcienter ſoluiſſent, ad-
huc in vſura hoc eſt præcipuum, quòd repeti
poſſit, etiam ſi ſciénter, ſpontèque fuerit ſo-
luta, cum lex in ſoluente vſuram coactam
ſuſpicetur voluntatem, iuxta receptam theo-
ricam Bart. in dict. l. ſi non ſortem, §. 1. ff. de con-
dic. indeb. Alex. conſ. 80. num. 11. & ſeq. lib. 3.
Scacc. de cambijs §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat.
19. num. 64 & tribus ſeqq part. 3. limit. 20. n. 3.
Noguerol. d. alleg. 10. num. 124. Surd. deciſ. 328.
num. 3. & ſeq. Rot. diuerſ. dec. 291. num. 6. part. 4.
Bich. dec. 16. num. 21. Merlin. dec 409. num. 27.
repetita in recent. d dec. 301. n. 29. p. 5.

Prout neque etiam releuat, quòd fuerit ex-
27 pectata mors principalis creditoris informa-
ti, idcòque militent contrariæ præſumptio-
nes, de quibus latè Menoch. lib. 2. præſumpt. 92.
num. 7 Sim. de Petr. conſ. 68. num. 1. & ſeqq. Af-
flict. dec. 13. n. 21. & ſeq. Gram. dec. 103. nu. 39.
in fin. Merlin. dec. 124. num. 23.

28 Illæ enim non procedunt, niſi in creditore
differente agere poſt mortem debitoris; non
autem in debitore conuento, qui ſuam exce-
ptionem non poterat, neq, tenebatur deduce-
re, niſi poſtquàm fuerat à creditore conuen-
tus; Præterquàm quòd benè ualebat idem de-
bitor ſuo iure vti, ac ſciens & prudens, obdor-
29 mitando creditorem, ſimulare, ac ſoluere in
cauſam cambiorum extenuando ſortem per
diminutas ſolutiones, quod eidem à Iure per-
mittitur, ex ſupra firmatis.

Iuxta exarata in præſenti diſputatione, fuit per Rotam deciſum, cauſa acerrimè diſcuſſa, in recent. dec. 392. p. 16.

ARGV-

ARGVMENTVM.

In cambijs, licèt ab initio lucrum certum conueniri non valeat, nihilominus, ſi intereſſe fuerit à creditore exactum ad ſolam legitimam rationem currentem in Nundinis, cambium ſuſtineri oſtenditur, nullatenus reſiſtente *Bulla Piana*.

Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum; ſed potiùs exactio; ideòque, ſi creditor non exegerit intereſſe ad ſummam taxatam; ſed potiùs legitimã, taxatio habetur pro irrita, firmo remanente contractu.

Ad detegendum animum fœnerandi, non debet attendi taxatio certi lucri ab initio; ſed potiùs vniformis exactio ad rationem conuentam.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe, quibus concurrentibus ab initio poſſit taxari inter contrahentes, tamquàm per viam concordiæ ſuper incerto futuro euentu.*

2 *Iactus retis, licet incertus, emi poteſt.*

3 *Vita hominis, qua nihil eſt incertius, poteſt æſtimari.*

4 *In cambijs certum lucrum ab initio taxari non valet; ſed totum pendet ab euentualitate maioris, vel minoris lucri monetæ currentis in Nundinis.*

Adeò vt vterque contrahens æquè ad lucrum, & damnum ſe habere veleat.

5 *Cambiorum lucrum, licèt ab initio non poſſit in certa ſumma taxari; non indè tamen vitiatur cambium, ſed reduci debet intereſſe, ſeu lucrum ad Iuſtitiam.*

6 *Pacta damnata in* Coſtitutione Piana *in contractu cenſuali, quoties non ſunt contra ſubſtantiam, vitiantur, & non vitiant cenſum.*

7 *Ideòque, ſi fructus cenſus fuerint conuenti vltrà decem pro centenario, non vitiatur cenſus in totum, ſed ſolùm in exceſſu.*

8 *Fructus recompenſatiui, licèt debeantur per emptorem venditori ad ſolam rationem ex re vendita percipiendam, ſi tamen in maiori ſumma ſint conuenti, non vitiatur contractus; ſed ſolùm vitiato exceſſu, ſubſtinentur in ſumma debita.*

9 *In contractibus vtile per inutile non vitiatur.*

10 De Bulla Piana *prohibente in cambijs taxationem certi lucri ab initio.*

11 *Eadem* Bulla Piana, *quamuis in cenſu taxet intereſſe in certa ſumma decem pro centenario; adeò vt contractus aliter geſtos fœneratitios eſſe decernat.*

12 *Nihilominus, ſi in maiori ſumma fructus cenſus paciſcantur; non tamen irritatur contractus in totum; ſed in exceſſu.*

Intellige, dummodò creditor in totum Inſtrumento vſus non fuerit.

13 *Pactum ſuper anticipata ſolutione fructuum cenſus vitiatur; non autem vitiat contractum.*

14 *Idemque aſſerendum in lucro cambij ab initio taxato ad ſummam debitam reſtringendo, cum non poſſit aſſignari congrua diſparitatis ratio inter cenſum, & cambium.*

15 *Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum; ſed potiùs exactio.*

16 *Ideòque, ſi creditor non exegit intereſſe ad ſummam taxatam; ſed legitimam, taxatio habetur pro non facta.*

Nam taxatio intereſſe vſuraria non impedit legitimi intereſſe exactionem.

17 *Lucri ceſſantis taxatio, licèt ab initio ſit illicita; non tamen redditur illicitus contractus, ſi ea creditor vti nolit; ſed id velit dumtaxat exigere, quod ſua intereſt.*

18 Peguera *contraria ſententia poteſt procedere in cambijs illicitis, alijſque contractibus geſtis in fraudem vſurarum.*

19 *In fructibus recompenſatiuis certi intereſſe taxatio ſubſiſtit, quoties creditor, niſi, quod ſua intereſt, exigere nolit.*

20 Leotardus de vſuris quæſt. 72. numer 38. *limitans prædicta in cambijs, quomodò intelligendus, & in quo caſu loquatur.*

21 *Ad detegendum animum fœnerandi non attenditur taxatio certi lucri ab initio; ſed potiùs vniformis exactio ad rationem conuentam.*

22 *Voluntas contrahentium qualis ab initio fuerit arguitur ex ſubſequentibus.*

23 *Magis loquuntur facta, quàm clamant verba.*

24 *Taxatio certi lucri, licet ſit reprobata in cambio; id tamen non procedit, quoties à creditore fuit facta exactio ad legitimam rationem currentem in Nundinis.*

25 Bulla Piana *prohibens ab initio certam taxationem lucri in cambio reſpicit exactionem à creditore factam ad rationem conuentam, non autem taxationem, quæ effectum non fuit ſortita.*

CAPVT XCVI.

EXCEPTIO, quòd cambia, de quibus agitur, ſint vſuraria ob intereſſe ab initio taxatum in certa ſumma ſcutorum ſex pro centenario, nullam iuris habet ſubſiſtentiam ex plutibus.

Primò, quià, cum cambia ſint incerta, & ex futuro euentu poſſint veriſimiliter ſe ha-
1 bere ad maiorem, vel minorem quantitatem, non videtur contrahentibus prohibitum, tamquàm per viam concordiæ ſuper futuro incerto euentu illa redicere ad certam ſummam vniformem, & veriſimilem; dummodò tamen realitatis cambij requiſita cõcurrant; pro vt de huiuſmodi conuentionibus ſuper incerto futuro intereſſe, quoties illius ſubſtantia in vniuerſum eſt licita, egregiè poſt *Dec. Cagnol. in l. vnic. num. 119. Cod. de ſent. quæ pro eo quod inter. Leotard. de vſur quæſt 90. nu. 41. Sudr. dec. 260. num. 23. Rot. dec. 331. nu. 4. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* benè *Vbald. dec. 118. n.*
2 10. rectè aduertens, quòd, ſi aliter diceretur,
3 nec iactus retis emi poſſet, neque uita hominis, qua nihil eſt incertiùs, æſtimari, cum tamen contrarium reperiatur ſancitum in

l. ta-

*l.ſi iactum retis, ff.de act.empt.& in l.haredi-
tatum, ff.ad leg.falcid.* non enim in materia
taxationis intereſſe attenditur, quod aliquã-
do fit, ſed quod cõmuniter, & uериſimiliter fie-
ri poteſt, *Nauarr.in manual.cap.17.n.21 t.Sot.
de iuſt.& Iur.lib.6.q.1.art.3.concluſ.5.Couarr.
variar.reſol.lib.3. cap.4.num.5. Surd.conſ.325.*
4 Secundò, quatenus de prædicto aſſumpto
poſſit dubitari, ex quo in receptiſſima ſenten-
tia cambij præcipuum requiſitum uideatur, ut
nullum taxari poſſit ab initio certum lucrum;
ſed totum pendeat ab euentualitate maioris,
uel minoris ualoris monetæ currentis in Nun-
dinis; Vnde uterque contrahens æquè ſe ha-
bere ualeat ad lucrum, & damnum, iuxta fa-
migeratum *conſ. Roman.238.* quem ſectantur
*Scortia theorem.109. Nauarr. in man. confeſſ.
cap.17.num.292. & in cap.nauiganti, num 77.
de vſur. Azor.inſtit.moral.part.3.lib.10.cap.10
tit.de camb.verſic.ſextò cum pecuniæ, & cap.8.
verſ.quarta conditio, Leſſ.de iuſt.& iur. cap.23.
num.81.& 88.Scacc.de camb.§.1. quæſt.7.p 3.
limitat.13.*ubi notat id conſtitutione *B.Pij V.*
ſatis cautum eſſe, *Peregrin.conſ 85. num.9. in
fin.lib.3.Leotard.de vſur.quæſt.25. nu.51. Ton-
dut.lib.2.quæſt.ciuil.cap.179. num.11. Card.de
Luca de camb.diſc.24.n.8.& diſc.3. n.9.Staib.
Iun.reſol.93.num.24. lib.1. Epiſc.Sperell.deciſ.
90.n.21.et dec.91.n.74.Card.Seraphin.dec.946.
num.4.Rot.diuerſ.dec.315.num.6.part.2. in rec.
dec.331.num.2.part.1.& deciſion.304. n 5.p.2.*
Nihilominus, admiſſa huiuſmodi ſententia,
quòd taxatio intereſſe cambij ab initio ſit
illicita, & uſuraria; non exinde uitiatur
contractus, neque ceſſant cambia in ſum-
ma uera, & legitima; Huiuſmodi enim
pactum ſuper certa taxatione non eſt con-
tra formalem ſubſtantiam contractus; ita
ut illum in aliam transformet ſpeciem; ſed po-
tiùs videtur contra accidentalia, vtpotè con-
5 tinens exceſſiuum fructuum modum, quod
proindè vitiatur, & non vitiat; ideòque, ui-
tiato pacto, eoque habito pro non ſcripto,
remanet contractus in ſua licita natura ad
formam Conſtitutionis *Beati Pij V.* ut in ſpe-
cie de cambijs exceſſiuis, quòd non uitient
contractum; ſed ſolùm reducantur ad iuſti-
tiam, ipſaque exceſſiua conuentio irrita re-
maneat, *Scacc.de camb.§.1.quæſt.7 part.2.am-
pliat.8.num.60.& ſeqq. & ampliat.17. num.5.
in fin.Gutt.de credit.cap.2. tit.7. num.1566. &
1576.Cyriac.controu.526.num.58.lib.3.* & in
præciſis terminis cambij taxati in certa quã-
titate, *Card.de Luca de camb.diſc.16.n.10.*
Prout in ſimilibus terminis dicitur de pa-
6 ctis damnatis à Conſtitutione *Piana* in con-
tractu cenſuali, quoties non ſunt contra ſub-
ſtantiam, quæ uitiantur, & non uitiant, *Hon-
ded.conſ.19.nu.9.& 25.Felician.de cenſ.tom.1.
lib.1.cap.10.num.28.& ſeq. Gratian.cap.141.
n.20. & ſeq.Guttier.pract.quæſt.lib.2.cap.176.
Cenc.de cenſ.q 53.per tot.*ſignanter *n.13.& 33.*
ubi de pluribus *Rotæ* deciſionibus, *Roderic.de
ann.reddit.lib.2.q.1. Molfeſ.de contract.cap.6.
n.107.& 112.Card.Seraph.dec.269.n.1.& ſeq.*
Et in ſpecie exceſſiuæ, & indebitæ conuen-
tionis fructuum, uel uſurarum, quòd, ſi in ſub-
ſtantia ſint licitæ, & debitæ, uitietur ſolùm
7 exceſſus, quotidiè habemus in materia fru-
ctuum cenſus, qui ex Cõſtitutione *Nicolai V.
& Beati Pij V.* non poſſunt excedere decem
pro centenario, & tamen ſi in maiori ſumma
conueniantur, non uitiatur contractus in
totũ, ſed ſolùm in exceſſu, *Surd.conſ.327. n.18.
lib.3.Petr.Gregor.ſup.Bull.Nicol.V.priuileg.10.
Graſſ. de except.cap.28 n 62.Ronit. in Prag.1.
de cenſ.num.14.& 15. Gratian.diſcept.141.num
13. Card.Caualer.dec.509.in fin. Rot.poſt Cenc.
de cenſ.dec.117.num.7.& ſeq.*
Ita pariter in fructibus recompenſatiuis de-
8 bitis per emptorem uenditori ex æquitate,
l.curabit, Cod.de act.empt. ad ſolam rationem
fructuum, qui ex ipſa re uendita percipi poſ-
ſunt; ſi tamen conuentio ſit in maiori ſumma
non uitiatur contractus; ſed ſolùm, uitiato ex-
ceſſu, ſubſtinetur in ea quantitate, quam fru-
ctus liciti important, ut in ſpecie poſt *Gra-
tian.cap 588.num.19.Caualcan dec.35.num.33.
lib.1.*firmat *Rot.*corã*Bich.dec.511.n.22.& ſeq.*
9 Regulare enim eſt, ut in contractibus utile
per inutile non uitietur, prout colligitur ex
*l.1.§.ſed ſi mihi, ff.de verbor.obligat. l.placuit,
ff.de vſur.Donell.lib.25.cap.8.tit.de vſu.& fid.
Inſtrum.* cum alijs allegatis per *Leotard.de
vſur.quæſt.7.num 10.& ſeqq.*
10 Neque prædictis aduerſatur *Bulla B.Pij V.
ſuper cambiis Bullar.nouo in ordine* 118. pro-
hibens in §.2.*verſ.porrò taxationem certi lucri
ab initio*, & ulteriùs ſubdens in § *quicumque:
Quòd quicumque contra dictam conſtitutionem
commiſerit, pœnis à Sacris Canonibus contra
vſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere.*
Siquidem, præterquàm quòd, licèt pactum
ſuper certo lucro á Pontifice uti periculoſum
11 prohibeatur; non tamen irritatur cõtractus,
cum nullum adſit uerbum, ex quo huiuſmodi
irritatio colligi ualeat, ut in ſpecie expli-
cando uerba dictæ *Bullæ in §.2.verſ.porrò* ad-
uertunt poſt *Nauarr. Leſſ.de Iuſt.& Iur. lib.2.
cap.23.dub.vltim.num.90.*cuius hæc ſunt præ-
ciſa uerba: *Præſertim, cum Pontifex non irritet
tale pactum, Salas de camb.dub.26.n.4.in fin.Ca-
ſtropal.oper.moral.to.7.diſp.7.pũct.14.n.6.verſ
Pactum verò, ibi. Pactũ verò, & ſi à Pontifice, vt
periculoſũ probibeatur; non tamen irritatur, quia
nullum eſt verbũ, ex quo hæc irritatio colligatur,*
& uidetur non diſſentire *Bonac.de contract.di-
ſp.3.q.5.punct.vnic.propoſ.5.n.9. verſ.ſecunda.*
12 Adhuc ſublata remanet quælibet difficul-
tas; quamuis enim in cenſu, inſpecta *Conſtitu-
tione 79.*eiuſdem B.Pij V. certa forma præſcri-
batur, & in §.13.expreſsè mandetur, ut con-
tra-

tractus ſub alia forma poſt hæc celebrandi
indicentur fœneratitij, prout ex uerbis eiuſ-
dem Bullæ, ibi: *Contractuſque ſub alia forma*
poſt hæc celebrandos fœneratitios indicamus, &
ita illis propterea non obſtantibus, quidquid, vel
expreſſè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata
dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volu-
mus poſſe vindicari.

13 Nihilominus, ſi in maiori ſumma decem
pro centenario fructus cenſus paciſcantur; nõ
inde tamen uitiatur contractus in totum; ſed
ſolùm in exceſſu, prout pro abſoluto firmant
Foller.de cenſib. in uerbo *vt vides ſub num.22.*
verſic.quod igitur iunctis *num.4.& ſeqq.& nu.*
14.in fin.& ſeq. quem refert *Scacc.de commerc.*
& camb.§.1.quæſt 7.part.2.ampliat.8.num.60.
in fin. verſ.confirmatur, & ampliat.20.num.9.
Ronit.in dict.Pragm.1.de cenſ.num.14.Grattan.
dict.cap.141.num.13. ubi, quòd, quamuis in
Inſtrumento cenſuali adeſſet aliquod pactum,
quod ſaperet uſurariam prauitatem, ut quia
cenſus annuus excederet decimam partem iu-
ſti pretij, uel quid ſimile; tunc inſtrumentum
non uitietur in totum, ſed tantùm in illa
parte, dummodò creditor in totum non fuiſ-
ſet uſus inſtrumento, *Petra ad Capyc.dec.49,*
num.3.Merlin.lib.1.controu.cap.96.nu.17. eru-
ditiſſimus, integerrimus, omnique ſupremo
Magiſtratu dignus *Dom. Conſiliarius Petra in*
Rit.Magn.Cur.Vic.Ritu 20.num.11.Capyc.La-
tr.dec.116.num.22.lib.1.Cardin.Caualer.deciſ.
509.in fin. ubi etiam, quòd pactum ſuper an-
ticipata ſolutione fructuum cenſus expreſſè
reprobatum à *Bulla Piana* non reddat contra-
ctum fœneratitium; ſed potiùs dictum pactũ
uitietur, tamquàm illicitum; non autem ui-
tiet contractum, *Rot.poſt Cenc.de cenſib deciſ.*
117.num.7.& 8. & frequenter in alijs.

14 Ergo idem dicendum in cambio; cum non
minus in illo, quàm in cenſu ex Conſtitutio-
nibus *Beati Pij V.* contractus contra formam
earumdem Conſtitutionum geſti declarentur
fœneratitij, & uſurarij; non enim poteſt aſſi-
gnari congrua diſparitatis ratio inter cen-
ſum, & cambium.

Tertiò, ſublata remanet quælibet dubita-
tio, quia ad effectum; ut contractus de illici-
to fœnore redargui poſſit, non ſufficit ab ini-
15 tio exceſſiua fructuum taxatio; ſed ulteriùs
requiritur uniformis exactio; cum taxatio
certi lucri non reddat contractum illicitum;
16 ſed exactio; ideòque, ſi creditor non exegit,
prout in præſentia, intereſſe cambij ad men-
ſuram taxatam; ſed potiùs ad legitimã currẽ-
tem in Nundinis, contractus erit ualidus, &
taxatio habetur pro non facta, prout egregiè
firmant uidendi, *Dec.in cap.cum venerabilis,*
num.10.de except & conſ.111 num.14. Plot.in
l.ſi quando, §.11.num.15.& ſeq.Cod.de in lit.Iu-
ran.Cçauett.conſ.189.num.8.verſ.non negarem,
lib.1.Surd. conſ.327. Grattan. cap.387.num.8.
Polidor. Rip. obſer.3. ubi reſoluit, taxationem
intereſſe uſurariam non impedire ueri inte-
reſſe exactionem, *Felic.de ſociet.cap.24.nu.70.*
Cancer.var.lib.3.cap.7.num.18. qui deinde te-
ſtatur, id uidiſſe in foro ſeruatum. *Scacc.de*
commerc.& camb.§.1.quæſt.7.parc.2.ampliat.
8.num.6. & egregiè, præ cæteris, *Leotard.de*
17 *vſur.quæſt.72.num.31.et ſeqq.* ubi, quòd, licèt
taxatio lucri ceſſantis ab initio ſit illicita, nõ
tamen reddatur contractus illicitus, ſi ea uti
creditor nolit, ſed id uelit dumtaxat exige-
re, quod ſua intereſt, quòdque in hoc caſu
taxatio pro non facta haberi debeat, & *n.36.*
18 *et ſeqq.* & in ſpecie reprobat *Peguer.* ex ad-
uerſo allegatum *deciſ.33.* optimè aduertens,
quòd illius opinio poſſet procedere in cam-
bijs illicitis, alijſque contractibus in fraudem
uſurarum celebratis, egregiè *Vbald. dec.118.*
num.9.verſ.et ideò eleganter dixit Aymon, Rot.
dec.331.num.4.et 16.verſ.et quia taxatio, poſt
2.vol.conſil.Farinac. rectèque conferunt dedu-
cta per *Gratian.cap.588.num.19.Bich.dec.511.*
19 *num.23.* ubi, quòd in fructibus recompenſati-
uis ſuſtineatur taxatio certi intereſſe, quo-
ties uenditor nolit exigere, niſi quod uerè
interſit.

Et licèt idem *Leotard num.38.* id limitet in
20 camb.15; non tamen loquitur in his præ-
ciſis terminis, in quibus uerſamur lucri
certi ab initio taxati, & poſtmodùm à
creditore exacti ad rationem currentem in
Nundinis; ſed potiùs ſupponendo cambia
illicita, firmat, quòd, ſi quid præſtari fuit
conuentum per dinumerationem annorum,
vel menſium, nihilominus capere liceat pro
eo, quod intereſt, qui termini ſunt omninò
diuerſi, & in eiſdem terminis loquuntur au-
ctores allegati per *Noguerol. allegat.10.num.*
158.& ſeqq.

Regulare enim eſt, quòd ad detegendum
animum fœnerandi non attendatur taxatio
21 certi lucri ab initio; ſed potiùs vniformis
exactio ad rationem conuentam, *Gratian.cap.*
387. num.8. Felic. de ſociet. cap.24. num.70.
Polidor.Rip.obſer.3 Cancer.Var.lib.3.cap.7.n.
78. Turr. de camb. diſput.3. quæſt.11.num.49
Leotard.de vſur.dict.quæſt.72.num.31 & ſeqq
Scacc.de commerc.& camb.§.1.quæſt.7.part 2
ampliat.8. num.60.

22 Prout indubitati Iuris eſt, quòd animus,
& voluntas contrahentium qualis fuerit ab
initio, arguatur ex ſubſequentibus, *l. ſed Iu-*
lianus 9.§.proindè verſ. ſed ſi ab initio, ff. ad
Macedon.Surd.conſ.441.numer.2.& ſeqq.Card.
Mant.de tacit.lib.2.tit.1.num.5. Buratt. deciſ.
476.nu 12.Ludouiſ.dec.511.n.21. magiſque
23 loquantur facta, quàm clamant uerba, teſte
Tiraq.de retract conuent. in fin nu.7.

Et in præciſis terminis, quòd, licet taxatio
24 certi lucri ab initio ſit reprobata in cambio;
id tamen non procedat, quoties exactio fuit

facta per creditorem, iuxta quantitatem legitimam currentem in Nundinis, quia tunc taxatio habetur pro non facta, optimè, poſt *Crauett. dict. conſ.* 189. *num.* 8. *Scacc.* uidendus *de camb.* §. 1. *quaeſt.* 7 *part.* 2 *ampliat.* 8. *num.* 60. iuncto antecedenti *num.* 57. *& ſeqq. Card. de Luca de camb. dict. diſc.* 16. *num.* 9. *verſic. in propoſito autem, & num.* 10. ubi in ſpecie lucrum cambij erat conuentum ad rationem ſeptem pro centenario, & quia à creditore fuerat exactum ad eam minorem rationem, ſub qua in Nundinis cambia cucurrerant, cambium fuit declaratum ualidum, optimè *Vbald. dec.* 118. *nu.* 9. ubi de intereſse cambiorum exacto non ad rationem conuentã, ſed legitimã, *Rot. deciſ.* 331. *numer.* 4. *&* 16. *poſt* 2. *vol. conſil. Farinac.*

25 Prædicta omnia eò libentiùs admittenda, quia finis *Bullæ Pianæ* ſuper prohibita taxatione certi lucri ab initio reſpicit exactionẽ per creditorem factam ad certam rationem conuentam, cui eadem Bulla uoluit occurrere; non autem, ſimplicem taxationem effectum non ſortitam, qua poſtmodùm creditor in optima fide uerſatus uti noluit, dum fuit facta exactio ad rationem currentem in Nũdinis; Idque ea potiſſimùm ratione ſuperiùs expenſa, quòd, nempè, taxatio certi lucri non reddat contractum illicitum, ſed potiùs exactio, ex adductis per *Leotard. de vſur. dict. quaeſt.* 72. *numer.* 31. *& ſeqq. Vbald. dict. deciſ.* 118. *num.* 9. *Rot. dec.* 331. *num.* 4. *& n.* 16. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.* alioſque ſupra allegatos.

Iuxta allegata fuit determinatum per Reuerendiſſimũ Arioſtum Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ Locumtenentem.

ARGVMENTVM.

Aſſecuratores mercium in Naui oneratarum, an, & quando teneãtur, ſi deprędatio eiuſdẽ Nauis cõtigerit ob nonnullas merces oneratas extrahi prohibitas, non ſoluto vectigali, & an in prædicto caſu dici debeat comiſſa Baratteria ſpecificè in aſſecuratione excepta. E de pluribus caſibus, in quibus eadem Baratteria commiſſa dici debeat.

De culpa Gubernatoris Nauis, an, & quãdo Aſſecuratores teneantur plures adhibentur diſtinctiones.

Duplicem aſſecurationem eſſe prohibitam quomodò ſit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Apoca onerationis probat, merces fuiſſe oneratas.*

2 *Teſtes rectè probãt caſum naufragij contra Aſſecuratores, etiam ſi, parte non citata, fuerint examinati, & coram Iudice incompetenti, quoties naufragium in longinquis accidit partibus.*

Huiuſmodi praxim mirabilẽ appellat Bartolus.

3 *Naufragium, quoties euenit in loco, vbi pars fuit præſens, vel parum abſens: tunc in probatione eiuſdem facienda per teſtes partis requiritur citatio.*

Declaratur deciſ. Coccin. 66. in fin.

4 *Aduersùs aſſecuratores commiſſa dicitur ſtipulatio, probato euentu caſus, & periculi per eoſdẽ aſſecuratores ſuſcepti.*

5 *Aſſecuratores dicuntur emptores periculi, & oneris aduerſi.*

6 *Idque, etiam ſi damnum in parte mercium aſſecuratarum contingeret, ſtante ſpeciali pacto,*

7 *Verbum,* diſaſtro, *denotat non ſolum rei aſſecuratæ amiſſionem; ſed illius quoque detrimentum in parte.*

8 *Dictio,* alcuno, *tamquàm diminutiua, extendit obligationem ad quamuis minimam damni partem.*

9 *Caſus deprædationis nauis eueniens ob ſuſpicionem, quòd accederet ad hoſtes, dici debet comprehenſus ſub regula generali omnium caſuum contenta in Apoca aſſecurationis.*

10 *Deprædatio Nauis contingens ob aliquas merces prohibitas extrahi, non eſt Baratteria in aſſecuratione excepta; ſed potiùs culpa, & delictum Gubernatoris Nauis, qui caſus culpę comprehenditur ſub aſſecuratione.*

11 *Culpa Gubernatoris Nauis non excuſat Aſſecuratorẽ, qui ſolùm poterit agere cõtra culpoſum, cuius occaſione periculum contigit.*

12 *Præcipuè, quando Gubernator Nauis ab aſſecuratis non fuit præpoſitus mercibus; adeò vt dici poſſit illius fides, & integritas approbata; ſed potiùs ab Aſſecuratoribus fuerit appoſitus, vulgò vocatus* Sopracarico, *de cuius culpa non conſtat.*

13 *Exceptio ſolius caſus Baretteriæ appoſita in aſſecuratione operatur, vt cæteri caſus, etiam ex culpa Nautæ ſequuti, dici debeant comprehenſi ſub aſſecuratione.*

Prout in ſimili conductor, ſi certos caſus expreſſit, in quibus teneri noluit ad ſolutionem penſionis, in alijs remanet obligatus.

14 *Baratteria eſt verbum barbarum antiquis Iuriſconſultis ignotum, & à recentioribus vſurpatum, denotans fraudolentam, callidam que machinationem præordinatam ad caſum, cum dolo ad eumdem caſum ordinato.*

De pluribus modis, quibus Baratteria poteſt committi, & n. ſeqq.

15 *Baratteria dicitur commiſſa, quando Gubernator Nauis cum Naui, & mercibus aſſecuratis doloſè aufugit, animo præmeditato defraudandi.*

Idque, etiam procedit, ſi ex induſtria colludat cum hoſtibus, recepta pecunia, vt merces perderentur.

16 *Vel, quando merces in alium vſum conuertuntur, quàm demandatum:*

17 *Vel, quando conſultò mutatur iter ad merces ſubripiendas.*

18 *Vel demum, quando, data opera, & ex induſtria habuit merces pro derelictis, earumque ſubmerſionem curauit, vt proprio nomine ad partis recuperationem admitteretur.*

19 *Mercium extractiones ſine ſolutione vectigalis*

qua-

quotidiè fieri ſolent per Nautas ex ſola induſtria. & lucri cauſa pro euitanda Vectigalium ſolutione, non autem ex dolo, & machinatione, ad depradationem aliarum mercium praeordinata.

20 *Merces, pro quibus fuit ſolutum vectigal, non incidunt in commiſſum ob alias merces non expeditas; ſed ſalua Domino reſtituantur.*

21 *Explicatur* Stracchà inter *exempla Baratteriæ ponens caſum Gubernatoris Nauis dantis vela ventis, cum mercibus prohibitis, non ſolutis vectigalibus, & quomodò idem Auctor ſit intelligendus.*

22 *Culpa Gubernatoris Nauis damno Domini mercium aſſecuratarum cedere debet in aliquorum ſententia; cum iſte caſus inter fortuitos adſcribi non mereatur.*

23 *Præcipuè quādo ab Aſſecuratoribus fuit exceptus caſus Baratteriæ, cuius etiam nomine venit culpa Gubernatoris Nauis.*

24 *Diſtinguuntur tres caſus in hac materia*, & n. ſeqq

25 *Gubernator Nauis culpoſus, quando eſt Dominus mercium aſſecuratarum, vel ſaltem earum particeps, tunc ſub promiſſa aſſecuratione non venit Gubernatoris culpa, ſiue ſit ordinata ad caſum, ſiue non*, n. ſeqq.

26 *Expenditur* textus in l. cum proponas, Cod. de Nautic. fœnor

Giurba in obſeruat. 73. *quomodò intelligendus.*

27 *Merces aſſecuratæ, quando non ſunt in dominio Gubernatoris Nauis, ſed alterius, & nihilominus idem Gubernator gerat vices inſtitoris, ſeu præpoſiti ſuper mercium cuſtodia, tunc Aſſecuratores tenentur. & de ratione.*

Reprobatur Rocc. *contrarium ſentiens.*

28 *Opera Gubernatoris Nauis quando ſimpliciter fuit adhibita pro vectura mercium aſſecuratarū, & cuſtodia earundem reperitur de mandato alteri vulgò nuncupato* Sopracarico, *tunc caſus contingens ex culpa Gubernatoris Nauis, quoties non redolet Baratteriam, venit ſub caſuum ſuſceptione per aſſecuratores aſſumpta.*

29 *Duæ apocæ aſſecurationis fieri non poſſunt.*

30 *Intellige, quando pro eodem periculo duæ ſunt aſſecurationes ſeparatæ, quarum quælibet totam mercium aſſecuratam abſorbeat.*

Tunc enim poteſt conſiderari fraus; dum, eueniente caſu Naufragij, poſſeat Aſſecuratores conſequi earundem mercium valorem duplicatum.

31 *Secus aſſerendum, huiuſmodi ſuſpicione fraudis ceſſante.*

32 *Aſſecuratio eſt quædam ſpecies fideiuſſionis indemnitatis.*

33 *In Iure non reperitur prohibitum, vt pro eodē debito, eademque re plures poſſint præſtari fideiuſſores pro diuerſis temporibus, & cum ſcripturis diuerſis, ſummiſque reſpectiuè diuerſis.*

Intellige, dummodò omnes ſummę inſimul conflatæ non excedant debitum.

34 *Plures aſſecurationes cum diuerſis Apocis fieri poſſunt ſuper vno, eodemque periculo.*

35 *Vbi agitur de magnis mercibus onerandis, neceſſe oportet, adeſſe plures Aſſecuratores pro diuerſis ſummis, & temporibus. & de ratione.*

36 *Proxenetarum atteſtationi eſt deferendum in huiuſmodi materia.*

Epiſcop. Rocca Vol. II.

37 *Non eſt prohibitum pro eiſdem mercibus, eorumque valore, duplicatam recipere aſſecurationem; quoties diuerſitas itineris, vel periculi accederet, cum ſufficiat, non adeſſe duplicationem in eodem valore, & periculo.*

38 *Stante promiſſione Aſſecuratorum de aſportandis mercibus ad certum locum eueniente caſu aſſecurationis, eſt preſtandus valor iuxta pretium mercium currens in loco deſtinato.*

39 *Secus aſſerendum, ſi ſimpliciter fuit facta aſſecuratio mercium æſtimatarum, tunc enim ſolummodò illa eſt præſtanda; non autem lucrum, quod percipi potuiſſet.*

CAPVT XCVII.

ASSECVRATORES tenentur ſoluere pecunias aſſecuratas occaſione Nauis, & mercium, de quibus agitur; cum enim ſatis liquidò probatum remaneat, oleum poſt ſtipulatam aſſecurationem
1 fuiſſe oneratum in Portu Brundusino ſuper Naui, prout conſtat ex apoca onerationis, *Salicet. in l. cum proponas, num. 5. C. de Nautic. fænor. Stracch. de aſſecurat. gloſ. 11. num. 50. Rot. in recent. deciſ 571. num. 4. part. 5 tom. 2. Coccin. deciſ. 66. num. 1. Cardin. Mant. dec 297. in princ. Dunozett Iun. dec. 513. num. 3.* Cumque eadem nauis iam onuſta nullatenus peruenerit ad Ciuitatem Oſtenden. infra tempus in aſſecuratione conuentum, oleumq; in duobus naufragijs in quantitate ingenti fuerit deperditum prout conſtat ex fide Conſulatus Vrbis
2 Alicantis & ex teſtibus optimè probantibus caſum naufragij contra Aſſecuratores, quamuis fuerint examinati parte non citata & coram Iudice incompetenti, quoties, prout in præſentia, naufragium in longinquis accidit partibus, *l. ſi quis nauicularius 2. Cod. de naufrag. lib. 11.* ibique *Bart. num. 2. et* 4. aſſerens huiuſmodi praxim eſſe mirabilem, ibique *R. buff. num. 3. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. ſi quis nauicularius circa med. verſ. et ad terte mirabile, Io. de Anan. in cap. excommunicationi in antepen. col. extra de raptor. Corſet. in ſingul.* uerbo *teſtis, cap. 18. Marſil. ſingul. 24. incipien. elarum, Dec. conſ 82. ſub num. 3. verſ. non obſtat. Stracch. in tract. de Naut. part. 2. num 7. Cardin. de Luca de credit. diſc. 111. num. 12. Rocch. in notab. de aſſecurat. notab. 59. num 201. et ſeqq. & de Nauib. et Naut. notab. 95. num. 144. et ſeqq poſt 2. vol. reſponſ. Rot. Ian. dec. 3. num. 17 et deciſ 77. num 5. Card. Mantic. dict. dec 297. nu. 1. et duob. ſeqq Capyc. Latr. deciſ. 60. num. 1. et duob. ſeqq.* ibique *Gizzius num. 7* & contraria ex aduer-
3 ſo allegata procedunt, quando in loco, ubi naufragium euenit, & ubi teſtes recipiuntur, pars fuerit præſens, uel parum abſens; tunc enim, parte citata, recipi debent, in quibus terminis loquuntur *Alex. in add. ad Bart. in d. l. 2. circa med. Corſet. in ſingul.* verbo *teſtis, cap. 18.* aſſerēs, quòd ſic intelligi poſſit, *text. in l. ſeire*

Digitized by Google

oportet,§.ſufficit,ff.de excuſat.tutor. vbi ſufficit,
probari caſum ex naturali iuſtitia,ideſt ſecun-
dùm ius gentium, in quo *in ore duorum, vel
trium ſtat omne verbum*; non attenta ſolem-
nitate ciuili, *Marſil.ſingul.24.* vbi, quòd teſtes
in cauſa naufragij, vel periculi in partibus
longinquis, vel remotis poſſint recipi;parte
non citata,& probent naufragium,*Io:de Ana-
nia in cap.excomunicationi, col.antepen. extra
de raptor. Rebuff.in l.2. num.3. Cod.de naufrag.
lib.11.Stracc.de Naut.part.2. num.7. Dec.conſ.
82.num.3.verſ.non obſtat, Rocc.de aſſecurat.no-
tab.59.num.204.& ſeq.Capyc.Latr.dec.60.n.4.*
& in his terminis intelligenda *dec. Coccini* ex
aduerſo allegata,*66.in fin.* vbi examen teſtiũ
ſuper naufragio fuerat peractum in Ciuitate
Anconæ, in qua aderant aſſecuratores, ideò-
que dum pars erat præſens, atque citari po-
terat, ceſſabat ratio, cui innititur prædicta
Bart. doctrina, prout in ſpecie declarando
prædictam *deciſ.Coccini 66.* aduertit *Card.de
Luca de credit.d.diſc.111.num.12.*

Cumque reſiduum olei fuerit à Claſſe Hiſ-
panica deprædatũ, prout ex eiſdem teſtibus,
vtiq;his probatis fuit commiſſa ſtipulatio ad-
4 uerſùs Aſſecuratores, ſtante illorum Apoca
hos omnes caſus ſpecificè complectente, *l.fæ-
nerator, verſ.ſi nauis ff de naut.fænor l.centum,
ff.de eo, quod certo loco, l.1.Cod.commendat.
l.quæro in fin.ff.locat. Caſtr.in l.Nauem, num.4.
ff.locat. Caſtr.in l.nauem, num.4. ff.locat.Dec.
conſ.115.num.2.Santer.de aſſecurat.part.3.num.
53.& 61.Stracch.eod.tit.gloſ.22. Io:de Euia in
labyrint.commerc.naual.lib.3. cap.14. num.25.
Roccus de aſſecurat.Notab.64.& ſeq. Giurb.ob-
ſeruat.73.num.2.Scacc. de commerc.& camb.
§.1.num.135.de Marinis cap.278.num.2.Fonta-
nell.dec.243.num.11.& tribus ſeqq. lib.1. Rot.
Ian.dec.101.num.1.Card.Mantic.dict.deciſ.297.
num.5.& ſeq Dunozett.Iun.dec.460.n.1.& ſeq.
& dec.113.num.6.Rot.in recent.dec.54. num.1.
& ſeq & dec.151.num.1.& 258.num.1.& ſeq.
5 part.6.* Cum Aſſecuratores dicantur emptores
periculi,onerisque aduerſi, *l.periculi pretium,*
ibique *Bald. ff.de naut.fænor. Caſtr.in l.nauem
ff.locat.Maſtrill.dec.197.num.12. Fontanell.de-
ciſ.243.num.14.*

6 Idque, etiam ſi damnum in parte mercium
aſſecuratarum contingerit; non autem in to-
to, ſtante ſpeciali pacto appoſito in Apoca
aſſecuratorum, ibi: *E ſe in detto oglio occorreſ-
ſe alcun diſaſtro*. Verbum enim, *diſaſtro*,deno-
7 tat non ſolùm totalem rei aſſecuratæ amiſſio-
nem; ſed illius quoque detrimentum in parte,
l.1.§.deteriorẽ.ff.de flumin.& in ſpecie *Stracch.
de aſſecurat.gloſ.27.num.7. Dunozett.Iun.d.dec.
460.num.2.* vbi in terminis de conuentione,
ſe interueniſſe alcun diſaſtro.

8 Multòque magis, ponderata dictione,*alcu-
no*, quæ, tamquàm diminutina,extendit obli-
gationem ad quamuis minimam partem dã-
ni, *Clem.1.* verb. *earum parte, de for.compet.
Crauett.conſ.294.num.4.Menoch.conſ.4.num.18.
Caſſan.ad Conſuet. Burgund.rubr.11. §.6.* verbo
di alcune coſe, Surd.dec.283.num.8.& in ſpecie
Dunozett.Iun.d.dec.360 n.3.

Nullatenus verò meretur attendi obiectum
ab Aſſecuratoribus excitatum, quòd Nauis
deprædatio euenerit ex caſu in aſſecuratione
excepto, nempè,Baratteriæ Magiſtri,ſiue Gu-
bernatoris Nauis, qui arrepto itinere Cadi-
cem uerſùs, nonnulla argenta onerauit ex il-
lis partibus vetita extrahi, non obtenta Prin-
cipis facultate; huiuſmodi enim obiectum re-
manet omninò ſublatum ex pluribus.

Primò, quia, cum caſus pro notabili parte
contigerit ex vi tempeſtatis, tám in mari Ia-
nuæ, quàm in loco nuncupato, *San Vincenzo*,
meritò id ſufficit, vt commiſſa dicatur aſſecu-
ratorum ſtipulatio, ſtante ſpeciali conuen-
tione, *ſe in detto oglio occorreſſe alcun diſaſtro,
Santern.de aſſecurat.part.3.num.53 et 61. Io:de
Euia in labyrint. commerc. naual. lib 3. cap.14.
num.25.Giurb.obſer.73.num.2.Rot.Ian.dec.101.
num.1.Fontanell.dec.243.num 11.& trib.ſeqq.*
& in ſpecie *Dunozett.Iun.d.deciſ.460.n.2.*

9 Secundò, de prætenſa Baratteria nullibi
conſtat, cum potiùs caſus deprædationis eue-
nerit ob ſuſpicionem, quòd Nauis accederet
ad Hoſtes Regis Catholici, prout teſtes depo-
nunt, qui caſus vtique dici debet comprehen-
ſus ſub regula generali omnium caſuum con-
tenta in Apoca aſſecurationis,*Io:de Euia in la-
byr.commerc naual.cap.14.num.27.*& in ſpecie
nauis oneratę oleo,& captę per Officiales ipſius
Regis Catholici ob eamdem ſuſpicionem, de-
ciſum teſtatur *Thor.in compend deciſ. part.2.*
verbo, *Aſſecuratores nauis*, il terzo. *fol.26. in
fin.et 27.Roccus de aſſecurat. notab 93. nu.358.
et ſeqq.*& de alijs mercibus captis à Populari-
bus ſeditioſis, idem *Roccus reſponſ.31. in fin.
lib.1.* & de naui per vim capta ab alia naui
potentiore, per *text.in l.item quæritur,§ exer-
citu, ff.locat.* Stracc.*de Mercat.tit.de nauib.p.3.
num.50 Rocc.reſponſ.34.num.22.lib.1.*

Tertiò, vbi etiam ſine veri præiudicio,ad-
mittere velimus,deprædationis caſum eueniſ-
ſe ex afferta cauſa onerationis argentorum;
nihilominus, ex infra firmandis, nullo Iure
dici poterit per Gubernatorem commiſſa Ba-
ratteria, qui caſus tantùmmodò in aſſecura-
tione legitur exceptus; ſed ſolùm illius ſim-
plex culpa, & delictum, qui caſus culpæ ab-
10 ſque dubio comprehenditur ſub aſſecuratio-
ne, vt benè firmant *Santer.de aſſecurat.part.4.
num.18.in fin.et ſeq.* ubi declarando *text. in l.
cum proponas, Cod de nautic fænor.* loquente
11 de iſta culpa deferendi merces prohibitas,be-
nè aduertit, quòd culpa Gubernatoris nauis
non excuſet aſſecuratorem, qui ſolùm poterit
agere contra eumdem culpoſum, cuius occa-
ſione periculum contigit, *Roccus de aſſecurat.*

no-

notab.44.num.145.Thor.in compend.dec.tom.2. verbo *aſſecuratio nauis*, il terzo, & admittit concluſionem, ſemoto pacto contrario, *Rot. Ian.dec.3.num.5.& dec.166. num.4. Fontanell. dec.243.num.26.*

12 Præcipuè; quando, prout in hac facti ſpecie, mercibus cuſtodiendis alter vulgò nuncupatus, *Sopracarico*, ab eiſdem Aſſecuratoribus fuit præpoſitus, de cuius culpa nullatenus cõſtat, vt optimè reſpondendo omnibus contrarijs firmat in his terminis, *Fontanell.dec.244. num.20.& ſeq.* vbi refert ita deciſum in ſecunda, & tertia inſtantia, recedendo ab his, quæ in prima fuerant iudicata; Et contraria procedunt, quoties Gubernator Nauis ab aſſecurato fuit præpoſitus mercibus cuſtodiendis; tunc enim de eius culpa tenetur aſſecuratus, qui debet ſibi imputare; quód talem præpoſitum elegerit, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Sforz. Odd. conſ. 31. num.20. Maſtrill.deciſ.Sicil.184.num.59.lib.3.* prout eoſdem ita declarat *Fontanell. dec.244. num.20.*

13 Multòque magis, ſtante exceptione ſolius Baratteriæ includente omnes alios caſus; etiã ex culpa Nautæ ſequutos, prout in ſimili dicitur de conductore, qui, ſi certos expreſſit caſus, in alijs omnibus teneatur, *gloſ.in l.ſi quis fundum, ff.locati, Alex. conſ.3. num.2. lib.2. Bald.conſ.395. num.6. lib.2. Angel. conſ.290. num.5. Rimin.Iun.conſ.92.num.20.lib.1.Rot.diuerſ.dec.727.ſub num.4.verſ.ſed quidquid.p.4.* & in his præciſis terminis ſolius Baratteriæ exceptę, *Stracch.de aſſecurat.gloſ.2.num.4.Rot. in rec.dict.dec.54.num.19.& dec.34.in princip. & num.1.& tribus ſeqq. part.6.* quæ poſtrema deciſio eſt impreſſa per extenſum, prout plures alię *Rotæ* deciſiones penes *de Marinis cap. 278.lib.1.*

14 Quod autem prædicta illicita oneratio argentorum, nullo Iure dici poſſit Baratteria, euidentiſſimũ redditur; Siquidem iſtud uocabulum barbarum antiquis Iuriſcõſultis ignotum, & à recentioribus uſurpatum in omniũ ſenſu, uſuque loquendi denotat fraudolentã machinationem, callidamque præordinationem ad caſum, cum dolo ad eumdem caſum omninò ordinato, ac directo, quòd pluribus modis poteſt contingere.

15 Vel, quando Gubernator cum naui, & mercibus aſſecuratis doloſè auſugit, animo præmeditato defraudandi, ut explicat *Santern.de aſſecurat.part.3.nu.68. verſ.primò per fraudem,* ubi de Magiſtro, & Gubernatore cum naui, & mercibus auſugiente, *Stracch.eod.tract.gloſ. 31.num.2.verſ.finge etiam Magiſtrum*, ubi etiã eodem *num.2. in princip.* de colludente ex induſtria cũ hoſtibus, recepta pecunia, ut merces perderentur, *Io:de Euia in labyr. commer. naual.cap.4.num.24 & 28. Roccus de aſſecurat. notab.44.num.139. & ſeqq. poſt 2.vol. reſponſ.* benè *Rot.in Melenitana pacuniaria 30. Aprilis 1663. §.nec cauſam Baratteriæ coram Reuerendiſſimo Beuilaqua, impreſſa poſt Zuffium de proceſſ.legitimat.dec.88.n.3.& 4.*

16 Vel quoties merces in alium uſum conuertit, quàm demandatum, ex adductis per *Thor. in compend.dec.d.part.2.* uerbo *Aſſecuratores*, il primo, *verſ.in caſu verò noſtro.*

17 Vel quando conſultò mutauit iter ad merces ſubripiendas, *Leonin.conſ.23.num 6.& ſeq. Merend.controu.Iur.lib.23.cap.50.num.30.Monac.dec.Florent.1.per tot.*

18 Vel demum, quando, data opera, & ex induſtria habuit merces pro derelictis, earumque ſubmerſionem curauit, ut proprio nomine ad partis recuperationem admitteretur, *Stracch.de aſſecurat.dict.gloſ.31.num.2. verſic. finge etiam magiſtrum*, il ſecondo, *Odd.conſil. 31.num.15.*

Nullum autem ex prædictis neceſſariò ſup-
ponentibus dolum omninò ad caſum præor-
dinatum concurrit in preſentia, cum ſatis, ſu-
perque ſit notum, etiam lippis, & tonſoribus,
huiuſmodi mercium, bonorumque extractio-
nes ſine ſolutione vectigalis, quotidiè fieri per
19 Nautas ex ſola induſtria & lucri cauſa; pro
euitanda vectigalium ſolutione; non autem
ex dolo, & machinatione cum callida præor-
dinatione ad caſum deprædationis aliarum
20 mercium, illæ enim non incidunt in commiſ-
ſum propter hoc delictum; ſed ſaluæ reſtituũ-
tur Domino, *l.cotem ferro 11.§.Dominus*, ibiq;
gloſ. verbo *commiſſis, ff.de public. & vectigal.*
Bart.et Bald.in l.cum proponas, vterque nu.4.
Cod.de nautic.fænor.

Ideòque, ſtantibus prædictis, oneratio argentorum nullo iure dici poterit fraus Gubernatoris Nauis directa, & ſubdole præmeditata; ad hoc, vt deindè tota nauis, & oleum à claſſe Hiſpanica ſubtraheretur; prout ex ſupra firmatis præciſè requiritur ad affectum, vt dici debeat commiſſa Baratteria; ſed potiùs ſimplex culpa, ob quam citra fraudem, voluntatemque Gubernatoris ſaciendi incidere merces aſſecuratas in commiſſum, orta eſt occaſio deprædationis earumdem mercium, de qua culpa, vtpotè caſum fortuitum redolente, abſque dubio Aſſecuratores tenentur, ex ſupra firmatis.

21 Neque prædictis aduerſatur, quòd *Stracch. de aſſecurat.dict.quæſt.31.num.2.verſ.item finge*, exemplificando plures caſus Baratteriæ, ponat illum Nauarchi dantis vela ventis cũ mercibus prohibitis, vectigalibus non ſolutis.

Placeat enim videre Authorem in fonte, quoniam expreſsè, verbiſque pluſquàm cubitalibus loquitur, quando id fiat callidè, cum dolo, & præordinata, directaque machinatione, ſeu colluſione inter eumdem Nauarchum, & Gabellarios ad effectum, vt ita merces in-

ci-

præpoſiti, culpa interceſſit.

Contractum cambij maritimi eſſe legitimum oſtenditur, nullatenus aduerſante diſpoſitione celebris *Conſtitutionis San. Mem. Gregorij IX. in cap. nauiganti de vſuris*, tàm vſurarijs in exercendo fœnore, quàm Interpretibus in exponẽdo moleſtæ, cuius varij referuntur intellectus.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſecurator non tenetur de periculo rei aſſecuratæ; quoties illud ob culpam Domini eiuſdem rei, vel ipſius Miniſtri euenit.*

Non obſtante clauſula; omni meliori modo, quocumque, & qualitercumque, ibid.

2 *Idque procedit, non ſolùm in aſſecuratione; ſed etiam in omnibus alijs conuentionibus.*

3 *Nautæ ſunt teſtes idonei ad probanda geſta in Naui, etiam ſi ſint ſingulares, examinique ſuppoſiti coram Iudice incompetenti ſine partis citatione.*

4 *Nautæ non poſſunt redargui de culpa, quoties Miniſter Domini mercium oneratarum in eadem permanet Naui.*

5 *Ad tertium non poteſt alio modo pertinere rei periculum; niſi per aſſecurationem.*

6 *Subſtantia contractus debet attendi; non autem formula verborum.*

Forma, & ſpecies contractus ex animo pendet contrahentium.

7 *Contractus qualis fuerit, nõ à nomine contractus, ſed ab effectu iudicatur; quando contractus eo nomine effectum ſortiri non poteſt.*

8 *Pretium non eſt de ſubſtantia aſſecurationis, neque certitudo rei in quantitate; ſed ſufficit, contractum eſſe de re in naui onerata.*

9 *Poteſt quis emere, ſibique acquirere ex aliena pecunia remanente, qui pecuniam expoſuit, tantummodò creditore.*

10 *Cambij maritimi de ſubſtantia eſt, quòd dominium pecuniæ omninò in accipientem transferatur, ſicque incompatibile, vt in dominio dantis remaneat.*

11 *Cambium maritimum poteſt legitimè contrahi citra vſurariæ prauitatis labem.*

12 *Traduntur nonnulli intellectus celebris* Conſtitutis San. Mem. Gregorij IX. *in* cap. nauiganti de vſuris.

13 *Verus affertur intellectus.* & n ſeqq.

14 *Dictio*, quoque, *eſt continuatiua, atque collectiua prioris diſpoſitionis.*

15 *Similitudinem quamdam implicat cum præcedentibus* V T.

16 *Reſeruatio vini emendi pro cauthela cambij maritimi nullatenus operatur ad effectum transferendi periculi in reſeruantem.*

Expenditur text. *ſingularis in* l. ſetui 16. ff. de peric. & comm. rei uend. ibid.

17 *Intereſſe alicuius ſuper aliqua re eſt verificabile in Iure hypothecæ ſpecialis ſuper eadem re competente.*

C A P V T XCVIII.

VINI aſſecurati effuſio, cum euenerit ex culpa Miniſtri ab Aduerſario præpoſiti, qui illud in dolijs non bonæ qualitatis, & per rimas traſmittentibus onerauit: Meritò non tenetur Aſſecurator de culpa præpoſiti à Domino mercium aſſecuratarum, licèt ſuſceperit periculum humanum, atque diuinum, iuxta diſpoſitionem celebris *text. in l. cum proponas 3. Cod. de Naut. fœnor.* ibi: *Amiſſarum mercium detrimentum, quod non marina tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidiſſe aſſeueratur, adſcribi tibi Iuris publici ratio non permittit, Crot. in cap. nauiganti, ſub nu. 2. de vſuris* inter Repetentes *tom. 4. fol. 373. Aretin. conſil. 111. in fin. Leonin. conſ. 23. Santer. de aſſecurat. part. 4. nnmer. 16. verſ. & breuiter, & num. 18. Sforz. Odd.* qui materiam optimè diſputat, *conſ. 31. nu. 18. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. num. 154. & ſeq. Giurb. obſeruat. 73. Rocc. de aſſecurat. notab. 22. num. 67. & ſeqq. & de namb. & naul. notab. 51. num. 139. verſ. prout in ſimili. poſt 2. vol. reſponſ. Sicard. in tit. Cod. de nautic. fœnor. num. 5. Roman. conſ. 47. & 404. Dec. conſ. 7. Maſtrill. deciſ. 284. num. 58. & ſeq. lib. 3. Caſtill. deciſ. 73. num. 11. & ſeq. lib. 1. Muta deciſ. Sicil. 3.* alijſque allegatis, *Chriſtin. dec. Belg. 33. & 47. p. 3.* etiam ſi in aſſecuratione adſit clauſula *omni meliori modo*, quocumque, & qualitercumque, *Rocc. de aſſecurat. d. notab. 22. nu. 69. in fin. Muta dec. Sicil. 3. num. 11. & ſeq.*

2 Idque non ſolùm procedit in aſſecuratione; ſed etiam in omnibus alijs conuentionibus, *l. qui officio 62. § fin. ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 114. ſub num. 2. & 3. lib. 3. Mont Sperell. conſ. 111. nu. 12. & ſeq. Menoch. conſ. 55. per tot. conſ. 671. num. 6. & ſeqq. Cyriac. controuerſ. 197. num. 52.*

3 Dubitari verò non poteſt de culpa Miniſtri; illa enim ſatis luculenter comprobata remanet ex conteſtibus Nautis optimè comprobantibus geſta in Naui, etiam ſi ſint ſingulares, examinique ſuppoſiti coram incompetenti Iudice ſine partis citatione, *Bart. Alex.* & alij in *l. 2. Cod. de naufrag. lib. 10. Bertazzol. conſ. crimin. 348. num. 9. Boer. dec. 16. in fin Vin. dec. 1. n. 2.*

4 Idemque reperitur cautum in *Statuto Conſulatus Maris cap. 220.* Neque contra eoſdem Nautas culpa valet prætendi, cum idem miniſter in eadem Naui permaneret, ideòque ad ipſum, non ad Nautas cura vini ſpectabat, prout in fortioribus terminis tradit *Magon. dec. Florent. 56. num. 12. & ſeq.*

Fruſtrà autem ex aduerſo contenditur, huiuſmodi contractum non eſſe aſſecurationis; in

in omnibus enim pactis in quocumque gene-
re contractuum appoſitis vindicat ſibi locum
prædicta concluſio, quòd Partis culpa nun-
quàm intelligatur permiſſa, ſed ſemper exce-
pta, ex proximè allegatis.

5 Præterquàm quòd fuiſſe contractum aſſecu-
rationis videtur omninò incontrouertibile;
cum enim noſter principalis eſſet tertius, alio
modo ad eumdem rei periculum pertinere
non poſſet, niſi per aſſecurationem, *Leſſ. de*
Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 28. num. 24.

Neque attendi merentur argumenta de-
ſumpta ex formula tradita á *Scacc.* ex aduerſo
allegato, *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. nu.*
141. ſuper aſſecurationis contractu, quia
non negat idem *Scacc.* alio modo contrahi
poſſe, & habemus titulum *Cod. de formulis*
6 *ſublatis*; adeòut ſubſtantia contractus atten-
di debeat; non autem verborum formula, eo-
rumdemque cortex; forma enim, & ſpecies
contractus ex animo pendet contrahentium,
l. non omnis, ff. ſi certum petatur, l. in conuentio-
nalibus, ff. de verbor. obligat. Card. Mantic. de
tacit. lib. 8. tit. 3. num. 21. & ſeq. Bich. dec. 10. n. 8.
7 qualiſque ille fuerit non á nomine contra-
ctus, ſed ab effectu iudicatur, etiam ſi effectus
nomini contradiceret, ſaltem quando con-
tractus eo nomine effectum ſortiri non po-
teſt, *l. Inſulam, ff. de præſcript. verb. l. ſi vno in*
princip. ff. locat. Bald. in rubr. Cod. de Iur. *emphit.*
num. 15. Iaſ. in l. 1. num. 15. Cod. eod. & in l. ſi quis
ante, nu. 18. ff. de acquir. poſseſs. ibique *Cuman.*
n. 3. & 4. eod. tit. Aretin. num. 2. Ruin. conſ. 160.
num. 11. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 28. lib. 3. Alb.
conſ. 81. num. 48. Cephal. conſ. 329. num. 47. De-
cian. conſ. 23. num. 6. & 12. lib. 2. Surd. conſ. 243.
num. 2. & conſ. 450. num. 34. Cardin. Mant. de
tacit. lib. 2. tit. 2. nu. 20. & 23. verſ. ſed Raphael,
& lib. 8. tit. 25. num. 36.

8 Neque pretium eſt de ſubſtantia aſſecura-
tionis, neque certitudo rei in quantitate, ſed
ſufficit, contractum eſse de vino in naui one-
rato, *Santer. de aſsecurat. part. 4. num. 56.* & ſi-
ne pretio poteſt confici aſsecuratio, *Molin. de*
contract. diſput. 507. num. 1. vbi, quòd aſsecu-
ratio ſit contractus, quo ſuſcipitur periculum
rei alicuius pro pretio, aut alio intereſse,
Leſs. de iuſt. & iur. cap. 28. num. 24. lib. 2. Card.
de Lugo *eod. tract. diſp. 31. num. 93.*

Cæterùm, licèt noſter principalis dederit
pecunias aduerſario ad cambium maritimum
pro vino emendo; nihilominus eiuſdem vini
empti dominium tranſiuit in ipſum aduerſa-
rium emptorem, qui emit; non autem in mu-
9 tuantem pretium; cum de Iure poſſit quis
emere, ſibique acquirere ex aliena pecunia,
l. 1. l. multùm, & l. fin. Cod. ſi quis alt. vel ſibi, l.
ſi ex ea, Cod. de rei vindicat. Bart. in l. et ſi, C. de
fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. Bald. conſ.
67. num. 1. lib. 5. Ludouiſ. dec. 157. num. 4. & re-
manet creditor tantùm, qui pecuniam expo-
nit, *Rot. diuerſ. deciſ. 265. num. 6. part. 1.* Atque
adeó periculum vini empti ſpectauit ad em-
ptorem, *l. 1. ff. de peric. & commod. rei empt.*
l. 2. Cod. eod. tit.

10 Præcipuè, quia pretium fuit traditum Ad-
uerſario ad Cambium maritimum, de cuius
ſubſtantia eſt, quòd dominium pecuniæ om-
ninò in accipientem transferatur, prorsùsq;
incompatibile ſit, vt in dominio dantis re-
maneat, *Duard. de camb. in proœm. quæſt. 10. nu.*
31. & ſeq. fol. 34. Salas eod. tract. dub. 1. num. 4.
Card. de Lugo de iuſt. & Iur. diſput. 28. n. 3.

11 De validitate verò huiuſmodi contractus
non videtur hæſitandum; poteſt enim quis, ci-
trá vſurariæ prauitatis labem, pecunias ad
cambium maritimum tradere, ſuſcepto peri-
culo nauis, vel naufragij, aliorumque caſuum
fortuitorum, iuſtoque pretio licitè paciſci in-
tereſse pecuniæ traditæ, prout in ſpecie affir-
mant *Pereir. in tract. de negotiat. part. 3. cap. 10.*
ſub §. 11. Louen. de Iur. maritim. lib. 2. cap. 6. nu.
1. Stypman. eod. tract. lib. 4. cap. 5. num. 52. Mar-
qued. de mercat. lib. 2. cap. 8. de obligat. & con-
tract. à num. 62. vſque ad 81. Leotard. de vſur.
quæſt. 23. num. 7. Giballin. eod. tract. lib. 2. cap. 4.
art. 3. num. 19. & ſeqq. Rocc. notab. 50. de naut.
& naul. poſt lib. 2. reſponſ. Rot. in Romana aſſecu-
rationis 26. Iunij 1673. §. nam cambium, &
§. imò hodie coram Card. Matthæio, quæ reperi-
tur impreſſa poſt *Vrecol. de tranſact. dec. 53.*

12 Nullatenus verò aduerſatur San. Mem.
Gregorij IX. celebris *Conſtitutio in cap. naui-*
ganti de vſuris, quam duram, & aſperam, &
tám vſurarijs in exercendo fœnore, quàm
Interpretibus in exponendo moleſtam dixit
Lupus comment. 3. de vſuris in præfat. ibi: *Na-*
uiganti, vel eunti ad Nundinas certam mutuans
pecuniæ quantitatem eò quòd ſuſcipit in ſe peri-
culum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſura-
rius eſt cenſendus.

Illa enim non adaptatur, quia ibi ſunt pro-
miſsæ vſuræ, in præſentia autem nihil de illis
ſomniatum; ſed de cambio maritimo, quem
contractum eſſe omninò legitimum firmant
Authoritates proximè laudatæ, comprobat-
que obſeruantia; Quinimò prædictus *Text.*
procedit in ſimpliciter mutuante aliquam
pecuniarum ſummam, quam alioquin non eſ-
ſet mutuaturus; niſi pariter lucrum adeſſet
aſſecurationis, eamque fuiſſe Pontificis volū-
tatem conſtanter affirmant *Binsfeld. in d. cap.*
Nauiganti, quæſt. 1. concluſ. 2. Lup. in cap. per
veſtras in 6. notab. § 9. num. 12. ad fin. de donat.
inter vir. & vxor. Nauar. in manual. cap. 17.
num. 221. Santer. de aſſecurat. num. 18. Couarr.
var. lib. 3. cap. 2. nu. 5. Conrad. de contract. q. 39.
concluſ. 1. Sylu. verb. *vſura 1. §. 35. Cardin.*
Caietan. verb. *vſura exterior caſ. 12. Giballin.*
de vſur. lib. 5. cap. 4. art. 3. num. 23.

Secus verò aſſerendum, quando mutuator
non ex vi ſimplicis mutui intendit mutuata-

rium obligare ad aliquid ſibi tradendum vltrà ſortem mutuatam; ſed ſolùm vult hoc lucrum facere pro aſſecuratione, periculoque ſuſcepto; tunc enim contractus vſurarius dici nequit, neque in hoc caſu vindicat ſibi locum diſpoſitio *textus in dict. cap. nauiganti de vſuris*, prout tradunt *Lup. de vſur. comment. 3. §. 1. num. 29. Nauarr. in manual. d. cap. 17. num. 285. Conrad. de contract. quæſt. 39. tract. 2. col. 1 verſ. ſecunda concluſio, Sylueſter in* verb. *vſura* il ſecondo, *quæſt. 35. Rebell.* qui teſtatur de communi, *de oblig. iuſtit. lib. 16. quæſt. 11. n. 16. Gratian. cap. 589. num. 3. & ſeq. Molin. de contract. diſput. 318. num. 5.*

Præterquàm quòd alij traduntur intellectus prædicto *textui*; Nonnullis exiſtimantibus, loqui Pontificem de periculo dubio, aut nullo, & tantùm ſuppoſitio, ſub cuius prætextu fœneratores ſuam tegebant iniquitatem, ita ſentijt damnatæ memoriæ *Author qu. 3. de vſur. num. 95. Adrian. in 4. tract. de vſur. cap. occurrunt ad primum*; licèt hunc intellectum reijciant, *Couarr. lib. 3. var. cap. 2. num. 5. Lup. comment. 3. de vſur. §. 1. num. 1. Straccb. de aſſecurat. num. 27.* ea potiſſimùm animaduerſione adhibita, quia loquitur Pontifex de eo, qui nauigationis periculum in ſe ſuſcipit, quod verum, & non fictum eſſe nemo non videt.

Aliquibus aſſerentibus, ideò cenſeri vſurarium, qui mutuat nauiganti, vel eunti ad Nũdinas, licèt in ſe periculum ſuſcipiat, ſi aliquid indè percipiat vltra ſortem, quia mutuũ factum, & id, quod datum eſt vltrà ſortem, non fuit expreſsè pro ſuſceptione periculi; ſed ſimpliciter, ideòque præſumitur vſura, ita explicat *Valaſc. conſult. 18. n. 4.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. in dict. cap. nauiganti numer. 2. prope fin.*

Alijs opinantibus, loqui Pontificem de pretio iniuſto, quod excederet ſuſcepti periculi eſtimationem, intelligendo verbum *aliquid*, de quo in prædicto *textu*, pro ſubiecta materia eſſe accipiendum, & intelligi hoc loco aliquid ſupra periculi pretium, quamuis huiuſmodi intellectũ reprobent *Couarr. Stracc. & Lup.* locis proximè laudatis, quibus addẽdus *Abb. in dict. cap. nauiganti num. 1.* aſſerentes, quòd cum dixerit Pontifex *aliquid vltra ſortem recepturus*, vox *aliquid* nihil excipiat, etiam ſi modicum ſit.

13 Nonnullis tandem rectiùs affirmantibus, quibus ego libenter adhæreo, mendum in hęc verba Pontificis reuera irrepſiſſe, ineptèque fuiſſe ſublatam particulam negatiuam, quæ omninò reſtituenda eſt, legendumque: *Non eſt cenſendus vſurarius*; alioquin enim ſequentia non cohærerent; nam Pontifex in eodem *textu* ſubdit immediatè duos caſus, in quibus negat, reperiri vſurã propter periculũ futuri euentus ibi: *Ille quoque, qui dat decem ſolidos, vt alio tẽpore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licèt tunc plus valeant, vtrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurarius reputari*, ſubdens vlteriùs ibi: *Ratione huius dubij, etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt ampliùs, quàm tunc valeant, in certo termino recipiat pro eiſdem, ſi tamen ca tempore contractus, nõ fuerat venditurus*: Huiuſmodi verò contextus orationis omninò eſſet ineptus; niſi idem ſentiat Pontifex in poſteriori reſponſo, quod in primo, præcipue, quia periculum longè maius eſt in hoc caſu, in quo vſuram agnoſcit; Idque etiam redditur ma-
14 nifeſtum, ſi ponderetur dictio, *quoque*, quæ eſt continuatiua, atque collectiua prioris diſpoſitionis, *l. verbo victus, l. locus in fin. l. interdum, ff. de verbor. ſignific. l. ſeruum quoque, ff. de Procurat. l. 2. in princip. ff. de pactis, Bart. in l. labeo*, ibique *Iaſ. ff. de pactis, Corn. in l. ſi paciſcenda, num. 15. verſ. in dubio, Cod. eod. Rebuff. in l. deteſtatio, §. familiæ, verſ. quoquè, & verſ. ſecundò natura, ff. de verbor. ſignificat. Pichar. in §. ſi eadem res, num. 45. inſtit. de legat. Cened ſingul. 93. num. 1. in princ. Narbon. de ætat. ad humán. act. requiſit. ann. 17. quæſt. 3. nu. 2. Oldrad. conſil. 103. incip. quæſtio eſt, num. 4. verſ. 4.* Imó
15 ſimilitudinem quamdam implicat cum præcedenti, *l. 3. §. 1. & §. in amittenda, ff de acquir. poſſeſſ. l. qui legatorum, §. filium quoque, ff pro hærede, Cened ſingul. 93. num. 2. Ferrer. in Conſtit. Cathalon. gloſ. 1. num. 53 Girond. de priuil. et exempt. explicat num. 576. Narbon. l. 15. gloſ. 2. num 19. tit. 18. lib. 5. recompilat.* ita in ſpecie aduertunt *Barboſ. in dict. cap. nauiganti num. 2. circa medium, Narbon. ad l. 15. hiſpan. gloſ. 2. nu. 17. Gudelin. de Iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. Ioann. à Bernat. lib. 2. de vtil. legẽt. hiſtor. cap. 48. Layman. lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 13. Ferdinand. à Caſtro tract. 32. diſp. 4. punct. 18. ſub fin. Giballin. de vſur. lib. 2. cap. 4. art. 3. num. 25.* Id ipſum etiam, licèt ſub dubius ob repugnantem omnium Codicum fidem ſuſpicatur, *Facchin. lib. 2. controu. cap. 48.* vbi, quòd reuera ex ſequentibus verbis eiuſdem *textus* fortiſſima inſurgat coniectura, negatiuam deſiderari, licèt nõ approbet, *Leotard. de vſur. quæſt. 23. num. 24. in fine, Cardin. de Luca de vſur. diſc. 3. num. 7. & ſeqq.*

16 Tandem non aduerſatur, quòd dominium vini emendi pro cauthela cambij fuerit reſeruatum; huiuſmodi enim reſeruatio eſt pro hypotheca ſpeciali, & vt dans pecunias conſequatur priuilegium, *l. licet, Cod. qui potior. in pign. habeant.* non autem aliquid operatur ad effectum periculi transferendi, prout eſt *text.* valdè ſingularis in *l. ſerui 19. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & tradit *Gloſ. in l. ſicut emptio 20. §. interdum, ff. locati*, vbi *Caſtr. ad fin. verſic. item ſicut, Salicet. num. 2. Fulgoſ. poſt princip.* eruditiſſimus *Ant. Fab. in Rationat. verſ. non te-*

ne-

Digitized by Google

nebitur, *Boſſ.de remiſs. merced. conduct. n.102.* ubi obſtupeſcens de dicto *textu*, dicit eſſe concluſionem mirabilem, *Alex.conſ.121.n.1.lib.5 Dec.conſ.311.num.4.Ruin.conſ.73 num.3.lib.1 Venturin.conſ.33.nu.6.& ſeqq.* latè *Altograd. conſ.9.num.27.& ſeqq.lib.1.Gratian.cap.523. num.17.& cap.354. num.48. & ſeq. Cepoll. caut.125.ſub num.1.ad med. Couarr.lib.3.var. cap.11.Cardin.Mantic.de tacit.lib.4.tit.24.n.18* benè *Hodiern.ad Surd.dec.157.num.12. & ſeq.* idem *Surd.dec.198.Fontanell.de pact. nuptial. clauſ.7.gloſ.2.part.9.num.14.in fin. Larrea dec. Granat.42.ſub num.6.Rouit.dec.7.num.10.verſic.nec poteſt dubitari, Epiſc.Sperell.deciſ.119. num.43.verſ.imò dico plus*, & Nos alibi latiori firmauimus calamo.

Prout, neque etiam aliquid releuans concludit Apoca onerationis ex aduerſo producta, ibi: *Nelli quali vini vi è intereſsato il Signor Franceſco Gabrieli per docati mille, che hà sborzato di ſuo denaro*, quia intereſſe erat
17 certum reſpectu hypothecæ ſpecialis ſuper illo uino ſtipulatæ, quod Liburni erat tradendum, & retinendum, donec dictæ pecuniȩ ſoluerentur, *l.verbum illud pertinere, ff.de verbor.ſignific.l.rem in bonis, ff.de acquir. rer. domin. Bald.in l.proprietatis in princ. Cod.de probat.* benè *Rot.in rec.dec.140.num.6. ad medium, & ſeqq.par.5.*

ARGVMENTVM.

Pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in contractu ſocietatis, in quo vnus ex ſocijs poſuit operam, & induſtriam, alter verò capitale, quòdque idem capitale manuteneatur ſaluum, illudque integrum in fine ſocietatis eidem ſocio reſtituatur, cum conuentione certi lucri ipſimet ſocio præſtandi, non ſub nomine quotæ; ſed, potiùs determinatæ quantitatis, eſt omninò vſurarium, mutuumque palliatum, adeò vt ſolutum imputari debeat in ſortem.

Nullo Iure ſubſtinetur forma trini contractus à *Nauarro*, alijſque Moralibus ita nuncupati, in quo contemporaneè in eodem contractu ſocietatis tria omninò diſtincta conueniuntur; Cum huiuſmodi forma contrahendi reuera ſit mutuum palliatum, & ſi aliter diceretur, lex Canonica improbans Vſuras, eſſet impoſita Verbis & non rebus.

Aſſecuratio Capitalis, quo caſu inter ſocios poſſit validè conueniri; itàvt ſublata remaneat ſuſpicio vſurariæ prauitatis, mutuique palliati. Ad intellectum Bullȩ S.M. *Sixti V.45.* in ordine in Bullario nouo.

Conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis, an, & quando poſſit intelligi iuxta ſenſum Iuris, quatenus, nempè, finita ſocietate, ex aliquo caſu fortuito non reperiatur diminutum, & an in prædicto caſu reſtitutio capitalis fieri debeat in tot mercibus, vel potiùs in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Talis cenſendus eſt contractus, qualem Partes denominant.*

2 *Contrahentium voluntas nō præſumitur à verbis aliena.*

3 *Talis præſumendus contractus in ſua eſſentia, qualis apparet in ſua figura.*

4 *Veritas ex forma ipſius contractus excutienda.*

5 *Societas dicitur contracta, quoties vnus ex ſocijs ponit capitale, alter verò perſonæ induſtriam.*

6 *Pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in eodem contractu ſocietatis, quòd capitale ab vno ex ſocijs collatum manuteneatur ſaluum, An, & quando ſubſtineatur.*

7 *Societas modo, quo ſupra contracta, præſumitur ſimulata in fraudem vſurarum.*

8 *Contrahentes iuxta prædictam formam reuera ſunt fæneratores, licet in verbis contractum præſeferant ſocietatis.*

9 *Trinus contractus à Moralibus ita nuncupatus, an ſubſiſtat, & quòmodò illius formam explicent.*

10 *Prædicta forma contrahendi in eorumdem Moralium ſententia ſubſtinetur, quamuis fiat contemporaneè cum eadem perſona.*

11 *Reprobatur huiuſmodi opinio.*

12 Bulla Sixti V. 45. in ordine *reprobat, tamquàm fæneratitios, quoſcumque contractus, præcipuè ſocietatis, in quibus legitur facta conuentio, quòd capitale ſit ſaluum; quòdque ſuper eo certa pars lucri conueniatur.*

13 *Prædicta* Sixtina Conſtitutio *in nonullorum ſententia, cum interpretationem paſſiuam recipiat à Iure, non intelliguntur per illam damnatæ ſocietates, legitimis initæ pactis.*

14 *Aſſecuratio Capitalis, cum conuentione certi lucri in ſententia* Nauarri *eſt permiſſa; per huiuſmodi enim taxationem intelligitur conſocius adminiſtrans liberatus à redditione rationis, & dicitur ſuſcepta alea maioris lucri.*

15 *Intellige eamdem* Nauarri *ſententiam poſſe procedere, vel quando, ſemota aſſecuratione certi lucri in quantitate, pro periculo ſortis ſuſcepto ab altero ſocio aliquid eidem ſocio remittitur, adeò vt maior ſit portio lucri in quota fauore conſocii re-*

cipientis periculum ſortis.

16 Vel quando ex interuallo in ſeparato contractu continetur certa lucri aſſecuratio, & pactũ, quòd capitale ſit ſaluum, ita vt actus aſſecurationis ſit voluntarius, non autem coactus, & n.18.

17 Secus aſſerendum, quando correſpectiuè ad ſocietatem initam in vno, eodemque contractu fuit aſſecuratum capitale, cum conuentione certi lucri, non in quota, ſed in determinata quantitate.

18 Huiuſmodi pacta, quando fiunt ex interuallo, ceſſat iniqui fœnoris præſumptio.

Secus, ſi celebretur ſocietas cum pacto incontinenti, & correſpectiuè appoſito, vt capitale ſit ſaluum; Tunc enim à mutuo nullatenus diſtinguitur

19 Pactum de retrouendendo adiectum incontinẽti, vel correſpectiuè ad primum contractum, inducit Vſuræ ſuſpicionem; ſecus, ſi ſit adiectum ex interuallo.

Refellitur Diana æquiparans vtrumque caſum ibid.

20 Ad ſaluandum contractum ab vſuraria prauitate, conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis interpretari debet, quatenus capitale ex aliquo caſu fortuito non reperiatur diminutum; cum verborum ſignificatio applicari debeat ad intellectum ſanum, bonum, ciuilem, vitioque carentem.

21 Intellige, vt fortaſiè concluſio poſſet procedere, ſi ſimpliciter in fine ſocietatis fuerit conuenta capitalis reſtitutio.

22 Secus verò, quando legitur ſpecificè pactum, vt capitale ſit ſaluum; hoc enim caſu huiuſmodi cõuentio non poteſt recipere ſupradictum intellectum.

23 Contra conſocium agi debet ad redditionem rationis, ad effectum inſpiciendi, an capitale ex aliquo accidenti ſit diminutum, nam alioquin non poteſt dici debitor ſortis.

24 Finita ſocietate, in qua vnus ex ſocijs poſuit capitale, alter operam, & induſtriam perſonę, poteſt ſocius, qui poſuit operam, prætendere diuiſionem eiuſdem capitalis, vtpotè effectum commune.

25 Præcipuè quoties æſtimatio operæ, & induſtriæ ab vno ex ſocijs adhibitę æquiualet valori pecuniæ, ſeu ſortis ab altero ſocio poſitæ.

26 Fructus recompenſatiui debiti in vim l. curabit Cod de action. empt. poſſunt in conuentionem deduci ratione fructiferi mercimonij, ſiue, vt Noſtra tes loquuntur, Auuiamenti eiuſdam Tabernæ.

CAPVT IC.

NON eſt procedendum ad vlteriorem
exequutionem, quia, cum conuentio
inita inter Dominicum, & Fuluium,
quò ad mercimonium rerum in Taberna exiſtentium abſque dubio contractum pręſeferat ſocietatis; Tum, quia ita pluries nũ-
1 cupatur, atque adeò talis cenſendus contractus, qualem partes denominant, l. qui fundũ, §. fundi, ff. de contrah. empt. Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 11. ibique Caſtr. nu. 4. in fin. ff. de public. & vectig. Rip. in l. 2. num. 30. ibique Alciat. num. 24. Purpurat. num. 51. ff. ſi cert. petat. Pinell. ad Rubr. Cod. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 2. num. 1. & ſeq. Anchar. & Imol. in cap. propter ſterilitatem de locat. Oldrad. conſ. 159. Ang. conſ. 2. Aretin. conſ. 55. Neuizan. conſil. 24. num. 20. Becc. conſ. 35. num. 9. Dec. conſ. 32. num. 3. Socein. conſ. 102. num. 10. lib. 2. Aym. cõſ. 20. num. 4. Natt. conſ. 49. num. 14. & 34. lib. 1. & conſ. 607. num. 1. lib. 3. Surd. conſ 164. num. 11. & dec. 326. num. 8. Roland. conſ. 96. nu. 14. lib. 2. Alex. conſ. 3. nu. 1. lib. 1. Andr. ab Exea. de pact. num. 513. Tiraquell. de retract. conſang. §. 30. gl. 1. num. 27. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 105. num. 1. Marcian. Iun. diſput. 40. num. 4. & 10. lib. 1. Roſa conſult. 7. num. 5. Rot. in rec. deciſ. 64. num. 3. part. 4. & dec. 14. num. 4. & ſeq. & dec. 110. num. 7. part. 6. Cardin. Seraphin. deciſ. 794. n. 1. Cardin. Caualer. dec. 371. n. 1. Cardin. Celſ.
2 dec. 328. nu. 2. Contrahentium enim volnntas
non cenſetur à uerbis aliena, l. labeo, §. idē
Tubero, ff. de ſupellect. legat. cap. vlt. de verb ſi-
3 gnific. Taliſque præſumendus contractus in
ſui eſſentia, qualis apparet in ſua figura, iuxta monitum Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. petat. & in rubr. Cod. de Iur. emphyt. Dec. conſ. 193. num. 5. Aym. conſ. 19. num. 6. Cardin. Seraphin. dec. 809. num. 2. & ſeq.

Tum etiam, quia, ſi ueritas ſit excutienda
4 ex forma ipſius contractus, l. Inſulam, ff. de
præſcript. verb. l. ſi vno, ff. locat. quando (prout
in hoc themate) unus poſuit capitale; alter
5 verò induſtriam, tunc dicitur contracta ſo-
cietas, §. nam, & ita, inſtit. de ſociet. l. ſocietas, 5. l. cum duobus 52. §. in coeunda, ibique Anton. Fab. in Rational. ff. pro ſocio, l. ſi fratres 53. §. item ex facto, aliàs eſt §. legis cum duobus, ff. eod. l. 1. Cod. pro ſocio, Felic. de ſociet. cap. 9. n. 12 Corrad. de contract. quæſt. 88. concluſ. 6. verſ. & quòd ſit ſocietas, Sotus de Iuſt. & Iur. lib. 6. q. 6. art. 1. Cyriac. controu. 465. num. 9. Rot. dec. 235. num. 3. poſt 2. vol. conſ. Farinac.

His præmiſſis, quæ in Iure ſunt abſolutiſſima, pernecesſè reſultat, ut pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in eodem contractu, quòd capitale poſitum á Fuluio, manuteneatur ſaluum, illudque in fine ſocietatis á Dominico reſtitui debeat, ibi: Che detto Signor Domenico ſia obligato mantenere ſaluo detto capitale ſpettante à detto Sig. Fuluio, e quello pagare, e rendere nel fine di detta compagnia; quòdque certum debeatur lucrũ Ful-
6 uio, non ſub nomine quotæ, ſed potiùs determinatæ quantitatis ſcutorum octo pro centenario, ſit omninò uſurarium, mutuumque palliatum, adeòut ſolutum ſit in ſortem imputandum, iuxta originalem doctrinam gloſ. magiſtralis in cap. plerique, uerbo negotiatores 14. quæſt. 3. quam omiſſis innumeris, qui poſſunt allegari, in his præciſis terminis ſequuntur Bald. in l. 1. quæſt. 9. C. pro ſocio. Dec. in l. ſi paciſcenda, num. 8. Cod. de pact. benè Caſtr.

in

in l.is qui,§.1.ff.commodat.ubi ualdè commen-
dat, & dicit perpetuò ligãdum digito,ut non
erretur, & conſ.55.lib.2.Salicet.in auth.ad hæc
Cod.de vſur.4.col.14.quæſt.& in l.Mutius,nu.2.
ff.pro ſoc.Abb.in cap.per veſtras, num.8. de do-
nat.inter vir.& vxor.& conſ.114.lib.2.Roman.
conſ.520. num.5.7.& ſeqq. quod reputatur in
materia magiſtrale, optimè Ruin.conſil.102.
num.1.et per tot.lib.1. ubi in fine dicit, hanc
eſſe ueritatem, coutra quam ſcribere requi-
ſitus,noluit,Iaſ.conſil.174.lib.2.Natt.conſ.103.
lib.2.Craueti.conſ.145.num.16.Anania conſil.
92.in princip.ibique Bolognin.in addit.Lopez in
repet.cap.per veſtras §.11.notabil.6.præſertim
num.6.Summa Angelic.in part.ſocietas 3.col.la-
tè Corrad.de contract.tract.7.quæſt.97.Felic.de
ſociet.cap.19.ubi num.16.et ſeqq. relatis ſun-
damentis contrariæ opinionis Nauarri, illum
impugnat; deſendendo opinionem Soti, Sar-
mient.ſelect.interpret.lib.7.cap.1.nu.7. et ſeqq.
latè Turr.de camb.diſp.3.quæſt.10. num.21.et
ſeqq.Cardin.Mantic.de tacit.lib.6.tit.6. num.1.
7 ubi, quòd ſocietas,modo, quo ſupra contra-
cta, præſumi debeat ſimulata in fraudem uſu-
rarum, & num.11.et ſeq.et tit.7.num 1.et ſeqq.
Theodor.Balſam.ad canon.17. Nicen.Synod.be-
8 nè aduertens,quòd ſic cõtrahẽtes reuera ſint
fœneratores,licèt in uerbis ſocietatis contra-
ctum præſeferant, Bonſald.in cap.nauiganti,
quæſt.8.de vſuris,Hothoman.in diſput.de ſociet.
cap.2.Caneer.var.lib.3.cap.7. nu.50. Hartman.
Piſtor.lib.3. quæſt.2. num.30. Gratian.diſcept.
589.num.11.benè, ac latè Parlador.lib.2 rer.
quotidian.cap.2.num.9.et ſeq. Gomeſ.var. lib.2.
cap.5.num.5.verſ.Tertiò infertur, Spad. conſil.
296.num.14.in fin.et num.16.et ſeq.lib.2. & in
eadem cauſa, Rot.coram Cardin. Millin. deciſ.
186.num.1.4.et 8. et ſeq. quæ eſt repetita poſt
2.vol.conſ.Farinac.dec.137.Peguer.deciſ.crim.
cap.33.ad fin. et cap.ſeq. & poſt Caietan. Sot.
de Iuſt.et Iur.lib.6. quæſt.6. art.2. Azor inſtit.
moral.p.3.lib.9.cap.3. quæſt.8.Fr.Ludouic.Mi-
nutulus in breui notitia p.1 art.1.per tot. Franc.
Marc.deciſ.889. num.12. Card.de Luca de vſur.
et intereſſ.diſc.1.num.5. et ſeqq. ubi ſatisſacit
omnibus contrarijs deductis, ſignanter per
nonnullos Morales contendentes ſubſtinere
hanc formam trini contractus.
9 Primò, ſcilicet,ſocietatis,in quo unum po-
net pecuniam, alter operam.
Secundò, aſſecurationis ſortis principalis,
quam pecuniæ receptor faciat.
Tertiò demum aſſecurationis certi lucri,
quam idem receptor, qui pecuniam negotia-
turus eſt, pariter faciat ad tollendas conten-
tiones ſuper rationum redditione, ac lucro-
10 rum quantitate, quam contrahendi ſpeciem
licitam eſſe, quamuis cum eadem perſona ab
initio, & contemporaneè fiat, firmant Mora-
les poſt Nauarr.in Manual.cap.17.num.254.et
in cap.ſi fœneraberis 14.notab.num.32. et ſeqq.
et conſ.31.verſ.non obſtat ſecundum,Leſſ.de Iuſt.
et Iur.p.2.cap.25.num.33.et ſeqq. Card.Caietan.
tom.1.opuſcul.tract.31. reſponſ.11. Bonacin.de
contract.diſp.3.quæſt.3.punct 11.num.2. Dian.
p.1 tract.8.de contract.reſol.30.Molin.de Iuſtit.
et Iur.tract.2. diſput.417.ex num.10. Sayr. in
deciſ.caſ.conſcient.lib.5.tit.13. deciſ.17. Salon.
de Iuſt.et Iur.to.2.diſp.de contract.ſociet. art.3.
controu.2.ex n.10. Medin.in inſtruct.Confeſſor.
cap.14.§.27.Card.Tolet.in inſtruct.Sacerdot.lib.
5.cap.41. num.3. Summa Armilla uerbo ſocie-
tas,num.6.Filiuc.moral.quæſt.tract.34.2. part.
num.107.et tract.35.num.453. et tract.38. ex
num.52.Card.de Lugo de Iuſt. et Iur. diſput.30.
num.40.et ſeqq. Homobon.de exam.Eccleſ.p.2.
tract.9.cap.14.quæſt.44.Malder.in 2.2.tract.5.
c.2. dub.9. Et ex noſtris Lup.in cap.nauiganti,
§.1.poſt præfationem,ſub num.12. verſ.ſed Ho-
ſtienſis in fin.& nu.24.de vſur.int. tract. diuerſ.
tom.7.fol.136. Scacc.de commerc. & camb.§.3.
gloſ.3.num.36.& ſeqq.Couarr.lib.3. var. cap.2.
num.4. Carleual.de iudic. tom.2. tit.3. diſput.7.
num.17.& ſeqq. Gratian. cap.360. num.10. &
ſeq.Sarmient.ſelect.lib.7.cap.1. ex num.6.ad 12.
& præ cæteris, latiſsimè Giballin.de vſur.lib.6.
cap.3.& ſeqq.qui,nedum illum librum,ſed to-
tum opus de vſuris compoſuiſſe profitetur oc-
caſione iſtorum trium contractuum, pro ſub-
ſtinendo uſu fori Lugdunenſis ſuper eorum
contemporaneo concurſu, Narbon. in 3.part.
recompilat.lib.5.tit.18. leg.15. gl.2. num.8. &
perſunctoriè articulo præter morem non exa-
minato, Leotard.de uſur.q.31.num.13. Roderic.
de ann.reddit.lib.3.q.5.n.64 Gait.de credit.cap.
2.tit.7.q.5.nu.1935.& ſeqq.Parlador. rer.quo-
tid.lib.2.cap.2.num.13.Nouar. in ſum.Bull. tit.
de uſur.ſuper Bull. S.M.Sixti V. num.3. Bellon.
deciſ.183.
11 Huiuſmodi .n forma contrahẽdi eſt mutuũ
palliatum,& ſi aliter diceretur, lex Canonica
improbans vſuras eſſet omninò impoſita
verbis, & & non rebus contra notiſſima Iu-
ris principia, cap. commiſſa 33. de elect. in 6.l.
fin.C.de vſuris,cum quodcumque ſimplex mu-
tuum vſurarium ita poſſet palliari, legalem
eludendo prohibitionem, vnde meritò hanc
formam contrahendi improbant, Azor. par.
3.lib.9.cap.3. quæſt.8. Sot. de Iuſt. & Iur. lib.
6.quæſt.6.art.2.Felic.de ſociet.cap.16.num.15.
& ſeq.Parlad.rer.quotid.lib.2.cap.9.num.9.et
ſeq.Turr.de camb.dict.diſp.3.quæſt.10.num.21.
& ſeqq.Card.de Luca.de.vſur.diſc.1.num.5. &
ſeqq.vbi latè, aliique ſuperiùs allegati num.6.
& ſeqq. fruſtrà in præſenti loco repetendi.
Prædicta verò omnia abſque principio dif-
12 ficultatis fortiùs procedunt,attenta Conſtitu-
tione S. M. Sixti V 45. in ordine in Bullar.nou.
quæ incipit: Deteſtabilis auaritia expreſsè ir-
ritante, tamquàm fœneratitios quoſcumque
contractus, præcipuè ſocietatis,in quibus le-
gitur facta conuentio ſuper certa quantitate
lu-

Digitized by Google

lucri, quòdque capitale remaneat ſaluum, de qua *Conſtitutione Leotard. de vſur. d. quæſt. 31. num. 10. Rot. coram Card. Mellin. dec. 212. nume. 1.* vbi, quòd per illam prohibeantur pacta appoſita in contractu ſocietatis, quòd capitale ſit ſaluum, quódque certa præſtetur quantitas lucri, *Card. de. Luca de vſur. dict. diſc. 1. num. 7.* alijque ſuperiùs laudati.

Et quamuis in nonullorum ſententia eadem *Conſtitutio Sixtina*, interpretationem 13 recipiat paſſiuam à Iure, neque per illam intelligi debeant damnatæ ſocietates legitimis initæ pactis ex declaratione eiuſdem Pontificis oretenus facta, de qua teſtantur, *Azor. inſt. moral tom. 3. lib. 9. cap. 3. quæſt. 7. in fin. Bernard. Iuſtin. de contiu. camb. quæſt. 10. n. 9. Scort. thorem. 367. in fin. Leotard. de vſur. quæſt. 31. num. 13. circa fin. Carleual. de Iudic. tom. 2. diſ. 7. num. 22. Card. de Luca de vſur. diſc. 2. numer. 10. Cardin. Mellin. dict. decíſ. 212. num. 2.* E ita prædictam cõſtitutionem interpretãtur *Filliucc. tract. 38. num. 57. part. 2. Leſſ. de Iuſt. & Iur. dic. cap. 25. dub. 3. num. 33. Narbon. in 3. part. recompilat. in l. 15. tit. 18. lib. 4. gloſ. 2. nu. 43. Vgolin. de vſur. cap. 55. §. 1. num. 1. Malder. tract. 5. cap. 2. dub. 9. verſ. reſpondeo verum eſſe, Scacc. de commerc. & camb. §. 3. gloſ. 3. num. 37. Mareſc. Var. lib. 2. cap. 133. num. 21. Bellon. de poteſt. cor. quæ fiunt in contin. lib. 1. cap. 31. num. 5. & ſeq. Molfeſ. tom. 3. ad Conſuet. Neapolit. quæſt. 18. & de contract. cap. 11. num. 41. Narbon. in 3. part. recompilat. lib. 5. tit. 18. l. 15. gloſ. 2. num. 43. Filliuc. tract. 38. cap. 3. num. 57. Bonac. de contrac. diſp. 3. quæſt. 6. punct. 3. num. 8.*

Ideóque aliquando ſit permiſſa aſſecuratio capitalis, prout à Iure non improbatur conuentio certi lucri, quia, ſicuti fructus agri, vel vineæ incerti vendi poſſunt pro certo pre-14 tio, ita etiam poteſt vendi conſocio lucrum incertum ſocietatis; cum per huiuſmodi taxationem intelligatur liberatus conſocius adminiſtrans à redditione rationis, ſuſceptaque dicatur fortuna, ſeu alea maioris lucri, prout tradunt *Nauarr. conſ. 24. de vſur. Heinrichman. conſ. 8. numer. 72. & ſeqq. Vermigliol. conſ. 413. num. 3. Spad. dict. conſ. 296. num. 2. lib. 2. Card. Millin. dec. 186. n. 6. Cocciu. dec. 70. n. 3. & ſeq.* alijque proximè adducti.

15 Nihilominus prędicta fortè poſſent procedere; Vel, quando, ſemota aſſecuratione certi lucri in quantitate, pro periculo ſortis ſuſcepto ab altero ſocio aliquid eidem ſocio remittitur, adeò vt maior ſit portio lucri in quota fauore conſocii recipientis periculum ſortis. *Lup. in cap. nauiganti de vſur. comment. 3. §. 1. num. 14. prop. fin. verſ. quæ aſſecuratio par. 2.* & in proximis terminis, *Cald. in cap. nauiganti nu. 30. de vſur. Purpurat. in l. ſi paciſcendæ num. 25. & ſeq. Cod. de pact. Conar. uar. lib. 2. cap. 2. num. 2. Card. Millin. dec. 186. num. 5.* quæ circumſtantia non concurrit in præſentia, eſſetque ex aduerſo concludenter probanda pro excludendo fœnore, ſubſtinendoque contractu; quinimò contrarium conuincitur, dum maior eſt portio lucri fauorę Fuluij ponẽtis capitale, quàm Alemanni operam, & induſtriam, & in ſe ſuſcipientis periculum ſortis.

Vel, quando ex interuallo in ſeparato cõ-16 tractu certa continetur lucri aſſecuratio, & pactum, quòd capitale ſit ſaluum, ita vt actus aſſecurationis ſortis ſit omninò voluntarius, non autem coactus.

17 Secus verò dicendum, quando, prout in hac facti ſpecie, correſpectiuè ad ſocietatem initam in vno, eodemque contractu fuit aſſecuratum capitale, conuentumque certum lucrum, non in quota, ſed potiùs in determinata quantitate; tunc enim conuentio dici debet omninò uſuraria; non ſolùm, quia, ceſſante huiuſmodi aſſecuratione, tàm lucri certi, quám ſortis, utique contractus ſocietatis non fuiſſet initus, atque adeò aſſecuratio reputatur coacta, non autem uoluntaria.

18 Sed etiam fortiùs, quia, ſi hæc pacta fiant ex interuallo, ceſſat iniqui fœnoris præſumptio, çum ſocietas ſimpliciter contracta longè diſtet à mutuo, quod ſecus eſt, ſi celebretur ſocietas cum pacto incontinenti, & correſpectiuè appoſito, ut ſaluum ſit capitale; tunc enim nullatenus à mutuo diſtinguitur, ut optimè utrũq; caſum diſtinguunt. *Card. Caiet. lib. 16. reſp. cap. 11. Abb. conſ. 69. num. 1. verſ. tertiò me mouet lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 6. num. 12. Spad. dict. conſ. 296. nume. 16. verſ. ea quæ ex aduerſo, et num. ſeq. verſ. et ratio lib. 2. Card. de Luca de vſur. dict. diſc. 1. num. 7.* & uti indubitatam admiſit huiuſmodi diſtinctionẽ *Card. Mellin. dict. dec. 201. numer. 4. et. ſeq.* afferens optimum ſimile de pacto de retrouen-19 dendo, quod adiectum incontinenti, uel correſpectiuè ad primum contractum uſuræ inducit ſuſpicionem; Secus uerò, ſi ſit adiectũ ex interuallo ex uoluntate emptoris, & *dict. dec. 186. num. 9.* Ideóque non rectè aſſerunt, *Sarmiento ſelect. lib. 7. cap. 1. numer. 7. & 8. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 7. num. 20. Diana dict. part. 1. tit. 8. reſol. 30. de contract.* quòd, ſicuti ſupradicti contractus ſunt liciti, ſi ſeorſim celebrẽtur, & cum diuerſis perſonis, liciti etiam erunt, ſi ſimul, & cum eadem perſona, eodemque tempore perficiantur, pront in contractu uenditionis cum pacto retrouendendi, addito contractu locationis, quo res uendita locatur eidem uenditori, cum ex ſupra firmatis adſit longè diſpar ratio inter unum, alterumque caſum.

20 Neque obiiciatur, quòd ad eximendum contractum ab uſuraria prauitate, intelligi debeat conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis iuxta ſenſum Iuris, quatenus nem-

nempè, finita ſocietate, non reperiatur di-
minutum ex aliquo caſu fortuito, iuxta *gloſ.
in l.1.verſ.obtinuit*, ibique *Bald. Salic. Caſtr. et
Fulgoſ. C. pro Socio*, idem *Salicet. in l. Mutius n.
3. ff. eod. tit Spad. dict. conſ. 296. numer. 14. lib. 2.
Card. Mellin. dict. dec. 186. num. 1.*

21 Huiuſmodi enim intellectus poſſet fortaſ-
sè ex quadam potiùs benigna interpretatio-
ne procedere, ſi ſimpliciter fuiſſet in fine ſo-
cietatis conuenta capitalis reſtitutio, in qui-
bus terminis loquitur *Spad. dict. conſ. 296. nu.
14. lib. 2. Card. Millin. d. dec. 186. num. 1.* quæ eſt
repetita poſt *2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 137.*
Hoc enim caſu debet verborum ſignificatio
ad intellectum ſanum, bonum, ciuilem, vitio-
que carentem applicari, omniſque poſſibilis
interpretatio capienda, vt excludatur contra-
ctus illicitus, *Bald. in l. rogaſti in fin. ff. ſi cert.
petat. Alex. conſ. 191. num. 6. & conſ. 221. nu. 5.
lib. 2.* ideòque pactum debet intelligi, quate-
nus capitale in fine ſocietatis reperiatur, vt
in ſpecie, præter proximè allegatos, firmant
*Burſatt. conſ. 320. num. 16. verſ. cum itaque, Ca-
ualcan. deciſ. 13. num. 58. part. 2.* benè *Rot. diuerſ.
dec. 763. num. 13. & ſeqq. part. 1. in recent. dec.
304. num. 5. in fin. & 6. p. 2.*

22 Secus verò dicendum, quando, prout in
præſenti themate, literis pluſquàm cubitali-
bus legitur appoſitum ſpecificum pactum, vt
capitale ſit ſaluum, ibi: *Mantenere ſaluo detto
capitale*; hoc enim caſu huiuſmodi conuentio
nullo Iure eſt apta ad recipiendum prædictũ
intellectum ſuper reſtitutione capitalis faciẽ-
da, quatenus illud, finita ſocietate, non repe-
riatur diminutum, vt benè vtramque contra-
hendi formam diſtinguunt *Spad. d. conſ. 296.
num. 14. in fin. lib. 2. Cardin. Millin. dict. dec. 186.
num. 1. verſ. quantùm ad primum, Rot. diuerſ. d.
dec. 763. num. 13. & ſeqq. part. 1. & in recent.
d. dec. 304. n. 5. in fin. & n. 6. p. 2.*

Præterquàm quòd, quatenus, illæſa verita-
te, prædictus intellectus poſſet admitti, quod,
ex ſupra firmatis, nullam prorsùs habet Iuris
aſſiſtentiam; adhuc ſatis iniuſtum detegitur
mandatum relaxatum contra conſocium pro
23 reſtitutione ſortis in pecunia; ſed potiùs ex
aduerſo agi debuit ad redditionem rationis,
ad effectum inſpiciendi, an ex aliquo caſu me-
re fortuito abſque vlla culpa conſocij admi-
niſtrantis fuerit capitale diminutũ, eiuſdem-
que reſtitutioni factus locus, finita ſocietate;
nam alioquin ante huiuſmodi rationes red-
ditas conſocius nullo Iure poteſt dici debitor
ſortis, *Bald. conſ. 61. num. 1. lib. 1. & conſ. 214.
per tot. lib. 2. Ancharan. conſ. 235. Felic. de ſociet.
cap. 31. num. 69. Cancer. var. part. 3. cap. 7. num.
328. & ſeq. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin.
part. 1. §. 11. limit. 4. num. 35. Carthar. deciſ. Ian.
74. num. 22. Giurb. deciſ. 15. per tot.* benè *Rot. in
recent. dec. 478. n. 2. p. 1.*

24 Quinimò in hoc iudicio redditionis ratio-
nis potuiſſet conſocius optimo iure contende-
re, quòd, cum ab ipſo in ſocietate fuerit col-
lata opera, & induſtria æqualis valoris cum
pecunia ab alio ſocio collata, finita ſocieta-
te, non ſolùm lucrum; ſed etiam capitale ſit
diuidendum, cum vtrique ſocio fuerit effectũ
commune, perindèque ſit, ac ſi in ſocietate
ab vnoquoque ex ſocijs collata eſſet certa,
determinataque portio in pecunia, cũ ponens
induſtriã perſonę, intelligatur poſuiſſe pretiũ
operæ, quod lex aſſimilat, & æquiparat pecu-
niæ poſitæ ex altera parte, *Accurſ. & Alberic.
in l. 1. C. pro ſocio, Corn. in l. ſi paciſcenda nu. 13.
& ſeq. C. de pact. Couar. lib. 3. var. cap. 2. n. 2. Mo-
lin. de contract. diſp 416. n. 1. Duard. de ſociet. lib.
2. cap. 4. qu. 8. Rocc. in notab. de ſociet. Mercat.
notab. 24. nu. 56. poſt primum vol. reſponſ.* aliiſ-
que relatis, *Giballin. lib. 5. de vſur. cap. 2. art. 6.
num. 3. & ſeqq.*

25 Nullatenus aduerſante, quòd, finita ſocie-
tate, quando ſocius poſuit capitale in pecu-
nia, alter verò ſocius operam, & induſtriam,
ſtatim, finita ſocietate, poſſit ſocius ſuum
capitale in pecunia repetere, prout eſt *text.
in l. cum duobus, §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio, l.
actione, §. communi, ff. eod. Socein. Sen. conſ. 24.
num. 23. lib. 1.* alijſque congeſtis, *Leotard. de
vſur. quæſt. 31. num. 29. verſ. contrarium*. Id
enim locum habet, quoties pecunia, &
induſtria non ſunt æqualis valoris, & in his
terminis procedunt firmata in *diſput. ſequenti
num. 25. & ſeqq.*

Parumque releuat obiectum, quod non ver-
26 ſemur in contractu ſocietatis, ſed potiùs vẽ-
ditionis Tabernæ in vniuerſum, quo caſu fru-
ctus recompenſatiui potuerunt in conuentio-
nem deduci ratione Auuiamenti fructiferi, vt
Noſtrates loquuntur, iuxta notiſſimam diſpo-
ſitionem *text. in l. curabit, C. de act. empt.* quam
in his terminis expendunt *Rimin. Iun. conſ. 177
num. 16. & ſeqq.* cum alijs congeſtis per *Dian.
reſol. moral. tract. 8. de contract. reſol. vlt. par. 1.
Borgnin. dec. 13. num. 61. & 66. part. 2. Rot. dec.
189. num. 3. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. in
recent. dec. 490. num. 4. & 540. num. 11. p. 2. &
deciſ. 330. num. 8. part. 13. & deciſ. 275. num. 7.
& ſeq. par. 16.*

Nam, præterquàm quòd de prædicta *deciſ.
330. part. 13. rec.* cum qua ſimpliciter pertran-
ſit *dict. deciſ. 275. part. 16. rec.* non poteſt habe-
ri aliqua ratio, dum cauſa in Rota repropoſi-
ta ob difficultates excitatas nulla fuit capta
reſolutio, vt teſtatur *Cardin. de Luca de uſur.
d. diſc. 1. num. 8.*

Adhuc, quatenus ibidem firmata de Iure
ſubſiſtant, nullatenus applicantur, cum non
verſemur in contractu venditionis Tabernæ,
in quibus terminis procedunt Authoritates
proximè allegatæ; ſed potiùs in contractu
ſo-

Digitized by Google

eidant in commiſſum, deducendo etiam dicto *num.2.in princip.* ſtudioſam introductionem in Nauim alicuius ſerui Tyrãni Turcharũ ad eumdem effectum; unde propterea ſola lectura illius Authoris potiùs comprobat noſtrum aſſumptum.

22 Atque ex his etiam patet, nullatenus eſſe attendendum aliud aſſumptum partis aduerſæ, quòd, nempè, ab aſſecuratione cenſeatur excepta culpa Nauarchi, ſeu Gubernatoris nauis, quæ damno Domini mercium aſſecuratarum cedere debeat; cum iſte caſus non mereatur adſcribi inter fortuitos, ex adductis per *Santer. de aſſecurat. par. 4. num. 15. & ſeqq. Straccb. cod. tract. gloſ. 20. nu. 8. Odd. conſil. 31. Grotius Introduct. Iur. Oland. part. 24. Luuen. de Iure marit. libr 2. cap. 5. ſub. num. 5. verſ. circa fraudem, Roccus de aſſecurat. num. 139. & ſeqq. Marquard. de Iure Mercator. lib. 2. cap. 13. num. 48. Giballin. de vniuerſ. rer. buman. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 11. art. 2. num. 7. in princip. Giurb. obſer. 75. numer. 25. & ſub nu. 28. Muta dec. Sicil. 3. num. 10. Rot. Ian. dec. 3.*

23 Præcipuè, quando ab Aſſecuratoribus fuit exceptus caſus Baratteriæ, cuius nomine veniunt etiam dolus, & fraudes Gubernatoris Nauis, vt poſt alios, *Io. de Euia. in labyr. commerc. naual. cap. 14. num. 24. in fin. & 28. Roccus de aſſecurat. dict. nu. 139. & ſeqq.*

Siquidem pro tollendis æquiuocis in hac materia à Doctoribus inuoluta ob non re-
24 ctam diſtinctionem, tres caſus in mea ſententia diſtinguere pernecesſè oportet.

25 Primus, nempè, quando Gubernator Nauis culpoſus eſt Dominus mercium aſſecuratarum, uel ſaltem earum parriceps, & in hac facti ſpecie exiſtimo veram affirmantem ſententiam, vt ſub promiſſa aſſecuratione non veniat Nauarchi culpa, ſiue ordinata ſit ad caſum, ſiue non.

Idque ea potiſſimùm iuridica ratione deducta ex clara diſpoſitione, *textus in dicta l.*
26 *cum proponas, Cod. de nautic fænor.* quòd ſatis videretur iniquum, vt culpoſus agere poſſit contra aſſecuratorem innoxium pro reintegratione illius damni, quod ex eius culpa contigit, prout ex elegantibus verbis, *dict. tex.* ibi: *Amiſſarum mercium detrimentum, quod nõ ex marinæ tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidiſſe aſſeueratur, adſcribi tibi Iuris publici ratio non permitti*, & in his terminis loquitur, *Giurb. dict. obſeruat. 73. per. tot.* præcipuè *num. 26. Muta dec. Sicil. 3.* & plerique alij ſuperiùs ex aduerſo adducti.

27 Secundus caſus eſt, quando merces aſſecuratæ non ſunt in Dominio Gubernatoris Nauis, ſed alterius; & nihilominus idem Gubernator gerat etiam vices Inſtitoris, vel Præpoſiti ſuper merciũ cuſtodia, & in hac facti ſpecie, cum per Aſſecuratores dicatur approbata fides, & diligentia eiuſdem Nauarchi; Meritò eiuſdem, utpotè inſtitoris, ſeu Prępoſiti culpa cedete debet dãno pręponẽtis, & nõ Aſſecuratoris, & in hoc themate procedũt deducta per *Odd. dict. conſ. 31. nu. 20.* alioſque relatos per *Fontanell.* licet ipſe diſſentiat, *dec. 244. num. 20. & ſeqq. Giurb. dict. obſeruat. 73. num. 23. et 28 Fontanell. dict. dec. 243. num. 24. et ſeqq. Rot. Ian. dec. 3. num. 13. Maſtrill. dec. 284.* quidquid non diſcuſſo, neque exeminato, diſtinctoque articulo dicat, *Rocc. de aſſecurat. dict. notab. 44. num. 139. et ſeqq.*

Tertius demum caſus eſt, quando opera
28 Gubernatoris nauis ſimpliciter fuit adhita pro vectura mercium aſſecuratarum, & cura, & cuſtodia earumdem mercium reperitur demandata alteri vulgò nũcupato *Supracarico*, prout eſt præciſa theſis, de qua agitur, & tunc receptior eſt ſententia, vt caſus contingens ex culpa Gubernatoris, quoties formalem non redoleat Barattariam, iuxta ſpecies ſuperiùs diſtinctas, veniat ſub caſuum ſuſceptione aſſumpta per Aſſecuratores, potiſſimùm cum verbis æffrænatis, de quibuſcumque caſibus, vt in ſpecie firmat *Fontanell. dic. dec. 244.* præcipuè *num. 21. et ſeq. et in fine*, qui teſtatur,ità deciſum per ſuum Senatum, recedendo á contraria reſolutione, alijque ſuperiùs laudati.

Ceterùm ſublata remanet quęlibet difficultas, quia, cum Martellus, & Vbertinus iam rehabuerint oleum deprædatum á Claſſe Hiſpanica, ſolùmque in præſentia contendantur damna paſſa ex duobus naufragijs, quorum reſpectu inconuertibile eſt, caſum ſtipulatæ aſſecurationis eueniſſe; abſque dubio inanis eſt quæſtio, an uerſemur in caſu excepto Baratteriæ, quam tamen nullo Iure adfuiſſe comprobant ſuperiori loco firmata.

29 Tandem ſatis leue eſt obiectum, quòd Aſſecuratores non teneantur; cum inſpecta Iuris diſpoſitione, ſit prohibitum, fieri duas apocas aſſecurationis.

Id enim manifeſtam inuoluit fallaciam in applicatione ad caſum; concluſio enim de duplici aſſecuratione prohibita, de qua
30 *Straccb. de aſſecurat. gloſ. 3. in fin. et gloſ. 29. nu. 8. Stipman. de Iur. maritim. part. 4. cap. 7. nu. 106. et ſeqq. Giballin. de vniuerſ. buman. rer. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 11. art. 2. num. 3. Giurb. obſeruat. 73. nu. 28. Rot. Ian. dec. 55. n. 3. et 9.* procedit, quando pro eodem periculo duæ fiant aſſecurationes ſeparatæ, quarum quælibet ualorem abſorbeat mercium aſſecuratarum; adeò ut; eueniente caſu naufragij, poſſet aſſecuratus conſequi earumdem mercium ualorem duplicatum; tunc enim duplex obſtat ratio, altera aſſequendi eiuſdem rei pretium duplicatum; altera uerò fraudis, quam idem aſſecuratus facere poſſet, ut ob maius lucrũ, & duplicatum mercium pretium aſſequendum

dum

dum ſtudioſè caſum naufragij affectaret, &
in his terminis loquitur Rot.Ian.dec.55. alij-
que ex aduerſo in obiecto allegati, de quibus
Giurb.diſt.obſeruat.73. nu 9.

Secus autem dicendum, huiuſmodi ſuſpi-
31 cione fraudis ceſſante, ut benè obſeruat
Mereuda lib.23.controu.c 50. nu.9. & pro ab-
ſoluto firmant omnes auctoritates in con-
trarium adductæ.

32 Idque manifeſtum uidetur, quia, cum aſ-
ſecuratio ſit quædam ſpecies fideiuſſionis
idemnitatis, Azor.inſtit.moral. par.3. lib.12.
cap.8.de contract.aſſecurat.dub.2.Lopez de cō-
tract.lib.2.cap.16. in fin. Giurb. dict. obſer.73.
num.6. verſ. alij contractum, Rocc.de aſſecurat.
notab.3. num.6. et notab.91. num. 348. Fonte-
nell.deciſ.243 numer.23. Rota Iuuen.deciſ 25.
num.6.

33 Quemadmodùm non implicat, neque in
Iure reperitur prohibitum, ut pro eodem
debito, ſiue pro eadem re plures præſtentur
fideiuſſores ſub diuerſis temporibus, & cum
diuerſis,ſcripturis, & pro ſummis reſpectiuè
diuerſis, dummodò tamen omnes inſimul cō-
flatæ debitum non excedant, l.Titius,et Seia,
l.ſi plures, ubi gloſ.ff. de fideiuſſor.Bartol. in l.
Valerianus,ff. de prætor.ſtipul.Gotthofred. in l.
ſi à Titius 43. ff. de fideiuſſ Soccin. conſ.18.
col.5. verſic. circa ſecundam quæſtionem lib.1.
Valenzuol. conſ.9 num.42.et 43. Franch.deciſ.
55.num.3.10.et ſeq.Bich.dec.646.num.3.et ſeq.
Rot.in recen.deciſ.617. numer.5. et ſeqq.par.5.
tom.2.

Ità etiam plures aſſecur ationes cum di-
uerſis Apocis fieri poſſunt ſuper uno, eodem-
34 que periculo, prout utrumque caſum æqui-
parando firmant Rocc. de aſſecurat. notab.12.
num.31.Rot.Ian.dict dec.55.num.3.et 9. & ſine
difficultate adimittit Rot. in rec. dec.258. in
princip.par.6.

35 Prædicta uerò omnia remanent compro-
bata ex ſubiecta materia, & natura negotii,
eiuſdemque neceſſitate; ubi enim agitur de
magnis mercibus in nauibus onerandis, im-
poſſibile eſt, vnum inuenire Aſſecuratorem;
quinimò, neq; plures in eadem Ciuitate; ideò-
que aſſecuratio fieri conſueuit per multos
Mercatores totius Italiæ, & aliquando Euro-
pæ cum ſcripturis, ſummis, temporibuſque
pernecesſè diuerſis; idemque procedit in aſ-
ſecuratione per plures facienda in eadem Ci-
uitate, quæ non poteſt fieri eodem tempore,
& in eadem ſcriptura; quia, cum ſinguli pro
diuerſis etiam modicis reſpectiuè ſummis cō-
currere ſoleant, impoſſibile eſt, vbi agitur,
prout in præſentia, de ſumma ſatis notabili,
omnes inſimul, & contemporaneè congrega-
re; cumque huiuſmodi negotia vt plurimùm
perfici ſoleant mediantibus Proxenetis vni-
cuique Mercatori benè viſis, pernecesſè opor-
tet actum explicare per plures ſcripturas, &
Proxenetas, vt conſtat ex atteſtatione facta
à Proxenetis affirmantibus, ita quotidie ſer-
36 uari in Vrbe, quibus in huiuſmodi materijs
eſt ſummoperè deferendum, Rot. in rec.deciſ.
162.num.9.& ſeq.p.4.tom.2.

37 Quinimò, neque prohibitum eſt pro eiſdē
mercibus, eodemque valore verè duplicatam
aſſecurationem recipere; quoties diuerſitas
itineris, vel periculi accederet, cum ſufficiat,
non adeſſe duplicitatem in eodem valore, eo-
demque periculo, ex adductis per Giurb.obſer.
73.num.28.

Tandem quò ad liquidationem ſummæ per
Aſſecuratores præſtandæ, cum fuerit iuſtifi-
cata quantitas olei, eiuſque pretium, vnà cum
expenſis, non ſolùm prædicta omnia ſunt re-
38 ficienda; ſed vlteriùs attendendus valor mer-
cium, iuxta locum, ad quem, vnà cum lucro
earum uenditio fuerat deſtinata, ſtante pro-
miſſione Aſſecuratorum facta pro aſportan-
dis mercibus ſaluis ad Ciuitatem Oſtenden.
atque adeò debeat intelligi facta promiſſio,
etiam in ordine ad lucrum in eadem Ciuitate
percipiendum, l.fin ff.de condit triticar.l.ſi la-
borante,§.ſed in his,ff.ad l.Rhod.de iact.Strach.
de aſſecurat.gloſ.6.num.1. & ſeq. Santern.eod.
tract.part.3.num.41.Scacc.de commerc.& camb.
qu.1. num.169. verſ.ſecundus caſus eſt, Rocc.de
aſſecurat.notab.31.num.101.Rot.in recen.deciſ.
258 n.3.& ſeqq.p.6.& dec.47.n.10.& ſeq p.7

39 Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quoties ſim-
pliciter fuit facta æſtimatio mercium; tunc
enim in caſu ſiniſtri euentus eſt præſtanda
æſtimatio, inſpecto tempore aſſecurationis;
atque adeò reficiendum eſt ſolummodò dam-
num, quod aſſecuratus patitur in amiſſione
rei; non autem lucrum faciendum; l.fundum
Cornelianum, ff.de euict. l.2.§ portio autem, ff.
ad l.Rhod.de iact. & in his terminis loquuntur
Santern.de aſſecurat. part.3. num.40. Straccb.
eod.tract gloſ.6.num.1.Rocc.de aſſecurat.notab.
31.num.102.& ſeq.

Iuxta allegata fuit deciſum per Rotam coram Reuerendiſſimo Priolo deciſ.470. *inter ſuas impreſſas, quæ fuit confirmata in* recent. deciſ.400. part.17. *cum receſſu à prima deciſione contraria edita coram eodem Reuerendiſſimo Priolo inter ſuas impreſſas* 327.

A R G V M E N T V M.

Periculum mercium aſſecuratarum non ſpectat ad Aſſecuratorem; ſed potiùs ad Dominum earumdem mercium, quoties eiuſdem Domini, vel Miniſtri ab ipſo

præ-

præpoſiti, culpa intereeſſit.

Contractum cambij maritimi eſſe legitimũ oſtenditur, nullatenus aduerſante diſpoſitione celebris *Conſtitutionis San. Mem. Gregorij IX. in cap. nauiganti de vſuris*, tàm vſuratijs in exercendo fœnore, quàm Interpretibus in exponẽdo moleſtæ, cuius varij referuntur intellectus.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſecurator non tenetur de periculo rei aſſecuratæ, quoties illud ob culpam Domini eiuſdem rei, vel ipſius Miniſtri euenit.*

Non obſtante clauſula; omni meliori modo, quocumque, & qualitercumque, ibid.

2 *Idque procedit, non ſolùm in aſſecuratione; ſed etiam in omnibus alijs conuentionibus.*

3 *Nautæ ſunt teſtes idonei ad probanda geſta in Naui, etiam ſi ſint ſingulares, examinique ſuppoſiti coram Iudice incompetenti ſine partis citatione.*

4 *Nautæ non poſſunt redargui de culpa, quoties Miniſter Domini mercium oneratarum in eadem permanet Naui.*

5 *Ad tertium non poteſt alio modo pertinere rei periculum; niſi per aſſecurationem.*

6 *Subſtantia contractus debet attendi; non autem formula verborum.*

Forma, & ſpecies contractus ex animo pendet contrahentium.

7 *Contractus qualis fuerit, nõ à nomine contractus; ſed ab effectu iudicatur; quando contractus eo nomine effectum ſortiri non poteſt.*

8 *Pretium non eſt de ſubſtantia aſſecurationis, neque certitudo rei in quantitate; ſed ſufficit, contractum eſſe de re in naui onerata.*

9 *Poteſt quis emere, ſibique acquirere ex aliena pecunia remanente, qui pecuniam expoſuit, tantummodò creditore.*

10 *Cambij maritimi de ſubſtantia eſt, quòd dominium pecuniæ omninò in accipientem transferatur, ſitque incompatibile, vt in dominio dantis remaneat.*

11 *Cambium maritimum poteſt legitimè contrahi citra vſurariæ prauitatis labem.*

12 *Traduntur nonnulli intellectus celebris* Conſtitutis San. Mem. Gregorij IX. in cap. nauiganti de vſuris.

13 *Verus affertur intellectus.* & n. ſeqq.

14 *Dictio,* quoque, *eſt continuatiua, atque collectiua prioris diſpoſitionis.*

15 *Similitudinem quamdam implicat cum præcedentibus.*

16 *Reſeruatio vini emendi pro cauthela cambij maritimi nullatenus operatur ad effectum transferendi periculi in reſeruantem.*

Expenditur text. *ſingularis in* l. ſerui 16. ff. de peric. & comm. rei vend. ibid.

17 *Intereſſe alicuius ſuper aliquâ re eſt verificabile in Iure hypotheca ſpecialis ſuper eadem re competente.*

C A P V T XCVIII.

1 VINI aſſecurati effuſio, cum euenerit ex culpa Miniſtri ab Aduerſario præpoſiti, qui illud in dolijs non bonæ qualitatis, & per rimas traſmittentibus onerauit. Meritò non tenetur Aſſecurator de culpa præpoſiti á Domino mercium aſſecuratarum, licèt ſuſceperit periculum humanum, atque diuinum, iuxta diſpoſitionem celebris *text. in l. cum proponas 3. Cod. de Naut. fœnor.* ibi: *Amiſſarum mercium detrimentum, quod non marinæ tempeſtatis diſcrimine, ſed ex precipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidiſſe aſſeueratur, adſcribi tibi Iuris publici ratio non permittit, Crot. in cap. nauiganti, ſub nu. 2. de vſuris* inter Repetentes *tom. 4. fol. 373. Aretin. conſil. 111. in fin. Leomin. conſ. 23. Santer. de aſſecurat. part. 4. numer. 16. verſ. & breuiter, & num. 18. Sforz. Odd.* qui materiam optimè diſputat, *conſ. 31. nu. 18. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. num. 154. & ſeq. Giurb. obſeruat. 73. Rocc. de aſſecurat. notab. 22. num. 67. & ſeqq. & de camb. & naul. notab. 51. num. 139. verſ. prout in ſimili. poſt 2. vol. reſponſ. Sicard. in tit. Cod. de nautic. fœnor. num. 5. Roman. conſ. 47. & 404. Dec. conſ. 7. Maſtrill. deciſ. 284. num. 58. & ſeq. lib. 3. Caſtill. deciſ. 73. nu. 11. & ſeq. lib. 1. Muta deciſ. Sicil. 3.* alijſque allegatis, *Chriſtin. dec. Belg. 33. & 47. p. 3* etiam ſi in aſſecuratione adſit clauſula *omni meliori modo*, quocumque, & qualitercumque, *Rocc. de aſſecurat. d. notab. 22. nu. 69. in fin. Muta dec. Sicil. 3. num. 11. & ſeq.*

2 Idque non ſolùm procedit in aſſecuratione; ſed etiam in omnibus alijs conuentionibus, *l. qui officio 62. § fin. ff. de contrah. empt. Alex. conſ. 114. ſub num. 2. & 3. lib. 3. Mont Sperell. conſ. 111. nu. 12. & ſeq. Menoch. conſ. 55. per tot. & conſ. 671. num. 6. & ſeqq. Cyriac. controuerſ. 197. num. 52.*

3 Dubitari verò non poteſt de culpa Miniſtri; illa enim ſatis luculenter comprobata remanet ex conteſtibus Nautis optimè comprobantibus geſta in Naui, etiam ſi ſint ſingulares, examinique ſuppoſiti coram incompetenti Iudice ſine partis citatione, *Bart. Alex.* & alij in *l. 2. Cod. de naufrag. lib. 11. Bertazzol. conſ. crimin. 348. num. 9. Boer. dec. 16. in fin Vin. dec. 1. n. 2.*

4 Idemque reperitur cautum in *Statuto Conſulatus Maris cap. 220.* Neque contra eoſdem Nautas culpa valet prætendi, cum idem miniſter in eadem Naui permaneret, ideòque ad ipſum, non ad Nautas cura vini ſpectabat, prout in fortioribus terminis tradit *Magon. dec. Florent. 56. num. 12. & ſeq.*

Fruſtrà autem ex aduerſo contenditur, huiuſmodi contractum non eſſe aſſecurationis;

in

in omnibus enim pactis in quocumque genere contractuum appoſitis vindicat ſibi locum prædicta concluſio, quòd Partis culpa nunquàm intelligatur permiſſa, ſed ſemper excepta, ex proximè allegatis.

5 Præterquàm quòd fuiſſe contractum aſſecurationis videtur omninò incontrouertibile; cum enim noſter principalis eſſet tertius, alio modo ad eumdem rei periculum pertinere non poſſet, niſi per aſſecurationem, *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 28. num. 24.*

Neque attendi merentur argumenta deſumpta ex formula tradita á *Scace.* ex aduerſo allegato, *de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. nu. 141.* ſuper aſſecurationis contractu, quia non negat idem *Scace.* alio modo contrahi poſſe, & habemus titulum *Cod. de formulis*
6 *ſublatis*; adeòut ſubſtantia contractus attendi debeat; non autem verborum formula, eorumdemque cortex; forma enim, & ſpecies coutractus ex animo pendet contrahentium, *l. non omnis, ff. ſi certum petatur, l. in conuentionalibus, ff. de verbor. obligat. Card. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 3. num. 21. & ſeq. Bich. dec. 10. n. 8.*
7 qualiſque ille fuerit non á nomine contractus, ſed ab effectu iudicatur, etiam ſi effectus nomini contradiceret, ſaltem quando contractus eo nomine effectum ſortiri non poteſt, *l. Inſulam, ff. de præſcript. verb. l. ſi vno in princip. ff. locat. Bald. in rubr. Cod. de* Iur. *emphit. num. 15. Iaſ. in l. 1. num. 15. Cod. eod. & in l. ſi quis ante, nu. 18. ff. de acquir. poſseſs.* ibique *Cuman. n. 3. & 4. eod. tit. Aretin. num. 2. Ruin. conſ. 160. num. 11. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 28. lib. 3. Alb. conſ. 81. num. 48. Cephal. conſ. 329. num. 47. Decian. conſ. 23. num. 6. & 12. lib. 2. Surd. conſ. 243. num. 2. & conſ. 450. num. 34. Cardin. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 2. nu. 20. & 23. verſ. ſed Raphael, & lib. 8. tit. 25. num. 36.*

8 Neque pretium eſt de ſubſtantia aſſecurationis, neque certitudo rei in quantitate, ſed ſufficit, contractum eſse de vino in naui onerato, *Santer. de aſsecurat. part. 4. num. 56.* & ſine pretio poteſt confici aſsecuratio, *Molin. de contract. diſput. 507. num. 1.* vbi, quòd aſsecuratio ſit contractus, quo ſuſcipitur periculum rei alicuius pro pretio, aut alio intereſse, *Leſs. de iuſt. & iur. cap. 28. num. 24. lib. 2. Card. de* Lugo *eod. tract. diſp. 31. num. 93.*

Cæterùm, licèt noſter principalis dederit pecunias aduerſario ad cambium maritimum pro vino emendo; nihilominus eiuſdem vini empti dominium tranſiuit in ipſum aduerſarium emptorem, qui emit; non autem in mu-
9 tuantem pretium; cum de Iure poſſit quis emere, ſibique acquirere ex aliena pecunia, *l. 1. l. multùm, & l. fin. Cod. ſi quis alt. vel ſibi, l. ſi ex ea, Cod. de rei vindicat. Bart. in l. et ſi, C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. Bald. conſ. 67. num. 1. lib. 5. Ludouiſ. dec. 157.* num. 4. & remanet creditor tantùm, qui pecuniam exponit, *Rot. diuerſ. deciſ. 265. num. 6. part. 1.* Atque adeó periculum vini empti ſpectauit ad emptorem, *l. 1. ff. de peric. & commod. rei empt. l. 2. Cod. eod. tit.*

10 Præcipuè, quia pretium fuit traditum Aduerſario ad Cambium maritimum, de cuius ſubſtantia eſt, quòd dominium pecuniæ omninò in accipientem transferatur, prorsùsq; incompatibile ſit, vt in dominio dantis remaneat, *Duard. de camb. in proœm. quæſt. 10. nu. 31. & ſeq. fol. 34. Salas eod. tract. dub. 1. num. 4. Card. de Lugo de iuſt. & Iur. diſput. 28. n. 3.*

11 De validitate verò huiuſmodi contractus non videtur hæſitandum; poteſt enim quis, citrá vſurariæ prauitatis labem, pecunias ad cambium maritimum tradere, ſuſcepto periculo nauis, vel naufragij, aliorumque caſuum fortuitorum, iuſtoque pretio licitè paciſci intereſse pecuniæ traditæ, prout in ſpecie affirmant *Pereir. in tract. de negotiat. part. 3. cap. 10. ſub §. 11. Louen. de* Iur. *maritim. lib. 2. cap. 6. nu. 1. Stypman. eod. tract. lib. 4. cap. 5. num. 52. Marqued. de mercat. lib. 2. cap. 8. de obligat. & contract. à num. 62. vſque ad 81. Leotard. de vſur. quæſt. 23. num. 7. Giballin. eod. tract. lib. 2. cap. 4. art. 3. num. 19. & ſeqq. Rocc. notab. 50. de naut. & naul. poſt lib. 2. reſponſ. Rot. in Romana aßecurationis 26. Iunij 1673. §. nam cambium, & §. imò hodie coram Card. Matthæio,* quæ reperitur impreſſa poſt *Vrceol. de tranſact. dec. 53.*

12 Nullatenus verò aduerſatur San. Mem. *Gregorij* IX. celebris *Conſtitutio in cap. nauiganti de vſuris,* quam duram, & aſperam, & tám vſurarijs in exercendo fœnore, quàm Interpretibus in exponendo moleſtam dixit *Lupus comment. 3. de vſuris in præfat.* ibi: *Nauiganti, vel eunti ad Nundinas certam mutuant pecuniæ quantitatem eò quòd ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.*

Illa enim non adaptatur, quia ibi ſunt promiſsæ vſuræ, in præſentia autem nihil de illis ſomniatum; ſed de cambio maritimo, quem contractum eſſe omninò legitimum firmant Authoritates proximè laudatæ, comprobatque obſeruantia; Quinimò prædictus *Text.* procedit in ſimpliciter mutuante aliquam pecuniarum ſummam, quam alioquin non eſſet mutuaturus; niſi pariter lucrum adeſſet aſſecurationis, eamque fuiſſe Pontificis volũtatem conſtanter affirmant *Binsfeld. in d. cap. Nauiganti, quæſt. 1. concluſ. 2. Lup.* in *cap. per veſtras in 6. notab. § 9. num. 12. ad fin. de donat. inter vir. & vxor. Nauar. in manual. cap. 17. num. 221. Santer. de aſſecurat. num. 18. Couarr. var. lib. 3. cap. 2. nu. 5. Conrad. de contract. q. 39. concluſ. 1. Sylu.* verb. *vſura 1. §. 35. Cardin. Caietan.* verb. *vſura exterior caſ. 12.* Giballin. *de vſur. lib. 5. cap. 4. art. 3. num. 23.*

Secus verò aſſerendum, quando mutuator non ex vi ſimplicis mutui intendit mutuata-

rium obligare ad aliquid ſibi tradendum vltrà ſortem mutuatam; ſed ſolùm vult hoc lucrum ſacere pro aſſecuratione, periculoque ſuſcepto; tunc enim contractus vſurarius dici nequit, neque in hoc caſu vindicat ſibi locum diſpoſitio *textus in dict. cap. nauiganti de vſuris*, prout tradunt *Lup. de vſur. comment. 3.* §. 1. *num. 29. Nauarr. in manual. d. cap. 17. num.* 285. *Conrad. de contract. quæſt. 39. tract. 2. col. 1 verſ. ſecunda concluſio, Syluester in* verb. *vſura* il ſecondo, *quæſt. 35. Rebell.* qui teſtatur de communi, *de oblig. iuſtit. lib. 16. quæſt. 11. n. 16. Gratian. cap. 589. num. 3. & ſeq. Molin. de contract. diſput. 318. num. 5.*

Præterquàm quòd alij traduntur intellectus prædicto *textui*; Nonnullis exiſtimantibus, loqui Pontificem de periculo dubio, aut nullo, & tantùm ſuppoſitio, ſub cuius prætextu fœneratores ſuam tegebant iniquitatem, ita ſentijt damnatæ memoriæ *Author qu. 3. de vſur. num. 95. Adrian. in 4. tract. de vſur. cap. occurrunt ad primum*; licèt hunc intellectum reijciant, *Couarr. lib. 3. var. cap. 2. num. 5. Lup. comment. 3. de vſur. §. 1. num. 1. Straccb. de aſſecurat. num. 27.* ea potiſſimùm animaduerſione adhibita, quia loquitur Pontiſex de eo, qui nauigationis periculum in ſe ſuſcipit, quod verum, & non fictum eſſe nemo non videt.

Aliquibus aſſerentibus, ideò cenſeri vſurarium, qui mutuat nauiganti, vel eunti ad Nũdinas, licèt in ſe periculum ſuſcipiat, ſi aliquid indè percipiat vltra ſortem, quia mutuũ factum, & id, quod datum eſt vltrà ſortem, non fuit expreſsè pro ſuſceptione periculi; ſed ſimpliciter, ideòque præſumitur vſura, ita explicat *Valaſc. conſult. 18. n. 4.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. in dict. cap. nauiganti numer. 2. prope fin.*

Alijs opinantibus, loqui Pontificem de pretio iniuſto, quod excederet ſuſcepti periculi æſtimationem, intelligendo verbum *aliquid*, de quo in prædicto *textu*, pro ſubiecta materia eſſe accipiendum, & intelligi hoc loco aliquid ſupra periculi pretium, quamuis huiuſmodi intellectũ reprobent *Couarr. Strace. & Lup.* locis proximè laudatis, quibus addẽdus *Abb. in dict. cap. nauiganti num. 1.* aſſerentes, quòd cum dixerit Pontifex *aliquid vltra ſortem recepturus*, vox *aliquid* nihil excipiat, etiam ſi modicum ſit.

13 Nonnullis tandem rectiùs affirmantibus, quibus ego libenter adhæreo, mendum in hęc verba Pontificis reuera irrepſiſſe, ineptèque fuiſſe ſublatam particulam negatiuam, quæ omninò reſtituenda eſt, legendumque: *Non eſt cenſendus vſurarius*; alioquin enim ſequentia non cohærerent; nam Pontiſex in eodem *textu* ſubdit immediatè duos caſus, in quibus negat, reperiri vſurã propter periculũ futuri euentus ibi: *Ille quoque, qui dat decem ſolidos, vt alio tẽpore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licèt tunc plus valeant, vtrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurarius reputari*, ſubdens vlteriùs ibi: *Ratione huius dubij, etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt ampliùs, quàm tunc valeant, in certo termino recipiat pro eiſdem; ſi tamen ea, tempore contractus, nõ fuerat venditurus*: Huiuſmodi verò contextus orationis omninò eſſet ineptus; niſi idem ſentiat Pontiſex in poſteriori reſponſo, quod in primo, præcipue, quia periculum longè maius eſt in hoc caſu, in quo vſuram agnoſcit; Idque etiam redditur ma-
14 nifeſtum, ſi ponderetur dictio, *quoque*, quæ eſt continuatiua, atque collectiua prioris diſpoſitionis, *l. verbo victus, l. locus in fin. l. interdum, ff. de verbor. ſignific. l. ſeruum quoque, ff. de Procurat. l. 2. in princip. ff. de pactis, Bart. in l. labeo*, ibique *Iaſ. ff. de pactis, Corn. in l. ſi paciſcenda, num. 15. verſ. in dubio, Cod. eod. Rebuff. in l. deteſtatio, §. familiæ, verſ. quoquè, & verſ. ſecundò natura, ff. de verbor. ſignificat. Picbar. in §. ſi eadem res, num. 45. inſtit. de legat. Cened ſingul. 93. num. 1. in princ. Narbon. de ætat. ad human. act. requiſit. ann. 17. quæſt. 3. nu. 2. Oldrad. conſil. 103. incip. quæſtio eſt, num. 4. verſ. 4.* Imó
15 ſimilitudinem quamdam implicat cum præcedenti, *l. 3. §. 1. & §. in amittenda, ff de acquir. poſſeſſ. l. qui legatorum, §. filium quoque, ff pro hærede, Cened ſingul. 93. num. 2. Ferrer. in Conſtit. Cathalon. gloſ. 1. num. 53 Girond. de priuil. et exempt. explicat num. 576. Narbon. l. 15. gloſ. 2. num 19. tit. 18. lib. 5. recompilat.* ita in ſpecie aduertunt *Barboſ. in dict. cap. nauiganti num. 2. circa medium, Narbon. ad l. 15. hiſpan. gloſ. 2. nu. 17. Gudelin. de Iur. nouiſſ. lib. 3. cap. 3. Ioann. à Bernat. lib. 2. de vtil. legẽt. hiſtor. cap. 48. Layman. lib. 3. tract. 4. cap. 16. num. 13. Ferdinand. à Caſtro tract. 32. diſp. 4. punct. 18. ſub fin. Giballin. de vſur. lib. 2. cap. 4. art. 3. num. 25.* Id ipſum etiam, licèt ſub dubius ob repugnantem omnium Codicum fidem ſuſpicatur, *Facchin. lib. 2. controu. cap.* 48. vbi, quòd reuera ex ſequentibus verbis eiuſdem *textus* ſortiſſima inſurgat coniectura, negatiuam deſiderari, licèt nõ approbet, *Leotard. de vſur. quæſt. 23. num. 24. in fine, Cardin. de Luca de vſur. diſc. 3. num. 7. & ſeqq.*

16 Tandem non aduerſatur, quòd dominium vini emendi pro cauthela cambij fuerit reſeruatum; huiuſmodi enim reſeruatio eſt pro hypotheca ſpeciali, & vt dans pecunias conſequatur priuilegium, *l. licet, Cod. qui potior. in pign. habeant.* non autem aliquid operatur ad effectum periculi transferendi, prout eſt *text.* valdè ſingularis in *l. ſerui 19. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & tradit *Gloſ. in l. ſicut emptio 20. §. interdum, ff. locati*, vbi *Caſtr. ad fin. verſic. item ſicut, Salicet. num. 2. Fulgoſ. poſt princip.* eruditiſſimus *Ant. Fab. in Rationał. verſ. non te-*

ne-

Digitized by Google

nebitur, *Boſſ. de remiſs. merced. conduct. n.*102. ubi obſtupeſcens de dicto *textu*, dicit eſſe concluſionem mirabilem, *Alex. conſ.*121.*n.*1.*lib.*5 *Dec. conſ.*311.*num.*4. *Ruin. conſ.*73 *num.*3.*lib.*1 *Venturin. conſ.*33.*nu.*6.*& ſeqq.* latè *Altograd. conſ.*9.*num.*27.*& ſeqq. lib.*1. *Gratian. cap.*523. *num.*17.*& cap.*354. *num.*48. *& ſeq* . *Cepoll. caut.*125.*ſub num.*1.*ad med. Couarr. lib.*3.*var. cap* 11. *Cardin. Mantic. de tacit. lib.*4.*tit.*24.*n.*18 benè *Hodiern. ad Surd. dec.*157.*num.*12. *& ſeq.* idem *Surd. dec.*198. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*7.*gloſ.*2.*part.*9.*num.*14.*in fin. Larrea dec. Granat.*42.*ſub num.*6. *Rouit. dec.*7.*num.*10.*verſic. nec poteſt dubitari*, *Epiſc. Sperell. deciſ.*119. *num.*43.*verſ. imò dico plus*, & Nos alibi latiori firmauimus calamo.

Prout, neque etiam aliquid releuans concludit Apoca onerationis ex aduerſo producta, ibi: *Nelli quali vini vi è intereſsato il Signor Franceſco Gabrieli per ducati mille, che hà sborzato di ſuo denaro*, quia intereſſe erat
17 certum reſpectu hypothecæ ſpecialis ſuper illo uino ſtipulatæ, quod Liburni erat tradendum, & retinendum, donec dictæ pecuniẹ ſoluerentur, *l. verbum illud pertinere*, *ff. de verbor. ſignific. l. rem in bonis*, *ff. de acquir. rer. domin. Bald. in l. proprietatis in princ. Cod. de probat.* benè *Rot. in rec. dec.*140.*num.*6. *ad medium*, *& ſeqq. par.*5.

ARGVMENTVM.

Pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in contractu ſocietatis, in quo vnus ex ſocijs poſuit operam, & induſtriam, alter verò capitale, quòdque idem capitale manuteneatur ſaluum, illudque integrum in fine ſocietatis eidem ſocio reſtituatur, cum conuentione certi lucri ipſimet ſocio præſtandi, non ſub nomine quotæ; ſed, potiùs determinatæ quantitatis, eſt omninò vſurarium, mutuumque palliatum, adeò vt ſolutum imputari debeat in ſortem.

Nullo Iure ſubſtinetur forma trini contractus à *Nauarro*, alijſque Moralibus ita nuncupati, in quo contemporaneè in eodem contractu ſocietatis tria omninò diſtincta conueniuntur; Cum huiuſmodi forma contrahendi reuera ſit mutuum palliatum, & ſi aliter diceretur, lex Canonica improbans Vſuras, eſſet impoſita Verbis & non rebus.

Aſſecuratio Capitalis, quo caſu inter ſo-

cios poſſit validè conueniri; itàvt ſublata remaneat ſuſpicio vſurariæ prauitatis, mutuique palliati. Ad intellectum Bullẹ S.M. *Sixti V.*45. in ordine in Bullario nouo.

Conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis, an, & quando poſſit intelligi iuxta ſenſum Iuris, quatenus, nempè, finita ſocietate, ex aliquo caſu fortuito non reperiatur diminutum, & an in prædicto caſu reſtitutio capitalis fieri debeat in tot mercibus, vel potiùs in pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Talis cenſendus eſt contractus, qualem Partes denominant.*

2 *Contrahentium voluntas nõ præſumitur à verbis aliena.*

3 *Talis præſumendus contractus in ſua eſſentia, qualis apparet in ſua figura.*

4 *Veritas ex forma ipſius contractus excutienda.*

5 *Societas dicitur contracta, quoties vnus ex ſocijs ponit capitale, alter verò perſonæ induſtriam.*

6 *Pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in eodem contractu ſocietatis, quòd capitale ab vno ex ſocijs collatum manuteneatur ſaluum, An, & quando ſubſtineatur.*

7 *Societas modo, quo ſupra contracta, præſumitur ſimulata in fraudem vſurarum.*

8 *Contrahentes iuxta prædictam formam reuera ſunt fœneratores, licet in verbis contractum præſeferant ſocietatis.*

9 *Trinus contractus à Moralibus ita nuncupatus, an ſubſiſtat, & quomodò illius formam explicent.*

10 *Prædicta forma contrahendi in eorumdem Moralium ſententia ſubſtinetur, quamuis fiat contemporaneè cum eadem perſona.*

11 *Reprobatur huiuſmodi opinio.*

12 Bulla Sixti V. 45. in ordine *reprobat, tamquàm fœneratitios, quoſcumque contractus, præcipuè ſocietatis, in quibus legitur facta conuentio, quòd capitale ſit ſaluum; quòdque ſuper eo certa pars lucri conueniatur.*

13 *Prædicta* Sixtina Conſtitutio *in nonnullorum ſententia, cum interpretationem paſſiuam recipiat à Iure, non intelliguntur per illam damnatæ ſocietates, legitimis initæ pactis.*

14 *Aſſecuratio Capitalis, cum conuentione certi lucri in ſententia* Nauarri *eſt permiſſa; per huiuſmodi enim taxationem intelligitur conſocius adminiſtrans liberatus à redditione rationis, & dicitur ſuſcepta alea maioris lucri.*

15 *Intellige eamdem* Nauarri *ſententiam poſſe procedere, vel quando, ſemota aſſecuratione certi lucri in quantitate, pro periculo ſortis ſuſcepto ab altero ſocio aliquid eidem ſocio remittitur, adeò vt maior ſit portio lucri in quota fauore conſocii re-*

cipientis periculum ſortis.

16 *Vel quando ex interuallo in ſeparato contractu continetur certa lucri aſſecuratio, & pactũ, quòd capitale ſit ſaluum, ita vt actus aſſecurationis ſit voluntarius, non autem coactus,* & n.18.

17 *Secus aſſerendum, quando correſpectiuè ad ſocietatem initam in vno, eodemque contractu fuit aſſecuratum capitale, cum conuentione certi lucri, non in quota, ſed in determinata quantitate.*

18 *Huiuſmodi pacta, quando fiunt ex interuallo, ceſſat iniqui fœnoris præſumptio.*

Secus, ſi celebretur ſocietas cum pacto incontinenti, & correſpectiuè appoſito, vt capitale ſit ſaluum, Tunc enim à mutuo nullatenus diſtinguitur

19 *Pactum de retrouendendo adiectum incontinẽti, vel correſpectiuè ad primum contractum, inducit Vſuræ ſuſpicionem; ſecus, ſi ſit adiectum ex interuallo.*

Refellitur Diana *æquiparans vtrumque caſum* ibid.

20 *Ad ſaluandum contractum ab vſuraria prauitate, conuentio de reſtituendo capitali in fine ſocietatis interpretari debet, quatenus capitale ex aliquo caſu fortuito non reperiatur diminutum; cum verborum ſignificatio applicari debeat ad intellectum ſanum, bonum, ciuilem, vitioque carentem.*

21 *Intellige, vt fortaſsè concluſio poſſet procedere, ſi ſimpliciter in fine ſocietatis fuerit conuenta capitalis reſtitutio.*

22 *Secus verò, quando legitur ſpecificè pactum, vt capitale ſit ſaluum; hoc enim caſu huiuſmodi cõuentio non poteſt recipere ſupradictum intellectum.*

23 *Contra conſocium agi debet ad redditionem rationis, ad effectum inſpiciendi, an capitale ex aliquo accidenti ſit diminutum, nam alioquin non poteſt dici debitor ſortis.*

24 *Finita ſocietate, in qua vnus ex ſocijs poſuit capitale, alter operam, & induſtriam perſonę, poteſt ſocius, qui poſuit operam, prætendere diuiſionem eiuſdem capitalis, vtpotè effectum commune.*

25 *Præcipuè quoties æſtimatio operæ, & induſtriæ ab vno ex ſocijs adhibitę æquiualet valori pecuniæ, ſeu ſortis ab altero ſocio poſitæ.*

26 *Fructus recompenſatiui debiti in vim* l. curabit Cod de action. empt. *poſſunt in conuentionem deduci ratione fructiferi mercimonij, ſiue, vt Noſtrates loquuntur,* Auuiamenti *euiuſdam Tabernæ.*

CAPVT IC.

NON eſt procedendum ad vlteriorem exequutionem, quia, cum conuentio inita inter Dominicum, & Fuluium, quò ad mercimonium rerum in Taberna exiſtentium abſque dubio contractum præſeferat ſocietatis; Tum, quia ita pluries nũ-
1 cupatur, atque adeò talis cenſendus contractus, qualem partes denominant, *l. qui fundũ, § fundi, ff. de contrah. empt. Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 11.* ibique *Caſtr. nu. 4. in fin. ff. de public. & vectig. Rip. in l. 2. num. 30.* ibique *Aleiat. num. 24. Purpurat. num. 51. ff. ſi cert. petat. Pinell. ad Rubr. Cod. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 2. num. 1. & ſeq. Anchar. & Imol. in cap. propter ſterilitatem de locat. Oldrad. conſ. 159. Ang. conſ. 2. Aretin. conſ. 55. Neuizan. conſil. 24. num. 20. Becc. conſ. 35. num. 9. Dec. conſ. 32. num. 3. Soccin. conſ. 102. num. 10. lib. 2. Aym. cõſ. 20. num. 4. Natt. conſ. 49. num. 14. & 34. lib. 1. & conſ. 607. num. 1. lib. 3. Surd. conſ 164. num. 11. & dec. 326. num. 8. Roland. conſ. 96. nu. 14. lib. 2. Alex. conſ. 3. nu. 1. lib. 1. Andr. ab Exen. de pact. num. 513. Tiraquell. de retract. conſang. §. 30 gl. 1. num. 27. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 105. num. 1. Marcian. Iun. diſput. 40. num. 4. & 10. lib. 1. Roſa conſult. 7. num. 5. Rot. in rec. deciſ. 64. num. 3. part. 4. & dec. 14. num. 4. & ſeq. & dec. 110. num. 7. part. 6. Cardin. Seraphin. deciſ. 794. n. 1. Cardin. Caualer. dec. 371. n. 1. Cardin. Celſ.*
2 *dec. 328. nu. 2.* Contrahentium enim voluntas non cenſetur à uerbis aliena, *l. labeo, §. idẽ Tubero, ff. de ſupellect. legat. cap. vlt. de verb ſi-*
3 *gnific.* Taliſque præſumendus contractus in ſui eſſentia, qualis apparet in ſua figura, iuxta monitum *Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. petat. & in rubr. Cod. de Iur. emphyt. Dec. conſ. 193. num. 5. Aym. conſ. 19. num. 6. Cardin. Seraphin. dec. 809. num. 2. & ſeq.*

Tum etiam, quia, ſi ueritas ſit excutienda
4 ex forma ipſius contractus, *l. Inſulam, ff. de præſcript. verb. l. ſi vno, ff. locat.* quando (prout in hoc themate) unus poſuit capitale; alter
5 uerò induſtriam, tunc dicitur contracta ſocietas, *§. nam, & ita, inſtit. de ſociet. l. ſocietas, 5. l. cum duobus 52. § in cocunda,* ibique *Anton. Fab. in Rational. ff. pro ſocio, l. ſi fratres 53. §. item ex facto, aliàs eſt §. legis cum duobus, ff. eod. l. 1. Cod. pro ſocio, Felic. de ſociet. cap. 9. n. 12 Corrad. de contract. quæſt. 88. concluſ. 6. verſ. & quòd ſit ſocietas, Sotus de Iuſt. & Iur. lib. 6. q. 6. art. 1. Cyriac. contron. 465. num. 9. Rot. dec. 235. num. 3. poſt 2. vol. conſ. Farinae.*

His præmiſſis, quæ in Iure ſunt abſolutiſſima, pernecesſè reſultat, ut pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum in eodem contractu, quòd capitale poſitum à Fuluio, manuteneatur ſaluum, illudque in fine ſocietatis à Dominico reſtitui debeat, ibi: *Che detto Signor Domenico ſia obligato mantenere ſaluo detto capitale ſpettante à detto Sig. Fuluio, e quello pagare, e rendere nel fine di detta compagnia*; quòdque certum debeatur lucrũ Ful-
6 uio, non ſub nomine quotæ, ſed potiùs determinatæ quantitatis ſcutorum octo pro centenario, ſit omninò uſurarium, mutuumque palliatum, adeòut ſolutum ſit in ſortem imputandum, iuxta originalem doctrinam *gloſ.* magiſtralis in *cap. plerique,* uerbo *negotiatores 14. quæſt. 3.* quam omiſſis innumeris, qui poſſunt allegari, in his præciſis terminis ſequuntur *Bald. in l. 1. quæſt. 9. C. pro ſocio. Dec. in l. ſi paciſcenda, num. 8. Cod. de pact.* benè *Caſtr.*

in

*in l.is qui,§. 1.ff.commodat.*ubi ualdè commen-
dat, & dicit perpetuò ligādum digito,ut non
erretur, & *conſ.55.lib.2.Salicet.in auth.ad hac
Cod.de vſur.4.col.14.quaeſt.& in l.Mutius,nu.2.
ff.pro ſoc.Abb.in cap.per veſtras, num.8. de do-
nat.inter vir.& vxor.& conſ.114.lib.2.Roman.
conſ.520. num.5.7. & ſeqq.* quod reputatur in
materia magiſtrale, optimè *Ruin. conſil.102.
num.1.et per tot.lib.1.* ubi in fine dicit, hanc
eſſe ueritatem, contra quam ſcribere requi-
ſitus,noluit,*Iaſ.conſil.174.lib.2.Natt.conſ.103.
lib.2.Crauett.conſ.145.num.16. Anania conſil.
92.in princip.*ibique *Bolognin.in addit.Lopez in
repet.cap.per veſtras §.11.notabil.6.*præſertim
*num.6.Summa Angelic.in part.ſocietas 3.col.*la-
tè *Corrad.de contract.tract.7.quaeſt.97.Felic.de
ſociet.cap.19.*ubi *num.16.et ſeqq.* relatis fun-
damentis contrariæ opinionis *Nauarri*, illum
impugnat, defendendo opinionem *Soti*, *Sar-
mient.ſelect.interpret.lib.7.cap.1.nu.7. et ſeqq.*
latè *Turr.de camb.diſp.3.quaeſt.10. num.21. et
ſeqq.Cardin.Mantic.de tacit.lib.6.tit.6. num.1.*
7 ubi, quòd ſocietas,modo, quo ſupra contra-
cta, præſumi debeat ſimulata in fraudem uſu-
rarum, & *num.11.et ſeq.et tit.7.num 1.et ſeqq.
Theodor.Balſam.ad canon.17. Niceu.Synod.*be-
8 nè aduertens,quòd ſic cōtrahētes reuera ſint
fœneratores,licèt in uerbis ſocietatis contra-
ctum præſeferant, *Bonſald.in cap.nauiganti,
quaeſt.8.de vſuris,Hotboman.in diſput.de ſociet.
cap.2.Cancer.var.lib.3.cap.7. nu.50. Hartman.
Piſtor.lib.3. quaeſt.2. num.30.* Gratian.*diſcept.
589.num.11.*benè, ac latè *Parlador.lib.2 rer.
quotidian.cap.2.num.9.et ſeq. Gomeſ.var. lib.2.
cap.5.num.5.verſ.Tertiò infertur, Spad. conſil.
296.num.14.in fin.et num.16.et ſeq.lib.2.* & in
eadem cauſa, *Rot.coram Cardin. Millin. deciſ.
186.num.1.4.et 8. et ſeq.* quæ eſt repetita poſt
*2.vol.conſ.Farinac.dec.137.Peguer.deciſ.crim.
cap.33. ad fin. et cap.ſeq.* & poſt *Caietan. Sot.
de Iuſt.et* Iur.*lib.6. quaeſt.6. art.2. Azor inſtit.
moral.p.3.lib.9.cap.3. quaeſt.8.Fr.Ludouic.Mi-
nutulus in breui notitia p.1.art.1.per tot.Franc.
Marc.deciſ.889. num.12. Card.de Luca de vſur.
et intereſſ.diſc.1.num.5. et ſeqq.* ubi ſatisfacit
omnibus contrarijs deductis, ſignanter per
nonnullos Morales contendentes ſubſtinere
hanc formam trini contractus.
9 Primò, ſcilicet,ſocietatis,in quo unum po-
net pecuniam, alter operam.

Secundò, aſſecurationis ſortis principalis,
quam pecuniæ receptor faciat.

Tertiò demum aſſecurationis certi lucri,
quam idem receptor, qui pecuniam negotia-
turus eſt, pariter faciat ad tollendas conten-
tiones ſuper rationum redditione, ac lucro-
10 rum quantitate, quam contrahendi ſpeciem
licitam eſſe, quamuis cum eadem perſona ab
initio, & contemporaneè fiat, firmant Mora-
les poſt *Nauarr.in Manual.cap.17.num.254. et
in cap.ſi fœneraberis 14.notab.num.32. et ſeqq.
et conſ.31.verſ.non obſtat ſecundum,Leſſ.de Iuſt.
et Iur.p.2.cap.25.num.33.et ſeqq. Card.Caietan.
tom.1.opuſcul.tract.31. reſponſ.11. Bonacin.de
contract.diſp.3.quaeſt.3.punct 11.num.2. Dian.
p.1 tract.8.de contract.reſol.30.Molin.de* Iuſtit.
et Iur.*tract.2. diſput.417. ex num.10.* Sayr. *in
deciſ.caſ.conſcient.lib.5.tit.13. deciſ.17. Salon.
de Iuſt.et* Iur.*to.2.diſp.de contract. ſociet. art.3.
controu.2. ex n.10. Medin.in inſtruct.Confeſſor.
cap.14.§.27.Card.Tolet.in inſtruct.Sacerdot.lib.
5.cap.41. num.3. Summa Armilla* uerbo *ſociet-
as,num.6.Filiuc.moral.quaeſt.tract.34.2. part.
num.107.et tract.35.num.453. et tract.38. ex
num.52.Card.de Lugo de Iuſt. et Iur. diſput.30.
num.40.et ſeqq.* Homobon.*de exam.Eccleſ.p.2.
tract.9.cap.14.quaeſt.44.Malder.in 2.2.tract.5.
c.2. dub.9.* Et ex noſtris *Lup.in cap.nauiganti,
§.1.poſt præfationem,ſub num.12. verſ.ſed Ho-
ſtienſis in fin.& nu.24.de vſur.int. tract. diuerſ.
tom.7.fol.136. Scacc.de commerc. & camb.§.3.
gloſ.3.num.36.& ſeqq.Couarr.lib.3. var. cap.2.
num.4. Carleual.de iudic. tom.2. tit.3. diſput.7.
num.17.& ſeqq. Gratian. cap.360. num.10. &
ſeq.Sarmient.ſelect.lib.7.cap.1. ex num.6.ad 12.*
& præ cæteris, latiſsimè *Giballin.de vſur.lib.6.
cap.3.& ſeqq.*qui,nedum illum librum,ſed to-
tum opus de vſuris compoſuiſſe profitetur oc-
caſione iſtorumtrium contractuum, pro ſub-
ſtinendo uſu fori Lugdunenſis ſuper eorum
contemporaneo concurſu, *Narbon. in 3.part.
recompilat.lib.5.tit.18. leg.15. gl.2. num.8.* &
perfunctoriè articulo præter morem non exa-
minato, *Leotard.de uſur.q.31.num.13. Roderic.
de anu.reddit.lib.3.q.5.n.64 Gait.de credit.cap.
2.tit.7.q.5.nu.1935.& ſeqq.Parlador. rer.quo-
tid.lib.2.cap.2.num.13.Nouar. in ſum.Bull. tit.
de uſur.ſuper Bull. S.M.Sixti V. num.3. Bellon.
deciſ.183.*
11 Huiuſmodi .n.forma contrahēdi eſt mutuū
palliatum,& ſi aliter diceretur, lex Canonica
improbans vſuras eſſet omninò impoſita
verbis, & & non rebus contra notiſſima Iu-
ris principia, *cap. commiſſa 33. de elect. in 6.l.
fin.C.de vſuris*,cum quodcumque ſimplex mu-
tuum vſurarium ita poſſet palliari, legalem
eludendo prohibitionem, vnde meritò hanc
formam contrahendi improbant, *Azor. par.
3.lib.9.cap.3. quaeſt.8. Sot. de Iuſt. & Iur. lib.
6.quaeſt.6.art.2.Felic.de ſociet.cap.16.num.15.
& ſeq.Parlad.rer.quotid.lib.2.cap.9.num.9.et
ſeq.Turr.de camb.dict.diſp.3.quaeſt.10.num.21.
& ſeqq.Card.de Luca.de.vſur.diſc.1.num.5. &
ſeqq.*vbi latè, aliique ſuperiùs allegati *num.6.
& ſeqq.* fruſtrà in præſenti loco repetendi.

Prædicta verò omnia abſque principio dif-
12 ficultatis fortiùs procedunt,attenta *Conſtitu-
tione S. M. Sixti V.45. in ordine in Bullar.nou.*
quæ incipit: *Deteſtabilis auaritia* expreſsè ir-
ritante, tamquàm fœneratitios quoſcumque
contractus, præcipuè ſocietatis,in quibus le-
gitur facta conuentio ſuper certa quantitate
lu-

Digitized by Google

lucri, quòdque capitale remaneat ſaluum, de
qua Conſtitutione Leotard. de vſur. d. quæſt. 31.
num. 10. Rot. coram Card. Mellin. dec. 212. nume.
1. vbi, quòd per illam prohibeantur pacta
appoſita in contractu ſocietatis, quòd capi-
tale ſit ſaluum, quódque certa præſtetur
quantitas lucri, Card. de Luca de vſur. dict. diſc.
1. num. 7. alijque ſuperiùs laudati.

Et quamuis in nonullorum ſententia ea-
dem Conſtitutio Sixtina, interpretationem
13 recipiat paſſiuam à Iure, neque per illam in-
telligi debeant damnatæ ſocietates legitimis
initæ pactis ex declaratione eiuſdem Pontifi-
cis oretenus facta, de qua teſtantur, Azor.
inſt. moral tom. 3. lib. 9. cap. 3. quæſt. 7. in fin. Ber-
nard. Iuſtin. de contin. camb. quæſt. 10. n. 9. Scort.
thorem. 367. in fin. Leotard. de vſur. quæſt. 31.
num. 13. circa fin. Carleual. de Iudic. tom. 2. diſ. 7.
num. 22. Card. de Luca de vſur. diſc. 2. numer. 10.
Cardin. Mellin. dict. decis. 212. num. 2. E ita præ-
dictam cõſtitutionem interpretãtur Filliuce.
tract. 38. num. 57. part. 2. Leſſ de Iuſt. & Iur. dic.
cap. 25. dub. 3. num. 33. Narbon. in 3. part. recom-
pilat. in l. 15. tit. 18. lib. 4. gloſ. 2. nu. 43. Vgolin.
de vſur. cap. 55. §. 1. num. 1. Malder. tract. 5. cap.
2. dub. 9. verſ. reſpondeo verum eſſe, Scacc. de
commerc. & camb. §. 3. gloſ. 3. num. 37. Mareſc.
Var. lib. 2. cap. 133. num. 21. Bellon. de poteſt. cor.
quæ fiunt in contin. lib. 1. cap. 31. num. 5. & ſeq.
Molfeſ. tom. 3. ad Conſuet. Neapolit. quæſt. 18. &
de contract. cap. 11. num. 41. Narbon. in 3. part.
recompilat. lib. 5. tit. 18. l. 15. gloſ. 2. num. 43. Fil-
liuc. tract. 38. cap. 3. num. 57. Bonac. de contrac.
diſp. 3. quæſt. 6. punct. 3. num. 8.

Ideóque aliquando ſit permiſſa aſſecuratio
capitalis, prout à Iure non improbatur con-
uentio certi lucri, quia, ſicuti fructus agri,
vel vineæ incerti vendi poſſunt pro certo pre-
14 tio, ita etiam poteſt vendi conſocio lucrum
incertum ſocietatis; cum per huiuſmodi ta-
xationem intelligatur liberatus conſocius
adminiſtrans à redditione rationis, ſuſcepta-
que dicatur fortuna, ſeu alea maioris lucri,
prout tradunt Nauarr. conſ. 24. de vſur. Hein-
richman. conſ. 8. numer. 72. & ſeqq. Vermigliol.
conſ. 413. num. 3. Spad. dict. conſ. 296. num. 2. lib.
2. Card. Millin. dec. 186. n. 6. Coccin. dec. 70. n. 3.
& ſeq. alijque proximè adducti.

15 Nihilominus prędicta fortè poſſent proce-
dere; Vel, quando, ſemota aſſecuratione cer-
ti lucri in quantitate, pro periculo ſortis ſu-
ſcepto ab altero ſocio aliquid eidem ſocio
remittitur, adeò vt maior ſit portio lucri in
quota fauore conſocii recipientis periculum
ſortis. Lup. in cap. nauiganti de vſur. comment.
3. §. 1. num. 14. prop. fin. verſ. quæ aſſecuratio par.
2. & in proximis terminis, Cald. in cap. naui-
ganti nu. 30. de vſur. Purpurat. in l. ſi paciſcendæ
num. 25. & ſeq. Cod. de pact. Couar. uar. lib. 2. cap.
2. num. 2. Card. Millin. dec. 186. num. 5. quæ cir-
cumſtantia non concurrit in præſentia, eſſet-
que ex aduerſo concludenter probanda pro
excludendo fœnore, ſubſtinendoque contra-
ctu; quinimò contrarium conuincitur, dum
maior eſt portio lucri fauore Fuluij ponẽtis
capitale, quàm Alemanni operam, & indu-
ſtriam, & in ſe ſuſcipientis periculum ſortis.

Vel, quando ex interuallo in ſeparato cõ-
16 tractu certa continetur lucri aſſecuratio, &
pactum, quòd capitale ſit ſaluum, ita vt
actus aſſecurationis ſortis ſit omninò volun-
tarius, non autem coactus.

17 Secus verò dicendum, quando, prout in
hac facti ſpecie, correſpectiuè ad ſocietatem
initam in vno, eodemque contractu fuit aſſe-
curatum capitale, conuentumque certum lu-
crum, non in quota, ſed potiùs in determina-
ta quantitate; tunc enim conuentio dici de-
bet omninò uſuraria; non ſolùm, quia, ceſſan-
te huiuſmodi aſſecuratione, tàm lucri certi,
quám ſortis, utique contractus ſocietatis non
fuiſſet initus, atque adeò aſſecuratio reputa-
tur coacta, non autem uoluntaria.

18 Sed etiam fortiùs, quia, ſi hæc pacta fiant
ex interuallo, ceſſat iniqui fœnoris præſump-
tio, cum ſocietas ſimpliciter contracta longè
diſtet à mutuo, quod ſecus eſt, ſi celebretur
ſocietas cum pacto incontinenti, & correſ-
pectiuè appoſito, ut ſaluum ſit capitale; tunc
enim nullatenus à mutuo diſtinguitur, ut op-
timè utrũq; caſum diſtinguunt. Card. Caiet. lib.
16. reſp. cap. 11. Abb. conſ. 69. num. 1. verſ. tertiò
me mouet lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 6.
num. 12. Spad dict. conſ. 296. nume. 16. verſ. ea
quæ ex aduerſo, et num. ſeq. verſ. et ratio lib. 2.
Card. de Luca de vſur. dict. diſc. 1. num. 7. & uti
indubitatam admiſit huiuſmodi diſtinctionẽ
Card. Mellin. dict. dec. 201. numer. 4. et. ſeq. affe-
rens optimum ſimile de pacto de retrouen-
19 dendo, quod adiectum incontinenti, uel cor-
reſpectiuè ad primum contractum uſuræ in-
ducit ſuſpicionem; Secus uerò, ſi ſit adiectũ
ex interuallo ex uoluntate emptoris, & dict.
dec. 186. num. 9. Ideóque non rectè aſſerunt,
Sarmiento ſelect. lib. 7. cap. 1. numer. 7. & 8. Car-
leual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 7. num. 20. Dianæ
dict. part. 1. tit. 8. reſol. 30. de contract. quòd,
ſicuti ſupradicti contractus ſunt liciti, ſi ſeor-
ſim celebrẽtur, & cum diuerſis perſonis, lici-
ti etiam erunt, ſi ſimul, & cum eadem per-
ſona, eodemque tempore perficiantur, pro-
ut in contractu uenditionis cum pacto retro-
uendendi, addito contractu locationis, quo
res uendita locatur eidem uenditori, cum ex
ſupra firmatis adſit longè diſpar ratio inter
unum, alterumque caſum.

20 Neque obiiciatur, quòd ad eximendum
contractum ab uſuraria prauitate, intelligi
debeat conuentio de reſtituendo capitali in
fine ſocietatis iuxta ſenſum Iuris, quatenus

nem-

nempè, finita ſocietate, non reperiatur diminutum ex aliquo caſu fortuito, iuxta *gloſ. in l.1.verſ.obtinnit*, ibique *Bald. Salic. Caſtr. et Fulgoſ. C. pro Socio*, idem *Salicet. in l. Mutins n. 3. ff. eod. tit Spad. dict. conſ. 296. unmer. 14. lib. 2. Card. Mellin. dict. dec. 186. num. 1.*

21 Huiuſmodi enim intellectus poſſet fortaſsè ex quadam potiùs benigna interpretatione procedere, ſi ſimpliciter fuiſſet in fine ſocietatis conuenta capitalis reſtitutio, in quibus terminis loquitur *Spad. dict. conſ. 296. nu. 14. lib. 2. Card. Millin. d. dec. 186. num. 1.* quæ eſt repetita poſt *2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 137.* Hoc enim caſu debet verborum ſignificatio ad intellectum ſanum, bonum, ciuilem, vitioque carentem applicari, omniſque poſſibilis interpretatio capienda, vt excludatur contractus illicitus, *Bald. in l. rogaſti in fin. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 191. num. 6. & conſ. 221. nu. 5. lib. 2.* ideòque pactum debet intelligi, quatenus capitale in fine ſocietatis reperiatur, vt in ſpecie, præter proximè allegatos, firmant *Burſatt. conſ. 320. num. 16. verſ. cum itaque, Caualcan. deciſ. 13. num. 58. part. 2.* benè *Rot. diuerſ. dec. 763. num. 13. & ſeqq. part. 1. in recent. dec. 304. num. 5. in fin. & 6. p. 2.*

22 Secus verò dicendum, quando, prout in præſenti themate, literis pluſquàm cubitalibus legitur appoſitum ſpecificum pactum, vt capitale ſit ſaluum, ibi: *Mantenere ſalno detto capitale*; hoc enim caſu huiuſmodi conuentio nullo Iure eſt apta ad recipiendum prædictũ intellectum ſuper reſtitutione capitalis faciẽda, quatenus illud, finita ſocietate, non reperiatur diminutum, vt benè vtramque contrahendi formam diſtinguunt *Spad. d. conſ. 296. num. 14. in fin. lib. 2. Cardin. Millin. dict. dec. 186. num. 1. verſ. quantùm ad primum, Rot. diuerſ. d. dec. 763. num. 13. & ſeqq. part. 1. & in recent. d. dec. 304. n. 5. in fin. & n. 6. p. 2.*

Præterquàm quòd, quatenus, illæſa veritate, prædictus intellectus poſſet admitti, quod, ex ſupra firmatis, nullam prorsùs habet Iuris aſſiſtentiam; adhuc ſatis iniuſtum detegitur
mandatum relaxatum contra conſocium pro
23 reſtitutione ſortis in pecunia; ſed potiùs ex
aduerſo agi debuit ad redditionem rationis, ad effectum inſpiciendi, an ex aliquo caſu merè fortuito abſque vlla culpa conſocij adminiſtrantis fuerit capitale diminutũ, eiuſdemque reſtitutioni factus locus, finita ſocietate; nam alioquin ante huiuſmodi rationes redditas conſocius nullo Iure poteſt dici debitor ſortis, *Bald. conſ. 61. num. 1. lib. 1. & conſ. 214. per tot. lib 2. Ancharan. conſ. 235. Felic. de ſociet. cap. 31. num. 69. Cancer. var. part. 3. cap. 7. num. 328. & ſeq. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 11. limit. 4. num. 35. Carthar. deciſ. Ian. 74. num. 22. Ginrb. deciſ. 15. per tot.* benè *Rot. in recent. dec. 478. n. 2. p. 1.*

24 Quinimò in hoc iudicio redditionis rationis potuiſſet conſocius optimo iure contendere, quòd, cum ab ipſo in ſocietate fuerit collata opera, & induſtria æqualis valoris cum pecunia ab alio ſocio collata, finita ſocietate, non ſolùm lucrum; ſed etiam capitale ſit diuidendum, cum vtrique ſocio fuerit effectũ commune, perindèque ſit, ac ſi in ſocietate ab vnoquoque ex ſocijs collata eſſet certa, determinataque portio in pecunia, cũ ponens induſtriã perſonę, intelligatur poſuiſſe pretiũ operæ, quod lex aſſimilat, & æquiparat pecuniæ poſitæ ex altera parte, *Accurſ. & Alberic. in l. 1. C. pro ſocio, Corn. in l. ſi paciſcenda. nu. 13. & ſeq. C. de pact. Couar. lib. 3. var. cap. 2. n. 2. Molin. de contract. diſp 416. n. 1. Duard. de ſociet. lib. 2. cap. 4. qu. 8. Rocc. in notab. de ſociet. Mercat. notab. 24. nn. 56. poſt primum vol. reſponſ.* aliiſque relatis, *Giballin. lib. 5. de vſur. cap. 2. art. 6. num. 3. & ſeqq.*

25 Nullatenus aduerſante, quòd, finita ſocietate, quando ſocius poſuit capitale in pecunia, alter verò ſocius operam, & induſtriam, ſtatim, finita ſocietate, poſſit ſocius ſuum capitale in pecunia repetere, prout eſt *text. in l. cum duobus, §. ſi in coennda, ff. pro ſocio, l. actione, §. communi, ff. eod. Soccin. Sen. conſ. 24. num. 23. lib. 1.* alijſque congeſtis, *Leotard. de vſur. quæſt. 31. num. 29. verſ. contrarium.* Id enim locum habet, quoties pecunia, & induſtria non ſunt æqualis valoris, & in his terminis procedunt firmata in *diſput. ſequenti num. 25. & ſeqq.*

Parumque releuat obiectum, quod non ver-
26 ſemur in contractu ſocietatis, ſed potiùs vẽ-
ditionis Tabernæ in vniuerſum, quo caſu fructus recompenſatiui potuerunt in conuentionem deduci ratione Auuiamenti fructiferi, vt Noſtrates loquuntur, iuxta notiſſimam diſpoſitionem *text. in l. curabit, C. de act. empt.* quam in his terminis expendunt *Rimin. Iun. conſ. 177 num. 16. & ſeqq.* cum alijs congeſtis per *Dian. reſol. moral. tract. 8. de contract. reſol. vlt. par. 1. Borgnin. dec. 13. num. 61. & 66. part. 2. Rot. dec. 189. num. 3. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. in recent. dec. 490. num. 4. & 540. num. 11. p. 2. & deciſ. 330. num. 8. part. 13. & deciſ. 275. num. 7. & ſeq. par. 16.*

Nam, præterquàm quòd de prædicta *deciſ. 330. part. 13. rec.* cum qua ſimpliciter pertranſit *dict. deciſ. 275 part. 16. rec.* non poteſt haberi aliqua ratio, dum cauſa in Rota repropoſita ob difficultates excitatas nulla fuit capta reſolutio, vt teſtatur *Cardin. de Luca de vſur. d. diſc. 1. num. 8.*

Adhuc, quatenus ibidem firmata de Iure ſubſiſtant, nullatenus applicantur, cum non verſemur in contractu venditionis Tabernæ, in quibus terminis procedunt Authoritates proximè allegatæ; ſed potiùs in contractu

ſo-

ſocietatis, ita pluries à partibus denominato, ex ſupra firmatis.

Iuxta firmata fuit deciſum per Reuerendiſſimum Bulgarinum Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ Locumtenentem.

ARGVMENTVM.

Socius in dubio præſumitur, contraxiſſe proprio nomine, & ſub obligatione ſui, ſuorumque hæredum; non autem nomine ſociali; niſi aliter ex coniecturis, præſumptionibuſque deprehendi valeat.

Socius ex contractu alterius ſocij, vt obligatus remaneat, inter cætera requiritur, vt, qui cum altero ex ſocijs contraxit, perſonam ſociorum fuerit contemplatus, eorumque etiam intuitu fuerit ſtipulatus, vel, quòd fuerit contractum ſuper rebus ad ſocietatem pertinẽtibus; non autem ſuper omninò extraneis, & nullatenus Mercimonio eiuſdem ſocietatis conuenientibus.

Actio de in rem verſo, an detur creditori contra ſocium non obligatum; quoties pecunia ſub cambio credita alteri ſocio in communem vtilitatem eſt verſa, vel potiùs eadem actio competat inter eoſdemmet ſocios. Declaratur *tex. in l. Iure ſocietatis 83 ff. pro ſocio.*

Quatenus huiuſmodi actio Creditori competat, an verſio in vtilitatem ſocij, qui non contraxit, ſit probanda, cum qualitate tituli lucratiui; non autem oneroſi.

Socius, finita ſocietate, poteſt extrahere ſuum capitale; id enim conuenit naturæ ipſius ſocietatis; & pro eodem capitali præferendùs cæteris creditoribus conſocij.

Potioritas competens Creditori mutuanti ad refectionem, an procedat in pecunia ſub vſuris tradita. Ad intellectum nobilis *Vlpiani* reſponſi *in l. interdum 5. ff. qui potior. in pignor. hab.*

SVMMARIVM.

1 *Socius in dubio præſumitur accepiſſe pecunias ad cambium ſuo proprio nomine, & ſub obligatione ſui, ſuorumque hæredum; non autem nomine ſociali.*

2 *Socius, ad hoc, vt ex contractu alterius ſocij obligetur, duo copulatiuè requiruntur, videlicet, mandatum, & vlterius, quòd ſocietatis nomine ſe obligauerit.*

3 *Socius ex contractu per ſocium nomine proprio inito non obligatur.*

4 *Creditor cambij, ad hoc vt dici valeat ſocietati credidiſſe, neceſsè eſt, quòd conſtet, habuiſſe animum, etiam obligandi conſocium, proindèque ſocios omnes voluiſſe ſibi eſſe obligatos.*

5 *Socius, vt valeat conſocium obligare, requiritur, vt cū eo contrahens contempletur perſonam ſociorum, eorumque etiam intuitu ſtipuletur.*

6 *Actio de in rem verſo, an detur creditori cambij contra ſocios, quoties pecunia ad cambium alteri ſocio tradita in communem vtilitatem, eſt verſa* & num. ſeqq.

7 *Actio de in rem verſo, cuius vigore poteſt creditor, qui cum ſocio contraxit, nomine proprio agere etiam contra conſocium non contrahentem, nec nominatum, eſt fundata in æquitate l. ſi inter* & Titium 32. ff. ſi cert. petat.

8 *Verſio in vtilitatem alterius conſocij, qui non contraxit, eſt probanda cum qualitate tituli lucratiui; non autem oneroſi.*

9 *Idque, etiam procedit in terminis cambij ab altero ex ſocijs nomine proprio contracti.*

10 *Actio de in rem verſo ceſſat contra Dominum, ſi ſeruus factus fuerit debitor Domini.*

11 *Socius, tamquàm tertius poteſt mutuare ſocietati, etiam ſub vſuris.*

12 *Actio de in rem verſo excluditur; quoties partita legitur adnotata ad creditum ſocij.*

Declarantur dec. Buratt 514. & 719.

13 *Socius tenetur ex contractu inito cum conſocio contemplatione rerum ad ſocietatem pertinentium.*

14 *Idque, etiam ſi contractus fuerit initus nomine proprio, nomenque conſocij non fuerit expreſſum.*

15 *Actio de in rem verſo eò magis remanet excluſa, quoties ſocius contraxit ſuper re omninò extranea, ſocietatique nullatenus conueniente.*

16 *Contrariæ auctoritates procedunt ſi à ſocio fuerint receptæ res pro mercimonio ad ſocietatem ſpectantes.*

17 *Socius cenſetur habere mandatum ad ea tantū, quæ naturam contractæ ſocietatis concernunt, neque dicitur habere mandatum ad ea negotia peragenda, quæ ipſi ſocietati ſunt damnoſa.*

18 *Actio de in rem verſo procedit inter ipſoſmet ſocios, quando conſtaret, verſam fuiſſe pecuniam in communem vtilitatem, ſed creditori nulla datur actio contra illum ſocium, cum quo non contraxit.*

Declaratur text. in l. Iure ſocietatis 83. ff. pro ſocio, *eiuſque traditur intellectus.*

19 *Verſio eſt concludenter probanda.*

20 *Socius pro ſuo capitale poſito in ſocietate eſt præferendus omnibus creditoribus conſocij.*

21 *Inter plures creditores is, qui poſſidet, præferri debet.*

22 *Potioritas vigore* legis interdum, ff. qui pot. in pignor. habeant: *quænam requirat.*

23 *Diſpoſitio dictæ* legis interdum *ſolùm procedit in pecunia mutuo tradita, atque adeò gratis conceſſa ad conſeruandam rem; non autem ſub vſuris, & intereſſe.*

24 *Aſ-*

Google

24 *Affertur iuridica ratio prædictæ concluſionis.*

25 *Socius, finita ſocietate, poteſt ſuum capitale à conſocio repetere.*

26 *Extrahere capitale in fine ſocietatis conuenit regulę naturæque euiſdem ſocietatis.*

27 *Capitale, quando ab vno ex ſociis fuit in pecunis erogatum, diſſoluta demum ſocietate eſt pariter in pecunia reſtituendum; niſi ſecus fuerit conuentum.*

28 *Pecuniæ, ſi tempore diſſolutæ ſocietatis, non exiſtant, vendi debent merces, ad hoc, vt ſocius ſuum capitale in pecunia erogatum conſequi valeat.*

29 *Declaratur deciſio* Rotæ in recent 380. n. 1. par. *3. quæ videtur innuere, quòd ſocius erogans pecunias in ſocietate debeat ex illius bonis, ſiue mercibus ſibi ſatisfaecre, & in quo caſu loquatur* & num. 31.

30 *Non omne id, quòd incidenter dicitur in deciſionibus, eſt deciſio, ſed id tantùm, quod principaliter reſpicit cauſæ deciſionem.*

31 *Deciſio prædicta in* recent. 380. part *3. in quo caſu procedat, & loquatur.*

32 *Aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt.*

33 *Societas eſſet leonina, ſi poſtquàm Socius poſuit capitale in pecunia, teneretur illud rehabere in mercibus.*

34 *Contraria concluſio ſolùm procedit, quando ex ſpeciali pacto inter ſocios fuerit conuentum, quòd, finita ſocietate, capitale debeat in tot mercibus reſtitui.*

CAPVT C.

1 ABSOLVENDVS Buſſettus, quia cum Ioannes ſocius in Aromataria acceperit pecunias ad cambium à Franciſco ſuo proprio nomine, & ſub obligatione ſui, ſuorumque hæredum, prout in dubio ita præſumendum, *l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Chryſogonus, ff. de uerb. oblig. l. 2.* ibique *Bart. ſub num. 2. uerſ ſecundò eſt multùm notandum, C. pro ſocio*, idem *Bart. in l. patruus, num. 4. verſ. tertio caſu*, ibique *Fulgoſ. n. 1. uerſ. tertio autem caſu, C. commun. utriuſq. iudic. Bald. in l. pen. Cod. ſi quis alter. uel ſib. Alex. conſ. 134. num. 6. & ſeq lib. 5. Becc. conſ. 113. num. 28. Natt. conſ. 567. num. 3. uerſ. contrarium tamen, Soccin. Iun. conſ. 24. num. 2. lib. 2. et ſeq. Cephal. conſ. 635. num 5. lib. 5. Crauett. conſ. 129. num. 2. Anguiſciol. conſ. 9. nu. 24. lib. 3. Menoch. præſumpt. 96. num. 1. et ſeqq. lib. 3. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 17. num. 1. 7. et ſeqq. et tit. 18. num. 2. et ſeqq. Cyriac. controu. 592. num. 16. Card. de Luca de credit. diſc. 160. num. 6. in ſupplem. part. 2. Gratian. dec. Marchiæ 178.* ibique *Add. Peregrin. deciſ. 90. ſub num. 8. uerſ. confirmat etiam, Rot. in rec deciſ. 332. num. 18. et ſeq. part. 10. Coccin. deciſ. 352. num. 1. Card. Celſ. deciſ. 11. num. 6.* Non autem nomine ſociali, nullo Iure poteſt Buſſettus conueniri, qui huiuſmodi contractui non interuenit, neq; ſe obligauit; quod, enim nomine proprio fuit geſtũ, non debet ad ſocietatem referri, *l. Iure ſocietatis, ff. pro ſocio, l. ſi ſeruus. §. 1.* ibi: *Societatis nomine, ff. eod Bal. in dict. l. Iure ſocietatis ff. pro ſocio, & conſ. 125 col. 5. & in l. ſi patruus. C. commun. utriuſq. Iudic. Ronchegal. in l. eumdem num. 199. ff. de duob reis, Alex. conſ. 76 lib 4. & conſil. ult. lib 7. et conſ. 139. num. 1. et ſeq. lib. 5.* vbi,
2 quòd duo copulatiuè requirantur, vt ſocius ex alterius ſocij contractu obligetur, videlicet, mandatum, & vlteriùs, quòd ſocietatis nomine ſe obligauerit, *Dec. conſ 98. num. 2. & in l. ſi ſocius. ff ſi cert. petat. Pariſ. conſ. 93. num. 27. & conſ. 94. num. 22. & 50. lib. 1. Cephal. conſ. 635. num. 4. & ſeqq. Natta conſ. 567 num. 3. & trib. ſeqq. Soccin. conſ 154. verſ. ſecundus caſus, Surd. conſ 183. num. 42 & dec. 153. num. 16. Rimin. Iun. conſ. 331. num. 5. & ſeqq. Felic. de ſocietat. cap. 30. num. 2. Cyriac. controu. 592 num. 14. & ſeqq. Stracch de Mercat. tit. de contract. Mercat. ſub num. 15. verſ. & illud tertium, Manſ. conſult. 193. num. 21. & ſeq. Roccus de ſocietat. Mercator. notab. 44 nu. 86. Gratian. dec. Marcb. 178. num. 11. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27 pro ſocio defin. 1.* latè *Theſaur. dec. 136. num. 4. Card. Caualer deciſ. 38. num 5.*

3 Et in ſpecie, quòd ex cambio per ſocium nomine proprio contracto alter ſocius non obligetur, *Rot. Iannen. dec. 14. num 94. & num. 123.* & egregiè iuxta morẽ *Cardin. Otthobon. dec. 40. num. 27. & deciſ. 94. num. 16.*

4 Quod maximè locum habet, quia nullibi conſtat, creditorem cambij animum habuiſſe obligandi Buſſettum conſocium, quod præciſè eſt neceſſarium ad effectum, vt dici poſſit ſocietati crediſſe proindèque ſocios omnes voluiſſe ſibi eſſe obligatos, *l. fin. ff. de exercit. action Natt. conſ. 577. num. 6. Gratian. cap. 725. num. 8 verſ. præterea, Theſaur. dict. deciſ 136. num 6.* & in his præciſis terminis cambij. *Rot. Iannen. d. dec. 14. nu. 97. & 123. Card. Otthobon. d. dec 94. num. 17.*

5 Ad hoc enim, vt ſocius valeat conſocium obligare, requiritur, vt is, qui cum eo contrahit, perſonam contempletur ſociorum, eorumdemque etiam intuitu ſtipuletur, *Alex. dict. conſ. 139. num. 1. lib. 5. Trombetta de ſociet. cap. 5. num. 25. Hodiern. ad Surd. dec. 213. Theſaur. dict. dec. 136. num. 6.* & in eadem cauſa *Oſaſch. dec. 150. Epiſcop Riccius in collect. deciſ. 1376. & 1913. Carocius dec. 118. num. 11. Rot. Ian. d. dec. 14. num. 97. et 123. Card. Otthobon. deciſ. 40. num. 41. et ſeq.*

Parumque releuat pretenſa verſio pecunia-
6 rum cambio traditarum in ſocietatis vtilitatem, ex qua vtilis actio de in rem verſo orta fuerit fauore creditoris cambij, iuxta terminos *l. Iure ſocietatis, 83. ff. pro ſocio*, ibiq; DD. vbi de pecunia in communem arcam verſa.

7 Cum enim actio de in rem verſo, cuius uigore poteſt creditor, qui cum ſocio proprio nomine contraxit, agere etiam contra conſo-

cium non contrahentem, nec nominatum, ſit
fundata in æquitate, *l.ſi me, et Titium 32. ff.ſi
cert.petat.* ut inquit *Bald.in l.ei qui 7. in fin. C.
quod cum eo, Card.Otthobon.d.dec.40.nu.46.in
fin.verſ.et tamen ad effectum.*

8 Hinc fit, ut eſſet concludenter probanda
uerſio in utilitatem alterius ſocij, qui non
contraxit, cum qualitate tituli lucratiui, hoc
eſt, ut pecunia alterius ad ſocium peruenerit
titulo lucratiuo, nullaque conſiderari ualeat
cauſa, cur apud eumdem ſocium permanere
debeat; ſecus autem, ſi ad ſocium peruene-
rit pecunia alterius cum titulo oneroſo,
in ſatisfactionem, nempè, alicuius credi-
ti, *Caſtren.in l.ſi pro parte, §.ſi Domini, ff.de in
rem verſo,* optimè ex more *Io:Franc. de Pont.
conſ.70.num.6.lib.2. Menoch.* alios congerens,
*de recuperand.poſſeſſ.remed.4.nu.2.et ſeq. Gra-
tian. cap. 193. num.21.* & in ſpecie ſo-
cietatis, benè *de Marin.quotid. lib.1. cap.320.
num.5.Capyc.Latr.conſult.95.n.9.et ſeqq. lib.2.*
9 & in præciſis terminis cambij à ſocio nomine
proprio contracti optimè aduertit *Cardin.Ot-
thobon.dict.decis.40.num.46.et ſeq. et deciſ.94.
num.18.et ſeq.*

Ideòque, cum pecuniæ ex uenditione Aro-
matariæ perceptæ peruenerint ad Buſſettum,
non ex titulo lucratiuo, ſed merè oneroſo, eò
quia eidem, finita ſocietate, reſtitui debuit
capitale initio ſocietatis de proprio erogatũ,
iuxta formam ſpecialis conuentionis cum
conſocio initæ, & diſpoſitionis Iuris commu-
nis, ex infra firmandis; meritò non uindicat
ſibi locum actio de in rem uerſo, ex ſupra de-
ductis.

Quinimò, cum Buſſettus ſit creditor con-
ſocij in longè maiori ſumma, quàm importet
creditum cambij ob capitale ſocietatis non
integrè eidem Buſſetto reſtitutum; quemad-
modùm, ſi idem conſocius uellet agere ex di-
cto credito cambij contra Buſſettum, utique
poſſet repelli ex cauſa ſupradicti debiti, ita
etiam remanere debent excluſi aduerſarij cre-
ditores cambij ex eodem Iure agentes, argu-
mèt. *tex.in l.non debet 42. ff.de regul.Iur. Natt.*
10 *conſ.398.num.3.* & in puncto eſt *text* expreſſus
in *l.ſi pro parte 10.§ idem quærit, ff.de in rem
verſo,* ubi, quòd ceſſet actio de in rem uerſo
contra Dominum, ſi ſeruus factus fuerit de-
bitor Domini, ibique ſignanter *Bart. Bald. et
Salicet.* & declarat *Caſtr.in eadem l.ſi pro par-
te, §.ſi Domini, num.2. Azo.in summ. tit. quod
cum eo, qui in alien poteſtat. num.51. verſ defi-
cit autem hæc actio, fol.98 in magnis. Surd.cõſ.
333.num.15.et 16.Rot.in rec.deciſ 205. num.4.
par.1.* & in his præciſis terminis *Card. Otthob.*
ſæpiùs citata *deciſ.40.num.43. verſ.quia cum
euidenter, et duob.ſeqq.et dec 94.num.20.et ſeq.*

Vlteriùs, cum pro pecunijs acceptis ad cã-
bium per Ioannem nomine proprio, & ab eo-
dem ſub uſuris traditis ſocietati fuerit ab ea-
dem ſocietate promiſſum intereſſe quinque
11 pro centenario eidem Ioanni, qui tamquàm
tertius potuit mutuare ſocietati, etiam ſub
uſuris, iuxta *text.in l.ſi vnus 68.§.ſi vnus, verſ.
ſi quid unus, ff pro ſocio,* ibi: *Sed ſi ſuam pecu-
niam dedit, non ſine cauſa dicitur, quod uſuras
quoque percipere debeat,* ibique optimè *Cuiac.
Felic.de Societ.cap.27. nu.18. Leotard.de vſur.
quæſt.31. num.44. Rebell.de Iuſt.et Iur.lib.15.
quæſt.7. num 7. Caſtropalao de Iuſtit.commutat.
diſput.8.punct.7.num.3.part.3.Cardin.de Luca
de credit.diſc.62.n.2.Borgogn.dec.10.n.11.p.2.
Rot in rec.dec.380. num.1. part.3.* Sed inſuper
partita ſcutorum 400. in libris ſocialibus fue-
rit deſcripta ad creditum eiuſdem Ioannis,
nulla prorsùs facta mentione, quòd pecunias
ad cambium Franciſcus eidem Ioanni tradi-
derit.

12 Hinc reſultat, ut ex huiuſmodi deſcriptio-
ne eò magis excluſa remaneat actio de in rem
uerſo, prout in terminis ſocietatis fundacariæ
*Buratt.dec.514.num.5.et ſeq.verſ.et fuerunt ad-
notatæ partitæ,* ubi, quód ex partitis adnota-
tis ſuper libris ad creditum ſocij, abſque ali-
qua mentione, quòd pecuniæ eſſent dotales,
non poſſint dici uerſæ in utilitatem ſocietatis,
prout neceſsè eſt, ad hoc, ut actio de rem uer-
ſo locum habeat, *Gratian.* qui eandem deciſio-
nem ad uerbum tranſcripſit, *cap.964. num.6.
et ſeq.*

Et licèt non ignorem à prædicta *deciſ. Bu-
ratt.514.* fuiſſe receſſum, prout ex alia *deciſ.*
eiuſdem *719.* Id tamen euenit ex alio motiuo,
quòd, nempè, cum dos fuerit conſtituta cum
ſpeciali conuentione, ut bona fundacaria,
tàm empta, quàm emenda eſſent hypotheca-
ta pro reſtitutione eiuſdem dotis, ideò mer-
ces emptæ cum pecunia dotali remanſerint
affectæ onere hypothecæ, & mulier cum cre-
ditoribus fundacarijs ſocietatis concurrere
potuerit.

Prædicta omnia fortiùs admittenda; non
enim uerſamur in debito contracto à ſocio ra-
tione pretii mercium emptarum pertinentiũ
ad Aromatariæ exercitium, in quo caſu fortè
13 poſſet dici, quòd, etiam ſi ſocius nomine
poprio contraxerit, remaneat obligatus alter
ſocius non contrahens, ex quo ratione ſubie-
ctæ materiæ pretij mercium inſeruientium
pro uſu Aromatariæ ſedulò in huiuſmodi ma-
teria inueſtigandæ dici poſſet, contractum
ab utroque ex contrahentibus initum fuiſſe
intuitu, contemplationeque ſocietatis ratio-
ne reciproci mandati, quod inter eos datum
intelligitur, ut in cauſam ſocialem unus poſ-
ſit alterum obligare, iuxta *gloſ. in l.Iure ſocie-
tatis 83.* ubi *Bald. uerſ.et iſta lex,* præcisè hoc
notat, *ff.pro ſocio, Cyn.in l.ei qui in 3.notab.
num.2.Cod.quod cum eo, Bart.in l.poſt mortem,
§.tutor. num.3. ff.quand. ex fact. tutor.* in quo
textu reperitur ſancitum, quod pecunia nomi-

ne

ne pupilli dicatur capta, quia pro re iudicata ad pupillum ſolùm ſpectante fuit accepta, *Dec. in l. ſi ſocius 15. num. 3. verſ. & hoc declaratur, ff. ſi cert. petat. & conſ. 98. num. 2. verſ. quia etiam, Caſtr. conſ. 242. lib. 1. Crauett. conſ. 159. num. 8. Marta conſ. 129. nu. 17. Hodier. ad Surd. dec. 213. nu. 2. Coſta de ration. & rat. quæſt. 99. & de remed. ſubſidiar. remed. 77. num. 7. Card. de Luca de credit. diſc. 87. num 5. & in ſupplement. diſc. 160. n. 4. & de camb. diſc. 29. num. 3. Theſ. dec. 136. Card. Celſ. deciſ. 2. num. 3.* aliiſque allegatis, *Manſ. conſult. 193. num. 21. & ſeqq. lib. 2.*

14 Idque, etiam ſi contractus fuerit initus nomine proprio, nomenque ſocij non fuerit expreſſum, *Ronchegal. in l. eamdem num. 195. in fin. verſ licèt ſit contractum, ff. de duob. reis, Caſtrenſ. conſ. 242. num. 2. verſ. prædicta procedunt lib. 1.* benè *Manſ. d. conſult. 193. num. 21. verſic. aut verò, & ſeqq. Rot Ianuen. dec. 14. num. 13. verſ. quartò inter alia, & num. ſeq. & num. 96. Card. Celſ. d. dec. 2. num. 4.*

15 Sed potiùs agitur de puro debito cambij conſiſtente in pecunia nomine proprio à ſocio contracto, nulla prorsùs habita expreſſione in contractu, quòd in cauſam Aromatariæ receperit, ideòque, cum in materia omninò extranea, & nullatenus ſocietati conueniente fuerit contractum, eò magis excluſa remanet actio de in rem verſo, *l. 1. §. non autem, ff. de exercit. act.* ibique *Bart. l. Iure ſocietatis 82. ff. pro ſocio,* optimè *Paſeth. conſ. 199. ſub num. 5. & 7. verſ. ex prædictis, & num 12. uerſ. tertiò reſpondeo, Crauett. conſ. 29. num. 12.* Rimin. Iun. *conſ. 216. num. 21. 22. & ſeq. & num. 75. & 83. Pariſ. conſ. 94. nu 16 23. & ſeq. lib. 1. Peregrin. conſ. 95. num. 5. lib. 3. Cattan. conſ. 7. num. 13. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 8. num. 9. & ſeq. Manſon. de cauſ. exequut. ampliat. 24. num. 10. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 9. num. 83. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 2. num. 8. 11. & 14.* Hodiern. *ad Surd. dec. 213. nu. 2. Merlin. de pignor. quæſt. 76. num. 12. Felic. de ſociet. cap. 30. num. 3. Card. de Luca de credit. diſc. 77. num. 10. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 27. pro ſocio defin. 1. Rot. Ian. dec. 12. num. 16. & deciſ. 14. num. 96. Sanfelic. dec. 177. num. 6. Add. ad Buratt. decíſ. 85. num. 13.* & admittit concluſionē *Manſ. conſult. 194.* licèt in ſuo caſu ex facti circumſtantijs ſuadentibus in cauſam ſocietatis mutuum ab altero ex ſocijs fuiſſe contractū, contrarium conſuluerit; & in id ipſum rectè conferunt Iura in *l. ſed nec æs alienum, & l. omne æs alienum, & l. verùm, §. id quod, ff. pro ſocio.*

16 Quidquid fortaſsè contrarium dici poſſet, ſi fuiſſent à creditore receptæ merces ad artē Aromatariæ ſpectantes, in quibus terminis procedunt authoritates ex aduerſo allegatæ, ſignanter *Vbald. de duob fratrib. part. 5. num. 3. verſ. an verò non cauſa lucri, Monac. dec. Bonon. 51. num. 9. verſ. & ita eò magis, Milanen. dec. Si-*

cil. 13. num. 54. & ſeq. lib. 1. Card. Celſ. d. decíſ. 2. nu. 8. aliæque adductæ per *Manſ. d. conſult. 193. num. 21. & ſeqq.*

17 Idque ea potiſſimùm ratione ab auctoritatibus ſupra laudatis expenſa, quia cum ad hoc, vt vnus ex ſocijs alterum licet abſentem obligare valeat, oportet, quod ab eo habuerit expreſſum, vel ſaltem tacitum mandatum, *Pariſ. conſ. 94. num. 25. & ſeq. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 216. num. 75. Caroc. decíſ. 12. Rot. Ian. decíſ. 14. num. 112. & 125.*

Mandatum verò, quod vnus ex ſocijs ab altero haberi cenſetur, ad ea tantùmmodò ſit limitatum, quæ naturam contractæ ſocietatis concernunt, *Crauett. conſ. 29. num. 1. Alba conſ. 547. num. 23.* ibique *Add. lit. E. Surd. conſ. 43. n. 9. Felic. de ſociet. cap. 28. nu. 6. & 34. Monac. dec. Bonon. 51. n. 2. Rot. Ian. dec. 14. n. 12.* Quinimò neque aliquod cenſeatur habere mandatum ad ea negotia peragenda, quæ damnum ipſius ſocietatis manifeſtum præſeferant, *gloſ. in l. nemo poteſt. ff. pro ſocio, Alex. conſ. 154. num. 8. lib. 2. Alba conſ. 547. num. 4.* ibique *Add. lit. A.* Giurb *ad Conſuet. Meſſan. cap. 19. gloſ. 2. num. 7. Rot. in recen. decíſ. 452. num. 8. part. 4.*

18 Prædictis omnibus accedat, quod, etiam ſine ueri præiudicio, ſi eſſet probata uerſio pecuniæ receptę ad cambium, neque etiam poſſet Buſſettus ſocius conueniri à creditore cambij actione de in rem uerſo: Tum ex quo diſpoſitio *text. in d. l. Iure ſocietatis, ff. pro ſocio,* procedit quò ad ipſos ſocios, & inter ipſos, quando conſtaret, uerſam fuiſſe pecuniam in communem utilitatem, quia eo caſu ſocio ſuccurritur contra ſocium, ſed creditori nulla datur actio contra illum ſocium, cum quo non contraxit, ita in ſpecie prædictum *text.* intelligunt ibi *Fulgoſ.* & clariùs *Alberic. & Anton. Fab. in Rational.* & ſequuntur hunc intellectum *Vbald. de duob. fratrib. part. 1. qu 9. num. 1. ad fin. verſ. aut quærimus, Paſeth. d. conſ. 199. nu. 13. & ſeq. verſ. verſio procedit, Cephal. conſ. 635. num. 3. & 8. lib. 5. Rimin. Iun. conſ. 331. num. 8. lib. 3.*

Tum etiam, quia, quatenus poſſet eſſe locus prædictæ actioni de in rem uerſo, quod
19 ex allegatis, nullo prorsùs Iure ſubſiſtit, cum neque etiam uerſio probetur concludenter, prout requiritur, *Cephal. conſ. 635. num. 1. & ſeq. Rimin. Iun. conſ. 331. num. 8. Paſeth conſil. 199. num. 14 Card. Ottbobon dict. decíſ. 40. num. 46. & ſeq. & num. 48. & dict. decíſ. 94. num. 19. & ſeq.*

20 Adhuc, uel Buſſettus præferri debet pro ſuo capitali poſito in ſocietate, & in parte recuperato omnibus creditoribus ſocij, *Hermoſill. ad l.* Hiſpan. *49. tit. 5. part. 5. gloſ. 6. ſub num. 9. Franc. Ant. Coſt. conſ. 55. num. 2 Fontanell.* alios referens, *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 2. à nu. 52. vſq. ad 63. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 9. n. 60.*

21 Vel ſaltem, cum adhuc eandem actionem de in rem uerſo habeat idem Buſſettus, ſitque poſſeſſor pecuniæ ab eo erogatæ pro capitale ſocietatis, utique præferri debet creditori cãbij, etiam cæteris paribus, l.ſi debitor 10. verſ. inter ipſos, ubi ſignanter Bald.ff.de pignor.Soecin.Sen.conſ.135.num.52.poſt med. verſ.confirmatur, lib.5.Surd.conſ.4.num.11.& ſeq.Angel.conſ.205.Aſin.de exequut.§.7.cap.22.Maſtrill.ad Petr.de Gregor.de cenſ.quæſt.6.num.93.verſic.quæro, & ſeq.Coſt.de port.rat.quæſt.115.nu.3.in fin.Pacific de Saluian.inſpect.3.cap.12.nu.433.Neguſ.de pignor.part.5.membr.2.num.31. Acoſta de priuileg. creditor.regul.3. in præfat.num.89.& ſeqq.Cardin.Mant.de tacit.lib.11.tit.22.num 15 Ceual.commun.quæſt.248. num.49. Theſaur.quæſt for.106.num.3. lib.3. Merlin.de pignor.lib.4 tit.1.quæſt.4. nu.37. Gait.de credit.cap.4.quæſit.11.num.1834. Olea de ceſſion.Iur.tit.6.quæſt.8.num.10. Cardin.de Luca de credit.diſc.1.num.3.Franch.dec.260.num.4. ibique de Luca in addit. num.5. verſ.nec reuocari, Io:Franc.de Ponte deciſ.34.num.25.& ſeqq. Card.Celſ.dec.254.num.6. & Nos alibi diximus.

Tandem prætenſa potioritas crediti partis aduerſæ, ex quo cum pecunijs ad cambium traditis ſocio conſeruauerit exercitium Aromatariæ, iuxta terminos l.interdum, ff.qui potior.in pignor.habean. facilè tollitur; Ad hoc
22 enim, ut ſibi locum uindicet priuilegium ex d.l. deſumptum tria copulatiuè requiruntur.

Primò, ut pecuniæ nominatim in cauſam conſeruationis negotij dentur; cum non ſufficiat erogatio poſtmodùm facta in eamdem cauſam, Gloſ.in l.quod quis, uerbo ob nauem venditam, verſ.ſed refert, ff.de priuileg. credit. ibique Bart.ubi ita concordat illum textum cũ l.Procuratoris, §.planè.ff.de tribut.act. quod requiſitum abſque dubio deficit in præſentia, cũ pecuniæ ad cambiũ fuerint ſimpliciter datæ Ioanni nominè proprio contrahenti, nulla prorsùs habita mentione de Aromatharia.

Secundò, ut in eam cauſam pecuniæ fuerint expenſæ, d.l.interdum, ibi: Si in rem ipſam conſeruandam impenſum eſt, Caſtr.in l.creditor 25.n.1. verſ & hoc quod expreſsè, ibiq; Iaſ.n.2. Dec.n.3. Aleiat.n 10. ff.ſi cert.petat. Rip.in l.ſi ventri, §.1.nu.3. ff.de priuileg credit.& in l.1.n.6. ff.in quib.cauſ.pign. vel hypothec.tacit.contrahit. quod, neque etiam liquidó probatur.

Tertiò, quòd exiſtat, quod requiſitum, neque etiam concurrit, undè omnia tria requiſita deficiunt, & nihilominus copulatiuè concurrere debent, Neguſ. de pignor. in 2.memb. part.5. numer.15. verſic.& iſta prima fallentia, Spad.conſil.268.num.6.& ſeq. lib.2 Gratian.cap.25.num.22.Miſinger.obſer.60 num.2.& ſeq.cent.1 Gait.de credit.cap.4.quæſit.11.num.1565. Surd de alim. tit.8. priuileg.48. num 7.& 8.Merlin.de pignor. lib.3. tit.1.qu.5. num.66.Gaill.lib.2.obſer.12. nu.4. Mart.Medic. exam.11.num.5.& ſeqq.Amat.reſol.3.num.51.& ſeq. Card.de Luca de credit.diſc.1. num.11. Vbald.dec.176.num.6.& ſeq.

23 Præterquám quòd, cũ pecunia cãbio fuerit credita ſub uſuris, & intereſſe, non procedit diſpoſitio d.l.interdum, quę ſolùm uindicat ſibi locum in pecunia mutuò, atque adeò gratis tradita, iuxta ſingularem theoricam Rip. in l.1.nu.7.ff.qui potior in pignor.habean.quam ſequuntur Spad. dict. conſil.268. num.9. lib.2.
24 ubi de pecunijs datis ad ſocietatem officij, Pacific.de Saluian.interd.inſpect.3.cap 4.n.663 verſ.quartò procedit; qui enim pecuniam dedit ſub uſuris, non uidetur, illam dediſſe ratione prouidendi conſernationi rei, ut illam ſaluam faceret; ſed potiùs cauſa lucrifaciendi, iuxta monitum Bart.in l.quod 18. poſt n.1. ff.de priuileg.credit. & in his terminis optimè poſt Rip. ponderat Spada loco proximè allegato. Quidquid de prædicta opinione dubitet miratus de ſententia ſui Senatus, Io:Frãc. de Pont.dec.34.n.51.53.et 54.

In hac eadem cauſa fuit etiam diſceptatũ, an de Iure ſubſiſtat exceptio oppoſita aduerſùs deliberationẽ Aromatariæ, ſub prætextu, quòd Buſſetto eſſet capitale reſtituendum in tot mercibus in ſocietate repertis, non autem in pecunia, prout fuerat ab eodem Buſſetto erogatum, & nullo Iure ſubſiſtere ſuadent infraſcripta.

25 Siquidem receptiſſima eſt Iuris concluſio, quòd, quando ſocius ponit capitale in pecunia; alter uerò ſocius operam, & induſtriam, in quibus terminis propriè præſens uerſatur controuerſia, ſtatim, finita ſocietate, debeat ſocius ſuum capitale à conſocio repetere, ut eſt text.in l.cum duobus, §.ſi in coeunda, ff.pro ſocio, l.actione, §.communis, ff.eod. Soecin.Sen.conſ.24.num.23.lib.1.aſſerens, quòd ſuper hoc non ſit dubium, Spad.conſ.296.num.14. lib.2. Eſcob.de ratioc.cap.21.num.5.Facchin.controu.Iur.lib.2. cap.94. verſ.contrariam ſententiam, Azor.inſtit.moral. par.3. lib.9. cap.3. quæſt.1. Card.Tuſch.lit.S.concl.304.num.9.Leotard.de vſur.quæſt.31.num.29. verſic.contrariam verò, Rocc.de ſociet.Mercator.notab.197.et reſponſ.35 num.7. lib.1. eiſdemque accedunt Summiſtæ, & Theologi, inter quos D.Thom.2.2.quæſt.78. art.2.ad quintum, Tabien.uerbo vſura 3.num.4. Rebell.lib.15 quæſt.2.Ferdinand.à Caſtr. diſp.9. punct.3.Filliucc.tract.38.cap.3.num.44.Bonac. diſput.3.de reſtit.quæſt.6.punct.3. nu.3. Sot.lib.6.quæſt.3.art.1.alijque relegendi penes Giball. lib.5.de vſur.cap.2.art.6.num.1.et ſeqq.

Quidqnid in contrarium aberrantes à cõmuni ſenſerint Alberic. in l.1. Cod.pro ſocio, Corn.in l.ſi paciſcenda, num.13.et ſeq. Cod.de pact.Couarr.lib.3.var.cap.2.Corrad.de contract. quæſt 93.Duard.de ſociet.cap.4.quæſt.8.Rocc.in notab.de ſociet.Mercat.Notab.24.num.56. poſt primum vol.reſponſ. exiſtimantes, etiam pecuniam

Digitized by Google

niam ab altero ſocio collatam, unà cum lucro ex eius uſu, & negotiatione habito diuidendam eſſe, quorum ſententia poſſet procedere, quando pecunia, & induſtria ſunt æqualis ualoris, in quibus terminis loquuntur authoritates contrariæ, ſignanter *Molin.diſput.416. num.4. et 5.* aliique relati per *Giballin.dict.lib.5.de vſur.cap.2. art.6. num.3. et ſeqq.Duard.de ſociet.lib.2.cap.4. quæſt.8. Rocc. de ſocietat.Notab.24. num.56. poſt primam uol. reſponſ.* & Nos diſputatione adnotauimus præcedenti.

26 Idque ea potiſſimùm ratione, quia extrahere capitale in fine ſocietatis conuenit regulæ, naturæque eiuſdem ſocietatis, ut inquit *Bald.in l.ſi non fuerit, et in l.ſi duobus,§.in coeunda,ff.pro ſoc.et conſ.463.num.4.lib.1.Bart.Bald. et Salycet.in l.1. Cod.eod. Soccin.Sen. conſ.24. num.31.lib.1.Rot.in rec.dec.554.n.10.verſ.nam extrahere capitale,p.1.*

27 Hinc eſt, ut quando capitale fuit erogatū ab uno ex ſocijs in pecunia; utique diſſoluta ſocietate, eſt pariter in pecunia reſtituendum, niſi aliter expreſsè reperiatur conuentū, *Cardin.Tuſch.lit.S.d.concl.291. nu 5.* & pro indubitato ſupponunt *Facchin. controu.Iur. lib.2. dict.cap.94. verſ.contrariam ſententiam, Giurb.*

28 *dec.15 in princ.* ad quem effectum, ſi forſan pecuniæ, tempore diſſolutæ ſocietatis, non exiſtant, diſtrahendæ ſunt merces ad hoc, ut ſocius ſuum capitale in pecunia erogatum conſequi ualeat, iuxta praxim traditam à *Petr.de Vbald.de duob fratrib.11.part.princip. num.103.et ſeq.fol.201.in paruis.*

29 Neque huic ueriſſimæ concluſioni aduerſatur *deciſio* ex aduerſo allegata in *rec.dec.380. num.1.par.3.* quæ uidetur innuere, quòd ſocius erogans pecunias in ſocietate debeat ex illius effectibus ſibi ſatisfacere.

Siquidem, omiſſo, quòd perfunctoriè loquitur, & abſque aliqua diſcuſſione huius articuli, cum caſus *d.dec.* eſſet de ſocio, qui mutuauit pecuniam ſocietati, tamquàm tertius, cui bona ſocietatis non poſſunt dari in ſolutum, atque adeò non meretur attendi; non enim

30 omne id, quod incidenter in deciſionibus cōtinetur, eſt deciſio; ſed id tantùm, quod principaliter cauſæ reſpicit deciſionem, *Cardin.de Luca de vſur. diſc.1. num.18.* perpetuóque eadem *Rota* proteſtata eſt, præcipuè coram *Card.Seraphin.deciſ.299.in fin.uerſ.ult. Venia deciſ.5.num.ult.Bich.deciſ.480.num.31.Rot.diuerſ.deciſ.713.n.3.part.4.in rec.dec.17. num.9. part.7.et dec.196.n.38.p.11.*

31 Adhuc deciſio prædicta non loquitur in caſu, quo ſocius ſuum intendit rehabere capitale; ſed ſolùmmodò, quando unus ex ſocijs ad aliquam condemnatur ſummam ob æs alienū pro ſocietate contractum fauore alterius ſocij, qui mutuauit ſocietati, tamquàm tertius, & eſt intelligenda iuxta *text.* quem allegat in *l.omne æs alienum,ff. pro ſoc.* in quo ſolùm legitur ſancitum, quòd omne æs alienum, quod, manente ſocietate, eſt contractum, de communi ſit perſoluendum, quod nihil prorſùs commune habet cum concluſione, ut ſocius, qui erogauit capitale in pecunia, teneatur in ſolutum tot merces recipere; id enim aduer-

32 ſatur, nedum regulis Iuris communis ſanciētis, ne aliud pro alio, inuito creditore, ſolui poſſit, *l.2. §.mutui datio, ff.ſi cert. petatur.*

33 Sed etiam regulis ſocietaris, quæ eſſet prorſùs Leonina, ſi poſtquàm Buſſettus ſoluit capitale ſocietatis in pecunia, illud in mercibus rehabere eſſet cogendus, *l.ſi non fuerit 29. §. Ariſto, ff.pro ſocio.* Accedente præcipuè qualitate Buſſetti, qui nunquàm ſe euaſurum Aromatarium ſomniauit.

34 Solùmque contraria concluſio poſſet procedere, quando ex ſpeciali pacto inter ſocios fuiſſet conuentum, quòd, finita ſocietate, capitale reſtitui deberet in tot mercibus, prout in ſpecie ſocietatis Aromatariæ fuerat conuentum in caſu *dec.Cardin.Millin.186. num 3. uerſ.et hoc etiam, et num.ſeqq.* ex aduerſo allegata, & in eadem cauſa *Spad.conſ.296. lib.2.*

ARGVMENTVM.

Facultas tributa ſocio ab altero ſocio accipiendi pecunias ad cambium pro indigentijs ſocialibus, an poſſit exerceri, ſocio non certiorato de eiſdem indigentijs. Et an eadem facultas ſuffragetur, ad hoc, vt ſocius valeat cū ſe ipſo cambiare

Mandatum generale, ſi alicui detur ad cōtrahendum, an poſſit contrahere cum ſe ipſo; & de alijs; ſimilibus ad huiuſmodi materiam.

Socius, tamquàm tertia perſona, an mutuare valeat ſocietati ſub vſuris; Ad intellectum, & ornatum celebris *textus in l. ſi vnus 68.§.ſi quid vnus, ff.pro ſocio.*

S V M M A R I V M.

1 *Conditionem præſeferunt verba conſequentia aliquam facultatem in certum futurum euentum.*

2 *Accedente potiſſimùm dictione,* quando.

3 *Socio tributa facultas ab altero ſocio accipiendi pecunias ad cambium ab alijs pro indigentijs ſocietatis, non poteſt exerceri, niſi altero ſocio interpellato.*

Contrarium num. 7.

Declara, ut num. 8. & ſeqq.

4 *Debitor ſub conditione non poteſt dici conſtitutus in mora; niſi de conditionis certificetur euentu.*

5 *Socij mandatum non habent vltrà limites verborum contentorum in capitulis, initæ ſocietatis,* quo-

quorum forma ad vnguem ſeruanda.

6 *Facultas Socio conceſſa accipiendi pecunias ad cambium ſub conditione, non anteà poteſt axerceri, quàm illa ſit purificata; eum non aliter; nec priùs conceſſa cenſeatur.*

7 *Facultas data capiendi pecunias ſub vſuris, quoties opus ſit, dicitur conditionalis, & indigentia probari debet.*

8 *Data facultate cambiandi, licet ſocio accipere pecunias ad cambium ſine alia interpellatione conſocij.*

9 *Intellige, quando facultas eſt ſimpliciter tradita; ſecus, quando eſt conceſſa ſub conditione; tunc enim omninò requiritur interpellatio.*

10 *Debitor eſt certiorandus de conditionis euentu, alioquin non dicendus in mora conſtitutus.*

11 *Socius de indigentia certioratus, ſcienſque, debitum eſſe ſub vſuris, poteſt ſuæ conſulere indemnitati.*

12 *Data à debitore creditori facultate accipiendi pecunias ad cambium ſine interpellatione, debitor adhuc certiorari debet, quòd pecuniæ ſint ad cambium acceptæ.*

13 *Bona fides, quę in ſocietatis contractu exuberare debet, non patitur, vt ſocius conſumat conſocium, ponendo eumdem inſcium ſub vſuris.*

14 *Facultas cambiandi cum ſe ipſo non competit ſocio; niſi fuerit expreſsè conceſſa per conſocium.*

15 *Facultas tributa à ſocio alteri ſocio accipiendi pecunias ad cambium ab alijs pro indigentijs ſocialibus, non extenditur ad cambia per ſocium à ſe ipſo accipienda,* & num. 10.

16 *Mandatum ad contrahendum; ſi alicui detur, non poteſt cùm ſe ipſo contrahere, cum propria perſona ſemper excluſa cenſeatur.*

17 *In mandato, licet generali, numquàm venit perſona Procuratoris; niſi exprimatur.*

18 *Mandatum habens ad reſignandum, ſibi ipſi reſignare non valet.*

19 *Mandatum habens ad vēdendum, ſubſtituendū, & eligendum, non poteſt ſibimet ipſi vendere, aut ſeipſum ſubſtituere, vel eligere.*

20 *Socius non poteſt cambiare cum ſe ipſo, licèt eidem fuerit tributa facultas accipiendi pecunias ad cambium,* & num. 14.

21 *Socius ſolus adminiſtrans pro Inſtitore habendus, & vti Inſtitor indicandus, quò ad portionem ad conſocium ſpectantem.*

22 *Conditio, quæ tacitè ineſt, non operatur tantùm, quantùm, ſi exprimatur.*

23 *Conditio expreſſa magis operatur, quàm tacita ad impediendam obligationis natiuitatem.*

24 *Reprobatur Metaphiſica diſtinctio inter ſociū, & negotium; quæ non poteſt procedere, quo ad effectum ſcientiæ, quia negotium non intelligit, ſed intelligunt participes.*

25 *Socius tamquàm tertius poteſt mutuare ſocietati, etiam ſub vſuris.*

Declara, vt num. 2. & ſeqq.

Expenditur, text. in l. ſi unus 68. §. ſi quid vnus, ff. pro ſocio.

26 *Socius, qui credit ſocietati, differt à non ſocio quò ad facultatem accipiendi ad cambium à ſeipſo, & quò ad interpellationem faciendam.*

Declara, vt num, ſeqq.

27 *Inter ſocios hoc tacitè videtur actum, & conuentum, vt quiſque poſſit vtiliter, & neceſſariò in cauſam ſocietatis impendere.*

In quo caſu, etiam mora non interueniente, is, qui impendit, poteſt agere ad id, quod intereſt ibid.

28 Text. in dict. leg. ſi vnus *dat conſocio lucrum ceſſans, vel damnum emergens; non autem dicit, quòd liceat ſocio dare pecunias ad vſuras ipſimet ſocietati.*

29 *Idem text. quò ad vſuras eſt abrogatus à Iure communi in ſententia* Leotardi; *ſolùmque ſocius poteſt petere præter ſortem, quod ſua intereſt ratione damni.*

30 *In aliquorum ſententia* dict. *text. procedit in intereſſe; non autem in vſuris.*

31 *Declaratur* Rot. in recen. dec. 380. num. 1. part. 3.

32 *Intereſſe lucri ceſſantis in Curia Romana non datur ſine requiſitis* Caſtrenſis; *idque etiam ſi res agatur inter Mercatores.*

33 *Mandatum legis datum ſocio accipiendi pecunias ſub vſuris pro indigentijs ſocietatis. intelligi debet, præuia interpellatione.*

34 *Affertur potiſſima ratio, ob quam non ſit permiſſum ſocio cambiare cum ſeipſo; licet poſſit cum alijs.*

35 *In generali ſermone non venit perſona loquentis.*

CAPVT CI.

CIRCA duplicem inſpectionem verſatur huiuſmodi controuerſia; Altera, nempè, an ſocius potuerit pecunias accipere ad cambium à tertijs perſonis; Altera verò, an eidem fuerit permiſſum pro prætenſis indigentijs ſocialibus cum ſe ipſo cambiare.

Quò ad primam inſpectionem, cū facultas conſocio tributa accipiendi ad cambium pecunias ab alijs, non ſit pura, ſed potiùs conditionalis, quando, nempè, pecunię ex rebus ad negotium ſocietatis pertinentibus non ſufficiant, quæ verba conditionem preſeferre,
1 eſt plusquàm manifeſtum, vtpotè conferentia facultatem in certum futurum euentum, *Pariſ. conſ. 81. num. 6. lib. 1. Cranete. conſil. 15. num. 3. Surd. conſ. 298. num. 35.* Accedente
2 potiſſimùm dictione, *quando, l. quod pupillæ, ff. quand dies, leg. ced. l. cum vir, ff. de condit. & demonſtrat. l. fideicommiſſa, §. hoc autem,* vbi *Bart. ff. de legat. 3. idē Bart. in l. 1. n. 17. ff. quand. dies legat. ced. Ruin. conſ. 68. num. 7. lib. 4. Peregrin. conſil. 5. num. 1. lib. 5. Cephal. conſil. 161. nu. 4. Alex. conſ. 3. lib. 1. Honded. conſ. 53. num. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 81. num. 6 lib. 1. Azeued. l. 4. nu. 7. tit. 16. lib. 8. non. recōpilat. Pereir. de poteſt. elig. cap. 2. num. 16. Gratian. cap. 542. num. 51. Barri de ſucceſſ. lib. 17. tit. 2. num. 3. propè fin. Larrea dec. Granat. 52. num. 18. Ludouiſ. dec. 428. nu. 2. Bich. dec. 196. num. 8.*

3 Hinc reſultat, ut prædicta facultas exerceri non potuerit; niſi, facta interpellatione; adeòut ſocius de huiuſmodi defectu eſſet certus, quòdque pecuniæ eſſent ſub uſuris, ad hoc ut, ubi uelit, ualeat ſe liberare à futuris ſoluendis, prout, omiſſis generalibus, in terminis

nis

Digitized by Google

nis Rot. in recent. dec. 52. num. 3. par. 1. Arebiep.
Carrill. dec. 282. num. 2. quæ eſt repetita in rec.
deciſ. 224. part. 9. Peutinger. dec. 249. num. 2. et
3. et dec. 382. num. 5. et ſeq. quæ eſt etiam im-
preſſa poſt Salgad. in labyr. creditor. dec. 60.

4 Idq; triplici potiſſimùm ratione; Vel, quia,
ſtante prædicta conditione, non poteſt dici
debitor conſtitutus in mora, niſi de conditio-
nis certificetur euentu, iuxta receptam theo-
ricam Bart. in l ſolùm, §. morte, num. 48. ff. de
nou. oper. nunciat. Gozadin. conſ. 1. num. 40. uerſic.
ſecundò reſpondeo, Papon. conſ. 33. num. 5. Bauer.
de mora par. 1. num. 25. Gratian. cap. 400. nu. 14.
Scace. de commerc. et camb. quæſt. 1. num. 384.
& in his terminis Peutinger. deciſ. 249. num. 3.
et ſeq.

5 Vel, quia mandatum ſocij non habẽt ultrà
limites uerborum in capitulis initæ ſocietatis
contentorum, quorum formam ad unguem
ſeruari neceſsè eſt, Anebaran. conſ 332. nu. 3.
ad med. et num. 4. ad fin. Pariſ. conſ. 93. num. 29.
et ſeq. et conſ. 94. num 25. et ſeq. lib. 1. Rot. Gen.
dec. 14. num. 84. poſt med. et num. 112.

6 Vel demùm, quia ſocius, prædictam facul-
tatem non poterat anteà exercere, quám
puricata eſſet huiuſmodi conditio, cum non
aliter, nec priùs ipſi cenſeretur conceſſa, l.
pecuniam, ff. ſi cert. petat. l. ſi quis ſub conditione,
ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Bald. conſ. 149. lib. 4.
Surd. conſ. 91. num. 11. Galg. net. de condit. & de-
monſtrat. part. 1. cap. 88. num. 1. & ſeqq. & in
ſpecie Peutinger. d. deciſ. 382. num. 5. repetita
poſt Salgad. in labyr. credit. dec. 60.

7 Et nihilominus eadem conditio non oſten-
ditur purificata, prout ex aduerſo liquidò eſ-
ſet probandum, quòd, ſcilicet, pecuniæ ex ne-
gotio percipiendæ non fuerint ſufficientes,
Bald in l. eum teſtamento, num. 6. Cod. de teſtam.
manumiſſ. & in ſpecialibus terminis Cardin. Se-
raphin. dec. 593. num. 1. Rot. in recent. dec 711.
num. 2. & ſeq. part. 3. poſt Cenc. de cenſib. dec.
184. in princip. verſ. fundamenta; & tamen cō-
cludentiſſimè probatur pro hac parte, pecu-
niæ in ſufficientiam nullatenus adfuiſſe.

8 Neque ſuperiùs firmatis aduerſatur, quòd
data facultate cambiandi, liceat ſocio acci-
pere pecunias ſine alia interpellatione ex ad-
ductis per Felic. de ſocietat. cap. 30. num. 23. &
ſeq. Leotard. de vſur. quæſt 31. num. 45. Rot. Gen.
dec. 125. num. 3. Card. de Luca de camb. diſc. 13.
num. 2. verſ. nihilominus id ceſſat, Pręcipuè quia
habet mandatum á lege accipiendi pecunias
ab alijs pro indigentijs ſocietatis, Roman.
conſ. 114. n. 4. & conſ. 94. num. 8. Felic. de ſociet.
cap. 30. num. 20. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.
9. gloſ. 2. num. 60. part. 1. Amat. reſol. 99. nu. 13.
Rot. Gen. dec. 14. num. 123. in quo caſu, etiam
nullà mora interueniente, is, qui impendit, po-
teſt agere ad id, quod intereſt, l ſi verò 12. §.
ſi mihi, ff. mandat. Cuyac. in l. 1. ff de vſur. ad Pa-
pin. Grimaud. de vſur. & contract. pignor. lib. 1.
cap. 8. num. 5. Leotard. d. quæſt. 31. num. 45. Rot.
Gen. dec. 125. num. 3.

9 Hæc enim rectè procedunt; quando facul-
tas eſt ſimpliciter tradita; in quibus terminis
loquuntur auctoritates proximè allegatæ; Se-
cus aſſerendum, quando eſt conceſſa ſub con-
ditione; tunc enim omninò requiritur inter-
pellatio; prout egregiè vtrumque caſum di-
ſtinguẽdo declarat Archiepiſcop. Carrill. d. dec.
282. n. 2. Peutinger. d. dec. 249. n. 2. & ſeq.

10 Idque maxima quidem ratione, quia debet
debitor certiorari de conditionis euentu; alio-
quin non dicendus in mora conſtitutus. Bart.
in dict. l. ſolùm, §. morte, num 48 ff. de nou. oper.
nunciat. cum alijs ſupra allegatis fruſtrà re-
petendis; poteſt enim de indigentia certiora-
tus, vel de ſuo ſupplere, ne vſuras ſoluere
11 cogatur, vel inuenire pecunias ad minores
vſuras, vel alio modo ſuæ conſulere indemni-
tati, argum. l. emptor, Cod. de tranſact. l. denun-
ciaſſe, ff. ad l. Iul. de adulter. dum certò ſcit, de-
bitum eſſe vſuris obnoxium, quę non dormiũt;
ſed die, noctéque corrodunt, quod non poteſt
vtique peragere, neque curare de negotij in-
ſcius neceſſitate; prout optimè expendit om-
ninò videnda, Rot. Gen. dict. dec. 14. num. 93. poſt
principium, verſ quartò conceſſis prædictis.

Et ob hanc eamdem rationem recepta eſt
Iuris propoſitio; quòd, etiam impartita fa-
12 cultate à debitore creditori accipiendi ad cã-
bium ſine alia interpellatione, debeat is, qui
vſus eſt huiuſmodi faculate, certiorare debi-
torem, poſtquàm accepit ad cambium, vt re-
bus ſuis conſulere valeat, licet alioquin, ſtan-
te dicta permiſſione, non teneatur anteà id
peragere, vt in ſpecie Rot. in recent. deciſ 52.
num. 4. verſ. fuerintque ipſi debitores de prædi-
ctis certiorati, part. 1. Dunozett. Iun. deciſ. 962.
num. 11. verſ. non obſtat, quòd data eſſet facul-
tas ſumendi ad cambium, Peutinger. dec. 356.
num. 2. & ſeq. & dec. 382 num. 6. Rot. in Romana
cambiorum 24. Iunij 1618. coram Patriarcha
Manzanedo.

Id ipſum omnis etiam ſuadet æquitas in
facti ſpecie, de qua eſt ſermo; ex partitis enim
Nundinarum apparet, dicto tempore, & po-
ſteà, quo per ſocium fuerunt acceptæ pecunię
ad cambium, alterum ſocium noſtrum prin-
cipalem, paratam, otioſamque habuiſſe pecu-
niam in ingenti quantitate; ideóque aduer-
13 ſaretur omninò bonæ fidei, quæ in contractu
ſocietatis, ne ſit Leonina, non ſolùm adeſſe;
ſed etiam exuberare debet, l. 3. Cod. pro ſocio,
l. bona fides 31. ff. depoſ. l. cum duobus 52. §. ve-
nit, ff. pro ſoc. ibique Ant. Fab. in Rational. quia
ius habet fraternitatis, l. verùm 63. ff. pro ſocio,
ſi conſumeret conſocium ſubijciendo eumdem
inſcium vſuris, eique ſtudioſè præiudicando,
vt egregiè ratiocinatur Rot. Gen. dict. deciſ. 14.
num. 93. poſt med.

Quò verò ad ſecundam inſpectionem; licèt
præ-

prædicta conditio purificata fuiſſet notifica-
ta conſocio ; Nihilominus non fuit permiſ-
ſum alteri ſocio cambiare cum ſe ipſo; huiuſ-
modi enim facultas nõ competit, niſi expreſ-
14 sè fuerit conceſſa, in quo caſu poteſt admitti
reduplicatio ; ſeu pluralitas diuerſarum per-
ſonarum formalium diuerſis reſpectibus con-
currens in eadem perſona materiali ; Vnam, ſcilicet, creditoris, altera mandatarij debitoris, & tertia Campſoris dantis ſibi ipſi tã quám mandatario debitoris pecunias ad cã bium, *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 1392. & ſeq. Turri de camb. diſput. 1. quæſt. 15. num. 10. & ſeq. Cardin. de Luca de camb. diſc. 2. num. 2. Rot. Gen. dec. 1. num. 27. & dec. 32. num. 4. Merlin. dec. 636.* Et facultas data conſocio acci-
15 piendi pecunias ab alijs pro indigentijs ſocietatis non valet extendi ad cambia accipienda à ſe ipſo, quæ nota indigent ſpeciali, *Surd. cõſ. 4. num. 38. in fin. verſ. nec mouent*, & in terminis terminantibus *Card. de Luca de camb. diſc. 14. n. 7. & diſc. 12. n. 3. & diſc. 18. n. 2. Rot. in Romana Cambiorum coram Remboldo, & Pirouano*, quæ ſunt impreſsæ poſt *Turr. de camb. dec. 31. & 32. vtrobique num. 1. & ſeqq.* quæ in hoc articulo ſunt ſingulares, valdéque commendandæ, *Bich. dec. 565. n. 13. & ſeqq.*

16 Regulare enim eſt, vt ſi alicui detur mandatum ad contrahendum, non poſſit ſecum contrahere; cum propria perſona ſemper excluſa cenſeatur, *l. ſi in emptione 34. in fin. ff. de contrah. empt. Dec. conſ. 493. num. 11. de Marinis quotid. reſolut. cap. 293. numer. 2. lib. 1. Rot. Gen. dec. 4. num. 3. Penia dec. 130. num. 3. Rot. diuerſ. dec. 85. num. 4. part. 4.*

17 Prout in mandato licet generali numquám uenit perſona Procuratoris; niſi exprimatur, *l. ſi mandauero tibi, §. ſi tibi centum, ff. mandat. Bald. in l. ſi is cui num. 2.* ubi *add. lit. A. C. Cod. de furt. & in l. ordo nu. 7. verſ. quæro data eſt poteſtas creditori, Cod. de exequut. rei Iudic. Calderin. conſil. 31. tit. de teſtam. Menoch. conſil. 296. num. 2. Burrat. conſ. 395. numer. 24. Rot. Gen. dec. 4. num. 3. Card. Seraphin. dec. 1224. num. 2. Rot. d. dec. 31. num. 4. poſt. Turr. de camb.*

18 Atque hinc etiam reſultat, vt habens mandatum ad reſignandum, ſibimet ipſi reſignare non ualeat, *Monoch. dict. conſ. 296. num. 20.* alijſque relatis, *Pariſ. de reſignat. lib. 9. tit. 17. num. 102.*

19 Neque habens mandatum ad uendendum, ſubſtituendũ, & eligendum, poteſt ſibimet ipſi vendere, aut ſe ipſum ſubſtituere, vel eligere, *Bart. in l. ex facto n. 37. ff. de vulgar. Monoch. d. conſ. 296. num. 10. Burſatt. conſ. 395. n. 24. lib. 4. Calderin. dict. conſ. 31. tit. de Teſtam. de Marin. dict. cap. 293. num. 2. lib. 1.*

His igitur firmatis, nullo iure meretur attendi reſponſio ex aduerſo data, quòd, nempè, prędictę *deciſiones Carrilli, & Peuntigerij*, firmantes, data facultate conſocio accipiendi pecunias ad cambium ab alijs, illam exerceri non poſſe, niſi altero ſocio interpellato, ad hoc, vt certus remaneat, pecunias eſſe ſub vſuris, loquantur de Inſtitore, non autem de ſocio, quia auctoritate, & ratione euitatur hæc diſtinctio. Auctoritate, nam in terminis
20 ſocij idem dixit *Rot. Gen.* cuius auctoritas eſt magnificienda in huiuſmodi materiis, *dec. 14. num. 93. verſ. quarto conceſſis*.

Ratione, quia in caſu, de quo eſt præſens
21 controuerſia, vnus tantùm ſocius adminiſtrabat, ideòque pro Inſtitore habendus, & vti Inſtitor iudicandus, quò ad portionem ſpectantem ad conſocium, ut in ſpecie tradunt *Bart. in l. Titium, & Meuium §. vlt. ff. de adminiſtrat. Tutor. Bal. in l. ſi Patruus, Cod. commun. vtriuſque Iudic. & conſ. 262. lib. 5. Angel. Aretin. conſil. 43. numer. 7. Socc. conſ. 87. num. 15. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 30. numer. 15. & ſeqq. Rot. Gen. dec. 71. num. 4.*

Prout, neque etiam aduerſatur aliud obiectum, quód conditio indigentiæ de iure ſubintelligeretur; quia conditio, quę tacitè ineſt,
22 non operatur tantùm, quantùm ſi exprimatur, prout eſt *text. in l. ſi ita expreſſum 68. ff. de condit. & demonſtrat.* ubi *gloſ.* uerb. *pertinere*, ibique Scribentes, & quò ad impediendam
23 natiuitatem obligationis magis operatur expreſſa, quàm tacita, ut optimè declarat *Dec. conſ. 2. num. 5.*

Corruit etiam metaphyſica diſtinctio, quę fit inter ſocium, & negotium; poteſt enim
24 quò ad alios effectus rectè procedere; ſed nullo prorſus iure uindicat ſibi locum, quò ad effectum ſcientiæ; quia negotium non intelligit, ſed intelligunt Participes eiuſdem; Ideòque ſocius certiorare debebat alterum ſociũ de deficentia pecuniarum; cum ipſe, & non alius haberet medietatem intereſſe in iſto negotio quomodocumque conſideretur, ut reſpondit *Ger. Spin. conſ. 9. numer. 10. verſ. reſponderi poteſt*.

Neq; prędictis omnibus aduerſatur, quód,
25 inſpecta diſpoſitione Iuris communis, ſocius poſſit, tamquàm tertius, mutuare ſocietati, etiam ſub uſuris, per *text. in l. ſi vnus, §. ſi quid ff. pro ſocio*, ibi: *Si quid vnus ex ſocijs neceſſariò de ſuo impendit in communi negotio, iudicio ſocietatis ſeruabit, & vſuras, ſi fortè mutuatus ſub vſuris dedit; ſed ſi ſuam pecuniam dedit; non ſine cauſa dicitur, quòd vſuras quoque percipere debeat*, ibique, præ cæteris, optimè *Cuiac. & Ant. Fab. in Rational. Aretin. conſ. 156. nume. 5. & ſeqq. Felic. de ſociet. cap. 27. num. 18. Leotard. de vſur. quæſt. 31. num. 44. Rebell. de Iuſt. & iur. lib. 15. qu. 7. nu. 7. Caſtropal. de Iuſtit. commut. diſp. 8. punct. 7. numer. 3. part. 3. Borgog. dec. 10. n. 11. part. 2. Rot. in recent. dec. 380. nu. 1. part. 3.*
26 Quodq; in hoc ſocius, qui credit ſocietati, differat à non ſocio, cum ipſe nõ ualeat à ſe ipſo accipere ad cambium, etiam quòd poſſit

ab

ab alijs, & teneatur, ut plurimùm interpella-
re debitorem, qui in aliquem euentum facul-
tatem dedit cambiandi, in quibus terminis
lóquuntur *decif.31. & 32. poſt.Turri de camb.*
ſed ſocius, ſicuti à ſe ipſo ualet pecunias mu-
tuò accipere, ſocietatemque ad intereſſe
obligare abſque alio mandato ex illo,
quod habet à iure, ex ſupra firmatis,
ità opus non habeat, ad hoc, ut intereſſe poſ-
ſit exigere à ſocietate, quòd in mora eam
conſtituat, uel interpellet, cum in ipſomet
ſocio, & creditore ſatis, ſuperque interpella-
ta cenſeatur, vt explicat *Leotard. de vſur. dict.*
27 *quæſt.31.num.45.* Hoc enim inter ſocios ta-
citè videtur actum, & conuentum, vt quiſque
poſſit vtilitèr, & neceſſariò in cauſam ſocie-
tatis impendere, quo caſu etiam mora non
interueniente, is, qui impendit, poteſt agere
ad id; quod intereſt, *l.ſi verò 12. §.ſi mihi; ff.*
mandat. l.14.§.non tantùm, ff.de negot.geſt.Cu-
yac.in l.1.ff.de vſur.ad Papin.Grimaud.de vſur.
& contract.pignor.lib.1.cap.8.num.5. Leotard.
de vſur.d.quæſt.31.num 45.
28 Siquidem *text.in d.l.ſi vnus, §.ſi quid vnus,*
ff.pro ſocio, dicit, quòd, quando ſocius im-
pendit de ſuo pro ſocietate, poſſit petere vſu-
ras, quas percepiſſet, ſi alteri mutuò dediſſet,
& *textus* dat conſocio lucrum ceſſans; non
autem dicit, quòd liceat ſocio dare ad vſuras
ipſimet ſocietati; prout ex aduerſo gratis
ſupponitur.

Quinimò ijdemmet Authores ex aduerſo
allegati prædicto *textui* in ſpecie reſpondent,
Nam *Borgognin.dict.dec.10.part.2.* eumdem
textum allegat pro ratione dubitandi in ſuo
caſu, poſteà decidendo reſpondet *num.23.* his
ipſiſſimis verbis: *Et etiam loquitur text.quando*
accepiſſet illas pecunias ad vſuram, & dediſſet
alteri ad lucrum, & propter illud debitum fuit
coactus recipere, & ſoluere, vt ibi clarè dicit
textus; cum igitur non ſint iſtæ facultates in iſto
caſu, nec etiam illius diſpoſitio dicitur habere
locum, hæc *Borgogninus,* clarè, & rectè aduer-
tens, *textum* non dicere, quòd ſocius poſſit
dare ſocietati ad uſuras propria auctoritate,
neque, quòd ab eo datum pareat vſuras; ſed
ſolùm, quòd poſſit petere intereſſe lucri ceſ-
ſantis, vel damni emergentis; ſi de ſuo ſoluit
pro ſocietate, eumdemque intellectum præ-
dicto *textui* optimè iuxta morem tradit ibi-
dem eruditiſſimus *Antonius Faber in Rational.*
non aliam eiuſdem *textus* afferens rationem,
niſi quia ſocius potuit lucrari vſuras, ſi eam
ipſam pecuniam, quam in rem communem
impendit, alij forſan mutuam dediſſet nimiũ
ſub vſuris.
29 Prout etiam *Leotard.de vſur. dict.quæſt.31.*
n.44. relatis verbis *text.* ſubiungit hæc verba:
Nunc tamen, quod attinet ad vſuras, abrogatum
eſſe puto, & ſocium id tantùm repetere poſſe
præter ſortem, quod ſua intereſt ratione damni.

30 *Felic.de ſociet.cap.27.num.18.* ſe remittit ad
exarata *cap.24.* vbi in ipſo initio declarat,
dictum *textum* procedere in intereſſe; non au-
tem in vſuris.
31 *Rot.in recent.decif.380.num.1.part.3.* non
adaptatur; ibi enim dicitur, poſſe ſocium mu-
tuare ſocietati, tamquàm tertiam perſonam;
ideòque loquitur de mutuo gratuito; Nos au-
tem verſamur in cambio, in quo propter gra-
uiores vſuras damnum incurritur, ex quo ori-
tur præciſa neceſſitas ſpecialis mandati, ex
ſupra firmatis.

Non eſt igitur agendum de cambiis, circa
quæ præſens uerſatur diſputatio, ſi eſſet quæ-
ſtio in terminis iuris communis; ſed de ſolo
intereſſe damni emergentis, quod in caſu præ-
ſenti non applicatur; cum ex deductis in facto
nihil prorſus perierit in bonis ſocij, uel lucri
32 ceſſantis, quod in Curia non datur ſine no-
tiſſimis requiſitis, *Caſtr.in l.3.§.nunc de officio,*
ff.de eo, quod cert.loc. Card.de Luca de uſur. &
intereſſ.diſc.12.num.27. idque etiam ſi res aga-
tur inter Mercatores, iuxta celebrem *deciſion.*
Mohedan.2.tit.de vſur. ſemper inconcuſsè ſer-
uatam, *Gratian.cap.987.num.21.& ſeqq. Fla-*
min.de Rub.conſ.97.num.70. lib.2. Cocein.dec.
153.uerſ.non obſtat, Card.Mant.dec.283.nu.6.
Bich.dec.16.n.4.
33 Prætereà mandatum legis datum ſocio in-
telligi debet, præuia interpellatione, ut in
terminis *Rot.Gen.dict.decif.14.num.93. uerſic.*
quartò conceſſis.
34 His omnibus accedat, quòd potiſſima ra-
tio, ob quam non ſit permiſſum ſocio cambiũ
cum ſeipſo inire, ea eſt, quia, nempè, ſocius
confidit de ſocio contrahente cum tertio in
cauſam negotij communis propter commu-
nem damni, uel utilitatis participationem;
ſed non uult confidere de ſocio cum ſeipſo, &
in propriam utilitatem contrahente, quia
damnum eſt commune, utilitas uerò eſt tota
ſua, propriumque intereſse poteſt eum exce-
care, ne conſocio conſulat.

Secus uerò aſſerendum; quando cum tertio
contrahit; tunc enim proprium intereſſe red-
dit eum oculatum, ne præiudicet ſocietati;
prout aduertit *Rot.dict.decif.32.nu.3.& ſeqq.*
poſt Turri de camb. Et ob hanc eamdem ratio-
35 nem uindicat ſibi locum receptiſſima regula,
quod in generali ſermone non ueniat loquen-
tis perſona, *l.inquiſitio, Cod.de ſolution. gloſ.in*
l.emptor, uerbo *utiles actiones. Cod. de hæred.*
uel act.uendit. Bart.in l.1.num.3. & 4. ff.de Se-
nator.Surd. latè ad plura inferens notabilia,
conſ.47.num.19.uerſ.reſponderi, & ſeqq.& dec.
13.n.11.& ſeq.Ruin.conſ.137.n.13.lib.1. Dec.
conſil.104.Alex.conſ.182.num.4.lib.2.& con-
ſil.112.num.4.lib.7. Roland.conſ.86. num.42.
lib.1.Alba conſ.375.num.16. Altograd.conſ.1.
num.45.lib.1.Gratian.cap.771.nu.5.Ant.Gabr.
commun.concluſ.lib.6. tit. de uerbor. ſignificat.

concluſ.9.per tot. Noguerol.allegat.39.num.36. latè Gonzal.ſuper Reg.8.Cancellar.§.2. Proem. num.38.& ſeqq. Rocc.de aſſecurat.notab.45.de Marinis cap.158.num.3. lib.1. Fontanell.deciſ. 393.num.10.& ſeqq.Ganauerr.dec.14.num.14 Rot.in recent.dec.450.num.3.p.2. & deciſ.205. num.5.part.11.

ARGVMENTVM.

Inſtitoria,ex quibus reſultet, & quænam requirantur, vt Inſtitor legitimo Iure valeat Dominum obligare.

Subſtituens vigore ſpecialis facultatis ſibi à Domino tributæ, an, & quando teneatur de facto,ſiue culpa ſubſtituti.

Ex præterita fiduciaria negotiorum adminiſtratione, an rectè inferri valeat ad Inſtitoriam, & an ex eo, quòd quis fuerit conſtitutus generalis Procurator, dici valeat Inſtitor.

Soluens partem debiti, an, & quando ſibi præiudicet in alia parte non ſoluta.

SVMMARIVM.

1 Conſtitutio Inſtitoriæ,vtpotè nimis præiudicialis non eſt præſumenda; ſed concludentiſſimè probanda; adeò vt dubia non releuet probatio.

Ideòque requiritur actus, qui citra Ius,nomenque Inſtitoris fieri non poſſit.

2 Inſtitor tacitus non poteſt obligare Dominum, niſi palàm prò Inſtitore ſe geſſerit,ſciente, & patiente Domino, quòdque pro tali publicè fuerit habitus; adeòut præponentis fidem cum eo contrahens fuerit omninò ſequutus.

3 Non eſt præſumendum, Teſtatorem eius Miniſtro voluiſſe impartiri adeò amplam facultatem, vt totum ipſius aſſem hæreditarium infra breue tempus profundere potuerit.

4 Subſtituens vigore facultatis ſibi tributæ,ſemota potiſſimùm culpa, non tenetur de facto ſubſtituti, qui videtur conſtitutus Procurator à Domino, mediante perſona ſubſtituentis.

Reprobatur Staiban. Iun. contrarium ſentiens, & in quo caſu eius ſententia poſſit procedere.

5 Idque locũ habet, non ſolùm in Procuratore ad lites; ſed etiam ad negotia; quando ſubſtituit vigore mandati hominis.

6 Contrariæ Auctoritates procedunt, quoties ſubſtitutio fit à Procuratore ad negotia Iure proprio, ſine aliqua facultate ſubſtituendi conceſſa ab homine; ſed ſolùm à Iure.

7 Semota Inſtitoria, ſi tertius credat pecunias ſubſtituto, non Iure proprio; ſed vigore facultatis eidem ab homine tributæ, non poteſt agere contra ſubſtituentem; ſed illi tantùmmodò competit actio contra eum, cum quo contraxit.

8 Exequutorũ teſtamẽtariorum poteſtas dici debet reſtricta ad ea, quæ reſpiciunt exequutionem diſpoſitorum in Teſtamento intra limites facultatis à Teſtatore conceſſæ.

9 Non autem extenditur, vt exequutor ſit procurator, ſiuè negotiorum geſtor defuncti,

10 Idque, non obſtante clauſula, cum libera, & plena poteſtate, quæ non tribuit facultatem obligandi Teſtatorem; ſed reſtringitur ad negotia pertinentia ad exequtorem.

11 Prædictæ clauſulæ, cum libera, & plena poteſtate, non poſſunt egredi fines expreſſos in quocumque actu, neque vltrà extenduntur.

12 Ex præterita fiduciaria adminiſtratione negotiorum facta ab aliquo, tamquàm Miniſtro, non rectè inferri poteſt ad Inſtitoriam, ſignanter poſt eiuſdem Teſtatoris obitum.

13 Non ex eo, quòd quis fuerit Procurator generalis alicuius, dici poterit Inſtitor.

14 Inſtitor, ad hoc, vt contrahendo obliget Dominum, nedum probari debet patientia, & ſcientia ipſius Domini, qui non ignoret id eo nomine geſtum.

15 Sed vlteriùs requiritur, vt cum eo contrahens ſciuerit, ipſum à Domino fuiſſe præpoſitum, eiuſdemque præponentes fidem fuiſſe ſequutam, nam alioquin non competit actio contra Dominum.

16 Curioſus debet eſſe creditor, vt in rem Domini vertatur pecunia, ſi eum obligatum habere velit.

17 Recipiens pecunias neceſsè eſt, quòd, nedum capiat in cauſam, ſeu nomine præponentis, vt illũ obligare valeat.

Sed vlteriùs requiritur, quòd ipſius nomine, & in eius vtilitatem adminiſtret.

18 Ab adminiſtratore non rectè infertur ad Inſtitorem, cum aliud ſit probare aliquem Adminiſtratorem generalem, aliud verò, quod geſſerit ſe pro Inſtitore.

19 Exequutor Teſtamentarius non poteſt aliquid agere, niſi conſentiente altero exequutore cum eiſdem intelligatur data facultas inſolidùm.

20 Contraria concluſio procedit quoties vnus ex teſtamẽtariis exequutoribus eſſet mortuus, vel in longinquis partibus ageret vel exequi nollet.

21 Deciſio 16.poſt Pacific.de Saluiano in quibus terminis procedat.

22 Epiſtolæ familiares ſcriptæ tertio regulariter non probant.

23 Præcipuè, quando non continẽt factum ſcribentis; ſed aliorum.

24 Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quoties Epiſtola continet factum ſcribentis.

25 Soluens partem debiti nullo Iure ſibi præiudicat in alia parte non ſoluta, neque illam videtur, tamquàm debitam, agnouiſſe.

26 Contraria concluſio, quòd ſoluens partem debiti cenſeatur vniuerſum debitum agnoſcere procedit cum ſuppoſito, quòd totum debitum ſit incõtrouertibile & certum, quò ad debitorem, qui partem illius ſoluit.

27 Creditor poſterior hypothecarius præfertur anteriori in ſola actione merè perſonali.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT CII.

RECEDENDVM à deciſis; nullo enim Iure ſubſiſtit fundamentum, ſiue ſuppoſitum, cui innititur contraria deciſio, quòd, nempè, Petrus Illundain in teſtamento condito ab Antonio Onghay fuerit conſtitutus Inſtitor, & Exequutor teſtamentarius cum libera; ideòque, accipiendo pecunias ad cambium á Gherardo Aduerſario pro expeditionibus Datariæ, potuerit obligare eundem Antonium præponentem, ipſiuſque hæreditatem.

1 Præmiſſa ſiquidem recepta Iuris propoſitione, quòd Conſtitutio Inſtitoriæ nimis præiudicialis, vtpotè liberam concedens facultatem quæcumque debita contrahendi, inſcio Domino præponente, illumque obligandi nõ ſit præſumenda, ſed liquidò probanda; adeòut probatio dubia non releuet, *cap. in præſentia, de probat. l. non hoc, Cod. vnde legit.* & in his terminis *Bald. in l. 1. Cod. de exercitor. act. Rofred. Denc. in 1. part. libell. ſub rubr. de Inſtitoria in 3. requiſit. fol. 39. Bim. conſ 10. num. 28. lib. 1. Galeot. lib. 2. controu. 70. num. 20. lib. 2.* vbi, quòd requiratur actus, qui citrá ius, nomenque Inſtitoris fieri non poſſit, *Rot. Ian. deciſ. 14. num. 36. verſ. eſt autem regulare, cum ſeq.*

2 Neque Inſtitor tacitus poſſit obligare Dominum, niſi pluribus copulatinè concurrentibus, inter quæ potiſſimùm, quòd palám quis pro Inſtitore alicuius vniuerſalis, & quæſtuariæ negotiationis ſe geſſerit ſciente, & patiente Domino; quòdq; pro tali publicè fuerit habitus, & in contrahendo debita nomen appoſuerit Inſtitoris, & ulteriùs cum eo contrahens ſciuerit, illum à Domino eſſe præpoſitũ vniuerſali negotiationi, eiuſdemque præponentis fidem fuiſſe ſequutam, iuxta receptam theoricam *Caſtrenſ. in l. vlt. ff. de Inſtit.* optimè *Roncbegal. in l. eamdem quæſtionem num. 153. ff. de duob. reis, Alex. conſ. 44. per tot.* præcipuè *num. 6. lib. 2.* quòd in huiuſmodi materia, vti magiſtrale circumfertur, *Bimius d. conſil. 10. num. 36. & ſeqq. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 30. num. 15. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 48. nu. 13. & ſeqq.* benè *Galeot. dict. controu. 70. num. 2 & ſeqq. lib. 2. Rot Gen. dec. 14. num. 42. Gratian. dec. March. 178. Cardin. Seraphin. dec. 1139. n. 8.*

His firmatis, quæ in ſtricta Iuris cenſura ſunt abſolutiſſima, nullatenus conſtat de prætenſa Inſtitoria, neque expreſſa, neque etiam tacita in perſona Illundain.

Si enim diligenter inſpiciatur tenor diſpoſitionis ipſius Antonij in eius teſtamento aſſerentis, ſe habere nonnulla mandata pro diuerſis negotijs cum facultate ſubſtituendi, cuius vigore ſubſtituit ipſum Illundain; proculdubio, illa attenta, non reſultat, eumdem Illundain fuiſſe conſtitutum Inſtitorem, adeòut liberas habuerit habenas ad ſui libitum contrahendi quodcũq; æs alienum, obligando Teſtatoris hæreditatem, inſcio eius herede, abſque vllo onere illi rationem reddendi; ſed potiùs manifeſtè deprehenditur voluntas eiuſdẽ Teſtatoris, qui, licèt prudenter agendo ſubſtituerit eumdem Illundain eius famulum, timens, ne, ſtante eius obitu, mandantes in negotijs Datariæ aliquod paterẽtur detrimentum ob temporis dilationem, non indè ſequitur, vt ſupponit contraria deciſio, quód; ſtãte dicta diſpoſitione, Illundain fuerit à Teſtatore conſtitutus generalis Inſtitor pro nouis negotijs ab ipſo poſtmodùm nomine proprio, & ex propria cauſa cœptis, cùm deficiant requiſita omninò neceſſaria pro conſtituenda Inſtitoria, de quibus ſupra.

3 Potiſſimùm, quia non eſt præſumendum, Teſtatorem eidem Illundain voluiſſe adeò amplam facultatem impartiri, vt totum ipſius aſſem hæreditarium breui temporis interuallo profundere potuerit, vt ponderat *Rot. Ianuen. d. dec. 14. poſt num 89. Galeot. dict. contron. 70. num. 10. lib. 2.* Solùmque reſultat ex prædicta deputatione, quòd mandata, quæ ipſe Teſtator habebat in eius perſona, tranſtulerit in Illundain pro negotijs mandantium; non

4 autem proprijs vigore facultatis ſubſtituendi, qua ſtante, ſemota, prout in præſenti, potiſſimùm culpa, nullo Iure tenetur ſubſtituens de facto ſubſtituti, qui videtur conſtitutus Procurator a Domino mediante perſona ſubſtituentis, iuxta receptam doctrinam *gloſ. in cap. 1. verſ. ſubſtituendi de procurator. in 6. Salicet. in l. quod quiſquis in 5. q. C. de Procurator. Franc. in cap. 1. §. licet, verſ. tertiò aduerte, de procurator. Coſtant. in l. ſi quis decurio num. 65. C. de decurion. lib. 10. de Marin. reſolut. 261. in fine, lib. 1. & in obſeruat. ad Reuerter. dec. 151. n. 1. Epiſc. Rocc. collect. 351. Anna allegat. 107.* & in eadem cauſa *Francb. dec. 212.*

Neque audiendus contrarium affirmans *Staiban. Iun. reſolut. 34. lib. 1.* cuius ſententia fortaſsè poſſet procedere, quoties, prout in ſuo caſu, conſtaret de poſitiua, & inexcuſabili culpa ſubſtituentis, prout ibidem habetur *num. 13.* dum fuerat ſubſtitutus ad exigendũ Clericus omninò ignotus, qui à Domino nõ poterat in foro ſæculari conueniri, & eum præſuppoſito eiuſdẽ inexcuſabilis culpæ ſubſtituentis aliquem mendicum, & pauperem in exactione loquuntur authoritates allegatæ per eumdem *Staiban.* potiſſimùm *Caſtill. dec. 119. numer. 5. & ſeq lib. 2.* & ita intelligendus *Merend. lib. 5. contron 26.* & quoties ſubſtituta perſona eſt valdè integra admittunt concluſionem ſuperiùs firmatam, *Felin. in cap. Petrus, num. 11. de homicid. Cardin. Seraphin. dec. 527. Ludouiſ. deciſ. 233. num. 5.* ibique *Add. de Luca ad Francb. dict. deciſ. 212. num. 3. verſic. inuoluta.*

5 Huiuſmodi autem concluſio procedit, non ſo-

ſolùm in Procuratore ad lites; ſed etiam ad negotia; quando, prout in themate, de quo eſt ſermo, ſubſtituit vigore mandati hominis, vt in præciſis terminis procuratoris ad negotia, benè aduertit *Anna dict. allegat.* 107. *nu.* 5. vbi, quòd Procuratores ad lites, & ad negotia ſubſtituentes in vim mandati hominis;
6 æquiparentur ad effectum, ne teneantur de periculo ſubſtituti, idemque firmat *Franch. d. deciſ.* 212.

Contrariæ verò auctoritates *Archidiac. Io: And. Ancharan. Franc.* & aliorum *in cap.* 1. §. *procurator de procurator. in* 6. allegatæ in deciſione, procedunt, quoties ſubſtitutio fit á Procuratore ad negotia Iure proprio, ſine aliqua facultate ſubſtituendi conceſſa ab homine; ſed ſolùm á Iure; idemque ſentit *Anna dict. allegat.* 107. *num.* 5. Gratian. *cap.* 395. *num.* 9.

7 Sublata igitur ex prædictis Inſtitoria, & ſtante ſubſtitutione in perſonam Illundain facta á Teſtatore, non iure proprio, ſed in vim facultatis eidem ab homine tributæ in mandatis, licèt Gherardus aduerſarius, tamquàm tertius crediderit pecunias eidem Illundain ſubſtituto, etiam præuia declaratione, quód illas acciperet pro expediendis negotijs Datariæ, & etiam accedente probatione, quòd eædem pecuniæ fuerint verſæ in prædictam cauſam; quod ex aduerſo non pòtuit vſque adhuc liquidò probari.

Nihilominus Teſtator vigore facultatis, non autem Iure proprio ſubſtituens ad nihilum tenetur, iuxta diſtinctionem, de qua *Anna dict. allegat.* 107. & in eadem cauſa *Franch. d. deciſ.* 212. alijque ſuperiùs adducti; ſed Aduerſario tantùmmodò competit actio contra ipſum Illundain, cum quo contraxit; non autem contra hæreditatem Teſtatoris, de cuius obligatione nullibi conſtat, §. 1. *Inſtit. de verbor. obligat.*

Minus etiam ſubſiſtit pro arguenda prætenſa Inſtitoria altera ponderatio contrariæ deciſionis deſumpta ex alia diſtincta diſpoſitione Teſtatoris deputantis prędictum Illundain exequutorem teſtamentarium.

Cum enim fuerit limitata ad exigendum à quibuſuis debitoribus, ſolidandum computa, ac ſatisfaciendum creditoribus; ſimilium exe-
8 quutorum poteſtas dici debet reſtricta ad ea, quæ reſpiciunt exequutionem diſpoſitorum in teſtamento intra limites facultatis à Teſtare conceſſæ, iuxta monitum *Bald. in l. id quod pauperibus, num.* 14. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. Alberic. in l. nulli, num.* 17. *Cod. eod. tit. Caſtrenſ. conſ.* 177. *num.* 1 *lib.* 2. *Ancharan. conſ.* 84. *num.* 2 *Tariſ. conſ.* 74. *num.* 52. *lib.* 3. *Rimin. conſ.* 129. *num* 5. *lib.* 1. *Caſanat. conſ.* 29. *num.* 3. *in fin. Thomas. de exequut. vltim. volunt. tit.* 1. *nu.* 1. *& ſeq. Carpius eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 36. *&* 44. *Galeot. controu.* 32. *num.* 1. *lib.* 2. *Cardin. Seraphin. dec.* 842. *num.* 3. *& dec.* 1048. *num.* 2.

9 Non autem extenditur, itaut exequutor ſit Procurator, ſiue negotiorum geſtor defuncti, *Carpius de exequutor vltim. volunt. in princip. num.* 7. *Thomas. eod. tract. vbi ſupra n.* 1. *& ſeqq.*

10 Idque, non obſtante clauſula, *cum libera, plenaque poteſtate*; illa enim nullo Iure tribuit facultatem obligandi Teſtatorem; ſed omninò reſtringi debet ad expreſſa in teſtamento, & ad negotia pertinentia ad exequutorem, vt in terminis firmant *Ruin. conſ.* 84. *ſub num.* 12. *verſ. & dum dicitur, lib.* 2. *Gratian. cap.* 329. *num.* 41. *Cardin. Caualer. deciſ.* 18. *n.* 5. *Ludouiſ. dec.* 179. *num.* 3. & in ſpecie pro excludenda actione Inſtitoria, *Bimius conſ.* 10. *nu.* 47. *lib.* 1.

11 Regulare enim eſt, vt prędictæ clauſulę nõ poſſint egredi fines expreſſos in quocumque actu, neque vltra extendantur, *cap. qui ad agendum, de procurat. in* 6. *Alex. in l. qui Romæ,* § *Callimacus, num.* 6 *ff. de verbor. oblig. & conſ.* 22. *num.* 10. *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 59. *num.* 3 *lib.* 5. *Gabr. de regul. Iur. concluſ.* 4. *nu.* 34. *Mart. de clauſul. part.* 1. *clauſ* 26. *num.* 1. *Epiſc. Barboſ eodem tract. clauſ.* 35. *num.* 2. *Cardin. Seraphin. dec.* 831. *num.* 5. *Buratt dec.* 661. *n.* 1. ibique *Add.*

Satiſque leuis eſt coniectura in deciſione adducta, quòd, cum Illundain Teſtatoris famulus, ipſo viuente, fiduciariam curam omnium negotiorum gereret, ex hoc deprehendi poſſit declaratio alioquin dubiæ voluntatis ipſius Teſtatoris, quód illum voluerit Inſtitorem conſtituere.

12 Nam ex præterita fiduciaria adminiſtratione negotiorum Datariæ, Teſtatore adhuc inter viuos exiſtente, non benè inferri valet ad Inſtitoriam, ſignanter poſt eiuſdem Teſtaris obitum, vt benè arguit *Rot. Ianuenſ. d. dec.* 14. *num* 44. 115. *& ſeqq.* præcipuè in *verſic. nunc deſcendamus, Bimius conſ.* 10. *num.* 24. *lib.* 1. optimè *Galeot. dict. controu* 70. *num.* 12. *& ſeqq. lib.* 2.

13 Sicuti non ex eo, quòd quis fuerit procurator generalis alicuius, dici poterit Inſtitor, *l. inſtitor appellatus.* vbi *Bart. l. quicumque,* §. *ſed & fullo, l. inſtitor is eſt, ff. de inſtitor. act. Caſtren. in l.* 1. *num.* 5. *ff. eod. Bald. in rub. C. de exercit. nu.* 8. *verſ. modo videamus, Angel. in* §. *actiones num* 48. *inſtit. de action.* alijſque allegatis, *Bimius* ſæpiùs *cit. conſ.* 10. *num.* 24. *lib.* 1. *Anton. Fab. in Rational. ad l. in eum* 19. *ff. de inſtit. act.* rectè aduertens, quòd aliud ſit officium Procuratoris, aliud verò inſtitutoris, & aliter teneatur Procurator, aliter inſtitor.

Multóque magis, quia ipſemet Illundain, mortuo Teſtatore, nunquám exiſtimauit, ſe fuiſſe conſtitutum Inſtitorem generalem pro exercendis negotijs Datariæ nomine ipſius Teſtatoris, neque vnquám vti talis contra-
14 xit; & nihilominus ad hoc, vt Inſtitor contrahendo obliget Dominum, nedum probari de-

Digitized by Google

debet ſcientia, & patientia ipſius Domini,
qui non ignoret id eo nomine geſtum, ut latè
firmat *Galeot dict.contron.70. num.13.* alijque
ſuperiùs adducti in principio.
15 Sed ulteriùs requiritur, ut cum eo contra-
hens ſciuerit, ipſum à Domino fuiſſe præpoſi-
tum uniuerſali negotiationi, eiuſdemque prę-
ponentis fidem fuiſſe ſequutam; nam alioquin
nulla poterit experiri actio contra Dominũ,
ut eſt *text.in l.fin.ff de exercit. action. Bart.in*
l.ſi pupilli,§.1. num.5. ff.de negot.geſt. aſſerens,
quòd, qui contrahit, debet ſcire in rem Domi-
ni contrahi, & Domino hoc expedire, *Bald.*
in §.ſi igitur in verſ. eius rei gratia, inſtit.quod
cum eo, Caſtr.in l 1.§.exercitorem in fin. ff.de
exercitor. Alex.conſ.44.num.6.lib.2.Natt.conſ.
567.nu.6. optimè *Rot.Ian.d deciſ.14.* ubi, quòd
ſit inſpiciendus animus credentis pecunias,
16 ſaltem ad actionem inter eum, qui credit, ut
eidem detur actio contra Dominum; adeòut
curioſus debeat eſſe creditor, ut in rem Do-
mini uertatur pecunia, ſi eum obligatum
habere uelit, *l.3.§.curioſus, ff de in rem verſ.* &
latè proſequitur *Galeot. dict.contron 70. num.*
14.& ſeqq. Giurb.dec.83.n.5.& duob.ſeqq.
17 Quinimò eſt neceſsè, quòd recipiens pecu-
nias, nedum capiat in cauſam, ſeu nomine
præponentis, ut illum obligare ualeat; ſed ul-
teriùs requiritur, quód ipſius nomine, & in
eius utilitatem adminiſtret, *l.1. §.ſi quis ab*
initio, l.fin. ff.de exercit.act. Galeot.d. contron.
70.num.16.Giurb.dict.dec.88.nu.5.12.& ſeqq.
quæ omnia præcisè neceſſaria requiſita, ad
hoc ut Dominus obligetur ex contractu Inſti-
toris abſq; dubio deſiderantur in præſentia.
Neque exeo, quòd Illundain aſſerens ſe
exequutorem teſtamentarium, declarauerit
in literis cambij, accepiſſe pecunias à Gherar-
do in cauſam adminiſtrationis ſibi creditæ,
poteſt inferri, intellexiſſe ſe eſſe inſtitorem,
prout arguit contraria deciſio.
18 Tum, quia non rectè infertur ab Admini-
ſtratore ad Inſtitorem, ut benè *Rot.Ian. d.de-*
ciſ.14.num.44 45 115.& ſeqq. Galeot. d.con-
tron.70.num 12.& ſeqq.lib.2. ubi, quòd aliud
ſit probare aliquem adminiſtratorem, licèt
generalem; aliud uerò, quòd geſſerit ſe pro
Inſtitore, latèque expendens optima Iura, *Bi-*
mius d.conſ.10.num.24.lib.1. Ant.Fab.in Ratio-
nal.ad l.in eum 19.ff.de inſtit.action.
Tum, etiam, quia nullatenus fuit permiſ-
ſum eidem Illundain tamquàm exequutori te-
ſtamentario æs alienum contrahere, obligan-
do hæreditatem; dum ſuper hoc nulla à Teſta-
tore legitur, neque illi, neque alteri exequu-
tori tributa facultas, quæ ſolùm fuit limitata
ad exigendum à debitoribus, ſolidandum
compura, & ſatisfaciẽdum creditoribus eiuſ-
19 dem Teſtatoris; adeòut ſolus Illundain, neque
etiam in permiſſis, aliquid potuerit facere; ni-
ſi, uocato Alphonſo altero exequutore, *l.*
pluribus, ff de procurat. Bald.in l.nulli, Cod.de
Sacroſ. Eccleſ.& conſ.287. num.3. lib 4. Pere-
grin.conſ.51. num.26. lib 2. Rubeus de teſtam.
cap.85 num.39.& ſeq Gratian.diſcept.832. nu-
mer.25. & cap.812. Cancer.variar part.1.cap.
7.num.27. Gregor. Lopez lib.6 tit.10. part.6.
Franch.dec.622. num.1. & per tot. ibique *de*
Luca in obſeruat. Prout fuit obſeruatum in do
te puellæ, quæ ab ambobus exequutoribus, ut-
potè inſolidùm à Teſtatore electis, iuxta fidu-
ciarium præceptum Teſtatoris fuit conſti-
tuta.
20 Cõtraria uerò procedũt, uel quoties ſingu-
lis exequutoribus teſtamentarijs fuit à Teſta-
tore tributa inſolidùm facultas exequendi,
in quibus terminis procedit *text. in cap.ſi*
duo de procurat.in 6. & loquuntur *Bart. in l.ſi*
plures, ff de adminiſtrat.tutor. ibique *Bald.* idẽ
Bart.conſ.147.lib.1. Aretin.in §.1 in princip.In-
ſtit.de ſatiſd.tutor. Franch.dict.dec.622. num.1.
Vel, quoties unus ex teſtamentarijs exe-
quutoribus eſſet mortuus, uel in longinquis
partibus ageret, uel exequi nollet, in quibus
caſibus militat diſpoſitio celebris *text.in cap.*
Religioſus, § ſanè, de teſtam. ibique ſignanter
Franc.& Io: Andr. Bald.in d.l.nulli, Cod.de Sa-
croſ. Eccleſ. Bart.in l.1.ff.de exercit.act. Io: An-
dr.in addit.ad Speculat.in tit de inſtrum.edit §.
nunc verò aliqua de vltimarum in addit. in uer-
bo *admitti, Iaſ.in l.re coniuncti, num.254. ff.de*
legat.3. ubi, quód uerè ſit locus Iuri accre-
ſcendi, *Gratian. c.329.n.20.& cap 832. n.25.*
& cap.522.num.2.de Luca ad Franch. dict.dec.
622.num.1. Bellon.de Iur.accreſc. cap.6. qu.27.
num.1. Rubeus de teſtam.cap 85.num 39.Card.
de Luca de teſtam. diſc.45. num.10. Seſſe deciſ.
Aragon.51.n.1.
21 Nullatenus uerò applicantur deducta in
deciſ.16.num.12.& trib.ſeqq.poſt Pacifie. de
Saluian. ibi enim Teſtator expreſsè conceſſe-
rat facultatem exequutori diſtrahendi uineã
pro ſoluendis ſuis debitis ſub conditione, ſi
pretium redigendum ex altera uinea non
ſufficeret Creditoribus; undè meritò fuit de-
ciſum, uenditionem non potuiſſe ab hærede
impugnari, quamuis dicta conditio non exti-
terit, ideòque termini ſunt toto Cœlo diuer-
ſi á præſenti diſputatione, in qua mordicùs
negatur, Teſtatorem dediſſe facultatem Illũ-
dain obligandi eius hæreditatem.
Irreleuans pariter detegitur altera conie-
ctura deſumpta ex epiſtola per Blaſium On-
ghay hæredem Teſtatoris conſcripta Petro
eius nepoti, in qua aſſerit, Illundain accepiſ-
ſe ad cambium ab Aduerſario ſcuta 1500. ex
qua ſimplici aſſertione arguit contraria de-
ciſio, quòd fuerit agnitum totum prætenſum
creditum Aduerſarij in ſcutis 5600.auri.
22 Nam, præterquàm quòd epiſtolæ familia-
res ſcriptæ tertio regulariter non probant,
l.epiſtola in princip.ff.de pact. Bald. in l.non epi-
ſto-

ſtolis, num 5 verſ.ſecundo caſu, C.de probat. Felyn.in c.p 2.num.18 de fid.inſtrum Rip.in l.admonendi, num.140.ff.de iur.iuran. vbi de communi, *Menoch de arbitr.lib.2 cent.1.caſ. 94.num 22.Rot. Ian.dec.14 num.133.Rot.deciſ. 18 num 3 verſ alij verò de probat. in antiq.in rec dec.717.num.6 part.2. Bich.dec.166. n.12. & dec.6.num.14.*

23 Præcipuè quando prout in præſentia, Epiſtola non continet factum ſcribentis, ſed alienum, prout ex *text in dict.l epiſtola in princip.* magiſtraliter diſtinguit *Bald in d.l.non epiſtolis, num.5.Cod.de probat.* quem ſequuntur *Bich decil 6. num.13. & ſeq.* Quidquid ſit,

24 quoties epiſtola continet factum ſcribentis, in quibus terminis procedunt authoritates contrariæ, præcipuè *Abb.in dict.cap.2.nu 8.* ibique *Dec.num 15.de fid.inſtrum Sim.de Petr. conſ 116 num.27.Genua de ſcript. priuat lib.3. cap.t.nu 193.& ſeqq Crauett.de antiquit.tempor.par.1.cap.v diuus, & abundè num.41.* cum quibus nimis rigoroſè, licèt innixa æquitati canonicæ, tranſit *Rot coram Bich.d deciſ.6.nu. 11.& ſeq.* repetita *in rec.deci.153. num.9. & ſeq.part.8* & coram *Card.Celſ.dec.264.in fin.*

Adhuc admiſſo, ſine veri præiudicio, quòd ex dicta epiſtola à Blaſio hærede conſcripta tertio, dici poſſit approbata prædicta ſumma ſcutorum 1500.non indè tamen reſultat, vt fuerit agnitum totum debitum cum etiam in ſortioribus terminis ſit receptiſſima iuris propoſitio, quòd ſoluens partem debiti nul-

25 lo Iure ſibi præiudicet in alia non ſoluta, neque illam videatur tamquàm debitam agnouiſſe; *l.vlt.* vbi *gloſ & Bart, C. ne Vxor pro marit.gloſ.in l.non dubium*, verbo *agnouerit.* vbi *Bart. Salic.t. & alij C.de teſtam. Surd. conſ.522 num 16 lib.3.& conſ.212 num.25. lib.2.Natt.conſ.77.num.6.Cancer.var part.2. cap.6 num.213 Gratian. diſcept.485. num 17. Burat. dec. 174.num 15. Card.Ottobon.deciſ. 16.num.29.*

26 Contraria uerò concluſio, quòd ſoluens partem debiti cenſeatur uniuerſum debitum agnoſcere, deſumpta ex *text in l.cum fidem, Cod de non numerat.pecun.*ubi *Bald. ibid num. 2 verſ.aut dubitatum, Salicet num.3.Bart in l. ſi cui res ff.de legat.2. Dec.conſ.618. num.1.& ſeq N tt.conſ 573 num.18.& ſeq.Menoch.præſum.pt.135.num 18.lib.3 Adden.ad Buratt.deciſ.486.num 9 Duran.dec.324 num.5.* procedit cum præſuppoſito, quòd totū debitum ſit incontrouertibile, & certum, quò ad debitorem, qui partem illius ſoluit, prout eſt *text.* ſingularis in *l.ſi quidem 24 verſic. ſi verò certam,* ibique *gloſ in princ.C.de tranſaction.*

Quinimò, quatenus, illæſa ueritate, dici poſſit ab hærede agnitum debitum ſcutorum 1500.ex aſſertione emiſſa in dicta epiſtola; utique Aduerſario non ſuſſet quæſita, niſi actio merè perſonalis contra eumdem hæredem, ut admittit contraria deciſio; ideòque

27 excludi debet à Nerlio, tamquàm creditore hypothecario, licèt poſteriore, *l.eos, Cod.qui potior.in pignor.habean.gloſ.in l.priuilegia, §. ex ea ſis, verſ.item ſi alter,* ibique *Rip nu.64. ff.de priuileg creditor.Franc.Ant Coſta conſ.29 num.22.Bellon Iun.conſ 41 num.7.& 16.Vermigliol conſ.458.num.1.Gratian.cap.25.num.8 Roderic.de priuileg.credit.par.2.art.3.per tot. Gait.de credit.cap 4. quæſit.11.num.1196.& ſeqq.Merlin.de pignor.lib.4 quæſt.14. Surd. dec. 306.num.9.& 10.de Ponte dec.Collat.Conſ.34. num.t.*

Parum releuante replicatione deciſionis, quòd, nempè, Aduerſarius ſit quoque creditor hypothecarius, dum prætenſas pecunias dedit Illundain ad cambium ſub obligatione Camerali.

Hæc enim eſt manifeſta petitio principij; cum ſupponat id, quod eſt in controuerſia, quòd, nempè, Illundain fuerit conſtitutus Inſtitor, & vt talis potuerit obligare hæreditatem Onghay Teſtatoris, quod ex ſupra firmatis nullo prorſus Iure ſubſiſtit.

Iuxtà firmata fuit deciſum per Rotam in recent.deciſ.64.part.17. *cum receſſu à deciſis.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de ſtando Iuri, & de repræſentando in carceribus principalem debitorem toties, quoties fuerit requiſitus, an dici debeat liberatus, ſi idem debitor à carceribus aufugerit, vel quouis modo fuerit dimiſſus ob culpam Iudicis, vel creditoris, Quidue aſſerendum, ſi in decreto Iudicis demandantis, quòd debitor à vinculis relaxetur, legatur appoſita clauſula præſeruatiua, *firma remanente fideiuſſione*; Et an, & quando fideiuſſor teneatur denunciare creditori, quod principalis debitor reperiatur in vinculis conſtitutus.

Mandatum exceſſiuum vitiatur in totum, præcipuè ſi fuerit exequutum, & an aliquid operetur ad hoc, vt mandatum pro sūma debita ſubſtineatur clauſula, *Saluo Iure meliori calculis,* in libello appoſita.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de ſtando Iuri, & de repræſentando debitorem toties, quoties fuerit requiſitus, dicitur liberatus, quoties idem debitor à Curia car-*

ce-

Digitized by Google

ceratus aufugerit, vel quouis modo à carceribus fuerit relaxatus, & num. 10.

2 *Fideiuſſoris promiſſio de præſentando debitore iam expleta, & ſolnta videtur per captnram einſdem debitoris per Iudicem factam.*

3 *Creditor, qnoties directè, ac per ſeipſum de perſona debitoris aſſecurare ſe voluit, videtur renunciaſſe illi cuſtodiæ, & aſſecurationi fideinſſori commiſſæ.*

4 *Idqne, etiam ſi in Iudicis decreto excarcerationem debitoris mandante fuerit appoſita clanſula,* firma remanente fideiuſſione, *adhne enim fideiuſſor liberatus remanet; cum non valeat Iudex iterum fideiuſſorem, alioquin iam liberatum, ſine nouo eius conſenſu obligare.*

5 *Fideiuſſor liberatur, ſi is, quem promiſerat non receſſnrum à loco, cum ſuperiori diſcedat licentia; nam ſtante primo exitu, dicitur omninò extincta fideiuſſio.*

6 *Etiam ſi licentia fuiſſet conditionalis, putà de redenndo.*

7 *Fideiuſſor cenſetur ſe obligaſſe pro prima vice tantùm.*

8 *Fideiuſſio debet ſtrictiſſimè interpretari, vt minus obliget, quàm fieri poſſit, adeònt ſufficiat, eam in aliqno tantùm operari.*

9 *Fideinſſio non extenditur de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*

10 *Fideiuſſor de præſentando liberatur, quando principalis debitor facto, vel culpa Iudicis, aut creditoris aufugit; non enim debet fideiuſſor ex alterius culpa grauari,* & num. 1.

11 *Idque, etiam ſi fideiuſſor ſe obligauerit præſentare, toties, quoties fuit requiſitns.*

12 *Fideiuſſor liberatnr, ſi poteſt imputari creditori, cur non exegerit à principali, dum erat ſoluendo.*

13 *Quod procedit, etiam ſi creditor non fnerit à fideiuſsore interpellatus ad exigēdum à principali debitore iam in vinculis retento.*

14 *Principalis debitor, quando fuit carceribus mancipatns ob cauſam diuerſam ab ea, pro qua fuit præſtita fideinſſio; tunc fideiuſſor non remanet liberatus, niſi acceſſerit expreſſa einſdem fideiuſſoris proteſtatio, quòd intendat habere debitorem pro præſentato in carceribus, & ampliùs nolit eſſe obligatus.*

15 *Si verò principalis debitor, inſtante creditore, fuit carceratus ob eamdem cauſam, ob qnam fuit præſtita fideinſſio, & hoc caſu, eodem debitore à carceribus dimiſſo, ſiue ex facto creditoris, ſiue ex culpa Iudicis, fideiuſſor remanet liberatns, etiam nulla facta interpellatione.*

16 *Quoties principalis debitoris carceratio fuit ſequnta, inſtante eodemmet fideiuſſore ad repræſentandum pulſato, tunc eadem carceratio creditori à fideiuſſore eſt denunciandа.*

17 *Exequntio exceſſiua in mandato ratione indiuiduitatis in totnm corruit, etiam ſi exceſſus ſit in minimo.*

18 *Contraria procedunt, ſi ſolùmmodò exceſſus ſit in exequntione.*

19 *Sententia, & mandatnm, non obſtante exceſſu, ex æquitate ſubſtinentur pro ſumma verè debita.*

20 *Id tamen non procedit, qnoties reperitur facta exceſſiua exequntio; tunc enim non eſt locus prædictæ æquitati.*

21 *Amplia declarationem, etiam ſi creditor in plns petendo, & exequendo non fuerit verſatus in dolo, & in libello appoſuerit clauſulam,* Saluo Iure melioris calculi, *quæ poteſt excuſare à pœnis à Iure inflictis contra plus debito petentes, ſed non ab iniuſtitia totius mandati, & exequntionis.*

22 *Clanſula,* Saluo Iure melioris calculi, *iuſtificare poteſt ipſam petitionem; non autem mandatum pro certa ſumma præciſè relaxatum, & exequutum, quod ad hunc effectum attendi debet, licèt libellus aliter fuerit conceptus.*

23 *Declaratur* Cornazan. dec. Lucenſ. 2.

24 *Sententia poteſt ſalnari ab exceſſu, qnoties eſt relatiua ad libellnm continentem clauſulam,* Saluo Iure melioris calculi.

25 *In dubio iudicandum pro fideiuſſore alieno morbo laborante.*

CAPVT CIII.

OBLIGATIO Leopardi, cui tamquàm fideiuſſor acceſſit Zenobius, duo cōtinet: Alterum, quòd Leopardus infra duos mēſes rationem reddat adminiſtrationis Camerariatus, quòdque poſt illam redditam, quatenus exiſtat debitor, ſoluat Communitati Recineti ſcuta 100. in ſingulos menſes.

Alterum verò, quòd, ratione non reddita, vel non ſoluente, vt ſupra, teneatur redire ad carceres, in quibus ante ſtipulationem Inſtrumenti reperiebatur.

His præmiſſis, cùm poſt redditas rationes, liquidatumque debitum, Leopardus, præuia relaxatione mandati, fuerit, inſtante prædicta Communitate, carceratus, deindeque neſcitur quo Iure, ita mandante Reuerendiſſimo Gubernatore Marchiæ, gratis relaxatus à carceribus, abſque dubio Zenobius fideiuſſor de repræſentando debitorem re-
1 manſit liberatus, prout in fortioribus terminis, quòd ſi fideiuſſio fuerit præſtita de ſtando Iuri, & de repræſentando, toties, quoties fideiuſſor fuerit requiſitus, & debitor à curia carceratus aufugerit, vel quouis modo à carceribus fuerit relaxatus, dicatur liberatus fideiuſſor, optimè firmāt poſt *Io: Andr. in add. ad Speculat. in 3. p. tit. de accuſat. §. ſequitur n. 17. in add. Surd. conſ. 345. n. 26. Vermigliol. conſ. 315. n. 1. & ſeqq. Mandos. in adnot. ad Roman. cōſ. 137. Hering. de fideiuſſ. tit. quib. mod. fideiuſs. tollit. §. 9. num. 29. & duobus ſeqq. Cancer. var. reſol. part. 2. tit. de fideiuſſ. num. 129. & ſeq. & num. 133. Muſcatell. in prax. fideiuſſ. part. 1. mo-*

do

do 8.num.9.& ſeq.& par.2.quæſt.3. num 2.&
ſeq. ibique Prat.in addit Tapp in Rit.M.C.159.
num.3. Caball.reſ. criminal. centur 1. caſ.47. in
fine, Afflict. deciſ.130 per tot. ibique Adden.
optime Peguer. dec.Cathalon.47. per tot. aſſe-
rens, quòd quocumque modo reus relaxetur
2 à carceribus, vlteriùs fideiuſſores non tenean-
tur, cum promiſſio de illum repræſentando
iam expleta, ſolutaque videatur per capturā
rei per Iudicem factam, Card.de Luc.de credit.
diſc.98.num.12.in.fin. verſ.& alterā, vbi, quòd
3 dum creditor directè ac per ſeipſum voluit
ſe de perſona debitoris aſſecurare, videtur
ita renunciaſſe illi cuſtodiæ, & aſſecurationi,
quam fideiuſſori commiſerat.

Idque, etiam ſi in decreto Iudicis mandan-
4 tis, quòd debitor à vinculis relaxetur, fuerit
appoſita clauſula firma remanente fideiuſſio-
ne.

Nam adhuc fideiuſſor remanet liberatus,
cum non poſſit Iudex iterum obligare fide-
iuſſorem, alioquin ab obligationis nexu iam
ſolutum, ſine nouo eius conſenſu, l.nouationi-
bus, Cod.de fideiuſſ Dec.conſ.27.num.15.lib.2.
Grat.conſ.93.lib.1. Rota in Auximana fideiuſ-
ſionis 24. Nouēbris 1603.coram Card.Pāphilio
ſeniore, & in ſpecie Carena reſol 90.num.38.
& ſeqq & egregiè Rot.in rec.dec.149. num.2.
part 3. ubi, quòd fideiuſſor de ſoluendo, uel
concordando, aliás de repræſentando debi-
torem infra terminum duorum menſium, di
catur liberatus, ſi Tribunal Viſitæ dimiſerit
debitorem à carceribus ſub pretextu nullita-
tis capturæ, firma remanente fideiuſſione,
Peua deciſ.1061.num.6.Put.dec 66.num.2.lib.
3. in correct.

5 Prędicta verò confirmantur, tum ex iis,
quæ habentur in proximis terminis, quòd fi-
deiuſſor liberetur ſi is, quem promiſerat non
receſſurum à loco, diſcedat cum licentia
Superioris; ſtante enim primo exitu fuit
omninò extincta fideiuſſio, quæ ampliùs in
præiudicium fideiuſſoris ſine nouo eius con-
ſenſu reuiuiſcere nequit, l. ſi fideiuſſor Magi-
ſtratus, § pro Aurelio ff de fideiuſſ. & tra-
dunt Ladercb.conſ.198. ſub num.1 & in eadem
cauſa Menoch conſ.212.per tot ſignanter num.
29.32.39. & 52. Farinac. conſ 59. num.9. &
ſeq.lib.1.Mar.Antonin lib 3.reſol 30.alijſque
allegatis, Cyriac.contr.101.num.21.& ſeq.

6 Idque, etiam ſi licentia fuiſſet conditiona-
lis, vt putà de redeundo, Ladercb.dict.conſil.
198.num.3.Farinac.dict.conſil 59.ſub num.20.
Marc.Antonin.d.lib 3.reſol.30 non enim fuit
7 hoc caſu promiſſum, & fideiuſſor cenſetur ſe
obligaſſe pro prima vice tantùm, argument.
l.boues 89.§.hoc ſermone, ff.de verbor.ſignific.
ibique latè Tiraq.& in propoſito tradunt An-
charan.quæſt.67.num.5.part.1. Caball.reſolut.
59.num.14 & ſeq.Farinac.quæſt.34.ſub num.
153. qui omnes affirmant, quòd data ſemel
8 licentia, non cenſeatur fideiuſſor ſe vlteriùs
voluiſſe obligare, cum fideiuſſio debeat ſtri-
ctiſſimè interpretari, vt minus obliget, quàm
fieri poſſit adeòut ſufficiat, cum in aliquo tā-
tùm operari, l.pen. ff.Iudic.ſolut. l.fideiuſſores
Magiſtratuū 68.in princ.ff.de fideiuſſor.Decian.
conſ.107. num.2. verſ.præterea, & in ſpecie
Menoch.dict conſ 212.num.13.Caball.dict.reſo-
9 lut 59.num.3. Neque extendatur de re ad rē,
neq; de perſona ad perſonam, neq; de caſu ad
caſum neq; de tempore ad tempus, Caball. d.
reſol.59. num 4. Anton.Fab. in Rational. ad l.
Centum Capuæ 8 ff.de eo, quod cert.loc.

10 Tum etiam, quia, quemadmodùm fideiuſ-
ſor de repræſentando liberatur, quando prin-
cipalis debitor facto, vel culpa Iudicis, aut
creditoris aufugit, prout poſt Bald. in l.qui
crimen, Cod.qui accuſar. non poſſ. Marſil.de fi-
deiuſſ num.150.& ſeqq.Gramm. conſ.ciuil.66.
num.71. Bertazol.conſ.crimin.436.ſub num.1.
Botta conſ.38.num.4. Gabr.conſ.181. num.8.in
fin.lib.1.Giurb.conſ.crimin.35. num.14. verſic.
imò, Laderch.conſ 198.ſub num.3.verſ.quintò,
Vermigliol.conſ.306.num.6 & ſeq. & per tot.
& conſ.325.num.2.Giouagnon. conſ.58.nu.29.
Farinac.quæſt.34 num 49.& ſeqq. & nu.168.
lib.1.& conſ.59. num.20 lib.1. Cyriac. d.con-
trou.101 n.41. Mar.Antonin lib.3. reſol.30.
num.7.Clar.in §.fin.quæſt.46. Pariſ.de Put.de
ſindicat. verbo fideiuſſio officialis cap.2.de Ma-
rin.lib.1.reſol.134.num.4 & ſeq Caren.reſol.
90.num.27.& ſeq.Carauit.Rit.159.num.3 Ca-
pyc.Latr.conſult.49.num.14.& ſeq. lib.1. benè
Viloſa in tract. de fugitiu.cap.18.§.5. n.47. &
ſeqq.Vrſill.ad Afflict d.dec.130.nu.3. Franch.
dec.344.in princip.ibique de Luca num 3. Mu-
ta dec.45.Caſtill.dec.150.num 15. non enim
debet fideiuſſor ex culpa alterius pręgrauari,
l.ſancimus, C. de pœn. & in his terminis Pe-
guer.d.dec.47.propè fin.

11 Idque, etiam ſi fideiuſſor ſe obligauerit
præſentare debitorem toties, quoties fuerit
requiſitus, Gabr.conſ.181. num.15. lib.1. Fa-
rinac.dict.quæſt.34. num.95. Viloſa de fugitiu.
dict.cap 18.§ 5.num.54.& ſeqq. Afflict.deciſ.
130.Caſtill.deciſ.150.num.15.

Ita multò fortiùs prædicta procedere de-
bent, quoties, prout in præſentia, debitor iā
carceratus á Iudice, inſtante cōmunitate Cre-
ditrice, fuit abſq; vlla prorsùs legitima cauſa
dimiſſus in maximum fideiuſſoris detrimētū,
cuius ſaltem indemnitati erat conſultum,
retento eodem principali debitore in carce-
ribus.

Prædictis omnibus ea accedat animaduer-
ſio, quod cum Cōmunitas Aduerſaria exigere
neglexerit á principali debitore, iam in vin-
culis conſtituto, neque illius relaxationi nul-
liter demandatæ à Iudice ſe oppoſuerit, nullo
12 Iure eſt excuſabilis creditoris negligentia,
qua ſtante, fideiuſſor dicitur liberatus, prout
per

per text. ſingularem, ita communi Interpretum ſenſu intellectnm. l.ſi fideiuſſores 42. ibique gloſ.Caſtr.Bart.Alberic Imol. ff de fideiuſſ. firmant Maur.de fideiuſſor part.2.ſect.10.§.23. num.9.Rimin Iun.conſ 52 num.64.Burſatt.conſil.284 num.8. & conſ.428. nnm.12. Menoch. conſ.719.nnm.46. Pedroch.conſ.13.num.14.& conſ.26.num.44.Vaſq.contr.illuſtr.cap.33.n.8. lib.1.Gomeſ.var.reſol.tom.2.cap.13.de fideiuſſ. num 9.in princip.Cyriac.contron.619.num.5.et controu 103.num.28. Noguerol. allegat.40.nu. 59. verſic. & ſic ſi principalis debitor, cum ſeq.Cardin.de Luca de credit.diſc.94. nu.6. Salgad.in labyr.credit.part.3.cap.11.nn.56. Barz. dec.Bonon.72 num.10.& ſeq.Magon.deciſ.Florent.45. num 8. Eruditiſſimus Anton.Fab. in C.definit.39.lib.8.tit.28.nnm.3.Rouit.deciſ.43. num.11.Archiepiſc.Royas dec.168.n.15.

13 Idque, etiam ſi Communitas non fuerit requiſita, & interpellata per fideiuſſorem ad exigendum à principali debitore in vinculis retento. Ruin.conſ.45 num.5. volum.5 Bertazol.clauſ.43.gloſ.4.Coſt.de Iur. & fact ignorãt. centur.1.diſtinct 95 num.1. & ſeq. Gomeſ.var. dict.tom 2.cap.13.de fideiuſſ.num.9. in princip. Caroe.de excuſſ.bonor part.2.quæſt.14. num.3. Hering.de fideiuſſ.cap.20 §.15.num.25. Maur. eod.tract.ſect.10.cap.23.n.35.

Parùmque releuat obiectum, quòd fuerit neceſſaria denunciatio eidem Communitati facienda per fideiuſſorem, quòd, nempè, debitor reperiatur in vinculis conſtitutus, ad hoc ut idem fideiuſſor dici poſſit liberatus.

14 Siquidem pro tollendis æquiuocis, quę frequenter in hac materia contingere ſolẽt, duo caſus pernecesſè, meo iudicio, sũt diſtinguẽdi.

Primus eſt, quando, inſtante Creditore, principalis debitor fuit in carcerem deductus ob cauſam diuerſam ab ea, pro qua fuit præſtita fideiuſſio, & tunc abſque dubio fideiuſſor non remanet liberatus, niſi expreſſa acceſſerit eiuſdẽ proteſtatio, quód intendat habere debitorem pro pręſentato in carceribus, & ampliùs nolit eſſe obligatus, iuxta receptam doctrinam Io: Andr.in addit.ad Speculat.in 3.par.tit.de accuſat.§.ſequitur num.17.in addit. quam ſequuntur Angel. in l. nullus; C. de exhiben.reis, et in l.2.§.fin. ff. de cuſtod.reor. Marſil in rubr.ff.de fideiuſſ.num.142.Surd.conſ. 345.num.26.benè Vermigliol.conſ.315.num.3. Hering.de fideiuſſ.tit.quib.mod.fideiuſſ.tollit.§. 9.num.29. & duobus ſeqq. Farinac. quæſt.34. num.98. et ſeqq.Caball.reſol. crimin. centur.1. caſ.47.num.4 et 5.Cancer.var.reſol.part.2.cap. 5.de fideiuſſ.num.129. et ſeqq.

15 Secũdus caſus, quando, prout in præſentia, principalis debitor, inſtante Commnnitate creditrice, fuit carceratus ob eamdem causã, ob quam fuit præſtita fideiuſſio, & hoc themate retento, á carceribus dimiſſo eodem debitore, ſiue ex facto creditoris, ſiue ex culpa Iudicis, abſque dubio fideiuſſor dicitur liberatus.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia cum principalis debitor ſit commiſſus cuſtodiæ fideiuſſoris; l.1.et 2. ff.de cuſtodit. et exibit.reor. meritò id, quod erat adimplendum per eumdem fideiuſſorem, ſi fuiſſet interpellatus ad præſentandum debitorem in carceribus, fuit præuentiuè adimpletum per ipſummet creditorem, ideòque non fuit neceſſaria aliqua interpellatio, ſiue denunciatio per fideiuſſorem facienda creditori, quę ſolùm requiritur, quando debitor carceratur ex alia diuerſa cauſa, ſecus ex eadem, pro qua fuit præſtita fideiuſſio, prout optimè firmant utrumque caſum diſtinguentes poſt Io: Andr. vbi ſupra Angel.in dict.l.nullus, Cod.de exhibend.reis, et in l.2.§. fin. ff. de cuſtod. reor. Surd. conſ.345. num.26.Vermigliol.conſ.315. nnm.1. Farinac. dict.quæſt.34.num.92.Marſil.in Rubr.de fideiuſſ. num.142.Roder.Suarez de fideiuſſ.in cauſ.crim. num.30.& ſeq.Cancer.d.par.2.cap.5.num.129. et ſeqq.et num.133. Muſcatell. in prax.fideiuſſ. part.1.modo.9.num.6.et ſeq.et part.2. quæſt.3. nnm.2.et ſeq. ibique Prat. in addit. Tapp.in rit. M.C.159. num.30. Afflict.dec.130. numer.5.et ſeqq. ibique Adden. Peguer. dec.Cathalon.47; per tot.

16 Neque adaptantur deducta per Rot. in rec. dict dec.149.part.3. ſuper carceratione principalis Debitoris Creditori per fideiuſſorem denuncianda; ibi enim agebatur de caſu omninò diuerſo, dum carceratio debitoris non fuit ſequuta, prout in preſentia, urgente creditore; ſed potiùs inſtante eodemmet fideiuſſore, qui pulſatus ad repræſentandum ſub comminatione mandati exequutiui poſtmodùm obtenti, & intimati, curauit carcerationem ipſius principalis debitoris, quam denunciauit creditori, petens præuia repoſitione à mandato relaxato, ipſum liberari à fideiuſſione, prout in themate eiuſdem deciſionis.

17 Notorium tandem grauamen fideiuſſoris eò magis augetur; cum enim debitum principalis debitoris non aſcendat, niſi ad ſcuta 500. nihilominus reperitur fideiuſſor ſpatio ſex menſium, & ultra nulliter detentus in carceribus pro ſcutis mille; ideòque, cum mandatum, & exequutio perſonalis detegatur exceſſiua, ratione indiuiduitatis corruit in totum, etiam ſi exceſſus ſit in minimo, Bart. in l.ſi non ſortem, §.ſi centum, num.7. ibique Iaſ. num.2. ff.de condit.indebit. Bald.in l.certi conditio, §.quoniam num.3. verſ. ſecundus, ff. ſi cert. petat. Gratian. cap.3. num.24. Pariſ. conſ.8. numer.36. lib.2. Caren. reſol. 45. num.1. Ludouiſ. deciſion.198. numer.1. ibique Adden. lit. A. Afflict. deciſ.218. num.3.& ſeq. Card.Caualer.deciſ.446. num.2. Card.Othob.deciſ.237.num.8. Buratt.dec.216.

num.10.& deciſ.91.num.3. ibique *Add. lit. A. Rot.in rec.dec.210.num.8.p.7.*

18 Contraria uerò procedunt, quoties exceſſus non eſt in mandato, ſeu radice, ſed ſolùmmodò in ipſamet exequutione; tunc enim non cauſat nullitatem, ſed reuocanda eſt exequutio in exceſſu, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Surd.conſ.39.num.26. verſ.poſtremò non obſtat, & num.ſeq. Burſatt. conſ.184.num.38.Ruin.conſ.160.num.25.lib.2 Afflict dec.218. num.2. Add.ad Ludouiſ.d.deciſ.198.verſ.quod tamen aduertendum eſt. Buratt.deciſ.49.nu.12.& ſeq.* ibique *Add. lit. A. Peutinger.dec.147.num.11.Rot.in recent deciſ. 8.n.8.part.6.*

19 Multòque magis, quia æquitas, ut, nempè, ſubſtineatut mãdatum pro ſumma debita, de qua *Angel.* & alij in *l.ſi finita,ff.de damn.infect. Crauett.conſ.37.num.7.Gozadin.conſ.21. num. 36.& conſ.74.num.167.Capyc. dec.51. num.7. Add.ad Buratt.deciſ.91.verſ.ſubſtinetur.num.5 & in rec.dec.170.num.22.part.8 Archiep Royas dec.440. in fin. Bich deciſ.552. num.20.* non procedit, quoties, prout in præſentia, reperitur facta exequutio, præcipue perſonalis; tune enim ſeruandus eſt omninò rigor,
20 ut mãdatum, & exequutio, cum omnibus indè ſequutis reuocetur in totum, iuxta receptam diſtinctionem, in qua perpetuò reſidet *Rota*, de qua, præ cæteris, *Bich.dec.574. num. 22.& dec.547.num.4.Duran.deciſ.388.num.3 & ſeq. Comitol.dec.87. num.8. Pena dec.384. num.7.Merlin.deciſ.291.num.5. Dunozett.Iun. deciſ.737.num.9. & poſt 2. volum. Poſth.de ſubhaſtat.dec.132.& dec.155.vtrobique num.1 Rot.in recent.dec.172.n.15.p.11.*

21 Idque etiam ſi creditor in plus petendo, & exequẽdo nõ fuerit uerſatus in dolo, & petierit in libello, prout in themate, de quo agitur, *Saluo Iure melioris calculi*; quidquid enim ſit de carentia doli, eadem clauſula excuſat quidem á pœnis á Iure inflictis contra plus debito petentes, in quibus terminis loquuntùr ex aduerſo laudati, *Roland.conſ.71.nu.39 lib.1.Barz.dec.76.num.14.& ſeqq Monter.deciſ.Aragon.14.num.42.& ſeq.* ſed non ab in-
22 iuſtitia totius mandati, & exequutionis reſultante ex carentia actionis, earumdemque indiuiduitate, *Dec. conſ.403. num.20. & ſeq. Ancharan Regien.quæſt.14.nu.3.& ſeq. lib.2. Caualcan.de vſufruct.ſub num.208.Afflict.dec. 218.num.4.Cornazan.dec.Lucenſ.2. numer.22.* quos in ſpecie optimè refert, & ſequitur videndus *Bich.dec.547.num.5.verſ.nihil ſuffragante, & ſeqq.* vbi in ſpecialibus terminis de clauſula, *Saluo Iure melioris calculi* in libello appoſita.

Signanter, quia prædicta clauſula, *Saluo Iure melioris calculi*, iuſtificare poteſt ipſam petitionem, in quo caſu rectè procedunt deducta per ex aduerſo allegatos *Roland.d.conſil.71.num.49. verſ.ſecundò dicitur, cum ſeq. lib.1. Crauett. conſ.325. ſub num.2. verſ.ſed in caſu iſto*, alijque congeſti per *Cornazan.deciſ. Lucenſ.2.ſub num.23. in fin. verſ.quia petitio cum ſeq.* non autem mandatum, prout in hoc caſu, pro certa ſumma præciſè relaxatum, & exequutum, quod ad hunc effectum attendi debet, licèt libellus aliter fuiſſet conceptus, vt benè declarat *Bart in l.1.ſub num.1. verſic. ſecundò poteſt intelligi, Cod.ſi plures vna ſentent.Caualcan.de vſufruct.ſub num.208. verſic. quod videtur poſſe limitari, Boer.dec.59. num. 8.verſ.ſed ſecundum verba ſententiæ*, & in præciſis terminis dictæ clauſulæ *Saluo Iure melioris calculi*, egregiè *Rot.in recent.deciſ.572.nu. 16.& ſeq.Bich.dict.deciſ.547.num.8. & 9.* in
23 qua rectè animaduertitur, quòd in caſu dictæ *deciſ.2. Cornazan.* in qua in contrarium potiſſimùm conſtituitur fundamentum, ſententia non exprimebat certam ſummam; ſed potiùs erat relatiua ad libellum, in qua ſpecie
24 ſententiã poſſe ſaluari ob exceſſũ, ſingulariter dixit *Rot.coram Merlin.deciſ.611.num.7.&* in *Peruſina exequutionis 18. Decembris 1595. coram Penia*, impreſſa apud *Marcheſan. de commiſſ.fol.114 par.3.*

25 Et in omnem caſum; quatenus res eſſet dubia, iudicandum pro fideiuſſore alieno morbo laborante, & contra ſe fundantem in fideiuſſione, *Valenz. conſ 9. num 36 & ſeqq. & conſ.158.num.30.Caren reſol.90. num.35. Magon. dec.Florent.57.n.61.& ſeq.*

Iuxta allegata fuit deciſum per Sacram Congregationem Boni Regiminis, demandando excarcerationem fideiuſſoris.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor, qui diù ſtetit in obligatione, poteſt petere liberationem à fideiuſſione præſtita, præcipuè, quando debitoris conditio fuit effecta deterior, etiam abſque eius culpa, & adhuc, ſi reperiatur obligatus in Inſtrumento clauſulas continente exequutiuas.

Fideiuſſor ſub obligatione conditionali, licet ante euentum conditionis non poſſit dici, diù ſtetiſſe in obligatione efficaci, & iam commiſſa; ſed ſolùm in fideiuſſione; ideòque à principali debitore liberationem petere non valeat. Id tamen non procedit, quando conditio, ſub qua eſt præſtita fideiuſſio, vel eſt infra breue tempus certò euentura, vel proxima contra eumdem fideiuſſorem imminet exequutio. Pro-

Promiſſio de præſtando alium fideiuſſorem ad contentamentum creditoris, vt vulgò aſſerunt, quomodò intelligenda.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor regulariter antequàm ſoluat, vel ſit condemnatus, non poteſt petere, neq, conuenire fideiuſſorem, vt eum liberet, quia mandatum non videtur factum tantùm de fideiubendo; ſed etiam de ſoluendo.

2 Fideiuſſor, qui diù ſtetit in obligatione, poteſt petere liberationem à fideiuſſione præſtita.

3 Præcipuè, quando debitoris conditio deterior euaſit ob plures dilapidationes, & ingens æs alienum poſt fideiuſſionem contractum.

4 Fideiuſſor ſub obligatione conditionali, ante euentum conditionis non poteſt dici diù ſtetiſſe in obligatione efficaci, & iam commiſſa; ideòque non poteſt petere liberationem à principali debitore.

Declara vt num. 9. & ſeqq.

5 Fideiuſſor datus pro euictione, quamuis diù ſteterit in obligatione, non tamen agere poteſt pro liberatione, priusquàm res euincatur.

Adeò vt fideiuſſor futuræ euictionis, etiam poſt decennium, non poſſit dici, diù permanſiſſe in obligatione; ſed solùm in promiſſione.

6 Fideiuſſor pro tutore, vel quolibet adminiſtratore, quamuis diù ſteterit in obligatione; non tamen agere poterit, vt à fideiuſſione eximatur, antequàm tutela, vel adminiſtratio completa ſit.

7 Fideiuſſor in contractu cenſuali, an poſſit cogere debitorem cenſus, vt eum liberet à fideiuſſione.

8 Conditio purificandi fideicommiſſi indubitanter infra breue tempus, quamuis incertum extitura, quò ad Iuris effectum habenda eſt pro pura.

9 Liberatio poteſt peti à fideiuſſore, qui diù ſtetit in fideiuſſione, quoties conditio, ſub qua eſt præſtita, eſt certò euentura.

10 Conditio quæ eſt certò extitura, nõ ſuſpendit natiuitatem actionis.

11 Fideiuſſor de proximo condemnandus ob mandata relaxata, poteſt petere liberationem, quia habetur pro condemnato.

12 Parum refert an quid fiat per metum, preſentemque coactionem, an verò metu futuræ proximæ coactionis.

13 Fideiuſſor obligatus in Inſtrumento ſub quarantigia poteſt petere, vt à fideiuſſione eximatur; nam, cum exequutio ſit parata, perindè habetur, ac ſi ſit condemnatus.

14 Reprobatur contraria ſententia Caſtrenſis, & Angeli, cum quibus perfunctoriè pertranſijt, Rota dec. 195. poſt Cen. de cenſ.

15 Fideiuſsor iudicio ſiſtendi, ob quam cauſam poſſit agere contra principalem debitorem pro liberatione, antequàm ſoluat.

16 De proximo condemnandus habetur pro condemnato.

17 Fideiuſſor poteſt petere liberationem, etiam in obligationibus ſucceſſiuis, & in diem ob ſequutam deteriorationem debitoris facultatibus lapſi ob alienationes, & æs alienum contractum.

Quid, ſi poſt inceptam dilapidationem, ad bonos rediret mores. ibid.

18 Ad effectum probandi dilapitationem ſufficit fama in Parochia debitoris, vel inter eos, qui ſcire poſſunt.

19 idque, etiam ſi paupertas, vel iactura bonorum non ſuperuenit ob culpam debitoris; ſed potiùs ex caſu merè fortuito.

20 Prudentis Iudicis arbitrio remittitur, quæ ſit iuſta cauſa, ex qua fideiuſſor poſſit petere liberationem à fideiuſſione.

21 Fideiuſſor, licet non poſſit cogere debitorem ad liberandum; poteſt eumdem compellere ad conſulẽdum ſuæ indemnitati per aliam idoneam cautionem fideiuſſoriam.

22 Promiſſio præſtandi fideiuſſorem ad contentamentum, ſiue ſatisfactionem alterius, quomodò intelligenda.

23 Expenduntur Iura ſingularia in l. ſi rem 9. §. omnis in fin. ff. de pignorat. act. & in l. ſtipulationum aliæ 5. §. ſatis acceptio, ff. de verbor. obligat.

CAPVT CIV.

1 QVAMVIS regulare ſit, vt fideiuſſor, antequàm ſoluat, vel ſit cõdemnatus, non poſſit petere, neque conuenire fideiuſſorem, vt eum liberet, quia mandatum non videtur factum tantùm de fideiubendo; ſed etiam de ſoluendo, prout ſunt iura in *l. indebitum, ff. de condit. indebit. l. fideiuſſor, ff. de fideiuſſorib. Gomeſ. var. part. 2. cap. 13. de fideiuſsor. num. 10. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. quæſt. 54. num. 1.* Nihilominus, cum Franciſcus diù ſteterit in fideiuſſione præſtita de reſtituendo Reu. Monialibus Sanctæ Claræ pretium prædij à Tiberio aduerſario eiſdem Monialibus venditi in euentum purificationis cuiuſdam fideicommiſſi; Cumque pro libera eiuſdem prædij traditione per Moniales iam fuerit obtentum mandatum ad factum, ſtante purificatione fideicommiſſi, quæ in dies poteſt contingere, eò quia aduerſarius, tàm ratione penè decrepitæ ætatis, quàm etiam aduerſę valitudinis ſit omninò deſtitutus ſpe liberos ſuſcipiendi ex eius vxore.

2 Meritò, inſpectis prædictis, ſatis æqua, Iurique cõſentanea videtur petitio noſtri principalis ſuper liberatione à fideiuſſione prſtita, in qua diù ſtetit, prout eſt *text.* expreſſus in *l. Lucius Titius 38. verſ. fin. ff. mandat.* ibi: *Fideiuſsor, an, et priùſquàm ſoluat, agere poſſit, vt liberetur, nec tamen ſemper expectandum eſt, vt ſoluat, aut iudicio accepto cõdẽnetur, ſi diù reus in ſolutione ceſſauerit,* vbi egregiè, præ cęteris, *Anton. Fab. in Rationalib. l. ſi pro ea 10. C. eod. cap. fin.* vbi Canoniſtę, *extra de fideiuſsor. Surd. conſ. 357. num. 20. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 41. num. 2. Valaſc. conſult. 36. n. 2. Hering. de fideiuſsor. cap. 25. num. 32. & ſeqq. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de fideiuſsor. reſol. 5. num. 3. Cancer. var. part. 2. tit. 5. de fideiuſsor. num. 88. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 22.*

Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4.part.3.gl.18.
num.13. eruditiſſimus *Conſiliar.Petra* in lu-
culentiſſimis *Commentarijs ad Rit. Mag. Cur.*
Vicar.165. num. 15. Guid.Pap. deciſ. 217.
vbi,quòd ſufficiat ſpatium biennij, *Affl.deciſ.*
241. num.3. Larrea dec.93. num 9. & deciſ.7.
num.23.verſ.vel ſi diu, Rot. in recen.deciſ.456.
num.3.part.2. Cardin.Caualer.dec.320. num.1.
*Reuerter.dec.499.*ibique *de Marin.in obſeru.*

Præcipuè , quia valdè probabile videtur,
quòd debitoris conditio deterior euaſerit,
3 ſitque lapſus facultatibus ob plures dilapida-
tiones, ingenſque æs alienum poſt fideiuſſio-
nem contractum,quibus ſtantibus,idem pro-
cedere probat *text.in d.l.Lucius Titius, §.fin.*
ff.mandat. ibique *Ant.Fab.in Rationalib.& in*
l.ſi pro ea , Cod.eodem, ibi: *Neque bona ſua*
eum dilapidare poſteà cœpiſse comprobare poſ-
ſis, Menoch.de arbitr.dict.caſu 41. num.13.&
ſeqq.Cancer.var cap 5.de fideiuſs.num.68.Bar-
rell.in ſumm deciſ. tom.3. tit.13. de fideiuſsor.
num.373. Fontanell. de pact.nupt. dict. clauſ.4.
gloſ.18.n.16.Afflict.dec.241.Larrea dec.Gran.
93.num.3.Reuerter.dec 499.

4 Neque dicatur , quòd obligatio fideiuſſo-
ris de reſtituendo pretium , purificata con-
ditione fideicommiſſi, fit conditionalis, atq;
adeò ante euentum conditionis, cum dici nõ
valeat, fideiuſſorem diù ſtetiſſe in obligatio-
ne efficaci, etiam commiſſa , *l.hoc iure , ff.de*
verbor. obligat. l.cedere diem , ff.de verbor. ſi-
gnific. non poſſit petere liberationem à prin-
cipali debitore, *Bald. Fulgoſ.* & alij *in d.l.Lu-*
cius, ff.mandat.Menoch.de arbitrar.in addit.ad
lib.2.caſ.41.num.5.& 6 Cancer.var.par.2.cap.
5.de fideiuſsor.num 89.& ſeq.Gomez var.par.
2.cap.13.n.10.verſ.ex quo primo infero , Add.
ad Buratt. dec.401. num.21 de Marinis ad Re-
uerter.dec.499.num.1. verſic. & pariformiter,
Prat.ad Muſcatell in prax fideiuſs.part.2. q.4.
verſ.& quatenus Conſil.Petr.ad d.Rit. M C V.
165.num.15. Epiſc.Antonell. de tempor. legal.
lib.1.cap.43.n.3.

Idque ob eam potiſſimùm rationem, quia
cum obligatio principalis certam habeat tẽ-
poris durationem,ita etiam fideiuſſoria tam-
quám ei accedens, atque adeò cum eamdem
temporis durationem principalis obligatio-
nis fideiuſſor præuiderit , vel præuidere de-
buerit, vſque ad eam videtur manifeſtè ſe
voluiſſe obligare, & per conſequens,non niſi
tempore elapſo,valeat petere, ſe ab ea obli-
gatione eximi , prout poſt *Menoch.* loco pro-
ximè laudato , arguit *Cancer. dict.cap.5. de*
fideiuſsor. num.90. verſ.eſtque prædictorum
ratio.

5 Et ob hanc eamdem rationem fideiuſſor
datus pro euictione , quamuis diù ſteterit in
obligatione; non tamen agere poteſt pro li-
beratione , priuſquàm res euincatur , quia
adhuc non ceſſit dies , neque aduenit condi-
tio, *Bald.in l.facere poſse,num.2. Bart.num.3.*
Alex.n.1.& ſeq.ff ſolut.matrim. idem *Bald.Ia-*
cob.de Aren.& Cyn.in d.l.Lucius Titius,ff.mã-
dati, & conſ.475.lib.4 Salicet in d.l.ſi pro ea,
num.5.Cod.mandati, Angel.Aretin.in § ſi quis
autem, Inſtit.de fideiuſsor. Surd.conſ.387.num.
19.lib.3.Cardin.Mantic.de tacit.lib.16. tit.22.
num.27 aſſerens,fideiuſſorem futuræ euictio-
nis,etiam poſt decennium, non poſſe dici,diù
permanſiſſe in obligatione; ſed ſolùm in pro-
miſſione , *Gomeſ.var. lib.2. cap.13. num.10.*
verſ.ſecundò infero, Merlin.de pignor.lib.5. tit.
1. quæſt.54. num. 1. Gaill. pract. obſeruat.
lib 2. obſeruat.29. Viu.commun.opin.287. in
verbo *fideiuſsor tom.1. Epiſcop.Antonell.de*
tempor. legal. cap.43. num.4. Cardin.Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. lib.16. tit. 22.
num.27. vbi , quòd fideiuſſor futuræ euictio-
nis, etiam poſt decennium nõ poſſet dici diù
permanſiſſe in obligatione;ſed ſolùm in pro-
miſſione; *de Marin.ad Reuerter dict deciſ.499.*
num.1. verſ.eſt tamen notandum,add.ad Buratt.
dec.401.num.21.Cenc.de cenſib.quæſt.76.nu.4.
Rot poſt eumdem.deciſ.199.num.2.Afflict.dec.
*241.num 4.verſ.ſi datus eſt fideiuſsor.*ibique
Vrſill.Cardin.Caualer.dec 620.num.1.

6 Idemque dicitur de fideiuſſore pro aliquo
Tutore, Curatore , vel aliquo adminiſtrato-
re;is enim,quamuis diù ſteterit in obligatio-
ne; non tamen agere poterit , vt à fideiuſſio-
ne eximatur, antequàm tutela , vel cura ſiue
officij adminiſtratio completa ſit ; cũ fideiuſ-
ſor non cenſeatur eſſe in obligatione , niſi
poſt finitam tutelam, curam , vel officium,
Gomeſ.dict cap.13.num.10.verſic.tertio infero,
Cancer.d.part.2.cap.5.nu.89.Merlin.de pignor.
dict quæſt.54 num.1 .verſic.ſic pariter,Epiſcop.
Antonell de tempor.legal.dict.cap.43. num.5.
de Marin.ad Reuerter.dict.dec.499.nu.1. verſ.
idemque quoties, Cenc.de cenſ.d q.76.n 6.

7 Prout idem aſſeritur in aliquorum ſenten-
tia in fideiuſſore contractus cenſualis, qui nõ
poteſt cogere debitorem cenſus,vt à fideiuſ-
ſione eum liberet ; licèt diù in obligatione
ſteterit, *Cancer. var. dict.cap 5 de fideiuſsor.*
nu.91.Felician.de cenſ.lib.3.cap.3.n.9. & tom.
2.lib.3.cap.3.num.4.

Siquidem prædicta declaratio, ſeu potiùs
limitatio themati , de quo eſt ſermo , nul-
latenus poteſt conuenire ; cum enim verſe-
mur in cõditione purificandi fideicommiſſi,
indubitanter infra breue tempus, quamuis
incertum , extitura,ſtantibus circumſtantijs
8 ſuperiùs expenſis ; Meritò eadem conditio
quò ad Iuris effectum habenda eſt pro pura ,
l.ſi pupillus 9.§.qui ſub conditione , vbi præci-
puè *Caſtrenſ.ff.de nouat l.nã ſi cũ moriar 17.ff.*
*de condit.indebit.*ibique *Anton.Fab in rationa-*
9 *lib.* Et in terminis, quòd liberatio peti va-
leat

leat à fideiuſſore, qui diù ſtetit in fideiuſſio-
ne, quoties conditio, ſub qua eſt præſtita,
certò eſt euentura, benè firmant *Add.ad Bu-
ratt.dec.401.num.22. verſic.contrarium tamē,
Duran. deciſ.209. num.10. & ſeqq.* rectèque
10 confert concluſio, vt conditio, quæ eſt certò
extitura natiuitatem non ſuſpendat actionis
dict.l.ſi pupillus,§.qui ſub conditione, ibique
gloſ.& Interpretes,*ff.de nouat.*

Prædicta verò omnia fortiùs procedunt,
quia non poteſt dubitari, quin fideiuſſor ſit
de proximo condemnandus, cum contra ad-
11 uerſarium vrgentibus Monialibus, iam fue-
rit relaxatum mandatum ad factum pro libe-
ra prædij venditi traditione;atque adeó po-
terit fideiuſſor liberationem petere,quia ha-
betur pro condemnato,iuxta receptam theo-
ricam *Bald.in dict.l.ſi pro ea,nu.8.& ſeq. Cod.
mandati Abb.in cap.conſtitutus num.2.de fide-
iuſſoribus, Marſil.in rubric. de fideiuſſoribus,
num.217.Cephalus conſil.136. num.6. Aldo-
brand.conſ.75.num.4. Menoch.de arbitrar. dict.
caſ.41.num.19. Cardin.Mantic.de tacit. lib.16.
tit.22.num.11.& 13.*vbi poſt *Bald.*quòd tunc,
ſuadente æquitate, poſſit fideiuſſor petere,
ſe liberari, quia id ex bona fide tacitè actum
intelligitur, *Gall.obſeruat.29.num.13. Episc.
Antonell.de tempor.legal.lib.1.cap.43. num.9.
& ſeq.*eleganter *Anton.Fab. in Cod lib.4.tit.
26.definit.24.Surd.deciſ.94.num.4.Larr.deciſ.
Granat.93.num.9.Buratt.dict. deciſ.401. nu.9.*
12 Parum enim refert, an quid fiat per metum,
præſentemque coactionem, an verò metu fu-
turæ proximæ coactionis, cum ſolus coactio-
nis metus pro coactione ſit habendus, *l.no-
uiſſimè 7.§.1.* vbi ſignanter *Bald. ff.quod falſ.
Tutor.*

Prout ex hac eadem ratione proximæ, pa-
rataque exequutionis eſt receptior ſententia,
13 quòd fideiuſſor obligatus in inſtrumento
quarantigio poſſit petere, vt à fideiuſſione
eximatur;cum exequutio aduersùs eum com-
petat, ſitq;imminens,& parata,perindè,ac ſi
eſſet condemnatus. *Bald.in dict.l.ſi pro ea,n.7.*
ibique eleganter *Donell.num.6.& ſeqq.C.mā-
dati, Bart.in l.fideiuſſor, ff.de fideiuſſor. pro
uenditore*,egregiè iuxta morē *Anton.Faber in
Rational.ad l.Lucius 38.ante fin.verſ.tertius eſt*,
rectè aduertens,quod fideiuſſor non cogatur
expectare, vt detrudatur in carceres,uel ad
neceſſitatem faciēdę bonorū ceſſionis adiga-
tur,ſitq;ei ignoſcendū, ſi parcat pudori ſuo,
prout inquit *Iuriſconſultus in l. quintus Mutius
48.in fin.ff.mandat.*idem *Fab. in Cod. lib.4.tit.
26.defin.26.in princip.Caſtrenſ.conſ.318.col.2.
poſt princip. verſ.& hoc ideò lib.1. Alex.conſ.
72 nu.6.lib.2.Card.Mantic.de tacit.d.lib.16.tit.
22 num.10.Roderic.de exequut. cap.3. artic.4.
num.14.& ſeqq.Marſil.in Rubric.de fideiuſſor.
num.217.Mandoſ.de monitor. quæſt.50. num.3.
Hering.de fideiuſſor.cap.25.num.19. Merlin.de
pignor.lib.5.quæſt.54.num.4. Borrell.in ſumma
de ciſ.tom.3.tit.13.de fideiuſſor. nu.378. Episc
Antonell de temp.legal. dict. cap.43. num.10.
lib.1. Card.de Luca de credit. diſc.103. num.5.
Surd.conſ.357.num.20.& dec 94.nu.5.* qui lo-
quitur in ſpecie de fideiuſſore obligato in
forma Cameræ, *Larrea dict.dec.93.num.9.ver-
ſic.hinc eſt, Afflict.deciſ.241.num.3.*ibique
*Vrſill.num.4.*ubi, quod ſufficiat,quód fideiuſ-
ſor ſit obligatus per inſtrumentum habens
exequutionem paratam, optimè *Anton.Fab.
in Cod.lib.4.tit.26.definit.26.in princip.Fonta-
nell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18. num.23. p.3.
Prat. ad Muſcatell.d. quæſt.4. verſ.caſui ſepti-
mo, & quæſt.6.verſ.exhorrui, Conſiliar.Petra
ad Rit.M.C.V.165. num.15. Franch.dec.414.
num.2.*ibique *Addent.Buratt.d. dec.401. nu.9.*
ibique latè *Addent. num.23. Duran. deciſ.75.
num.3.& ſeqq.*
14 Quidquid in contrarium poſt *Angel. Ro-
man.& Caſtrenſ. in l.fideiuſſor pro venditore,
ff.de fideiuſſoribus, Salicet.dict.l.ſi pro ea,Cod.
mandat.* malè ſenſerint aberrantes à commu-
ni opinione. *Galleſ.de obligat Camer. p.3. tit.
de perſon.petent.exequt.num.5.* ibique *Zacchia
in add.in 2.Trentacinq.var.lib.3.tit.de fideiuſ-
ſorib.reſolut.5.num.6. de Luca ad Franch.deciſ.
414.n.2.Reuerter.deciſ.499.*ibique *de Marinis
num.2* rectèque confert optimus *text.in l.ſi
mandato, §.ſi iudicio, ff.mandat.* in quo repe-
15 ritur ſancitum, ut fideiuſſor iudicio ſiſtendi
poſſit agere antèquám ſoluat, idque non ob
aliam rationem à *Baldo* adductam in *d l.ſi pro
ea,num.7.Cod.mandat.*niſi quia aduersùs cum
16 competat exequutio, parúmque referat, an
re uera quis ſit condemnatus, an uerò pro
condemnato habeatur, *l.1. ff.de confeſs. l.1.
Cod.eod.tit.Anton.Fab.d.lib.4.tit.26.defin.26.
in princip.*

Neque aduerſatur authoritas *Rotæ deciſ.
195.num.11.poſt Cenc. de cenſ.* cum loquatur
perſunctoriè, articulo non examinato,ſolam
afferens rationem, quód fideiuſſor ſub qua-
rentigia debuit præuidere, quæ inſpectio,ne-
que etiam eſt adaptabilis in præſenti thema-
te ob deterioratam debitoris conditionem,
quæ poſt præſtitam ſuperuenit fideiuſſio-
nem.

Atque ex his patet reſponſio ad ea, quæ
ex aduerſo dicuntur, de fideiuſſore pro eui-
ctione, uel pro tutore, uel adminiſtratore,
cuius obligatio, re non dum euicta, rationi-
buſque non redditis, cum adhuc certa dici
non ualeat; meritò idem fideiuſſor agere
non poſſit pro liberatione; quod ſecus eſt di-
cendum in præſentia;inſpectis enim facti cir-
cumſtantijs ſuperiùs recenſitis, caſus purifi-
cationis fideicommiſſi de proximo eſt pluſ-
quám certò certiùs extiturus, prout benè in
proximis terminis ſatisfaciendo obiecto fide-
iuſſionis præſtitæ pro euictione, uel tutela,
ad-

Digitized by Google

aduertit Duran. deciſ.209. num.11.
Multóque magis ſublata remanet quælibet
17 difficultas ob deteriorationem debitoris fa-
cultatibus lapſi ob plures alienationes, in-
genſq; ęs alienum contractum, quibus ſtanti-
bus, etiam in obligationibus ſucceſſiuis, & in
diem poteſt fideiuſſor ad liberationem agere
prout per text.in dict.l. ſi pro ea, Cod.mandat:
ibi: Neque bona eum dilapidare poſteà cæpiſſe
comprobare poſſis, latè firmant, Barboſ.in l.in
omnibus num.22.& ſeqq.ff. de Iudic. Ant: Fab.
in Rational. ad l.Lucius 38.ff. mandat.ante fin.
verſ.quintus ſi debitor, Hering.de fideiuſſ.capit.
15.num.29.& cap.25.num.63.Menoc.de arbitr.
d caſ.41.num.13.& ſeqq. Fontanell. de pact.
Nupt.dict.clauſ.4.part.3 gloſ.18.numer.16.&
dec.541.n.15.Card.Mantic de tacit.d.lib.16 tit.
22.num. 19 ubi, quòd ad effectum probandi
18 dilapidationem, ſufficiat fama in eius Paro-
chia, uel inter eos, qui ſcire poſſunt, Epiſ.An-
tonell.de tempor.legal.lib.1.cap 43.num.11.Re-
uerter.dict. dec.499.Larr.dict. dec.93. num.3.
Conſiliarius.Petra ad. Rit. M. Cur. Vicar. 165.
num.15.qui poſt Prat. ad Muſcatell.de fideiuſſ.
part.2.quæſt.4.verſ.noſter verò Anteſignatus, li-
mitat, quando poſt incæptam dilapidationē
ad bonos mores rediret ex leg. Lucius, ubi
gloſ ff.de fideiuſſ.
Idque etiam ſi paupertas, vel iactura bo-
norum non ſuperuenerit culpa debitoris; ſed
19 potiùs ob caſum merè fortuitum, prout poſt
Angel. & alios, reprobato Caſtrenſ. optimè
firmat Barboſ.in dict. l.in omnibus num.22. &
ſeqq.ff.de iudic.Larr. dict. dec.93. num.3.in.fin.
verſ.qui etiam.
Prudentis, ſiquidem Iudicis arbitrio Iura
committunt, quænam ſit Iuſta; rationabiliſ-
20 que cauſa ad effectum demandandi fideiuſ-
ſoris liberationē, l.ſi arbiter 10.§ ex cauſa, ff.
qui ſatiſd.cogant. l.ſi is, à quo, §. ſemel, ff. vt in
poſſeſſ.legat.l.in omnibus, ff.de iudicijs, l.ſi credi-
ditoris, ff. de priuileg.credit. quæ iura optimè
ad propoſitum expendit Larrea dict.dec.93.
num.3. rectè admouens, quòd quælibet cauſa
debeat impellere Iudicem pro decernenda
fideiuſſoris liberatione, optimè Ant. Fab. in
Rational.ad d.l.Lucius 38.verſ.debet igitur bo-
nus Iudex.
Vlteriùs, quatenus ſine ueri præiudicio,
21 non poſſit fideiuſſor cogere aduerſarium ad
liberandum; poſſet tamen abſque dubio eum-
dem compellere ad ſuæ conſulendum in-
demnitati per aliam idoneam cautionem
fideiuſſoriam, Bald. dicta l.ſi pro ea, numer.11.
ibique Salicet.in 6.quæſt. Cod. mandat. optimè
Ant Fab. in Ration.ad l.Lucius 38.verſ. nam ſi
conueniſſet, ff.mandat.eleganter aſſerens, quòd
non uideatur actum, neq; rurſus æquū ſit, eū
qui amici vicē exhibuit, retineri in perpetua
obligatione, à quo poſſit amicus eū liberare
per ſolutionem, benè Menoch. de arbitr. dict.
lib.2.centur.1.caſ.41.num.11.& ſeqq. pro qua
indemnitate magis, magiſque roboranda;
cum aduerſarius ſpecificè promiſerit præſta-
22 re alium fideiuſſorem ad contentamentum
noſtri principalis, huiuſmodi promiſſio non
eſt intelligenda, prout non rectè ex aduerſo
ſupponitur, arbitrio boni uiri, ſed potiùs di-
cta uerba ad contētamētū, important liberum
arbitriū, facultatemq; liberam, & abſolutam
eiuſdem approbandi fideiuſſores ſibi idoneos
benè viſos, l fideicommiſſaria libertas, la ſecon-
da, ff. de fideicommiſſar. libert. & in ſimilibus
verbis probant Bart.in l.alio num.9.verſ.quod
probo, ff.de aliment.& cibar.legat.Dec.in.leg.
actionibus num.11.ante medium verſ. & idem,
eſt in uerbo libuerit, ff.de in litem Iurando,
Menoch.conſ 10.num.10.Tiraq.in l.ſi vnquàm
uerbo reuertatur, numer.134. Cod.de reuocand.
donat.Valaſch.conſult.123. num.9. Gonzal. ad
regul.8.gloſ.53.num.18.et gloſ.45.num.11.Sur.
dec.272 num.15.
Idemque in verbis ad ſatisfactionem probat
23 optimus text.in l.ſi rem 9 §.omnis in fin.ff.de
pignorat. actione, ibi: Videri ei ſatisfactum, ſi-
cut ipſe voluit ſibi cauit, & æquipollere ſatiſ-
factionem, & contentamentum comprobat
alter text.ſingularis in l. ſtipulationum aliæ 5.
§.ſatis acceptio, ff.de verbor.obligat.ibi: Nam
quia id, quo quis cōtentus erat, ei præſtabatur,
ſatisfieri dictum eſt.Rebuff in l ſatisfactio 65.
verſ. contentus, ff.de verbor. ſignificat.
Et in ſpecialibus terminis. quòd. etiam,
ubi fideiuſſores idonei ſunt præſtandi ad con-
tentamentum, ſatisfactum obligationi non
cenſeatur, ſi pars non ſit contenta de illis,
ſingulariter Rot. in Veliterna affictus 24. Ia-
nuarij 1622 §.nec obſtat.in fin.corā Remboldo,
quę, quantùm nouerim, non reperitur adhuc
impreſſa.
Præcipuè, quia, neque etiam hęc pars
huiuſmodi libero arbitrio. alioquin ei à Iure
permiſſo, uult uti, dum ſolùm reprobat duos
fideiuſſores ei ab aduerſario oblatos, uerſa-
que uice exhibet notulam triginta aliorum
fideiuſſorum, de quorum confidit facultati-
bus.

Iuxtà firmata fuit decretū per Reuerendiſſimū Arioſtum Reuerendiſſimus Auditoris Cameræ Locumtenentem.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi matrimonij habens admixtam Primogenituræ erectionem, an, & quando ob modos, vel pacta non ſeruata reſoluatur, vel potiùs competat actio donanti ad implementum.

In

In contractibus nominatis, vel potiùs in habentibus mixtam naturam cum innominatis, ex pacto aliquid dandi, vel faciendi, quando poſſit eſſe locus reſolutioni, implemento non ſequuto; Ad intellectum Iurium in *l. cum te fundum, C. de pact. inter empt. & vendit. & in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.*

In Primogenituris, quamuis modi, vel pacta non ſeruentur, non tamen ipſum reſoluitur Primogenium.

Pactum ſucceſſionis, quoties non eſt de tota, vel quota hæreditatis; ſed reſpicit tãtùm res particulares, an obligationem inducat irreuocabilem; Et quid, ſtantibus verbis, *relinquo, hæreditas*, & ſimilibus.

Correſpectiuitas in donatione ex quibus reſultet; Et, an educi ſolita ex actuum contextualitate, ceſſet, quoties actus cõtextuales diuerſam præſeferũt naturam, & vnus non venit ad determinationem alterius; Et, an ad inducẽdam correſpectiuitatem ſufficiat cauſa accidentalis, ſiue occaſionalis.

In generali obligatione, an comprehendantur bona alienari prohibita, ſignanter ſub pena caducitatis; Quidue aſſerendum in mandato generali ad alienandum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio eſt contractus nominatus.*

2 *Præſertim, interueniente ſtipulatione.*

3 *Reſolutioni donationis non eſt locus ob modum, vel pacta non ſeruata; ſed tantùmmodò donanti competit actio ad implementum, ſeu intereſſe.*

4 *Idque, etiam procedit in ſpecie donationis contemplatione matrimonij.*

5 *Prout etiam in terminis Primogenituræ.*

6 *In contractibus nominatis, vel potiùs in habentibus mixtam naturam cum innominatis ex pacto aliquid dandi, vel faciendi, aliquando poteſt eſſe locus reſolutioni, implemento non ſequuto.*

Intellige, *vt* num. 9.

7 *Idque, etiam quandoque in donationibus poteſt habere locum.*

8 *Intellectus* l. cum te fundum, Cod. de pact. inter empt. & vendit. & l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.

9 *Intellige principalem concluſionem, de qua ſupra n. 6. quoties id, in quo contenditur facta contrauentio, fuit cauſa finalis contractus, ſiue donationis, ratioque motiua contrahendi, vel donandi.*

10 *Vel, quoties legitur ſpecificè appoſitum pactum reſolutiuum.*

11 *Pacti reſolutiui ea eſt præcipua natura, vt reſoluatur contractus, perindè, ac ſi non eſſet initus.*

12 *Quomodò intelligendæ authoritates firmantes reſolutionem donationis ob modos, vel pacta non ſeruata.*

13 *Donatio dicitur modalis, non autem conditionalis, quoties onera ſunt adimplenda per donatarium poſt quæſitum emolumentum.*

14 *Diſtinctio* Bartoli *pro dignoſcẽda conditione, vel modo.*

15 *Clauſula,* cum pactis, vinculis, & conditionibus, *reſoluitur in modum, vbi implementum eſt faciendum à parte poſteà.*

16 *Idque, etiam procedit in donationibus eamdem clauſulam continentibus.*

17 *Reſolutioni donationis, vt poſſit eſſe locus, eſt probanda inobſeruantia reſpectu cauſæ finalis, intrinſecæque rationis motiuæ donandi.*

18 *Vnica cauſa in proemio donationis expreſſa dicitur finalis, totamque reſpicit donationem.*

19 *Cauſa donationis dici debet finalis, quoties cogit ad faciendum.*

20 *Vel, quoties eſt repetita in verbis diſpoſitiuis donationis.*

21 *Cauſa adimplendæ præcedentis obligationis neceſſariæ, quoties aliæ cauſæ concurrunt in donatione expreſſæ, vel eſt præcipuè finalis, vel ſaltem æquè finalis cum alijs.*

22 *Cauſis ex pluribus finalibus, licet aliqua deficiat, non ideò reſoluitur donatio.*

23 *Clauſula,* quia ſic de rebus ſuis facere, & diſponere placet, *operatur, vt donatio intelligi debeat ad vnicam cauſam reſtricta, ideòque ſubſtineatur, quamuis cæteræ cauſæ deſtruantur.*

24 *Donatio contemplatione certi matrimonij ex vitio ingratitudinis reuocari non valet.*

25 *Ob pacta non ſeruata eſt locus reuocationi donationis, quia illorum inobſeruantia maximam redolet ingratitudinem.*

26 *In Primogenitura, quamuis modi, leges, vel pacta non ſeruentur; non tamen ipſum Primogenium reſoluitur.*

27 *Ex pacto reſolutiuo in ſpeciali caſu appoſito, arguitur donantis voluntas, quòd in reliquis noluerit, eſſe locum reſolutioni.*

28 *Clauſula,* non aliàs, *non inducit conditionem; ſed tantùmmodò enixam denotat donantis voluntatem, quòd adimpleatur donatio; non autem quòd reſoluatur.*

29 *Clauſula,* non aliàs, *interpretationem recipit à ſubiecta materia.*

30 *In correſpectiuis vnus actus cum inſit alteri ex indiuiduo voluntatis, eſt locus reſolutioni, etiam ſi defectus ſit in minimo.*

Intellige, *vt* num. 39. & ſeqq.

31 *Pactum ſucceſſionis, quoties non eſt de tota, aut quota hæreditatis, ſed de rebus tantùm particula-*

ri-

vibus. quibuscumque verbis ſit concepta promiſſio, inducitur obligatio irreuocabilis, quæ tranſit in contractum, licet exequutio differatur poſt mortem.

Diſpoſitio l. pactum, quod Dotali, Cod. de Pact. *in quibus terminis procedat*, ibidem.

32 *Verba promiſſionem, & obligationem importantia præſeferunt actum inter viuos.*

33 *Verbum* ſuccedat, relinquo, *& ſimilia non ſemper ad actum referuntur vltimæ voluntatis; cum aliquando hæreditas ſumi debeat pro bonis.*

34 *Præcipuè, quoties verba prædicta rebus particularibus leguntur adiecta.*

35 *Verbum* relinquo, *aliquando refertur etiam ad actus inter viuos.*

36 *Correſpectiuitas potiſſimùm excluditur ex neceſſitate actus.*

37 *Correſpectiuitas in donatione, quando ſublata remaneat ex diuerſitate cauſarum.*

38 *Donatarius, quoties animo remunerãdi aliquid donanti promiſit; tunc promiſſio non dicitur correſpectiua ad donationem; ſed potiùs diiudicatur actus ſeparatus, ac diuiſus.*

39 *Correſpectiuitas educi ſolita ex actum contextualitate non habet locum, quando actus contextuales ſunt diuerſæ naturæ, vt vnus non venit ad determinationem alterius.*

40 *Clauſula*, Verſa uice, *non inducit correſpectiuitatem, quoties diuerſarum cauſarum adeſt expreſſio.*

41 *Cauſa occaſionatis, ſiue accidentalis non ſufficit ad inducendam correſpectiuitatem.*

42 *Sed requiritur ſubſtantialis reſpectu cauſæ originalis.*

43 *Interpellatio Donatarij requiritur, quoties agitur de modo adimplendo.*

44 *Implementi non ſequuti exceptio non poteſt opponi, quoties ex propria prouenit culpa implere debentis.*

45 *Reſolutioni contractus non eſt locus ex modica mora, non exiſtente pacto reſolutiuo.*

46 *Pactum de non alienãdo, etiã latiſſimo ſumpto vocabulo in aliquorum ſententia comprehendit etiam pactum de non hypothecando.*

47 *In generali obligatione bonorum non comprehenduntur prohibita alienari, præcipuè ad excludendam caducitatem, contractusque reſolutionem.*

Idque, etiam ſi obligans non habeat alia bona, quia poteſt intelligi de bonis in futurum per eum aquirendis.

48 *Mandatum generale ad alienandum non comprehendit bona ſub pœna caducitatis alienari prohibita.*

49 *Pactum reſolutiuum in caſu hypothecæ, quoties non legitur, non eſt reſoluenda Donatio, etiam facta ſpeciali obligatione bonorum donatorum.*

50 *Reſolutio donationis competens, vel ex Iuris diſpoſitione, vel ex pacto reſolutiuo, cenſetur remiſſa ex non facto, vt putà, ſi donans, habita reuocandi occaſione, & cum potuerit, non reuocauit.*

CAPVT CV.

1 VERSAMVR in donatione irreuocabili cõtemplatione certi matrimonij, cum erectione Primogenituræ, quæ cum ſit contractus perfectus, & nominatus, *Gloſ. in l. 2. ff. de condit. ob cauſ. & in l. in ædibus 9. §. ex rebus, ff. de donat. Bart. in l. fin. Cod. de reuocand. donat. & in l. Iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. Angel. in repetit. Nouell. 119.* item, & ſuper *Auth. de non alien. §. lex itaque, num. 8. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 23. numer. 8.* eruditiſſimus *Anton. Fab. de error. Pragmat. decad. 44. error. 8. Antunez de donat. Reg. lib. 1 prælud. 1 nu. 35. verſ. verum,* latiſſimè *Cutell. de donat. contemplat. matrim. diſc. 1. partic. vnic. nu. 51. & ſeqq. Buratt. dec. 640. num. 13.*

2 Præſertim interueniente ſtipulatione; *Clar. in §. donatio, quæſt. 1. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 3. nu. 5. in fin. & ſeq.* vbi de communi. *Buratt d. dec. 640. n. 13.*

Adhuc, admiſſa prętenſa donatarij contrauentione (quæ mordicùs negatur) regulare
3 eſt, vt ob modum, vel pacta non ſeruata nullatenus reſolutioni ſit locus, & ſi vna pars deficit, non licet alteri reſilire, ſed tantùmmodò competat actio donanti ad implementum, ſeu intereſſe, *l. ea conditione, C. de reſcind. uendit. l. ineiuile*, vbi *Bald. & Salic. in princip. C. de rei vind. l. non id circò in fin. Cod. de contrah. empt Bart. in l. fin. num. 5. & 13. ff. de condit. cauſ. dat. Alex in l. cum proponas* la ſeconda *num. 4. verſ. tertiò fallit C. de pact. Gabr. conſil 49. num. 1. lib. 1 Natt. conſ. 171. n. 1 lib. 1. Rum. conſ. 128. num. 9. lib. 5. Surd. conſil. 38. n. 7. & dec. 220. num. 17. Bellon. Iun. conſ. 13. nu. 39. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 3. n. 7 Afflict. dec. 180 num. 6. Ludouiſ. deciſ 130. n. 2. Cardin. Seraphin. dec. 1275. num. 1. Buratt. dec. 640. num. 13. & ſeq.* ibique *Adden. num. 26.*
4 & in ſpecie donationis contemplatione matrimonij, *Cutell. de donat. tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 7. per tot* præcipuè *num. 14. cum ſeqq. Gizzarell. dec. 11. num 21.* & in terminis Primogeni-
5 turæ, *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 12. num. 6. & ſeqq.*

6 Et licèt aliquando, etiam in contractibus nominatis, vel potiùs in veriori ſententia in habentibus mixtam naturam cum innominatis, ex pacto aliquid dandi, vel faciendi reſolutioni poſſit eſſe locus, illis non adimpletis, ex nobili *text in l. cum te fũdum, C. de pact.*
7 *inter empt. & vendit.* & in ſpecie donationis ſunt Iura in *l fin. C. de reuoc. donat. l. 1. C. de donat. quæ ſub mo do.*

Horum tamen Iurium diſpoſitio in dupli-
8 ci ſpecie intelligenda; Vel, quoties id, in quo contenditur facta contrauentio, fuit cau-
9 ſa finalis contractus, ſiue donationis, ratioq; motiua donandi generaliter totam reſpiciẽs diſpoſitionem, & ad illam vniuerſaliter influens, ſine qua quis vtique non fuiſſet, neque contracturus, neq; donaturus, vt generaliter in contractibus eſt *text. in dict. l. cum te*, vbi *gl. verb. conueniat*, ibique, præ cæteris, *Bald. & Caſtren. vterque num. 1. Cod. de pact. inter empt. & vendit. Angel. in l. fin. nu. 1. verſ. in ea gloſa,*

ff.

ff.de condit.cauſ.dat.Surd.conſ.68.num.21. &
conſ.563.ſub num.4.verſ.& inpradictis,& de-
ciſ.220.num.19.Roland.conſ.69.num.40. lib.4.
Aym.conſ.192.n.22. Ludouiſ.dec.130.num.4.
ibique Beltramin.in add.num.7. Buratt.deciſ.
106.num.6.& ſeqq. Add.ad eumdem dec.640.
num.28. & in ſpecie donationis egregiè Abb.
in cap.verùm, num.2. verſ. vnde concludendo,
de condit. appoſit. Bald. in l.ſi vt proponis in
princip.C.de condit.ob cauſ.Gregor.Lopez in l.6
tit.4 part.5.gloſ.1.2.& 3.Gratian.diſcept.355.
num.15.Roſental.de feudis tom.2.cap.10.concl.
40. num.31. verſ.ſed ſanè horum ſententia, Io:
Andr.de Georg. videndus alleg.31. n.6.&48.
Arias de Meſa olim egregius Præceptor meus
in Neapolitana Academia, var.lib.2. cap.4.
num.13.Antunez.de donat.lib.1.pralud.2.§.1.
num.10.Marcian.Iun.diſp.53.num 11.verſ.qui-
nimò tom. 2. optimè Merlin. deciſion. 229.
num. 2.

Et in his terminis loqnuntur, & pernecef-
sè intelligendi Ripa reſp.vnic.ſub tit. C.de do-
nat.qua ſub modo, Menocb. conſ.753. num.31.
lib.8.Antunez.de donat.dict.lib.1.pralud.2.§.1.
num.13 alijque adducti per Caren. ex aduer-
ſo allegatum reſol.23.num.4.firmantes,modo
non adimpleto, poſſe agi ad reuocationem
donationis.

10 Vel, quando in donatione fuit ſpecificè,
eueniente caſu cuiuslibet obſeruantiæ, ap-
poſitum pactum reſolutiuum;cuius ea præci-
11 pua natura eſt, vt reſoluatur contractus, pe-
rindè, ac ſi non eſſet initus, l.neceſſariò, §.1.
ff.de peric.& commod.rei vendit. l.pecuniam,
ibique Alex.num.4 ff.ſi cert.petatur,Peregrin.
conſ.77.num.7.lib.3.Mareſcott.var.lib.1.reſol.
90.num.1.& ſeq.Tiraquell.de retract. conuen-
tion.§.1 gloſ.7.num.3.Gratian.diſcept.307.n.4.
Cyriac.controu.240.nu.20. & ſeq. & controu.
500.num.31.& ſeqq Amat.reſol.4. num.4. &
ſeqq.Capyc Latr.dec.30.n.7. Pania deciſ.214.
num 2.Card.Otthob.dec.159.nu.19. Rot.in rec.
dec.353.num 33.& ſeqq.p.9.

12 Et in his duobus caſibus procedunt autho-
ritates, quotquot ex aduerſo allegari poterũt
ſuper reſolutione donationis ob modos, pa-
cta, vel onera non ſeruata.

13 Cumque præſens donatio,cuius in præſen-
tia contenditur reſolutio, ſit omninò moda-
lis; non autem conditionalis, ex quo modi,
oneraque adiecta implenda erant per dona-
tarium poſt emolumentum donationis ple-
no Dominij,poſſeſſioniſque Iure ſibi quęſitũ,
14 iuxta magiſtralem, receptamque diſtinctio-
nẽ Bart.in l.quibus diebus,§ Termillius,n.5.&
6.ff.de condit.& demonſtr. Bald.in l.cum eorũ,
numer. 6. Cod. de ſentent. & interloq. omn.
Iudic. & in capitol. dudum, il ſecondo,
numer.43.extra de elect. & conſ.219. num.5.
vol.2.Sicard.in repet.Rubr. C.de Inſtit. & ſub-
ſtit.num.13.Ruſtic.in l.cum Auus, ff.de condit.
& demonſtr.in proem.cap 4.num.56. Menocb.
conſ.1011.num.7.Caſanat. conſ.9. num 13. &
ſeqq.Altograd.conſil 84.num 5.& 6.lib.1. &
conſ.101. num.2. lib.2. Altograd. Iun. contr.
41. num.6. Manſ. conſul.62. num.10. lib.1. &
conſult.69.nu.26. Rouit.in Pragm.1. de guidat.
num.11.Gratian.cap.136.num.12.& ſeq.egre-
giè Sarmient.ſelect.interp. lib.2. cap.3. num.1.
Molin.de Hiſpan.Primog.lib.2. cap 12. num.3.
4.16.& ſeqq.Card.Manc.de coniect.lib.10.tit.5
num.15.& 16.Antunez.de donat.Reg.dict lib.
1.pralud.2.§.1.num.23. & ſeq. Creſp. de Val-
daur. obſeruat.23.num.53. de Marinis reſolut.
333.num.4.& ſeq.Duran.de condit.& mod.im-
poſſib.part.5.cap.1. num.3. latè Caſtill.controu.
Iur.lib.4.cap.55 num.40. part.1. Card.de Luca
de fideicomm. diſc.154 num.10. Capyc.Latr.
conſult.139.num.17 Sanfelic.deciſ.175.num.7.
Barz.dec.Bonon.79.num.30.& ſeq. Roc diuerſ.
dec.39.part.1.

15 Nullatenus aduerſante clauſula, cum pa-
ctis, vinculis, & conditionibus;forma ſiquidẽ,
ſeu contextus verborum ſpectari quidem de-
bet, quando factum, ſeu ſubiecta materia
non repugnat ;ſecus autem huiuſmodi acce-
dente repugnantia; tunc enim non attendi
debent verba, ſed potiùs ipſa rei ſubſtantia,
ac propterea, vbi adimplementum faciendũ
eſt à parte poſteà, etiam ſi expreſsè adhibea-
tur verbum, conditio, illud in modum reſol-
uitur, vt eſt text.ſingularis in l.mania, ff.de
manumiſſ. teſtam. cui concordant Iura in l.1.
Cod.de his, qua ſub mod.l.ea conditione,Cod.de
reſcind. vendit. l.quoniam, Cod.de rer.permut.
l.cum vos, C.de donat. Bart.in d.l.quibus die-
bus §.Termillius,nu.5 ff de condit. & demoſtr.
& conſ.4. incip.factum tale eſt, num.2. lib.1.
Ruſtic.in d.l cum Auus in procmio,num 60. Io:
Franc.de Ponte conſ.81.num.14. lib.1. Caſtill.
dict.lib.4.controu.cap.55.num.32. Molin.de
Primog.Hiſpan.lib.12.cap.15. nu.30. Tondut.
reſolut.ciuil.cap.141. num.3. & ſeq. Card.de
Luca de fideicomm.diſc.154.num.12. & in ſpe-
16 cialibus terminis donationis,optimè firmãt
de Georgio d.alleg.31.num.12.15.& 23.Cutell.
de donat. diſc.1. tract.2. ſpec.7.num.18.tom.2.
Hodiern.controu.15. num.19. Antunez de do-
nat.lib.1.pralud.2 §.1.nu.3. & ſeq. Gizzarell.
dec.11.num.21.& ſeqq.Ludouiſ.dec.117.n.5.

17 Hinc pernecesſè reſultat, quòd, ad hoc,vt
poſſit eſſe locus reſolutioni,eſſet liquidò pro-
banda inobſeruantia donatarij reſpectu cau-
ſæ finalis, intrinſecæque rationis motiuæ do-
nandi,ſine qua donans vtique non fuiſſet do-
naturus, ex proximè allegatis, quòd in præ-
ſentia tantùm abeſt, quin potiùs de exiſten-
tia omnium cauſarum finalium donationis
ſatis, ſuperque conſtare dicatur.

18 Si enim attendere velimus vnicam cauſam
in proemio donationis enunciatam, quam
eſſe potiſſimùm finalem,totamque reſtringe-

re donationem, dixit *Bart.in l.fin.num.3.ff.de hæred.inſtit.Surd.conſ.531.nu.5.lib.4.Peregr. conſ.36.num.12.lib.2.Gratian.cap.292.nu.15. Molin.de primog.lib.1.cap.5.num.4. Menoch. lib.6.præſumpt.2.num.1.& 12. de Georg.diƈt. alleg.31.num.49.Buratt.dec.543.n.11. Cardin. Ottbobon.dec.229.num.16.*

Vtique apertiſſimis verbis donator fuit profeſſus, ad donationem deueniſſe pro exequutione, implementoque præambulæ obligationis, qua adſtringebatur in vim Apocæ iam confectæ intuitu certi matrimonij à donatario contracti, quæ cauſa duplici ratione diiudicanda finalis; Tum, quia (vt inferiùs
19 demonſtrabitur) arctabat ad faciendum, *Bart.in l.cum te, §.2. num.3. ibique Caſtr.cod. num.ff.de pactis, Gratian.cap 96.num.49.Staiban.Iun.reſol.125.num.28.& ſeqq.lib.2.*

Tum etiam, quia, vtpotè repetita in verbis diſpoſitiuis eiuſdem donationis, videtur
20 præ cæteris cauſis conſiderata, *l. quoties, ff. de vſufruct.*

Si verò attendatur cauſæ indiſpoſitiuis expreſſæ, ibi: *Ex maximo amore, & beneuolentia, quibus ſemper eundem Raphaelem Nepotem, & Angelum pronepotem fuit proſequutus, & pro effectu, & implemento ſupradictæ eius promiſſionis, & obligationis in ſupradicta aſſerta Apoca, & quia ſic de eius bonis, & rebus facere, & diſponere placuit, & placet.*

Satis liquidò patet, quòd adimplendæ
21 obligationis cauſa in Apoca deducta, vel eſt præcipuè finalis totius donationis, vel eſt æquè finalis cum alijs, ut in ſimilibus terminis, *Surd.conſ.361.nu.14.& ſeqq.Mareſcott. var.lib.2.cap.20.num.8.Merlin.dec.392.numer.* 22.optimè *Cardinal.Ottbob.dec.133.n.1.& ſeq.*

Quæ omnes cauſæ, cum ſingulæ adhuc ſubſiſtant, inanis uidetur actio ſuper prætenſa reſolutione ex ſuperiori loco firmatis.

Quinimò (quatenus aliquæ defeciſſent) nō
22 ideò eſſet locus reſolutioni, *Surd. dict. conſ. 361. num.19.& ſeqq.& conſ.531. num.7.Mareſcott.dict.cap.20.num.8.lib.2.de Georg. dict. alleg.31.num.50.& ſeq.Buratt.dec.110.numer. 15.Merlin.dict.dec.392.num.12.*

23 Accedente præcipuè clauſula, *quia ſic ſibi de eius rebus, et bonis facere, et diſponere placuit, et placet,* ex qua arguitur, donationem ad unicam cauſam non eſſe reſtrictam, eamque ſubſiſtere, quamuis cæteræ deſtruantur cauſe, ut benè *Surd.dict.conſil.531.numer.7. Mareſcott.dict.cap.20.num.8.lib.2.Buratt.dict. dec.110.n.15.Merlin.dict.dec.392.n.12.et ſeqq.*

Remanet igitur ex prædictis excluſa prætenſa reſolutio, eòque magis ſubſiſtere non
24 uidetur; cum donatio ex cauſa certi matrimonij non ualet reuocari ob ingratitudinem, *Pinell.in.l.1.part.3.num.62.verſ.32. C. de bon. mater.Menoc.conſ.723. num.9.et per tot.Piſtor. quæſt.Iur.lib.3.quæſt.8. numer.26.Coſt.de fact. ſcient.et ignor.inſpect.14.num.5.Altograd.conſ 7.num.29.lib.1.* eruditiſſimus *Ant.Fab.in Cod. tit.de reuoc.donat. defint. 1. Cutell. de donat. tract.2. diſc.1. ſpecial.8.num.1. et duobus ſeqq. et tract.1.diſc.3.partic.4. num.4. et ſeqq. Bottilier.de ſucceſſ.ab inteſt.theor.105.num.3.Epiſc. Ricc.in collect.197.verſ.ſecundò limita part. 1.* latè *Fontanell.de pactis nupt.cl.4.gl.1.num.35. et ſeq.Antunez.de donat.Reg.lib.1.prælud.2. n. 98.Peguer. dec.220. num.2. Gamm.decis.Luſit. 163.num.3.*

Cumque in terminis *legis fin. Cod.de reuoc. donat.* ideò ob pacta non ſeruata ſit locus re-
25 uocationi, quia, ut ibidem inquit *Bald.* maximam redolet ingratitudinē illorum inobſeruantia, meritò uindicat ſibi locum prædicta concluſio.

Eòque faciliùs amplectenda, cum prædicta donatio habeat admixtam erectionem Primogenituræ, in qua regulare eſt, ut, quamuis
26 modi, leges, ac pacta non ſeruentur, non tamen ipſum reſoluatur Primogenium, ſed tantùmmodò competat actio ad implementum, ſeu Intereſſe, ut in ſpecie *Molina de Hiſpan Primog. lib.2 cap.12. num.7 et ſeq.* rectè aduertens, id eſſe conforme uoluntati Inſtitutoris; Abſurdum, namque foret, ut ſucceſſore aliquid non implente, Maioratus reſolueretur.

Mentem autem donatoris omninò fuiſſe alienam à reſolutione, etiam modis, oneribuſque non ſeruatis, apertè dignoſci poterit ex contextu totius donationis, in qua pactum reſolutiuum in duplici tantùmodò caſu legitur, inobſeruantiæ, uidelicet; Conſtitutionum Apoſtolicarum, oneriſque iniuncti geſtandi arma, & inſignia, cum tamen in reliquis fuerit donator contentus ſimplici donatarij obligatione pro obſeruantia, ſi enim uoluiſ-
27 ſet in omnibus apponere pactum reſolutiuum, utique poſuiſſet, prout alia leuiora prolixis uerbis expreſſit.

28 Neque eſt facienda uis in clauſula, *et non aliter*; quoties enim agitur de modo per donatarium implendo poſt emolumentum donationis pleno Iure quæſitum, ex prædicta clauſula non inducitur cōditio, ſed tantùmmodò enixa demonſtratur donantis uoluntas, quòd impleatur; non autem, quòd reſoluatur donatio, ut in terminis optimè arguit de *Georg.dict.alleg.31.numer.17.& duob. ſeqq*

Præcipuè, quia dicta clauſula interpreta-
29 tionem recipit, iuxtà ſubiectam materiam, & ab ea eſt regulanda, *Dec.conſ.281.in fin. lib. 1.* & in terminis donationis, *Roland. conſ.61. num.57. lib.2.*

Minus, etiam ſubſiſtit inſpectio prætenſę correſpectiuitatis, quaſi, quòd cauſa finalis donationis fuerit correſpectiuitas ad ſubmiſſionem factam à donatario aureorum decem ſeptem, & quincentum, ex quibus ſup-

po-

ponit donans deficere aureos ter mille, & quincentum, atque adeò, quòd, cum in correſ-
30 pectiuis vnus actus alteri inſit ex indiuiduo voluntatis, ſit locus reſolutioni, etiam ſi defectus ſit in minimo, *l.etiam*, *§.ex cauſa*, *ff. de minor. Decian. conſ.32.nu.116.lib.2. Pappon. conſ.58.num.34. Giurb.dec.85.numer.20. Zarat. dec.20. num.6.*

Nam ad demonſtrãdũ, nullo prorſus Iure dici poſſe donationem emanaſſe intuitu prædictæ correſpectiuitatis, duplex perneceſsè in facto premittenda inſpectio.

Primò, attentis verbis, tàm proemialibus, quàm diſpoſitiuis eiuſdem donationis; declaraſſe donantem, ad eam deuenire pro exequenda obligatione Apocæ in aureis biſmille annuis promiſſis Raphaeli Nepoti intuitu certi matrimonij contracti, cuius Apocæ tenor, ſi attendatur, tantummodò in ea legitur reſeruata facultas inſtituendi fideicommiſſum, neque vlla adeſt conditio, aut correſpectiuitas, neque alia obligatio Raphaelis ſubijciendi bona propria fideicommiſſo.

Secundò, cauſas in diſpoſitiuis expreſſas fuiſſe, non ſolùm pro adimplemento prædictę obligationis; ſed ob amorem, & quia ſic ſibi placuit, & placet, de rebus, boniſque ſuis diſponere.

Quibus præmiſſis, excluditur prætenſa correſpectiuitas duplici ratione, omiſſis alijs; Primò ex neceſſitate actus dictę donationis, ſaltem, quò ad ſcuta biſmille annua. Secundò ex expreſſione, & diuerſitate cauſarum.

Ex neceſſitate actus; nam obligatio, qua donãs adſtringebatur vigore Apocæ ad relinquendum Nepoti donatario ſcuta biſmille annua, erat actus in radice neceſſarius, & irreuocabilis, atque adeó omninó adimplen-
31 dus; Cum enim non ageretur de tota, aut quota hæreditatis, iuxta terminos *l. pactum quod dotali, Cod.de pactis*; ſed potiùs de quibuſdam rebus particularibus, quibuſcumque verbis fuerit concepta promiſſio, inducitur obligatio irreuocabilis, quæ tranſit in contractũ, licet exequutio poſt mortem conferatur, prout limitando diſpoſitionem *dict. l. pactum, quòd dotali*, eſt receptiſſima Doctorum diſtinctio, de qua, prę cæteris, *Dec. in dict. l. pactum, quod dotali ſub num. 10. verſ. ſecundò limitatur, Cod.de pact. & conſ.225.num.4.verſ. primus eſt, lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta; num.11.ff.de verbor.oblig.* ibique *Crot. num 61.& 110. Bart. conſ.72. Caſtr. conſil.324. lib.2. Oldrad.conſ.139. Gabr.conſ.137.nu.17.& duobus ſeqq.lib.1. Pariſ.conſ.26.num.85.& tribus ſeqq.& 103.lib.2.& conſ.1.num.118.lib.3. Socin.Iun.conſ.80.numer.1.lib.2. Berett. conſ.56.num.5.& 7. Mart.conſ.191.ſub num.7.* latè *Honded. conſ.40.num.32.47.51.& ſeqq. lib.1. Surd. conſil. 247. numer. 4.* egregiè *Bellon.Iun.conſ.22.num.10.& ſeqq. Vuſcmbec. cõſ.*

38.*num.52.circa med.lib.1. Fab.de Anna conſ.52.num.2. Menoch.conſ.1126. Mart. vot.55. nu 1.& ſeqq. Cancer.lib.3.Var.cap.7.num.152.de* pactis. *Craſſ.* in *§. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.9. num.10.& ſeq.* latiſſimè alijs allegatis, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt:308.numer.68.* latè *Andreol. contr.312.num.7.& ſeqq. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent.lib.12. tit.34. nu.16.* Tondut. *lib.1 reſ.ciuil.cap.96.numer.10. Michalor. de duob.fratr.part.3.cap.12.num.18. Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quæſt.19.numer.4. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.part.4. num.118. Peregrin.de fideicom. art.51.nu.29.& ſeqq. Card. de Luca de fideicom.diſc.141.num.30. de Marinis lib.2. reſolut.cap.162.num.6.* erudiſiſſimus *Turr.de pact.futur.ſucceſſ.lib.1.cap.6. num.8.* & deciſum teſtantur *Oſach. dec. 100. numer. 36. Theſaur. dec.225. num.11.& ſeqq. Guid.* Pap. *dec.267. Magon.dec.Florent.102. Barz.dec.Bonon.14. poſt princip. Sanden. dec.Friſ.lib.4.tit.5.definit.19.cap.1. Anton.Fab.in Cod.lib.5.tit.9.defin.8. Reuert.dec.5.num.7.* ibique *de Marin. num.2.& dec.218.nu.2.* vbi pariter *de Marin. numer.1. Rot.in recenſ. deciſ.490.num.8.part.4. Card.Celſ.deciſ.36.num.7.12.17. Dunozet.Iun. dec.915.num.3.* & Nos latiùs egimus, *vol.1. cap.14.num.11. et ſeqq.*

32 Eòque magis prædicta concluſio procedit, inſpectis uerbis Apocę promiſſionem, obligationemque apertè præſeferentibus, quę contractui inter viuos conueniunt, *Gabr.dict.conſ.137.num.20. Purpurat.conſ.402.num.83. verſ. ſed ad hęc reſponſio, et conſ.538.num.2.lib.2.* Gozzadin. *videndus conſil.87.numer.17.circa med.*

33 Idque, etiam ſi promittens vtatur verbis *ſuccedat, relinquo*, vel ſimilibus; nam hæreditas ſumitur pro bonis, *Gloſ.in l.quæſitum, §. penult.ff.de legat.1.*verbo *hæreditati*, ibique *Bart. Alciat.in l.fin. num.81.* vbi *Dec. & Purpurat.num.2.3.& 4. Bolognett.num.152.in fin. Cod.de pact.* Gabr.*d.conſ.137. num.21. Soccin. Iun.conſ.143.num.22.lib.1. Bellon.*Iun.*d.conſ.22.num.14.*optimè Go*zzadin.d.conſ.87. nu.1. circa med.*allegans optimum *textum in l.ſi hæreditas, §.qui filium,* ibi: *ſucceſſiſſe viuo auo, ff. de teſtam.tutel. Ruin.conſ.7. nu.5. lib.3. Cyriac. controu.88. num.19. & ſeq. Cancer.lib.3. var. cap.7.nu.122.& 127.& ſeq. Randenſ.de Analog.cap.25.num.53.& ſeqq. lib.1. Valaſcb.in l.44.Taur.gloſ.16. num.24.* Io:*Franc. Marcian. diſput.87.num.19.lib.2. Card.de Luca de fideicomm.diſc.141.num.9.verſ.quinimò, & nu.10.& ſeq. Peguer. dec.170. num.3.* & Nos latiori exarauimus calamo, *cap.14.num.13. & ſeqq. vol.1.*

34 Precipuè, cum huiuſmodi verba rebus adijciantur particularibus, benè *Ruin. conſ.126.*
35 *num.4.lib.1.* prout verbum, *relinquo*, etiam actui conuenit inter viuos, *l.hoc ſermone 3.ff. ſi liber.ingen.eſſ.dican. Iaſ.in l.qui Romæ, § hæ-*

redes,num.17.in fin.verſ.reſponde, ff.de verbor. obligat.& in l.cum filiusfamilias, ff.de leg.1. num.9.Barbat.in cap.vt vnuſquiſque,num.3.de peculio Cleric. Dec.conſ 496. num.14. verſ.ſed reſponderi poteſt, Menoch. conſ.344. num.27. Gratian.cap.124.num.4. cum ſeq. ſignanter ex adiunctis verbis, ſubiectaque materia, *Cephal. conſ.274.num.14.tom.2.Iſern in cap.1.§.donare qual.olim feud.pot.alien. nu.9. verſ.relinquo tibi dotarium, Franch.dec.607.n.5.*

Quinimò ipſemet donans, vtpotè egregius Iuriſperitus, optimè agnoſcens propriæ obligationis neceſſitatem apertè declarauit, ad donationem deueniſſe pro adimplemento, & exequutione prædictæ Apocæ, ad quod, licèt fortaſſe viuens cogi non potuerit, attamen ad ſe exonerandum ab obligatione alendi Raphaelem, cum tota eius familia, exiſtimauit, ſibi magis expedire, præueniendo dictæ Apocæ exequutionem iniungere onus eidem Raphaeli alendi ipſum donantem, eiuſque familiam.

Probata igitur ex prædictis neceſſaria, irreuocabilique obligatione exequendæ apocę, excluditur prætenſa correſpectiuitas, neque poteſt dici ad donationem deueniſſe, ſaltem reſpectu, aureorum bis mille intuitu ſubmiſſionis proprij Patrimonij ad beneficium Pri-
36 mogeniruræ factæ à donatario ex ſingulari doctrina *Caſtr.in l.petens, num.9. C.de pactis, verſ.nunc circa iſtam materiam, & verſ.gloſa optimè loquitur,* vbi aduertit, quòd, ſi fiat cõtractus, quo promittis mihi reſtituere centũ mutuò à me accepta, vnicoque contextu fiat pactum, quo ego promitto ire pro te Romã, non reſultet aliqua correſpectiuitas, ex ea potiſſimùm ratione, quia hic contractus fuit neceſſarius, ex quo poteras compelli ad reſtituendum mutuum, etiam ſi id non promiſiſſes in eo contractu; ergo dici non poterit, quòd promiſi ire pro te Romam contemplatione dicti contractus.

Propterea, cum in re, de qua eſt ſermo, donatio emanauerit ex actu neceſſario. ſaltem quò ad ſcuta bis mille annua, ſubmiſſio verò facta à donatario ex actu merè voluntario, ſequitur, nos verſari in ratione neceſſitatis ponderata per *Caſtr.* ad excludendam correſpectiuitatem, vt optimè firmat *Mandell.cõſ. 45.num.3.verſ.& cum ſuperioribus, & verſic. propterea, lib.1.*

37 Ceſſat etiam correſpectiuitas ex diuerſitate cauſarum; cum enim donatio fuerit facta ex adimplemẽto obligationis prædictæ Apocæ, alijſque ex cauſis ſuperiùs expreſſis, ſubmiſſio verò donatarij proprij aſſis ex actu merè gratuito poſt perfectam donationem, & potiùs ex cauſa gratitudinis, & remunerationis, ibi: *Recognoſcendo tam gratum beneficium*, donatio nullo Iure dici valet correſpectiua ſubmiſſioni, ex ponderatis egregiè per *Corn.conſ.350.lib.1.num.3.verſ.etiam, & principaliter pondero*, quem ſequitur *Ripa* omninò videndus *in l.fin.Cod.de reuoc.donat. quæſt.34.per tot.* præcipuè *num.*118. *verſ.quid tenendum*, vbi in ſpecie aduertit, quòd, quoties conſtat, quòd animo remunerandi dona-
38 tarius aliquid promiſerit, tunc promiſſio donatarij nõ dicatur correſpectiua ad donationem, ſed potiùs iudicetur actus omninò ſeparatus, ac diuiſus.

Hinc etiam eſt, vt vindicet ſibi locum alia cõcluſio paſſim recepta in *Rota*, quę ad obiectum correſpectiuitatis educi ſolitum ex
39 actuum contextualitate, pluries reſpondit, ſibi locum non vindicare, quando actus contextuales ſunt diuerſæ naturæ, & vnus non venit ad determinationem alterius, habentq; ſinguli peculiarem cauſam, iuxta monitum *Anchar.in cap.acceſſorium ſub num.16. verſic. prætereà iſti duo actus, de reg.Iur.in 6. Pacian. de probat.lib.1. cap.28. in addit. lit.F Bapt. de S.Blaſio in tract.de correlat.quæſt.66.num.54.* eruditus *Caſtald.conſult.145.num.*8. vbi, etiam ſi contractus vno, eodemque die fuerint initi, *Bieb.dec.406. num.31. & dec.281. num.27. & ſeq. Archiepiſc.Carill.dec.177.in fin. Dunozett. Iun.dec.881. num.12. Rot.poſt Zacch.de oblig. cameral.dec.212. num.6. & ſeq.* & in ſpecie
40 clauſulæ, *verſa vice*, quòd non ideò inducatur correſpectiuitas ex expreſſione diuerſarum cauſarum inter partes facta, egregiè ex more, *Card.Cerrus dec.286.num.14. verſ.quia ex tenore, & num.ſeq.*

Conſtat igitur ex prædictis donationem factam Raphaeli non poſſe dici correſpectiuam ad ſubmiſſionem proprij Patrimonij factam ab eodem donatario fideicommiſſo, ac Primogenituræ.

Vel ad ſummum, licèt dici poſſit, quòd donatio facta Raphaeli dederit eidem occaſionem ſubijciendi bona propria fideicommiſ-
41 ſo; non tamen hoc ſufficit, vt actus correſpectiui dicantur, vt ex *Anchara*n. & alijs optimè *Bieb.d.dec.281.num.27.& ſeq. & dec.406. num.31* vbi aliæ concordantes allegantur.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia ad inducendam correſpectiuitatem nõ ſufficit occaſionalis, ſeu accidentalis correſpectiuitas,
42 ſeu dependentia; ſed omninò requiritur ſubſtantialis reſpectu cauſæ originalis, *Ancharan.in dict.cap.acceſſorium, num.16. verſ.prætereà iſti duo actus, de regul.Iur. in 6. Bapt.de S.Blaſio quæſt.66.num.54. in tract.de correlat. Pacian.de probat.lib.1. cap.28. lit.F. in addit. Caſtald.d.conſult.145.nu.9.& ſeq. Archiepiſc. Carill.d.dec.177.in fin.Bieb.d.dec.406.nu.31. & 281.num.27.& ſeq.*

Remanet itaque firmatum ex allegatis, nullo modo eſſe locum prætenſæ reſolutioni donationis; Tum ex quo inobſeruantia non poteſt conſiderari in eo, quod fuit ratio mo-

ti-

tina donandi, accedente præcipuè exiſtentia
cauſarum finalium, quæ in donatione fuerũt
enunciatæ; Tum ex excluſione correſpecti-
uitatis.

Quare corruunt obiecta prætenſæ contra-
uentionis, quæ licèt ſint ſatis, ſuperque ſubla-
ta ex generali reſponſione, quòd, cum onera
adiecta non fuerint cauſa finalis donationis,
adhuc, illis non ſeruatis, non poſſit compete-
re reſolutio, ſed ad ſummum actio ad imple-
mentum ex allegatis; Tamen ad exuberan-
tiam ſingulis breui methodo ſatisfaciam.

Quó ad defectum aureorum termille, &
quincentum corruit obiectum ex excluſione
prædictæ correſpectiuitatis; cum donatio nõ
poſſit dici correſpectiua ſubmiſſioni factæ á
donatario, ut eſt ſupra firmatum.

Quó ad multiplicum à donatario non fa-
43 ctum (omiſſa interpellatione forſan de Iure
neceſſaria) cum agatur de modo adimplendo
ex adductis per *Menoch.conſ.*138.*&* 1153.*&*
*lib.4.præſumpt.*175. *num.*13. *Ruin.conſ.*110.
*num.4.verſ.cum ergo,lib.*5.*Alex.conſ.*59.*nu.*7.
*Caſanat.conſ.9.num.*25.*& ſeq.Cyriac.controu.*
153.*num.*56.*& ſeqq.Gratian.cap.*44.*num.*16.
*Hermoſill.in l.6.tit.4.part.5.gloſ.*1.*num.*6.*An-
tunez de donat.Reg.lib.1.prælud.*2.§.1.*nu.*39.
verſ.at verò, cum illud eſſet faciendum cum
fructibus bonorum donatorum, quos conſtat,
Procuratorem Aduerſarij exegiſſe, utique de
44 non adimplemento ex propria culpa proue-
niente obijcere non ualet, *l.Iure ciuili*, ubi
*Bart. ff.de condit. & demonſtr. Bald.conſ.*112.
*num.5.& ſeq.lib.3.Burſatt.conſ.*56.*num.*28.*&
ſeq.Surd.deciſ.*94.*num.*20.*in fin. & ſeq. & dec.*
182.*num.*14.*& ſeq.Rouit.dec.*53.*num.*18.*Bu-
ratt.dec.5.num* 9.*& dec.*110.*n.*7.*&* 14.

Præterquàm quòd, cum eſſet faciendum
in fine anni, & nihilominus donatarius in
decimoquarto menſe deceſſerit, non exiſten-
45 te ſpeciali pacto reſolutiuo, reſolutioni con-
tractus ex tam modica mora locus eſſe non
poſſet, *Bald.in l.eum qui*, §.*in popularibus*, *ff.
de Iur.Iuran. Iaſ.in l.ſciendum,num.7.ff.qui ſa-
tiſd.cogan.Corn.conſ.67.col.2.lib.2. Caſtr.conſ.*
377.*num.*1.*in fin.lib.*1.*Buratt.dec.*110.*n.*20.

Quò ad pactum de non alienando, etiam
46 latiſſimo ſumpto uocabulo, licèt in aliquo-
rum ſententia comprehendatur, etiam prohi-
bitio de non hypothecando, iuxta theòricam
*gloſ.in l.fin.*uerb.*vel hypothecam*, *Cod.de reb.
alien.non alienan. Ripa in l.obligatione generali
num.4.ff.de pignor. Soccin.Sen.conſ.*75. *num.*2.
*verſ.ſed his non obſtantibus lib.*1. *Cardin.Man-
tic.de tacit.lib.*11.*tit.4 num.*29. *verſ.quod eſſet
intelligendum, Rot diuerſ.dec.*426.*num* 6. *p.*1.
*& poſt tract.Cenc.de cenſ.dec.*74.*num.*1.*Duno-
zett.Iun.dec.*423 *n.*3.

Nihilominus, cum ex aduerſo non docea-
tur, donatarium ſpecificè bona donata hy-
pothecaſſe, ceſſat obiectum; recepta eſt enim
47 propoſitio, ut in generali obligatione non
comprehendantur bona prohibita alienari,
& hypothecari; præcipuè ad excludendam
caducitatem, contractuſque reſolutionem,
l.obligatione generali, *ff.de pignor. Bald.in l.
voluntas num.*14.*ff.de fideicomm. Bart.in l.co-
dicillis*, §.*Inſtituto num.*5. ibique *Imol.in fine,
ff.de leg.2.Neguſan.de pignor.p.2.memb.2.num.*
42.*Natt.conſ.*516.*num.*3.*Cardin.Mantic.de ta-
cit.lib.*22.*tit.*28. *num.*54. *Clar.in* § *feudum*,
*quæſt.*31. *Cardinal.de Luca de fideicomm. diſc.*
159.*num.*4. *Theſaur. deciſ.*193. *num.*3. dicens
procedere, etiam, quòd obligans non haberet
alia bona, quia poteſt intelligi de bonis per
eum acquirendis, *Rot.in rec.deciſ.*489. *num.*7.
*part.4.& dec.*257.*num.*8.*&* 9.*part.*11, *Roma-
na domorum* 3. *Iunij* 1572. *coram Cardinal.
Lancellott.penes Marcheſan.de commiſſ. par.*1.
*fol.*133.*num.*1.

48 Prout in ſimili dicitur de mandato gene-
rali ad alienandum, quòd non comprehendat
bona ſub pœna caducitatis alienari prohibi-
ta, *gloſ.in cap.dilecto*, ibique notat *Imol.num.*
21.*de præbend. Fulgoſ.in l.ſi Procurator nu.*8.
& ſeqq.ff.de condit.indeb. ibique *Bart. Iaſ.* &
alij, *Felin. in cap.*1. *num.*8. *vt lit.non conteſt.
Curt.Iun.conſ.*49.*in fin. Cardin.Mantic. de tacit.
lib.7.tit.*16. *num.*8. *Cappell.Tholoſ. deciſ.*477.
*Fontanell.dec.4.num.9.Magon.deciſ.Lucenſ.*51
*Barz.deciſ.*68.*num.*9.*& deciſ.*76.*n.*13. *Franc.
Marc.deciſ.*480.*num.*6. *tom.*1. *Rot.in rec.deciſ.*
261.*num.*8.*part.*1.*& dec.*378.*num.*13. *part.*9.
*tom.*2.*Bich. dec.*175. *num.*21. & Nos alibi la-
tiùs firmauimus.

Quinimò, data etiam ſpeciali obligatione
bonorum donatorum, cum non legatur pa-
49 ctum reſolutiuum in caſu hypothecæ, non
ideò eſſet reſoluenda donatio, ut in ſpecie
*Cutell.de donat.tract.*2.*diſc.*1.*ſpec.*28.*n.*12.*to.*2.

Ceſſatque omninò difficultas ſuper prætenſa
ſa reſolutione, ex quo donans poſt ſcientiam
indiuidualem prætenſarum contrauentionũ,
donationem nihilominus confirmauit, ex qua
confirmatione res eſt extra omnem contro-
uerſiam conſtituta; Si enim ex non facto cen-
50 ſetur remiſſa reſolutio, etiam in caſu, quo
donanti Ius ſuper illa competeret, uel ex Iu-
ris diſpoſitione, uel ex pacto reſolutiuo, ſi do-
nans habita occaſione reuocandi, & cum po-
tuerit, non reuocauerit, ex latè congeſtis per
Tiraquell.in l.ſi vnquam, uerbo *ſuſceperit libe-
ros*, *n.*212. *& ſeqq. C.de reuoc. donat.* Quantò
fortiùs in pręſenti themate, in quo donans ex
actu merè poſitiuo, & indiuiduali donatio-
nem confirmauit.

*Iuxta firmata fuit deciſum per Rotam
coram Eminentiſ. Dom. meo Cardin. Cerro
inter ſuas impreſſas* deciſ.568. *repetita in*
recent.dec.356.part.12.

CAP.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi Matrimonij facta à Patre filio præſenti & acceptanti pró ſe, & filijs, an ſuffragetur filijs, vti filijs; vel potiùs vti hæredibus, latiſſimè ad examen reuocatur; Plures adhibentur diſtinctiones in huiuſmodi quæſtione apud Interpretes potiſſimùm recentiores ſatis inuoluta.

Pluribus comprobatur ſententia affirmans, in dubio ſtipulationem intelligi factam, pro filijs vti hæredibus; non autem vti filijs; niſi tamen contrariæ concurrant coniecturæ, quæ debent eſſe præpotentes, ad effectum, vt à prædicta Iuris regula recedi valeat.

Sigillatim expenduntur ferè omnes Auctoritates allegari ſolitæ pro contraria ſententia, illaſque, vel non adaptari, vel potiùs contrarium affirmare, latiſſimè oſtenditur, exceptis aliquibus nullatenùs attendendis, utpotè inferioribus, tàm numero, quàm rationum pondere.

SVMMARIVM.

1 Donatio facta à Patre filio præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs, an ſuffragetur filijs, vti filijs; vel vti Patris hæredibus, eſt quæſtio admodùm controuerſa.

2 De duplici diſtinctione adhibenda in huiuſmodi quæſtione.

3 Donationes ſuaptè natura ad hæredes trãſeunt. Quid aſſerendũ in donationibus annuis ibid.

4 Huiuſmodi natura non alteratur ex fauore, contemplationeque certi Matrimonij.

5 Nihil magis, quàm dos, & donatio propter nuptias Matrimonij contemplatione præſtantur; & nihilominus tranſeunt ad hæredes viri, vel Mulieris, neque filij, excepta legitima, in eis aliquod Ius pretendere valent.

6 Idque, etiam procedit, quamuis fuerit facta donatio intuitu, contemplationeque filiorum; quia non ex inde dici debet inductum fidecommiſſum, neque ablata facultas Patri, vel Matri de dictis bonis ad libitum diſponendi, excepta legitima, in filiorum præiudicium.

7 Donationes contemplatione Matrimonij non valent reuocari ex conſenſu viri in præiudicium Mulieris, quæ alioquin, Matrimonium non contraxiſſet cum tanta Dote, vel nullo modo contraxiſſet.

Præcipuè quia dici debent factæ ex titulo oneroſo, non autem lucratiuo. ibid.

8 Lex Iulia de fundo Dotali fuit priùs promulgata pro Italis; poſteà ab Imperatore Iuſtiniano ad totum Orbem extenſa,

9 Pater, cum non cogatur, inſpecta diſpoſitione Iuris, donationem propter nuptias ſeruare filijs illius matrimonij, hinc colligitur, donationem non quæri filijs, neque vxori; nam alioquin legalis diſpoſitio locum habere non poſſet.

10 Filiorum contemplatio in huiuſmodi donationibus, cum potiſſimùm reſpiciat præſeruationes legitimarum ſucceſſionum, meritò operari non debet, vt Pater intelligatur fidecommiſſo grauatus.

11 Bona, cum à Patre contemplatione certi Matrimonij donantur filio pro illius oneribus ſubſtinendis, ſatis ſuperque huic cauſæ ſatisfactum dici debet, ſtatim atque vir locupletior fuit effectus, & in eumdem Dominium bonorum donatorum fuit translatum.

12 Conſeruatio ſucceſſiua eorumdem bonorum ab ipſo viro facienda, non eſt in diſpoſitione; ſed in ſimplici voto, & deſiderio; ſicut etiam in alijs donationibus pro ſubſtinenda, & conſeruanda domo.

13 Ideòque ex hoc non rectè infertur, quòd donans voluerit, vt bona donata nepotibus conſeruari debeant, hoc enim eſſet diuinare, non iudicare.

14 Ex inpotentia reuocandi donationem contemplatione Matrimonij, non rectè arguitur ad fideicommiſſum, atque adeò ad excluſionem creditorũ ipſius donatarij.

15 In donatione, quando de filijs eſt facta expreſſa menſio, an vocentur, vti filij; vel vti hæredes, plurium caſum diſtinctio eſt adhibenda, de quibus num. ſeqq.

16 Mater vel alij coniuncti ex materno genere, quando ſtipulantur pro filijs; tunc filij vocantur vti filij, non vti hæredes.

Mater cum non habet filios in poteſtate, non poteſt in eis conſiderari peculium profectitium; ſed ſolùm aduentitium. ibid.

17 Secus aſſerendum, quando Pater ſtipulatur pro filijs: tunc enim ijdem filij contemplantur acceſſoriè, & eſt peculium profectitium.

Declaratur deciſio Rotæ in recent. 127. part. 6.

18 Donatio, quando eſt facta à ſolo Auo, & Patre, & vocantur filij, nepotes & tota deſcendentia ſignanter, cum clauſulis perpetuitatem denotantibus in aliquorum ſententia filij cenſẽtur vocati ex propria perſona ad ſimilitudinem fideicommiſſi ordinati in vltimis voluntatibus.

19 Donatio, quando directè eſt facta Patri, & filijs, tunc filij, vtpotè æquè condonatarij cum Patre capiunt bona donata; licèt poſt obitum Patris, vti filij non vti hæredes ex prouidentia Donatoris.

20 Pater, vel Auus, quando ſtipulatur pro filijs, vel nepotibus reſpectiuè, & vocantur ſolùm filij primi gradus, non tranſcundo ad vlteriores deſcẽdentes, an filij veniant vti filij, vel vti hæredes, & num. ſeqq.

21 De diſtinctione Bartoli in hac materia, an agatur de re ex ſui natura ad extraneos non tranſitoria, vtpotè eſt Feudum, vel Emphyteuſis, vel potiùs tranſitoria, in primo caſu filij veniant vti filij; in ſecundo verò caſu, vti hæredes.

22 Stipulatio in dubio cẽſetur facta à Patre pro filijs vt. hæredibus, nõ autẽ vti filijs, quia id eſt patri vtilius.

Vtilitas liberorum, in quo verſatur, ibid.

23 Donatio, quando ſimpliciter eſt facta à Patre filio, iſte autem acceptat pro ſe, & filijs; tunc filij veniunt vti hæredes; non vti filij, cum lucrum conſequantur ex prouidentia Patris donatarij, non autem Aui donantis.

24 Idque, etiam procedit in donatione contempla-

tione

tione certi Matrimonij, quoties contrariæ, vrgenteſque coniecturæ non concurrunt.

25 *Referuntur plures deciſiones* Rotæ *hanc eamdem ſententiam confirmantes.*

26 *Donatio contemplatione certi Matrimonij facta à Patre filio acceptanti pro ſe, filijs, nepotibus, & deſcendentibus maſculis in infinitum, ſuffragatur filijs vti hæredibus.*

27 *Expenditur ponderatio* Surdi dec. 324. *qui videtur dubitare de ſupradicta diſtinctione* Bartoli, *de qua* num. 21. *eò quia inter interrogationem, & promiſſionem ſtipulatoris ſupponenda eſt vniformitas,* & num. ſeqq.

28 *Stipulationis naturæ non repugnat, vt partes contrahentes ſtipulentur pro ſeipſis; ab acceptore verò fuerit ſuperaddita alia perſona, præcipuè hæredum, quem Iura ſubintelligunt.*

29 *Interrogationis formam ſufficit, placuiſſe promittenti; vel in ipſo actu reſponſionis, vel paulò poſt.*

30 *Stipulatio, quæ adiicitur alicui contractui, non immutat eius naturam.*

31 *Expenduntur ſingulæ authoritates contrariæ, allegari ſolitæ pro ſententia, quòd filij veniant vti filij; non vti hæredes, eaſdemque, vel non applicari, vel potiùs contrarium firmare oſtenditur, exceptis nonnullis aberrantibus à communi.*

32 *Doctores, & deciſiones incidenter loquentes non merentur attendi.*

33 *Examinantur deciſiones* Rotę, *quæ conſtanter ſubſtinent ſententiam, quòd filij veniant vti hæredes, non vti filij.*

34 *Donationis tempore, quoties filij non ſunt nati, eò magis ſtipulatio Patris donatarij eſt intelligenda pro filijs vti hæredibus, non autem vti filijs.*

35 *Præcipuè, quando Pater acceptat donationem* pro ſe, & filijs naſcituris, *cum Clauſula cæterata, quæ extendi debet,* pro filijs, hęredibus, & ſucceſſoribus.

36 *Extenſioni prædictæ clauſulæ cæteratæ factæ à Connotarijs eiuſdem Regionis, & Tribunalis eſt omninò ſtandum, deficiente extenſione proprij Notarij.*

37 Clauſula, pro ſuis, *cæterata intelligi debet de hæredibus, etiam extraneis in materia ad quoſcumque tranſitoria.*

38 *Clauſula prædicta cæterata in eodem contractu appoſita eodem modo debet intelligi, nè detur contradictio in eadem diſpoſitione, & periodo, eædemque perſonæ modò exprimantur vti filii, modò vti hęredes.*

39 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, potiſſimùm maſculinitatis, vel filiorum naſciturorum ſub dicta clauſula,* pro ſe, *cæterata, non diuerſificat eiuſdem clauſulæ naturam; neque illius vim, & effectum alterat.*

40 *Verbum* ſuis, *vtpotè æquiuocum, poteſt intelligi, etiam de hæredibus extraneis.*

41 *Clauſula cæterata* pro ſe, & filijs naſcituris *non poteſt extendi* pro maſculis, & fœminis.

42 *Donatio ſuaptè natura ad quoſcumque hæredes eſt tranſitoria.*

43 *Filiorum appellatione in donatione contemplatione Matrimonii, continentur, tàm maſculi, quàm fœminæ.*

44 *Perſona filii donatarii; eiuſdemque merita; quoties in donatione facta ab Auo fuerunt contemplata, oritur vehemens præſumptio, quòd filius donatarius voluerit ſtipulari pro filiis, vti hæredibus, non vti filiis.*

45 *Nepotes naſcituri, & non dum cogniti nullam apud Auum donantem meritorum poſſunt habere prærogatiuam.*

46 *Reprobatur reſponſio data in deciſionibus contrariis, quòd merita poſſint compenſari cum donatione tranſitoria ad nepotes; quodque eadem merita non probentur æquiualentia,* & numer. ſeq.

47 *Legitima, quemadmodùm debet eſſe immunis ab omni onere, etiam ſi filio fuerit in vita aſſignata.*

48 *Ita etiam donatio contemplatione matrimonii facta à Patre filio pro legitima debet eſſe exempta à vinculo reſtitutionis; non ſolùm reſpectu quantitatis reſpondentis eidem legitimæ; ſed etiam reſidui eiuſdem donationis, nè vna, eademque donatio diuerſo Iure cenſeatur.*

49 *Donatio contemplatione certi matrimonii, quoties fuit à filio acceptata pro omni, & toto, eo, quod potuiſſet prætendere in hæreditate Paterna, dicitur inducta compenſatio inter Patrem, & filium; ideòque non poteſt dici profectitia; ſed pleno Iure eidem filio quæſita.*

50 *Refellitur ponderatio, quòd vtiliùs fuerit donatario conſequi in uita Patris donātis pinguiorē donationem, cum onere fideicommiſſi ad fauorem filiorum, quàm poſt eius obitum habere legitimam immunem ab omni grauamine,* & num. ſeqq.

51 *In legitima pro onere inducendo, nedùm requiritur, quòd illud fuerit ſpecificè iniunctum; ſed etiam per filium approbatum per actum expreſſum.*

52 *Veriſimile non vidètur, Patrem donantem voluiſſe grauare filium donatarium cognitum, & benemerētem onere reſtitutionis fideicommiſſi, auferendo eidem liberam bonorum diſpoſitionem, eamdemque impartiri nepotibus, nondum natis, penituſque incognitis.*

53 *Ex Inueſtimenti onere non demandato per donantem de bonis donatis in pecunia numerata conſiſtentibus, vehemēs inſurgit præſumptio, vt eadem bona donata fuerint relicta in libera facultate filij donatarij, abſque vllo fideicommiſſi onere.*

54 *Donatio contemplatione matrimonij facta per Patrem filio Mercatori de mercibus fundacarijs præſumitur immunis ab onere fideicommiſſi, nè liberum impediatur commercium,* & num. ſeqq.

55 Senatus Conſultum Macedonianū *nō comprehendit filium negotijs præpoſitum; nam alioquin publicum impediretur commercium, & ſub publica fide contrahentes remanerent decepti.*

56 *Dotis ex libera reſtitutione facta per Patrem donantem filio emancipato aliud non poſſidenti; niſi bona donata contemplatione matrimonij, arguitur, quòd donatio fuerit libera ab onere fideicommiſſi; nam alioquin idem Pater ſe ſubijciſſet periculo reiterandæ ſolutionis, debitis cautelis non adhibitis.*

57 *Clauſulæ* ad habendum, &c. ponens, &c. conſtituens, &c. *in parte diſpoſitiua donationis*

ap-

appoſitæ, tribuunt liberam, expreſſamque diſponendi facultatem.

58 Ideòque demonſtrant, donationem ab omni reſtitutionis onere eſſe immunem, filioſq; donatarij hæreditario tantùm Iure in ea ſuccedere.

59 Effectus ſubſequens declarat, qualis fuerit intentio partium ab initio.

60 Donatio præcedens declaratur ex ſubſequenti inſtrumento.

61 A regula Iuris, ad hoc vt recedi poſſit ex cõiecturis, & præſumptionibus, illæ debent eſſe præpotentes manifeſtæ, & concludentes.

62 Coniecturę debent reſultare ex eodem Inſtrumento pro receſſu à regula Iuris; cum non ſufficiat, illas aliundè colligi.

63 Præcipuè in contractibus, in quibus ſtricta debet fieri interpretatio.

64 Reprobatur coniectura in deciſione contraria deducta ex diuerſitate ſtipulationis dotis, & donationis, eò quod dos fuerit ſtipulata pro filiis, & hæredibus; Donatio verò pro filijs naſcituris, & c. & num. ſeqq.

65 Stipulationis diuerſitas non facit præſumere diuerſitatem inter dotem, & donationem, quando in vtroque caſu eadem militat ratio.

Expenditur, & declaratur Surd. deciſ. 322. num. 2. & 67.

66 Verbum, hæredibus, omiſſum in donatione, quando cenſeri debeat repetitum.

67 Declarationis præcipuus effectus eſt, vt coniungat ſcripturas, & vna alteram ſuppleat.

68 Dictio, prout latiùs, magis præciſam relationem importat.

69 Relatio ad donationem, ad quam filij dici debent vocati, vti hæredes, non vti filij, operatur, vt partes intellexerint de filijs, eò modo, quo in donatione reperiuntur expreſſi.

Referens non plus cogitaſſe videtur, quàm quòd in relato continetur. ibid.

70 Dictio, Ac, interpretari debet expoſitiuè pro ideſt.

71 Stipulatio concepta pro ſe, ſuiſque filijs, ac hæredibus quibuſcumque, per vnicam orationem qualificat verbum filijs.

72 Relatio non fit, niſi, quando eſt neceſſaria, vt ſaluetur ratio recti ſermonis; non autem quando inducitur repugnantia inter ſcripturas.

73 Diſcretiuæ effectus tollitur ex cauſa neceſſariæ.

74 Diſcretiua relatio non admittitur, niſi quando verba pernecesſè ad hoc compellant; ſecus verò quando aliter poſſunt intelligi

75 Regula deſumpta ex leg. iám hoc Iure, ff. de vulgar. procedit, etiam ſi vnum determinabile ſit alio fauorabilius.

76 Dos, & donatio propter nuptias, licèt dentur pro matrimonio, eiuſque oneribus; nihilominus tranſeunt ad filios vti hæredes, non vti filios.

77 Teſtes, etiam ſingulares admittuntur ad declarandam voluntatem;

Secus verò, quoties agitur de probanda ſubſtantia contractus, prout num. 79.

78 Declaratio voluntatis non dicitur, ſed potiùs inductio nouæ voluntatis, quoties priuatur donatarius libera facultate diſponendi, nouæque adduntur perſonæ in donatione.

79 Declaratio, an Inueſtitura cõceſſa fuerit filijs vti filijs, vel vti hæredibus, non dicitur declaratio; ſed potiùs ſubuerſio cum longè diſtent inter ſe iſti modi ſuccedendi.

80 Teſtes ſingulares non ſufficiunt, quoties agitur de probanda ſubſtantia contractus.

81 Perfecta donatio non recipit ex interuallo, neque modum, neque conditionem.

CAPVT CVI.

CONTROVERSIA, de qua in pręſenti eſt diſceptandum, ea eſt, An donatio ſcutorum viginti duo millium contemplatione certi matrimonij facta à Guido Iordano Gaſpari eius filio *præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs naſcituris*, ſuffragetur filijs vti filijs, vel vti hæredibus: Cumque *Rota* poſt acerrimas diſputationes habitas in hac cauſa in prima deciſione edita in *Romana donationis ſub die 14 Maij 1657. coram Reuerendiſſimo Meltio* impreſſa poſt *Cutellium de donationibus fol.* 310. in Veneta Impreſſione, repetita in *recent. dec. 229. part.* 12. dixerit, ex prædicto modo ſtipulandi, Ius fuiſſe quæſitum filijs, vti filijs, concurrentibus præcipuè coniecturis.

In ſecunda verò deciſione ſub die 22. Maij 1662. corã R. Priolo inter ſuas impreſſas *dec.* 203. admiſerit, quòd huiuſmodi donatio, tãquám facta Gaſpari acceptanti pro ſe, & filijs, videatur acquiſita eiſdem filijs, vti patris hæredibus; ſed ex coniecturis fuerit reſolutũ, quòd ſuffragetur filijs, vti filijs, idemque firmatum in duabus deciſionibus editis coram eodem Priolo inter ſuas impreſſas 239. & *dec.* 446. aduersùs quas, benignè conceſſa noua audientia; exiſtimo, omninò eſſe recedendum á deciſis, & contrarias coniecturas nullo prorsùs Iure poſſe ſubſiſtere.

1 Verùm, quia huiuſmodi quæſtio vna ex illis eſt, quam Doctores acerrimè diſputant, ſciſſis hinc inde ſententiis; ſed infelici, ut plerumqne ſolet, euentu; etenim ardore diſceptandi obruunt potiùs, quàm eruunt ueritatem; adeòut, non modó ad inuicem, ſed in ea plerique Interpretes egregij nominis ſibi ipſis aduerſentur: Propterea operæ pretium duxi, caſus præcipuè ad præſentem articulum pertinentes diligenter diſtinguere, & ſigillatim auctoritates hinc indè adductas expendere, quas in fonte uidere uolui, ad effectum demonſtrandi, quantùm noſtra ſententia pro creditoribus Gaſparis Iordani donatarij, quorum Iura tuemur, ſuperet contrariam, & numero Doctorum, & auctoritatum, ac rationum pondere; quòdque de contrarijs coniectu-

Digitized by Google

iecturis nulla prorsùs ſit habenda ratio.

In huiuſmodi ergo materia donationis factæ contemplatione matrimonij, à quibuſdã
2 recentioribus ſatis inuolutè tractata, licèt plures diſceptari ſoleant quæſtiones; nihilominus ſtrictè ad rem, de qua eſt ſermo, duæ potiſſimùm agitantur: Altera, an filij intelligi debeant uocati, uel hæredes: Altera uerò quando filij ſunt uocati, an bona donata capiant, tamquàm filij, uel potiùs tamquàm hæredes.

Quò ad primam igitur inſpectionem, ſi filij non ſint expreſsè uocati, abſona omninò eſſet in Iure aſſertio, quòd ex ſola natura donationis factæ contemplatione matrimonij dici debeant uocati; explorati enim Iuris eſt,
3 quòd donationes ſuaptè natura ad hæredes tranſeant, prout ſunt Iura ſatis aperta in *l.1.ff.de donat. l.Senatus 35. poſt princip. ff.de donat.cauſ.mort. Alex.conſ.14.num.3.lib.1. Siluan.conſ.98. num.7. lib.2. Soccin.Iun.conſ.79. num.4.lib.2. Cardin.Mantic.de tacit. & ambig. lib.13. tit.21. num.20. Theſaur.Iun. quæſt.forenſ.lib.2.cap.60.num* 10. qui *n.15.* ſublimitat in donatione annua, *Cutell.de donat. contemplat.matrim.diſc.1. ſpecial.24. num.14. & ſeq. Surd.dec.322.num.39. Achill.dec.vnic. tit.de donat. Put.dec.273.num.9.lib.3.in correctis, Rota in rec.dec.707.in fin.part.1.*

4 Atque adeò ex ſimplici matrimonij contemplatione, ſiue fauore, huiuſmodi natura nullo prorsùs modo alteratur; idque apertiſſimè comprobatum remanet, cum ſatis, ſuperque ſit exploratum, ut nihil magis, quàm
5 dos, & donatio propter nuptias matrimonij contemplatione præſtentur: Et nihilominus abſque dubio ſunt tranſitoriæ ad hæredes uiri, & mulieris, neque filij, excepta rata legitimæ, Ius aliquod in eis prætendere poſſint ex clara diſpoſitione *text. in l.ſi liberis* 18. *C. de donation.ante nupt. Soccin.Iun.conſ.28. n.11. verſ.nec obſtat, quòd donatio, lib.2. Surd.deciſ.* 322. *num.*48. & benè in his terminis arguunt *Roderic.Suarez conſ.9.num.9. Card.Otthon.dec. 133.num.7. & ſeq.*

6 Huiuſmodi uerò concluſio procedit, etiam ſi fuerit facta donatio intuitu, & contemplatione filiorum, quia non ex indè dici debet inductum fideicommiſſum, neque explicita eorum uocatio; ſed tantùmmodò deſignatio, quid futurum ſperetur de bonis donatis, iuxta præcogitatos, ſiue ſperatos euentus à donante; non autem, quód ablata ſit facultas Patri, uel Matri, ne de dictis bonis, excepta legitima, ad libitum diſponere poſſint in filiorum præiudicium, ut in ſpecie egregiè aduertit *Dec.conſ.216.num.5. verſic. & illa verba in fauorem, Alciat conſ.8. ad finem lib.8. Molpheſ.conſ.2.num.50. & ſeq. Theodor.alleg. 42.num.2. Cardin.Otthobon.dict.dec.133. num. 7. & ſeq.*

Et quamuis huiuſmodi donationes reuo-
7 cari non ualeãt de conſenſu uiri, ſtante præiudicio alterius coniugis; ſicuti etiam eſt abſolutũ in dote, & donatione propter nuptias; nam alioquin uxor non contraxiſſet matrimonium cum tanta dote, uel nullo modo cõtraxiſſet, ſi uir bona iſta donata non habuiſſet pro oneribus matrimonij ſubſtinendis, prout, præ cæteris, firmant *de Ponte conſ.80. num.15. & ſeqq. & conſ.25 ſub num.3. lib.1.* & *de poteſt.proreg.tit.6.de aſſenſ.Reg.§.2.num.21. & ſeqq.* ibique *Thor.Becc.conſ.120.num.3. Menoch. conſ.261. num.15. & inter conſ. Fab.de Anna conſ.139. num.18. lib.2. Rouit.conſ.94. nu.11. & ſeqq.lib.1. Altograd.conſ.7.n.13. & ſeq. Peregrin.conſ.78. num.10. lib.3. Raudenſ. conſ.94. num.22. Marcian.Sen.conſ.33.num.2. Molpheſ.conſ.11. & conſ.2.num.6. & ad Conſuetud. Neapol. tit de renunciat. quæſt.7. num.16. tom.1. Molin.de rit.nuptiar.lib.3.quæſt 6. n.25. & ſeqq. Mierez de maiorat.part.1. cap.22. nu. 32. Molin.de primog.Hiſpan.lib.4.cap.2.nu.17. & ſeq. Matthienſ.lib.5.recollect. leg.hiſpan.tit. 6.leg.1 gloſ.8.num.3. & ſeq. Tell. Fernand.in l. 17.Taur.num.73. Cancer.var.part.1.cap.8. numer.34. Sanchez de matrim.lib.6.diſput.32.n.1 & ſeqq. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4 gloſ.1. num.18. & 21. Giurba ad Conſuet.Meſſan.cap.1. gloſ.8. quæſt.1.num.75. & ſeq. Merlin.controu. 34.num.4. & ſeqq.lib.2. Tondut.reſol.ciuil.cap. 55.num.8.9. & ſeqq.lib.1. Andreol.contr.155. num.1. Cutell.de donat.contemplat.matrim.to.2. tract.2.diſcurſ.1.ſpecial.9.num.9. & ſeqq. Staiban.Iun.reſolut.3.num.12. & reſolut.22. nu.15. lib.1. Capyc.Latr.conſult.46.num.2. lib.1. Add. ad Buratt.dec.861. num.3. Guid.Pap.dec.145. Franch.dec.205.* ibique *de Luca nu.1.* & latiùs *dec.436.num.4. Maſtrill. dec.211. num.4. p.3. Io:Oker.dec.14 cap.4. Caſtill.dec.Sicil.51. nu.8. et dec.106. num.10. Anton.Fab.in C. tit.de reuocand.donat.defin.1. Bich.dec.555.n.3. Cardin. Cerrus dec.436.n.14.et ſeq.*

Præcipuè, quia donationes huiuſmodi oneroſum titulum habent, non autem lucratiuum, ex eleganti ratione tradita ab Imperatoribus *Theodoſio, et Valentino in l.1. Cod.de imponen.lucratiu.deſcript. lib.10.* ibi: *In tàm enim neceſſarijs ſibi, coniunctiſque perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſoluitur,* & inferiùs, ibi: *Nec inter lucratiuas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubiacebit, nec enim iuris optimi eſt matrimonium, cum tot, tantiſque ſuis difficultatibus opprimatur aduentitijs, etiam cumulare ponderibus.*

Non inde tamen inferri poterit, quòd propter hoc eadem bona donata non ſint obligata creditoribus, vel quòd donatarius non poſſit de eis diſponere, prout poteſt de donatione propter nuptias, vel poſſet
8 vxor de dote, ſi non fuiſſet lata *lex Iulia de fundo dotali,* quæ fuit priùs promulgata pro

Italis, poſteà à Iuſtiniano extenſa ad totum Orbem, ut in principio *inſtitution. quib. alien. licet, vel non, et in l. vnica, §. fin. C. de rei vxor. actiõ.* quamuis dos transferet in dominium viri, eumque in *Auth. eo, §. Pater donatio-*
9 *nem, Cod. de donat. ante nupt.* reperiatur ſancitum, Patrem non cogi donationem propter nuptias ſeruare filijs illius matrimonij; hinc colligitur, nõ quæri filijs, nec vxori, alioquin diſpoſitio dicti *textus* locum habere non poſſit.
10 Inſuper animaduertendum, quòd huiuſmodi filiorum contemplationes potiſſimùm reſpiciunt præſeruationes ſucceſſionum eiſdem, inſpecto Iure communi, competentium; atque adeò nullatenùs operari debent, vt pater intelligatur fideicommiſſo grauatus, vt optimè aduertit *Dec. d. conſ. 216. num. 5. verſ. et illa verba in fauorem.*

Cumque viro hæc bona donentur, & in ipſius transferantur dominium pro oneribus matrimonij ſubſtinendis; ſatis ſuperque huic cauſæ ſatisfactum dici debet, ſtatim, atque
11 vir locupletior fuit effectus, & Pater à ſe abdicauit dominium bonorum donatorum, illudque in filium tranſtulit.
12 Conſeruatio verò ſucceſſiua eorumdem bonorum ab ipſo viro, & filio reſpectiuè facienda, non fuit in diſpoſitione; ſed in ſimplici voto, & deſiderio, ſicuti, & in alijs donationibus; cenſentur enim, vt plurimùm factæ pro ſubſtiuenda, conſeruandaque domo, atque ex hoc inducere fideicommiſſum, eſſet
13 diuinare, non iudicare; ſatis enim operatur effectum huiuſmodi contemplatio, vt transferatur dominium in filium, neque Patri ſit licita ad libitum reuocatio; ſed non indè poteſt inferri, quòd donans noluerit, ut bona donata nepotibus conſeruari debeant; prout egregiè aduertit *Senatus Cathaloniæ* in deciſione ad uerbum relata à *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 1 ſub n. 36.*
14 Et in ſpecialibus terminis, quòd ex impotentia reuocandi non rectè arguatur ad excluſionem creditorum donatarij, optimè probant omninò uidendi *Roderic. Suar. d. conſ. 9. n. 9. Menoch. conſ. 286. ad fin.* egregiè *de Ponte conſ. 80. num. 15. et ſeqq. lib. 1. Molpheſ. conſ. 2. num. 51. Rouit. conſ. 15. num. 7. et ſeqq. lib. 2. Theodor. allegat. 42. num. 6. et ſeqq. Nouar. quæſtion. forenſ. 83. Thor. vot. 29. num. 10. Noguerol. allegat. 37. num. 25. et ſeq. Card. Otthobon. deciſ. 133. num. 35. et ſeqq.*
15 Altera controuerſia in hac materia uerſatur circa eam ſpeciem, quando de filijs in donatione legitur facta expreſſa mentio, an noceantur uti filij, uel potiùs uti hæredes, & quatuor caſus diſtinguendos eſſe exiſtimo, ne incidamus in æquiuoca ſatis inuoluta, quæ frequentiſſimè in hac materia apud Doctores potiſſimùm conſulentes contingere ſolent.

16 Primus igitur nobis ſe offert, quando pro filijs ſtipulatur Mater, uel alij coniuncti ex materno genere, & tunc ſine magna controuerſia filij uocantur uti filij, non uti hæredes; Idque ea potiſſimùm ſatis manifeſta ratione; cum enim mater filios non habeat in poteſtate, neque in eis peculium profectitium conſiderari ualeat; Meritò, quando eſt facta promiſſio matri, uel alijs extraneis, tunc filij cenſeri debent principaliter contemplati; atque adeò peculium dicitur aduentitium.
17 At, quando Pater pro eis ſtipulatur; tunc contemplantur acceſſoriè, & eſt peculium profectitium, *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. et pupill. Surd. conſ. 488. num. 9. et ſeqq. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 16. num. 1.* prout in his terminis *Rot. in rec. dec. 127. p. 6.* ubi promiſſio de donando Bartholomæo fratri, & filijs naſcituris conuenta fuerat cum uxore, & ſuis conſanguineis in ipſis capitulis matrimonialibus; non autem cum ipſo ſolo Bartholomæo, prout in facto extenſo in eadem cauſa in antecedenti *deciſ. 58. in princip. eadem p. 6. recent.* atque adeò rectè *Rot.* reſpõdit, donationem intelligi factam filijs, uti filijs.
18 Secundus caſus eſt, quando donatio eſt facta à ſolo Auo, & Patre; non autem á conſanguineis uxoris; & uocantur filij, nepotes, totaque deſcendentia, potiſſimùm cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, & tunc in aliquorum ſententia filij cenſentur uocati ex perſona propria ad inſtar fideicommiſſi ordinati in ultimis uoluntatibus, in quibus terminis procedunt deducta in ſpecie per *Caſtill. dec. 106. nu. 18. et ſeqq.* & poſt ipſum *Maſtrill. dec. 301. part. 4. Rocc. reſponſ. 71 num. 17. et reſponſ. 64. num. 10. et ſeq. lib. 1. et reſponſ. 29. num. 17. lib. 2. Card. Cerrus dec. 435.* quæ concluſio quomodò ſit intelligenda latiſſimè explicabitur in ſequenti diſputatione, pluribus adhibitis diſtinctionibus ibidem relegendis.
19 Tertius caſus eſt, quando directè donatio eſt facta patri, & filijs; adeòut filij dicantur æquè condonatarij cum patre, capiantque bona donata, licèt poſt obitum Patris, ex ſimplici prouiſione Aui donantis, non autem patris donatarij, & in hac facti ſpecie filij ueniunt uti filij, non autem uti hæredes, prout omiſſis pluribus, qui poſſent allegari in ſpecialibus terminis poſt *gloſ. in l. ſi tibi 18. §. ſi pactus*, uerbo *prodiuit*, ibique *Bart. num. 8. Angel. num. 2. ff. de pact.* firmant *Bertrand. conſil. 176. lib. 3. Ruin. conſ. 122. num. 3. verſ. ſecundo verò caſu, Ludouic. Bell. conſ. 125. num. 20. et ſeq. Menoch. conſ. 286. num. 18. et ſeqq. de Ponte conſ. 80. num. 16. lib. 1. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1. num. 10. et ſeq. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 55. num. 13. Staiban. Iun. reſolut. 22. lib. 1. Annibin. in allegat. penes Epiſc. Rocc. collect. 3948. de Marinis*, in hac eadem

Digitized by Google

dem cauſa ſcribens, cap.89.lib.1 iuxta ſecun-
dam impreſſionem Lugdunenſem, Mart. de
ſucceſſ legal.part.1.quæſt.11. art.3. num.10. et
voto 215. num.22. et ſeq. Galeot.controu.57.
num.18. lib.1. Cardin.de Luca, pariter in hac
eadem cauſa ſcribens, de donat.diſc.1. nu.11.
et ſeqq.de Mart. deciſ.Sardin.7. Rot.in rec.dec.
529.n.2.et ſeqq.part.14. cum alijs allegatis in
Auenionen.fideicommiſſi 4. Februarij 1647. §.
hæc autem, et 26.Iunij eiuſdem anni, §.hoc ta-
men, coram Reuerendiſſimo Veroſpio impreſſæ
poſt d.cap.55.reſol.ciuil. Tondut.lib.1. repeti-
tæ in rec.dec.13.n.3.p.10.& coram Reuerend.
Peutinger. deciſ.406.num.5.pariter impreſſa
poſt Cutell.de donationib. dec.3. Vrbinaten.pe-
cuniaria 3.Iunij 1661. coram Reuerendiſſimo
Veroſpio, impreſſa penes expedit.Paitel. dec.
44.num.3.et ſeq.Rot.in rec.dec.264.n.10.p.13.
Card.Cerrus dec.485.n.11.
20 Quartus demùm caſus eſt diſtinctus à ter-
tio, quando, retentis tamen terminis, quòd
pater, & Auus ſtipulentur, vocantur ſolùm
filij primi gradus, non tranſeundo vlteriùs
ad alios deſcendentes, & in hoc caſu Bart.in
l.Gallus, §.quidam rectè, num.9. ff.de liber.&
poſthum.& in l.ſi tibi, §.ſi pactus. ff.de pactis,
quàm inferiùs allegandi ſequuntur, hanc ad-
21 hibet receptam diſtinctionem;quòd:Aut pa-
ter donat filio, & nepotibus. & verſamur in
materia ex ſui natura ad extraneos non tran-
ſitoria, vtpotè eſt feudum, vel emphytheuſis,
& tunc veniunt vti filij, non vti hæredes.
Aut in materia ad hæredes extraneos
tranſitoria, & tunc veniunt vti hæredes,
non vti filij, prout in ſpecie donationis
ex cauſa matrimonij, ſequendo Bart. diſtin-
ctionem tradiderũt, præ cæteris,omiſſis plu-
ribus alijs, qui poſſent laudari, Alciat.conſ.7
num.30.lib.8.Ludouic.Bell.conſ.43.num.8. &
conſ.44.num.1.& trib ſeqq. & conſ.109. num.
19 Menoch.dict. conſ.286. num.6. & ſeqq. &
lib.13.præſumpt.48.num.1.Iſern.in cap.1.num.
10.de alien.feud patern.de Ponte conſ.80. num.
15.& ſeq.lib.1.Laratta conſ.9.num.16.poſt me-
dium, & ſeqq.Molpheſ.conſ.2. num.8.& ſeqq.
Mart.conſ.38.num.2.& ſeqq.& conſ.72.num.9
& 12. qui loquitur in materia, etiam non
tranſitoria ad hæredes,nempè, feudali,Ronit.
conſ.15.num.45.lib.1. Roce.reſponſ.64.num.1.
& ſeq.lib.1.Fab.de Anna conſ.52.nu 22. lib.1.
Molin.de pact.nupt.lib.3.quæſt.15.ſub num.40.
& 50.in fin.vbi de communi, Card. Mant.de
tacit.conuent.lib.14.tit.18.num.9.& ſeqq. vſq.
in fin. Theſaur. Iun.lib.4.quæſt.forenſ.2.num.4.
Noguerol. allegat.37. num.26. Capye.Latr.con-
ſult.79.num.48.& ſeqq.lib.2. latiſſimè de Ma-
rinis reſolut.89.num.24.& ſeqq. lib.1. iuxta
impreſſionem Lugdunenſem, vbi reſpondet
omnibus contrarijs, Tondut.reſolut.ciuil.cap.
55.num.13.& ſeqq.lib.1.Hodiern.ad Surd. dec.
322.num.7.11.& 28. Sanfelic.dec.200. Rot.in
Epiſcop.Rocca Vol.II.
Auenionen. fideicommiſſi 4. Februarij 1647. §.
hæc autem cum ſeq. coram Reuerendiſſimo Ve-
roſpio impreſſa poſt Tondut.dict.cap.55. repe-
tita in rec.dec.13.num.3.& ſeqq. part.10. qui
22 omnes aſſerunt, in dubio ſtipulationem cen-
ſeri factam pro filijs,non vti filijs, ſed vti hæ-
redibus, quia ſtipulatio facta pro filijs vti hę-
redibus eſt patri vtilior, & fauorabilior, &
licèt conſideretur in huiuſmodi donationi-
bus vtilitas, quòque liberorum;tamen id in-
telligi debet ſecundarió, & minus principa-
liter, prout rectè aduertit Socein.Sen. conſil.
127. num.9. verſ.ſecunda, & verſ.ex quibus,
lib.3.Tondut.dict.cap 55.num.17.lib.1.Præci-
puè, quia vtilitas liberorũ in eo potiſſimùm
verſatur, vt patrem habeant diuitem, qui il-
los commodiùs alere ualeat, Menoch.dict.
conſ.286 num.vlt.in fin.Bertrand.conſ.73.lib.2
Molin.de rit.nupt.lib.3.quæſt.15.num.50.verſ.
non tamen.
Huiuſmodi veró cõcluſio proximæ firmata
23 faciliùs procedit, & omninó eſt amplectẽda,
quãdo,prout in preſentia(& hoc rogatur ad-
uerti)verſamur in vocatione filiorum, facta
nõ ab ipſo Guido Auo donãte Gaſpari Patri,
& filijs,ſed potiùs ipſe Auus ſimpliciter dona-
uit filio,iſte autẽ acceptat pro ſe,& filijs;adeò
vt filij huiuſmodi lucrum abſolutè ex proui-
dẽtia eiuſdẽ Patris donatarij cõſequãtur,non
autem ex prouidentia Aui, qui Patri obtulit
donationem, prout in terminis generalibus,
Bart.in l.Gallus, §.etiam ſi Parente num.4. ad
medium verſic. ſi verò illa verba. Bald. num.3.
ante medium verſic. interdum nomine hæredis
Iaſ.numer.19.verſic. ponderat diligenter, ff.de
lib.& poſthum.Card.Mantic. de tacit. lib.14. tit.
19.& ſeq. Molin. de ritu Nuptiar. lib.3. quæſt.
15.num.28.& ſeqq.Sanfelic. dec.200. & in his
24 præciſis terminis donationis contemplatio-
ne certi matrimonij factæ à Patre filio reci-
pienti pro ſe,& filijs,quòd filij veniant vti hę-
redes, non vti filij, quoties contrariæ, & vr-
gentiſſimæ coniecturæ non concurrunt,opti-
mè firmant ſequendo prædictam Bart.diſtin-
ctionem,omiſſis antiquioribus, quod longum
eſſet recenſere,ex recentioribus,præ cæteris,
egregiè Menoch. conſ. 286. num.6.15.& ſeqq.
qui ſatisfacit omnibus contrarijs apud eum-
dem relegendis, Mart.conſ.38.num.2.& voto
215.nu.22.& ſeq. Camill. de Medic.conſ.142.
num.1.& ſeqq. Fab. de Anna conſ. 52. nu.22.
lib.1.de Ponte conſ.80.num.15.et 16.lib.1. La-
rath. referens deciſum per Sac. Conſ.Neapolit.
conſ.9.num.11.circa medium,& ſeqq.Molpheſ.
conſ.2 poſt prim. volum. Conſuet. Neapolit. Ga-
leot.controu.57.num.18.et ſeq.lib.1.Capye.Lat.
conſultat.79.num.84.lib.2. ubi referendo opi-
niones, hanc dicit veriorem, latè de Marinis
quotidianar. reſolut.lib.1, cap.89.et reſolut.68.
num.11. et ſeqq. lib.2. iuxtà nouiſſimam im-
preſſionem Lugdunenſem, Anichin. inter col-

redes,num.17.in fin.verſ.reſponde, ff.de verbor.
obligat.& in l.cum filiusfamilias , ff.de leg.1.
num.9.Barbat.in cap.vt vnuſquiſque,num.3.de
peculio Cleric. Dec.conſ.496.num.14. verſ.ſed
reſponderi poteſt , Menoch. conſ.344. num.27.
Gratian.cap.124.num.4. cum ſeq. ſignanter ex
adiunctis verbis, ſubiectaque materia, *Cephal.*
conſ.274.num.14.tom.2 Iſern in cap.1.§.dona-
re qual.olim feud.pot.alien. nu.9. verſ.relinquo
tibi dotarium, Franch.dec.607.n.5.

Quinimò ipſemet donans, vtpotè egregius
Iuriſperitus, optimè agnoſcens propriæ obli-
gationis neceſſitatem apertè declarauit, ad
donationem deueniſſe pro adimplemento, &
exequutione prædictæ Apocæ, ad quod, licèt
fortaſſe viuens cogi non potuerit, attamen
ad ſe exonerandum ab obligatione alendi
Raphaelem, cum tota eius familia, exiſtima-
uit, ſibi magis expedire, præueniendo dictæ
Apocæ exequutionem iniungere onus eidem
Raphaeli alendi ipſum donantem, eiuſque
familiam.

Probata igitur ex prædictis neceſſaria, ir-
reuocabilique obligatione exequendæ apocę,
excluditur prætenſa correſpectiuitas, neque
poteſt dici ad donationem deueniſſe, ſaltem
reſpectu aureorum bis mille intuitu ſubmiſ-
ſionis proprij Patrimonij ad beneficium Pri-
36 mogenituræ factæ à donatario ex ſingulari
doctrina *Caſtr.in l.petens, num.9. C.de pactis,*
verſ.nunc circa iſtam materiam, & verſ.gloſa
optime loquitur, vbi aduertit, quòd, ſi fiat cō-
tractus, quo promittis mihi reſtituere centū
mutuò á me accepta, vnicoque contextu fiat
pactum, quo ego promitto ire pro te Romā,
non reſultet aliqua correſpectiuitas, ex ea
potiſſimùm ratione, quia hic contractus fuit
neceſſarius, ex quo poteras compelli ad reſti-
tuendum mutuum, etiam ſi id non promiſiſ-
ſes in eo contractu; ergo dici non poterit,
quòd promiſi ire pro te Romam contempla-
tione dicti contractus.

Propterea, eum in re, de qua eſt ſermo, do-
natio emanauerit ex actu neceſſario, ſaltem
quò ad ſcuta bis mille annua, ſubmiſſio verò
facta à donatario ex actu merè voluntario,
ſequitur, nos verſari in ratione neceſſitatis
ponderata per *Caſtr.* ad excludendam corre-
ſpectiuitatem, vt optimè firmat *Mandell.cōſ.*
45.num.3.verſ.& cum ſuperioribus, & verſic.
propterea, lib.1.

37 Ceſſat etiam correſpectiuitas ex diuerſita-
te cauſarum; cum enim donatio fuerit facta
ex adimplemēto obligationis prædictæ Apo-
cæ, alijſque ex cauſis ſuperiùs expreſſis, ſub-
miſſio verò donatarij proprij aſſis ex actu
merè gratuito poſt perfectam donationem,
& potiùs ex cauſa gratitudinis, & remune-
rationis, ibi: *Recognoſcendo tam gratum bene-*
ficium, donatio nullo Iure dici valet corre-
ſpectiua ſubmiſſioni, ex ponderatis egregiè
per *Corn.conſ.350.lib.1.num.3.verſ.etiam, &*
principaliter pondero, quem ſequitur *Ripa*
omninò videndus *in l.fin.Cod.de reuoc.donat.*
*quæſt.34.per tot.*præcipuè *num.118. verſ.quid*
tenendum, vbi in ſpecie aduertit, quòd, quo-
ties conſtat, quòd animo remunerandi dona-
38 tarius aliquid promiſerit, tunc promiſſio do-
natarij nō dicatur correſpectiua ad donatio-
nem, ſed potiùs iudicetur actus omninò ſe-
paratus, ac diuiſus.

Hinc etiam eſt, vt vindicet ſibi locum alia
cōcluſio paſſim recepta in *Rota*, quę ad obie-
ctum correſpectiuitatis educi ſolitum ex
39 actuum contextualitate, pluries reſpondit,
ſibi locum non vindicare, quando actus con-
textuales ſunt diuerſæ naturæ, & vnus non
venit ad determinationem alterius, habentq;
ſinguli peculiarem cauſam, iuxta monitum
Anchar.in cap.acceſſorium ſub num.16. verſic.
præterea iſti duo actus, de reg.Iur.in 6. Pacian.
de probat.lib.1. cap.28. in addit. lit.F Bapt. de
S.Blaſio in tract.de correlat.quæſt.66.num.54.
eruditus *Caſtald.conſult.145.num.8.*vbi, etiam
ſi contractus vno, eodemque die fuerint initi,
Bich.dec.406. num.31. & dec.281. num.27. &
ſeq. Archiepiſc.Carill.dec.177.in fin. Dunozett.
Iun.dec.881. num.12. Rot.poſt Zacch. de oblig.
cameral.dec.212. num.6. & ſeq. & in ſpecie
40 clauſulæ, *verſa vice*, quòd non ideò induca-
tur correſpectiuitas ex expreſſione diuerſa-
rum cauſarum inter partes facta, egregiè ex
more, *Card.Cerrus dec.286.num.14. verſ.quia*
ex tenore, & num.ſeq.

Conſtat igitur ex prædictis donationem
factam Raphaeli non poſſe dici correſpecti-
uam ad ſubmiſſionem proprij Patrimonij fa-
ctam ab eodem donatario fideicommiſſo, ac
Primogenituræ.

Vel ad ſummum, licèt dici poſſit, quòd do-
natio facta Raphaeli dederit eidem occaſio-
nem ſubijciendi bona propria fideicommiſ-
41 ſo; non tamen hoc ſufficit, vt actus correſpe-
ctiui dicantur, vt ex *Ancharan.* & alijs opti-
mè *Bich.d.dec.281.num.27.& ſeq. & dec.406.*
num.31 vbi aliæ concordantes allegantur.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia ad in-
ducendam correſpectiuitatem nō ſufficit oc-
caſionalis, ſeu accidentalis correſpectiuitas,
42 ſeu dependentia; ſed omninò requiritur ſub-
ſtantialis reſpectu cauſæ originalis, *Ancha-*
ran.in dict.cap.acceſſorium, num.16. verſ.præ-
tereà iſti duo actus, de regul.Iur. in 6. Bapt.de
S.Blaſio quæſt.66.num.54. in tract.de correlat.
Pacian.de probat.lib.1. cap.28. lit.F. in addit.
Caſtald.d.conſult.145.nu.9.& ſeq. Archiepiſc.
Carill.d.dec.177.in fin.Bich.d.dec.406. nu.31.
& 281.num.27.& ſeq.

Remanet itaque firmatum ex allegatis,
nullo modo eſſe locum prætenſæ reſolutioni
donationis; Tum ex quo inobſeruantia non
poteſt conſiderari in eo, quod fuit ratio mo-

ti-

tina donandi, accedente præcipuè exiſtentia
cauſarum finalium, quæ in donatione fuerũt
enunciatæ; Tum ex excluſione correſpecti-
uitatis.

Quare corruunt obiecta prætenſæ contra-
uentionis, quæ licèt ſint ſatis, ſuperque ſubla-
ta ex generali reſponſione, quòd, cum onera
adiecta non fuerint cauſa finalis donationis,
adhuc, illis non ſeruatis, non poſſit compete-
re reſolutio, ſed ad ſummum actio ad imple-
mentum ex allegatis; Tamen ad exuberan-
tiam ſingulis breui methodo ſatisfaciam.

Quó ad defectum aureorum termille, &
quincentum corruit obiectum ex excluſione
prædictæ correſpectiuitatis; cum donatio nõ
poſſit dici correſpectiua ſubmiſſioni factæ á
donatario, ut eſt ſupra firmatum.

Quó ad multiplicum á donatario non fa-
43 ctum (omiſſa interpellatione forſan de Iure
neceſſaria) cum agatur de modo adimplendo
ex adductis per *Menoch. conſ. 138. & 1153. &
lib. 4. præſumpt. 175. num. 13. Ruin. conſ. 110.
num. 4. verſ. cum ergo, lib. 5. Alex. conſ. 59. nu. 7
Caſanat. conſ. 9. num. 25. & ſeq. Cyriac. controu.
153. num. 56. & ſeqq. Gratian. cap. 44. num. 16.
Hermoſill. in l. 6. tit. 4. part. 5 gloſ. 1. num. 6. An-
tunez de donat. Reg. lib. 1. pralud. 2. §. 1. nu. 39.
verſ. at verò*, cum illud eſſet faciendum cum
fructibus bonorum donatorum, quos conſtat,
Procuratorem Aduerſarij exegiſſe, utique de
44 non adimplemento ex propria culpa proue-
niente obijcere non ualet, *l. Iure ciuili*, ubi
*Bart. ff. de condit. & demonſtr. Bald. conſ. 112.
num. 5. & ſeq. lib. 3. Burſatt. conſ. 56. num. 28. &
ſeq. Surd. deciſ. 94. num. 20. in fin. & ſeq. & dec.
182. num. 14. & ſeq. Rouit. dec. 53. num. 18. Bu-
ratt. dec. 5. num 9. & dec. 110. n. 7. & 14.*

Præterquàm quòd, cum eſſet faciendum
in fine anni, & nihilominus donatarius in
decimoquarto menſe deceſſerit, non exiſten-
45 te ſpeciali pacto reſolutiuo, reſolutioni con-
tractus ex tam modica mora locus eſſe non
poſſet, *Bald. in l. eum qui, §. in popularibus, ff.
de Iur. Iuran. Iaſ. in l. ſciendum, num. 7. ff. qui ſa-
tiſd. cogan. Corn. conſ. 67. col. 2. lib. 2. Caſtr. conſ.
377. num. 1. in fin. lib. 1. Buratt. dec. 110. n. 20.*

Quò ad pactum de non alienando, etiam
46 latiſſimo ſumpto uocabulo, licèt in aliquo-
rum ſententia comprehendatur, etiam prohi-
bitio de non hypothecando, iuxta theoricam
gloſ. in l. fin. uerb. *vel hypothecam, Cod. de reb.
alien. non alienan. Ripa in l. obligatione generali
num. 4. ff. de pignor. Soccin. Sen. conſ. 75. num. 2.
verſ. ſed his non obſtantibus lib. 1. Cardin. Man-
tic. de tacit. lib. 11. tit. 4 num. 29. verſ. quod eſſet
intelligendum, Rot diuerſ. dec. 426. num 6. p. 1.
& poſt tract. Cenc. de cenſ. dec. 74. num. 1. Duno-
zett. Iun. dec. 423 n. 3.*

Nihilominus, cum ex aduerſo non docea-
tur, donatarium ſpecificè bona donata hy-
pothecaſſe, ceſſat obiectum; recepta eſt enim
47 propoſitio, ut in generali obligatione non
comprehendantur bona prohibita alienari,
& hypothecari; præcipuè ad excludendam
caducitatem, contractuſque reſolutionem,
*l. obligatione generali, ff. de pignor. Bald. in l.
voluntas num. 14. ff. de fideicomm. Bart. in l. co-
dicillis, §. Inſtituto num. 5.* ibique *Imol. in fine,
ff. de leg. 2. Negnſan. de pignor. p. 2. memb. 2. num.
42. Natt. conſ. 516. num. 3. Cardin. Mantic. de ta-
cit. lib. 22. tit. 28. num. 54. Clar. in § feudum,
quæſt. 31. Cardinal. de Luca de fideicomm. diſc.
159. num. 4. Theſaur. decis. 193. num. 3.* dicens
procedere, etiam, quòd obligans non haberet
alia bona, quia poteſt intelligi de bonis per
eum acquirendis, *Rot. in rec. deciſ. 489. num. 7.
part. 4. & dec. 257. num. 8. & 9. part. 11. Roma-
na domorum 3. Iunij 1572. coram Cardinal.
Lancellott. penes Marcheſan. de commiſſ. par. 1.
fol. 133. num. 1.*

48 Prout in ſimili dicitur de mandato gene-
rali ad alienandum, quòd non comprehendat
bona ſub pœna caducitatis alienari prohibi-
ta, *gloſ. in cap. dilecto*, ibique notat *Imol. num.
21. de præbend. Fulgoſ. in l. ſi Procurator nu. 8.
& ſeqq. ff. de condit. indeb.* ibique *Bart. Iaſ.* &
alij, *Felin. in cap. 1. num. 8. ut lit. non conteſt.
Curt. Iun. conſ. 49. in fin. Cardin. Mantic. de tacit.
lib. 7. tit. 16. num. 8. Cappell. Tholoſ. deciſ. 477.
Fontanell. dec. 4. num. 9. Magon. deciſ. Lucenſ. 51
Barz. deciſ. 68. num. 9. & deciſ. 76. n. 13. Franc.
Marc. deciſ. 480. num. 6. tom. 1. Rot. in rec. deciſ.
261. num. 8. part. 1. & dec. 378. num. 13. part. 9.
tom. 2. Bich. dec. 175. num. 21.* & Nos alibi la-
tiùs firmauimus.

Quinimò, data etiam ſpeciali obligatione
bonorum donatorum, cum non legatur pa-
49 ctum reſolutiuum in caſu hypothecæ, non
ideò eſſet reſoluenda donatio, ut in ſpecie
Cutell. de donat. tract. 2. diſc. 1. ſpec. 28. n. 12. to. 2.

Ceſſatque omninò difficultas ſuper prætenſa
ſa reſolutione, ex quo donans poſt ſcientiam
individualem prætenſarum contrauentionũ,
donationem nihilominus confirmauit, ex qua
confirmatione res eſt extra omnem contro-
uerſiam conſtituta; Si enim ex non facto cen-
50 ſetur remiſſa reſolutio, etiam in caſu, quo
donanti Ius ſuper illa competeret, uel ex Iu-
ris diſpoſitione, uel ex pacto reſolutiuo, ſi do-
nans habita occaſione reuocandi, & cum po-
tuerit, non reuocauerit, ex latè congeſtis per
Tiraquell. in l. ſi vnquàm, uerbo *ſuſceperit libe-
ros, n. 212. & ſeqq. C. de reuoc. donat.* Quantò
fortiùs in preſenti themate, in quo donans ex
actu merè poſitiuo, & individuali donatio-
nem confirmauit.

*Iuxta firmata fuit deciſum per Rotam
coram Eminentiſ. Dom. meo Cardin. Cerro
inter ſuas impreſſas* deciſ. 568. *repetita in*
recent. dec. 356. part. 12.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi Matrimonij facta à Patre filio præſenti & acceptanti pro ſe, & filijs, an ſuffragetur filijs, vti filijs; vel potiùs vti hæredibus, latiſſimè ad examen reuocatur; Plures adhibentur diſtinctiones in huiuſmodi quæſtione apud Interpretes potiſſimùm recentiores ſatis inuoluta.

Pluribus comprobatur ſententia affirmans, in dubio ſtipulationem intelligi factam, pro filijs vti hæredibus; non autem vti filijs; niſi tamen contrariæ concurrant coniecturæ, quæ debent eſſe præpotentes, ad effectum, vt à prædicta Iuris regula recedi valeat.

Sigillarim expenduntur ferè omnes Auctoritates allegari ſolitæ pro contraria ſententia, illaſque, vel non adaptari, vel potiùs contrarium affirmare, latiſſimè oſtenditur, exceptis aliquibus nullatenùs attendendis, utpotè inferioribus, tàm numero, quàm rationum pondere.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à Patre filio* præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs, *an ſuffragetur filijs, vti filijs; vel vti Patris hæredibus, eſt quæſtio admodùm controuerſa.*

2 *De duplici diſtinctione adhibenda in huiuſmodi quæſtione.*

3 *Donationes ſuaptè natura ad hæredes tráſeunt.*

Quid aſſerendũ in donationibus annuis ibid.

4 *Huiuſmodi natura non alteratur ex fauore, contemplationeque certi Matrimonij.*

5 *Nihil magis, quàm dos, & donatio propter nuptias Matrimonij contemplatione præſtantur; & nihilominus tranſeant ad hæredes viri, vel Mulieris, neque filij, excepta legitima, in eis aliquod Ius pretendere valent.*

6 *Idque, etiam procedit, quamuis fuerit facta donatio intuitu, contemplationeque filiorum, quia non ex inde dici debet inductam fideicommiſſum, neque ablata facultas Patri, vel Matri de dictis bonis ad libitum diſponendi, excepta legitima, in filiorum præiudicium.*

7 *Donationes contemplatione Matrimonij non valent reuocari ex conſenſu viri in præiudicium Mulieris, quæ alioquin, Matrimonium non contraxiſſet cum tanta Dote, vel nullo modo contraxiſſet.*

Præcipuè quia dici debent factę ex titulo oneroſo, non autem lucratiuo. ibid.

8 *Lex* Iulia de fundo Dotali *fuit priùs promulgata pro Italis; poſteà ab Imperatore* Iuſtiniano *ad totum Orbem extenſa,*

9 *Pater, cum non cogatur, inſpecta diſpoſitione Iuris, donationem propter nuptias ſeruare filijs illius matrimonij, hinc colligitur, donationem non que vi filijs, neque vxori; nam alioquin legalis diſpoſitio locum habere non poſſet.*

10 *Filiorum contemplatio in huiuſmodi donationibus, cum potiſſimùm reſpiciat præſeruationes legitimarum ſucceſſionum, meritò operari non debet, vt Pater intelligatur fideicommiſſo grauatus.*

11 *Bona, cum à Patre contemplatione certi Matrimonij donantur filio pro illius oneribus ſubſtinendis, ſatis ſuperque huic cauſæ ſatisfactum dici debet, ſtatim atque vir locupletior fuit effectus, & in eumdem Dominium bonorum donatorum fuit translatum.*

12 *Conſeruatio ſucceſſiua eorumdem bonorum ab ipſo viro facienda, non eſt in diſpoſitione; ſed in ſimplici voto, & deſiderio; ſicut etiam in alijs donationibus pro ſubſtinenda, & conſeruanda domo.*

13 *Idcòque ex hoc non rectè infertur, quòd donans voluerit, vt bona donata nepotibus conſeruari debeant, hoc enim eſſet diuinare, non iudicare.*

14 *Ex impotentia reuocandi donationem contemplatione Matrimonij, non rectè arguitur ad fideicommiſſum, atque adeò ad excluſionem creditorũ ipſius donatarij.*

15 *In donatione, quando de filijs eſt facta expreſſa mentio, an vocentur, vti filij; vel vti hæredes, plurium caſuum diſtinctio eſt adhibenda, de quibus* num. ſeqq.

16 *Mater vel alij coniuncti ex materno genere, quando ſtipulantur pro filijs; tunc filij vocantur vti filij, non vti hæredes.*

Mater cum non habet filios in poteſtate, non poteſt in eis conſiderari peculium profectitium; ſed ſolùm aduentitium. ibid.

17 *Secus aſſerendum, quando Pater ſtipulatur pro filijs: tunc enim iidem filij contemplantur acceſſoriè, & eſt peculium profectitium.*

Declaratur deciſio Rotæ in recent. 127. part. 6.

18 *Donatio, quando eſt facta à ſolo Auo, & Patre, & vocantur filij nepotes, & tota deſcendentia ſignanter, cum clauſulis perpetuitatem denotantibus in aliquorum ſententia filij cenſētur vocati ex propria perſona ad ſimilitudinem fideicommiſſi ordinati in vltimis voluntatibus.*

19 *Donatio, quando directè eſt facta Patri, & filijs, tunc filij, vtpotè æquè condonatarij cum Patre capiunt bona donata; licèt poſt obitum Patris, vti filij non vti hæredes ex prouidentia Donatoris.*

20 *Pater, vel Auus, quando ſtipulatur pro filijs, vel nepotibus reſpectiuè, & vocantur ſolùm filij primi gradus, non tranſeundo ad vlteriores deſcēdentes, an filij veniant vti filij, vel vti hæredes,* & num. ſeqq.

21 *De diſtinctione* Bartoli *in hac materia, an agatur de re ex ſui natura ad extraneos non tranſitoria, vtpotè eſt Feudum, vel Emphytheuſis, vel potiùs tranſitoria, in primo caſu filij veniant vti filij; in ſecundo verò caſu, vti hæredes.*

22 *Stipulatio in dubio cẽſetur facta à Patre pro filijs vt hæredibus, nõ autẽ vti filijs, quia id eſt patri vtilius.*

Vtilitas liberorum, in quo verſatur, ibid.

23 *Donatio, quando ſimpliciter eſt facta à Patre filio, iſte autem acceptat pro ſe, & filijs; tunc filij veniunt vti hæredes; non vti filij, cum lucrum conſequantur ex prouidentia Patris donatarij, non autem Aui donantis.*

24 *Idque, etiam procedit in donatione contemplatione*

tione

tione certi Matrimonij, quoties contrariæ, vrgenteſque coniecturæ non concurrunt.

25 Referuntur plures deciſiones Rotæ hanc eamdem ſententiam confirmantes.

26 Donatio contemplatione certi Matrimonij facta à Patre filio acceptanti pro ſe, filijs, nepotibus, & deſcendentibus maſculis in infinitum, ſuffragatur filijs vti hæredibus.

27 Expenditur ponderatio Surdi dec. 324. qui videtur dubitare de ſupradicta diſtinctione Bartoli, de quâ num. 21. eò quià inter interrogationem, & promiſſionem ſtipulatoris ſupponenda eſt vniformitas, & num. ſeqq.

28 Stipulationis naturæ non repugnat, vt partes contrahentes ſtipulentur pro ſeipſis; ab acceptore verò fuerit ſuperaddita alia perſona, præcipuè hæredum, quem Iura ſubintelligunt.

29 Interrogationis formam ſufficit, placuiſſe promittenti; vel in ipſo actu reſponſionis, vel paulò poſt.

30 Stipulatio, quæ adiicitur alicui contractui, non immutat eius naturam.

31 Expenduntur ſingulæ authoritates contrariæ, allegari ſolitæ pro ſententia, quòd filij veniant vti filij; non vti hæredes, eaſdemque, vel non applicari, vel potiùs contrarium firmare oſtenditur, exceptis nonnullis aberrantibus à communi.

32 Doctores, & deciſiones incidenter loquentes non merentur attendi.

33 Examinantur deciſiones Rotę, quæ conſtanter ſubſtinent ſententiam, quòd filij veniant vti hæredes, non vti filij.

34 Donationis tempore, quoties filij non ſunt nati, eò magis ſtipulatio Patris donatarii eſt intelligenda pro filijs vti hæredibus, non autem vti filijs.

35 Præcipuè, quando Pater acceptat donationem pro ſe, & filijs naſcituris, cum Clauſula cæterata, quæ extendi debet, pro filijs, hęredibus, & ſucceſſoribus.

36 Extenſioni prædictæ clauſulæ cæteratæ factæ à Connotariis eiuſdem Regionis, & Tribunalis eſt omninò ſtandum, deficiente extenſione proprij Notarii.

37 Clauſula, pro ſuis, cæterata intelligi debet de hæredibus, etiam extraneis in materia ad quoſcumque tranſitoria.

38 Clauſula prædicta cæterata in eodem contractu appoſita eodem modo debet intelligi, nè detur contradictio in eadem diſpoſitione, & periodo, eædemque perſonæ modò exprimantur vti filii, modò vti hęredes.

39 Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, potiſſimùm maſculinitatis, vel filiorum naſciturorum ſub dicta clauſula, pro ſe, cæterata, non diuerſificat eiuſdem clauſulæ naturam; neque illius vim, & effectum alterat.

40 Verbum, ſuis, vtpotè æquiuocum, poteſt intelligi, etiam de hæredibus extraneis.

41 Clauſula cæterata pro ſe, & filijs naſcituris non poteſt extendi pro maſculis, & fœminis.

42 Donatio ſuaptè natura ad quoſcumque hæredes eſt tranſitoria.

43 Filiorum appellatione in donatione contemplatione Matrimonii, continentur, tàm maſculi, quàm fœminæ.

44 Perſona filii donatarii; eiuſdemque merita; quoties in donatione facta ab Auo fuerunt cōtemplata, oritur vehemens præſumptio, quòd filius donatarius voluerit ſtipulari pro filiis, vti hæredibus, non vti filiis.

45 Nepotes naſcituri, & non dum cogniti nullam apud Auum donantem meritorum poſſunt habere prærogatiuam.

46 Reprobatur reſponſio data in deciſionibus contrariis, quòd merita poſſint compenſari cum donatione tranſitoria ad nepotes; quòdque eadem merita non probentur æquiualentia, & numer. ſeq.

47 Legitima, quemadmodùm debet eſſe immunis ab omni onere, etiam ſi filio fuerit in vita aſſignata.

48 Ita etiam donatio contemplatione matrimonii facta à Patre filio pro legitima debet eſſe exempta à vinculo reſtitutionis; non ſolùm reſpectu quantitatis reſpondentis eidem legitimæ; ſed etiam reſidui eiuſdem donationis, nè vna, eademque donatio diuerſo Iure cenſeatur.

49 Donatio contemplatione certi matrimonii, quoties fuit à filio acceptata pro omni, & toto, eo, quod potuiſſet prætendere in hæreditate Paterna, dicitur inducta compenſatio inter Patrem, & filium; ideòque non poteſt dici profectitia; ſed pleno Iure eidem filio quæſita.

50 Refellitur ponderatio, quòd vtiliùs fuerit donatario conſequi in uita Patris donātis pinguiorē donationem, cum onere fideicommiſſi ad fauorem filiorum, quàm poſt eius obitum habere legitimam immunem ab omni grauamine, & num. ſeqq.

51 In legitima pro onere inducendo, nedùm requiritur, quòd illud fuerit ſpecificè iniunctum; ſed etiam per filium approbatum per actum expreſſum.

52 Veriſimile non vidètur, Patrem donantem voluiſſe grauare filium donatarium cognitum, & benemerētem onere reſtitutionis fideicommiſſi, auferendo eidem liberam bonorum diſpoſitionem, eamdemque impartiri nepotibus, nondum natis, penituſque incognitis.

53 Ex Inueſtimenti onere non demandato per donantem de bonis donatis in pecunia numerata conſiſtentibus, vehemēs inſurgit præſumptio, vt eadem bona donata fuerint relicta in libera facultate filij donatarij, abſque vllo fideicommiſſi onere.

54 Donatio contemplatione matrimonij facta per Patrem filio Mercatori de mercibus fundacarijs præſumitur immunis ab onere fideicommiſſi, nè liberum impediatur commercium, & num. ſeqq.

55 Senatus Conſultum Macedonianū nō comprehendit filium negotijs præpoſitum; nam alioquin publicum impediretur commercium, & ſub publica fide contrahentes remanerent decepti.

56 Dotis ex libera reſtitutione facta per Patrem donantem filio emancipato aliud non poſſidenti; niſi bona donata contemplatione matrimonij, arguitur, quòd donatio fuerit libera ab onere fideicommiſſi; nam alioquin idem Pater ſe ſubijciſſet periculo reiterandæ ſolutionis, debitis cauthelis non adhibitis.

57 Clauſulæ ad habendum, &c. ponens, &c. conſtituens, &c. in parto diſpoſitiua donationis

ap-

appoſitæ, tribuunt liberam, expreſſamque diſponendi facultatem.

58 *Ideòque demonſtrant, donationem ab omni reſtitutionis onere eſſe immunem, filioſq; donatarij hæreditario tantùm Iure in ea ſuccedere.*

59 *Effectus ſubſequens declarat, qualis fuerit intentio partium ab initio.*

60 *Donatio præcedens declaratur ex ſubſequenti inſtrumento.*

61 *A regula Iuris, ad hoc vt recedi poſſit ex coniecturis, & præſumptionibus, illæ debent eſſe præpotentes manifeſtæ, & concludentes.*

62 *Coniecturę debent reſultare ex eodem Inſtrumento pro receſſu à regula Iuris; eum non ſufficiat, illas aliundè colligi.*

63 *Præcipuè in contractibus, in quibus ſtricta debet fieri interpretatio.*

64 *Reprobatur coniectura in deciſione contraria deducta ex diuerſitate ſtipulationis dotis, & donationis, eò quod dos fuerit ſtipulata pro filiis, & hæredibus; Donatio verò pro filijs naſcituris, &c.* & num.ſeqq.

65 *Stipulationis diuerſitas non facit præſumere diuerſitatem inter dotem, & donationem, quando in vtroque caſu eadem militat ratio.*

Expenditur, & declaratur Surd.deciſ.322. num.2.& 67.

66 *Verbum,* hæredibus, *omiſſum in donatione, quando cenſeri debeat repetitum.*

67 *Declarationis præcipuus effectus eſt, vt coniungat ſcripturas, & vna alteram ſuppleat.*

68 *Dictio,* prout latiùs, *magis præciſam relationem importat.*

69 *Relatio ad donationem, ad quam filij dici debent vocati, vti hæredes, non vti filij, operatur, vt partes intellexerint de filijs, eò modo, quo in donatione reperiuntur expreſſi.*

Referens non plus egiſſe videtur, quàm quòd in relato continetur. ibid.

70 *Dictio,* Ac, *interpretari debet expoſitiuè pro* idest.

71 *Stipulatio concepta* pro ſe, ſuiſque filijs, ac hæredibus quibuſcumque, *per vnicam orationem qualificat verbum* filijs.

72 *Relatio non fit, niſi, quando eſt neceſſaria, vt ſaluetur ratio recti ſermonis; non autem quando inducitur repugnantia inter ſcripturas.*

73 *Diſcretiuæ effectus tollitur ex cauſa neceſſaria.*

74 *Diſcretiua relatio non admittitur, niſi quando verba pernecessè ad hoc compellant; ſecus verò quando aliter poſſunt intelligi*

75 *Regula deſumpta ex* leg.iám hoc Iure, ff.de vulgar. *procedit, etiam ſi vnum determinabile ſit alio fauorabilius.*

76 *Dos, & donatio propter nuptias, licèt dentur pro matrimonio, eiuſque oneribus; nihilominus tranſeunt ad filios vti hæredes, non vti filios.*

77 *Teſtes, etiam ſingulares admittuntur ad declarandam voluntatem;*

Secus verò, quoties agitur de probanda ſubſtantia contractus, prout num.79.

78 *Declaratio voluntatis non dicitur, ſed potiùs inductio nouæ voluntatis, quoties priuatur donatarius libera facultate diſponendi, nouæque adduntur perſonæ in donatione.*

79 *Declaratio, an Inueſtitura cōceſſa fuerit filijs vti filijs, vel vti hæredibus, non dicitur declaratio; ſed potiùs ſubuerſio cum longè diſtent inter ſe iſti modi ſuccedendi.*

80 *Teſtes ſingulares non ſufficiunt, quoties agitur de probanda ſubſtantia contractus.*

81 *Perfecta donatio non recipit ex interuallo, neque modum, neque conditionem.*

CAPVT CVI.

CONTROVERSIA, de qua in præſenti eſt diſceptandum, ea eſt, An donatio ſcutorum viginti duo millium contemplatione certi matrimonij facta à Guido Iordano Gaſpari eius filio *præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs naſcituris*, ſuffragetur filijs vti filijs, vel vti hæredibus: Cumque *Rota* poſt acerrimas diſputationes habitas in hac cauſa in prima deciſione edita in *Romana donationis ſub die 14 Maij 1657. coram Reuerendiſſimo Meltio* impreſſa poſt *Cutelliam de donationibus fol.*310. in Veneta Impreſſione, repetita in *recent.dec.229.part.*12.dixerit, ex prædicto modo ſtipulandi, Ius fuiſſe quæſitum filijs, vti filijs, concurrentibus præcipuè coniecturis.

In ſecunda verò deciſione ſub die 22. Maij 1662. corā R.Priolo inter ſuas impreſſas *dec.* 203. admiſerit, quòd huiuſmodi donatio, tāquàm facta Gaſpari acceptanti pro ſe, & filijs, videatur acquiſita eiſdem filijs, vti patris hæredibus; ſed ex coniecturis fuerit reſolutū, quòd ſuffragetur filijs, vti filijs, idemque firmatum in duabus deciſionibus editis coram eodem Priolo inter ſuas impreſſas 239. & *dec.*446. aduerſùs quas, benignè conceſſa noua audientia; exiſtimo, omninò eſſe recedendum á deciſis, & contrarias coniecturas nullo prorſùs Iure poſſe ſubſiſtere.

1 Verùm, quia huiuſmodi quæſtio vna ex illis eſt, quam Doctores acerrimè diſputant, ſciſſis hinc inde ſententiis; ſed infelici, ut plerumque ſolet, euentu; etenim ardore diſceptandi obruunt potiùs, quàm eruunt ueritatem; adeòut, non modò ad inuicem, ſed in ea plerique Interpretes egregij nominis ſibi ipſis aduerſentur: Propterea operæ pretium duxi, caſus præcipuè ad præſentem articulum pertinentes diligenter diſtinguere, & ſigillatim auctoritates hinc indè adductas expendere, quas in fonte uidere uolui, ad effectum demonſtrandi, quantùm noſtra ſententia pro creditoribus Gaſparis Iordani donatarij, quorum Iura tuemur, ſuperet contrariam, & numero Doctorum, & auctoritatum, ac rationum pondere; quòdque de contrarijs con-

iectu-

iecturis nulla prorſùs ſit habenda ratio.
In huiuſmodi ergo materia donationis fa-
ctæ contemplatione matrimonij, à quibuſdã
2 recentioribus ſatis inuolutè tractata, licèt
plures diſceptari ſoleant quæſtiones; nihilo-
minus ſtrictè ad rem, de qua eſt ſermo, duæ
potiſſimùm agitantur: Altera, an filij intel-
ligi debeant uocati, uel hæredes: Altera uerò
quando filij ſunt uocati, an bona donata ca-
piant, tamquám filij, uel potiùs tamquàm hæ-
redes.
Quò ad primam igitur inſpectionem, ſi fi-
lij non ſint expreſsè uocati, abſona omninò
eſſet in Iure aſſertio, quòd ex ſola natura do-
nationis factæ contemplatione matrimonij
dici debeant uocati; explorati enim Iuris eſt,
3 quòd donationes ſuaptè natura ad hæredes
tranſeant, prout ſunt Iura ſatis aperta in
*l. 1. ff. de donat. l. Senatus 35. poſt princip. ff. de
donat. cauſ. mort. Alex. conſ. 14. num. 3. lib. 1. Sil-
uan. conſ. 98. num. 7. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 79.
num. 4. lib. 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 13. tit. 21. num. 20. Theſaur. Iun. quæſt. fo-
renſ. lib. 2. cap. 60. num* 10. qui *n. 15.* ſublimitat
in donatione annua, *Cutell. de donat. contem-
plat. matrim. diſc. 1. ſpecial. 24. num. 14. & ſeq.
Surd. dec. 322. num. 39. Achill. dec. vnic. tit. de
donat. Put. dec. 273. num. 9. lib. 3. in correctis, Ro-
ta in rec. dec. 707. in fin. part. 1.*
4 Atque adeò ex ſimplici matrimonij con-
templatione, ſiue fauore, huiuſmodi natura
nullo prorſùs modo alteratur; idque aper-
tiſſimè comprobatum remanet, cum ſatis, ſu-
perque ſit exploratum, ut nihil magis, quàm
5 dos, & donatio propter nuptias matrimonij
contemplatione præſtentur: Et nihilominus
abſque dubio ſunt tranſitoriæ ad hæredes ui-
ri, & mulieris, neque filij, excepta rata legi-
timæ, Ius aliquod in eis prætendere poſſint
ex clara diſpoſitione *text. in l. ſi liberis 18. C.
de donation. ante nupt. Soccin. Iun. conſ. 28. n. 11.
verſ. nec obſtat, quòd donatio, lib. 2. Surd. deciſ.
322. num. 48.* & benè in his terminis arguunt
*Roderic. Suarez conſ. 9. num. 9. Card. Otthon. dec.
133. num. 7. & ſeq.*
6 Huiuſmodi uerò concluſio procedit, etiam
ſi fuerit facta donatio intuitu, & contempla-
tione filiorum, quia non ex indè dici debet
inductum fideicommiſſum, neque explicita
eorum uocatio; ſed tantùmmodò deſignatio,
quid futurum ſperetur de bonis donatis, iu-
xta præcogitatos, ſiue ſperatos euentus à do-
nante; non autem, quód ablata ſit facultas
Patri, uel Matri, ne de dictis bonis, excepta
legitima, ad libitum diſponere poſſint in fi-
liorum præiudicium, ut in ſpecie egregiè ad-
uertit *Dec. conſ. 216. num. 5. verſic. & illa ver-
ba in fauorem, Aleiat. conſ. 8. ad finem lib. 8.
Molpheſ. conſ. 2. num. 50. & ſeq. Theodor. alleg.
42. num. 2. Cardin. Otthobon. dict. dec. 133. num.
7. & ſeq.*

Et quamuis huiuſmodi donationes reuo-
7 cari non ualeãt de conſenſũ uiri, ſtante præ-
iudicio alterius coniugis; ſicuti etiam eſt ab-
ſolutũ in dote, & donatione propter nuptias;
nam alioquin uxor non contraxiſſet matri-
monium cum tanta dote, uel nullo modo cõ-
traxiſſet, ſi uir bona iſta donata non habuiſ-
ſet pro oneribus matrimonij ſubſtinendis,
prout, præ cæteris, firmant *de Ponte conſ. 80.
num. 15. & ſeqq. & conſ. 25. ſub num. 3. lib. 1.* &
*de poteſt. proreg. tit. 6. de aſſenſ. Reg. §. 2. num. 21.
& ſeqq.* ibique *Thor. Becc. conſ. 120. num. 3. Me-
noch. conſ. 261. num. 15. & inter conſ. Fab. de
Anna conſ. 139. num. 18. lib. 2. Rouit. conſ. 94.
nu. 11. & ſeqq. lib. 1. Altograd. conſ. 7. n. 13. &
ſeq. Peregrin. conſ. 78. num. 10. lib. 3. Raudenſ.
conſ. 94. num. 22. Marcian. Sen. conſ. 33. num. 2.
Molpheſ. conſ. 11. & conſ. 2. num. 6. & ad Conſue-
tud. Neapol. tit de renunciat. quæſt. 7. num. 16.
tom. 1. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæſt. 6. n. 25.
& ſeqq. Mierez de maiorat. part. 1. cap. 22. nu.
32. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 2. nu. 17.
& ſeq. Matthienſ. lib. 5. recollect. leg. hiſpan. tit.
6. leg. 1 gloſ. 8. num. 3. & ſeq. Tell. Fernand. in l.
17. Taur. num. 73. Cancer. var. part. 1. cap. 8. nu-
mer. 34. Sanchez de matrim. lib. 6. diſput. 32. n. 1
& ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 1.
num. 18. & 21. Giurbad Conſuet. Meſſan. cap. 1.
gloſ. 8. quæſt. 1. num. 75. & ſeq. Merlin, controu.
34. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Tondut. reſol. ciuil. cap.
55. num. 8. 9. & ſeqq. lib. 1. Andreol. contr. 155.
num. 1. Cutell. de donat. contemplat. matrim. to. 2.
tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 9. num. 9. & ſeqq. Stai-
ban. Iun. reſolut. 3. num. 12. & reſolut. 22. nu. 15.
lib. 1. Capyc. Latr. conſult. 46. num. 2. lib. 1. Add.
ad Buratt. dec. 861. num. 3. Guid. Pap. dec. 145.
Franch. dec. 205.* ibique *de Luca nu. 1.* & latiùs
*dec. 436. num. 4. Maſtrill. dec. 211. num. 4. p. 3.
Io: Oker. dec. 14 cap. 4. Caſtill. dec. Sicil. 51. nu. 8.
et dec. 106. num. 10. Anton. Fab. in C. tit. de re-
uocand. donat. defin. 1. Bich. dec. 555. n. 3. Cardin.
Cerrus dec. 436. n. 14. et ſeq.*
Præcipuè, quia donationes huiuſmodi one-
roſum titulum habent, non autem lucrati-
uum, ex eleganti ratione tradita ab Impera-
toribus Theodoſio, *et Valentino in l. 1. Cod. de
imponen. lucratiu. deſcript. lib. 10.* ibi: *In tàm
enim neceſſarijs ſibi, coniunctiſque perſonis ſub
liberalitatis appellatione debitum naturale per-
ſoluitur,* & inferiùs, ibi: *Nec inter lucratiuas
numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubiacebit,
nec enim iuris optimi eſt matrimonium, cum
tot, tantiſque ſuis difficultatibus opprimatur ad-
uentitijs, etiam cumulare ponderibus.*
Non inde tamen inferri poterit, quòd pro-
pter hoc eadem bona donata non ſint obliga-
ta creditoribus, vel quòd donatarius non
poſſit de eis diſponere, prout poteſt de
donatione propter nuptias, vel poſſet
8 vxor de dote, ſi non fuiſſet lata *lex Iulia de
fundo dotali,* quæ fuit priùs promulgata pro

Italis, poſteà à Iuſtiniano extenſa ad totum
Orbem, ut in principio *inſtitution. quib. alien. licet, vel non, et in l. vnica, §. fin. C. de rei vxor. action.* quamuis dos tranſiret in dominium
viri, eumque in *Auth. eo, §. Pater donatio-*
9 *nem, Cod. de donat. ante nupt.* reperiatur ſan-
citum, Patrem non cogi donationem propter
nuptias ſeruare filijs illius matrimonij; hinc
colligitur, nõ quæri filijs, nec vxori, alioquin
diſpoſitio dicti *textus* locum habere non
poſſit.

10 Inſuper animaduertendum, quòd huiuſ-
modi filiorum contemplationes potiſſimùm
reſpiciunt præſeruationes ſucceſſionum eiſ-
dem, inſpecto Iure communi, competentium;
atque adeò nullatenùs operari debent, vt pa-
ter intelligatur fideicommiſſo grauatus, vt
optimè aduertit *Dec. d. conſ. 216. num. 5. verſ. et illa verba in fauorem.*

Cumque viro hæc bona donentur, & in
ipſius transferantur dominium pro oneribus
matrimonij ſubſtinendis; ſatis ſuperque huic
cauſæ ſatisfactum dici debet, ſtatim, atque
11 vir locupletior fuit effectus, & Pater à ſe ab-
dicauit dominium bonorum donatorum, il-
ludque in filium tranſtulit.

12 Conſeruatio verò ſucceſſiua eorundem
bonorum ab ipſo viro, & filio reſpectiuè fa-
cienda, non fuit in diſpoſitione; ſed in ſimpli-
ci voto, & deſiderio, ſicuti, & in alijs dona-
tionibus; cenſentur enim, vt plurimùm factæ
pro ſubſtineuda, conſeruandaque domo, at-
que ex hoc inducere fideicommiſſum, eſſet
13 diuinare, non iudicare; ſatis enim operatur
effectum huiuſmodi contemplatio, vt tranſ-
feratur dominium in filium, neque Patri ſit li-
cita ad libitum reuocatio; ſed non indè po-
teſt inferri, quòd donans uoluerit, ut bona
donata nepotibus conſeruari debeant; prout
egregiè aduertit *Senatus Cathaloniæ* in deci-
ſione ad uerbum relata à *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 1. ſub n. 36.*

14 Et in ſpecialibus terminis, quòd ex impo-
tentia reuocandi non rectè arguatur ad ex-
cluſionem creditorum donatarij, optimè pro-
bant omninò uidendi *Roderic. Suar. d. conſ. 9. n. 9. Menoch. conſ. 286. ad fin.* egregiè *de Ponte conſ. 80. num. 15. et ſeqq. lib. 1. Molpheſ. conſ. 2. num. 51. Rouit. conſ. 15. num. 7. et ſeqq. lib. 2. Theodor. allegat. 42. num. 6. et ſeqq. Nouar. quæſtion. forenſ. 83. Thor. vot. 29. num. 10. Noguerol. allegat. 37. num. 25. et ſeq. Card. Otthobon. deciſ. 133. num. 3. 5. et ſeqq.*

15 Altera controuerſia in hac materia uerſa-
tur circa eam ſpeciem, quando de filijs in do-
natione legitur facta expreſſa mentio, an uo-
centur uti filij, uel potiùs uti hæredes, & qua-
tuor caſus diſtinguendos eſſe exiſtimo, ne
incidamus in æquiuoca ſatis inuoluta, quæ
frequentiſſimè in hac materia apud Doctores
potiſſimùm conſulentes contingere ſolent.

16 Primus igitur nobis ſe offert, quando pro
filijs ſtipulatur Mater, uel alij coniuncti ex
materno genere, & tunc ſine magna contro-
uerſia filij uocantur uti filij, non uti hæredes;
Idque ea potiſſimùm ſatis manifeſta ratione;
cum enim mater filios non habeat in pote-
ſtate, neque in eis peculium profectitium
conſiderari ualeat; Meritò, quando eſt fa-
cta promiſſio matri, uel alijs extraneis, tunc
filij cenſeri debent principaliter contempla-
ti; atque adeò peculium dicitur aduentitium.

17 At, quando Pater pro eis ſtipulatur; tunc
contemplantur acceſſoriè, & eſt peculium
profectitium, *l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. et pupill. Surd. conſ. 488. num. 9. et ſeqq. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 16. num. 1.*
prout in his terminis *Rot. in rec. dec. 127. p. 6.*
ubi promiſſio de donando Bartholomæo fra-
tri, & filijs naſcituris conuenta fuerat cum
uxore, & ſuis conſanguineis in ipſis capitulis
matrimonialibus; non autem cum ipſo ſolo
Bartholomæo, prout in facto extenſo in ea-
dem cauſa in antecedenti *deciſ. 58. in princip. eadem p. 6. recent.* atque adeò rectè *Rot.* reſpõ-
dit, donationem intelligi factam filijs, uti
filijs.

18 Secundus caſus eſt, quando donatio eſt fa-
cta á ſolo Auo, & Patre; non autem á conſan-
guineis uxoris; & uocantur filij, nepotes,
totaque deſcendentia, potiſſimùm cum clau-
ſulis perpetuitatem denotantibus, & tunc in
aliquorum ſententia filij cenſentur uocati ex
perſona propria ad inſtar fideicommiſſi or-
dinati in ultimis uoluntatibus, in quibus ter-
minis procedunt deducta in ſpecie per *Caſtill. dec. 106. nu. 18. et ſeqq.* & poſt ipſum *Maſtrill. dec. 301. part. 4. Rocc. reſponſ. 71. num. 17. et reſponſ. 64. num. 10. et ſeq. lib. 1. et reſponſ. 29. num. 17. lib. 2. Card. Cerrus dec. 435.* quæ concluſio
quomodò ſit intelligenda latiſſimè explicabi-
tur in ſequenti diſputatione, pluribus adhibi-
tis diſtinctionibus ibidem relegendis.

19 Tertius caſus eſt, quando directè donatio
eſt facta patri, & filijs; adeòut filij dicantur
æquè condonatarij cum patre, capiantque
bona donata, licèt poſt obitum Patris, ex ſim-
plici prouiſione Aui donantis, non autem
patris donatarij, & in hac facti ſpecie filij ue-
niunt uti filij, non autem uti hæredes, prout
omiſſis pluribus, qui poſſent allegari in ſpe-
cialibus terminis poſt *gloſ. in l. ſi tibi 18. §. ſi pactus*, uerbo *prodiuit*, ibique *Bart. num. 8. Angel. num. 2. ff. de pact.* firmant *Bertrand. conſil. 176. lib. 3. Ruin. conſ. 122. num. 3. verſ. ſecundo verò caſu, Ludouic. Bell. conſ. 125. num. 20. et ſeq. Menoch. conſ. 286. num. 18. et ſeqq. de Ponte conſ. 80. num. 16. lib. 1. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 1. num. 10. et ſeq. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 55. num. 13. Staiban. Iun. reſolut. 22. lib. 1. Annibin. in allegat. penes Epiſc. Ricc. collect. 3948. de Marinis*, in hac ea-

dem

dem cauſa ſcribens, *cap.89.lib.1* iuxta ſecun-
dam impreſſionem Lugdunenſem, *Mart. de
ſucceſſ legal.part.1.quæſt.11. art.3. num.10. et
voto 215. num.22. et ſeq. Galeot.controu.57.
num.18. lib.1. Cardin.de Luca*, pariter in hac
eadem cauſa ſcribens, *de donat.diſc.1. nu.11.
et ſeqq.de Xart. deciſ.Sardin.7. Rot.in rec.dec.
529.n.2.et ſeqq.part.14.* cum alijs allegatis in
*Auenionen. fideicommiſſi 4. Februarij 1647. §.
hæc autem, et 26.Iunij eiuſdem anni, §.hoc ta-
men, coram Reuerendiſſimo Veroſpio* impreſſæ
poſt *d.cap.55.reſol.ciuil. Tondut.lib.1.* repeti-
tæ in *rec.dec.13.n.3. p.10.* & coram *Reuerend.
Peutinger. deciſ.406.num.5.* pariter impreſſa
poſt *Cutell.de donationib. dec.3. Vrbinaten.pe-
cuniaria 3.Iunij 1661. coram Reuerendiſſimo
Veroſpio*, impreſſa penes expedit.Paitel. *dec.
44.num.3.et ſeq.Rot.in rec.dec.264.n.10.p.13.
Card.Cerrus dec.485.n.11.*
20 Quartus demùm caſus eſt diſtinctus à ter-
tio, quando, retentis tamen terminis, quòd
pater, & Auus ſtipulentur, vocantur ſolùm
filij primi gradus, non tranſeundo vlteriùs
ad alios deſcendentes, & in hoc caſu *Bart.in
l.Gallus, §.quidam rectè, num.9. ff.de liber.&
poſthum.& in l.ſi tibi, §.ſi pactus, ff.de pactis,*
quàm inferiùs allegandi ſequuntur, hanc ad-
21 hibet receptam diſtinctionem; quòd: Aut pa-
ter donat filio, & nepotibus, & verſamur in
materia ex ſui natura ad extraneos non tran-
ſitoria, vtpotè eſt feudum, vel emphytheuſis,
& tunc veniunt vti filij, non vti hæredes.

Aut in materia ad hæredes extraneos
tranſitoria, & tunc veniunt vti hæredes,
non vti filij, prout in ſpecie donationis
ex cauſa matrimonij, ſequendo *Bart.* diſtin-
ctionem tradiderūt, præ cæteris, omiſſis plu-
ribus alijs, qui poſſent laudari, *Alciat.conſ.7
num.30.lib.8.Ludouic.Bell.conſ.43.num.8. &
conſ.44.num.1.& trib ſeqq. & conſ.109. num.
19. Menoch.dict. conſ.286. num.6. & ſeqq. &
lib.13.præſumpt.48.num.1.Iſern.in cap.1.num.
10.de alien.feud patern.de Ponte conſ.80. num.
15.& ſeq.lib.1.Laratta conſ.9.num.16.poſt me-
dium, & ſeqq.Molpheſ.conſ.2. num.8.& ſeqq.
Mart.conſ.38.num.2.& ſeqq.& conſ.72.num.9
& 12.* qui loquitur in materia, etiam non
tranſitoria ad hæredes, nempè, feudali, *Rouit.
conſ.15.num.45.lib.1. Rocc.reſponſ.64.num.1.
& ſeq.lib.1.Fab.de Anna conſ.52.nu 22. lib.1.
Molin.de pact.nupt.lib.3.quæſt.15.ſub num.40.
& 50.in fin.* vbi de communi, *Card.Mant.de
tacit.conuent.lib.14.tit.18.num.9.& ſeqq. vſq.
in fin. Theſaur. Iun.lib.4.quæſt.forenſ.2.num.4.
Noguerol. allegat.37. num.26. Capyc.Latr.con-
ſult.79.num.48.& ſeqq.lib.2.* latiſſimè *de Ma-
rinis reſolut.89.num.24.& ſeqq. lib.1.* iuxta
impreſſionem Lugdunenſem, vbi reſpondet
omnibus contrarijs, *Tondut.reſolut.ciuil.cap.
55.num.13.& ſeqq.lib.1.Hodiern.ad Surd. dec.
322.num.7.11.& 28. Sanfelic.dec.200. Rot.in
Epiſcop.Rocca Vol.II.*

*Auenionen. fideicommiſſi 4. Februarij 1647. §.
hæc autem cum ſeq. coram Reuerendiſſimo Ve-
roſpio* impreſſa poſt *Tondut.dict.cap.55.* repe-
tita in *rec.dec.13.num.3.& ſeqq.part.10.* qui
22 omnes aſſerunt, in dubio ſtipulationem cen-
ſeri factam pro filijs, non vti filijs, ſed vti hæ-
redibus, quia ſtipulatio facta pro filijs vti hę-
redibus eſt patri vtilior, & fauorabilior, &
licèt conſideretur in huiuſmodi donationi-
bus vtilitas, quòque liberorum; tamen id in-
telligi debet ſecundarió, & minus principa-
liter, prout rectè aduertit *Soccin.Sen. conſil.
127. num.9. verſ.ſecunda, & verſ.ex quibus,
lib.3.Tondut.dict.cap 55.num.17.lib.1.* Præci-
puè, quia vtilitas liberorū in eo potiſſimùm
verſatur, vt patrem habeant diuitem, qui il-
los commodiùs alere ualeat, *Menoch.dict.
conſ.286 num.vlt.in fin.Bertrand.conſ.73.lib.2
Molin.de rit.nupt.lib.3.quæſt.15.num.50.verſ.
non tamen.*

Huiuſmodi veró cōcluſio proximæ firmata
23 faciliùs procedit, & omninó eſt amplectēda,
quādo, prout in preſentia (& hoc rogatur ad-
uerti) verſamur in vocatione filiorum, facta
nō ab ipſo Guido Auo donāte Gaſpari Patri,
& filijs, ſed potiùs ipſe Auus ſimpliciter dona-
uit filio, iſte autē acceptat pro ſe, & filijs; adeò
vt filij huiuſmodi lucrum abſolutè ex proui-
dētia eiuſdē Patris donatarij cōſequātur, non
autem ex prouidentia Aui, qui Patri obtulit
donationem, prout in terminis generalibus,
*Bart.in l.Gallus, §.etiam ſi Parente num.4. ad
medium verſic. ſi verò illa verba. Bald. num.3.
ante medium verſic. interdum nomine hæredis
Iaſ.numer.19.verſic. ponderat diligenter, ff.de
lib.& poſthum.Card.Mantic. de tacit. lib.14. tit.
19.& ſeq. Molin. de ritu Nuptiar. lib.3. quæſt.
15.num.28.& ſeqq.Sanfelic. dec.200.* & in his
24 præciſis terminis donationis contemplatio-
ne certi matrimonij factæ à Patre filio reci-
pienti pro ſe, & filijs, quòd filij veniant vti hę-
redes, non vti filij, quoties contrariæ, & vr-
gentiſſimæ coniecturæ non concurrunt, opti-
mè firmant ſequendo prædictam *Bart.* diſtin-
ctionem, omiſſis antiquioribus, quod longum
eſſet recenſere, ex recentioribus, præ cæteris,
egregiè *Menoch. conſ. 286. num.6.15.& ſeqq.*
qui ſatisfacit omnibus contrarijs apud eum-
dem relegendis, *Mart.conſ.38. num.2. & voto
215. nu.22.& ſeq. Camill. de Medic.conſ.142.
num.1.& ſeqq. Fab. de Anna conſ. 52. nu.22.
lib.1.de Ponte conſ.80. num.15.et 16.lib.1. La-
rath.* referens deciſum per *Sac. Conſ.Neapolit.
conſ.9.num.11.circa medium, & ſeqq.Molpheſ.
conſ.2 poſt prim. volum. Conſuet. Neapolit. Ga-
leot.controu.57.num.18.et ſeq.lib.1.Capyc.Lat.
conſultat.79.num.84.lib.2.* ubi referendo opi-
niones, hanc dicit veriorem, latè *de Marinis
quotidianar. reſolut.lib.1. cap.89.et reſolut.68.
num. 11. et ſeqq. lib. 2.* iuxtà nouiſſimam im-
preſſionem Lugdunenſem, *Anicbin. inter col-*

Google

*lect.Epiſc.Ricc. collect.*3948. *Rocc. reſponſ.*64.
*num.*2.*et ſeq.lib.*1 *.Thor.voto* 29.*et in compend.*
*dec.part.*1. *fol.*163. *colum.*3. verbo *donatio fa-*
cta contemplatione matrimonij , *Theſaur.lib.*4.
*quæſtion.forenſ.*2.*num.*4.*Noguerol. allegat.*37.
*num.*24. *Fontanell.de pact. nupt.clauſ.*4.*gloſ.*9.
part. 1. *numer.* 10. vbi veriſſimam appellat
hanc diſtinctionem, ſi,nempè,filij ſint vocati
ex prouiſione donatoris, ueldonatarij, *Ton-*
*dut.quæſt.Ciuil.dict.cap.*55.*num.*13.*et ſeqq.lib.*
1.*Molin.de rit.nuptiar.lib.*3.*quæſt.*15.*num.*51.
*et ſeqq.Card.de Luca de donat.dict. diſc.*1.*num.*
11.*et ſeqq.Surd. in celebri dec.*322. *num.*32.*et*
ſeqq. ibique benè *Hodierna, et dec.* 324.*n.*6.
Hanc verò ſententiam conſtantiſſimè am-
25 plexa eſt *Rota* in pluribus deciſionibus, &
pręcipuè in *Auenionen.fideicommiſſi* 4.*Februa-*
rij 1647.§.*hæc autem irreleuantia* , *et* 26. I*unij*
eiuſdē anni , *et* 11. *Martij* 1648. vtrobiq; §.1.
coram Reu.Veroſpio impreſsę apud *Tondut. d.*
*cap.*55.repetitę in *rec.dec.*13.*num.*3.*et dec.*98.
et 160. vtrobique *num.*1.*part.*10. *Florentina*
donationis 2.*Decembris* 1650.§.*nō obſtat corā*
Reu. Peutinger. pariter impreſſa poſt *Cutell.*
*de donation. dec.*3. iuxtà Venetā impreſſionē,
repetira inter ſuas impreſſas, *dec.*406.*num.*5.
Vrbinaten.pecuniaria 5. *Martij* 1660 §.*hinc vr-*
gere, et 24 *Ianuarij* 1661. §. *in donatione coram*
eodem Veroſpio adhuc impreſſa poſt *Paitel.*
expedit. in ordine *dec.* 44. *repetita in rec. dec.*
*dec.*264.*num.*10. *part.*13. & admittit conclu-
ſionem prima deciſio contraria edita in hac
cauſa, ſemotis contrarijs coniecturis, in *Ro-*
mana donationis 14. *Maij* 1657. §.*vllius rele-*
uantiæ coram Reu.Meltio impreſſa poſt *Cutell.*
*de donat.fol.*310.*repetita in rec. dec.*229. *part.*
12. & poſt huiuſmodi ſcripta exarata in lon-
26 gè fortioribus terminis donationis contem-
platione certi matrimonij factæ à Patre filio
acceptanti pro ſemetipſo, necnon pro nepo-
tibus, & deſcendentibus maſculis, & fœmi-
nis in infinitum, quòd non poſſit ſuffragari fi-
lijs, & deſcendentibus, niſi vti Patris hæredi-
dibus, articulo accerimè diſceptato, me ſcri-
bente, prout in ſequenti diſputatione, *Rot. in*
Romana fideicommiſſi 20. *Nouembris* 1663. §.
ſiquidem Pater coram Reuerendiſſimo Veroſ-
pio impreſſa *in rec. dec.* 529. *num.*1. *part.* 14.
in qua fuit receſſum à contraria deciſione.
Neque prædictis aduerſatur ſatis ingenioſa
27 ponderatio facta per *Surd.dict.dec.*324.*num.*
8. qui de ſupradicta diſtinctione videtur du-
bitare, animaduertendo, quòd inter interro-
gationem, promiſſionemque ſtipulatoris per-
neceſsè ſupponenda ſit vniformitas, *l.*1.§.*ſti-*
pulanti , *ff. de verbor.obligat. l.inter ſtipulan-*
tem 83.§.*ſi ſtipulante*, *ff.eod.l. ſi ſeruus* 3.§.*qui*
quinque , *ff.de legat.*1.§.*præterea* , ibique *Pic-*
*card.numer.*2.*et ſeqq.Harpreet.numer.*4.*et ſeqq.*
*inſtit. de inutilib. ſtipulat. Valent. quæſt.part.*2.
*lib.*2.*tract.*2.*num.*1.*et ſeqq.Theſ.interpret.Iur.*
*cap.*41. latè *Gomez.var.to.*2.*cap.*9. *n.*4.*et ſeqq.*
Huiuſmodi enim difficultas facilè tollitur,
ea adhibita animaduerſione, quòd in præſē-
ti themate donatio fuit facta á Guido Auo
Gaſpari Patri, iſteque acceptauit pro filijs,
neque vlla conſiderari valet diuerſitas inter
interrogationem, promiſſionemque, cum fue-
rit facta reſpectu illius Patris ab Auo; Additio
verò facta de filijs prouenit ex prouidentia
Patris, non autem Aui; non enim naturæ re-
28 pugnat ſtipulationis, vt partes contrahentes
ſtipulentur pro ſeipſis, ab acceptore verò fue-
rit ſuperaddita alia perſona, cui poſt mortē
velit eamdem rem tradi, præcipuè hæredem,
quem etiam Iura ſubintelligūt, niſi ex verbis,
uel ratione ſubiectæ marerię reperiantur ex-
cluſi, *l.ſtipulatio iſta* 38.*ff.de verbor.obligat.l.*
ſi pactum in fine, ff.de probat.l.veteris , *Cod.de*
contrahend.& committ.ſtipulat. l.neceſſarius.§.
*penult. ff.de pignorat.act. Rot. in recen. dec.*12.
*num.*32.*part.*6. *Bich. dec.* 41. *num.*10. & rectè
confert id, quod in Iure eſt abſolutiſſimum,
29 quòd ſufficiat, formam interrogationis pla-
cuiſſe promittenti; uel in ipſo actu reſponſio-
nis, uel paulò poſt, prout ex *text.in l.*1.§.*ſi*
quis ſimpliciter , *ff.de verbor. obligat.* tradit
eruditiſſimus *Piccard. in d.§.præterea ſub n* 9.
*inſtitut. de inutilib.ſtipulat Bich.dec.*632.*n.*10.
Pręcipuè, quia ex ſtipulatione acceſſoria
non remanet ſublatum, quin contractus
quò ad nepotes peruenerit ex prouidentia
30 filij, non autem Aui, cum ſtipulatio, quæ adij-
citur alreri contractui, non immutet eius na-
turam, optimè *Surd. conſ.*407. *numer.*45.*&*
ſeqq.
Cumque bona donata conſequantur filij
ex Patris prouidentia, qui eis priùs voluit
conſulere, non autem ex prouidentia Aui,
qui Patri donationem obtulit, quę, ſi ſimpli-
citer fuiſſet à Patre acceptata, non curaſſet
Auus de alia acquiſitione nepotum, licèt ſu-
per hoc fuerit facta ſtipulatio; non indè ta-
men poteſt inferri, quin Pater ſit principalis
acquirens, filijque ſint acceſſoriè uocati.
His igitur concluſionibus firmatis, & di-
ſtinctis, cum abſque dubio in facti ſpecie, de
qua agimus; verſemur in quarto membro
diſtinctionis, donationis, nempè, cōtēplatio-
ne Matrimonij factæ à Guido Gaſpari eius fi-
lio recipienti pro ſe, & filijs, incontrouertibi-
le videtur, quòd filij ad eadem bona donata
dici debeant vocati, vti hæredes Patris dona-
tarij, non autem tamquàm filij.
Neque vllo Iure merentur attendi aucto-
ritates congeſtæ in deciſionibus contrarijs,
ex quibus contenditur, probari, quòd in do-
natione, ſignanter contemplatione certi ma-
trimonij, facta à Patre filio recipienti pro ſe,
& filijs, veniāt filij vti filij; non autem vti hære-
des, accedentibus potiſſimùm coniecturis in
eiſdem deciſionibus ponderatis.

Si-

Siquidem, nè in poſterum detur occaſio errãdi ſub earumdem auctoritatum fide, referam ferè omnium, qui id ſcripſerunt loca, etiam non allegatorum in deciſionibus contrarijs, agentium de huiuſmodi articulo, quot quot vſque adhuc in fõte videre potui, illoſq; ſigillatim expendam; ſatiſque apertè demonſtrabo, vel non applicari ad rem, de qua eſt ſermo, vel potiùs firmare noſtram ſententiã, vel ſaltem nonnullos paucos infeliciter à cõmuni ſenteutia aberrare; atque adeò nullatenùs eſſe audiendos.

31 Exordiẽdo igitur à cõſulentibus allegatur primo loco *Dec. conſ.238. aliàs 239. numer.4.* qui uidetur moueri ex particulari circumſtantia, quia erat facta acceptatio pro filijs maſculis, exiſtimans, ex illa maſculinitatis qualitate poſſe reſultare coniecturam uoluntatis reſtringendi uocationem, ad filios uti filios, & nihilominus eius Doctrina ſuſpicione non caret; nam in *conſ.* ſuperiùs laudato 216. tenuit contrarium.

Idem *Dec. conſ.607. num.8. & ſeqq.* loquitur in ſimplici donatione facta fratri, & filijs, qui propterea erant directè cõdonatarij, ex prouiſione donatoris; atque adeò verſatur circa tertium caſum diſtinctionis ſuperiùs adductæ.

Natta conſ.446. num.5. nihil ad rem; agit enim de concurſu filiorum ſecundi matrimonij cum illis primi, & de materia noſtra incidenter.

Bertrandus conſ.234. num. vltim. vol.2. explicando *Bartoli* doctrinam affirmat, illam in dubio procedere, ſecus verò accedentibus contrarijs coniecturis, quibus potiſſimùm innititur; In *conſilio* veró 176. *lib.3.* loquitur in donatione principaliter facta Patri, & filijs ex illo matrimonio naſcituris, ſtipulantibus uxore, & illius conſanguineis. Ideòque uerſatur circa primum, & tertium membrum diſtinctionis ſuperiùs expenſæ; & nihilominus idem met Auctor contrarium, articulo ad partes examinato, dixit *conſ.73. lib.2. & conſ.281 num.2. lib.3.*

Lanarius conſ.89. per totum, loquitur expreſsè de feudo, & tamen *num.6.* diſtinguit inter conceſſionem factam pro filijs à donante, & acceptationem pro eis factam à donatario.

Lurath. conſ.9. num.6. loquitur pro ratione dubitandi; poſteà uerò *nu.11. ad med. & ſeqq.* latiſſimè comprobat contrarium.

Anellus Amatus conſ.68. in ſpecie confutatur ab *Hodiern. Annibin. de Marin. Rocco, Thoro*, & alijs ſupra laudatis, & ut obſeruat *Roccus reſponſ.64. num.13. lib.1.* illa cauſa fuit ſic deciſa ex alijs circumſtantijs.

Ioannes Franciſcus de Ponte conſ.25. num.6. & per totum lib.1. loquitur de reuocatione donationis ſocero non permittenda, & ſic ad rem noſtram non pertinet; cum ex impotentia reuocandi non rectè inferatur, quòd filij donatarij dicantur uocati ad bona donata, tamquám filij, non tamquàm hæredes, prout latiſſimè ſuperiùs eſt comprobatum.

Theſaur. quæſt. forenſ.2. num.3. lib.4. dicit totum contrarium, & potiùs ſtat pro noſtra ſententia, unde deleri debet.

Sanchez de matrim. lib.6. diſput.32. num.2. & ſeq. verſ. quia quantumcumque, loquitur de reuocatione huius donationis non permittẽda, non autem, quòd donatarius ſit grauatus fideicommiſſo.

Mõtanus de Regalib. tit. de Regalibus officijs, num.28. fol.194. loquitur de conceſſione facta ſibi, & liberis, & ſic liberi erant directè uocati à concedente.

Barboſa voto 14. num.6. vſque ad finem, loquitur in caſu, in quo Pater donauerat filio pro ſe, & naſcituris ex illo matrimonio, & *num.10.* & 11. dicit contrarium eſſe uerum, ſi pater filio donat, & iſte acceptat, etiam pro filijs, itaut ſtet pro nobis.

Staibanus Iunior reſolut.22. lib.1. totus ſe fundat in *Caſtillo*, qui ſolus ex allegatis hoc dicit, eidemque ſatisfacit *de Marinis*, & nihilominus in eo caſu ſupponitur donatio facta á patre, & filio directè, iuxta tertium membrum diſtinctionis.

Amatus reſolut.30. num.7. lib.1. loquitur incidenter, & indigeſtè allegando pro ſua ſententia eumdem *Surd. d. dec.322.* & ſic non percipit uim diſtinctionis, neque terminos diſtinguit, licèt aſſerat, Doctores in huiuſmodi quæſtione tractanda remanere ſub inuolucro.

Andreolus controu.127. num.2. firmat noſtram ſententiam, ut, nempè, ſuper bonis donatis acquiratur Ius creditoribus donatarij, deindè indigeſtè *num.4.* refert contrariam ſententiam, unde ego non intelligo, quid ſibi uelit hic Auctor alioquin eruditus, & ad quod propoſitum id deducat.

Roccus reſponſ.71. num.17. lib.1. præſupponit, quód donatio ſit expreſsè facta filijs uti filijs, & quærit, ſi ueniant etiam fœminæ cum maſculis, non obſtante ſtatuto; ſed idem Auctor *reſponſ.64.* ex profeſſo ſubſtinet noſtram ſententiam.

Caſtill. dec.106. loquitur de donatione facta pro ſe, filijs, ac liberis, & deſcendentibus *in infinitum*, & ſic noſtræ theſi non adaptatur; præterquàm quòd ibidem deducta, neque etiam ſubſiſtunt, prout latiùs firmabitur in diſputatione ſequenti, & ſufficit caſum ibi deciſum eſſe diuerſum á noſtro ob clauſulam *in infinitum*, perpetuitatem denotantem, ex qua poſſit argui fideicommiſſum.

Maſtrillus dec.211. num.3. & per tot. affirmat, donationem nõ poſſe reuocari á donante; non autem quòd donatarius ſit grauatus fideicommiſſo; ideòque non percutit hunc caſum,

Digitized by Google

ſum, aduertendo ulteriùs, quòd loquatur incidentèr, quia ibidem de hoc non agebatur, &
32 Doctores incidenter loquentes non ſunt attendendi, ut inquit *Menoch.conſ.354.num.25.* idemque procedit in deciſionibus *Rotæ, Gabr. conſ.38 num.17.lib.2.Cardinal.Seraphin.deciſ.299.in fin. Rot.in rec.dec.17.n.9.p.7.*

Idem *Maſtrill.dec.301.* non meretur attendi, cum eadem deciſio ſit de uerbo ad uerbum cum ſupradicta *dec.Caſtill.106.* adeòut reuera neſciam, quis ex his duobus Siculis ab altero tranſcripſerit; atque adeò eſt unica auctoritas; ideòque militant ſuperiùs deducta reſpectu dictæ *dec.Caſtill.106.*

Cutellius de donat.contemplat.matrimonij diſcurſ.1.ſpecial.25.ſub num.24. uolens fortaſsè adulari *Caſtillo*, & *Maſtrillo* conciuibus, ſubſtinet eaſdem partes, ſed eius ſcripta ſatis, ſuperque oſtendunt, illum in hoc articulo erraſſe. Tum, quia pro eius ſententia allegat *de Ponte*, & alios ſubſtinentes oppoſitum: Tum etiam, quia exiſtimat minùs ueram ſententiam *gloſ. & Bart.in dict.l.ſi tibi, §.ſi pactus ff.de pactis*, quam certò certiùs eſt, eſſe receptiſſimam in *Rota.*

Fontanella deciſ.55.num.8. licèt plures concluſiones inuoluat, & nimis lato ore, iuxta morem conſarcinet; nihilominus apparet, Senatum iudicaſſe in illo caſu, ex quo filijs data erat facultas capiendi bona donata propria authoritate; uideantur uerba ſententiæ ab eo relatæ antecedenti *dec.54.n.18.*

Aliæ uerò auctoritates, prout ſunt *Gratian. cap.424.Franch dec.205.Merlin.dec.515. Aufrer. ad Cappell. Toloſ. dec.454.* & ſimiles, ex aduerſo deduci ſolitæ non percutiunt noſtros terminos, & nihil prorsùs commune habent cum præſenti quæſtione, cum ſimpliciter dicant, donationes contemplatione matrimonij eſſe irreuocabiles ob intereſſe ſecundariũ uxoris, & filiorum.

33 Tranſeamus modò ad *deciſ.Rotæ*, quæ ſi rectè intelligantur, nunquàm fuerunt contrariæ, ſed ſemper conſtantiſſimæ pro hac noſtra ſententia, ſemotis tamen contrarijs coniecturis.

Exordior à *Rot.in recent. deciſ.127.part.6.* quæ hunc non percutit caſum; ibi enim donatio erat facta ſponſo, & filijs, & ſic filij erant directè uocati ex donatoris prouidentia, ut liquidò probatur in principio, ibi: *Che farà donatione al Signor Bartolomeo, e ſuoi figlioli, &c.* Et in eadem *deciſ.num.7.& 8.* admittitur regula, ut pater in dubio cenſeatur ſtipulari pro filijs uti hæredibus, ſed quòd ab ea recedatur ex coniecturis; Præterquàm quòd ibidẽ promiſſio de donando Bartolomæo fratri, & filijs naſcituris cõuencta fuerat cum uxore, & ſuis conſanguineis in ipſis capitulis matrimonialibus; non autem cum ipſo ſolo Bartolomeo, uideatur factum per extẽſum in principio *dec.58.eadem part.6.recent. & d.dec.127.* ideòque non congruit caſui noſtro, in quo quærimus de donatione facta, ſtipulante patre tantùm, non autem quando ſtipulantur conſanguinei uxoris; atque adeò uerſamur in primo membro diſtinctionis ſuperiùs per Nos adductæ.

Deciſio in recent.203. num.8.part.8. potiùs euidentiſſimè retorquetur; ibi enim tres caſus diſtinguuntur; Primus, quando donatio non eſt facta fauore certi matrimonij; ſed matrimonij in genere, & in iſto caſu aſſerit, quòd non ſint uocati filij; Secundus caſus eſt, quando expreſſa eſt cauſa certi matrimonij, & ulteriùs tacitè, uel expreſsè filij ſunt condonatarij Patris, & pariter dicit, iſtum caſum non fuiſſe in illa diſputatione controuerſum. Tertius caſus, quando cõtemplati ſunt uxor, & filij ceſſantibus uerbis diſpoſitiuis; ſed, prout erat in caſu eiuſdem deciſionis, donatio ſimpliciter enunciabatur facta intuitu filiorum, Deo dante, ex illo matrimonio naſcendorum, & tunc dicit ex cauſa finali matrimonij, ex huiuſmodi contemplationibus oriri ſolum intereſſe uxoris, nè uirum pannoſum, & pauperem ducat; non autem, ut filij ſint per fideicommiſſum uocati; ideòque caſui noſtro applicatur tertius caſus, non ſecundus, quia in eo ſupponitur, conſtare aliundè de uocatione filiorum per fideicommiſſum, de quo in caſu noſtro non conſtat; neque ex uerbis, neque ex coniecturis, prout inferiùs demonſtrabitur.

Peutinger.deciſ.406. loquitur in donatione facta Patri, & filijs, ideòque ad tertium pertinet membrum diſtinctionis.

Cardin. Cerrus dec.485. loquitur in donatione facta ab Auo materno matri, & filijs naſcituris; ideòque pertinet ad primum mẽbrum diſtinctionis ſupra poſitæ; non autem ad rem, de qua eſt ſermo, in qua donans filio ſimpliciter donat, & iſte acceptat pro filijs. Præterquàm quòd de hoc articulo non fuit ibi principaliter diſputatum, ſed tantùmmodò incidenter ad effectum concedendi mulieri reſtitutionem in integrum aduersùs hæreditatem aditam ſine inuentario; atque adeò non poteſt uerè, proprièque dici caſus deciſus, etiam in illo puncto principali. *Rot.corã Andrea dec.110.num.11.verſ.non obſtat.*

Ex quibus omnibus ſatis liquidò patet, *Rotam* in iſto articulo nunquàm contrarium dixiſſe, imò ſemper conſtantiſſimè firmaſſe, ſemotis contrarijs coniecturis, filios ad bona donata eſſe uocatos, uti hæredes, non uti filios, iſtamque ſententiam eſſe omninò amplectendam.

Prædicta uerò omnia abſque ullo dubitandi principio procedunt in præſentia, non ſo-
34 lùm, quia tempore acquiſitionis filij nondum erant nati, quo caſu abſolutum eſt, ſti-

pu-

pulationem patris debere intelligi pro filijs,
uti hæredibus, non uti filijs; cum magno-
perè interſir, an filij tempore acquiſitionis
reperiantur nati, vel potiùs ſinr naſcituri;
quoniam, ſi ſunt nati, & aliqua concurrat
coniectura; tunc eorum perſona poteſt dici
contemplata; at ubi non ſunt nati, nulla po-
teſt conſiderari coniectura, quæ illorum ſua-
deat contemplationem, vt in ſpecie *Surd.d.
dec.322.num.42.* & in fortioribus terminis de
donatione facta Patri, & filijs naſcitnris tra-
dunt poſt *Fortun.in l.Gallus, §.quidam rectè
num.59.& ſeqq.ff.de liber.& poſthum.Gerard.
Mazzol.conſ.1.num.83.& 96.Camill.de Medic.
conſ.142.* referens deciſum per Sacrum Con-
ſilium Neapolitanum, *de Ponte conſ.80. ſub
num.16.lib.1.* aſſerens, quòd ad impediendas
alienationes, præcisè requiratur, vt donans
contemplatione matrimonij alicui pro ſe, &
filijs naſciturìs ſpecificè dicat, itaut filij ſuc-
cedant vti filij, non autem uti hæredes. *Ho-
diern.ad Surd.dict.deciſ.322.num.11.& 28.&
in l.hac edictali quæſt.2. num.30. Tondut.dict.
cap.55.num.19.lib.1.* ideòque rectè docuit
Afflict.in cap.1.num.21.de alienat.feud.pater.
quód valdè interſit, an filij tempore acquiſi-
tionis ſint nati, an naſcituri, quoniam, ſi re-
periantur nati, & aliqua concurrat coniectu-
ra, præſumitur eorum perſona contemplata,
at ubi non ſunt nati, nulla in eis coniectura
conſiderari valet, quem in his terminis ſe-
quitur *Camill. de Medic.dict.conſ.142. n.6.&
13.* vbi ſingulariter ampliat, etiam ſi donata-
rij filius eſſet anniculus, ſuper quo cogitandũ
ex adductis per *Hodiern.ad Surd.d.deciſ.322.
num.12.& ſeq.*

35 Sed etiam, quia Gaſpar donatarius non
acceptauit donationem ſimpliciter *pro ſe, &
filijs*, ſed *pro ſe, & filijs naſciturìs, &c.* quæ
clauſula *præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs
naſciturìs, &c.* extendi omninò debet pro fi-
lijs, hæredibus, & ſucceſſoribus, ſiue atten-
datur ipſius natura, *Cardin.Seraphin.dec.703
n.2.et 3.p.5.Buratt.dec.310.n.7.Rot.diuerſ.dec.
393.num.1.& ſeq. part.2. in recent.deciſ.587.
num.2.* & in ſpecie *Rot.in recent.dec.707.n.10.
part.1.* ubi dicitur, quód clauſula *donauit pro
ſe, &c.* extendatur *pro filijs, hæredibus, et ſuc-
ceſſoribus.*

Idque etiam Iuris conuenit diſpoſitio, cũ
donatio de ſui natura ad hæredes tranſeat,
*l.1.ff.de donat.l.Senatus 35.poſt princip. ff.de
donat.cauſ.mort.Socein.Iun.conſ.79.num.4.lib.
2.Alex.conſ.14.num.3.lib.1.Cardin.Mantic.de
tacit.et ambig.lib.13.tit.21.num.13. Rot.in re-
cent.dict.deciſ.707.in fin. part.1.* idemque fir-
matur *in recent.deciſ.587.num.2.et 3.part.1.et
deciſ.290.num.5.part.9.* egregiè, me ſcribente,
Rot.in recent.deciſ.529.part.14. de qua in ſe-
quenti diſpntatione; & in his præciſis termi-
nis optimè *de Marinis dict. cap.89. num.44.
lib.1.* vbi, quòd, quoties in donationis acce-
ptatione facta à Patre cum illis uerbis, *pro ſe,
et filiis naſciturìs*, addita eſt dictio, ſiue clau-
ſula cæterata, alia verba in extenſione addi
non poſſint, niſi *hæredibus, et ſucceſſoribus in
perpetuum*, & ita extendendas eſſe clauſulas
iſtarum donationum comprobat *Marta conſ.
38.num.12.*

Siue etiam, quia huiuſmodi clauſula cæte-
rata ita fuit extenſa, nemine prorsùs diſcre-
pante, ab omnibus Notarijs Tribunalis Re-
uerendiſſimi Auditoris Cameræ, in quo in-
ſtrumentum donationis fuit rogatum, cui ex-
36 tenſioni, tamquàm factæ à Connotarijs eiuſ-
dem Regionis, & Tribunalis omninò eſſe ſtã-
dum, deficiente extenſione proprii Notarii,
tradunt *Alex.conſ.28.n.8.lib.2. Crauett.conſ.
34.num.5.et ſeq.Card.Mantic.de tacit.lib.2.tit.
16.num.19. Episc. Barboſ.de clauſul. clauſ.14.
num.4.Rot.diuerſ.dec.393.nu.2 part.1.* & opti-
mè *Merlin.dec.624.num.12.& ſeq.*

Siue demùm, inſpectis ſubſequentibus ver-
bis, ibi: *Scuta 2200.&c.per ipſum Gaſparem,
ſuoſque, &c.* quæ ſicuti intelligi debent de hæ-
37 redibus, etiam extraneis in materia ad quoſ-
cumque tranſitoria, *l.Gallus, §.etiam ſi parẽ-
te*, ibique *Bart.nu.2.ff.de liber.& poſth. Alex.
conſ.26.num.6.lib.2.Rub.conſ.8. num.9. Dec.d.
conſ.216.num.4. in fin. & ſeq.* ibique *Addent.
Imol.conſ.21.num.4.Rot.in rec.deciſ.329.nu.4.
part.5.*

Ita etiam ex ipſis benè deprehenditur, an-
tecedentem clauſulam *naſciturìs*, &c. eodem
modo debere intelligi de hæredibus, nè in
eadem diſpoſitione, & periodo detur contra-
38 dictio, eædemque perſonæ exprimantur mo-
dò vti filij, modò vti hæredes, *Corn.conſ.13.
num.4. circa medium, verſic. & præſupponitur
lib.3.Gerard.Mazzol.conſ.1.num.102.& ſeqq.*
& in his præciſis terminis poſt *Surd dict.dec.
322.nu.65.68. & ſeq.* benè *Rot.in rec.dec.529.
num.13.& ſeq.p.14.*

Neque hniuſmodi extenſioni aduerſatur
verbum illud intermedium *naſciturìs*, & ver-
bum, *ſuis*; cum enim ſub prædicta clauſula,
pro ſe, &c. indubitanter comprehendantur
filij naſcituri, ſignanter, attenta ſubiecta
materia donationis contemplatione matri-
monij, in qua filij naſcituri ſemper ſunt, quã-
do non aderant, & matrimonium tunc con-
39 trahebatnr. Meritò expreſſio eius, quod ta-
citè inerat ſub prædicta clauſula, *pro ſe, &c.*
non dinerſificat naturam eiuſdem clauſulæ
cæteratæ, neque illius vim, efficaciamque
alterat, vt benè ad propoſitum in caſu longè
fortiori reſpondendo qualitati maſculinita-
tis admonet omninò videndus *Surd.d.deciſ.
322.num.74. verſ.in propoſito autem filij, &
40 num.ſeq.* Et quò ad uerbum, *ſuis*, cum ſit æqui-
uocum, quòd poſſit etiam pro extraneis in-
telligi, in ſpecie affirmat *Dec. dict conſ.216.
num.14.*

num.14.in fine, & ſeq.Rot.in recent.deciſ.329.
num.4.part.5.

41 Nullatenùs veró prędictæ clauſulæ cætera-
tæ conſonat interpretatio data in contraria
dec. coram Priolo inter ſuas deciſ.229. num.4.
& ſeq. vt, nempè, extendi debeat maſculis, &
fœminis; huiuſmodi enim intellectus videtur
nimis improprius, tàm ex ſubiecta materia
42 donationis de ſui natura trāſitoriæ ad quoſ-
cumque hæredes, ex ſupra allegatis, quàm
etiam, inſpecta præcedenti expreſſione filio-
43 rum, quorum appellatione abſq; dubio tám
maſculi, quàm fœminæ continentur, l.iuxta
interpretatione 201. ff.de verbor.ſignificatione,
Peregrin.conſ 138.num.15.lib.5. latè Hodiern.
ad Surd.deciſ.9.num.37.& controu.11. num.3.
& ſeqq.Andreol.controu.254. num.1. Cyriac.
controu.548.num.55.Ludouiſ.deciſ.514.num.1.
ibique Add.num.16. pręcipuè, quoties agitur
de contractu fauorabili, Iaſ. in l.ſi is quod.nu.
17.in princip ff.de Iuriſdict.omn.Iudic. Cald.de
emphyt.lib.3.cap.15.num.18.& in ſpecie dona-
tionis contemplatione matrimonij, quòd fi-
liorum appellatione comprehendantur etiam
fœminæ, Dec.in l.fœminæ, num.107.ff.de regul.
Iur. Molin.de rit.nuptiar.quæſt.23.n.29. Cardin.
Mantic.de tacit.lib 13.tit.21. num.10. & ſeqq.
& deciſ 96.num.2. Rot.in recent.deciſ.290.nu.
18.part 9. vbi alios refert, repetita coram
Pentinger.dec.174.num.21.& dec.515.num.8.
part.13.Card.Cerrus dec.485.n.13.

Prædicta, verò omnia eò libentiùs, certiùſ-
que admittenda, quia pro creditoribus vr-
gentiſſimæ militant coniecturæ, ſatis liquidò
demonſtrantes voluntatem Gaſparis dona-
tarij acquirendi bona donata pro filijs, vti
eius hæredibus, quæ optimè deſumuntur, nō
ſolùm ex antecedentibus, ipſaque materia;
ſed etiam ex qualitate perſonarum, & ex ſub-
ſequentibus.

Ex antecedentibus, quia, cum in inſtrumē-
to dotis nullibi legatur conuentum, quód
Guidus donationem Gaſpari facere deberet;
ſed in donatione merita Gaſparis pro cauſa
narrentur: Hinc euidentiſſima oritur con-
iectura, quód idem Gaſpar voluerit ſtipula-
44 ri pro filijs uti hæredibus, non uti filijs, cum
ex meritorum Gaſparis expreſſione hoc ip-
ſum rectè ſuadeatur, Guidum, nempè, eius
Patrem, potiùs contemplatum fuiſſe perſo-
nam eiuſdem Gaſparis, quám filiorum, nec-
non voluiſſe bona donata liberè, & ſine vllo
onere eidem Gaſpari acquiri, tamquàm in
recompenſam venditæ, quodammodò liber-
tatis, onerumque ferendorum in ipſo matri-
monio ſubiugo huius Sacramenti, vt in ſpe-
cie arguunt Natta conſ.5.num.12. Surd.conſil.
305.num.36.Galuan.conſ.8.num.42.& num.63
Caſtill.controuerſ.lib.4.cap.5. num.37. Merlin.
de legit.lib.2.tit.1.quæſt.5.num.32.latè Nogue-
rol.allegat.37.num.17.ad medium, & ſeqq. &
in his terminis benè Menoch.conſ.286.nu.15.
& ſeq.Larath.conſ.9.num.50. Camill.de Medic
conſ.142.n.7.Thor.vot.29.n.27.

45 Signanter, quia filij naſcituri, & non dum
cogniti, nullam poterant apud Auum meri-
torum habere prærogatiuam, Surd.dict.deciſ.
322.num.42.& ſeq.

46 Neque adaptatur reſponſio data in deci-
ſionibus, quòd, nempè, merita poſſint com-
penſari cum donatione tranſitoria ad nepo-
tes, quòdque non probentur æquiualentia.

Non enim in præſentia eſt quæſtio de con-
digna remuneratione, in quibus terminis ſor-
tè poſſent procedere deducta in deciſione
contraria coram Priolo 239.num.20.& ſeqq.
inter ſuas impreſſas, ſed ſolùm diſceptatur,
quomodò ſit intelligenda donatio, quam ex
meritorum expreſſione cenſeri principaliter
factam ad fauorem Patris, & argui liberta-
tem donationis; ideòque filios ad bona do-
nata adſpirare non poſſe, niſi ſint hæredes
patris, firmant Doctores proximè laudati,
cumque nullus ex aduerſo allegetur, qui fir-
met contrarium, non videtur ab hac conclu-
ſione recedendum.

Vlteriùs materia ipſa hoc idem ad oculum
demonſtrat; fuit enim facta donatio Gaſpari
pro legitima ſibi debita in bonis Guidi do-
nantis; ideòque quemadmodùm legitima
47 debet eſſe immunis ab omni onere, etiam
quando filio aſſignatur in vita, l.quoniam in
prioribus, l.ſcimus, Cod.de inofficioſ.teſtament.
ita etiam idem dicendum, ut donatio rema-
48 nere debeat exempta à uinculo reſtitutionis;
non ſolùm reſpectu quantitatis eidem legiti-
mæ correſpondentis, ut in terminis arguit
Noguerol.dict.alleg.37.nu.31. de Marinis dict.
cap.89. num.45. lib.1. iuxtà nouiſſimam im-
preſſionem Lugdunenſem; ſed etiam reſpectu
reſidui eiuſdem donationis. nè alioquin uni-
ca donatio diuerſo Iure cenſeatur contra re-
gulam l.eum.qui ædes; ff.de vſucap.

49 Præcipuè, quia, cum donatio fuerit accep-
tata pro omni, & toto eo, quod Gaſpar prę-
tendere potuiſſet in hæreditate eius Patris,
fuit inter patrem, & filium inducta compen-
ſatio, Mart.clauſ.77.part.3. ideòque donatio,
tamquam ſubrogata in locum Iurium renū-
ciatorum, non poſſet dici profectitia; ſed ple-
no Iure fuit quæſita Gaſpari, qui proindè de
illa, tamquàm de re ſua potuit liberè diſpo-
nere, ut optimè arguit Rot.in Ciuitatis Caſtel-
li Dotis 28. Aprilis 1662 § quia, coram Reue-
rendiſſimo Emerix.

50 Nullatenùs aduerſante replicatione ulti-
mæ deciſionis coram Priolo inter ſuas 239.
num.12.& ſeqq. quód, nempè, utiliùs fuerit
Gaſpari conſequi in uita Patris pinguiorem
donationem, cum onere fideicommiſſi ad fa-
uorem filiorum, quám poſt eius obitū habere
legitimam immunem ab omni grauamine.

Nul-

Nullibi enim in inſtrumento donationis
legitur in ſpecie iniunctum huiuſmodi onus
reſtituendi filijs, & à Gaſpare per actum ex-
preſſum approbatum; & tamen vtrumque
51 præcisè requiritur pro inducendo grauami-
ne in legitima, *l.ſi quando, §.illud, & § gene-
raliter, Cod.de inofficioſ. teſtam. Roderic.Sua-
rez in l.quoniam in Prioribus, ampliat.10.num.
50.eod.tit.Peregrin.de fideicomm.art.8.num.40
Merlin.* pluribus alijs allegatis, *de legit. lib.3,
tit.2.quæſt.7. num.33. Card.Ottbobon.dec.235.
num.7.& ſeqq.* & in terminis *de Marinis dict.
cap.89.num.45.verſ.nec valet dicere*, iuxta im-
preſſionem Lugdunenſem.

Accedat pro confirmatione prædictorum
altera præpotens coniectura pariter deſum-
pta ex eadem donationis materia, quæ om-
ninò excludit prætenſum fideicommiſſum in
52 bonis donatis fauore filiorum; Tum, quia
non videtur veriſimile, voluiſſe Guidum nul-
latenùs ſollicitum de fideicommiſſo ſucceſſi-
uo in deſcendentes priuare Gaſparem filium
valdè dilectum, & benè meritum libera diſpo-
ſitione bonorum donatorum, eamdemque
concedere nepotibus, non dum natis, penitùſ-
que incognitis; nedùm contrà naturæ inſtitu-
tum; ſed etiam contra præſumptionem Iuris
conſiderantem in Auo longè maiorem dile-
ctionem ergà filium natum, & cognitum, qui-
nimò benè merentem, quàm erga nepotes na-
ſcituros, prorsùſque incognitos, vt in ſpecia-
libus terminis *Menoch.dict. conſ.286. num.16.
Thor. vot.29.num.37.& ſeqq. Hodiern.in l.hac
edictali, quæſt.2.n.14.verſ.comprobantur, Surd.
dict.dec.322.num.42.& ſeqq.*

Tum etiam, quia, ſi donans voluiſſet, quòd
filij ex Gaſpare naſcituri iure proprio in do-
natione ſuccedere deberent, vtique ſcuta vi-
53 ginti duo millia purè, & liberè abſque ali-
qua in veſtimenti conditione nō donaſſet, ne-
que illa ad horas diſſipabiles reliquiſſet in
libero Gaſparis arbitrio; ſed potiùs demau-
daſſet modum conſeruationis pecuniarum,
quod, cum agere neglexerit, vehemens inſur-
git coniectura, donārem, neque per ſomnium
cogitaſſe inſtituere fideicommiſſum ſuper bo-
nis donatis fauore nepotum, vt in ſpecie opti-
mè arguit *de Marinis dict.cap.89.num.53. in fi-
ne*, iuxta impreſſionem Lugdunenſem *lib.1.*

Ex qualitate inſuper perſonarum, tàm
Guidi donantis, quàm Gaſparis donatarij,
hoc idem apertiſſimè ſuadetur; nam, cum
54 donatio comprehenderet totum Patrimo-
nium eiuſdem Gaſparis; eſſetque facta filio
Mercatori, & ſoluta in tot mercibus, patefa-
cta voluntate patris donantis ſuper conti-
nuatione mercimonij; vtique prorſus in veri-
ſimile, & improbabile videtur ex parte do-
nantis, vt in mercibus fundacarijs, quæ ad
horam perire, vel diſſipari poterant, fidei-
commiſſum ordinare voluerit, reddendo fi-
lium Mercatorem donatarium incapacem
continuationis negotij ab eodem donante
uehementer exoptatæ, cuius commercium
abſque dubio fuiſſet eidem filio præcluſum,
ſi merces reperirentur alijs extra negotium
obligatæ, *Carpzon.in* Iur.*pruden.part.2. con-
ſtitut.23.definit.13.num.7.et ſeqq.* & in ſpecie
ita arguit omninò videndus eruditiſſimus
*Berengar Fernand. de matrim. ad Morgan.con-
tract.præl ud.7.num.6.in 4.caſu fol.665.*
55 Ideò dicimus *Senat. Conſult. Macedonian.*
non comprehendere filium negotijs præpoſi-
tum, *l.3. §.vndè Iulianus, ff.ad Senat.Conſult.
Macedonianum*; impedirentur enim commer-
cia, & ſub publica fide contrahentes rema-
nerent decepti, vt ratiocinatur *Rot.in Anco-
nitana Mannæ 14.Maij 1644. coram Cardinali
Corrado, §.1. quia*, & in noſtris terminis *Be-
rengarius Fernandez de matrimon.ad Morgan.
contracto dict.præl ud.7.num.6.in quarto caſu*,
aſſerens non eſſe credendum, donantem vo-
luiſſe ex huiuſmodi pactis reddere ſeipſum
vel donatarium negotiorum incapacem, &
quominùs poſſet negotiari, cum ijs commer-
cijs prodeſſe poſſit liberis, & augere Patri-
monium; licèt aliquando contrarium contin-
gat, quod, ceſſante fraude, filij debent to-
lerare; ergo non cenſetur, voluiſſe concede-
re negotium, in quo commodè negotiari
non poſſet.

Prout eadem inueriſimilitudo concurrit
ex parte Gaſparis donatarij, vt exercēs mer-
caturam, pro qua libera bonorum diſpoſitio-
ne indigebat, voluerit dotem maternam le-
gitimam, & mercedes proprij laboris, quæ
omninò exiſtebant in libera eiuſdem diſpoſi-
tione, ita uinculo fideicommiſſi adſtringere,
ut neque de obulo diſponere potuiſſet.

Tandem ex ſubſequentibus actibus hæc ip-
ſa donationis libertas apertiſſimè demōſtra-
tur, ſiue velimus attendere reſtitutionem
ſcutorum 3500. dotalium Annæ facta per
56 Guidum Gaſpari emancipato, reportando,
tám á prædicta Anna, quàm ab eodem Gaſ-
pare liberationem ab obligatione per eum-
dem Guidum facta pro reſtitutione dotium,
quę libera dotis reſtitutio præfefert excluſio-
nem cuiuſcumque oneris fideicommiſſi, quia
Guidus optimè ſciens, Gaſparem nihil aliud,
pręter bona donata poſſidere, vtique, ſi illa
habuiſſet pro ſubiectis fideicommiſſo; abſque
dubio liberè dotem non reſtituiſſet ſpontè,
ſubijciendo ſe oneri reiterandæ ſolutionis ob
factam reſtitutionem dotis filio minùs ido-
neo, debitis cautelis non adhibitis, iuxta
notata per Doctores in *l.cum Dotem, § tranſ-
grediamur, ff.ſolut. matrim.Becc.conſ.43.num.
7.Fontanell.de pactis nuptialib. clauſ.6. gloſ.1.
par.1.num.56.* ubi admonet ſocerum, ut hoc
caſu exigat à filio cautionē de dote conſeruā-
da, *Afflict. dec.349.* ibique *Vrſillus, Franch.*

dec.381. ibique Add.

Siue inſpiciantur ea, quæ fuerunt geſta in
ipſomet actu conſignationis mercium funda-
calium, quæ pariter demonſtrant, donantem
voluiſſe, vt bona donata penes donatarium
ſint libera, ſignanter, omiſſis alijs, narratio
facta à Guido de donatione facta Gaſpari
eius filio, nulla prorsùs de filijs naſcituris
mentione habita.

Vlteriùs conſignatio mercium, & negotij
57 fundacalis, cum clauſulis, ad habendum, et
cæt. poneus, & cæt. conſtituens et cæt. in parte
diſpoſitiua, quæ; ſicuti tribuunt liberam, ex-
preſſamque diſponendi facultatem, Dec. conſ.
88. num. 44. Roland. conſ. 55. nu. 44. lib. 3. Cyriac.
controu. 224. num. 19. Capye. Latr. dec. 23. Rot.
in recen. dec 261. num. 4. & 642. num. 3. part. 1.
Buratt. dec. 87. numer. 2. Card. Caualer. dec. 219.
nu. 11. & ſeqq. & in terminis de Marinis d. cap.
89. num. 53. lib. 1. iuxta impreſſionem Lugdu-
nenſem: I. a etiam in neceſſariam conſequen-
58 tiam demonſtrant, donationem ab omni re-
ſtitutionis onere immunem eſſe; atque adeò
filios Donatarij in ea hæreditario tantùm
Iure ſuccedere poſſe, vt in ſpecie firmant
Bertrand. dict. conſ. 73. num. 7. lib. 2 Menoch. conſ.
40. num. 26. Ladereh conſ. 1. num. 8. Bombin. cõſ.
59. num. 8. Laratha dict. conſ. 9. nu. 38 Molphe ſ.
dict. conſ. 2 numer. 33. & ſeqq. de Marinis dict.
cap. 89. num. 53. Cutell. de donat. contẽplat. ma-
trim. tom. 2. tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 36. numer. 28.
Buratt. dec. 861. num. 4. Card. Otthobon. dec. 255.
num 7 & duob. ſeqq. & dec. 99. num. 9.

Inſuper concurrit receptio mercium facta
à Gaſpare pro ſe, ſuiſque filijs ad formam do-
nationis, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibus-
cumque, ex qua receptione pro hæredibus, ad
formam donationis rectè deprehenditur, Do-
natione fuiſſe acceptatã pro hæredibus, quia
59 effectus ſubſequens declarat, qualis fuerit in-
tentio partium ab initio, l. Iulianus, §. proindè,
ff. ad Senat. Conſ. Macedon. Dec. conſ. 101. numer.
49. Natt. conſ. 426. num. 28. Surd. conſ. 224. nu.
7. & conſ. 202. num. 15. in fin. verſic. confirma-
tur, & ſeq. Rot. in recentior. dec. 282. n. 8. par. 9.

Tandem prędicta omnia benè remanent
comprobata ex actu ſubſequenti proueniente
ex teſtamento Guidi tribus annis poſt dona-
tionem condito, in quo, præuia declaratione,
ſe feciſſe donationem Gaſpari, illam ratifi-
cauit ſpecificè ſummam donatam eidem re-
linquendo Iure legati, & aliàs omni meliori
modò, nulla prorſus habita mentione filiorũ,
quam vtique feciſſet, illos ſubſtituendo, ſi uo-
luiſſet, bona donata ad Gaſparem liberè non
peruenire; ex hoc igitur reſultat aperta pro-
batio libertatis donationis, cum rectè ex ſe-
60 quenti Inſtrumẽto præcedẽs declaretur do-
natio, Decian. conſil. 7. numer. 49. & ſeqq lib. 1.
Cancer. Var. lib. 1. cap. 8. de donat. numer. 180.
Galeot. controu. 57. nu. 23. Boer. dec. 172. Char-
tar. dec. 16. Cardin. Seraphin. dec. 837. num. 14.
Bich. dec. 307. num 21. & dec. 252. num. 25.

His igitur firmatis, ſatis liquidò remanet
probatum; ne dùm regulam Iuris aſſiſtere pro
creditoribus; ſed illam mirificè comprobari
ex prædictis vrgentiſſimis coniecturis, quæ
deducuntur ex ipſomet facto partium, ea-
rumque qualitate, ſubiectaque materia, non
autem ex ſubtili intellectu, & cortice verbo-
rum, quę ſunt potiùs Notarij, quàm partium,
cuius generis ſunt tres coniecturę ex aduerſo
ponderatę in duabus ultimis deciſionibus co-
ram Priolo 239. & 446. quæ, ſi rectè expen-
dantur nulliùs ſunt ponderis ad effectum, ut
recedi poſſit á regula pro creditoribus mi-
61 litante, & tamen deberent eſſe prępotentes,
efficaces, manifeſtæ, & concludentes, l. nup-
tura, ff. de Iur. dot. l. ſi plures, ff. de vulgar. Bart.
in l. 2. in princip. ff ſi quis in ius vocatus, Dec. in
l. 1. in 2. notab. ff. de reg. Iur. Socc. Iun. conſ. 182.
num. 5. lib. 2. Becc. conſ. 7. num. 17 Surd. dec. 75.
num. 8. & dec. 126. num. 2. Molin. de primogen.
lib. 3. cap. 4. ſub num. 32. Rot. in recent. dec. 151.
num. 7. & 8. part. 6. & in his terminis Bolo-
gnett. conſ. 15. num. 51. Surd. conſ 361. num. 33.
verſic. reſpondeo, Ludouic. Bell. conſ. 116. numer.
30. Thor. vot. 29. num. 44. quinimò reſultantes
ex eodem donationis Inſtrumento, cum non
62 ſufficiat, illas aliundè colligere, Surd. conſ.
129. num 47. maximè in contractibus, in qui-
63 bus ſtrictior fieri debeat interpretatio, Card.
Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 15. n. 15. Surd. deciſ.
173 num. 21.

Tales, autem non ſunt prædictæ tres conie-
cturæ in contrarijs deciſionibus ponderatæ;
ſingulas, enim breui methodo percurrendo,
iuxta ordinem vltimæ deciſionis coram Priolo
239 Non ſubſiſtit prima deducta ex diuerſi-
tate ſtipulationis dotis, & donationis, eo
quia dos ſtipulata fuerit pro Gaſpare, & hæ-
redibus; donatio uerò pro Gaſpare, & filijs
64 naſcituris, & cet. ex Surd. dicta deciſ. 322.
numer. 2.

Tum, quia huic obiecto optimè ſatisfacit
idem Surd. qui potiùs mirificè retorquetur,
dum in eadem ex aduerſo allegata deciſion.
322. nu. 67. verſic. tertia quoque coniectura, &
num. ſeq. aduertit, quòd huiuſmodi ſtipula-
65 tionis diuerſitas non faciat præſumere di-
uerſitatem, quando, prout in præſentia, in
utroque caſu eadem uiget ratio, quia, tàm
Dos, quàm donatio acceptata à Patre pro ſe,
& filijs. acquiritur filijs, uti hæredibus ex re-
gula ſuperiùs firmata, qua rationis identita-
te concurrente, licèt etiam uerbum hęredibus
poſſit dici omiſſum in donatione, cenſeri ta-
66 men debet repetitum, prout firmat Surd. dict.
deciſ. 322. numer. 68. & ſeq. & optimè Gerard.
Mazzol. conſ. 1. num. 102.

Tum etiam, quia huiuſmodi ratio diſcre-
tiuę orationis, non eſt applicabilis in noſtris
termi-

Google

terminis, cum enim Gaſpar ſtipulatus fuerit
donationem *pro ſe, & filijs naſcituris, &c.* &
immediatè in eodem inſtrumento donationis
ſubſequantur verba: *Senta viginti duo mille
per ipſum Gaſparem, & ſuos, &c.* abſque du-
bio prædictæ clauſulæ cæteratæ extendi debēt
pro hæredibus, & ſucceſſoribus, vt in ſpecie
donationis firmant anctotitates ſuperiùs al-
legatæ.

Leuis paritèr eſt ſecunda coniectura, tam-
quam potiſſima conſiderata extra donatio-
nem, deſumpta ex expreſſione facta per Gaſ-
parem in inſtrumento inſinuationis; Guidum
nempè, donaſſe ſibi, & filijs.

Non enim Guidus iſta verba ſimpliciter
expreſſit; ſed potiùs cum omnimoda relatio-
ne ad inſtrumentum donationis, ibi: *Et alids
prout latiùs in ſupradicto inſtrumento, quod præ
manibus habent exhibuit*; vndè nimis extra-
neum videtur velle reſtringere donationem
ad ſolos filios, ex prædicta ſimplici expreſſio-
ne, quæ non ſolùm tamquàm relatiua decla-
67 rari, reſtringique debet iuxta inſtrumentum
donationis relatum; ſed etiam id, quòd deeſt
in uno, ſuppleri debeat ex alio, cum hic ſit
præcipuus effectus relationis, ut ſcripturas
coniungat, vnaque alteram ſuppleat, *Bald.
conſ.212. in princip.lib.5. Dec.conſ.497.nu.3.
Merlin.dec.615.num.6.*

68 Præſertim, attenta dictione, *prout latiùs*,
quæ magis præciſam relationem importat,
Bart.in extrauaganti ad reprimendum, in verbo
*prout, num.2. Dec.conſ.63 num.6. Berou.conſil.
171.nu.35. lib.2.* & in ſpecie hanc ipſiſſimam
coniecturam reprobauit *Rota in rece. dec.264.
part.16.* ideòque ſperatur non eſſe in præſenti
cauſa admittendam.

Tandem non minùs irreleuans detegitur
tertia, & ultima coniectura pariter extra do-
nationem elicita ab inſtrumento conſignatio-
nis ſundaci, ibi: *Ceſſic, &c. dedit, &c. tranſtulit,
&c. Gaſpari eius filio pro ſe, ſuiſque filijs ad
formam donationis, ac hæredibus quibuſcumq;*
ex quibus verbis arguunt deciſiones contra-
riæ, Guidum contradiſtinxiſſe filium ab hære-
dibus, ex diſcretiuo modo loquendi; ſignan-
ter, quia nedum ſunt duæ orationes ſepara-
tæ, & perſectæ; ſed etiam, quia cum valor
mercium ſundacalium ſcutorum 28150. exce-
dat ſcuta 22000. reſpectu ſummæ donatæ ſti-
pulatio intelligi debeat pro ſolis filijs; reſpe-
ctu uerò exceſſus pro hæredibus, & ſucceſſo-
ribus.

Siquidem, cum fuerit literaliter expreſſum,
traditionem rerum fundacalium fieri ad for-
mam donationis, & in eadem donatione vo-
centur filij, non ex perſona propria; ſed vti
hęredes Patris, iuxta indubitatam regulam
Iuris, ſuperiùs firmatam; huiuſmodi relatio
operatur, vt partes intellexerint de filijs,
69 eo modo, quo in donatione ſunt expreſſi,
cum referens non plus cogitaſſe videatur,
quàm, quòd verè in relato continetur, *l.aſſe
toto, ff.de hæred.inſtit. Craucet.conſ.45. num.4.
Surd.conſ.105.num.30. Rot.in recen.deciſ.397.
num.3.part.1.*

Neque illa verba immediatè ſubſequentia,
*ac pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcum-
que*, diuerſificant, ſed potiùs hunc confirmāt
intellectum cum illa particula, *Ac*, interpre-
70 tari debeat expoſitiuè pro *ideſt*, exprimen-
do, quod dabat filijs vti hæredibus & ſucceſ-
ſoribus, iuxta theoricam *gloſ.in l.decernimus
15.* in verbo *ac*, *Cod.de Sacroſanct.Eccleſ. Ce-
ned poſt lib. Canonic.quæſt.ſingular.16. num.2.
Mandoſ.in gloſa facultati, §.ac etiam*, verbo, *ac*,
verſic.item expoſitiuè. fol.60.col.3.

Signanter, quia hunc intellectum ſuadent,
nedum ſubſequentes clauſulæ diſpoſitiuæ, *ad
habendum, &c ponens, &c. conſtituens, &c.* quę
totam determinant aſſignationem, importāt-
que liberam diſponendi facultatem, ex ſupra
deductis; ſed etiam ſubiecta materia, quia
interpretando dictionem, *ac*, expoſitiuè pro
ideſt, non receditur à proprietate verborum,
neque à communi, receptoque intellectu di-
ctæ ſtipulationis, *pro ſe, & filijs* eoş compre-
hendente, vti hæredes, prout neque etiam
á proteſtatione partium, quæ declararunt,
ſtipulationem fieri ad formam donationis.

Fortiùs, quia non ſunt duæ orationes di-
ſtinctæ, & ſeparatæ, vt dicitur in *deciſione
coram Priolo 203 num.14.* ſed potiùs ſtipula-
tio legitur concepta verbis copulatiuis per
71 vnicam orationem, quæ qualiſicat verbum
filijs, vt in terminis tradit *Sace.conſ.3. n.59.
& ſeqq. Ruin.conſ.39.nu.9. lib.1. Menoch.conſ.
999 num.8.*

Hinc eſt, vt nullatenùs conſonet intelle-
ctus, quód ita oratio ſit ſeparanda, & diuidē-
da; adeòut reſpectu ſcutorum 22000 donatio
ſit intelligenda facta pro filijs, & reſpectu re-
ſidui pro hæredibus, prout ſuppouitur in *de-
ciſ.coram Priolo 203.num.12.& ſeq. & deciſ.
229.num.6.& ſeq.* cum enim donator id non
expreſſerit, ſuppletiones imaginarias diuina-
re non debemus, omninò ſubuertentes verba,
mentemque contrahentium ſatis claram in
præcedenti donatione, ſub prætextu referen-
72 di ſingula ſingulis; iſta enim relatio non fit,
niſi quando eſt neceſſaria, vt recti ſermonis
ratio ſaluetur; non autem quando inducitur
repugnantia inter ſcripturas, *Angel. in l.fin.
num.4.Cod.de fideicomm. Corn.conſ.268.nu.22.
& ſeq.lib.4. Dec.conſ.186.col.2. in fin.& conſ.
384.num.6.verſ.non obſtant allegata, Rot.di-
uerſ dec.54.nu.25.& ſeqq.part.2.in rec.dec.75.
n.13.& dec.261.n.7.p.5.*

Prout ex eiſdem etiam rationibus corruit
diſcretiua elicita ab exceſſu ualoris mercium
fundacalium, quia, cum exceſſus fuerit com-
penſatus, partim per accollationem debito-

rum fundaci, partim in pecunia numerata,
73 dicitur habere ſuam cauſam neceſſariam, ex
qua tollitur effectus diſcretiuè, *Surd.conſ.426
num.29.& ſeq.*

74 Præterquàm, quòd diſcretiua non admitta-
tur relatio, niſi uerba pernecesſè compellāt;
Secus uerò, quando aliter poſſunt intelligi,
*Rot.diuerſor. deciſ.54. num 25. & ſeqq. part.2.
& in recent.dec.75.num.13.& 261.nu.7.p.5.*
Neque ulla in inſtrumento adeſt diſcretiua,
ſed gratis ex aduerſo aſſeritur; itaut deducta
circa hoc, fundamento careant ueritatis.

Semperque obſtarent clauſulę ſuperiùs pō-
deratæ *ad habendum, &c.pouens, &c.* quæ dū
totam aſſignationem determinant, æqualitèr
75 illam determinare dicuntur, iuxta regulam
leg.iam hoc Iure, ff.de vulgar. quæ procedit,
etiam ſi unum determinabile eſſet alio fauo-
rabilius, *Bich.dec.634.num.18. Rota in Roma-
na Salarij* 18.*Febr. 1622.coram Pirouano.*

Tandem ex contemplatione certi matri-
monij abſonum eſt in Iure deducere conie-
cturam, ſiue conſequentiam, quòd pro filijs
uti filijs fuerit ſtipulatum; dos enim, & dona-
76 tio propter nuptias datur pro matrimonio,
eiuſque oneribus; & nihilominus tranſit ad
filios, uti hæredes, non uti filios, *l.ſi liberis
18. Cod.de donation.ante nupt. Soccin. Iun.conſ.
28.nu.11.verſic.nec obſtat, quòd donatio, lib.2.
Roderic.Suarez.conſ.9. num.9 Surd.dict.deciſ.
322.num.48.Cardinal.Otthobon.dec.133.nu.7.
& ſeq.*

Neque prædictæ contrariæ cōiecturæ poſ-
ſunt aliquod robur accipere ex depoſitione
duorum teſtium, etiam ſingularium, qui alio-
77 quin ſolent admitti ad declarandam uolun-
tatem, *Gabr.conſ.51.num.8.lib.2.Caſtrenſ.con-
ſil.395.num.1.in princip.lib.2. Soccin.Iun. con-
ſil.178.num.6.& ſeqq lib.2.Surd.conſ.129. nu.
28 in fin.& conſ.356.num.12. Card.Mantic.de
coniect.lib.12.tit.16.ſub num 2.& ſeq.Aymon.
conſ.73.num.33. Cardin.Seraphin. dec.559. nu.
13.& dec.1302. num.1. Cardin.Caualer.deciſ.
381.num 6.& ſeq Buratt.dec.205.num.2.Bich.
dec.18.n.2.& dec.590.num.10.*

Siquidem priuare donatarium libera fa-
cultate diſponendi, nouaſque addere perſo-
nas in donatione non eſt declaratio; ſed po-
78 tiùs inductio nouæ uoluntatis diuerſæ ab ea,
quæ continetur in inſtrumento donationis,
*Bald.in l.hæredes palàm 21. §.ſed et ſi in 3.no-
tab.ff.de teſtam.Gallin conſ.43.n.45.Pruckman.
conſil.14.nu.121.Roman.conſ.45 ſub n.1. verſic.
aut ex hac adiectione, et per tot.*Honded.*conſil.
51.ſub num.75. lib.2. Surd. conſ.380. num.44.
50.et 51.Bim.conſ.297 num.14.* Menoch.*conſ.
331.num.100. et conſ.443. num.71. Bardellon.
conſil.51. num.2. lib.1.* & in ſpecie optimè ad-
uertit *Riminald.iun. conſil.112. num.232. et
ſeqq. lib.2.* & in ſimili egregiè *Iaſ. conſ.56.nu.
26. et ſeq. lib.3.* ubi, quòd declaratio, an in-
79 ueſtitura conceſſa fuerit filijs uti filijs, uel
uti hæredibus, non eſt declaratio; ſed ſubuer-
ſio; cum longè diſtent inter ſe iſti modi ſuc-
cedendi, *Bellon.de poteſt.eorum, quæ fiunt.in
contin.lib.1.cap.16.num.5.* alijſque congeſtis,
optimè, & latè *Cyriac.controu.210. à num.17.
80 vſque ad 34.* ideóque teſtes ſingulares non
ſufficiunt, cum agatur de probanda ſubſtan-
tia contractus, ex adductis per *Card. Mantic.
de coniecturis lib.12. tit.16. num.2. Rot.in rec.
deciſ.351.num.17.et ſeq.par.4.tom.2.*

Præterquàm, quòd, neque depoſitiones te-
ſtium, neque uerba donantis, neque alij actus
debent attendi in præiudicium donatarij,
81 eiuſque creditorum, poſt perfectam donatio-
nem, quæ ex interuallo non recipit, neque
modum, neque conditionem, ut eſt *textus ex-
preſſus in leg.perfecta dotatio 4. Cod.de donat.
quæ ſub modo. Crauett conſ.19.nu.15. Ramon.
conſ.100.num.523. Matthienſ. lib 5. recollect.
tit.6.leg.11.gloſ.3.num.3.*latè *Caſtill.lib 3. con-
trou.cap 10.num.4.et ſeq.Molin.de primog Hiſ-
pan.lib.1.cap.8.num.37.Cancer.var par 3.cap.
7.de pact.num 120.Cutell.de donat.tract.1.diſc.
2.part.10.num.97.verſ.et ratio eſt, de Marinis
cap.165.num.4. lib.2. Roſa conſult 59. num.36.
et conſult 69. num.91. Surd. deciſ.206. num 5.*
Fontanell.*dec.46.nu.2 Rot.in rec.dec.593.nu.7
p.5.tom.2.et dec.38.part.7.*

ARGVMENTVM.

De eadem materia Diſputationis præce-
dentis, vt, nempè, donatio contempla-
tione certi matrimonij facta à Patre fi-
lio acceptanti, & ſtipulanti *pro ſe, & fi-
lijs*, ſuffragetur filijs vti hæredibus; non
autem vti filijs, nullatenus reluctanti-
bus qualitatibus legitimitatis, & natu-
ralitatis, clauſuliſque in infinitum, vel
conſimilibus perpetuitatem denotanti-
bus. Reprobata contraria ſententia *Ca-
ſtilli dec.106.*

Agitur de differentia, inter vltimas volun-
tates, & contractus, ut, nempè, in acti-
bus teſtamentarijs ex prædictis clauſu-
lis perpetuitatem præſeferentibus poſſit
reſultare aliquod fideicommiſſum: Se-
cus aſſerendum in contractibus, & de ra-
tione diſcriminis inter vnum, alterum-
que caſum. Ad ornatum ſingularis theo-
ricæ *Iſern. in cap.1. §.& ſi libellum, verſ.
differt tamen, de alienat.feud.patern.*

In Iure non eſt inconueniens, quòd quis
facultatem habeat alienandi, & nihilo-

mi-

minus, ſi non alienauerit, fideicommiſſum remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio contemplatione certi matrimonij facta à Patre filio* recipienti pro ſe, & filijs, *non ſuffragatur filijs, niſi vti Patris hæredibus.*

2 *A regula Iuris ad hoc, vt recedi poſſit ex cõiecturis, illæ debent eſſe præpotentes, et manifeſtæ,* & num. 40.

3 *Præcipuè in contractibus, in quibus fortiores requiruntur, quàm in vltimis voluntatibus.*

4 *Donatio facta à Patre filio* acceptanti pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis legitimis, & naturalibus in perpetuum, *ſuffragatur filijs vti hæredibus, non autem vti filijs.*

5 *Examinantur ſingulæ authoritates in contrariũ allegatæ per* Caſtill. deciſ. 106. *eaſque, vel non adaptari, vtpotè loquentes in vltimis voluntatibus, vel potiùs firmare contrarium latè oſtenditur,* & num. ſeqq.

6 *Theorica* Bald. in l. Gallus, §. etiam ſi Parentes, ff. de liberis, & poſthum. *in quibus terminis procedat.*

7 *Maſculinitatis qualitas ponderatur à* Baldo *ad excluſionem extraneorum, non autem qualitatis hæreditariæ bonorum.*

8 *Donatio, etiam ſi ſit ſtipulata à Patre pro filijs maſculis, veniunt ſolùm deſcendentes maſculi, qui tamen ſint hæredes.*

9 *Stipulatio Patris pro ſe, & hæredibus legitimis, licèt ſit intelligenda de venientibus ab inteſtato, tamen ſemper qualitas præſupponitur hæreditaria.*

10 *Examinantur nonnullæ auctoritates loquentes in vltimis voluntatibus contrarium affirmantes in contractibus.*

11 *Impugnantur nonnulli Auctores loquentes in terminis contractus, eorumque fundamenta nullo Iure ſubſiſtere pluribus comprobatur, &* num. ſeqq.

12 *Doctoris ſententia, contra quem fuit pluries iudicatum, non meretur attendi.*

13 *Diſtinctio inter vltimas voluntates, & contractus in huiuſmodi materia receptiſſima.*

14 *Affertur ratio diſcriminis, inter vltimas voluntates, & contractus.*

15 *Patris ſtipulatio pro filijs, vti filijs, ob quas rationes ſit eidem Patri vtilior.*

16 *Adiectio Nepotum, Pronepotum, vlteriorumque deſcendentium in ſtipulatione Patris pro filijs impedire non valet, quin ſubintelligi debeat eadem qualitas hæreditaria in omnibus deſcendentibus,* & num. ſeqq.

17 *Liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum.*

18 *Pater quando ſtipulatur* pro ſe, filiis, & nepotibus, *veniunt iidem vti hæredes.*

19 *Idemque aſſerendum, quando Pater donatarius ſtipulatur pro filijs, & deſcendentibus.*

20 *Adiectio deſcendentium in ſtipulatione non impedit, quin vocati de re donata diſponere valeant quando alioquin res eſt hæreditaria, & pro ſucceſſoribus hæredibus acceptata.*

21 *Ratio, pro qua lex præſumit, Patrem ſtipulaſſe pro filijs, vti hæredibus, æquè militat, ſi ſtipulatio legatur facta pro nepotibus, & vlterioribus deſcendentibus in infinitum.*

22 *Qualitas hæreditaria expreſsè requiſita in primis vocatis ad bona donata, quemadmodum cenſeri debet repetita in ſubſequentibus ſubſtitutis.*

23 *Ita etiam idem aſſerendum in qualitate hæreditaria à Iure ſubintellecta in ſtipulatione Patris pro filijs, & deſcendentibus, cum taciti, & expreſſi idem debeat eſſe Iudicium.*

24 *Qualitas hæreditaria requiſita per Patrem donatarium, ſiue expreſsè, ſiue ex Iuris intellectu in proprijs filijs, multò magis eſt præſumenda in Nepotibus, & vlterioribus deſcendentibus.*

25 *Feudum hæreditarium, & ſecundum quid, ſeu mixtum datur, in quo ſuccedunt filij, & deſcendentes cum qualitate tamen hæreditaria, adeò ut vtraque qualitas, & hæreditaria, & ſanguinis requiratur.*

26 *Mentio Nepotum, & deſcendentium iuxta commune votum Parentum in donatione intelligi debet expreſſa, quia exiſtimant bona in eoſdem filios, & deſcendentes cum hæreditaria qualitate fore peruentura.*

27 *In vltimis volũtatibus, vocatis hæredibus maſculis, & legitimis, cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, ob quam rationem in aliquorum ſententia non ſit neceſsè, quòd exiſtant hæredes bonorum, ſed ſufficiat, quod ſint hæredes ſanguinis.*

28 *Agnationis conſeruandæ ratio ceſſat, quoties cum maſculis, etiam fœminæ vocantur.*

29 *Fœminis vocatis, nihil prorſus operatur qualitas legitimitatis, & maſculinitatis,*

30 *Clauſulæ perpetuitatem præſeferentes in contractu donationis non valent operari, vt Pater donatarius intelligatur ſtipulaſſe pro filijs, & deſcendentibus, vti filijs, cum onere fideicommiſſi, non autem vti hæredibus,* & num. ſeqq.

31 *Quidquid contrarium ſit aſſerendum in vltimis voluntatibus, & de diſcrimine, inter contractus & vltimas voluntates.*

32 *Nullatenus repugnat, vt qualitas hæreditaria concurrat in omnibus deſcendentibus in infinitum.*

33 *Fideicommiſſum poteſt etiam conſtitui in contractu.*

34 *Verba* abſque ulla detractione *adiecta in donatione, important, vt nihil penitus donans ſibi voluerit reſeruare ſuper bonis donatis, & important integrè, nihil penitus diminuto.*

35 *Verba impersonalia ſemper referri debent ad perſonam promiſſoris, & loquentis.*

36 *Clauſula* ſaluis tamen, & reſeruatis *in donatione adiecta eſt omninò aduerſatiua, et modificatiua præcedentis donationis factæ abſque aliqua bonorum detractione.*

37 *Aduerſatiuè vna pars declarat alteram, loqui in eiſdem terminis, & de eiſdem perſonis.*

38 *Ex verbis aduerſatiuis verba imperſonalia declarantur, & ad perſonalitatem reducuntur.*

39 *Coniectura æquiuoca non eſt habenda in conſideratione.*

40 *Regula Iuris non eliditur per dubias coniecturas, ſeu probationes.*

41 In

41 *Intentionem fundatam habenti ſufficit offuſcare, dubiamque reddere probationem eius, qui contrarium velit, vel aſſerat.*

42 *Ex qualitate bonorum Iurisdictionalium donatorum, an inducatur præſumptio, ſiue coniectura, quòd donans voluerit eſſe ſubiecta fideicommiſſo,* & num. ſeqq.

43 *Sola qualitas bonorum Iuriſditionalium, fideicommiſſi non immutat qualitatem, ſed regulatur ab acceptatione donatarij.*

44 *Caſtra donata præſumuntur habita pro hæreditarijs, quoties per donatarium fuerunt diſtracta nomine proprio in alium ſtipulantem* pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

45 *Feudum regulariter probatur hæreditarium, atque adeò tranſitorium ad hæredes extraneos ex obſeruantia ſubſequuta.*

46 *Coniectura ex agnatione deſumpta non poteſt allegari ab ijs, qui ſunt de aliena agnatione.*

47 *Agnatio conſeruatur per eos, qui ſunt de familia, ſecus de aliena.*

48 *Referens nihil alterat, neque diſponit, ſed relatum eſt attendendum.*

49 *Dictio quemadmodùm eſt relatiua.*

50 *Relatio verè, & propriè ſcripturas coniungit, & vna alteram ſupplet vt veritas eliciatur.*

51 *Donatio ſtipulata à Patre pro filijs potiſſimùm naſcituris intelligenda pro filijs vti hæredibus; non autem vti filijs.*

52 *Confeſſio Donantis ad filios maſculos donatarij limitata non poteſt fœminis ſuffragari.*

53 *Donationes ſuaptè natura tranſeunt ad heredes.*

54 *Contemplatio Matrimonij hanc donationis naturam non alterat, quia nihil magis matrimonij contemplatione præſtatur, quàm Dos, & Donatio propter nuptias, & tamen iſtę ad hæredes viri, & Mulieris tranſeunt.*

55 *A Patre donante, quoties in donatione non legitur habita mentio filiorum, et deſcendentium ex filio Donatario, ſed ſolummodo idem filius pro illis donationem acceptat, inſurgit vehemens præſumptio, quod filij, et deſcendentes ſuccedant vti hæredes.*

56 *Præcipuè, quando filij donationis tempore nondum erant nati.*

57 *Inſtrumentum interpretationem ſumere debet à Capitulis, cum iſta fiant à partibus, Inſtrumenta autem à Notarijs.*

58 *Intellige, dummodò Capitula, cum Inſtrumento non ſint incopatibilia, nam alioquin numquàm à Capitulis receditur, etiamſi aliquid diuerſum contineant, quia cenſetur per errorem irrepſiſſe.*

59 *Clauſula cæterata* præſenti *appoſita in donatione facta à Patre filio, quemadmodùm extendi debet* pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *etiam extraneis.*

60 *Ita eodem modò intelligi debet ſtipulatio* pro filijs, & deſcendentibus, *vti hæredibus, ne eædē perſonæ in eadem oratione, modò exprimātur vti filij, modò vti hæredes.*

Nam vna pars ſcripturæ declarat aliam.

61 *Donanti, et donatario permiſſum eſt ex interuallo dubia donationis verba declarare.*

62 *Alienatio rei donatæ facta à donāte, et donatario ex interuallo tamquàm de re libera arguit rem donatā fideicōmiſſo non fuiſſe obnoxiam, quādo de huiuſmodi onere poteſt aliquo modo hęſitari.*

63 *Ex poſterioribus ſcripturis optimè remanet declaratum, an præcedens diſpoſitio contineat, vel ne fideicommiſſum.*

64 *In Iure non eſt inconueniens, quòd quis habeat alienandi facultatem, et nihilominus, ſi non alienauerit, fideicommiſſum remaneat.*

65 *Reijcitur contraria ſententia* Decij, & Deciani.

66 *Argumentum poteſt deſumi à bonis emphytheoticis, et feudalibus pro interpretatione ſupradictæ ſtipulationis.*

67 *In bonis emphytheoticis, et feudalibus, quamuis legatur ſimpliciter facta conceſſio* pro filijs, nepotibus, & deſcendentibus; *ſi tamen ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegijs ſubintelligi debet qualitas hæreditaria, et diſponendi facultas, Nepotes, et deſcendentes cenſentur vocati, quatenus bonorum poſſeſſores non diſponant.*

68 *In Inueſtitura bonorum Abbatiæ* Farfen. *ſtipulata* pro ſe filijs, & nepotibus, *intelligitur eiſdem quæſitum Ius tantùm, ſi poſſeſſores non alienauerint ex conſuetudine eiuſdem Abbatiæ.*

69 *Suppoſita hæreditaria qualitate in filio, poteſt Pater alienare, vel diſponere, etiam de bonis fideicommiſſi filio ſuo reſtituendi.*

CAPVT CVII.

RECEDENDVM à deciſis, cum enim in deciſione reuidenda admittatur concluſio, quòd donatio facta Patri recipienti pro ſe, & filijs non ſuffra-
1 getur filijs, niſi uti Patris hæredibus; quia filij in hoc caſu non uocantur directè à donāte, ſed dicuntur acquirere ex ſtipulatione, & prouidentia donatarij eorum Patris, qui ex Iuris diſpoſitione cenſetur ſtipulari pro filijs, tamquàm eius hæredibus, iuxta theoricam *gloſ. et Bart. in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus,* uerbo *prodierit, ff. de pactis,* ubi *Bart. num. 8.* dicit illam *gloſam* optimè loqui, *Bald. num. 3.* uocat auream, *Angel.* dixit, nullam aliam inueniri meliorem, *Caſtr. et Fulgoſ.* teſtantur ab omnibus reputari notabilem, eſſeque communi Interpretum ſenſu approbatam, *Cardin. Mantic. de tacit. conuent. lib. 14. tit. 18. num. 9. et tit. 19. num. 23. Ant. Monach. de rect. feud. interpret. cap. 23. num. 18. et ſeqq. Giurb ad Conſuet. Meſſan cap. 6. gloſ. 9. num. 35. Amat. reſolut.* 84. *nu. 66. tom. 2.* & in his ſpecialibus terminis *Alciat. conſ. 7. num. 30. lib. 8. Menoch conſ. 286. num. 6. et ſeqq. et lib. 3. præſumpt. 48. num. 1. de Ponte conſ. 80. num. 15. et ſeq lib. 1. Molpheſ. conſ. 2. n. 8. et ſeqq. Mart. conſ. 38. num. 2. et ſeqq. Rouit. conſ. 15. num. 45. lib. 1. Fab. de Anna conſ. 52 num. 22. lib. 1. Capyc Latr. conſult. 79. num. 48. et ſeqq. lib. 2. Nagueroſ. allegat. 37. num 26. de Marin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 89. num. 10. et ſeqq.* iuxtà impreſſionem Lugdunenſem, *Tondut. reſol. ciuil. cap. 55. num. 13 et ſeqq.* cum alijs deductis in præcedenti diſputatione *num. 21.*

Hinc eſt, ut, cum in pręſentia uerſemur in primo membro diſtinctionis; donationis, nēpè,

pè, factæ Frangiotto Vrſino, qui ſtipnlatus
fuit pro eius filijs, & deſcendētibus in infini-
tum, & regula Iuris ſtet pro creditoribus
eiuſdem Frangiotti, quòd ſtipulatio intelligi-
tur facta pro filijs uti hæredibus: Meritò cō-
2 iecturę pro receſſu ab eadem regula, in quibus
potiſſimùm innititur contraria deciſio, debēt
eſſe concludentes, & manifeſtę; adeòut perfe-
ctam, neceſſariamque præſeferant probatio-
nem, *l. nuptura, ff. de iur. dot. l. ſi plures, ff. de*
vulgar. Bart. in l. 2. in princip. ff. ſi quis in ius vo-
cat. Dec. in l. 1. in 2. notab. ff. de reg Iur. Socein.
Iun. conſ. 182. num. 5. lib. 2. Becc. conſ. 7. nu. 17.
Surd. conſ. 361. num. 33. verſ. reſpondeo, et deciſ.
75. num. 8. et dec. 126. num. 2. Molin. de primog.
lib. 3. cap. 4. ſub num. 32. Rot. in recen. deciſ. 151.
num. 7. et ſeq. part. 6. & in ſpecialibus terminis
donationis, *Bolognett. conſ. 15. num. 51. Ludou.*
Bell. conſ. 116. num. 30. Surd. conſ. 361. num. 33.
verſ. reſpondeo Thor. vot. 29. num. 44.
3 Signanter in contractibus, in quibus for-
tiores requiruntur, quàm in ultimis uolunta-
tibus, *Surd. conſ. 572. num. 50. et ſeqq. et deciſ.*
144. n. 21. verſ. reſponderi etiam poteſt.
Tales autem in præſenti themate non con-
currunt: Prima enim, quòd, cum ſtipulatio-
ni factæ à Frangiotto donatario acceptanti
4 *pro filijs, nepotibus, et deſcendentibus* fuerit
ſuperaddita illa qualitas, *maſculis, et fœminis,*
legitimis, et naturalibus, et ex legitimo matri-
monio procreatis in perpetuum, huiuſmodi ſti-
pulatio non ſit intelligenda de hæredibus bo-
norum; ſed tantùmmodò de hæredibus ſan-
guinis, qui alienationes non tenentur habere
ratas, quòdque ex prædictis intelligi debeat
inſtitutum fideicommiſſum ſucceſſiuum; cum
Auctoritates contrariæ allegatę in deciſione,
excepto *Caſtill. dec. 106.* qui abſq; auctoritate,
& perſũctoriè loquitur, alijſq; paucis ſub eius
fide turmatim procedentibus, articulo non
rectè examinato, vel procedunt in vltimis
voluntatibus, quæ, ex infra firmandis, á con-
tractibus maximoperè diſcrepant, vel non
adaptantur, vel retorquentur; ſingulas enim
breuiori methodo percurrendo.
5 Allegatur primo loco *Bald. in l. Gallus, §.*
etiam ſi parente, num. 3. ad med. verſic. aut de
hærede qualificato, ff. de liber. & poſthum. ibi-
que *Caſtrenſ. Alex. & Iaſ.*
Sed hæc doctrina non ſolùm non aduerſa-
tur, ſed benè intellecta mirificè retorquetur;
non enim in præſentia quæritur, an ſtipulatio
reſtringi debeat ad filios, vel potiùs extenda-
tur ad extraneos, ſtante qualitate maſculini-
tatis, prout diſputant *Bald.* alijque Interpre-
tes *in dict. §. etiam ſi parente*; ſed ſolùmmodò
de eo agitur, an filij ad donationem ſint vo-
cati, vti hæredes bonorum, non obſtante qua-
6 litate maſculinitatis, & cenſeri vocatos de-
ſcendentes, vti hæredes bonorum ſupponit
Bald. vbi ſupra, aſſerens, quód qualitas ma-
ſculinitatis reſtringatur ad hæredem proxi-
mum deſcendentem, & non ad extraneum,
prout in ſpecie explicando theoricam *Baldi,*
Iaſ. & aliorum in *dict. §. etiam ſi parente*, egre-
giè aduertit *Cephal* videndus *conſ. 303. num.*
89. & ſeqq. ſignanter *num. 95. & ſeq. lib. 3.*
vbi, quòd ob qualitatem maſculinitatis, neq;
Baldus, neque alij negent, quin deſcendentes
maſculi debeant eſſe hæredes; ſed id pro in-
7 dubitatò ſupponant, ſolùm enim ponderant
maſculinitatis qualitatem ad excluſionem
extraneorum; non autem qualitatis hæredi-
tariæ bonorum, & in præciſis terminis dona-
tionis factæ patri ſtipulanti pro ſe, & filijs
maſculis, quòd huiuſmodi qualitate maſculi-
nitatis non obſtante, filij debeant eſſe hære-
des bonorum, neque alienata impugnare va-
leant, in ſpecie poſt *Cephal.* vbi ſupra, expli-
cando doctrinam *Bald. in dict. § etiam ſi paren-*
te, latiſſimè *Surd. dec. 322. num. 76. verſ ſed re-*
ſpondeo, & num. 77. & 80. propè fin. verſ. &
vbi locus eſſet, Ruin. conſ. 122. num. 1. & ſeq.
& num. 3. verſ. ſecundo caſu, & num. 4. circa
med. verſ. ſicut ergo lib. 1. Marcabrun. conſ. 111.
num. 15 & duobus ſeqq. et num. 36. et ſeq. qui in
8 his etiam terminis donationis ſtipulatæ pro
filijs maſculis, explicando doctrinam *Bald. in*
dict. §. etiam ſi parente, ait, appellatione ma-
ſculorum venire ſolos deſcēdentes maſculos,
qui tamen ſint hæredes, idemque firmant *de*
Marin. quotid. reſolut. dict. cap. 89. num. 27. lib. 1.
Tondut. reſol. ciuil. dict. cap. 55. num. 21. lib. 1.
& amplexa eſt *Rot.* in conſimilibus terminis
donationis in *Auenionen. fideicommiſſi 30.*
Aprilis 1646. § primo enim, coram Reuerendiſ-
ſimo Veroſpio, impreſſa poſt *Tondut. dict. cap.*
55. lib. 1.
Minùs obſtat *Pariſ. conſ. 30. num. 10. et ſeq.*
lib. 2. dum enim dicit, quòd, facta mentione
de hæredibus legitimis, & maſculis ueniant
9 filij, nullatenus in eiſdē qualitatem excludit
hęreditariā, imò illam indubitanter præſup-
ponit, dum allegat *Bart.* & alios in *d. l. Gallus,*
§. etiam ſi parente, ff. de liber. et poſthum. Prout
etiam dicitur de ſtipulatione facta á Patre
pro ſe, et hæredibus legitimis, quòd, quamuis
dictio, *legitimis*, intelligi debeat de uenienti-
bus ab inteſtato; tamen ſemper præſupponi-
tur; quòd ſint hæredes, vt benè aduertit *Al-*
ciat. conſ. 20. num. 6. verſ. his ſtantibus, et ſeqq.
10 *lib. 3.* Præterquàm, quòd, tàm *Pariſ.* quàm
Alex conſ. 105. lib. 1. ab eodem *Pariſ.* allegatus
loquuntur in diſpoſitione per ultimam uo-
luntatem; non autem in contractu, & ad ef-
fectum excludendi extraneos, & admittendi
ſolos deſcendentes, quos debere eſſe hære-
des admittit *Alex. dict. conſ. 105. num. 3.* & be-
nè ponderat *Cephal. d. conſ. 303. n. 100.*
Ruin. conſ. 174. ſub num. 12. adhuc loquitur
in terminis ultimæ uoluntatis; atque adeò in
caſu, in quo Teſtator uoluit, agnationem
con-

conſeruari; qninimò idemmet *Ruin. num.11. verſ.nec obſtat*, quod dictum eſt de ſeudo, ingenuè fatetur, concluſionem non procedere in contractibus, ideòque potiùs retorquetur.

Addncta per *Fuſar.conſ.78.num.9.& conſil. 79 num.3.* procedunt, etiam in diſpoſitione per viam teſtamenti, non autem in contractu, vt in *dict.conſ.79. num.3.* ibi: *Quidquid ſit in feudalibus, emphytheoticis, & alijs conceſſionibus inter viuos*, eamdemque diſtinctionem, inter vltimas uoluntates, & contractus adhibet poſt *Aleiat.conſ.35.num 7.lib.9.Peregrin.* ex aduerſo pariter allegatus, *de fideicommiſſ.art.32. num.9. prope fin. verſ.vbi tamen ſecus concludit in feudalibus, & emphyteoticis*, ibique *Cenſal.in obſeru. verſ.tertiò obſeruo in fin.fol.210.* in Veneta impreſſione, & admiſit in contrarium laudatus *Card. Cerrus deciſ. 512.num.1.* ibi, *quidquid ſit in contractibus*.

Capyc.Latr.dec.70.num.43. verſ.ad tertium, lib.1. loquitur in terminis longè diuerſis, & in conceſſione facta contemplatione ipſius conceſſionarij, & ad effectum, an bona ſeudalia conceſſa dicantur profectitia, vel aduentitia.

11 Solus autem *Caſtill.deciſ.106.num.16.* loquitur in ſpecie in contractu donationis, qui non eſt audiendus: Tum, quia loquitur perfunctoriè, & abſque auctoritate: Tum, quia decipitur, exiſtimans, ex patris ſtipulatione pro ſe, & filijs, Ius ipſis filijs cenſeri acquiſitum independenter à Patte, quod *Rota* nun-

12 quám voluit amplecti, & *Caſtill* pluries reprehendit; atque adeò parum curandum de ſententia Doctoris, contra quem fuit toties ab hoc Sacro Auditorio iudicatum, ut inquit *Rot in rec.deciſ.21.num.9.p.9.*

Prout, neque etiam eſt audiendus *Maſtrill. dec.301.num.16.& 22. part.4.* cum de verbo ad verbum tranſcripſerit eamdem *Caſtill.* deciſionem, ſub cuius fide, articulo non examinato, etiam procedunt, *Cutell diſc.1. ſpecial. 25.ſub num.24.Rocc.reſponſ.71.num.17.& reſponſ.64.num.10. & ſeq. lib.1. & reſponſ.29. num.17.lib.2.*

13 Huiuſmodi autem diſtinctio inter vltimas voluntates, & contractus, eſt receptiſſima, de qua, omiſſis innumeris, qui poſſunt laudari, præ cæteris, agunt *Alex. in d.l.Gallus, §.etiam ſi Pareute, num.5.circa med.verſ.ſecũdò fallit, ff.de liber.& poſthum. Alciat.conſil. 43.num.19.lib.9.Cephal.dict.conſil.303. nu.74. & ſeq.& num 99.& ſeqq. lib.3. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.340.num.12. in fin. verſ.non obſtat, Caſanat. conſ.45. num.173.* aſſerens eſſe communem differentiam, inter vltimas voluntates, & contractus, alijſque congeſtis, *Caſtill. lib.5 contrmedian.cap.96 n.33.poſt princip.*

Ratio, autem diſcriminis in terminis præſentis controuerſiæ eſt ſatis aperta, vt enim poſt ſingularem, nobilemque theoricam

14 *Iſerniæ in cap.1.§.& ſi libellum, verſ.differt tamen, de alienat.feud. patern.* rectè aduertit *de Marin.dict.cap.89.num.16.& ſeq.lib.1.* cum filij per viam vltimæ volũtatis poſſint acquirere abſque interuentu perſonæ Patris pro eis acceptantis; non enim eſt neceſſaria perſona, per quam acquiratur, ſed in quam uoluntas dirigatur, *l.cum Pater §.donationis, ff.de leg.2.* Meritò, ſi Teſtator uocet deſcendentem ad fideicommiſſum, adiectâ qualitate, uel maſculinitatis, uel legitimitatis, cum dictionibus perpetuitatem denotantibus, poteſt cenſeri inductum fideicommiſſum fauore deſcendentium, qui illud conſequi ualeant, & ſi ſolùm ſint hæredes ſanguinis, abſque aliqua bonorum qualitate, in quibus terminis loquuntur Auctoritates contrariæ ſuperiùs laudatæ.

Secus, autem eſt aſſerendum in contractu donationis, in quo, cum neceſſariò requiratur perſona Patris, per quã filijs poſſit acquiri; hinc fit, ut Pater ſtipulando donationem pro filijs, & deſcendentibus, etiam adiecta qualitate, ſiue maſculinitatis, ſiue legitimitatis, cum clauſulis in infinitum, uel ſimilibus perpetuitatem præſeferentibus, intelligi debeat, ſtipulaſſe donationem pro filijs, & deſcendentibus, uti hæredibus bonorum: Hu-

15 iuſmodi enim acquiſitio eſt Patri utilior; ſiue, quia eius intereſt habere filios hæredes, qui ab eo diſpoſita adimpleant, æſque alienum ab eo fortaſsè contractum perſoluant, ipſius exonerando conſcientiam.

Siue, quia præſumendum, uoluiſſe Patrem ſtipulantem pro filijs habere liberam diſponendi facultatem de bonis donatis; itaut filij ad illa non ualeant admitti, niſi tamquám bonorum hæredes à Patre geſta rata habuerint, prout egregiè aduertit *Alciat conſ.20. num.3.& ſeq.lib.3.& cõnſ.43. num.18. & ſeq. lib.9.Menoch.lib.3.præſumpt.48 nu.2.& ſeqq. Surd.dict.deciſ.322. num.34* ibique *Hodierna num 8. & in l.hac edictali, quæſt.2. num.30. Tondut.reſolut.ciuil.dict.cap.55.n.15.lib.1.*

16 Neque adiectio Nepotum, pronepotum, ulteriorumque deſcendentium in ſtipulatione Patris pro filijs impedire ualet, quin ſubintelligi debeat eadem qualitas hæreditaria in omnibus deſcendentibus: Tum, ex quo legalis præſumptio, ut Pater intelligatur ſtipulaſſe pro filijs, uti heredibus, procedit etiã,

17 quando ſtipulatur pro liberis, quorum appellatione abſque controuerſia ueniunt omnes deſcendentes in infinitum, *l.liberorum, ff.de verbor.ſignificat. Decian. conſil.41. num. 24.lib.1. Epiſcop.Barboſ.appellat.130. num.4.* & in ſpecie aduertit *Alex. in l.quod dicitur, num.20.ff.de verbor.obligat.* ubi de ſtipulatione patris pro liberis.

18 Vel, quando ſtipulatur pro ſe, filijs, ac Nepotibus, *Bart.in dict.l. Gallus, §. quidam rectè*

num.

num.8.ff.de. liber. & poſtum. Vel pro filijs, & deſcendentibus, vt pro indubitato ſupponit
19 *Noguerol.alleg 37.num.11.verſ. cum. præſumptio ſit*, & in ſpecialibus terminis donationis
ſtipulatæ à Patre pro filijs,& deſcendentibus,
optimè *Peregrin. conſ.77. num.1. & 5. lib.3.*
20 *Siluan.conſ.98.num.14.verſ.ſextò & n.15.* vbi
quòd adiectio deſcendentium non impediat,
quin vocati de re donata diſponere ualeant,
quando alioquin res eſt hæreditaria, & pro
ſucceſſoribus hæredibus acceptata, *Menoch.
dict.conſ.286.num.18.& ſeq.* iuncta figuratione
caſus *lib.3. Hodiern.ad.Surd. dict. dec.322.
num.28.verſ.tamen hæc deciſio.*

21 Tum etiam, quia eadem ratio ſuperiùs deducta,
pro qua lex præſumit, Patrem ſtipulaſſe pro filijs uti hæredibus, æquè militat, ſi
ſtipulatio ſit facta pro nepotibus, & ulterioribus deſcendentibus in infinitum, in quibus
nullatenus repugnat, ut qualitas hæreditaria
concurrat, *Burſatt.conſ.31.num.15. lib.1. Cephal.conſil.303.num.89.& ſeq. lib.3.* Prout in
22 his etiam terminis dicitur, quòd qualitas hæreditaria expreſſa requiſita in primis uocatis
ad donationem, neceſſariò repetita cenſeatur in ſubſequentibus ſubſtitutis, *Surd.d.dec.
322.n.69.& ſeq.Rot.in Auenionen.fideicommiſſi
11.Martij 1648.§.1.verſ.eo fortiùs corã Reu.
Verospio* impreſſa penes *Tondut.lib.1.reſol.ciuil.dict.cap.55.repetita in recent. dec.160. n.1.
part.10.*

23 Atque adeò idem aſſerendum in qualitate
hæreditaria à Iure ſubintellecta in ſtipulatione Patris pro filijs, & deſcendentibus; cum
taciti, & expreſſi idem debeat eſſe iudicium,
*l.cum quid, ff.ſi certum petat.l.triticum, ff.de
verbor.obligat. Menoch.conſ.108.num.54. Roland.conſ.34.num.54.lib.1. Spad.cõſ.288.num.
8.lib.3. Altograd.conſil.57.num.18. lib.1. Gratian.cap.103.num.22.Rot.in rec.dec.354.n.52.
part.11.& dec.194.n.96.p.5.*

24 Quinimò, eò fortiùs in ulterioribus deſcendentibus eadem qualitas hæreditaria bonorũ
eſt ſubintelligenda; non enim eſt præſumendum, Patrem plus nepotes, pronepoteſque
dilexiſſe, ſtipulando pro eis donationem abſque aliqua qualitate hæreditaria, quod eſt
ipſis nepotibus magis proficuum, quàm proprios filios, pro quibus ſtipulatio intelligi debeat
facta cũ prædicta qualitate hæreditaria
eiſdem filijs præiudiciali.

25 Quæ omnia optimè ex ſimili remanent cõfirmata, cum explorati Iuris ſit, quòd detur
feudum hæreditarium ſecundùm quid, ſeu
mixtum, in quo ſuccedunt filij, & deſcendentes, cum qualitate tamen hæreditaria; adeò
ut utraque qualitas, & hæreditaria, & ſanguinis requiratur, *Clar.in §.feudum, quæſt.9.nu.2
& ſeqq. Alex.conſ.26.num.2.& conſ.28. num.
19.& ſeq.lib.5.Cephal.conſil.301.n.38. Schrader.de feud.part.2.cap.3.num.23.Roſental.cod.
tract.cap.2.concluſ.33. num.1. & ſeq. & concluſ.49.Sard.conſ.63. num.11. & ſeq. & conſ.
395. num.12. Gabriel. conſ.30. num.24. lib.1.
Oſaſch.conſ.202.nu.36. & dec.Pedemont.161.
num.5.Montan.in cap.Imperialem, §.præterea
ducatus num.80. de prohib.feud.alienat. per Federic.Rot.in recent,dec.483.num.13.14.& 20.
part.4.tom.2.*

26 Hinc igitur fit, ut mentio Nepotum, & deſcendentium, iuxtà commune uotum parẽtum intelligi debeat expreſſa, quia, nempè,
exiſtimant, bona in filios fore peruentura,
ac nepotes ſucceſſiuè, cæteroſque deſcendentes cum qualitate hæreditaria, optimè *Dec.
conſ.216.num.7.verſ.& illa verba, propè med.
Aleiat. conſ.7. num.30. in fin. lib.8.* iuxta poſtremam impreſſionem, *Rot. in rec.deciſ.171.
num.3.part.8.*

Eòque magis prædicta procedunt abſque
difficultate, ea potiſſimùm animaduerſione
27 adhibita, quòd adhuc in ultimis uoluntatibus DD. affirmantes, quód, uocatis hæredibus
maſculis, ſiue legitimis, etiam cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, non requiratur,
quòd ſint hæredes bonorum, ſed ſufficiat, quòd ſint hæredes sãguinis, potiſſimùm
illi innitantur fundamento, quòd præſumi
debeat, Teſtatorem uocaſſe hæredes maſculos, cum prædictis qualitatibus cauſa conſeruandi
bona in agnatione, cuius uoluntas elideretur, ſi qualitas hæreditaria bonorum eſſet
requiſita; ut poſt *Ruin. conſ.174. num.12.
ad med.lib.2.* aduertit *Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.
240.num.12.verſ.aſſentio primæ opinioni*: Quæ
28 ratio conſeruandæ agnationis abſque dubio
ſublata remanet in præſentia, quia cum maſculis uocantur etiam fœminæ, *Socein. in leg.
cum auus,num.82.verſ.ſecundus caſus, ff.de cõdit.& demonſtrat.& in l.Gallus, §.nunc de lege
Velleia,ff.de liber.& poſthum. Alex.conſil.
115.num.10.lib.2. Aym.conſ.180.num.1.et cõſ.
306.num.5.Bald.conſ.473.lib.5. Dec.conſ.370.
num.30.Gozadin.conſ.29.num.3.Curt.I un.conſ.
172.num.4.et ſeq.* optimè *Giouagn.conſ.11.nu.
34.lib.2.Intrigliol.* alijs congeſtis, *dec.3.num.
166. Rot.in recent. deciſ.486. num.4. part.1. et
deciſ.221.num.12.et ſeq. part.5.* ubi in ſpecie,
29 quód, uocatis fœminis, nihil prorſùs qualitas
legitimitatis, & maſculinitatis operetur.

30 Multus etiam urget altera coniectura deſumpta ex clauſula, *in perpetuum*, appoſita
in ſtipulatione Frangiotti donatarij ſtipulantis *pro filijs, nepotibus, et deſcendentibus in
perpetuum.*

Nam, quidquid ſit in ultimis uolũtatibus, in contractu tamen donationis, huiuſmodi
clauſula non eſt inductiua fideicommiſſi ob euidentiſſimum diſcrimen, inter unum caſum,
& alterum: Nam cum in ultimis uoluntatibus poſſint filij per fideicommiſſum acquirere
abſque ullo Patris interuentu, ſiue alte-

31 rius pro eo acceptantis;cum non ſit neceſſaria perſona, per quam acquiritur, ſed in quam uoluntas dirigitur, prout eſt *text.in d. l.eum pater, § donationis, ff.de legat.2.* egregiè *Iſern.in dict.cap.1.§.ſi libellum, verſ.differt tamen, de alienat feud.patern.de Marin.d.cap.89 num.16.et ſeq.lib.1.*

Meritò ex progreſſu Teſtatoris fideicommittentis ad plures ſubſtitutionum gradus, cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, poteſt cenſeri inductum fideicommiſſum ex prouidentia ipſius fideicommittentis ſignanter, quia huiuſmodi progreſſus nihil aliud poſſet importare, attenta Teſtatoris uoluntate, quàm uocationem omnium deſcendentium ad fideicommiſſum.

Secus aſſerẽdum in contractu donationis, in quo,cum ſit præcisè neceſſaria perſona Patris, per quam filijs poſſit acquiri,ſignanter. quando donatio non eſt facta Patri, & filijs, ſed Patri acceptanti pro ſe & filijs: Hinc eſt, ut ſtipulatio Patris *pro filijs, et deſcendentibus in infinitum*,ſiue *in perpetuum*,licèt præſeferat acceptationem pro quibuſcumque deſcendẽtibus, debet tamen ſemper intelligi qualitas hæreditaria in eiſdem deſcendentibus, quæ magis Patri ſtipulanti eſt proficua, & quemadmodùm legalis præſumptio,ut pater intelligatur ſtipulaſſe pro filijs,uti heredibus,procedit etiam, quando ſtipulatur pro liberis, quorum appellatione abſque dubio ueniunt omnes deſcendentes in infinitum,*l.liberorum, ff. de verbor. obligat.* Ita etiam idem aſſeren-
32 dum, quando Pater ſtipulatur pro filijs, & deſcendentibus *in infinitum*, cum nullatenus repugnet, ut qualitas hæreditaria concurrat in omnibus deſcendentibus *in infinitum*,prout ſupra latè eſt probatum ex *Burſatt.conſ.31. num.15.lib.1.Cephal.conſ.303.num.89 et ſeqq. lib.3.Peregrin.conſ.77. num.1.lib.3. Menoch conſ 286.nu 18.verſ.tamen hæc deciſio.* Quidquid in contrarium omninò aberrans à communi Interpretũ ſenſu, dixerit *Caſtill.d deciſ. 106.* & in eadem cauſa *Maſtrill.deciſ.301. nu. 16 et 24.* & poſt eos indigeſtè iuxtà morem, *Thor vot.29.num.44.*

Poterat autem omitti id, quod ex aduerſo ſcribentes enixè inculcant,quòd,nempè,fideicommiſſa eodem modo conſtituantur in contractu, ſicuti in ultima uoluntate.

33 Siquidem *text.in l.quoties, C.de donat. quæ ſub modo*, & doctrinæ ex aduerſo congeſtæ id tantùm firmant, quòd, etiam in contractu poſſit cõſtitui fideicommiſſum, quod in controuerſiam deducere abſonum eſſet, cum ſit notiſſimum, etiam lippis, & tonſoribus, ſolùmque in præſenti themate noſtra quæſtio verſatur, non ſuper poteſtate, ſed ſuper præciſa voluntate donantis,& donatarij, an,ſcilicet,uoluerint inducere perpetuum fideicommiſſum.

Prout,neque etiam eſt attendenda tertia coniectura deducta ex prohibita detractione, cum ſuppoſito deciſionis contrariæ, vt pernecesſè ſit referenda ad Franglottum donatarium, alioſque in donatione comprehenſos.

Nam in facto non ſubſiſtit, quia in præſentia nulla adſunt verba prohibitiua detractionis, quo caſu obiectum fortaſsè vrgeret; ſed Henricus,& Franciſcus donatores donant ſine aliquà detractione bonorum, ibi: *Has autem donationes, & omnia præfata fecerunt, & faciunt reſpectiuè DD.Henricus, & Franciſcus eidem D Frangiotto præſenti, & cætera, vt ſupra, videlicet pro ſe, filijs, nepotibus, pronepotibus, & deſcendentibus ab eiſdem maſculis, & fœminis in perpetuũ abſq; aliqua dictorũ Caſtrorum, bonorum, Iurium & actionum vt ſupra donatorũ detractione.* Quæ verba valdè differunt à verbis prohibitiuis, quæ ſolent dirigi ad alium; hæc autem ſunt conceſſiua, & referuntur ab ipſis donantibus, qui declarant,ſe donare omnia Iura ipſis competentia ſuper Ca-
34 ſtris abſque ulla detractione, videlicet, nihilo penitus ſibi reſeruato ſuper bonis donatis, vt declarat *Put.deciſ.20.per tot.lib.3.in correctis*, & important integrè nihil penitus diminuto, *Bertazzol.de clauſ.Inſtrum. clauſ.26 gl. 7.num.5.in fin.* & quando res eſſet dubia,pro-
35 ut eſt clariſſima, ita deberet interpretari, quia verba impersonalia ſemper referuntur ad perſonam promiſſoris & loquentis *Cardin. Mantic.de tacit.lib.14.tit.29.num.4.in fin.Gratian.cap.579.num.28.*

36 Omniſque difficultas ſublata remanet, põderatis ſequentibus verbis, ibi: *Saluis tamen, & reſeruatis, vt ſupra dictum eſt, eidem Henrico omnimoda adminiſtratione, regimine, &c.* huiuſmodi enim uerba ſunt omninò aduerſatiua, & modificatiua præcedentis donationis factæ abſque aliqua detractione bonorum donatorum, ideòque referenda ad donantes, non ad donatarios, *l pro hærede, §.quod ſi tamen, ff de acquir.hæred.Bald.conſ.195 n.11. et ſeqq.lib.2.Surd.conſil.475.n.39. Aldobrand. conſ.89.num.4.lib.1.Barz.dec.97.nu.4.Oſaſch. deciſ.128.num.16.Rot.in recen.dec.231.num.4. part.7.*

Vnde, cum hìc appareat facta reſeruatio ad fauorem Henrici, eodem modo debet intelligi præcedens negatiua detractionis, cui
37 dicta verba fuerunt aduerſatiuè appoſita. Regulare enim eſt, vt vna pars aduerſatiuæ declaret,alteram loqui in eiſdem terminis, & de eiſdem perſonis, *Surd.conſ.354. num.23. Giouagn.conſ.38.num.42.et conſ.75.n.13.et 37.*
38 Et ex verbis adiunctis uerba impersonalia declarantur, & ad perſonalitatem reducuntur, prout in conſimilibus terminis *Cardinal. Mantic. de tacit.et ambig.lib.4. tit.29. num.49. in fin, Gratian. cap.579. num.26. et ſeq.* Archiep.

chiep.

*ebiepiſcop. Royas decis.*210. *num.*3.
Et in omnem caſum huiuſmodi coniectu-
ra, vtpotè æquiuoca, quæque ad perſonam,
39 tàm donantis, quàm donatarij poteſt refer-
ri, non eſt habenda in conſideratione, *Rot.in
rec.deciſ.*629.*num.*24.*part.*4. *tom.*3. & in his
terminis *Ludouic.Bell.conſ.*19.*num.*31.ſignan-
ter pro receſſu á regula Iuris, quæ non elidi-
40 tur per dubias probationes, ſeu coniecturas,
iuxta monitum *Bald.in l.*3. *C.de bonor.poſſeſſ.
ſecund.*Tab. *Molin.de Hiſpan.primog.*2.*part.
cap.*4.*num.*33.*et ſeqq.Piſtor.q.Iur.lib.*1. *q.*13.
41 *num.*45. abſolutum ſiquidem eſt in Iure, ut
habenti intentionem iam fundatam offuſcare
ſufficiat, dubiamque reddere probationem
eius, qui contrarium velit, vel aſſerat, *Surd.
conſ.*505.*num.*6.*ſub verſ.nec dicatur*, *Mandel.
conſ.*451.*num.*3.*et conſ.*452. *num.*44. *Merlin.
dec.*597.*num.*34.
Minus urget altera coniectura deſumpta
42 ex qualitate bonorum, inter quæ adſunt Ca-
ſtra Iuriſdictionalia, quæ vtpotè conſueta
conſeruari in familia, ex ſimplici prohibitio-
ne alienationis præſumuntur fideicommiſſi
onere à donante grauata; Tum ex quo pro-
hibitio alienationis in præſenti donatione
non legitur, in qua potiſſimùm ſe fundant
doctrinæ contrariæ, ſignantèr *Surd.deciſ.*125.
*num.*3.*& ſeq.*
43 Tum, quia ſola qualitas bonorum Iuriſdi-
ctionalium non immutat qualitatem fideicō-
miſſi, ſed regulatur ab acceptatione donata-
rij, ideòque hæc coniectura aliás fuit per *Ro-
tam* reiecta in *recent.deciſ.*401.*num.*30. *& ſeq.
part.*9.
Tum etiàm, quia, cum vnum ex prædictis
Caſtris in donatione comprehēſis fuerit alie-
44 natum per Frangiottum donatarium, tam-
quàm principalem Dominum nomine pro-
prio *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
cumque*, ſub quibus verbis comprehenduntur
etiam extranei, accedente ratificatione Hen-
rici donatoris, inficiari non poterit, quin
Caſtra prædicta fuerint omninò habita pro
hæreditarijs, prout benè arguit *Rot.* loquens
de alijs Caſtris familiæ Vrſinæ, *in recent.deciſ.*
93.*num.*71. *& duob. ſeqq. part.*5. Regulare
45 enim eſt, vt feudum probetur hæreditarium,
atque adeò tranſitorium ad hæredes extra-
neos ex obſeruantia ſubſequuta, *Iſern.in cap.*
1.*§.prætereà, num* 48.*de prohibit.feud.alien.
per Federic.& in cap.*1.*§.inter filiam ſi de feud.
defunct. milit. & in cap.*1. *num.*3. *verſ.ſemper
inſpicitur, de controu.int.maſcul.& fœm. Bald.
in cap.*1.*§.prætereà, verſ.item nota quid ſit in-
ueſt.* rectè aſſerens, quòd dubium qualitatis
bonorum relinquatur interpretationi cōſue-
tudinis, & obſeruantiæ, *Dec.conſ.*78. *num.*41.
*lib.*3 *Odd.conſ.*6.*num.*30. *Bich.dec.*449. *nu.*11.
& 18.*Card.Ottbob.dec.*265.*num.*70. *Rot.in re-
cent.dec.*93.*num.*58.*& ſeqq.p.*5.
46 Tum demum, quia, cum Aduerſariæ non
ſint de familia, & Agnatione Vrſina; ſed de
aliena, & extranea, huiuſmodi coniectura,
quæ præcipuè innititur conſeruationi bono-
rum Iuriſdictionalium in familia, & Agnatio-
ne Vrſina, non poteſt allegari ab eiſdem ad-
uerſarijs, quæ ſunt de aliena agnatione, benè
Rot.in Fanen.ſucceſſionis 6.*Aprilis* 1662.*§.nec
denique, coram Reuerendiſſimo Albergato*. Idq;
47 ea potiſſimùm ratione, quia Agnatio conſer-
uatur per eos, qui ſunt de familia, ſecus de
aliena, *Rot.in rec.dec.*115.*num.*21.*p.*8.
Proſternitur altera coniectura deſumpta
ex narratiua facta ab Henrico donante in
alio Inſtrumento, in quo Caſtrorum guber-
nium, vná cum adminiſtratione bonorum
Frangiotto donatario renunciauit, cum ex-
preſſione, quód donatio, tàm ipſi Frangiot-
to, quàm ſuis filijs fuerit facta.
Nam, cum narratio prædicta ſit relatiua
ad Inſtrumentum donationis, eidem princi-
pali diſpoſitioni in inſtrumento relato con-
48 tentæ ſtandum eſt, quia referens nihil alte-
rat, neque diſponit; ſed relatum eſt atten-
dendum, *l.ſi prior, Cod.ſolut.matrim.Dec.conſ.*
163.*num.*6.*Crauett.conſ* 666. *num.*12. *Soccin.
Iun.conſ.*122.*num.*33.*lib.*3.*Berett.conſ.*74.*num.*
34.*& ſeq. Morot.conſ.*1.*num.* 14. *Card.Mantic.
dec.*352. *numer.*2. *Merlin. dec.*608. *numer.*19.
& ſeq.
Accedente potiſſimùm dictione illa rela-
49 tiua, ibi: *quemadmodùm latiùs in Inſtrumento
donationis, Auth.ſi quis in aliquo, Cod.de edend.
Dec.conſ.*63.*num.*6.*& per tot.Berou.conſ* 171.
*n.*25.*lib.*2.*Rot.in rec.deciſ.*282.*n.*4.*verſ.tertiò,
part.*4.
Fortiùs, quia non eſt reſtringenda donatio
ad filios, vti filios ex iſto actu renunciationis
Gubernij Caſtrorum, in quo Henricus dona-
tor non proceſſit reſtringendo, ſed ſimplici-
50 ter enunciando donationem iam factam; &
ſufficeret natura relationis, quæ verè, pro-
prièque ſcripturas coniungit, & vna alteram
ſupplet, ut veritas eliciatur, *Bald.conſ.*212.
*in princip.verſ.& eſt de natura veritatis lib.*5.
*Dec.conſ.*497. *num.*3.*Decian.conſ.*3.*numer.*59.
*& conſil.*7.*numer.*99. *lib.*1. *Penia deciſ.*1350.
*num.*5.
Præterquàm, quòd, admiſſa etiam donatio-
ne, prout enunciatur, facta Frangiotto, & fi-
lijs maſculis: Nihilominus id ſolùm abſque
alijs coniecturis non ſufficeret ad effectum,
vt donatio dicatur facta filijs vti filijs, ma-
51 ximè in filijs naſcituris, *Gerard.Mazzol.conſ.*
1.*numer.*83.*&* 96. latè *Camill. de Medic.conſ.*
142. *de Pont.conſ.*80 *ſub.n.*16. *lib.*1. *Menoch.
conſ.*286.*lib.*3. Theſaur. *lib.*4. *quæſt. forenſ.*2.
*Hodiern.ad Surd.dict.dec.*322. *num.*11. *& in
l.hac edictali quæſt.* 2. *num.*30. *Cod.de ſecundis
nupt. Aniebin. in allegat. impreſſ. penes Epiſc.
Ricc.collect.*3948.

Neque confeſſio Henrici donatoris, tam-
quàm limitata ad filios maſculos donatarij
52 poſſet ſuffragari Aduerſarijs, vtpotè fœmi-
nis, *l. in agris. ff. de acquiren. rer. Domin. Card.
Seraphin. dec. 911. num. 2.*

Tandem nullius eſt momenti altera conie-
ctura, quam ex aduerſo ſeribentes efficaciſſi-
mam nuncupant, quòd filij ſint vocati, uti fi-
lij ex natura donationis factę contemplatio-
ne matrimonij.

53 Siquidem donationes ex ſui natura tran-
ſeunt ad hæredes, *l. 1. ff. de donation. l. Senatus
35. poſt princip. ff. de donat. cauſ. mort. Alex.
conſ. 14. num. 3. lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 13.
tit. 21. numer. 20. Theſ. Iun. lib. 2. quæſt. for. 60.
num. 10. Cutell. de donat. contemplat. matrim.
diſcur. 1. ſpecial. 24. num. 14. & ſeqq. Surd. dec.
322. num. 39. Pur. dec. 273. n. 9. lib. 3. in correct.
Achill. dec. vnic. tit. de donat.* Contemplatio ue-
rò Matrimonij hanc naturam nullatenus al-
54 terat, quia nihil magis datur contemplatio-
ne matrimonij, quàm dos, & donatio propter
nuptias, & tamen illæ tranſeunt ad hæredes
Viri, & Mulieris, neque filij Ius aliquod con-
tendere ualent, niſi ratam legitimæ, prout
in bonis omninò liberis, eſt *tex. clarus in l. ſi li-
beris 18. Cod. de donat. ante nuptias, Soccin. Iun.
conſ. 28. num. 11. verſ. nec obſtat, quòd donatio,
lib. 2. Surd. dec. 322. num.* 48. & benè in termi-
nis arguit *Suarez conſ. 9. num. 9. Rot. in recent.
deciſ. 203. num. 3. part.* 8. *Cardin. Cerrus deciſ.
435. Card. Otthobon. dec. 133. num. 7. &* 8. & la-
tiùs diſputatione præcedenti firmauimus:

Ex quibus patet, contrarias coniecturas in
deciſione ponderatas nullatenus eſſe atten-
dendas pro receſſu à regula, quòd, nempè, ſti-
pulatio intelligatur facta à Patre pro filijs,
tamquàm hæredibus, ſignanter, quia vrgen-
tiſſimæ concurrunt pro illa firmanda.

Initio igitur illa nobis ſe offert, quia do-
natio fuit facta ab Henrico pro exequutione
capitulorum matrimonialium, in quibus Hé-
ricus promiſit donare Frágiotto, nulla pror-
sùs habita mentione de filijs, aut deſcenden-
55 tibus; Præcipuè, quia in inſtrumento dona-
tionis mentio filiorum, & deſcendentium
nullatenus fuit facta à donante, ſed ſolùm
à donatario acceptante, ex quo inſurgit ve-
hemens præſumptio, donantem filios dona-
tarij non contemplaſſe, quo caſu filij ſemper
indiſtinctè ſuccedunt, vti hæredes, *Dec. conſil.
215. nu. 4. ante fin. verſ. ad oſtendendum, Rouit.
conſ. 15. num. 1. lib. 2. Thor. vot. 29. num. 42. ver-
ſic. tantò magis, Galeot. controu. 57. num. 18. &
ſeq. lib. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 322. num. 2. Rot.
in recent. deciſ. 264. num. 2. part. 13.* quæ conie-
56 ctura fortiùs vrget, ex quo filij, tempore do-
nationis, non erant nati; *Menoch. conſil. 286.
num. 16. Camill. de Medic. conſ. 142. num. 6. &
13. de Ponte conſ. 80. num. 16. lib. 1. Surd. d. dec.
322. num. 42.* ibique *Hodiern. num. 11. & in l.
hac edictali, quæſt. 2. num. 30. Cod. de ſecundis
nupt.* rectèque conferunt deducta per *Afflict.
in cap. 1. num. 21. de alienat. feud. patern.* qui
aſſerit, quòd maximoperè interſit, an filij ſint
nati tempore acquiſitionis, vel naſcituri.

57 Multóque magis, quia ſequens inſtrumen-
tum in exequutioné capitulorum ſtipulatum
debet intelligi iuxta formam capitulorum,
& ab eiſdem ſumere interpretationem,
cum capitula fiant à partibus, inſtrumenta
autem à Notario, *Alex. conſ. 156. num. 8. &
ſeqq. lib. 6. Paul. de Montepic. conſ. 52. num. 19.
Aym. conſ. 964. num. 24. verſ. ſecundò, Add. ad
Ludouiſ. dec. 168. num. 8. Surd. dec. 71. num. 4. &
ſeqq. & dec. 288. num. 41. Merlin. dec. 608. num.
17. & duob. ſeqq. Bich. dec. 230. num. 1. Cardin.
Otthobon. deciſ. 99. num. 33. Cardin. Celſ. dec. 59.
num. 3. Rot. in recent. dec. 312. num. 8. part. 11.* &
in his terminis eadem *Rot. in recen. deciſ. 264.
num. 6. part. 16.*

Neque ſatisfacit cōtraria reſponſio, quòd,
nēpè, partes potuerint recedere à capitulis;
ſubſiſteret enim obiectum, quando capitula
58 eſſent incompatibilia cum Inſtrumento, &
conſtaret de certą voluntate recedendi à ca-
pitulis, putá, quia fuiſſent deleta, aut aliter
declarata voluntas; ſed quando capitula ſunt
compatibilia cum inſtrumento, neque appa-
ret de certa, & incontrouertibili voluntate
ab illis recedendi, nunquàm receditur à capi-
tulis, etiam ſi continerent aliquid diuerſum,
quia cenſeretur per errorem irrepſiſſe, & ad
formam capitulorum inſtrumētum ſemper eſt
reducendum, *Dec. conſ. 195. num. 3. verſ. ſed ta-
men prædictis, Paul. de Montepic. conſ. 62. num.
17. ad med. & ſeqq. Torniell. conſ. 49. num. 35.
verſ. & dicta, & verſ. & ſi alia faciet, Alex.
conſil. 122. num. 2. lib. 2. & conſ. 159. nu. 9. lib. 6.
Surd. deciſ. 288. num. 41. & deciſ. 71. num. 4. &
ſeqq. Merlin. dict. deciſion. 608. num. 16. &
ſeqq. Archiep. Royas dec. 231. num. 5. & tribus
ſeqq. Cardin. Otthob. dec. 99. num. 34. Rot. in rec.
dec. 59. num. 12. part. 4.*

Secunda coniectura, & quidem urgentiſſi-
ma inſurgit, ponderatis uerbis eiuſdem do-
nationis, ibi: *Ceſſit, & donauit eidem Fran-
giotto præſenti, &c.* quæ clauſula cæterata,
59 ſicuti in hac materia donationis de ſui natu-
ra tranſitoria ad hæredes extendi debet *pro
ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque,
etiam extraneis, Cardin. Seraphin. dec. 703. nu. 2
Rot. in recent. deciſ. 707. nu. 10. part. 1* ubi quòd
dicta clauſula extendatur in donatione *pro fi-
lijs, hæredibus, & ſucceſſoribus, & deciſ. 290.
num. 5. & ſeq. part. 9. & in Romana ſucceſſionis
de Comitibus coram Reuerendiſſimo Ghislerio
impreſſa deciſ. 44. num. 13. poſt Cenſal. in obſeru.
ad Peregrin. de fideicommiſſ.* in Veneta impreſ-
ſione, & in ſpecie donationis factæ *præſenti,
&c. Card. Otthob. dec. 255. num. 5. Card. Cerrus
deciſ. 441. num. 17.*

Ita

60 Ita,dum inferiùs in eadem donatione Frã-
ciottus ſtipulatus fuit donationem factam
ab Henrico *pro filijs, & deſcendentibus*,debet
intelligi ſtipulatio eodem modo *pro filijs, &*
deſcendentibus vti hæredibus, ne in eadem do-
natione detur contradictio, ut eædem perſo-
næ exprimantur modò uti filij, modò uti hę-
redes; una enim pars ſcripturæ declarat alte-
ram, ut in ſpecie *Gerard.Mazzol.conſil.1.nu.*
102.Corn.conſ.13.lib.3.Surd.dict.deciſ.322.nu.
65.68.& ſeq.

Tandem concurrit tertia coniectura de-
ſumpta ex ſubſequuta obſeruantia,quia anno
1601. Frangiottus donatarius alienando Ca-
ſtrum Gauignani ſub donatione comprehen-
ſum, medio Iuramẽto aſſeruit,non eſſe ſubie-
ctum alicui fideicommiſſo purificato, uel pu-
rificando, cum ratificatione Henrici donato-
ris, qui actus alienationis Caſtri factæ à do-
natario, tamquám de re libera, & non fidei-
commiſſaria cum conſenſu donantis,optimè
declarat, eos intellexiſſe ſtipulationem dona-
tionis pro filijs, vti hæredibus, aliás non aſ-
ſeruiſſet, non eſſe ſubiecta fideicommiſſo, cõ-
mittendo periurium in animæ detrimentum,
adeòut vindicet ſibi locum obſeruantia inter-
pretatiua, & quatenus verba donationis eſ-
ſent dubia, dicuntur declarata,tàm à donan-
te,quàm à donatario ex vi dictæ alienationis,
61 quod indubitanter eiſdem erat permiſſum,
etiam ex interuallo, *Deciau.conſ.7.n.99.lib.1.*
Redenaſch.conſ.36.num.106.& ſeq.Cyriac.con-
trou.295.num.30.& ſeqq. Mierez de maiorat.
lib.1.quæſt.44.num.16.Fontanell.de pact.nupt.
clauſ.4.gloſ.5.num.12.& dec.172.nu.9. Cutell.
de donat. tract 2. diſc.1.ſpecial.7.num.27.&
ſeqq. Cancer.var.cap.8.de donat.num.180.Ga-
leot.controu.57 num.23.verſ.quod autem, Roſa
conſult.69.num.108.Cardin.Seraphin.dec.837.
num.14. Card.Otthobon.dec.195.num.18. vbi
62 in ſpecie de alienatione facta à donante, &
donatario, tamquàm de re libera, *Bich.deciſ.*
307.num.21.& dec.252.num.25. Rot.in recen.
deciſ.238.num.5.part.3. Auenionen. fideicom-
miſſi 30. Aprilis 1646. §.accedit coram Veroſ-
pio impreſſa poſt *Tondut.lib.1. quæſt.ciuil.d.*
cap.55.

63 Regulare enim eſt in hac materia,vt ex po-
ſterioribus ſcripturis,optimè remaneat decla-
ratum, an præcedens diſpoſitio contineat,
vel ne fideicommiſſum, *Fuſar. de ſubſtitut. qu.*
593.num.159.& ſeq.Galeot.d.controu.57.num.
24. optimè *Rota in Romana ſucceſſionis de Co-*
mitibus coram Reuerendiſſimo Ghislerio impreſ-
ſa poſt *Ceuſal.ad Peregrin.de fideicomm.deciſ.*
64.numer.14. & ſeq.

Cæterùm probata ex prædictis neceſſaria
qualitate hæreditaria bonorum in deſcendẽ-
tibus, cuius vigore alienationes factas à præ-
deceſſoribus ratas habere tenentur, quamuis
ſine veri præiudicio admittatur, ex verbis in
ſtipulatione appoſitis, *pro ſe, filijs, nepotibus,*
pronepotibus, & deſcendentibus maſculis, &
fœminis, ac legitimis, & naturalibus in perpe-
tuum, poſſe reſultare fideicommiſſum fauore
deſcendentium,illud poſſet operari,quatenus
per deſcendentes diſpoſitum non fuerit,ita ut
vocatio ſibi locum non vindicet,niſi in rebus,
de quibus non fuerit diſpoſitum. Non enim
64 eſt in Iure inconueniens, quòd quis habeat
alienandi facultatem, & nihilominus, ſi non
alienauerit, fideicommiſſum remaneat, *l.Ti-*
tius, ff.ad Trebell.*Auth.contra rogatus, C.eod.*
& in ſpecie firmant *Ancharan.conſ.365.nu.9.*
Socein.conſil.123.lib.3.Iaſ.conſ.173. & conſil.
232.col.fin. lib.2. Ruin.conſ.76. num.13. lib.2.
Berou.conſ.86.num.26.lib.2. Gabr.conſ 99.nu.
10.& ſeqq.lib.2.& conſ.123.num.41.lib.1.Ce-
phal.conſ.16.num.58. Torniol.conſ.102.num.
14.Rimin.Iun.conſ.381. num.36.& ſeqq. An-
charan.Iun.quæſt.famil.lib.1. quæſt.12.num.9.
Surd.conſ.10.num.31.Gabr.conſ.99.num.10.&
ſeqq.lib.2. Menoch. conſ.1006. num.30. & ſeq.
Peregrin.de fideicomm. art.40. num 45. & ſeq.
Altograd.Iun. contr.48. num.1. Merlin.deciſ.
459.num.3.& ſeq. Priol. deciſ.124. num.2. &
ſeq. Rot.in recentior.deciſ.155. num.20. & de-
ciſion.186.numer.3. part.4.tom.2. Reiecta
65 opinione *Deciani reſponſ.99.num.24.lib.5. &*
Dec.conſ.253.& aliorum, qui diſſentiunt;quia
minus veris, & communiter reprobatis argu-
mentis conſuluiſſe affirmant, eos confutan-
do, *Theſaur.quæſt.forenſ.lib.1. quæſt.17. num.*
18.& ſeq. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.650.num.45.
Arguellus dec.99.num.17.& contrariam ſen-
tentiam eſſe communem pluribus comprobat
Menoch.lib.4 præſumpt.194.n.37.et ſeqq.

66 Prout in ſimili idem habemus in bonis em-
phytheoticis, & feudalibus, à quibus poteſt
deſumi argumentum pro interpretatione di-
ctæ ſtipulationis, prout deſumit *Peregrin.*
conſ.77.num.5.lib.3.et de fideicomm. artic.32.
67 *num.11.*in his enim, quamuis legatur facta
conceſſio pro filijs, nepotibus, & deſcenden-
tibus; ſi tamen ex ſtatuto, conſuetudine, vel
priuilegijs ſubintelligi debeat qualitas hære-
ditaria, & facultas diſponendi; nepotes, &
deſcendentes cenſentur vocati, quatenus bo-
norum poſſeſſores non diſponant, & non ali-
ter, prout latiſſimè firmant *Marcabrun. conſ.*
26.à num.222.vſque ad finem,vbi optimè ma-
teriam explicat reſpondens omnibus contra-
rijs, *Rot.poſt Giouagn.conſ.44.n.106.lib.2.*

68 Ideòque in inueſtitura bonorum Abbatiæ
Farfen. ſtipulata *pro ſe, filijs, et nepotibus*,
quòd iſtis intelligatur quæſitum Ius tantùm,
ſi poſſeſſores nõ alienauerint,cum ex cõſuetu-
dine dictæ Abbatiæ ſubintelligatur clauſula
hæreditaria, pluries firmauit *Rot.* ſignanter
coram *Penia deciſ.1192.per tot.et deciſ.1221.*
n.1.et ſeq.& coram *Buratt.dec 87.n.8.et ſeqq.*
pręſertim *n.17.et in rec.dec.86.n.11.et ſeq.p.5.*

At-

Digitized by Google

69 Atque adeò, ſuppoſita qualitate hæreditaria in filijs, poteſt pater alienare, vel diſponere, etiam de bonis fideicommiſſi filio ſuo reſtituendi, cum is filius neceſſariò Patris heres eſſe debeat. *Menoch. conſ.286. num.21. et ſeq.et conſ.89.num.60.66.et 68.*

Iuxtà firmata fuit deciſum per Rotam, cauſa acerrimè diſceptata, in recent.deciſ. 529.part.14.

ARGVMENTVM.

Donatio contemplatione certi matrimonij eſt portio contractus dotalis, quinimò cum eò confunditur, tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum; ideòque ad obſeruantiam donationis, nedum competit actio Viro donatario; ſed etiam ipſimet vxori, eiuſque liberis, non conſequutiuè, ſed principaliter, & primariò; Adeò vt, tàm vxor, quàm filij poſſint ſe opponere aduersùs Creditores Viri, Patriſque reſpectiuè contendentes, conſtante matrimonio, proprietatem rei donatæ diſtrahere, vel exequutionem facere ſuper annua præſtatione promiſſa à Socero contemplatione Matrimonij pro illius oneribus ſubſtinendis.

Nulla prorsùs adeſt in Iure repugnatia, quòd Vir tamquàm Dominus, poſſit hypothecare bona donata contemplatione certi matrimonij, & nihilominus ſint ſalua Iura Vxoris ſuper conſeruatione annuæ præſtationis conuentæ, conſtante matrimonio, potiſſimùm circa alimenta, quibus nullum inferri poſſit præiudicium per eius Virum.

Potioritatis priuilegium competens fiſco in bonis poſteà quæſitis, extenſum ad dotem, procedit, etiam contra eumdem fiſcum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio contemplatione certi matrimonij eſt portio contractus dotalis, quinimò cum eo confunditur, tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum.*

Nam, ſicuti vniuntur corpora, ità etiam Patrimonia.

2 *Dotis, & donationis contractus eſt quædam permutatio, eò quòd dos ab Vxore data cenſeatur, & matrimonium contractum, vt à Soccerò fiat donatio.*

3 *In donatione contemplatione certi matrimonij Vxor, vnà cum filijs, dicitur habere cauſam onerosam.*

4 *Huiuſmodi donationes non dicuntur habere titulum lucratiuum, cum ſint ſubiectę oneribus matrimonij.*

5 *Gabella ſi ſit indicta pro eo, quod titulo transfertur lucratiuo, non ſoluitur de donatione facta per patrem filio contemplatione matrimonij.*

Expenditur textus in l.1. Cod.de impon.lucrat.de ſcrip.lib.10.

6 *Ad obſeruantiam donationis, nedum competit actio Viro donatario; ſed etiam ipſimet Vxori, nō quidem conſequutiuè; ſed principaliter, & primariò.*

7 *Idque, vel, quia Vxor aliter non contraxiſſet.*

8 *Præcipuè, quia pacta omnia adiecta in inſtrumento dotali præſumuntur tractata, & concordata cum Vxore, eiuſque affinibus.*

9 *Vel, quia Vxoris intereſt, habere Virum locupletem.*

10 *Vxor poteſt agere, conſtante matrimonio, pro ſui indemnitate ad conſeruationem rei matrimonij contemplatione donatæ.*

11 *Filij poſſunt ſe opponere aduersùs Creditores Patris contendentes, conſtante matrimonio, diſtrahere proprietatem rei donatæ contemplatione Matrimonij.*

12 *Actio competens Vxori pro conſeruatione rei matrimonij contemplatione donatæ, dicitur realis, & hypothecaria.*

13 *Donatio contemplatione Matrimonij cauſam illam habet, vt ſeparatum aliquod patrimonium filius conſequatur, ſuper quo dos aſſecuretur, licèt de hoc in donationis inſtrumento expreſſa mentio habita non fuerit.*

14 *Cauſa finalis donationis dicitur certum Matrimonium cum Vxore contractum.*

15 *Non eſt credendum, Mulierem nobilem voluiſſe matrimonium cum Viro extero contrahere abſque congrua donatione pro oneribus matrimonij decenter ſubſtinendis.*

16 *Donationem, vbi conſtat Vxoris contemplatione fuiſſe factam, quæritur illi actio, etiam, quòd verba donationis in eam directè non conferantur.*

17 *Vxor, licèt Iure dominij non valeat agere ad donata.*

18 *Nihilominus tamquàm in donatione comprehenſa, ſaltem ratione finis, à quo proceſſit donatio, poterit agere, vt donata, ſaltem conſtante matrimonio, penes Virum conſeruentur.*

Particeps eſt Vxor contractus vnici, & indiuidualis; atque adeò dicitur in ſtipulatione poſita.

19 *In contractu matrimonij in omnibus pactis in eo appoſitis implicitè includitur Vxor.*

20 *In donatione dicuntur principaliter contemplati, & vocati, tàm filij, quàm Vxor, etiam citrà expreſſam vocationem, & ſtipulationem, quoties legitur facta, vt onera matrimonij cum decore ferantur.*

21 *Donatio dici debet facta gratia vtriuſque coniugis; adeò vt pro vna medietate dicatur Vxor donataria, pro altera verò medietate eius Vir.*

22 *Donatio contemplatione matrimonij ſucceſſit in locum ante nuptialis donationis.*

23 *Tum, quia tendit ad eumdem effectum aſſecurationis dotis.*

Tum

Tùm, quia deſeruit pro ſubſtinendis oneribus Matrimonij, alendiſque liberis.

24 Quidquid contrarium ſit aſſerendum, quò ad alios effectus.

25 Bona in donatione antenuptiali comprehenſa, quemadmodùm non poſſunt, neque hypothecari, neque alienari à Viro.

26 Ita etiam idem dicendum in donatione contemplatione matrimonij, vtpotè ſubrogata in locum antenuptialis donationis.

27 Bona donata contemplatione matrimonij non poſſunt per Virum alienari, neque retrocedi in præiudicium Vxoris, & filiorum.

Amplia, ut num. 27.

28 Vir non poteſt bona donata hypothecare in præiudicium Vxoris, ita vt finis, ob quem fuit facta, ſubſtentationis, nempè, onerum matrimonij, impediatur.

Declara, vt num. 39.

29 Concluſio, de qua ſupra num. 25. non ſolùm procedit, vbi fit retroceſſio per Virum donatarium ipſi donanti.

Sed etiam, quoties ex aliquo actu per Virum geſto reſultat præiudicium Vxoris in ceſſatione cauſæ finalis, ob quam fuit facta donatio.

30 Mulier poteſt ſe opponere Creditoribus Viri donatarij, ſuper exequutione annuæ præſtationis promiſſæ contemplatione matrimonij, vt honorificentiùs coniuges viuant.

31 Bona donata contemplatione matrimonij non poſſunt exequi per Fiſcum Creditorem Viri donatarij.

32 Declaratur Io:de Xart.deciſ.Sardin.7.

33 Potioritas competit Creditoribus defuncti, vel donantis, quamuis poſterioribus, & Chyrographarijs aduersùs anteriores, vel priuilegiatos creditores hæredis, vel donatarij.

34 Fiſco competit potioritas, etiam aduersùs creditores anteriores in bonis poſteà quæſitis.

35 Idemque priuilegium competit doti.

36 Reprobatur contraria ſententia.

37 Afferuntur duo potiſſimùm fundamenta, quibus fulcitur ſententia doti fauorabilis.

Pinguius eſt priuilegiũ, quòd doti indulgetur ex l. aſſiduis, Cod. qui pot. in pignor. hab. quàm quòd Fiſco ex l. ſi is qui, ff. de Iur. Fiſc.

38 Priuilegium Fiſci, quò ad bona poſteà quæſita extenſum ad dotem non procedit contra eumdem Fiſcum.

39 Prout è contra, nec Fiſcus præfertur doti.

40 Contraria ſententia eſt verior, quòd Mulier præferatur etiam Fiſco in bonis poſteà quæſitis.

41 Dotis cauſa eſt magis priuilegiata, quàm Fiſci.

42 Creditor, ſi præter antelationẽ temporis habet pro ſuo credito aliquod priuilegium, præfertur Fiſco in bonis debitoris poſteà quæſitis.

Declaratur text. in l. fin. in Princip. ff. qui pot. in pigno. hab.

43 Examinatur deciſ. Buratt. 861. & in aliquibus ibidem firmatis impugnatur, & num. 46.

44 Dominum bonorum donatorum tunc poteſt dici Viro quæſitum, quando agertur de donatione facta ipſi Viro tantùm.

Vel, quando ex coniecturis deprehenditur, fuiſſe in donatione contemplatam perſonam ſolius Viri, & non Vxoris; tunc enim nullum Ius quæritur Vxori.

45 Stant ſimul, quòd Vir ſit Dominus, & vti Dominus poſſit hypothecare bona donata; ſaluo tamen Iure Vxoris in annua præſtatione conuenta, potiſſimùm circà alimenta, conſtante Matrimonio.

46 Reprobatur deciſ. Buratt. quò ad propoſitionem ibidem firmatam, quòd non competat hypotheca Mulieri ſuper bonis donatis contemplatione Matrimonij.

CAPVT CVIII.

PRÆSVPPOSITA promiſſione facta per Alexandrum Patrem Theodori ſponſi contemplatione, & intuitu matrimonij contracti cum Lucretia de ſoluendis menſtruis ſcutis centum, vnà cum habitatione, ſuppellectilibuſque congruis; Nullo Iure poſſunt per Reuerendam Cameram Apoſtolicam creditricem Alexandri donantis, & Theodori donatarij exequi, & ſucceſſiuè ſubhaſtari bona eorumdem in præiudicium dictæ annuæ præſtationis, & habitationis promiſſæ, eidemque Lucretiæ uxori eiuſdem Thodori debitæ, quæ utpotè principaliter in hoc formaliſſimum intereſſe habens, uná cum filijs, quinimmò in huiuſmodi donatione per Alexandrum ſocerum præcipuè contemplata, ex infra firmandis, benè poteſt ſe opponere, conſtante matrimonio, ad impediendam huiuſmodi exequutionẽ; quatenus, ea ſequuta, dicta menſtrua deluderetur præſtatione, ſine qua utiquę matrimonium non contraxiſſet.

Initio igitur plures ſolidas, firmaſque Iuris concluſiones præmittere oportet. Primò nempè, quòd donatio, de qua eſt ſermo, utpotè inita contemplatione certi, determina-
1 tique matrimonij ſit pars, & portio contractus dotalis, quinimó cum eo confundatur tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduũ, Bald. in l.2. et l. petens, C. de pact. Dec. conſ. 414. num. 14. verſ. ita pariter, Natt. conſ. 609. num. 3. & ſeq. lib. 3. Surd. conſil. 457. nu. 24. Peregrin. conſil. 78. num. 10. lib. 3. Altograd. conſil. 7. num. 13. lib. 1. Marcell. Marcian. conſ. 33. num. 2. verſic. pacta enim omnia, lib. 1. Io: Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dotib. §. 2. num. 21. Gratian. cap. 984. num. 24. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 1. num. 19. Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 1 part. vnic. num. 66. & 69. verſ. diximus, et ſeq. tom. 1. et tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 9. num. 22. verſic. cæterùm, ubi rectè aduertit, quòd ſicuti uniuntur corpora, ita etiam patrimonia, Cardin. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. 13. tit. 4. num. 12. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 2. num. 17. Mattienſ. in nou. recompilat. lib. 5. tit. 6. leg. 1. gloſ. 8. num. 4. Staib. Iun. reſol. 22. nu. 7. et ſeq. lib. 1. Merlin. controu. forenſ. cap. 60. num. 1. et cap. 34. num. 28. lib. 2. Giurb. obſeru. 38. num. 12. et 16. Andreol. controu. 155. num. 11. Capyc. Latr. conſult. 46. nu. 2. lib. 1.

Digitized by Google

*lib.*1.*Tondut.reſolut.eiuil.eap.*55.*num* 9. *lib.*1. *Guid.Pap.dec.*145.*Caſtill.dec.*51.*num.*8.*Muta deeiſ.*25.*num.*4. *Maſtrill.deeiſ.*211.*num* 4.*p.*3. *Monter.deeiſ.Aragon.*10.*num.*7. *Franeb.deeiſ.* 205.*num.*1.*&* 436.*num.*4.*&* 5.licèt huiuſmodi conelusionem aberrantes à communi erroneam aſſerant *Fab.de error.Pragmatic.tom.* 2.*decad.*41.*error.*2. *Merend.controu.Iur. lib.*1. *eap.*22.*num.*14.

2 Adeòut, cum dotis, donationiſque huiuſmodi eontractus potiùs permutationem quamdam redoleat, eò quòd dos ab Vxore data eenſeatur, matrimoniumque eontractũ, vt à ſoecero fiat donatio, *Menoeh.conſ.*723.*nu.* 11.*Cyriae.controu.*270. *num.*4. benè *Io:Franc. de Ponte de poteſt.Proreg.tit* 6.*de aſſenſ.Reg.ſuper dote*, §.2.*num.*20.*& ſeqq.Merlin.dict.eap.* 60.*num.*4.*lib.*2. *Montcr.dict.deeiſ.Aragon.*10. *num.*2.

3 Hine reſultet, ut Vxor, vnà cum filijs cauſam dieatur habere oneroſam, argum. *text.* notabilis ad hoc in *l.*1.*Cod.de imponen.lucrat. deſcript.lib.* 10. ibi: *Affinitatis eoeundæ cauſa donauerit*, & ibi: *Nec, enim Iuris optimi eſt, vt matrimonium cum tot, tantiſque ſuis difficultatibus opprimatur*, *Amat.reſol.*30.*nu.*12. *de Ponte de poteſt.Proreg. d.tit.*6.§.2.*nu.*22.*& ſeq.* ideòque notabiliter dixit *Andr. de Barul. in dict.l.*1.*Cod.de impon.lucrat.deſcript.lib.*10.
4 quòd huiuſmodi donationes non dieãtur habere titulum lueratiuum, cum ſint ſubiectæ oneribus matrimonij, benè *Bart.Io:de Plat.&*
5 *Rebuff.* tradiderunt ibidem, quód, ſi Gabella ſit indicta pro eo, quòd titulo transfertur lueratiuo, non ſoluetur de tali donatione facta filio per rationem poſitam in *text.prædict.& Io:de Plat* expendit eumdem *text.* in illis verbis: *Affinitatis eoeundæ cauſa*, vt qui aliquid recipit, vt donet, vel donat, quia recipit, non dicitur tunc titulus lueratiuus, ibique *Bald.*aduertit, quod donatio propter nuptias non dicatur titulus lueratiuus.

6 Secundò, quód ad obſeruantiã huiuſmodi donationis, nedum Viro donatario eompetat actio; ſed etiam ipſimet Vxori, cuius eõtemplatione eenſetur facta, non quidem eonſequutiuè, & ſecundariò, iuxta non rectam aliquorum ſententiam; ſed prineipaliter, & primariò, vt in ſpeeie optimè firmant, *Menoeh. conſ.*139. impreſſo, inter *conſ. Fab. de Anna lib.*2.*Crauett.conſ.*985.*num.*88. *Bombin. conſ.*61.*Beec.conſ.*20.*num.*9.*& ſeq. lib.*1.optimè *Mareell.Mareian.conſ.*33.*num.*4. *Gratian. cap.*924. *num.*36. vbi quando, prout in præſenti donatione fuit expreſſum, vt gradus, tàm Vxoris, quám viri honorificentiùs ſubſtineatur, *de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*6.§.2.*nu.*20. *Merlin.dict.eap.*60.*num.*5, *& cap.*34. *num.*36. *lib.*2.

7 Idque duplici potiſſimùm ratione: Vel quia Vxor aliter matrimonium non contraxiſſet, *Molfeſ.conſ.*11.*num.*4.*& ſeq. Mareell.Mareian. dict.conſ.*33.*num.*2.*verſ.pacta enim omnia, propè fin. Altograd.conſ.*7.*nu.*19.*lib.*1. *Fontanell. de pact.nupt.dict.elauſ.*4. *gloſ.*1. *num.*19. *Hodiern.ad Surd.deeiſ.*322. *num.*30. *Merlin.dict. cap.*60.*num.*5.*verſ.hoc ideò,& n.ſeq.lib.*2.

8 Præcipuè, quia pacta omnia appoſita in inſtrumento dotali præſumuntur antecedenter tractata, & concordata cum Vxore, eiuſque affinibus, *Mareian.dict.conſ.*33.*nu.*5. *verſ. conſideretur namque*, *Fontanell.de pact. nupt. dict.elauſ.*4.*gloſ.*9.*nu.*35.*verſic.ſic etiam*, *p.*1. *de Ponte de poteſt.Proreg.dict.tit.*6.§.2.*de aſſenſ.Reg ſuper dot.nu.*20.*& ſeqq. Tondut.quæſt. eiuil.eap.*55.*num.*10.*lib.*1.*& eap.*168.*nu.*14. *verſ.hoc enim generale eſt,lib.*2.

9 Vel, quia Vxoris intereſt virum habere locupletem; ſic enim honorificentiùs viuet, ſic filij ſecuriùs habebunt vnde ſe alant, ſic pro ſuis dotibus cautiùs erit conſultum, prout in propoſito arguunt *Menoch.conſ.*261.*num.*15. *&* 37.*& conſ.*944. *num.*74. *verſ.item donatio*, *Rouit.conſ.*15 *num.*8.*lib.*2.*Roland.conſ.*44.*nu.* 22.*lib.*4.*Mareian.dict.conſ.*33.*num.*4 *& ſeqq. lib.*1.*Altograd.dict.conſ.*7.*num.*14.*lib.*1. *Gratian.eap.*984.*num.*24.*&* 36. *Caſtill.lib.*5. *controu.*2.*par.cap.*119.*num.*28.optimè *Fontanell. de pact.nupt.d.elauſ.*4.*gloſ* 1 *num.*30. *Merlin.d. cap.*60. *num.*5. *lib.*2.rectè poſt *Couarr. lib.*3. *var.cap.*6.*num.*10. aſſerens, quòd ſi aliter diceremus fruſtraretur vxor ſpe ipſa tuendi dotem traditam, pro quorum aſſecuratione, & tuitione eenſetur donatio facta, *Angul.de meliorat ad leg.*6.*gloſ.*4.*nu.*8.*&* 10.*tit.*7.*lib.*5. *Rot.in Romana donationis* 14.*Maij* 1657 §.*hinc ſequitur coram Reuerendiſſimo Meltio impreſſ. poſt Cutell.de donat.fol.*311. iuxta Venetam impreſſionem.

Tertiò, Vxoris intereſſe pro conſeruatione bonorum contemplatione matrimonij donatorum, adeò eſt releuans ratione ſupportandorum onerum; adeòque ipſius Vxoris intereſt, hæc bona illibata conſeruari, conſtan-
10 te matrimonio, quidquid ſit, eo ſoluto, vt poſſit agere pro ſui indemnitate ad conſeruationem rei matrimonij eontemplatione donatæ, benè *Giurb.ad Conſuetud.Meſſan. cap.* 9.*gloſ.*8.*poſt num.*84.ibi: *Aliàs, conſtante etiam matrimonio, Vxor, aut filij, aut qui dotauit pro ſua indemnitate agere poſſent ad rei, matrimonij contemplatione donatæ, conſeruationem*, quem ſequitur, pluribus relatis, *Cutell.de donat.tract.*2.*diſc.*1.*ſpecial.*9.*num.*22.*& ſeq.*referens
11 ita decifum in ſuo Senatu. Eademque ratione poſsẽt filij ex eodem matrimonio ſuſcepti, etiam uiuente patre, ſi accideret proprietatem bonorum, vrgentibus Creditoribus, diſtrahi, ſe opponere ad impediendam illorum diſtractionem, *Cutell.de donat.d.tract.*2.*diſc.*1. *ſpecial.*9.*num.*17.*Molin de rit.nupt.lib.*3.*qu.*6. *num.*32.*Ramon.conſ.*100.*num.*524. *Fontanell.*

de

de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.9. part.5. numer.68. & ſeq.

Quartò, quòd, licèt regulare ſit, vt actio
alteri competens ad obſeruationem alicuius
contractus dici debeat actio in factum, proin-
12 dèque perſonalis; illa tamen, quæ competit
Vxori pro conſeruatione rei, matrimonij cō-
templatione donatæ, dicitur realis, & hypo-
thecaria, iuxta receptiſſimam theoricam
*Bald.in l.ſi Præſes, Cod.de donat. Couarr.lib.3.
var.cap.6.num.10.verſic.quartò non tantùm*,
ibi: *Et tamen donatio propter nuptias tendit ad
hoc, vt bona donata ſint obligata ad reſtitutio-
nem dotis. Mareian.dict.conſil.33.num.5. verſ.
ſi enim ſola deſcriptio, Rouit.in Pragmat.1 de
titul.abuſ.num.169.verſ.quod adeò, Ferrer.ad
Conſt.Cathalon.* hac noſtra, *ſub tit.ſolut.matrim.
temp.3.dub.1.num.15.Molin.de ritu nupt.lib.3.
quæſt.1.ſub num.250. Cutell. de donat. tom.2.
diſc.1.ſpecial.15.num.15. & ſeqq. Merlin.dict.
controu 60.num.9.lib.2.Theſaur.dec.32.nu.10.*
vbi ait: *Etiam ſi ex cauſa Nuptiarum, & con-
templatione matrimonij facta donatio fuerit,
quo caſu plus dico, bona donata eſſe hypothe-
13 cata pro dote, & bonis Vxoris, quia ſemper
donatio cauſam illam habet, vt ſeparatum ali-
quod patrimonium filius habeat, ſuper quo dos
aſſecuretur, licèt de hoc in donationis inſtru-
mento expreſſa mentio non fiat.*

His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura videntur abſolutiſſima, nullatenus
poteſt per Reuerendam Cameram Apoſtoli-
cam fieri exequutio contra bona ſoçeri do-
natoris, Virique donatarij in præiudicium
Vxoris, quæ remaneret deluſa annua
præſtatione, & habitatione per ſocerum
promiſſa, ſine quibus vtique non contra-
14 xiſſet Matrimonium. Cum enim cauſa finalis
eiuſdem donationis abſque dubio fuerit cer-
tum Matrimonium cum Vxore contractum,
*Surd.conſ.143. in princip. ante num.1. Staiban.
Iun.reſol foren.22.num.5. & ſeqq.lib.1.Merlin.
d.controu.34. num.6.lib.2. Fontanell. de pact.
nupt.clauſ.4.gloſ.1.num.17. Monter. dec. Arag.
10.num.11.* latè *Caſtill.dec.Sicil.106.* & cau-
ſa unica in donatione expreſſa alia non fue-
rit, niſi, vt ipſi Coniuges poſſent commo-
diùs, & cum decore viuere, ibi: *Acciò detti ſpo-
ſi viuano con decoro, e ſplendidezza, come ſi
conuiene à loro grado*, & paulò inferiùs, ibi: *&
altre commodità, che ſaranno neceſſarie per lo-
ro mantenimento*, Inſpecta potiſſimùm qua-
litate Mulieris Romanæ Nobiliſſimæ nuptæ
15 Viro extero non paris nobilitatis, cum quo
nullatenus eſt credendum, quòd uoluerit ma-
trimonium contrahere abſque particulari,
certa, congruaque donatione pro oneribus
matrimonij ſubſtinendis, prout in his termi-
nis ponderat *Io:Franc.de Pont.conſ.25.num.2.
verſ.videmus nuptui traditam lib.1.*

Ex huiuſmodi facti circumſtantijs reſultat,
fuiſſe abſque dubio quæſitam actionem Vxo-
ri ſuper bonis donatis; vbi enim conſtat, do-
16 nationem fuiſſe factam, Vxoris contempla-
tione, quæritur illi actio, etiam quòd verba
donationis in eam directè non conferantur
ex adductis per *Amat.conſ.74.nu.23. & ſeqq.
Cutell.de donat.tract.2.diſc.1.ſpecial.9.num.11.
12.& 24.Vin.dec.256.num.2.*

17 Et licèt fortaſsè non valeret Vxor Iure do-
minij agere ad donata; nihilominus, tam-
quàm in donatione comprehenſa, tum ex
ſpeciali nominatione de ea habita in expreſ-
ſione cauſæ finalis eiuſdem donationis, ibi:
acciò detti ſpoſi viuano con decoro; Tum etiam
ratione finis, à quo proceſſit donatio, & á
18 quo regi debet ob præſumptam contrahen-
tium voluntatem, rectè, omni Iure agere po-
terit, ut donata penes Virum conſeruentur;
particeps enim eſt Vxor contractus unici, &
indiuidualis; atque adeó dicitur in ſtipulatio-
ne poſita, prout egregiè firmat *Cutell. de do-
nat.dict.tract.2.diſc.1. ſpecial.9. numer.22. &
ſeqq.* ſignanter *num.24.*

Quinimò, etiam ſi in promiſſione facta
contemplatione certi matrimonij non lege-
retur expreſſa Vxoris mentio, prout in præ-
ſentia ſatis apertè facta legitur; adhùc illi
19 ſtatim actio quæſita dicitur: in contractu
enim matrimonij in omnibus pactis in eo
appoſitis implicitè includitur Vxor, *Mareian.
20 dict.conſ.33.num.4.* ſufficitque, donationem
fuiſſe ſpecialiter factam, ut onera matrimo-
nij cum decore ferantur, ad hoc, ut principa-
liter in ea dicantur contemplati, & uocati,
tàm filij, quàm Vxor, etiam citra expreſſam
vocationem, vel ſtipulationem, prout ex *Ber-
trand.conſ.176.lib.2.* egregiè firmat in termi-
nis videndus *Io: Franc. de Ponte dict.conſ.25.
num.6. & ſeq. lib.1. Theodor.dict.allegat.43.
num.20.26. & ſeqq. Molin. de rit.nupt. lib.3.
quæſt.6.num.28. & ſeqq. Cutell.dict.tractat.2.
ſpecial.9.diſc.1.num.11. & duob.ſeqq. Capyc.
Latr.conſult.46.num.9. & ſeqq. lib.1. Staiban.
Iun.in obſeru ad reſol.22. num.1. Maſtrill.dec.
211.per totam.*

21 Vel ſaltem negari non poterit, quòd dona-
tio dici debeat facta gratia vtriuſque coniu-
gis ex correſpectiuitate contractuum dotis,
& donationis in vnico inſtrumento conten-
torum; adeòut pro vna medietate dicatur
Vxor donataria, pro altera veró medietate
ſit donatarius eius Vir, ex receptiſſima *Bart.*
doctrina *conſ.10.lib.2.in fin.*, quam vti ſingu-
larem ſequuntur *Menoch.conſ.40.nu.19.lib.1.
Rouit.* aſſerens deciſum, *conſ.88.in fin. lib.2.
Molin.de rit.nupt. lib.3.quæſt.12. num.26. in
fin.Hodiern.ad Surd. dec.322.num.31. Merlin.
d.contr.34.num.37.lib.2.*

Ex quibus rectè deducitur, quòd optimo
Iure poſſit Vxor aduerſùs exequutionem,
quam contendit facere Reuerenda Came-

ra ſuper bonis, tàm ſoceri donantis, quàm
Viri æquè cum ipſamet Vxore condonatarij
ſe opponere, cum neuter ipſorum potuerit in
præiudicium eiuſdem Vxoris, & filiorum, illa
neque alienare, neque hypothecis Credito-
rum ſubijcere, ſaltem ad effectum impedien-
di dictam annuam præſtationem, conſtante
matrimonio, promiſſam.

22 Siquidem, cum in locum antenuptialis do-
nationis ſucceſſerit donatio contemplatione
matrimonij, *Barboſ.in l.ſi eum dotem. §.tranſ-
grediamur, num.30.ff.ſolut.matrim.Coraſ.in l.ſi-
lium, num.235 C fam.ercisc. Berengar. in l.in
quartam, cap.3. num.72. ff.ad leg.falcid. Ber-
trand.conſ.97.col.1.vol.6. Surd.conſil.143.nu.
46.Decian.conſ.41.num.12.lib.1. Menoch.conſ.
261.num 15.& 41. Natt.conſil.609. num.3.
Roland.conſ 44.lib.4. Becc.conſil.20. num.26.*
latè eruditiſſimus *Anton.Fab.de error.Pragm.
part.2.decad.41.error.3.num.7.& ſeq. Cardin.
Mantic.de tacit.lib.13.tit.4. num.12. Theſaur.
lib.4 quæſt.forenſ.2. num.2. Molin.de rit.nupt.
lib.3.in prælud.num 36.& ſeq.Cutell de donat.
tract.1.diſc.1.partic.vnic.num.8. & ſeq. lib.1.*
licèt *num.12.& ſeq.* videatur dubitare, *Guid.
Pap dec.145.num.4.& ſeq. Milanenſ.deciſ.19.
lib.1 Intrigliol.dec.20.* & legibus Hiſpanis at-
tentis, firmat etiam *Molin.Tholog. de Iuſtit.&
Iur.tom.1. diſput.238. & de contract.diſputat.
290.in finalibus verbis*, qui omnes æquiparāt
23 donationem contemplatione matrimonij cū
antiqua donatione, quam Iura antenuptia-
lem nuncupant, tum, quia ad eumdem tendit
effectum aſſecurationis dotis, tum, quia pro
ſuſtinendis oneribus matrimonij, alendiſque
liberis deſeruit, *Molin.de rit.nupt.lib.3.cap.21.
n.7. & duob.ſeqq.* Quidquid ſit, quò ad alios
24 effectus, de quibus poſt *Cuiac.lib.5.obſer.cap.
4. Cutell.de donat. d.diſc.1. part.vnic. num.7.
Gratian.cap.498.num.44.et ſeqq. Neapodan.in
Rubric.de Iur.quartæ, verſ.item poteſt conſtitui*
ibique *Apoſtilla Capycij*, *Card.Mantic. de ta-
cit.et ambig.conuent.lib.20.tit.3. nu.2. Franch.
deciſ.182.num.5.* & nouiſſimè eruditus *Sada-
rin.reſponſ.30.num.84.*

25 Hinc eſt, vt quemadmodùm in Iure repe-
ritur expreſsè cautum, vt bona in donatione
antenuptiali comprehenſa non poſſint, neque
hypothecis ſubijci, neque alienari à Viro, vt
in *Auth.et toto tit.vt immobil.ante nupt.donat.
neque hypoth.dent.neque omninò alienen. à Vi-
ro collat.5.tit.16.nouell.60.*

26 Ita pariter ſit aſſerendum de donatione
contemplatione matrimonij, quæ ex ſupra
allegatis in locum dictæ antenuptialis dona-
tionis ſubrogatur, *l.1. §.exactio, ff.ſi quis te-
ſtam.lib.eſſe Ius fuer.l.ſi cum 10.§ iniuriarum,
ff.ſi quis caut.l.Pomponius 13.§.cum quis, ff.de
acquir.poſſeſſ.Oldrad.conſ.224.num.25. verſic.
cum in toto illo, Valenzuol.conſ.190. num 47.
et 54.Gratian.cap.719.num.9.*

27 Regulare enim eſt, ut nullatenus poſſint
per Virum huiuſmodi bona donata alienari,
neque retrocedi in præiudicium Vxoris, & fi-
liorum, iuxta celebrem *deciſ.Franch.205. Io:
Franc.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.6.de aſſenſ.
Reg.§.2.num.21. et ſeq.* ibique *Thor. et conſil.
25.num.12.lib.1.Fontanell.de pact.nupt.tom.1.
clauſ.4.gloſ.1.num.18.et 21.Tell.Fernandez in
l.17.Taur.num.73.Paleaz.de Maiorat.Hiſpan.
part.1. qu.22. n.31. ad med. Mattienz. ad leg.
Caſtell.tit.6.l.1.gloſ.8. num 4. Sanchez de ma-
trim. diſput.32. num.1.2. et 3. lib.6. Giurb.ad
Conſuet Meſſan.cap.1.gloſ.8. part.1. num.75. et
ſeq.Molfeſ.conſ.2. num 6. et conſ.11. num.2. et
ſeqq.et ad Conſuet.Neapolitan.tit.de renunciat.
quæſt.7.num.16.tom.1.Gratian.cap.924. n.11.
et ſeqq.Bottilser.de ſucceſſ ab inteſt.theor.70.*la-
tè *Prat.diſcept.40.nu.11.per tot.lib.3. Staiban.
Iun.reſolut.3.num.12.et reſolut.22.per tot. Ho-
diern.ad Surd dec.322.num.10.Merlin.controu.
34.lib.2.Venturin.conſ.14.Add.ad Buratt.dec.
861.verſ.nec.donatio reuocari, Card.de Luca
de donat.diſc.2. num.5. Caſtill.dec.51. num.9.
Io: Oker. deciſ.14. cap.4. Merlin: deciſion.515
repetit.in recent.deciſ.44. par.6.* & in ſpeciali-
28 libus terminis, quòd non poſſit Vir bona
donata hypothecare in præiudicium Vxoris,
itaut finis, ob quem donatio fuit facta, ſub-
ſtentationis, nempè, onerum, conſtante ma-
trimonio, impediatur, optimè firmant *Bom-
bin.conſ.59.nu.16. Venturin.conſ.14.* Gratian.
*cap.924.num.34.et ſeqq.*qui *num 37.* benè ob-
ſeruat, concluſionem, non ſolùm procedere,
29 vbi fit retroceſſio per virum donatarium ipſi
donatori, ſed quoties ex aliquo actu per Vi-
rum facto reſultaret Vxoris præiudicium in
ceſſatione cauſæ finalis, ob quam facta fuit
donatio, & in ſpecie concurſus mulieris cum
30 Creditoribus Viri donatarij annuæ præſta-
tionis contemplatione matrimonij, vt hono-
rificentiùs coniuges viuant; conſtante matri-
monio, egregiè *Rouit. conſil.88. per tot. lib.2.*
benè *Cutell.de donat.contemplat.matrim.tract.
2.diſc.1.ſpecial.9.per tot.*ſignanter *n.14.22. et
duob.ſeqq.et ſpecial.15.n.15.et ſeq.Capyc.Latr.
deciſ.175.num.31.et duob.ſeqq.* vbi in termi-
31 nis, quód huiuſmodi bona donata contem-
platione matrimonij non poſſint hypotheca-
ri per Virum, neque exequi per Fiſcum Cre-
ditorem.

32 Neque ſuperiùs firmatis aduerſantur de-
ducta per *Io:de Xart.*ex aduerſo allegatum,
*deciſ Sardin. 7.per tot.*cum loquatur in termi-
nis longè diuerſis, quando, nempè, donatario
eſt aliundè conſultum pro commoda onerum
matrimonij ſubſtentatione, nullumque preiu-
dicium Vxori, & filijs inducitur, ideòque po-
tiùs retorquetur.

Prædicta verò omnia optimè comprobant
duo potiſſimùm ſolidiſſima Iuris principia.
Alterum, nempè, quòd, cum huiuſmodi bo-

na

bona donata non exiſterēt in dominio ipſius
ſponſi; atque adeò tempore donationis non
eſſent obnoxia hypothecæ Creditorum, ſed
obuenerint á Patre ipſius ſponſi, non ex ſola
ratione amoris ergá donatarium, ſed potiùs
correſpectiuè ad matrimonium, quod alio-
quin ſine dicta dote non fuiſſet contractum;
ideòque in gratiam tertij, nempè, Vxoris, &
filiorum; non ſolùm pro decenter ferendis
oneribus matrimonij, ac pinguiori ſuſten-
tatione; ſed etiam pro maiori dotis cautela,
ex ſupra latè firmatis.

Hinc reſultat, vt quando bona donata
tranſierunt in dominium ſponſi, iam ex præ-
cedenti conuentione, inter mulierem, ſeu do-
tantem, ac donatorem, præuentiuè impreſ-
ſam habebant dictam cauſam, ſeu obligatio-
nem, & ſucceſſiuè non poterant cadere, ſub
hypothecis Creditorum eiuſdem ſpōſi dona-
tarij, niſi cum dicta qualitate, & cauſa præ-
cedenti, quæ licèt in tempore ſit poſterior,
nihilominus, tamquàm proueniens à tertio
non debitore, potior eſt, iuxta illam potio-
ritatem competentem Creditoribus defun-
33 cti, vel donantis, ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue
oneroſa, quamuis poſterioribus, vel Chyro-
grapharijs aduersùs anteriores, vel priuile-
giatos Creditores hæredis, uel donatarij, *l.1.*
§.ſciendum, l.2.ff.de ſeparat.bonor. gloſ.fin.in l.
eos 9.verſ.item fallit, C.qui pot.in pignor.hab.
Bald. et Salicet. in l.1. Cod. de bon.auct.Iudic.
poſſid.Caſtr.conſil.245.num.1. et conſil.315.nu.
1.lib.1.Decian.conſil.11.num.193. et ſeq. lib.1.
Altograd.conſil.4.ſub num.14.et ſeqq.lib.1.de
Ponte conſil.64.num.34.lib.2.Fontanell.de pact.
nupt.clauſ.4 gloſ.9. part.2. num.51. Theſaur.
quæſt.forenſ.45.num.1. lib.3. Coſt.de port.rat.
quæſt.45.num.1.et ſeq.et remed.ſubſid.40.nu.1.
et ſeq. Merlin.de pignor.lib.4.quæſt.35.num.6.
et ſeq. Andreol.controu.276.num.1. Borgn.Ca-
ualcan deciſ.28.num.40.et 41.part.3.Surd dec.
310.Franch.dec.246.num.9. verſ.quò verò ad
creditores, Cardin.Caualcr. deciſ.41. num.3. &
benè in his terminis ratiocinatur *Card.de*
Luca de donat.diſc.6.n.7.

Alterum, uerò fūdamentum reſultat, quia,
34 quemadmodùm Fiſco competit potioritatis
priuilegium; etiam aduersùs Creditores an-
teriores in bonis poſteà quæſitis, iuxta *text.*
ſingularem in *l.ſi is, qui 28.ff.de Iur.Fiſc.Bar-*
boſ.2.part.leg.1.ff.ſolut.matrim. num.12. et 16.
ad fin. Ant.Fab.lib.2.coniectur. cap.10. Cuiac.
lib.10.obſeru.cap.22. Forner.lib.2. ſelect. cap.
24.Acoſt. de priuileg. Cred. regul.2. ampliat.7.
num.168.Gregor.Lopez in l.33. tit.13. part.5.
uerbo *entonces, verſ.cum et Fiſcus, Guttierez*
pract.lib.3.quæſt.99 num.11. Caſtill.lib.3. con-
trouerſ.cap.4.num.19.Cardin.de Luca de credit.
diſc.19.num.1.et ſeqq.Reuerter.deciſ.380.n.4.
ibique *de Marin.in obſeruat.n.4.*

35 Ita etiam idem priuilegium competat do-

Epiſcop.Rocca Vol.II.

ti in eiſdem bonis donatis poſteà quæſitis, cū
reſpectu hypothecæ mulier, & fiſcus æquipa-
rentur, iuxta magis receptam ſententiam,
quàm latè tuentur *Salic.in l.aſſiduis, n.4.*ibiq;
Bald.n.6.Angel.n.8.C.qui potior.in pignor.hab.
Ripa in l.priuilegia, n.31.ff.de priuileg.credit.
Faber. in §.fuerat nu.7.inſtit.de action.Barboſ.
*in l.1.part.2.n.17.ff.ſolut. matrimon.*ibiq;*Socc.*
n.8. Alciat.n.18. de Ponte conſil.80.num.1. et
*duob.ſeqq.lib.1.*ubi, quòd ſit magis communis
ſententia, *Roderic. de concur.creditor. part.1.*
art.2. num.2. verſic.ſecundò infertur, Cancer.
var.part.1.cap.9 num.2, Neguſ.de pignor.par.2.
memb.4.num.100. Bald.nouell. de dote par.10.
num.36. Acoſt. de priuileg. creditor. regula 2.
ampliat.7. num.166.& ſeqq. aſſerens, quòd
hæc ſententia ſit verior, & tenenda, *Gregor.*
Lopez part.5.tit.13.l.33. gloſ.entonces, Paci-
fic.de Saluian.interdict.inſpect.3.cap.2. nu.493.
& ſeq.Cardin.Mantic.de tacit.lib.11.tit.26.nu.
23. vbi de magis communi, *Roderic.de ann.*
reddit.lib.2. quæſt.19. num.7. Guttierez pract.
quæſt.lib.3. quæſt.99. num.11. Peregrin. de Iur.
Fiſc.lib.6.tit 6.num.17. Maxill.ad Conſuet Ba-
renſ.tit.de Iure dot.§.dotis cauſam num.4. Tren-
tacinq.var.lib.3.tit.de pignor.reſolut.9. num.4.
verſ.ſi quis fortè, Boſſ.de dote cap.18. num.50.
benè *Andreol.*aſſerens veriorem, & receptio-
rem, *controu.9.num.10.& ſeqq.* vbi ſatisfacit
contrarijs, *Rot.in recen.deciſ.328. num.19. &*
duob.ſeqq.part.5.& dec.7.num.5.& 6.par.12.
36 Quidquid in contrarium poſt *gloſ.magnam*
in l.aſſiduis, verſ.ſed numquid, Cod.qui pot.in
pign. habeant. loquentem per verbum *fortè,*
ſenſerint aberrantes à communi ſententia,
Conſtant.in l.1.num.21. Cod.de Iur.fiſc.lib.10.
Crot.in l.1.num 24.ff.ſolut.matrim. Anton. Go-
mez in l.50. Taur. num.39. in finalibus verbis,
Merlin.de pignor.lib.3.quæſt.68.per tot. Velaſc.
de priuileg.pauper.part.3.quæſt.8.num.77. Fe-
lician.de cenſ.tom.2.lib.3.cap.5.num.18.Ignat.
de Villar.ſilu.reſponſ. lib.2.reſponſ.16. cap.3.
num.17.Belloa.Iun.conſ.41. Olea de ceſſ.Iur.tit.
3.quæſt.7.num.4.& ſeq. Gait.de credit. cap.4.
quæſit.11.num.1597.& ſeqq. de Marinis cap.
72.num.9.lib.1.Cardin.de Luca de dote cap.83.
num.11.& ſeqq. & cap.84. Gizzarell.deciſ.1.
*per tot.*quorum ſententia, nullo prorsùs Iure
ſubſiſtit: Tum, quia, quò ad hypothecam mu-
lier pro dote, & Fiſcus æquiparentur, *l.2.*
Cod de priuileg. fiſc. l.dotis, Cod.de Iur. dot.
37 Tum etiam, quia pinguius eſt priuilegium,
quod mulieri indultum cernitur ex diſpoſi-
tione *dict.l.aſſiduis, Cod.qui pot. in pign. hab.*
quàm, quod Fiſco de Iure communi conceſſū
reperitur in *dict.l.ſi is, qui*, etenim in illo an-
terioribus creditoribus aufertur prioritatis
Ius, quòd perfectè eiſdem acquiſitum præpo-
nitur in illis bonis, quæ in dominio exiſte-
bant debitoris, antèquam ipſi mulieri pro do-
te aſtringeretur; diuerſum veró procedit

N 2 in

in priuilegio reſultante ex *dict.l.ſi is, qui*, anterioribus creditoribus non tollitur ius quæſitum; inſpecto enim tempore contractus creditoribus nullum competebat Ius hypothecę in bonis poſteá à debitore quęſitis, dum eadem hypotheca nullatenus potuit conſtitui in bonis in dominio debitoris nō exiſtētibus, & vbi primum acquiſita proponuntur poſt contractam iam Fiſco obligationem; Fiſcus, & inſimul creditor anterior in eodem inſtanti ius hypothecæ acquirunt, in qua concurſus paritate mirum videri non debet, ſi Fiſcus ex ſpeciali priuilegio ſit præferendus, de quo in *dict. l.ſi is, qui*, atque adeò, ita ſatis conſtat creditori anteriori nullum ius anteá acquiſitum tolli; prout è conuerſo mulier iam acquiſitum aufert ex priuilegio *dict.l.aſſiduis*, prout rectè arguit *Acoſt.de priuileg.credit.dict.regul.2.ampliat.7.nu.168.Guttier.pract.quæſt.lib.3.quæſtion.99.n.13.& ſeqq.Boſſ.de dot.cap.18.num.51.*

Quæ ſententia abſque dubio eſt amplectēda in præſentia, quia nedum vindicat ſibi locum legalis præſumptio, quòd bona donata fuerint ſponſo quæſita ex ipſa dote; ſed eſt pura veritas, vt dos, ſeu matrimonium fuerint cauſa acquiſitionis eorumdem bonorum donatorum, in quo caſu admittit extenſionē potioritatis ex priuilegijs Fiſci competentis in bonis poſteá quæſitis ad dotem, *Cardin. de Luca de dot.d.diſc.83.n.19.*

Neque pro euertendo huiuſmodi fundamento ſubſiſtit obiectum, quòd ſupradictum
38 priuilegium Fiſci, quò ad bona poſteá quæſita extenſum ad dotem, iuxta ſuperiùs adductam ſententiam, non procedat contra eumdem Fiſcum, ex adductis per *Bardellon. conſil.142.nu.21.Caſtill.lib.3.controuerſ.cap.4.*
39 *num.20.& ſeq.* prout è contrà, nec Fiſcus præfertur doti, *Rodriq.de priuileg.Creditor. part.1.art.2.poſt princip.de Marin.lib.1.quotidian.reſolut.cap.72.num.7.& ſeq.*

40 Siquidem contraria opinio eſt magis recepta, quòd mulier præferatur etiam Fiſco in bonis poſteá quæſitis, *Cancer.var.part.1.cap.9.de dote num.3. Noguerol.allegat.17.num.51.* eruditus in Vrbe Aduocatus *Maſſin.de confiſcat.quæſt.39.num.17.Buratt.deciſ.639.nu.18.& duob.ſeqq.* cum iuxtà receptiorem ſententiã, dotis cauſa ſit magis priuilegiata quàm
41 Fiſci, ad tradita per *Iaſ.in l.1.num.36.ff.ſolut.matrim.* per *text.in l.in ambiguis, ff.de Iur.dot.& in l.in ambiguis ff.de regul.Iur.Peregrin.de Iur.fiſc.lib.6.tit.6.num.33.Boſſ.de fiſc.num.77.Facchin contr.Iur.lib.10.cap.33.Guttier.pract.quæſt.lib.3.quæſt.99.num.15.& ſeq.Staiban.Iun.reſol.69.nu.35.& 37.lib.1.Cancer.var.dict.cap.9.num.3.part.1.* multóque magis, quia
42 eſt regulare, vt quoties creditor præter antelationem temporis habet, prout mulier, aliud priuilegium in ſuo credito, præfertur Fiſco in bonis poſteá per debitorem quæſitis, vt probat ad literam *textus in l.fin. in princip. ff.qui pot.in pignor.habeant*, cuius verus hic eſt intellectus, vt tradunt *Cardin.Mantic.de tacit.lib.11.tit.25.num.11.& ſeq.Gait.de credit.cap.4.quæſit.11.num.1548.Merlin.controu.2.num.35.*& in his terminis *Noguerol.dict.allegat.17.num.51.*

43 Prædictis igitur firmatis non aduerſantur deducta per *Buratt. deciſ.861.* in qua potiſſimùm Fiſcus Apoſtolicus conſtituit fundamentum.

Nam prædicta deciſio triplici innititur inſpectioni. Prima, nempè, quòd dominium bonorum donatorum fuerit quæſitum Viro donatario tantùm; cum in ipſum fuerint directa verba donationis, neque vlla legatur facta mentio in diſpoſitiua de Vxore, ideòque impoſſibile videatur, aliquod dominium eidem fuiſſe quæſitum.

Secunda, quòd non competat de Iure hypotheca Mulieri ſuper bonis donatis contemplatione Matrimonij,

Tertia, quód matrimonium non fuerit cauſa finalis donationis, ſed potiùs impulſiua, quæ omnia in præſenti donatione, vel non concurrunt, vel in Iure non ſubſiſtunt.

Non conuenit prima inſpectio, nam in diſpoſitiua parte donationis fuit expreſsè facta mentio de Vxore, ibi: *acciò detti ſpoſi viuano con decoro, e ſplendidezza*, & paulò inferiùs, *& altre commodità, che ſaranno neceſſarie per loro mantemmento.* Atque adeò nullatenus poteſt dici, quòd verba donationis fuerint tantummodò in Virum directa, nulla prorſus habita mentione Vxoris, prout erat in caſu prędictæ deciſionis *Buratti*.

Imò ex ſupra firmatis conſtat, Vxorem vti præcipuè in donatione fuiſſe contemplatam æquè cum Viro condonatariam, & inſpectio, quòd dominium bonorum donatorũ fuerit tantummodò Viro quæſitum, poſſet
44 procedere, quando ageretur de donatione facta ipſi Viro tantùm, vel quando ex clauſulis æquipollentibus, & ex coniecturis poſſet liquidò deprehendi, fuiſſe in donatione contemplatam ſolius Viri perſonam, non autem Vxoris; Hoc enim caſu nullum Ius acquireretur Vxori, licèt donatio facta fuerit occaſione, & cauſa matrimonij, prout benè diſtinguit *Molfeſ.conſ.11.num.23.& ſeqq.& num.35.Cutell.de donat.contemplat.matrim.diſc.1.ſpecial.9.tract.2.* alijſque adductis, *Giurb.ad Conſuetud.Meſſan.cap.1.gloſ.84.*

Secudó reſpondetur, quòd admiſſo, citrà veri præiudicium dominio bonorum donatorum penes Virum, adhuc competit Vxori actio ad impediendam exequutionem conſtante matrimonio, quatenus ex ea inſeratur præiudicium fini donationis circá decentem
45 ſtatum ipſius Vxoris; ſtant enim benè ſimul,

(&

(& hoc rogatur aduerti) quòd ſponſus ſit dominus, & vti dominus poſſit hypotheeare, ſaluo tamen Iure Vxoris in præſtatione conuenta, potiſſimùm, circa alimenta ſubminiſtranda, conſtante matrimonio, vt in ſpecialibus terminis optimè firmant *Gratian. Bombin. Venturin.*, *& Rouit.* ſuperiùs laudati *numer.* 28.

Minùs etiam ſubſiſtit ſuppoſitum deciſionis *Buratt.* 861. quòd non competat hypotheca Mulieri ſuper bonis donatis; cum receptiſſima ſententia ſit in contrarium, quam omiſſis innumeris, qui poſſent afferri, optimè firmant poſt *Bald. in l. ſi Præſes, Cod. de donat. Couarr. lib. 3. var. cap. 6. n. 10. verſic. quartò non tantùm*, ibi: *Et tamen donatio propter nuptias tendit ad id, vt bona donata ſint obligata ad reſtitutionem dotis.* Marcell. *Marcian. conſ. 33. n. 5. verſ. ſi enim ſola deſcriptio, Rouit. in pragm. 1. de titul. abuſ. num. 169. verſ. quod adeò, Ferrer. ad Conſtit. Cathalon. hac noſtra ſub tit. ſoluto matrim. temp. 3. dubit. 1. num. 15 Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 1. ſub num. 250. Cutell. de donat. tom. 2. diſc. 1. ſpecial. 15. num. 18. & ſeqq. Merlin. controu. 60. num. 9. lib. 2.* egregiè *Theſaur. dec. 32.* poſt *num. 10. verſ. quo caſu plus dico*, ibi: *Etiam ſi ex cauſa nuptiarum, & contemplatione matrimonij facta donatio fuerit, quo caſu plus dico bona donata eſſe hypotheeata pro dote, & bonis Vxoris, quia ſemper donatio cauſam illam habet, vt ſeparatum aliquod patrimonium filius habeat, ſuper quo dos aſſecuretur, licèt de hoc in donationis inſtrumento expreſſa mentio non fiat.*

Prout pariter non concurrit alterum ſuppoſitum eiuſdem deciſionis, quòd matrimonium non fuerit cauſa finalis donationis, ſed potiùs impulſiua, nam in præſenti donatione matrimonium fuiſſe cauſam finalem donationis apparet ad oculum, ex ſupra deductis. Ideòque his firmatis, pluſquàm liquidò deprehenditur, terminos *deciſ. Buratt.* ex aduerſo allegatæ, nullo prorsùs Iure ad rem, de qua eſt ſermo, pertinere.

Huiuſmodi controuerſia tranſactio cum Fiſco Apoſtolico finem indixit, ſatis modica ſumma eidem perſoluta.

ARGVMENTVM.

Quælibet conuentio inita in contractu, tàm actiuè, quàm paſſiuè ad hæredes tranſit; adeòut in dubio ſtipulator cenſeatur in contractibus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus proſpicere voluiſſe, nulla prorſus ratione habita de dictionibus taxatiuis: Secus aſſerendum in legatis, cæteriſque diſpoſitionibus ab vltima prouenientibus voluntate, & de ratione diſcriminis inter vtrumque caſum.

Donatio inter viuos ſub mortis commemoratione concepta, an dici debeat caducata, vel reſoluta, ita vt reuerti debeat ad donantem ſuperſtitem ob prædeceſſum donatarij, abſque eo, quòd ad eius hæredes tranſmitti valeat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio præſumitur perſonalis, neque ad ſucceſſores, & hæredes Donatarij extendenda ob expreſſionem nominis proprij ipſius donatarij.*

2 *Promiſſio dicitur perſonalis ex pronomine, & dictione* pro ea, *vtpotè demonſtrante ad oculum, & repræſentationem præſeferente.*

Contrarium num. 7.

3 *Promiſſio non dicitur perſonalis, ſed eſt tranſitoria ad hæredes ex clauſula* præſenti, pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcumque.

4 *Regulariter quælibet conuentio, ſiue pactum conditionale initum in contractu, tàm actiuè, quàm paſſiuè ad hæredes tranſit.*

Adeò vt hæredi ſtipulatoris competat actio contra promiſſorem, vel eius hæredes, quamuis idem ſtipulator deceſſerit ante conditionis euentum.

5 *Stipulator in dubio cenſetur in contractibus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus proſpicere voluiſſe,*

6 *Secus aſſerendum in legatis, cæteriſque diſpoſitionibus ab vltima voluntate prouenientibus; & de ratione diſcriminis, inter contractus, vltimaſque voluntates.*

7 *Dictio ea cenſeri potiùs debet appoſita demonſtratiuè, quàm taxatiuè, neque excludit hæredes.*

8 *Dictio* ipſe *non facit promiſſionem, ſiue pactum perſonale.*

9 *Dictiones taxatiuæ non cenſentur adiectæ ad excludendos hæredes, quibus in dubio contrahentes voluiſſe proſpicere, ſemper eſt præſumendum.*

Præcipuè in re ex ſua natura ad hæredes tranſitoria.

10 *Stipulatio, ſi ex parte unius fuit facta* pro ſe, & hæredibus, *talis etiam præſumitur pro parte alterius ex natura correlatiuorum.*

11 *Subſtantia donationis, quoties legitur collata in tempus mortis, adeòut interim remaneat imperfecta, & reuocabilis, tunc ob prædeceſſum donatarij caducatur.*

Si verò ab initio eſt valida, & perfecta, nullam expectans perfectionem ab eueniente caſu mortis, vel purificatæ cõditionis exequutioni tantummodò adiectæ, & in hoc caſu donatio licèt conditionalis, etiam pendente conditione, tranſmittitur ad hæredes donatarij.

12 *In donationibus in euentum mortis, vel alterius conditionis dilatis, an detur reſolutio ob deficientiam perſonæ in donatione contemplatæ, remiſſiuè.*

13 *Reprobatur contraria ſententia* Alciati.

14 *Traduntur varij intellectus* text. in l. quod

de

de pariter 17.ff.de reb.dub.*cui dicta sētētia* Alciati *innititur, illumque eſſe intelligendum in caſu ſpeciali, latè oſtenditur.*

15 *Donationes inter viuos ob prædeceſſum donatarij non reſoluuntur, neque euaneſcunt, ſed transmittuntur ad hæredes eiuſdem donatarij.*

16 *Concluſio prædicta non procedit, quoties agitur de donatione futuræ hæreditatis in vniuerſo, vel in quota.*

17 *Vel in donatione cauſa mortis.*

18 *Vel in donatione facta inter perſonas prohibitas, quam oportet, morte confirmari.*

19 *Vel, quando ex vehementibus coniecturis deſumptis ex verbis donationis apertiſſimè deprehenditur, donantem voluiſſe donatario tantummodò donare, eius perſonam contemplando, vti ſuperſtitem poſt ipſius obitum.*

20 *Pater tenetur dotare filiam, quamuis diuitem, & aliundè prouiſam.*

21 *Pater præſumitur, dotem dediſſe filiæ in pretium Iurium ab eadem filia renunciatorum.*

22 *In contractibus, vtriuſque contrahentis voluntas eſt attendenda.*

23 *Renunciatio facta à filia ob dotem receptam, quoties eſt de Iure incerto, & euentuali, ſubſtinetur, quamuis id, quod filiæ in recompenſationem renunciationis elargitur, hæreditatibus renunciatis non eſſet æquiualens.*

CAPVT CIX.

FRANCISCVS de Gatteſchis inter cęteras conuentiones initas in Inſtrumento renunciationis omnium bonorum paternorum, & maternorum factæ ad ipſius fauorem á Caſſandra eius filia, ob Religionis ingreſſum, promiſit eidem Caſſandrę, & pro ea Monaſterio, & Monialibus S. Mercurialis ſcuta mille ſoluenda infra ſex menſes à die obitus eiuſdem Franciſci abſque liberis maſculis legitimis, & naturalibus. Cumque euenerit caſus, quòd dicta Caſſandra poſt emiſſam profeſſionem deceſſerit, ſuperſtite Franciſco eius Patre, qui poſtmodùm obijt abſque filiis maſculis, orta eſt controuerſia, an ob purificatam conditionem obitus eiuſdem Franciſci abſque liberis, Reuerendæ Moniales conſequi debeant dicta ſcuta mille, vel potiùs ob prædeceſſum Caſſandræ ante purificatam conditionem, omne Ius conſequendi dictas pecunias remanſerit extinctum, itaut hæredes Franciſci ad ſolutionem compelli nequeant.

In huiuſmodi controuerſia de duabus potiſſimùm inſpectionibus eſt agendum pro recto, ac Iuridico examine.

Primò, an dicta promiſſio ſoluendi ſcuta mille dici debeat omninò perſonalis, contemplatione, nempè, Caſſandræ filiæ, adeòut ea præmoriente, ſuperſtite Patre promiſſore, non tranſeat ad Monaſterium, quod habetur loco hæredis.

Secundò, quatenus ſit procedendum cum terminis donationis præſuppoſitæ ab inſigni *Rota Lucenſi* in ſuis doctiſſimis motiuis, an reuera ob prædeceſſum donatariæ poſſit dici caducata donatio ſub mortis mentione concepta, vel reſoluta, & reuerſa ad donantem ob deficientem perſonam eiuſdem donatarię in donatione contęmplatæ, abſque eo, quòd ad eius hæredes tranſmitti valeat.

1 Quò ad primam inſpectionem vrgere videtur contra Moniales, quòd prædicta donatio diei debeat perſonalis, neque ad ſucceſſores, ſiue hæredes filiæ donatariæ extendenda: Tum ob expreſſionem nominis proprij Caſſandræ filiæ, *l. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipulat. ſeruor. l. 1. §. perſonis, ff. de Iur. Immunit. l. ſi plures gradus, ff de leg. 3. l. 1. §. fin. ff. de conſtit. Princip. Bart. in l. ſi quis ita, ff. de teſtam. tutel. Imola in l. dicta, §. filius fam. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 140. num. 6. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 57. num. 2.* benè *Roland. conſ. 97. numer. 18. lib. 4. Aym. conſ. 929. n. 2. Ciarlin. contr. 6. n. 63. lib. 1.*

2 Tum ex pronomine illo ibi, *& pro ea*, quod eſt perſonaliſſimum, & demonſtratiuum ad oculum, quòd promiſſio fuerit facta Monaſterio intuitu, & contemplatione ipſius Caſſandræ, quòdque ad eius perſonā ſit reſtricta, *l. vnic. § ſin verò talis, C. de caduc. toll.* & melior *text. in l. ſi tibi decem 18. §. ſi quis, & § ſi pactus ſim, & in qui in futurū 58. ff. de pact. Cagnol. in l. 2. n. 46. verſ. ſecundò principaliter, ff. de pact. int. empt. & vendit. Aym. conſ. 929. numer. 11. Bald. conſ. 304. nu. 1. lib. 5. Paucirol. conſ. 94. num. 24. & conſ. 150. num. 14 & conſ. 152. num. 8. Menoch. conſ. 678. num. 23. & conſ. 115. num. 50. & conſ. 29. num. 26 Cephal. conſ. 352. numer. 8. & ſeqq. Ruin. conſ. 167. num. 3. lib. 1. Giouagnion. reſp. 97. num. 22 in fin. lib. 1. Ciarlin. dict. contr. 6. num. 64. lib. 1. Rot. in recen. dec. 330. num. 40. & ſeqq. part. 11.* vbi de conſimili dictione *ipſo*, & in his terminis *Hyppol. Maya dec. vnic.* poſt ſuas *conſultat. part. 1. num. 29.*

Tum etiam ex adiectione dictionis *pro*, ibi: *& pro ea Monaſterio*, quæ dictio, vel importat repræſentationem; adeòut Pater, eatenus eidē Monaſterio promiſerit ſoluere ſcuta mille, quatenus per Monaſterium filia Monialis repræſentaretur, vel promiſſionem ſoluendi eidem Monaſterio nomine ipſius Monialis, optimè *Roman. conſ. 441. num. 4. in fin.* ibique *Add. lit. A. Alex. conſ. 80. n. 8. lib. 2.*

3 Tum demum, quia, vbi contrahentes voluerunt facere promiſſiones non perſonales, ſed potiùs ad hæredes, ſucceſſoreſque tranſitorias, id exprimi curarunt, ibi: *Pactum de non petendo dicta Caſſandra fecit, ac etiam facit in omnem, ac quemcumque euentum futurum ad fauorem dicti Franciſci ſui Patris præſentis, & pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcumque, l. fideiuſſores, §. Aurelius, ff. de fideiuſ. Bald. in cap. venerabilem, num. 21. de elect. Natt. conſ. 678. num. 21. & 32. Roland. conſ. 59. num.*

42.

42.lib.3.Gerard.Mazzol.conſ.144.n.26. & in ſpecie, hoc argumenti genere vtitur Ciarlin. dict.contr.6.num.65.lib.1.

His tamen minimè aduerſantibus, pro veritate conſultus, exiſtimo, promiſſionem prędictam ſcutorum mille, nullo Iure dici poſſe perſonalem, itaut ob prædeceſſum Caſſandrę Monialis, cui fuit facta eadem promiſſio, nō ſuffragetur Monaſterio, quod habetur loco hæredis

4 Regulare enim eſt, vt quælibet conuentio, ſiue pactum conditionale initum in contractu, tám actiuè, quám paſſiuè ad hæredes tranſeat, etiam illorum non habita mentione, adeòut hæredi ſtipulatoris competat actio contra promiſſorem, vel eius hæredes, quamuis idem ſtipulator deceſſerit ante conditionis euentum, vt ſunt Iura ſatis aperta in §.ex conditionali, ibi: *Ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri, eamque ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi priusquàm conditio extiterit mors nobis contigerit*, ibique gloſ.verbo *contingerit*, & latè, prę cęteris, eruditiſſimus Piebard.Inſtit.de verbor.obligat. l.neceſſariò, §.ſi pendente, ff.de peric.& commod.rei vendit.l.ſi filiusfam.ff.de verbor.oblig. l.vnic. vbi gloſ.uerbo *antiquitas*, C.vt act. ab hæred.& contra hæred.l.veteris Iuris, C.de contrahend.& committ.ſtipul. Crot.in l.is qui pro emptore num.131.verſ.quarta eſt differentia, ff.de vſucap. Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, num.13.part.4.Surd.conſ.403.nu.2.lib.3. Colleg.Bonon.apud Honded.conſ.14.num.59.& nu. 77.lib.2. Tiraq. de retract.conuent. §.1.gloſ.1. num.1.Mozz.de contract.tit.de ſtipulat. cap.de ſtipulatione pura in die, & ſub conditione, num. 15. Gomeſ.var.tom.2.cap.11.num.36. Gratian. cap.568.num.5.& ſeq.Card.Mantic.de tacit.lib. 14.tit.41.num.10.Noal.de tranſmiß.caſ.5.nu.1. & ſeq.Ant.Fab.coniect.Iur.lib.15.cap.16.per tot.Capyc.Latr.dec.2.nu.9.& ſeqq.lib.1. Bich. dec.136.num.31.Vbald.dec.191.n.2. Rot.in rec. dec.371.num.22.part.11.

5 Idque, ea potiſſimùm ratione, quia, nempè, ſtipulator in contractibus in dubio cenſetur ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus proſpicere uoluiſſe, perpetuamque utilitatem ex contractu acquirere, per Text.in l.ſi pactum, cum ibi notatis, ff.de probat.Gomez var.d.part.2.cap.11. num.36.verſ.cuius ratio eſt, Cardin.Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.1.tit.7. Trentacinq. var.reſolut.lib.3.tit.de empt.& vendit.reſolut. 10.num.2.Intrigliol.dec.39.Capyc.Latr.dec.2. num.10. Præcipuè, quia conuentiones in cōtractibus initæ firmiores cenſeri debent, dum duorum authoritate nituntur, ut notatur in l.1.Cod.de pactis.

6 Quod ſecus eſt in legatis, cęteriſque diſpoſitionibus ab ultima prouenientibus uoluntate, in quibus, cum nullum legatarij factum interueniat, ſed ſolius teſtatoris uoluntas, quem non eſt præſumendum, uoluiſſe etiam hæredibus legatarij proſpicere, dum ei ſub conditione legauit, quam euenire poſſe, & non poſſe ſciebat; ſi enim, etiam prouidere uoluiſſet hæredibus, abſque dubio eorum mentionem, feciſſet, uel purè legaſſet, iuxta diſcrimen, inter contractus, ultimaſque uoluntates adductum per gloſ. in dict.§.ex conditionali, uerbo *contingerit*, ibique, præ cæteris Angel.num.3.Ooinot.num.3.& 4. Piebard. num.10.Bellon. num.5.& 6. Inſtit. de verbor. obligat.Bart.in eodem tit.inſtit.de verbor.oblig. num.5.& ſeq.Signorel.in l.ſi poſt mortem, nu.2. verſ.vnde pro euidentia aduerte, Cod.de fideicommiſſ.Gomeſ.var.tom.2.cap.11.num.36.verſ. ſed in legatis, Mart.de ſucceſſ.legal. part.1.q.24. art.5.num.11. Noal.de tranſmiſſ. caſ.5.num.3. Capyc Latr.dec.2.n.10.verſ.ſecus autem in teſtamentis, alijque ſuperiùs laudati.

7 Parumque releuat dictio, *ea*, ponderata in obiecto, quia cenſeri debet potiùs appoſita demonſtratiuè, quàm taxatiuè, ad text.in l.ſi pactum, ff.de probat. & in l.Iuriſgentium, §.pactorum, ff.de pact.& in l.ſi neceſſarias, §.de vendendo, ff.de pignorat.act.ibi: *Sed ſi creditori dumtaxat perſona fuerit comprehenſa, etiam hæres eius Iure vendet, ſi nihil in contrarium*
8 *actum ſit*, & in fortioribus terminis dictionis *ipſe*, quód non faciat promiſſionem, ſiue pactum perſonale, eſt text.in d.l.ſi pactum, ff.de probat. qui non ſolùm loquitur in terminis dictionis *ipſis*, ſed cum additione, *metipſis*, ibi: *Quia plerumque, tàm hæredibus, quàm nobis metipſis cauemus*, Surd.conſil.384.num.45. in fin.& ſeqq.ubi latè, & egregiè comprobat Rot.in recent.dec.371.n.23.& ſeq.p.11.

9 Prout etiam in fortiori caſu dictiones taxatinæ non cenſentur adiectę ad excludendos hæredes, quibus in dubio contrahentes uoluiſſe proſpicere, ſemper eſt præſumendum, præcipuè in re ex ſui natura ad hæredes trāſitoria, l.ſtipulatio iſta habere in princip.verſ. ſed ſi ſe obligat, ff.de verbor. obligat. quam Bald. in l.vltim. paulò ante fin.Cod.de action. empt.putat ſingularem, & in l 2.in princip.ff. de hæred.vel act.vendit.l.neceſſarius, §.de vēdendo, ff.de pignorat.act. ubi, quòd ad hæredes tranſeat obligatio, non obſtante, quòd ſit reſtricta tantùm ad perſonam promittentis, eruditiſſimus Torre de pact. futur. ſucceß. lib.1.cap.21.num.32.& ſeq.Cardin.Mantic. de tacit.lib.3.tit.1.num.36.& ſeqq. latè Cyriac. controu.212.num.16.& ſeqq.Rot.in rec. d.dec. 371.num.25.& ſeq.part.11.& dec.550.n.23. & dec.659.num.6 & ſeq.p.4.tom.3.

Argumentum, uerò deſumptum ex alia parte inſtrumenti renunciationis, quòd, nempè, ubi contrahentes uoluerunt facere promiſſiones reales, atque adeò tranſitorias ad hæredes, & ſucceſſores, id fuit expreſſum, ſtante pacto de non petendo ſtipulato ad fa-

uo-

Digitized by Google

uorem Patris *præſentis, & pro ſe, ac ſuis hæredibus quibuſcumque*, potiùs mirificè retorque-
10 tur; cum enim ſtipulatio pacti de non petendo per filiam initi pro parte Patris fuerit facta *pro ſe, & hęredibus*, atque adeò cenſeri debeat realis, talis etiam eſt preſumenda promiſſio ſcutorum mille ex parte filiæ ſtipulata ex natura correlatiuorum, *Bald. in l. 2. nu. 3. Cod. ſi aduerſ. tranſact. Cordub. in l ſi quis à liberis, §. ſi quis num. 14. ff. de liber. agnoſc. Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 24. num. 8. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 35. num. 8. & ſeqq. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 2. num. 2. in fin. Trentacinq. conſil. 60. num. 7. lib. 1. Gall. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 98. nu. 5. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 39. num. 8. Cancer. var part. 1. cap. 9. num. 130. Sanchez de matrim. lib. 10. diſput. 8. nu. 28. Rot. in recent dec. 62. num. 68. part. 5. Card. Celſ. dec. 115. num. 1. Bich. deciſ. 141. num. 2.* & in his terminis optimè aduertit *Rot. in rec. d. dec. 371. num. 27. & 30. part. 11.*

Prout, neque etiam ad inducendam perſonalitatem promiſſionis cum excluſione Monaſterij uis aliqua fieri poteſt in dictione, *Pro*, quaſi uideatur ſapere repræſentationem Monialis faciendam per Monaſterium, cui locus eſſe non poſſit, dum Monialis ante profeſſionem obijt.

Huiuſmodi, enim ponderatio eſt omninò reijcienda, ea potiſſimùm animaduerſione adhibita, quòd non ob aliam cauſam promiſſio ſcutorum mille legatur facta filiæ Moniali, & pro ea Monaſterio, niſi, quia fuit conſideratum, quòd poſſet committi ſtipulatio, quò ad promiſſam ſolutionem ſcutorum mille poſt profeſſionem ab eadem Moniali emiſsã, quo caſu, quemadmodùm actio competit Monaſterio ex notiſſimis Iuris principijs, ita etiam optimo Iure eidem Monaſterio legitur ſtipulata promiſſio.

Quò ad ſecundam inſpectionem, quatenus ſit procedendum cum terminis donationis, cum quibus potiſſimùm pertranſijt celeberrima *Rota Lucenſis*, quæ tulit ſententiam cõtra Moniales, abſoluendo hæredes donantis, an, ſcilicet, dici debeat caducata donatio ob prædeceſſum donatariæ in donatione contẽplatæ, cum denegatione tranſmiſſionis ad hæredes, pro Iuridica reſolutione eſt pręmittenda diſtinctio, unanimi Interpretum ſenſu recepta.

11 Quòd, aut ſubſtantia donationis legitur collata in tempus mortis, adeòut interim remaneat imperfecta, reuocabilis, & nullatenus obligans; iſtoque caſu, cum potiùs ſpeciem ultimæ uoluntatis redoleat, quàm contractus donationis, meritó ad inſtar ultimarum uoluntatum tranſmiſſionem impedir Iuris conditionalis, non dum purificati in uita, inductaque dicitur caducatio ipſius donationis ob pręedeceſſum donatarij.

Si verò donatio ab initio eſt valida, & perfecta, nullam prorſus expectans perfectionem abeueniente caſu mortis, vel purificatæ conditionis exequutioni tantùmmodò adiectæ, itaut ſtatim, & immediatè dicatur orta actio, quæſitumque Ius donatario; ſuſpenſum autem exercitium, & emolumentum, ſeu rei donatæ fruitio vſque ad donantis obitum; & in hoc caſu donatio, licèt conditionalis, etiam pendente conditione, tranſmittitur ad hæredes donatarij, iuxta receptam ſententiã ita diſtinguentem, quam, reprobata contraria, omiſſis pluribus, qui poſſent allegari, poſt *Bald. in leg. quoties in fin. Cod. de donat. quæ ſub mod. & in l. 2. Cod. de Iur. dot.* firmant *Barboſ. in l. quæ dotis num. 113. ff. ſolut. matrim. Fontanell. de pact. nupt. gloſ. 3. num. 3. & ſeq. Petr. de Gregor. ſyntagm. Iur. vniuerſ. p. 3. lib. 42. cap. 28. nu. 19. Cutell. de donat. contemp. matrim. tom. 2. diſc. 1. ſpecial. 37. nu. 5. & ſeqq. & deciſ 25. num. 9. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. num. 20. Cyriac. controu. 145. num. 10. & ſeqq. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 20. num. 6. Cancer. lib. 1. var. cap. 2. num. 38. & lib. 3. cap. 21. num. 95. & 103. Andreol. controu. 232. num. 4. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 5. nu. 1. & ſeq. Valaſc. conſult. 102. num. 3. Matienz ad leg. Caſtell. tit. 10. lib. 7. gloſ. 1. num. 5. Donell. in comm. Iur. ciuil. lib. 14. cap. 33. §. eſt autem mortis cauſa*, vbi, quòd, vt donatio dicatur cauſa mortis, non ſufficiat fieri mortis mentionem, ſed opus ſit, vt donator declaret verbis ipſis donationis, ſed donare ob ſubſpicionem, cogitationemq; mortis, alioquin donator magis donare videtur moriens, quàm mortis cauſa, *Sanch. reſp. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 13. num. 3. Cald. de emphyt. lib. 3. cap. 2. num. 48. Card. Mantic. de conect. vltim. voluntat. lib. 1. tit. 13. num. 12. Menoch. lib. 3. præſumpt. 35. nu. 4. Ciriac. contr. 314. num. 11. Galeot. contr. 21. lib. 2. Cardin. de Luca de donat. diſc. 8. num. 7. & 11. Gratian. dec. March. 41. num. 1. Surd. deciſ. 144. num. 24.* ibique *Hodiern. Caualcan. dec. 42. p. 1. Franch. deciſ. 436. num. 6. Gamm. deciſ. 103. nu. 4. & 163. num. 2. Boer. dec. 353. per tot.* & latè pluribus alijs relatis, *Capyc. Latr. deciſ. 2. nu. 9. & ſeqq. & num. 28. Merlin. dec. 664. num. 25. & ſeqq. Bich. dec. 136. num. 28. verſ. alterum caducitatis, & ſeq.*

12 Neque meretur attendi contraria ſententia, in qua, præ cæteris, reſident *Alciat. conſ. 3. num. 20. & 23. lib. 8. Bald. conſil. 391. num. 1. lib. 3. Cephal conſ. 312. num. 85. & ſeq. Menoch. conſ. 84. num. 15. & conſ. 442. nu. 32. Peregrin. de fideicomm. art. 51. num. 20. Auendan. ad leg. 40 Taur. gloſ. 10. num. 23. Surd. conſ. 403. n. 46.* potiſſimùm innixi diſpoſitioni difficillimi alioquin *textus in l. quod de pariter 17. ff. de reb. dub.* ibi: *Si mater ſtipulata eſſet dotem à marito, mortua filia in matrimonio, ſibi reddi, & ſimul cum filia periſſet, an, & hæredibus*

ma-

matris actio ex ſtipulatu competeret, & Diuus Pius reſcripſit, non eſſe commiſſam ſtipulationem, quia mater filiæ non ſuperuixit.

13 Siquidem pręd. *textus* procedit in caſu ſpeciali, vel quia iuxta *gloſ. & Bart.* intellectum, quem, præ cæteris alijs iotellectibus inferiùs recenſendis veriorem exiſtimo, deficit conditio per mortem ſtipulatoris, quia in ſtipulatione fuerat dictum, vt dos matri reſtitueretur, ſi mater filiæ ſuperuixiſſet, quæ conditio ſaltem tacitè poſſit elici, ſitque ſupplenda ex ratione in eodem *textu* expreſſa, quia mater filiæ non ſuperuixit, quæ præſupponit pactum fuiſſe ita iam conceptum; atque adeò, cum mater filiæ non ſuperuixerit, defecit cōditio; ob quod nulla ſpes ſuperſuit, quam eadem mater ad ſuos hæredes tranſmittere potuiſſet; ſentiens *Bart.* ſecus eſſe aſſerendum, ſi in ſtipulatione dicta conditio non fuiſſet appoſita, ſi mater filiæ ſuperuixiſſet, ſed tantum ſimpliciter fuiſſet dictum, vt poſt mortē filiæ teneatur maritus dotem matri reſtituere, quia tunc, præmoriente matre, tranſmiſiſſet ſpem dictæ conditionalis ſtipulationis ad ſuos hæredes; Idque ea potiſſimùm ratione, quia in priori caſu expreſsè apparebat, conditionem eſſe impoſitam in perſonam ſtipulantis, ſeu illius, cui eſt facta promiſſio, adeòut, ipſo præmoriente, coditio haberetur pro defecta, & promiſſio, ac ſi nunquàm fuiſſet facta, iuxta diſpoſitionem *text. in l. neceſſariò, & l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus, ff. de legat. 1. & l. in conditionibus, §. 1. ff de condit. & demonſtrat.*

In poſteriori verò caſu nulla adſit expreſſa conditio, ſed tantùm tacita, quæ tranſmiſſionem non impedit, & hunc *Bart.* intellectum ſequuntur *Craſſ. receptar. ſententiar. §. legatum, quæſt.* 47. optimè *Cancer. var. part. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. num.* 98. aſſerens, quòd iſte ſit verus intellectus, latè, & egregiè, præ cæteris, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 24. num. 35. & ſeqq.* qui á *num. 25. & ſeqq.* ſatis eruditè agit de intellectu *d. l. quod de pariter 17. ff. de reb. dub.*

Vel, quia, exploſa huiuſmodi *Bart.* ſuppletione, iuxta intellectum *Caſtr. in ead. l. quod de pariter*, ſit intelligenda ſimpliciter, quòd mater ſtipulata fuerit dotem ſibi reddi, ſoluto matrimonio; ſubintelligi tamen conditionem ſi filiæ ſuperuixiſſet, additque poſteà caſum eſſe ibi ſingularem, vt ſtipulatio conditionalis ad hæredes non tranſmittatur, neque recordetur ſe alibi vidiſſe, quod, vt committatur ſtipulatio ſimpliciter facta, dotem ſtipulatori, mortua filia, reddi neceſsè ſit, quòd ipſe ſuperuiuat, ſubdens hæc verba, *liga benè ad digitum caſum legis, quem Gloſ. & Doctores non guſtauerunt, ſed poſſet facere magnum honorem*, quem intellectum *Caſtr.* ſequuntur, prę cæteris, *Soccin. in l. ſed & in illo ſtatim in principante num. 1. ff. eod. tit. de reb. dub.* aſſerens, quòd intelligentia *Gloſ. & DD.* qui volunt *d. l. quod de pariter*, tunc tantùm procedere, quādo expreſsè in ſtipulatione legitur adiecta conditio ſuperuiuentiæ ſtipulatoris, ſit multum diuinatiua, quia hoc in *textu* non ponderatur, *Couarr. var. lib. 2. cap. 7 nu. 8. Menoch. lib. 6. præſumpt. 50. n. 17.*

Vel, quia, iuxta intellectum *Barboſ. in l. Gayus, alias Caius, n. 16. ff. ſolut. matrim.* vt euitetur antinomia Iuriū, inter *d. l. Gayus & l. auia, Cod. de Iur. dot.* in quibus reperitur ſancitum, vt in ſimili ſtipulatione dotem reddi ſimpliciter factam noo ſubintelligatur conditio ſuperuiuentiæ ſtipulatoris, ſed in ea ſtipulatione cenſeatur etiam ſtipulatum hæredi, & *d. leg. quod de pariter*, eadem lex loquatur, quando quis ſtipulatur dotem ſibi reſtitui, mortua in matrimonio filia; tunc enim, inquit, tacita ſubintelligatur cōditio, ſi ſtipulator mulieri ſuperuixerit; ſed ſi generaliter concepta ſit ſtipulatio; procedat id, quod diſponitur in *dict. l. Gayus, ff. ſolut. matrim. & d. l. auia, Cod. de Iur. dot.*

Vel demum, iuxta ſententiam *Ferrer. in commentar. ad Conſtit. de los impuberes, gloſ. 1. num. 209. prædict. textus in dict. l. quod de pariter* ſit intelligendus in pacto perſonali, aſſerens expluribus à litera eiuſdem *text.* deſumptis perſonalem fuiſſe ſtipulationem matris, & vt cumq; res ſe habeat circa huiuſmodi varios intellectus, omnes Interpretes aſſerunt per *text. in dict. l. quod de pariter. ff. de reb. dub.* nullatenus limitari apertiſſimam diſpoſitionem *text. in dict. §. ex conditionali, Inſtitut. de verbor. obligat.* ſed loqui in caſu ſpeciali. prout rectè aduertit *Capyc. Latr. dict. dec. 2. n. 16.*

Supradicta verò receptiſſima diſtinctione præmiſſa, inſpicere oportet, in quo membro diſtinctionis verſetur donatio, de qua eſt ſermo, & ſanè, diligenter inſpecto tenore inſtrumenti, tempus mortis ſolummodò dici debet adiectum gratia exequutionis, ſeu ad diſferendam ſolutionem; promiſſio enim ſoluēdi legitur ab initio perfecta, & obligatoria, ſub ſola conditione caſuali mortis donantis abſque liberis, ideóque, ex proximè firmatis in ſecundo membro diſtinctionis, nullo Iure ob prædeceſſum donatariæ dici potuit caducata donatio, impedita tranſmiſſione ad hęredes.

14 Et quamuis in donationibus in euentum mortis, vel alterius conditionis dilatis, quæſtio eſſe ſoleat, an reſoluantur, vel ob ceſſantem cauſam, vel ob deficientiam perſonæ cōtemplatæ in donatione, quaſi videantur factæ in gratiam donatarij ſuperſtitis poſt donationem, de qua materia in terminis donationis contemplatione matrimonij diſſoluti per mortem filij donatarij, viuente adhuc Patre donante, latè agunt poſt *Bertrand. con-*

ſil.176.ex recentioribus, Rouit.conſ.15. & ſeq.lib.2.ibique eruditus Altimar.Theodor.alleg.42.de Georg.alleg.17. Dexart.decif.Sardin.20. cum alijs allegatis in motiuis Rotæ Lucenſis.

15 Nihilominus, vbi verſamur, prout in præſenti themate, in donatione certæ quantitatis alioquin ab initio ualida, receptiſſima eſt ſententia affirmans, huiuſmodi donationes ob prędeceſſum donatarij non reſolui, neque euaneſcere, ſed ad hæredes eiuſdem donatarij tranſmitti, prout latè, præ cæteris, ſubſtinent Bald.in l.2.num 10.Cod. de Iur.dot. Alex.conſ.14.num.3.lib.1.Ruin.conſ.98.n.16.verſ.cum donatio, lib.1. Roland.conſ.77.n.12.lib.1.Menoch.ſibi contrarius conſ.388.ſub nu.55.Theodor.alleg.43.n.31.Cutell.de donat.cõtempl.matrim.tom.2.ſpecial.24.n.6.& ſeqq.& ſpec.37.n.5.& ſeqq. Andreol.contr.232.nu.4. ubi etiã ceſſante ſtipulatione, pro hæredibus Guid.Pap.dec.147.Bich.dec.136.n.28.verſ.alterũ caducitatis, & ſeq.Achill.de Graſſ.dec.3.de donat.Put.dec.273.lib.3.in correct. Gratian.deciſ.March.41.num.1. Capyc.Latr.dec.2.ſub nu.28. Anton.Fab.in Cod.lib.8.tit.38.defin.21.in fin.verſ.poſteà tamen, & n.8.in allegat.

16 Contraria uerò ſolùm procedunt, uel quoties agitur de donatione futuræ hæreditatis in uniuerſo, uel in quota, quæ ex natura rei neceſſariò mortem pręſupponit promiſſoris, & ſuperuiuentiam illius, cui eſt facta promiſſio, cum vim habeat vltimi Iudicij, atque adeò reguletur, vt vltima voluntas, prout explicat Molin.de Hiſpan.primog.lib.1.cap.12. Cancer.var.part.3.cap.21. de tranſmiſſ.num.104.aſſerens, quòd ſententia Alciat. & Peregrin.in hoc caſu poſſit ſaluari.

17 Vel in donatione cauſa mortis, Merlin.deciſ 664.num.37.qui in hoc caſu loquitur Bald. conſ.108.& 391.lib.3. Menoch.conſ.84. n.17. Theodor.allegat.42. Molfeſ.ad Conſuet.Neapol. part.3.quæſt.5.num.8.

18 Vel in donatione facta inter perſonas prohibitas, quam oportet morte confirmari, l.cũ hic ſtatus 32.ff.de donat.int. vir.& vxor.ſicuti enim in primo donatario, ſubſtineri non poteſt donatio, ita nec uidetur poſſe incipere ab eius hęredibus, ut poſt Bolognin. conſil.64. num.3.& 6.declarat Franc.Anton.Coſt.conſil.12.num.78.& ſeq. Andreol.controu.232. n.4. Cyriac.cap.21.de tranſmiſſ.num.105.par.3.Molin.de rit.nupt.q.25.n.35.& 36.Bich.deciſ.136.num.32.Merlin.dec.664.n.28.

19 Vel, quando ex uehementibus coniecturis deſumptis ex uerbis ipſius donationis apertiſſimè deprehenditur, donantem uoluiſſe tantummodò donare donatario, eiuſdemque perſonam, uti ſuperſtitem poſt obitum ipſiuſmet donantis contemplaſſe, prout doctrinam Bald.ex aduerſo in motiuis allegatam, conſil.108.& conſ.391. lib.3. in ſpecie intelligunt, Molfeſ. conſ.41.num.6. Valaſc.de Iur.emphyt. quæſt.50.num.44.ad fin. Cancer.var.lib.3.cap.21.num.106.& ſeq. Merlin. dec.664. num.39. Rot.in rec.dec.142.num.8.part.4.

Et in his etiam terminis procedunt ex aduerſo allegati, Alciat.dict.conſ.3.num.20. & 23. lib.8.Cephal.conſ.312.num.85.& ſeq. Menoch.conſ.84. num.15. & conſ.442. numer.32. Quæ omnia non concurrunt in præſentia, cum nullibi conſtet de perſonalitate donationis, quòdque donatio fuerit facta inter perſonas prohibitas, & ſuperuiuentia filiæ donatariæ fuerit aliquo modo contemplata.

Prædicta uerò omnia eò libentiùs fauore Monaſterij admittenda, cum re uera non uerſemur in terminis gratuitæ, uel etiam cauſatiuæ donationis, quam probabile ſit, donantem feciſſe ad prouidendam perſonam poſt eius mortem ſuperextituram; non autẽ eiuſdem præmorientis hæredem, adeòut ſpectandum ſit, quid donans concedere uoluerit donatario, qui, cum ex uulgatis dicatur fouere cauſam lucratiuam, conſequitur ſolùm id, quod donanti placuit elargiri, cuius ſola uoluntas inſpici debet ad effectum agnoſcendi, non ſolùm quid, & quantum fuerit donatum, ſed etiam ſub qua lege, & conditione.

Sed potiùs agitur de actu correſpectiuo, &
20 hinc inde oneroſo; cum enim Pater ex proprio officio congruè teneretur filiam, quamuis diuitem, aliundèque prouiſam dotare l.fin. Cod.de dot.promiſſ. ita ab Interpretibus communi ſenſu intellecta, ponderata potiſſimùm dictione, omninò, Bald.in l.vltima, n.4. Cod.de dot.promiſſ. Soccin.Sen. in l.1. num.37. ibique Barboſ.part.4.num.10.16.& 18. verſic. ſed quamuis, Ripa num.54. verſ.& tamen, ff.ſolut.matrim.Soccin.Iun.conſ.156.verſ.& hoc dico, Card.Mantic.de tacit.lib.12.tit.16.num.15.& ſeq. Menoch. lib.4. præſumpt.189. num.63. Giurb.ad Conſuetud.Meſſan.cap.3. gloſ.3. nu.3. Sanchez de matrim. lib.4. diſput.26. numer.5. Surd.de alimen.tit.6. quæſt.15.num.11. Boſſ.de dot.cap.4.§.5.num.25.& ſeq. Cardin.de Luca de dot.diſc.1.num.22.Coccin.dec.143. n.9.

Hinc reſultat, ut in uim dictæ renunciatio-
21 nis per eumdem Patrem deſideratæ à filia de materna præſertim ſucceſſione tranſlatiua ad eius fauorem, ut etiam nõ extantibus alijs filijs liberè diſponere, ſeu aliàs tranſmittere poſſet correſpectiuè ad dotem Monaſterio tradi ſolitam, unà cum ſcutis tercentum promiſſis poſt mortem Matris, & alijs ſcutis mille in euentum obitus eiuſdem Patris ſine filijs maſculis, cẽſeri debeat, eumdem Patrẽ renunciatarium dediſſe filiæ renuncianti dotem, aliaque in renunciatione promiſſa in pretium Iurium renunciatorum, futuramque

aleam,

aleam, tamquàm iactum retis, ita preuentiuè pro minori pretio emere uoluiſſe, idem pretium diſtinguendo, iuxta qualitatem maioris, uel minoris Iuris, quod ipſi filiæ competere poſſet, ſuperſtitibus, uel reſpectiuè non ſuperſtitibus filijs maſculis, iuxta deducta per *Soecin.Sen.conſ.135.num.1 lib.1.Natt.conſil.14.num.4.& 5.Menoch.de Arbitrar.caſ.88.num.41.verſ.& ſi ipſa mulier.Maſcard.de probat.concluſ.571.num.12. Dunozett.Iun deciſ.267.num.4.& ſeqq.& deciſ.528.numer.23.& ſeq.*

22 Quibus præhabitis, non eſt curandū de eo, quod unus ex contrahentibus uoluerit, ſed potiſſimùm attendi debet utriuſque uolūtas, *l.ſi repetendi 7. Cod.de condit.ob turp.cauſ.l.inter ſtipulantem 83.§.1.ff.de verbor.obligat. Decian.conſ.21.num.1. & ſeq.lib.2. Card.Mantic.de tacit.& ambig.lib.2.tit.4.num.11.Altograd.conſ.13.num.26.& ſeqq.lib.2.* & in ſpecie donationis, *Rot.in rec.dec.90.n.13.p.13.*

Ideóque quantitas promiſſa per Patrem in euentum obitus eiuſdem ſine filijs, reuera dici poſſit pretium renunciatæ ſucceſſionis maternæ, quæ, cum fuerit opuléta, ſatis modica reputari debet ſumma ducatorum tercentum ſolui promiſſa eidem filiæ infra tres annos poſt obitum ipſius matris.

23 Quinimò, cum huiuſmodi renunciationes continere dicantur uenditionem Iuris incerti, & euentualis; meritò ſubſtinentur, quamuis id, quòd filiæ in recompenſationem renūciationis elargitur, hæreditatibus renunciatis non eſſet æquiualens, *l.1.§.ſi impuberi, ff.de collat.bonor. Caſtr.conſ.174.lib.1. Crauett.conſ.114.num.13.& ſeqq.Pariſ.conſ.26.nu.81.& ſeqq. Aldobrand. conſ.26.num.119.lib.1. Roger.conſ.16.num.66.& trib.ſeqq.lib.1. Auctor damnatæ memoriæ ad Alex.conſ.29.nu.6.lib.3.Vuſembec.conſ.23.nu.49. Burgos de Pax.conſ.5.num.7.Carol.Anton.Put.in conſ.vnic.ex num.53.vſq.ad 63.* quod habetur poſt *conſil.Sfort.lib.1.Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.19.gloſ.vnic.part.1.num.22.& ſeq. Caſtill.lib.3.controuerſ.cap.2.num.65.& 68. Capyc.deciſ.159.num.13.ante fin.verſ.& ſi dicatur, Boer.deciſ.62.Card.Ottbobon.dec.182.num.11.& 25. Rot.in recent.deciſ.150.num.12.part.11.* ubi, quòd ob hanc eamdem rationem leſio ſibi locum non uindicet.

Huiuſmodi controuerſia in Rota Lucenſi *agitabatur, exitum cauſæ ignoro.*

ARGVMENTVM.

Matrimonium cum certa perſona contrahendum dici debet cauſa finalis donationis factæ contemplatione eiuſdem matrimonij, etiā ſi alię cauſę legātur expreſſæ, quæ præſumūtur impulſiuæ, cauſæque matrimonij ſubalternātur. Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando donatio eſt facta intuitu matrimonij in genere; ideòque vtpotè cauſatiua, non autem puta, ſolemnitantibus ſtatutarijs non eſt obnoxia. Reprobata diſtinctione, an ex neceſſitate, vel voluntate proceſſerit.

Statutum, an, & quando dici debeat ſublatum per non vſum habentem actum contrarium implicitum; quamuis alioquin fuerit obſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cum certa perſona contrahendum dicitur cauſa finalis donationis factæ contemplatione eiuſdem matrimonij.*

Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando donatio eſt facta intuitu matrimonij in genere.

2 *Dictio, vt, cauſam, rationemque finalem denotat.*

Maximè, quando apponitur in vim cauſę aptæ producere ſuum cauſatum.

3 *Expenditur ratio concluſionis, de qua* num.1.

4 *Donationes contemplatione certi matrimonij cenſentur priùs tractatæ, & conuentæ inter affines ſponſi, & ſponſæ, ac etiam inter eoſdemmet ſponſos, alioquin matrimonium non contracturos.*

5 *Contractus dicuntur inter ſe omninò correſpectiui, quoties fuerunt celebrati eadem die, in eodem loco, & coram eiſdem teſtibus, & Notario.*

Præcipuè, quando non ſunt inter ſe incompatibiles.

Idq; non per fictionem, ſed per præſumptionem.

6 *Idemque aſſerendum in Inſtrumentis donationis contemplatione matrimonij, & conſtitutionis dotis, eadem die, in eodem loco, & coram eiſdem teſtibus celebratis.*

7 *Donatio contemplatione certi matrimonij, vtpotè cauſatiua, & non pura, non ſubiacet ſollemnitatibus ſtatutariis.*

Declaratur contraria ſententia Gabrielis conſ.57.lib.2.

8 *Donatio contemplatione certi matrimonij facta ex neceſſitate non ſubiacet ſollemnitatibus ſtatutarijs; ſecus ex voluntate.*

9 *Reprobatur huiuſmodi ſententia diſtinguens, inter cauſam neceſſariam, & voluntariam.*

10 Refellitur *deciſió* Rotæ 22. poſt Picum *ad ſtatuta* Vrbis.

11 *Matrimonium non poteſt dici cauſa finalis donationis; ſed potiùs impulſiua ob antecedentes cauſas in eadem donatione expreſſas.*

Declara, vt num. ſeqq.

12 *Cauſa matrimonij dicitur finalis, cæteræ verò* cau-

cauſæ præſumi debent impulſiuæ, cauſęque matrimonij ſubalternantur.

13 *Donatio facta ex cauſa augmenti dotis, cum expreſſione aliarum cauſarum pro maiori robore donationis, valet ex principali cauſa augmenti dotis.*

14 *Matrimonium, ex quibus præſumi debet prima, originaliſque cauſa donandi.*

15 *Cauſæ expreſſæ in donatione ob amorem, & grata ſeruitia accepta, vel iudicari debent impulſiuæ in concurſu cum cauſa certi matrimonij.*

Vel cenſentur appoſitæ ex ſtylo Notariorum.

16 *Materialis verborum formula circà antecedentem, vel ſubſequentem cauſarum expreſſionem non debet attendi, ad effectum eludendi coniecturas, ex quibus deſumitur, cauſam matrimonij fuiſſe finalem in donatione.*

17 *Declarantur deciſiones* Rotæ in recent.145. & 314.part.13.

18 *Statuta requirentia ſollemnitates in donationibus reſpiciunt potiſſimùm fraudem, qua ceſſante, ceſſat etiam Statuti diſpoſitio.*

19 *Fraudis ſuſpicio ceſſat in donatione, ſtante Iudicis interuentu, qui, cauſa cognita, donationem, tamquàm validam, inſinuari mandauit.*

20 *Statutum, quoties in donatione alternatim requirit, vel præſentiam Iudicis, vel proximiorum ſufficit vnum ex his concurrere.*

Alternatiuæ natura eſt, vt vno ſit contenta; neque omnium expoſtulet concurſum.

21 *Iuramentum æquipollet clauſulæ* omni meliori modo.

22 *Non eſt præſumendum, donantem alias cauſas exprimendo viam elegiſſe, per quàm eius donatio impugnetur.*

23 *Actus contra voluntatem agentis non eſt interpretandus.*

24 *Actus, qui ex capite valido, & inualido geri potuit, ex valido proceſſiſſe eſt intelligendus.*

25 *Præſumptio, potiùs adaptari debet ad actum confirmandum, quàm impugnandum.*

26 *Donatione pro ſubſtinenda, cauſa etiam impulſiua dici debet finalis.*

27 *Cauſa, licèt ſuaptè natura eſſet impulſiua; attamen, ſi ea ceſſante, nihil prorſus actum fuiſſet, dici debet finalis.*

28 *Statutum dici debet ſublatū ex ſolo ſpatio decennii per non vſum habentem actum contrarium implicitum, quamuis etiam ſtatutum fuiſſet aliàs obſeruatum.*

29 *Statuti vſus contrarius probatur ex pluribus actibus geſtis abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.*

30 *Statuti Apoſtolica confirmatio præſumi debet in forma communi.*

31 *Statuti confirmatio non continens clauſulam ex certa* ſcientia; *ſed* quatenus ſit vſu receptum, *dicitur conditionalis.*

32 *Fundans ſe in ſtatuto, illius vſum plenè, ac concludenter debet probare.*

33 *Statutum vſu receptum præſumitur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi.*

34 *Intellige in ſtatuto abſque clauſula conditionali vſu confirmato, non autem in ſtatuto præcisè vſum requirente.*

CAPVT CX.

QVÆSTIO eſt, an, donatione facta à fratre alteri fratri, ad hoc, vt honorificétiùs onera matrimonij cum certa perſona contrahendi ſubſtinere valeat, dicatur idem matrimonium cauſa finalis eiuſdem donationis; ita vt aliter donans non fuiſſet donaturus, atque adeò donatio, vtpotè ob cauſam ſolemnitatibus non ſubiaceat ſtatutarijs, non obſtante præcedēti aliarum cauſarum expreſſione, nempè, ob amorem, grataque ſeruitia accepta, & quæ accipere ſperat, & abſq; dubio reſpondendum, quòd matrimonium reuera fuerit cauſa finalis donationis; idque ex pluribus.

1 Primò, quia, cum non poſſit dubitari quin in præſenti themate agatur de donatione, in qua ſpecificè pluries enunciatur certum matrimonium cum Eugenia contrahendum, hinc fit, vt ob indiuiduatem ſponſæ expreſſionem, cum qua donatarius matrimonium contrahere debebat, receptior ſit ſententia affirmans, quòd idem matrimonium præſumatur cauſa finalis donationis, perinde, ac ſi donans dixiſſet, ſe aliter non donaturum. Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando donatio eſt facta intuitu matrimonij in genere, iuxtà receptiſſimam diſtinctionem, quam in his terminis firmant, *Caſtr. in l.2.§.fin.num.2.verſ.tertius caſus, ff.de donat. Hieronym. à Laurent. in repet. l. ſi emancipati num.237. Cod. de collat. Alex. in l.fin.num.8.ff.de condict. ob cauſ. & in l.ſi pecuniam num.18.eod.tit. Bertrand. conſ.77. num.5.verſ.quod etiam, & ſeq. lib.7. Natt. conſ. 609.num.11. verſic. modò in propoſito, Roland. conſ.44. num.9. verſic. ſed præmiſſis, & conſ. 70.num.13.lib.4. Neuizan. conſ.45. num.26. & ſeqq. Surd. conſ.196.num.11. Becc. conſ.20.num. 11.12.& 23.in fin. Bombin. conſ.61.num.16. & ſeqq. Menoch. conſ.261.num.10.verſ. illa verò, & conſ.723. numer.16. Bertazol. conſ. ciuil.28. num.51. Ludouic. Bell conſ.19. numer.15. Peregrin. conſ.78.num.6. verſ. nam illuſtriſſima lib. 3. Marcian. Sen. conſ.33.num.2.in fin. lib.1.* latè *Altograd. conſ.7. num.12. lib. 1. Coſta de fact. ſcient. & ignor. inſpection.14 num 5. Molin. de rit. nuptiar. lib.3. quæſt.6.num.72. verſic. verius tamen, Card. Mantic. de tacit. & ambigu. lib.3. tit.4.num.11. verſic. ſed ex ſententia, Cutell. de donation. contemplat. matrim. tract.1. diſc.3. partic.6.num.4. Nonar. quæſt. for. part.1. quæſt.83. num.2. Gratian. cap.924. numer.19. & ſeqq. & cap.984. num.22. et ſeqq. Molfeſ. ad Conſuetud. Neapolit. part.4. quæſt.25. num.7. et in Addit.* pariter *num.7.* latiſſimè *Fontanell. de pact. nuptialib. clauſ.4. gloſ.1. num.16. et 35. & clauſ. 4. gloſ.9. part.1. num.31. et ſeqq. Staiban. Iun. reſolut.22. num.17. & ſeq. lib.1. Caſtill. quotid. contron. lib.5. ſecunda parte, cap.119. num.16.*

pro-

propè fin. verſ. ratio autem differentiæ, ubi ra-
tiones huius diſtinctionis adducit, *Andreol.*
plures alios referens, *contrauerſ. 155. num. 9.*
Maſtrill. dec. 211. num. 4. & ſeqq. Mut. deciſ. 25.
num. 2. & ſeq. Intrigliol. deciſ. 20. num. 6. & ſeq.
Larrea deciſ. Granat. *33. num. 13.* latè *Monter.*
deciſ. Aragon. 10. num. 14. verſic. ſequitur ſecun-
dus, & duob. ſeqq. & num. 19. & ſeqq. Epiſcop.
Thomat. deciſ 27. num. 8. & ſeq. Rot. in rec. dec.
127. num. 12. part. 6 & dec. 229. num. 16. part.
12. quæ eſt etiam impreſſa poſt *Cutell. de do-*
nation. fol. 311. num. 13.

Ponderata præſertim dictione, *vt*, ibi: *&*
2 *vt dictus Franciſcus honorificentiùs onera ma-*
trimonialia ſubſtinere poſſit, per quam dictio-
nem, *ut*, propriè oſtenditur cauſa, & ratio
finalis, *l. eum alime[illegible]. 1. ff. de aliment. & ci-*
bar. legat. ibi: *Illam autem adiectionem, vt ha-*
beat vnde ſe paſcat, magis ad cauſam, &c. l. ſi
creditor, ff. de diſtract. pignor. cap. vt Clericorum,
de vit. & honeſt. Clericor. l. emptori, ff. de euict.
l. lege cenſoria 203 §. omnes denique, vbi *Rebuff.*
poſt princip. verſ. vt hæc particula, ff. de verbor.
ſignific. Surd. conſil. 393. num. 12. lib 3. maximè
quando, prout in præſentia, apponitur in
vim cauſæ aptæ producere ſuum cauſatum,
Bald. dict. conſil. 103. num. 3. lib. 1. & in ſpecie
prædictæ dictionis, *vt*, in donatione adiectæ,
Gratian. cap. 924. num. 20. Caſtill. lib. 5. controu.
part. 2. cap. 119. numer. 22. Monter. deciſ. 10.
num. 17.

3 Huiuſmodi verò diſtinctio optimè eſt inni-
xa rationi; vbi enim fit donatio ad effectum
ſubſtinendi onera certi matrimonij contra-
hendi, ſatis ſuperque apparet, donantem
peculiarem habuiſſe affectionem deſtinato-
rum iugalium, exoptaſſeque, vt matrimoniū
cum illa certa muliere ſequeretur, cum quā
donatarius decentiùs viueret, maiorem dotē
allatura intuitu donationis factæ eius ſpon-
ſo, alioquin tantam dotem non promiſſura,
adeòut eadem donatio cenſeri debeat portio
ipſius contractus matrimonij, & cum eo con-
fundatur, tamquàm quid correſpectiuum,
& indiuiduum, vtilitatemque concernat, nō
ſolùm donatarij, ſed mulieris ſecum contra-
hentis, eiuſque parentum, qui vidētes huiuſ-
modi donationes ſuturis Generis fieri, ener-
uant ſua patrimonia amplas dotes promit-
tendo, vt viris ditioribus filias nuptui tradāt,
aliàs tantam dotem non promiſſuri, prout in
terminis benè expendunt *Menoch. conſ. 261.*
num. 15. & 37. Ludouic. Bell. conſ. 19. num. 18.
Becc. conſil. 20. num. 12. verſic. confirmatur, Car-
din. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 4. num.
12. Caſtill. quotid. controuerſiar. lib. 5. ſecundæ
partis cap. 119. numer. 16. propè fin. verſic.
ratio autem differentiæ, Altograd. dict. conſil. 7.
num. 13. & ſeq. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 4. gloſ. 1. num 19. Andreol. controu. 155.
num. 9. poſt principium, verſ. & ideò in terminis,
Monter. dict. deciſ. 10. num. 7. 20. & ſeqq. ſignā-
ter *num 14. & ſeq. Muta dec. 25. nu. 8. Peguer.*
dec. 220. num. 1.

Secundò aduertendum, quòd, cum hæc quę-
ſtio, an, ſcilicet, Matrimonium fuerit cauſa fi-
nalis donationis, ſine quo, neque donans fuiſ-
ſet donaturus, neque parentes ſponſę tantam
dotem promiſſuri, tota dependeat à facti cir-
cumſtantijs, ob quas Interpretes inter ſe
ſunt adeó diſcordes, & potiſſimùm ab eo, an
conſtet de præcedenti tractatu ſuper do-
natione facienda habito, inter donantem,
ſponſæque parentes, ex quo mens dubia con-
trahentium declarari valeat, abſque dubio in
præſentia huiuſmodi præcedens tractatus ſa-
tis, ſuperque colligitur, nedum ex legali prę-
4 ſumptione, quód huiuſmodi donationes con-
templatione certi matrimonij cenſeantur
priùs tractatæ, & conuentæ inter affines ſpō-
ſi, & ſponſæ, ac etiam inter ipſoſmet ſpon-
ſos, alioquin matrimonium non contractu-
ros, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9.*
part. 1. num. 33. & ſeqq. verſ. ſi etiam, Marcian.
Sen. conſ. 33. num. 5. verſic. conſideretur, namque,
Tondut. lib. 1. reſolut. ciuil. cap. 55. num. 10. &
cap. 168. num. 14. lib. 2. rectèque conſetunt de-
ducta per *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. de*
aſſenſ. Reg. ſuper dote, §. 2. n. 20. & ſeq.

5 Sed fortiùs, quia donationis inſtrumentū
fuit confectum eadem die, eodem in loco, &
coram eiſdem teſtibus, & Notario, coram
quibus fuit ſtipulatum Inſtrumentum dotale,
ex qua facti ſerie pluſquám liquidò deprehen-
ditur, hos duos contractus fuiſſe inter ſe om-
ninò correſpectiuos, hoc eſt vnum fuiſſe cele-
bratum gratia, reſpectu, contemplationeque
alterius, adeòut dici debeant vnus, idemque
actus ſubſtantificè, maximè, quia non ſunt in-
ter ſe incompatibiles, *l. Iuris gentium, § quini-*
mò, ff. de pact. l. lecta, ff. ſi cert. petat. Bald. in l.
Sempronius 48. ff. de legat. 2. & in l. petens, nu.
49. ibique *Dec. Cod. de pact. Corn. conſ. 36. num.*
14. lib. 1. Oldrad. conſil. 263. num. 2. Surd. conſil.
551. num. 10. verſ. & quod plura ſunt, Decian.
conſil. 28. num. 15. lib. 5. Menoch. præſumpt. 12.
num. 4. & ſeqq. lib. 6. Tiraquell. in l. ſi vnquàm,
verbo *donatione largitus, num. 117. Cod. de re-*
uoc. donation. Cyriac. controu. 68. num. 8. Frecc.
de ſubſeud. lib. 2. quæſt. 16. num. 7 de Ponte de
poteſt. Proreg. tit. 8. de refutat. feudor. §. 1. n. 4.
Ciroce. diſcept. 67. num. 68. Capyc. Latr. conſult.
123. num. 91. lib. 2. Giurb. innumeros ex more
referens, *dec. 85. num. 18. Franc. dec. 369. num. 4.*
Merlin. dec. 555. num. 1. Ludouiſ. dec. 508. nu. 9.
Rot. in recent. dec. 340. num. 16. part. 9. & poſt
Salgad. in labyr. credit. deciſ. 49. num. 3. & 4.
vbi, quòd, ſi duo Inſtrumenta eodem die, &
loco, & coram eiſdem Notario, & teſtibus
fuerint confecta, videatur vnum alteri ineſſe,
perindèque habeatur, ac ſi vnico Inſtrumen-
6 to peracta fuiſſent, idque non per fictionem,

vt

vt putat Iaſ.in l.lecta, num.14. ibique Purpurat.nu.46.ff.ſi cert.petat. ſed per præſumptionem, prout rectè aduertit Menoch.lib.6.præſumpt.12. num.25.& duob.ſeqq. & in his terminis, quòd donatio contemplatione matrimonij, vtpotè facta in eodem loco, eodemque tempore, & coram eiſdem teſtibus, & Notario, coram quibus fuit ſtipulatum Inſtrumentum dotis, dicatur correſpectiua ad dotem promiſſam, & matrimonium ſit cauſa finalis donationis, benè Menoch.conſ.723. nu.14.& ſeqq.Natt.conſ.115.n.1.& ſeqq.

Firmato igitur ex prædictis, reuera matrimonium cum certa muliere contrahendum fuiſſe cauſam finalem donationis; abſque dubio eadem donatio, vtpotè cauſatiua, & non
7 pura, ſolemnitatibus non ſubiacet ſtatutarijs, prout eſt receptiſſima ſententia, quam, omiſſis innumeris antiquioribus, qui poſſent laudari, firmant ex recentioribus poſt Bald. in Auth.decimum in fin.Cod.de donat.ante nupt. Bart. in l.Actilius, ff de donat. Menoch. conſil. 944.num 31.lib.10. latè Altegrad.d.conſil.7. per tot.lib.1.Andreol.contron.155.nu 4.Add. ad Buratt.dec 924.num.17. Gratian. cap.984. num.25. Staiban.Iun.reſolut.22. num.19. lib.1. Surd.dec.214.num.14. de Xari.dec.Sardin.40. num.1.& ſeqq.Ludouiſ.deciſ.563.num.11. ibique Add.lit.D.Merlin.dec.80. num.7. repetita poſt Zacch.de oblig.Cameral. dec.245. num.7. Quidquid contrarium defendat Gabr. conſil. 57.lib.2. eius enim ſententia procedit in donatione ob cauſam matrimonij impulſiuam, & non finalem, & in matrimonio contrahendo in genere; non autem cum perſona particulari, prout benè aduertunt Gratian.dict.cap. 984.num.26.Add.ad Buratt.dec.924. num.17. verſ.& quidquid ſit.Monter.deciſ. Aragon.10. num.1.& ſeq.iuncto n.15.& ſeq.

8 Quò, verò ad diſtinctionem ex aduerſo allatam ſuper donatione facta ex Iuris neceſſitate, vel ex voluntate, vt in primo caſu dicatur donatio ob cauſam non ſubiecta diſpoſitionibus ſtatutarijs; ſecus verò in ſecundo, cū dicatur ſimplex, Gabriel.cōſ.57.n.10.lib.2. de Pont.conſ 25.n.12.lib 1. Cutell.de donation. cōtempl.Matrim.tract.1 diſc.3.particul.6.n.12. & 18.& tract.2.diſc.1.ſpecial.4. per tot. Gratian.cap.489.n.15.& ſeq. Michalor.de fratrib. p.1.cap.20. n.21.verſ.conſiderant etiam, cum alijs relegendis, apud Rot. dec.22.n.8.& ſeqq. poſt Pic.ad Statut.Vrb.Card.Caual.dec.393.n.5

9 Eſt animaduertēdū, quòd huiuſmodi diſtinctio ex communi Doctorum ſenſu eſt in maiore damnata, quidquid ſit in minore, illamque latè reprobant in his præciſis terminis, pluribus congeſtis, Torniell. conſ.81. num.25. & ſeqq.Ludouic.Bell.conſ.19. num.19. vbi de donatione facta à patruo, Menoch. conſ.261. num.15.egregiè, præ cæteris, Altegrad.dict. conſil.7.num.39.& ſeqq.vſque ad num.53.lib.1 Andreol.controu.155.num.16.& ſeq. optimè aduertentes, huiuſmodi diſtinctionem nō obſtare, quia ad effectum, de quo agitur, vt, nēpè donatio dicatur ob cauſam, non debet cōcurrere neceſſitas præciſa; ſed ſufficit cauſatiua ex parte donantis; hoc eſt, quòd aliter non fuiſſet ſequutum illud matrimonium cum illa certa muliere, niſi facta illa donatione, Ciarlin. controu.124. num.8.Rot.in recent.
10 deciſ.241.num.8.& ſeqq.part.7. quæ in ſpecie reprobat dec.22.poſt Picum ex aduerſo adductā.Rota in Tiburtina donationis 17 Iunij 1652 coram Card. Cerro impreſſa poſt Cutell.de donationib. fol.300. num.4. verſic.reiecta diſtinctione, an cauſa ſit neceſſaria, vel voluntaria.

11 Parumque releuat, quòd matrimonium non poſſit dici cauſa finalis, ſed potiùs impulſiua ob antecedentes cauſas expreſſas, ibi: Ob amorem, et grata ſeruitia accepta, et quæ accipere ſperat, quæ operantur, vt cauſa etiam matrimonij reſolui debeat in impulſiuam, Oldrad. conſ.5. num.1. Caſtr.conſil.346. num.2. verſ.ſecundò videtur obſtare lib.1. Dec. conſil.328.num.6.Surd.conſ.361.num 19.et 33. Giouagn.conſ.83.num.46.et ſeqq. Cephal.conſil. 81.n.9.Gabr.conſ 57.n.11.lib.2. Card.Mantic. de tacit.lib.3.tit.12.n.39.Molin.de rit.nuptiar. lib.3.q.12. nu.8 Molfeſ.in add.ad conſ.9.nu.8. et ſeqq. Monter.dec.Arago.10.n.7.Buratt.dec. 924.nu.8.Merlin.dec.229.n.5.et 10.Rot.in rec. dec.145.num.8.et 314.n.6.et ſeq.p.13.

12 Siquidem huiuſmodi obiectum multiplici tollitur reſponſione. Primò aduertendo, quòd cauſæ ob amorem, grataque ſeruitia accepta expreſſa in donatione, in qua etiam enunciatur altera cauſa, nempè, ad hoc, vt donatarius onera matrimonij cum certa perſona contrahendi ſubſtinere poſſit, præſumi debeant impulſiuæ, & ſubalterneutur cauſæ matrimonij, quæ, ex ſupra firmatis, dicitur verè finalis, Surd.conſ.196.num.1.verſ.certè ſi quis hanc facti ſeriem, et num.14.et ſeqq. Bombin.conſ.16.num.17.in fin.Mart.vot.215. n. 31. optimè Rot.in recent.deciſ.229.nu.13.et ſeqq. part.12. quæ etiam eſt impreſſa poſt Cutell.de donat.fol.311.num.11.et ſeqq. & quemadmodùm, ſi huiuſmodi cauſa ſubſtentationis onerum matrimonij fuiſſet in donatione expreſſa, res omninò careret difficultate, & donatio ſubſiſteret, etiam abſque ſolemnitatibus ſta-
13 tutarijs; Ita etiam idem eſt aſſerendum, appoſitis alijs cauſis, prout in proximis terminis, Card.Scraphin.dec.201.num.12.et ſeq. vbi, quòd donatio facta ex cauſa augmenti dotis, cum expreſſione aliarum cauſarum pro maiori robore donationis valeat ex principali cauſa augmenti dotis; Signanter, quia matrimonium fuit prima, originaliſque cauſa donandi, quod ex eo deprehenditur, quia, ſi nō fuiſſet tractatum, & concluſum matrimonium in donatione ſpecificè enunciatum, vti-

que

que frater alteri fratri non donaſſet, quòd benè in his terminis aduertit *Surd. conſ.196. n.14.poſt.prnc.verſ.ſpes igitur.*

14 Secundò, præexiſtente cauſa donandi ob matrimonium á donatario contrahendum cum certa muliere nominatim expreſſa in donatione, & concurrente uehementiſſima Iuris præſumptione, quòd, tám donatio, quàm Inſtrumentum dotis fuerint contractus inter ſe omninò correſpectiui, & vnus factus gratia, contemplationeque alterius, vtpotè geſti in eodem loco, & die, necnon coram eiſdem Notario, & teſtibus ex ſupra

15 adductis: Huiuſmodi cauſæ ob amorem, & grata ſeruitia accepta, uel iudicari debent impulſiuæ in concurſu cum cauſa certi matrimonij, quæ ex allegatis dicenda eſt finalis; vel cenſentur appoſitæ de ſtylo, & formulis conſuetis Notariorum; ideòque parùm attendendæ, ſaltem ad effectum excludendi matrimonium fuiſſe cauſam finalem donationis, prout poſt *Bald.in l. fin.* ad fin. *ff.de fideiuſſor.* in ſpecie *Latrea dict.dec.Granaten. 33. num.65.poſt princip.verſic.et ideò,* benè *Rot. in Romana donationis 13.Iunij 1661.§.nec dicatur coram Card.Cerro.*

Atque ex his patet etiam reſponſio ad obiectum, quòd cauſa amoris, acceptorumque ſeruitiorum, vtpotè priùs expreſſa præ-

16 ualere debeat; nam in hac materia non ſtat vis in antecedenti expreſſione cauſarum, vel in præpoſteratione earumdem; ſed potiùs in coniecturanda donantis voluntate, an, ſcilicèt, attentis circumſtantijs, matrimonium cōtrahendū fuerit cauſa finalis donationis; adeòut aliter quis non fuiſſet donaturus; alioquin enim materialis verborum formula circa antecedentem, uel ſubſequentem cauſarum expreſſionem, præcipuè in rebus, quæ ut plurimùm dependet ab imperitia, & incuria Notariorum, ſatis ſuperque (prout miſerabili experimento edocemur) Reipublicæ perniciosa, nullo Iure debeat euertere urgentes coniecturas ex facti ſerie deſumptas manifeſtè ſuadentes, donantem principaliter motum fuiſſe ad donandum gratia, contemplationeque certi matrimonij contrahendi, alioquin non donaturum.

Deciſiones uerò ex aduerſo allegatæ in *re-*

17 *cent.145.et 314.part.13.* nullatenus obſtant, neque adaptantur, non ſolùm, quia ibi agebatur de donatione, quam affinis extorſerat à muliere ad hunc effectum illam extra patriam traducēdi ad domum propriam ipſius donatarij, abſque eo, quòd fuerint in eadem donatione adhibitæ ſolemnitates ſtatutariæ, & abſque interuentu proximiorum, qui, quamuis exiſterent, nihilominus mulier iurauerat, illos non adeſſe, quibus potiſſimùm circumſtantijs facti innituntur prædictæ *deciſiones* declarantes inualidam donationem, rectèque inferentes, quòd cauſa matrimonij incerti contrahendi, cenſeri debeat adiecta ad colorandam donationem, fraudandumque ſtatutum, prout in eiſdem deciſionibus uideri poterit.

Sed ulteriùs in caſu earumdem *deciſionum* remanebat omninò excluſa coniectura, quòd matrimonium fuerit cauſa finalis donationis, dum ibidem legebatur ſpecificum pactum, quòd, etiam non ſequutis nuptijs, ſubſiſteret donatio, prout *in dict. deciſ.145.num.4.et ſeqq. et dec.314.num.5.et ſeqq.part.13.recent.* & in hoc pariter ſe fundant *deciſiones*, accedente etiam manifeſta fraude in extorquenda donatione à muliere imbecilli abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.

Huiuſmodi, autem circumſtantiæ nullatenus conueniunt in præſenti facti ſpecie; ſed, cum agatur de donatione facta à fratre maiore alteri fratri ex cauſa ſatis rationabili certi matrimonij contrahendi, omninò ceſſat quælibet fraudis ſuſpicio, quam potiſſimùm

18 reſpicere ſolent ſtatuta requirentia ſolemnitates in huiuſmodi donationibus, qua fraude ceſſante, ceſſat etiam Statuti diſpoſitio, prout in ſpecie conſimilis Statuti *Mediolani* requirentis publicationem, benè aduertit *Cephal. conſil.162. numer.13.lib.2.* & latè in his terminis *Menoch. conſil.261. numer.15. et ſeqq.*

19 Eóque magis excluſa remanet quælibet fraudis ſuſpicio, ſtante Iudicis interuentu, qui, cauſa cognita, donationem, tamquàm ualidam inſinuari mandauit, *l.tranſactionem, Cod.de tranſactionib. Roland. dict.conſ.39. numer.43. lib.1.* & in his terminis benè *Cephal.dict.conſil.162.num.14.lib.2.* quem ſequitur *Menoch.dict.conſ.261. num.21.* ex quo Iu-

20 dicis interuentu poteſt etiam dici ſatisfactum Statuto, quatenus, ſine ueri præiudicio, eidem locus eſſet; cum enim idem Statutum alternatiuè requirat, uel præſentiam Iudicis, uel trium conſanguineorum proximiorum, ſufficit, unum ex his concurrere; hæc enim eſt natura alternatiuæ, ut uno contentetur, neque omnium expoſtulet concurſum, *l.ſi hæredes plures, ff.de condit.et demonſtrat. l.ſi ita quis ſtipulatus fuerit, ff.de verbor.obligat l.plerumque, ff.de Iur.dot. cap.in alternatiuis de regul. Iur.in 6.Surd.conſ.339.num.10.Menoch.conſil. 1110.num.3.Cyriac.controu.174.num.19. Peregrin.de fideicomm.art.13. num.34. Caren.reſolut.96.num.2.Bich.dec.58.num.9.Merlin.dec. 390.num.19.*

Prædicta autem omnia eò libentiùs admittenda, quia, ſi donans fuiſſet interrogatus, an uellet dictam donationem ualere ex cauſa matrimonij, in euentum, quòd ob expreſſionem aliarum cauſarum ualere non poſſet, utique reſpondiſſet, uelle; hæc itaque interpretatio capienda eſt pro actus ualiditate, quæ con-

conuenit uoluntati donantis, conuenit etiam
uerbis, poſtquàm diſertè cauſam matrimo-
nij expreſſit, conuenit naturæ, ualiditatique
21 actus habentis clauſulam, *omni meliori modo*,
cuius maxima eſt uis, conuenit etiam Iura-
mento, quod eamdem uim obtinet, *l.cum pa-
ter, §.filius matrem, ff.de legat.2.* & eſt amica
intentioni donantis; non autem eius deſtru-
ctiua; non enim eſt præſumendum, donautem
22 alias cauſas exprimendo, uiam elegiſſe, per
quam eius donatio impugnetur, iuxta regu-
lam *l.ſi idem ſeruus, ff.de legat.2.et l.ſi cui purè*
in fine principij, *ff.ad Senat.Cõſult.Trebellian.*
23 qua edocemur, actum contra uoluntatem
agentis non eſſe interpretandum, alteram-
que regulam deſumptam ex *cap.niſi de præ-
bendis.* quam colligit *Roman.ſingul.15.* quòd,
24 nempè, actus, qui ex capite valido, & inuali-
do geri potuit, ex ualido proceſſiſſe eſt intel-
ligendus, rectèque conuenit theorica *Bald.in
l.ſi quis à filio, ff.de legat.1.* quòd præſumptio
25 potius adaptari debeat ad actum confirman-
dum, quàm impugnandum, ideòque in prædi-
cto *textu* non ſit repetitio conditionis actum
permentis, *l.cum vulgari*, ubi *gloſ. et Bart. ff.
de dot. prælegat* prout in terminis ad exclu-
dendam nullitatem donationis ob non factã
inſinuationem, quamuis donatio contineret,
non ſolùm expreſſionem cauſæ augmenti do-
tis; ſed etiam alias cauſas amoris, ſeruitio-
rum, & beneficiorum, arguit egregiè iuxta
morem *Cardinal Seraphin.* omninò uidendus,
decis.201. n.12.et ſeqq. ubi *num.28. in fin.* qui
26 ſingulariter aduertit, quòd pro ſubſtinenda
donatione cauſa etiam impulſiua dici debeat
finalis, quinimò, licèt cauſa eſſet ſui natura
27 impulſiua, attamen, ſi ea ceſſante, nihil actũ
fuiſſet, finalis dicitur, ut in ſpecie optimè
*Menoch.conſil.723.num.16. in fin. verſic.quod
licet cauſa.*

Vlteriùs ſublata remanet quælibet difficul-
tas, quia Statutum *Fulginaten.* nedum non
eſt in uſu; ſed imò per contrarium uſum re-
peritur abrogatum, prout liquidò conſtat ex
pluribus donationibus multis abhinc annis
factis, nullatenus adhibitis ſolemnitatibus di-
28 cti Statuti, quod dici dèbet ſublatum ex ſo-
lo ſpatio decennij per non uſum habentem
actum contrarium implicitum, quamuis, etiã
Statutum fuiſſet aliàs obſeruatum ex adductis
per *Surd.conſ.58.num.10. et ſeq. Roland.conſ.
99.num.9.et 10.lib.2.*

29 Non poteſt autem dubitari de contrario
uſu, cum plura exhibeantur Inſtrumenta do-
nationum celebrata abſque ſolemnitatibus
Statutarijs, & plura alia exhiberi poſſent, qua-
tenus opus eſſet, *Crauett.conſ.184.nu.9. Hon-
ded.conſ.53.num.8.et 28.lib.1. Surd.deciſ.265.
num.60. Gratian.deciſ.Marchiæ 186. num.1. et
18.* & in præciſis terminis huius Statuti, *Ci-
rocc. diſcept.53. num.5. et 6.* qui benè etiam
num.2.et ſeqq. aduertit, quòd, cum confirma-
30 tio Apoſtolica dicti Statuti, quæ præſumi de-
bet in forma communi, *cap.porrecta, de con-
firmat.vtil.vel inutil. Ripa lib.1.reſponſ.22.nu.
8. Tamburin. de Iur.Abbat. tom.1. diſput.18.
quæſt.1.num.5 Rot.* poſt eumdem *deciſ.78. nu.
7.tom.3 Cardin.de Luca de ſeruit.diſc.71.num.
12.Rot.diuerſor.deciſ.780.ſub num.5.verſ.et in
dubio, part.1.et in recent. dec.179. num.39. et
ſeq.part.9.tom.1. Buratt.dec.6.num.4.* non cõ-
31 tineat clauſulam, *ex certa ſcientia*; ſed *quate-
nus ſit vſu receptum*, atque adeò conditiona-
liter, *Dec.in rubric.de confirmat.vtil.vel inutil.
num.2.* ibique *Berou. num.9. et 10. Bologn in l.
edicta num.141.Cod.de edend.Rot.diuerſ.d.dec.
780.num.5 p.1. Coccin.dec.448. num.11.* fun-
32 dans ſe in Statuto, illius uſum plenè, & con-
cludenter probare debeat, *gloſ.in l.1.* uerbo
probatis, ubi *Bald.verſic.2.gloſ.opponit, Sali-
cet.num.11.verſic.nunc tranſeo. Cod.quæ ſit lõ-
ga conſuetudo, Tiraquell.de retract.lignag §.8.
gloſ.7.num.1.Mart.de clauſul part.1. clauſ.111.
num.2.Gratian deciſ.March.14. num.1. et ſeqq.
Rot.diuerſ.deciſ.56.num.5. et deciſ.780. nu.12.
part.1.*

33 Contraria uerò concluſio, quòd, nempè,
Statutum uſu receptum præſumatur, & alle-
ganti contrarium incumbat onus probandi,
*Crauett.conſil.149.num.8.Dec.conſil.534. n.9.
Bero.conſil.9.num.9.*Plott.*conſ.19.num.62.Bar-
boſ.in cap in iſtis num.8.diſtinctione 4.Amon.de
Auguſt in epit.tit. de Conſtit.num.3.Card.Sera-
phin.dec.153.num.2 et deciſ.113.num.3. et de-
ciſ.1447.num.1.Creſcent.dec.4 de priuileg.n.2.
Duran.dec.36.num.39.verſ.quia cum Statutum,
Rot.in recent.deciſ.30. num.5. in fin. verſic.qui-
nimò part.1.& dec.22.num.30.part.9.* proce-
34 dit in Statuto confirmato abſque clauſula
conditionali, *quatenus ſit vſu receptum*; non
autem in Statuto requirente vſum, vt expli-
cant *Dec.conſ.402.num.11. Gratian.deciſ.14.
num.11.Cardin.Seraphin.dec.1004. in fin. Rot.
in Leodien. Canonicatus 16. Nouembris 1571.
coram Card.Lancellotto*; idemque firmat in
ſpecialibus terminis huius Statuti *Cirocc.d.di-
ſcept.53.num.4.*

35 Neque obſtant deducta per *Rot.in recent.
dec.293.part.4. tom.2.* nam vt benè aduertit
Cirocc.dict diſcept.53.num.4.in fin. in ea non
fuit deductum, eſſe in forma communi, & cõ-
firmationem proceſſiſſe cum clauſula condi-
tionali, *quatenus*, nempè, *ſit vſu receptum*,
36 ideòque non poteſt dici deciſum id, quòd ob
non factam oppoſitionem nullatenus poteſt
dici diſcuſſum, iuxta monitum *Bald.in leg.re-
ceptitia, Cod.de conſtit.pecun. Ann.allegat 102.
num.2.Merlin.controu.26.num.18. verſic.vnde
ſuccedit regula lib.1.Franch.dec.278.num.6 &
510.num.8.*

Et in omnem caſum pro abrogatione Sta-
tuti per non vſum, vel contrarium vſum, ſuf-
fice-

Google

ficeret, quòd ab anno 1621. quo emanauit dicta deciſio, non fuerit idem Statutum ſeruatum; cum plures exhibeantur donationes effectum ſortitæ abſque dictis ſolemnitatibus.

Tandem, quatenus, ſine veri præiudicio, Statutum eſſet in viridi obſeruantia, quod
37 mordicùs negatur, adhuc ob lapſum quadraginta annorum, vnà cum ſucceſſiua obſeruantia donationis, præſumendum, ſolemnitates Statutarias interueniſſe, *Felin. in c. illud nu. 6. de præſumptionib. Alex. in l. qui in aliena, num. 11. ff. de acquir. hæredit. & conſ. 17. num. 8. lib. 4. & conſ. 179. num. 9. lib. 7. Gabr. conſil. 36. nu. 52. Ancharan. conſ. 136. Gemin. conſ. 87. col. fin. Dec. conſ. 36. num. 8. & conſ 409. num. 9. Cephal. conſ. 47. num. 13. lib. 1. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 13. num. 4. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſ. 12. num. 76. & ſeq. Gratian. cap. 474. num. 14. Add. ad Ludouiſ. dec. 354. num. 18. Cardin. Seraphin. dec. 671. & 792.* vtrobique *num. 1. Buratt. deciſ. 45. num. 6.* ibique *Add. Rot. in recent. deciſ. 406. num. 3. part. 1. & deciſ 161. num. 13. p. 10. Cardin. Caualer. dec. 575 ſub num. 10. verſic. & quamuis*, & in terminis, quòd ſolemnitates Statutariæ requiſitæ in donatione ex lapſu longi temporis, cum ſucceſſiua obſeruantia, præſumantur, *Rot. in recent. deciſ. 30. num. 16. part. 9.*

ARGVMENTVM.

Dotis promiſſio facta à Patre Clerico filiæ ſpuriæ, tàm ex bonis patrimonialibus, quàm Eccleſiaſticis, & ſub reſeruatione Apoſtolici beneplaciti eſt ab initio nulla ob reſiſtentiam *Bullæ Pianæ*; adeòut aſſenſus Apoſtolicus ſuperueniens eamdem dotis conſtitutionem, ſiue promiſſionem non reualidet; niſi ex nunc; non autem ex tunc, præcipuè, quoties agitur de tertij præiudicio.

Aſſenſus retrotrahitur, quoties actus, ſuper quo præſtatur, habuit ab initio implicitum ſtatum validitatis; ſecus aſſerendum, quoties eidem actui lex poſitiuè reſiſtit.

Aſſenſus Apoſtolicus ſuper derogatione *Conſtitutionis Sixtinæ* moderatoriæ dotium, ob quam cauſam retrotrahatur ad diem promiſſionis eiuſdem dotis.

Dos filiæ ſpuriæ, ad quam rationem conſtitui debeat.

Ceſſio ſuffragatur emptori, licèt ſoluenti de pretio rei emptæ, quoties in limine contractus fuit ſpecificè conuentum de ceſſione à creditoribus reportanda; Idque, etiam ſi cum venditore non fuerit conuentum de ſubingrediendo in locum creditoris dimiſſi.

Tranſactio, an, & quando corruat ob falſitatem cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in terminis* l. ſcripturas, Cod. qui potior. in pign. habeant *debent ſpecificè deponere de die confectæ Apocæ ad effectum excludendi Antidatæ ſuſpicionem.*

2 *Probationes aliundè quæſitæ, quàm per teſtes ſubſcriptos in Apoca, admittuntur, cum modus in* dict. l. ſcripturas *præſcriptus non ſit pro forma; ſed ad euitandam fraudem Antidatæ.*

3 *Dotis promiſſio facta à Patre Clerico filiæ ſpuriæ, etiam ſub reſeruatione Apoſtolici beneplaciti, eſt ab initio nulla ob reſiſtentiam* Bullæ Pianæ.

4 *Aſſenſus reualidat actũ ab initio inualidũ, neq; habentem implicitum ſtatum validitatis ex nunc; non autem ex tunc; adeòut in tertij præiudicium non ſit retrotrahendus.*

5 *Idque, etiam procedit in terminis aſſenſus fauore dotis.*

6 *Præcipuè, quando non agitur de præiudicio ipſiusmet promittentis dotem, ſed tertij creditoris, qui, medio tempore, ante obtentum beneplacitum contraxit.*

7 *Alienatio rerum Eccleſiæ, reſeruato Apoſtolico beneplacito, habet implicitum ſtatum validitatis, ſaltem Eccleſia non reclamante.*

8 *Dotis exceſſiua conſtitutio contra formam à* Bulla Sixtina *præſcriptam, an habeat implicitum ſtatum validitatis*, & num. ſeqq.

9 *Sponſalia inita inter prohibitos contrahere matrimonium abſque Apoſtolica diſpenſatione ſunt nulla ab initio, neque dici valent conſtituta in ſtatu implicito validitatis*, & num. 19.

10 *Emphyteuſis alienatio, etiam ex lege Inueſtituræ permiſſæ alienari, cum conſenſu Domini, non habet implicitum ſtatum validitatis, neque aſſenſus poſtmodùm obtentus retrotrahitur in præiudicium tertij.*

11 *Lex, quoties actui omninò reſiſtit, non poteſt eſſe locus retrotractioni aſſenſus reſeruati, & poſtmodùm obtenti in præiudicium tertij, cui, medio tempore ius fuit quæſitum.*

12 *Reſeruatio aſſenſus tantummodò operatur, ne incurratur caducitas, neque ſuas porrigit vires, operando retrotractionem in tertij præiudicium, qui ante aſſenſum contraxit.*

13 *In aſſenſibus, ſeu Gratijs Principis intelligitur clauſula* ſine præiudicio Iuris tertij medio tempore quæſiti, *cui numquàm Principem cenſetur voluiſſe derogare.*

14 *Idque, etiam procedit in terminis Apoſtolicæ confirmationis, ac reualidationis actus ab initio nulli ob legis reſiſtentiam.*

15 *Conſtitutio dotis exceſſiua contra formam* Bullæ Sixtinæ *habet implicitum ſtatum validitatis; itàut beneplacitum Apoſtolicum obtentum retrotrahatur.*

Google

16 *Nihil refert, an actus ex tunc, vel ex nunc ſubſtineatur, dum idemmet contrahens revalidationi eiuſdem actus conſenſum præbuit.*

17 *De diſtinctione adhibenda inter præiudicium ipſius contrahentis, & tertij in materia retrotractionis aſſenſus.*

18 *Aſſenſus Apoſtolicus ſuper derogatione Sixtinæ retrotrahitur, dum agitur de conditione omninò extitura, dum Papa huiuſmodi aſſenſum denegare non ſolet, & ius commune conſtitutioni dotis non repugnat.*

19 *Sponſalia contracta inter prohibitos ob iuris reſiſtentiam ſunt ab initio nulla*, & num.9.

20 *Per* Conſtitutionem Pianam, *non dicitur ſublata æquitas canonica, qua attenta, filiabus ſpurijs poſſunt dotes cõſtitui, tàm ex patrimonialibus, quàm ex redditibus Eccleſiaſticis pro quãtitate alimentorum.*

21 *Dotes filiabus ſpurijs conſtitutæ legitimum modum alimentorum in aliquorum ſententia, excedere nõ valẽt, aliàs in exceſſu nullo iure ſunt debitæ.*

22 *Adeò ut pro exceſſu nulla competat actio, vel hypotheca.*

23 Rota *amplectitur æquiorẽ ſententiam, ut taxatio dotis filiæ ſpuriæ fieri non debeat iuxta præciſam neceſſitatem alimentorum pro Iudicis prudentis arbitrio.*

24 *Caſtitatem ius antiquum 12. Tabularum adeò coluit, ut pietatem omnem abiecerit, teſte* Baldo.

25 *Mos regionis eſt potiſſimum attendendus in taxanda dote filiæ ſpuriæ.*

26 *Filiæ ſpuriæ longè minor dos debetur, quàm legitimæ, cum ſpuria, licèt Nobilis, ſatis decenter nubat artifici.*

27 *Dos filiæ ſpuriæ nobilis familiæ de Maximis fuit ſolùm taxata in ſcutis 3170. licèt pater eſſet ditiſſimus.*

28 *Super congruitate dotis filiæ ſpuriæ non eſt ſtandũ Patris iudicio; ſed aliundè per dotatam eſt probanda, cum verſemur in prohibitis.*

29 *In congruitate dotis extractæ ex fideicommiſſo non eſt deferendum paterno iudicio; ſed per dotatam eſt aliundè iuſtificanda.*

30 *In conditionibus voluntarijs aſſenſus non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore ius fuit quæſitum.*

31 *Hypotheca dotalis in ſententia* Rotæ *incipit à die promiſſionis.*
Idque, etiam ſi agatur de hypotheca tacita.

32 *Referuntur auctoritates contrariæ ſententiæ, quòd, uempè, hypotheca incipiat à die matrimonij.*

33 *Hypotheca dotalis non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore, inter Apocam matrimonialem, & diſpenſationem Apoſtolicam fuit Ius quæſitum; cum à die obtemptæ diſpenſationis, non autem promiſſionis hypotheca dotalis incipiat.*

34 *Reprobatur contraria ſententia.*

35 *Sponſalibus contractis ſub conditione Apoſtolicæ diſpenſationis, promiſſaque dote, ob quam rationem, ſuperveniente diſpenſatione, non poſſit hypotheca retrotrahi ad capitula matrimonialia, ſed à die diſpenſationis obtemptæ incipiat.*

36 *Reijcitur ſententia diſtinguens, inter hypothecam marito competentem ſuper bonis ſoceri, & illam mulieris ſuper bonis Viri.*

37 *Principis voluntas eſt metienda à poteſtate.*

38 *Aſſenſus non poteſt dici præſtitus, quoties eſt difformis à contractu; idque, etiam ſi difformitas eſſet in minimo, vel in acceſſorijs.*

39 *In aſſenſibus ſervatur rigor, & omiſſum pro omiſſo, eſt habendum, & quidquid permiſſum non eſt, prohibitum remanet.*

40 *Principem numquàm cenſetur, voluiſſe tertio præiudicium inferre.*

41 *Ceſſio ſuffragatur emptori, licet ſolventi de pretio rei emptæ, quoties in limine contractus fuit ſpecificè conventum de ceſſione à creditoribus reportanda.*

42 *Idque, etiam ſi cum venditore non fuerit conventum de ſubingrediendo in locum creditoris dimiſſi.*
Reprobatur Aldobrandin.conſ.7.num.13.

43 *Affertur ratio huius concluſionis deſumpta ex eo, quòd poſteriores creditores nulla afficiantur iniuria.*

44 *Tertius, ſtante ceſſione, ſubingreditur in locum creditoris anterioris.*

45 *Neque hoc caſu ſunt neceſſaria tria requiſita* gloſ.in l.Ariſto, ff.quæ res pignor. oblig.poſſ.

46 *Duæ ſententiæ conformes, vigore ſtatuti* Eugubini, *conſtituunt rem iudicatam.*

47 *Sententia lata cum viro legitimo contradictore ad quem defenſio iurium dotalium principaliter ſpectat, afficit ipſam Uxorem.*

48 *Poſſibilitas in contrarium excludit probationem, quæ debet concludere pernecesſè.*

49 *Verſio probatur ex coniecturis, temporiſque circumſtantijs.*

50 *Tranſactionem impugnans ob falſitatem cauſæ debet illam concludenter probare.*

51 *Sola poſſibilitas verſionis ſufficit ad excludendam erroneam confeſſionem, ne recedatur à tranſactione.*

52 *Tranſigendi, quoties plures ſunt cauſæ, ex falſitate unius non corruit tranſactio.*

53 *Cauſæ unius diſpoſitionis, ſi ſunt plures, una cauſa ceſſante, non ceſſat effectus, ſi aliæ manent.*

54 *Cauſæ plures contractus, in dubio cenſentur & non una tantùm.*

55 *Præcipuè, quando falſitas non verſatur circa cauſam finalem.*

56 *Sola cauſa receſſus à lite ſufficit, ut ſubſiſtat, ad hoc, ut tranſactio ſit valida.*

57 *Litis timor eſt principale, & unicum motivum tranſactionis.*

58 *Magnum lucrum conſideratur, quãndo à litibus receditur, in quibus, & animus vexatur, & opes dilabuntur.*

59 *Calculus, quoties in aliquibus partitis detegitur erroneus, totus redditur deficiens.*

60 *Evictione ſequuta, reviviſcunt credita, & actiones.*

61 *Mulier poteſt fideiubere pro viro, ut pignora dotalia penes eam conſerventur.*

62 *Mulier poteſt emere contra virum credita, ut cum à creditoribus liberet; tunc enim negotium ſuum geris, non autem viri.*

63 *Mulier poteſt ſe obligare creditoribus hæreditarijs, transferendo in ſe Iura hæreditatis.*

64 *Indotatio conſiderata in muliere ſe obligante procedit, quando iuvatur* Velleiano, *non autem in alijs caſibus, in quibus ſicuti cæteri, poteſt contrahere, ſibique præiudicium inferre.*

65 Tran-

65 *Tranſactione pro ſubſtinenda ſufficit, ſi modica adſit dubitandi occaſio deſumpta, ex auctoritate aliquorum Doctorum.*

66 *Imo vnius egregij Doctoris dictum iuſtam præbet litis cauſam, remque dubiam facit.*

67 *Tranſactione pro ſubſtinenda ſatis eſt, euidentem abeſſe calumniam.*

68 *Tranſactionis pro validitate omnis capi debet poſſibilis interpretatio, neque eſt exactè diſquirendum, quiſnam ex tranſigentibus meliora foueat iura.*

CAPVT CXI.

RECEDENDVM à deciſis, cum non
ſubſiſtant duo præcipua fundamenta,
quibus contraria innititur deciſio.
Alterum, nempè, quòd aduerſaria
pro ſuis dotibus ſit anterior Frangerinis in
bonis Patris, & ſignanter in Prædio tunc cõ-
trouerſo. Alterum verò, quód tranſactio nõ
ſubſiſtat, vtpotè ex falſa cauſa inita.

Quò enim ad primum, nullibi conſtat de
prætenſa anterioritate Aduerſariæ pro ſuis
dotibus; ſi enim illam metiri velit ex Apoca
matrimoniali duobus tantùmmodò teſtibus
ſubſcripta, in qua fuit eidem à Hieronymo
eius Patre conſtituta dos ſcutorum ſex mille,
1 & omiſſo, quòd eadem Apoca ſuſpicione an-
tidatæ non careat, de qua in *l.ſcripturas.* cum
ibi notatis, *Cod qui potior.in pignor. habeant.*
quæ non excludebatur ex recognitione facta
ab vno tantùm teſte, vtpotè non deponente
de die, prout debet præcisè ad effectum præ-
dictæ legis deponere, vt in ſpecie, præ cæteris
poſt plures allegatos, *Odd. conſ.100. num.64.
& ſeqq.* vbi de communi, & *num.94. & ſeq.
Genua de ſcript.priuat. lib.1.quæſt.3. num 51.
Rocc. reſponſ.40. num.6. lib.1. Gait.de credit.
cap.2.tit.8.num.3169.& 3172. Card.Caualer.
deciſ.492.num.3.verſic.quia id procedit.& n.4.
Rot.in recent.deciſ.72.num.8. part.8.* quamuis
2 alioquin admitti valeant probationes aliun-
dè quæſitę, quàm per teſtes ſubſcriptos in
Apoca priuata, quæ in præſentia deficiunt,
cum modus præſcriptus in *d.l.ſcripturas* non
ſit pro forma, ſed ad euitandam fraudem
antidatæ, *Bald.in d.l.ſcripturas in gloſ.1. verſ.
eu die,* ibique *Fulgoſ. num.3. verſ.nota quòd
cautio, Iacobin.in l.Iure hypothecæ in fin.ff.de
fid.inſtrument.* idem *Bald.conſ.198. lib.1. Co-
uarr.practic.cap.22.num.5.column.2. verſ.po-
terit, Caſſan.in Cathalog.glor.Mund.in 99.con-
ſiderat.verſic.duodecimò extende, fol.326. Ti-
raquell.de retract.conuent.§.2.gloſ.7. num.55.
verſ.nec tamen, Burſatt.conſ.103.in 1.dub.lib.1
Guttier.pract.quæſt.125 lib.1.in 2.declaration.
Cardin.Mantic.de tacit.lib.11.tit.24. Cardin.de
Luca de credit.diſc.33. num.5. & de feud.diſc.
94.num.6.Surd dec.71. Franch.dec.95. num.6.
& ſeq.* ibique *de Luca num.3.Cardin.Seraphin.
deciſ 879.num.2.Burgat.deciſ.844.& 905.n.4.*

*Bich.deciſ.10.num.13.Merlin. deciſ.135. nu.6.
Rot.in Romana Pecuniaria 3.Martij 1662. corã
Reuerendiſſimo Beuilaqua* impreſſa poſt *Zuff.
de legit.proceſſ.dec.63.*

3 Adhuc, cum dicta dotis promiſſio facta
á Patre Clerico aduerſariæ filiæ ſpuriæ, licèt
ſub conditione beneplaciti Apoſtolici, cum
clauſula, *& non aliàs*, fuerit ab initio nulla;
adeòut pater dotans ad ſoluendum cogi non
non potuerit ob reſiſtentiam *Pianæ Conſtitu-
tionis* contra illegitimos *Bullario Nouo in or-
dine* 117. expreſsè ipſo Iure irritantis quaſ-
cumque promiſſiones factas, etiam ex cauſa
dotis à Clericis fauore filiarum illegitima-
rum, tàm ex bonis patrimonialibus, quàm
Eccleſiaſticis, de quo latè *Menoch.lib.4.præ-
ſumpt.96. num.4. & duob.ſeqq. & conſ.511.
lib.6.& conſ.828.in fin.lib.9.Peregrin.conſ.20.
num.25.Lup.de illegit.comment.3.§.2.num.59.
& §.3.numer.44. in fin.* aliiſque allegatis, *Ci-
riac.controu. 472.num.5. & ſeqq. Rot.diuerſ.
dec.214.p.2.*

Meritò beneplacitum poſteà obtentum
anno 1631. longè poſt creditum Frangerini
operatur ex nunc; non autem ex tunc; itaut
hypoteca dotalis ſuper bonis patris nullo Iu-
re dici ualeàt Aduerſariæ quæſita; niſi poſt
expeditum aſſenſum, neque vllo Iure po-
tuerit, retrotrahi in præiudicium Frangerini
creditoris, cui medio tempore in eiſdem bo-
nis dotantis Ius fuerat quæſitum; Hæc enim
4 eſt regularis natura reualidationis actus ab
initio inualidi, neque implicitum ſtatum vali-
ditatis habentis, vt operetur ex nunc; non
autem ex tunc; itaut anterioritas ſit omninò
deſumenda ex aſſenſu, qui dicitur animare,
ſeu informare dotationem ex illo tempore
regulandam, iuxta receptiſſimam diſtinctio-
nem, quam, omiſſis aliis, ſequuntur, *Iſern.in
cap. Imperialem in fin. de prohib. feud. alienat.
per Federic.* ibique *Aluarot.& Præpoſit. vter-
que col.5.Camerar.in 3. col. verſ.limita tamen,
lit.S.fol.87.Anna.in repet.tit.de vaſſall.decrep.
ætat.num.222.Luc.de Penn.in l.nulli, Cod.de
fund.patrim. lib.11. Franc.in cap.ſi Apoſtolicæ
Sedis in fin.de præbend.Dec.conſ.113.num.1.&
ſeqq. Pariſ.conſ.18.num.10.lib.1.Honded con-
ſil.27.num.8.lib.2. Lanar.conſ.17.num.10. &
conſ.73.nu.16.Salgad.in labyr credit.p.2.c.10.
n.34. & ſeq. & n.58. & cap.21.nu.53.& ſeq.
de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſ. Reg.ſu-
per dot.tit.6.§.1.n.23. Loffred.in ſua paraphra-
ſi fol.48. & in cap.1. §.ſed donare, qualit.feud.
pot.alien. Frecc lib.2. de ſubfeud.qu.30. nu.1.&
ſeq.* latiſſimè *Mangil.de ſubhaſt.quæſt.142.nu.6
& ſeqq. vſque in fin. Rouit. in Pragmat.1. de
fid. memorial. num.18. Capyc.* ſibi contrarius,
in Inueſtit. verſ.feudales aſſenſus, verbo *defe-
ctus in princip.Larath.in theatr. feudal. part.8.
dilucid.60. Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.
diſp.23.nu.18.& 25. Intrigliol.de feud.cent.2.*

art.6.num.127.Coſt.de retrotract.cap,8.caſ.10.
num.5. & de fact. ſcient. & ignor. inſpect.25.
num.7.Rocc.reſponſ.53.num.2.& per tot.lib.1.
Card.de Luca de dot.diſc.143.num.22. Thor.in
compend. deciſ.tom.1.fol.52. verbo aſſenſus,
Surd.deciſ.245.num.8.& ſeq.Afflict.deciſ.286.
ibique Vrſill.& Piſanell.Franch.dec.86.nu.3.
5 & ſeq. vbi in ſpecie de aſſenſu fauore dotis in
tertij præiudicium non retrahendo,ibique re-
probat Afflict.& Capyc. contrarium ſentien-
tes ,Tapp dec.3.S.C.num.75.Comitull.dec.54.
num.10.& ſeqq. Rot.poſt Merlin.de pignor.dec.
35.num.10.& ſeq reperita coram Bich.dec.33
num.10.& ſeq.

6 Quæ concluſio abſque difficultate proce-
dit, quando, prout in præſenti themate, non
agitur de præiudicio ipſiuſmet promittentis
dotem; ſed tertij creditoris, qui medio tem-
pore ante obtẽtum beneplacitum contraxit,
prout diſtinguunt Tiraquell.de retract.lignag.
§.1.gloſ.10, num.69.& ſeqq. Hodiern.ad Surd.
deciſ.70.num.4.Vrſill.ad Afflict.dec.335.nu.8.
de Ponte deciſ.6.num.4. & in proximis termi-
nis derogationis Bullæ Sixtinæ ſuper exceſſi-
uitate dotium , Card.de Luca de dote diſc.24.
num.16. & in eadem cauſa admiſit Rot.in rec.
dec.258.num.3.part.12.

His igitur firmatis, quæ in Iure ſunt abſo-
lutiſſima, nullo Iure videtur , poſſe ſubſiſtere
concluſionem firmatam in deciſione contra-
ria, quòd beneplacitum retrotrahatur ad
diem confectionis Apocæ matrimonialis in
Chirographo enunciatæ , cum pręſuppoſi-
to, quòd dotis conſtitutio, ſtante dicta reſer-
uatione Apoſtolici beneplaci, implicitum ſta-
tum validitatis ab initio habuerit. Auctorita-
7 tes enim , & deciſiones ibidem allegatæ nul-
latenus adaptantur, cum loquantur , vel in
terminis alienationis rerum Eccleſię, reſerua-
to aſſenſu Apoſtolico habentis implicitum
ſtatum validitatis, ſaltem Eccleſia non recla-
mante, cap.dudum, extra de pact.ibique Butr.
num.6.& 7. Imol.num.3. & 4. Franch.in cap.
dudum, num.12. de reb.Eccleſ.non alien. Mare-
ſcott.var.reſolut.lib.1 cap.14.num.8. Cardinal.
Mantic.dec.201.Caſſador.dec.1.num.2.de locat.
Duran.dec 397.num 11.& ſeq.Coccin.dec.374.
num.7. Ideòque non mirum, ſi aſſenſus ſuper-
ueniens retrotrahatur , vt expreſsè aduertit
Duran.dict.dec.397.num.11.& ſeq. Coccin.d.
dec.374.n.7.

8 Vel in terminis conſtitutionis dotis exceſ-
ſiuæ contra formam à Bulla Sixtina præſcri-
ptam , in quo caſu loquitur Rot.in recent.de-
ciſ.258 num.1 part.12. in qua, ex infra firmã-
dis ſatis, ſuperque diſpar adeſt ratio. Ideòque
ex his patet, falſiſſimam eſſe aſſumptum con-
trariæ deciſionis, quòd, nempè, dotis conſti-
tutio fuerit ab initio in ſtatu implicito vali-
ditatis, cum potiùs, ex ſupra deductis , con-
trarium ſit aſſerendum in dote à Patre Cleri-
co conſtituta filiæ ſpuriæ vltra legitimum
modum alimentorum , cui poſitiuè reſiſtit,
nedum Ius Canonicum , ſed etiam dicta Con-
ſtitutio Piana continens decretum irritans;
9 prout in proximis terminis ſponſalium inito-
rum inter prohibitos contrahere matrimo-
nium abſque Apoſtolica diſpenſatione , quòd
ſint nulla ab initio , neque dici valeant con-
ſtituta in implicito ſtatu validitatis tradunt
in ſpecie Innocent.in cap ſuper eo de condit.ap-
poſit. ibique cæteri Canoniſtæ , Cardin.conſil.
57.Aretin.conſ.142.num.1.& trib.ſeqq. Surd.
conſil.464.num.44.verſic.octauò comprobatur,
Tell.Fernand.in l.22.Taur.num.17. Matthienſ.
recompilat.tit.6.gloſ.5.num.2.Gratian.cap.514
num.4.10.& 12,Sanchez de matrim.lib.5. diſp.
5.in fin.Guttier.Canonic.quæſt.lib.1. cap.20.nu.
18. & ſeq. Cardin.de Luca de matrimon. diſc.7.
n.4. Cardin.Mantic.dec.201.n.4. Ludouiſ.deciſ.
410.num.1.& 5.ibique Add.num.8.Cardin.Se-
raphin.dec.838.num.12.& ſeq. & dec.1156.n.
5.Rot.in recent deciſ.503.num.1. & ſeqq.p.5.
tom.2. & Nos latiori calamo firmauimus in
1.Vol cap.62.n.36.& ſeqq.

10 Idemque habemus in alienatione emphy-
teuſis , etiam ex lege Inueſtituræ permiſſæ
alienari cum conſenſu Domini; vt non habeat
implicitum ſtatum validitatis , neque aſſen-
ſus retrotrahatur in præiudicium tertij me-
dio tempore contrahentis , etiam ſi fuerit in
emptione reſeruatus, Surd.dec.189. num.18.
in fin. verſic.cum enim ,& ſeq. Afflict.deciſ.
286.num.2.verſ.per alios Dominos , Dunozett.
Iun.dec.16.num.4.

11 Et magis in ſpecie, quód, quoties lex om-
ninó actui reſiſtit, non valeat eſſe locus retro-
tractioni in præiudicium tertij, cui medio
tempore fuit Ius quæſitum , etiam ſi aſſenſus
expreſsè reſeruatus poſtmodùm fuerit præ-
ſtitus, optimè firmat omninò vidẽdus Frecc.de
ſubfeud.lib.2.qu.30.per tot.vbi num.4.rectè ad-
12 uertit , quòd reſeruatio aſſenſus tantùmmo-
dò operetur, ne incurratur caducitas , neque
porrigat ſuas vires operando retrotractionẽ
in præiudicium tertij,qui ante aſſenſum con-
traxit, Paris de Put.de reintegr.feud.cap.270.
num.4.& 5.Franc.de Amic.in repetit.tit.de his
qui in feud.poſſ.§.17. ſed quia in hypotheca,
fol.21.quos refert,& ſequitur Larath.in teatr.
feudal. part.8. dilucid.60. Salgad. in labyrint.
credit.part.2. cap.21. num.56. Carleual. de iu-
dic.tom.2 lib.1.tit.3.diſp.23.num.18. verſic.&
ſi fiat, latè alijs allegatis , Rocc.reſponſ.53.lib.
1.Afflict.in Conſtit Diuæ Memoriæ num.48. &
dec.286.per totam, Franch.deciſ.86. numer.4.
ibique de Luca num.2. quorum aliqui lo-
quuntur , etiam ſi expreſsè fuerit reſeruatus
aſſenſus.

13 Idque ea potiſſimùm ratione, quam Aucto-
res proximè laudati rectè expenduut , quòd
ſemper in aſſenſibus, ſeu gratijs Principis in-
tel-

telligatur clauſula *ſine præiudicio Iuris tertij*
medio tempore quæſiti, cui nunquàm Princi-
pem voluiſſe derogare eſt aſſerendum, prout,
14 omiſſis generalibus in terminis Apoſtolicæ
confirmarionis, ac reualidationis actus ab
initio nulli ob reſiſtentiam legis, *Dec.in cap.*
fin.num.57.in 3. concluſione de conſtitut. Abb.
in cap.penult.de decim.Verall.dec.205. par.1.
Ludouiſ.dec.233.num.2. & 164. num.10. Car-
din.Caualer.dec.47.num.3. et 4.et dec.109. nu.
6.et ſeqq.

Neque contrarium firmat dicta *deciſio in*
15 *recent.258.num.1.part.12.* vbi, quòd conſti-
tutio dotis exceſſiua contra formam *Bullæ*
Sixtinæ habeat implicitum ſtatum validitatis,
itaut, obtento beneplacito Apoſtolico, illud
retrotrahatur. Siquidem aduertendum, quòd
ibi agebatur de ſolo præiudicio ipſiuſmet cō-
trahentis, & promittentis dotem, prout ex
lectura eiuſdem deciſionis, quo caſu nihil re-
16 fert, an actus ex tunc, vel ex nunc ſubſtinea-
tur, dum idem contrahens reualidationi con-
ſenſum præbuit, ex congeſtis per *Surd. deciſ.*
245.num.8. Hodiern. ad eudem dec.70. num.4.
Vrſill.ad Afflict. dec.335.n.8.de Pont. deciſ.6.
num.4.

17 Secus uerò aſſerendum, quando, prout in-
præſenti quæſtione, agitur de prȩiudico ter-
tij creditoris, qui, medio tempore, ante obten-
tum beneplacitum contraxit, vt optimè in
terminis derogationis *Bullæ Sixtinæ* diſtin-
guit vtrumque caſum *Card.de Luca.de dot.diſc.*
24.num.16. & admittit vti veriſſimam huinſ-
modi diſtinctiouem, *Rot. in recent. dict.deciſ.*
258.num.3 part.12.

18 Aduertendo vlteriùs, quòd ſatis maniſeſta
adſit diſparitas inter beneplacitum obtinen-
dum ſuper derogatione *Sixtinæ*, & *Pianæ*;
reſpectu enim *Sixtinæ* cum Ius nou repugnet,
quin vltra ſummam in eadem Conſtitutione
taxatam dotes pro arbitrio conſtituantur,
neque aliquod ex hoc ſcandalum oriatur,
ideò Papa huiuſmodi derogationem nemini
denegare ſolet; meritò, illa obtenta, eſt locus
retrotractioni, dum agitur de conditione
omninò extitura, cuiuſque purificatio, tam-
quám pro certa, ab initio haberi poterat, vt
benè in his terminis, *Card. de Luca de dote*
diſc.24.num.11. Id autem nullo modo poteſt
procedere in beneplacitò, cum derogatione
conſtitutionis *Pianæ*; cum enim Ius Canoni-
cum expreſsè reſiſtat, eademque Conſtitutio
fuerit edita ad tollenda ſcandala, & ſi fuerit
contraueutum, id totum Cameræ Apoſtolicæ
acquiratur; meritò non valet dici, quòd Papa
eſſet omninò conceſſurus; itaut dici poſſit cō-
ditio certò extitura; ſed potiùs impoſſibilis;
tamquàm á Principis voluntate dependens,
l.apud Iulianum,§.conſtat.ff.de legat.1 ideóque
contractus, ſub illa cōditione celebratus non
ſubſiſtat, vt in terminis ſponſalium initorum
inter prohibitos per *textum in dict.l. apud Iu-*
lianum, §.fin.ff.de legat.1. dixit *Rot.in recent.*
dec.107.num.10.& ſeq.part.8.

19 Nullatenus verò ſatisfacit altera pondera-
tio eiuſdem deciſionis, quòd per dictam
Conſtitutionem Pianam non fuerit ſublata
Canonica ſanctio, etiam in terris Imperij
ſeruanda in *cap.cum haberet de eo, qui dux.in*
vxor. pietatis, æquitatis, rationiſque plena,
tribuens filijs, quod ſanguinis, quod charita-
tis, quòd naturæ ius poſtnlat, hoc eſt alimen-
ta, ſeu dotes, ex adductis in ſpecie eiuſdem
Conſtitutiones Pianæ per *Surd. conſ.509.per*
tot.Burſatt.conſ.225. num.16. lib.3. Nauarr.de
ſpol.Clericor.§.1.num.10.et ſeq.Azor.inſtit.mo-
ral.part.2.lib.2.cap.4.in 7. qu. Mareſcott.var.
lib.2.cap.83.num.33. Gratian.cap.586.nu.28.
Lup.de illegit.commene.2.§.1.num.15.Lucidor.
de illegit.Cleric.cap.29.num.20. et ſeqq. Card.
de Luca de dot.diſc.42.num.31.et de teſtam.diſc.
54.num.4.Rot.diuerſ.dec.487. et dec.505.p.1.
in rec.dec.100.n.4.part.5.et deciſ.114.n.13.p.7
Rot. in Bononien. Alimētorum 28. Martij 1594.
coram Penia impreſſa poſt *Giouagn. conſil.37.*
lib.2. Merlin. deciſ.671. num.36. et ſeq. qua
20 attenta, filiabus ſpurijs poſſunt dotes conſti-
tui, tàm ex Patrimonialibus, quàm ex reddi-
tibus Eccleſiæ pro quantitate ſufficienti ad
alimenta, quódque huiuſmodi exceſſus eſſet
probandus ab allegante.

21 Præmiſſa ſiquidem concluſione, quam
admittit contraria deciſio, quòd dotes filia-
bus ſpurijs conſtitutæ legitimum modum ali-
mentorum excedere non valeant, aliàs in
exceſſu nullo Iure ſint debitæ, *dict. cap.cum*
haberet, cum ibi notatis *de eo, qui duxit in*
vxor.Ripa in l.1.num.98.ff. ſolut. matrim. Bald.
conſ.456.num.1.ad fin. lib.5. & conſ.267. num.
6.verſic.ſed ſpuriam lib.1.Peregrin.de Iur. fiſc.
lib.3.tit.18.num.78.Lucidor.de illegit.Clericor.
cap.22. n.20.Card. Paleot.de not. & ſpur.cap.
49.num.6.Mareſcott.var. reſolut. lib.2. cap.83.
num.84.Surd. de aliment. quæſt.10. num.15.Cu-
tell. de donat.contemplat. matrim. diſc.3.part.
6.num.75.&86.Capyc.Latr. dec.99. numer.15.
22 *Manent.dec.42.num.9.* vbi, quòd pro exceſſu
nulla competat actio, vel hypotheca, *Beniten.*
dec.22.num.8.Rot.dec.52.§.1.verſic.quod etiā
poſt Fenzon.ad ſtatut.Vrb.

23 Quinimò, etiam admiſſa ſententia magis
æqua, quam hoc Sacrum Auditorium ſolet
amplecti, vt taxatio dotis filiæ ſpuriæ fieri nō
debeat ad limites præciſæ neceſſitatis ali-
mentorum, iuxta theoricam *Bald. conſ.456.*
num.1.ad fin.lib.5.Abb.conſ.115.num.1.& ſeq.
lib.2.Peregrin.de Iur.fiſc.lib.3.tit.18.num.78.
Capyc.dec.181.n.1.Benitend.dec 22.n.8. ſed à
Iudice ſit arbitranda, inſpectis circumſtan-
tijs facultatum utriuſque coniugis, moreque
regionis, ex adductis per *Cardin.Paleot. de*
not.et ſpur.quæſt.50. num.20. Peregrin. de iur.
fiſc.

Digitized by Google

fiſc.dict.lib.3.tit.18.num.78. verſ.vel quatenus
facultates, Merlin dict.dec.671. nu.29. et ſeqq.
abrogato rigore legis Ciuilis deſumptæ ex
lege Duodecim Tabularum, quò filijs illegiti-
mis contra naturale omnium animantium
inſtitutum alimenta denegabantur; ſic enim
24 caſtitatem Ius illud antiquum coluit, ut pie-
tatem omnem abijecerit, prout eleganter ex
more inquit *Bald.conſ.456.num.10.lib.5.*

Abſque dubio, vtraque ſententia retenta,
dos aduerſariæ conſtituta in ſcutis 6000. eſt
pluſquàm exceſſiua, non ſolùm, quia in Ciui-
tate Eugubij dotes cōſtitui ſolitæ filiabus na-
25 turalibus Nobilibus vix excedunt ſcuta mil-
le, qui mos regionis eſt potiſſimùm in hac
materia attendendus, vt in ſpecie *Surd.de
alim.tit.1.quæſt.10.num.19.& ſeq.Peregrin.de
Iur.fiſc.lib.3.tit.18.num.78. verſ.vel quatenus,
Merlin.d.dec.671.n.20.*

Sed fortiùs, quia dotes legitimarum, & na-
turalium ad ſummum non ſolent excedere
ſcuta tria, vel quatuor mille; prout luculen-
ter eſt probatum, & tamen certi Iuris eſt, ſpu-
riæ longè minorem dotem deberi, cum iſtam
26 non ſit opus Nobili, parique collocare, ſed
licèt Nobilis ſatis decenter nubat Artifici,
prout inquiunt *Menoch.conſ.1262. nu.10. Lu-
cidor.de illegit.Clericor.cap.21.num.19. Fonta-
nell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.1.part.1.nu.125.
Boſſ.de dote cap.4.§.14.num.177 Card.de Luca
de dote diſc.144.num.26.verſ.certum eſt, Mer-
lin.d.dec.671.num.28.* & aliás per *Rot.* dos fi-
27 liæ ſpuriæ Nobiliſſimæ Familiæ de Maximis
fuit ſolùm taxata in ſcutis 3270. licèt Pater
fuerit ditiſſimus, teſte *Dunozett.Iun. dec.440.*

Ex quibus omnibus ſatis liquidò remanet
comprobatum, dotem nimis exceſſiuam ab
eius Patre fuiſſe Aduerſariæ conſtitutam, &
28 nihilominus, cum agatur de dote data á Pa-
tre Clerico filiæ ſpuriæ, quæ, attento Iure
Canonico, à *Conſtitutione Piana* non abroga-
to, legitimum modum alimentorum excedere
non valet, ex ſupra firmatis: Abſque dubio
paterno indicio non eſt deferendum, neque
in dubio cēſenda eſt congrua dos per Patrem
conſtituta; ſed, cum verſemur in prohibitis,
ſignanter, attenta dicta *Conſtitutione Pia-
na* omninò irritante dotationes filiarum
illegitimarum factas á Clericis, cōgruitas eſt
aliundè per dotatam comprobanda, vt latè,
& ſingulariter probat videndus *Surd. conſil.
248.per tot.* ſignanter *num.19.* vbi nouam vo-
cando quæſtionem, neque ab alijs exagitatā,
firmat, onus eſſe filię naturalis probare ſum-
mam pro dote à Patre relictam eſſe congruā,
alimentiſque reſpondentem ex ſolidiſſimis
fundamentis apud eumdem *Surdum* rele-
gendis.

29 Idque optimè remanet comprobatum ex
conſimilibus terminis dotis extractę ex fidei-
commiſſo, iuxta beneficium *Authent. res,
quæ, C.comm.delegat.* in qua, iuxta opinionem
quam conſtāter ſequitur *Rota*, nullatenus pa-
terno Iudicio eſt deferendum, neque ex ſola
eius taxa congruitas dicitur probata; ſed per
dotatam eſt aliundè iuſtificanda, *Card.de Lu-
ca de dote diſc.41.num.4.& diſc.42.num.5.Car-
din.Mant.deciſ.329.num.2. & ſeqq. Rot.in rec.
dec.438.num.37.p.9.tom.2.*

Atque ex hac exceſſiuitate, etiam reſultat,
vt cum promiſſio dotis in exceſſu ultra taxā
alimentorum facta à Patre filiæ ſpuriæ non
habeat fixas radices in legali obligatione; Id-
circò impetratio reualidationis ſuper dote
promiſſa, ſtante beneplacito obtempto, dici-
30 tur actus merè voluntarius; proindèque in
præiudicium creditoris non retrotrahendus,
cui medio tempore fuit Ius quæſitum, *l.potior
in primo reſponſo, & l.qui balneum, ff.qui pot.
in pign. habeant. l.pen. ff.quæ res pignor. oblig.
non poſſ.* Giouagn.*conſ.35.n.2. lib.1.Gabr.conſ.
141.num.8.Surd.conſ.377.num.23. & 24. Ne-
guſ.de pignor.5.part.principal.membr.1.num.11
& ſeq.Card.Mantic. de tacit.tom.2. lib.14. tit.
46.num.19.& ſeqq.* & meliùs *tom.1.lib.11. tit.
23.num.28.& ſeq.Cancer.var.lib.3. cap.1. nu.
4.& ſeqq.* Gratian.*cap.804.num.8.& ſeqq.Sal-
gad.* pluribus alijs congeſtis, *in labyr.creditor.
part.2.cap.21.num.3.& ſeqq. Vela diſſert.21.
num.63.Caren.reſolut.39.num.10.& ſeq. Card.
de Luca de dot.diſc.143.num.27.*

Multòque magis excluditur retrotractio,
quia, cum matrimonium, vtpotè inter coniū-
ctos contractum, Pontificia indigeret diſpē-
ſatione in Apoca matrimoniali ſpecificè re-
ſeruata; anterioritas hypothecæ dotalis non
ſit deſumenda á die promiſſionis; ſed potiùs à
31 die ſequutæ diſpenſationis; itaut etiam, at-
tenta ſatis æqua, ac rationabili ſententia
Rotæ, vt hypotheca dotalis incipiat à die
promiſſionis, prout per *text.in l.1. ff.qui pot.
in pignor.habeant.* ſub illis verbis: *Non vtique
ſolutionum obſeruāda ſunt tempora, ſed dies con-
tractæ obligationis*, latè, præ cæteris, omiſſis
antiquioribus, ex recentioribus firmant *Pan-
cirol.conſ.180.num.5.& ſeqq. Pariſ.conſ.102.
num.18.lib.3.Berous conſ.45.num.4.& ſeq.lib.
2.Grammat.conſ.114.nu.1. & ſeq. Palma conſ.
21.ſub num.10.verſ.his non obſtantibus, & nu.
ſeqq.Trentacinq.conſ.53.ſub num.11.& 12.lib.
1.Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2. quæſt.34. Fonta-
nell.de pact.nuptial.tom.2.clauſ.7 gloſ.2.par.1.
per tot.* ſignanter *num.32.& deciſ.365. num 4.
& per totam, Molpheſ.ad Conſuet.Neapolit.p.6
de iur.dot.quæſt.2.à num.16.& ſeqq.& part.7.
quæſt 15. num.18. Merend. controu.Iur. lib.6.
cap.35.num.6.& 7.Cyriac.controu.110.num.8.
Andreol.controu.355.Boſſ.de dot. cap.2. ex nu.
108.Capyc.Latr.conſult.27.num.7.lib.1.Prat.
practicar.obſeruat.cap.22.centur.1.per tot. &
diſcept.11.num.4.tom.4.Cutell.* plures referés,
de donat.tract.2.diſc.1.ſpecial.13. ſub num.18.

verſ.

Google

verſ. hic ſic poſitis, & num. ſeqq. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 74. num. 1. & ſeqq. Card. de Luca de dot. diſc. 79. nu. 5. Hodiern. ad Surd. deciſ. 55. num. 2. & ſeq. Grzz. in obſeruat. ad dec. 36. Capyc. Latr. nu. 7. 8 & 10. vbi plures refert deciſiones Sacri Regij Conſilij Neapolitani, Mart. Medic. dec. Senenſ. 76. per tot. ſignanter num. 6. & ſeqq. Criuell. dec. Dolan. 133. Thor. in compend. dec. Neap. part. 3. tom. 1. verbo hypotheca dotis, fol. 533. Afflict. dec. 402. ſub nu. 9. Franch. deciſ. 677. per tot. præſertim à num. 6. ibique Add. Reuerter. dec. 379. num. 1. vbi de Marinis in obſeruat. num. 1. & ſeqq. & perpetuò amplexa eſt Rot. præcipuè coram Card. Mantic. dec. 166. num. 1. & ſeqq. Buratt. dec. 844 nu. 2. & 9. Card. Caualer. dec. 446. nu. 6. & ſeq. Cardin. Celſ. dec. 41. nu. 8. & ſeqq. & alibi frequentiſſimè.

Idque etiam ſi agatur de hypotheca tacita, quæ adhuc à die promiſſionis ſumit initium, iuxta veriorem ſententiam, quam firmant poſt Cyn. Iacob. de Aren. Bart. & Salicet. in l. aſſiduis, Cod. qui pot. in pign. hab. Pancirol. conſ. 180. num. 3. Altograd. conſ. 33. num. 14. lib. 2. Prat. obſer. 22. Capyc. Latr. conſult. 29. nu. 17. & 27. Reuerter. dec. 379. ibique de Marinis, de Luca ad Franch. dec. 677. num. 4. verſ. contraria tamen ſententia, Mart. Medic. deciſ. Senenſ. 76. num. 7.

32 Non autem à die matrimonij, iuxta ſentẽtiam Bald. nouell. de dot. par. 10. num. 39. quam ſectantur, præ cæteris, Barboſ. in l. 1. part. 3. num. 34. verſ. poſtremò, ff. ſolut. matrim. Neguſ. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 79. Trentacinq. lib. 3. tit. de pignor. reſolut. 9. num. 26. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 12. de Pont. conſ. 80. num. 5. lib. 1. Becc. conſ. 124 num. 66. Rouit. conſ. 57. lib. 2. vbi Gratian. cap. 804. num. 2. & ſeqq. Gargiar. Iun. conſ. 97. num. 70. lib. 1. Molin. de contract. lib. diſp 438. num. 10. verſ. quando autem hypotheca, Amat. reſolut. 5. num. 13. & per tot. Auendan. de Metu lib. 2. cap. 13. nu 82. & ſeqq. Gait. de credit. in Appendic. num. 113. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 74. num. 7. ad med. & num. 16. & ſeqq. Mut. dec. 93. n. 8. Sanfelic. dec. 129. n. 8. & per tot.

33 Adhuc non ſit locus retrotractioni in præiudicium Frangeriui, cui, medio tempore, inter Apocam matrimonialem, Apoſtolicamque diſpenſationem fuerat Ius quæſitum pro eius indemnitate, ratione fideiuſſionis præſtitæ pro Patre Aduerſariæ, prout in ſpecie, quòd hypotheca dotalis nõ niſi à die obtentę diſpenſationis Apoſtolicæ incipiat, firmat Theſaur. Inn. lib. 2. quæſt. 34. num. 5. vbi refert deciſum Molpheſ. ad Conſuet. Neapolit. part. 6. de Iur. dot. in addit. ad primam, & ſecundam quæſtionem num. 8. qui teſtatur hanc ſententiam eſſe tutiorem, Merlin. de pignorib. lib. 3. quæſt. 74. num. 11. Epiſcop. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 7. num. 7. Conciol. allegat. 19. nu. 16. & ſeqq. Card. de Luca de dot. diſc. 79. num. 12. et 13. referens pro hac ſententia iudicaſſe Congregationem Boni Regiminis, & Signaturam Gratiæ.

34 Neque audiendi contrarium aſſerentes, Amat. reſolut. 5. num. 12. Palma conſ. 21. num. 2. et ſeq. Gamm. deciſ 355. & remiſſiuè Franch. dec. 677. num. 7. verſ. poſt tamen ſcripta, affirmantes hypothecam oriri à die promiſſionis, non autem diſpenſationis Apoſtolicæ; horũ enim opinio nullo prorsùs Iure poteſt ſub-
35 ſiſtere; cum enim, contractis ſponſalibus ſub conditione Apoſtolicæ diſpenſationis impetrandæ, aliqua non potuerit naſci obligatio ex facto à Iure improbato, l. cum lex. ff. de fideiuſſ. obſtãte canonico impedimẽto, nulla poteſt admitti retrotractio ad diem promiſſionis, obtenta diſpenſatione, cum in contractu conditionali ſola ſpes ſit in obligatione, & propter illam ſpem contractus retrotrahitur; atque adeò cum ratione dicti impedimenti nulla fuerit nata obligatio; ergo opus eſt, vt de nouo matrimonium contrahatur poſt obtentam diſpenſationem, quod, altero nolente, non erit matrimonium, Abb. in cap. ſuper eo, num. 8. ibique cæteri Canoniſtæ, de condit. apposit.

Præcipuè, quia matrimoniũ, cuius intuitu fuit facta dotis promiſſio, licèt ſub ſpe futuræ diſpenſationis, fuit ab initio omninò nullum, & illicitum, lege reſiſtente, neque ullum prorsùs habebat implicitum ſtatum validitatis; atque adeò, ſuperueniente diſpenſatione, cum nouus requireretur conſenſus, nulla poteſt fieri retrotractio ad diem promiſſionis dotis, ex adductis per Ludouiſ. dec. 410 num. 5. ibique Add. num. 10. Cardin. Seraphin. dec. 838. num. 12. et ſeq. & dec. 1156. nu. 5. Rot. in recent. deciſ. 503. num. 1. et ſeqq. part. 5. to. 2. et dec. 107. num. 1 et ſeqq. part. 8. & Nos, licèt ad aliud propoſitum, latiori exarauimus calamo in 1 Volum. cap. 62. num. 32. et ſeqq. ideòque à cõtraria ſententia Senatus Luſitani rectè diſſentijt Gamm. d. dec. 355. n. 2. et ſeq.

36 Prout reijcienda eſt diſtinctio in hac retrotractionis materia, inter hypothecam mariti ſuper bonis ſoceri, & illam mulieris ſuper bonis Viri, quam ſubſtinent Rouit. conſ. 57. lib. 2. Sanfelic. dec. 129 firmantes, ut in prima procedat concluſio ſuperiùs firmata, de qua loquitur text. in d. l. 1. ff. qui pot. in pignor. hab. ſecus in ſecunda, in qua, nonniſi à die contracti matrimonij hypotheca fauore mulieris oriatur, non autem à die promiſſionis dotis, cum huiuſmodi diſtinctionem optimè reprobet de Marinis ad Reuerter. dict. deciſ. 379. n. 2. Etenim Doctores, iuxta ueriorem ſententiã indiſtinctè affirmant in utroque caſu hypothecam incipere à die promiſſionis dotis, & Franch. d. dec. 677. num. 4. apertè fuit loquutus de hypotheca mulieris ſuper bonis Viri.

Cæterùm ſublata omninò remanet quælibet difficultas; non enim ſubſiſtit aſſumptum contrariæ deciſionis, quòd, ſcilicet, Papa in concordia proceſſerit per uiam aſſenſus, conualidando præcedentem dotationem nulliter factam contra formam *Conſtitutionis Pianæ*; ſed potiùs aſſerendum, Pontificem tantùmmodò uoluiſſe de medio tollere Iura ſpolij, quæ ad Reu. Camerã Apoſtolicã ex dicta Cõſtitutione dotis ſuppoſuit pertinere, illaque transferre in ceſſionarium, cum ſuppoſito, quód eidem *Conſtitutioni Pianæ* fuerit contrauentum, rogando potiſſimùm animaduerti, quòd Iura Cameræ nullatenus fuerint ceſſa ad fauorem Patris, á quo dos fuerat promiſſa, & reſeruata aſſenſus impetratio; ſed potiùs Viri; ideòque his ſtantibus, perneceſsè ſequitur, ut, cum Papa mandauerit in eius Chirographo, cedi Iura Viro, eiuſque hæredibus, nulla prorsùs facta mentione Patris promittentis dotem, ad quem in caſu obitus aduerſariæ ſine liberis, dempto lucro, eadem dos reuerti debebat.

37 Meritò metiendo uoluntatem Principis à poteſtate, prout fieri debet, *l. Lucius 31. §. Imperatores, ff. ad municipal. cap. à nobis 21. de ſcntent. excommunicat. Rip. reſponſ. 12. num. 24. ſuper Cod. tit. de diuerſ. reſcript. Bald. in l. ex facto, verſic. nota quòd ſemper ad mentem, ff. de vulgar. et pupillar.* ibique *Iaſ. num. 5.* idem *Iaſ. in l. beneficium, num. 35. ff. de conſtitut. Princip. Surd. conſ. 203. num. 33.* nullo Iure poteſt dici conualidata antecedens dotis cõſtitutio nulliter facta abſque nouo conſenſu ipſius Patris promittentis, qui, remoto dicto aſſenſu, nullo modo cogi poterat ad dotem perſoluendam.
Regulare enim eſt, vt non poſſit dici præſti-
38 tus aſſenſus, quoties eſt difformis à contra-
ctu, iuxta nobilem doctrinam *Iſern. in cap. Im-
perialem, num. 5. et ſeq. de probib. feud. alien. per
Federic.* ibique *Camerar. fol. 56. lit. Q. et fol. 57.
lit. V. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auctorit. 1. qu. 34.
num 4. et 5. Anna alleg. 45. num. 11. et allegat.
36. num. 11. et duob. ſeqq.* ubi etiam ſi eſſet in
acceſſorijs *Marcell. de Maur. allegat. 2. num. 7.
et allegat. 8. num. 8. Amat. conſ. 64. num. 21. et
ſeq. Lanar. conſil. 96. num. 7. et 8. Marcian. Sen.
conſil. 16. num. 4. in fin. lib. 1. Rouit. conſil. 18.
num. 13. lib. 2. Merlin. controu. 8. num. 19. tom. 2
Theodor. alleg. 31. et ſeq.* ubi etiam ſi difformitas eſſet in minimo, *Roſa conſult. 23. num. 3.
21. et ſeq. et conſult. 59. num. 49. et ſeqq. Gizzarell. dec. 3. num. 9. Franch. dec. 48. num. 7. et dec.
154. num. 5. Reuerter. dec. 106. num. 1. et ſeq.* ibique *de Marin. in obſeruation. num. 2. et dec. 133
num. 2. Buratt. dec. 106. num. 6. Bich. dec. 330. n. 2.*
39 Cũ enim in aſſenſu, ut inquit *Iſern. in d. cap.
Imperialem, num. 5.* rigor ſeruetur, & omiſſum pro omiſſo ſit habendum, & quod in eo non reperitur permiſſum, prohibitum cenſeatur; meritò ſi actus aliquo quouis modo geratur, quàm in aſſenſu legatur expreſſus, omninò tamquàm prohibitus remaneat inualidus.

40 Præcipuè in præiudicium Iurium tertio competentium, quibus nunquàm intelligitur illatum præiudicium per Principẽ remittẽtem Iura Cameræ Apoſtolicæ, pœnaſque incurſas, *cap. cæterùm*, ubi Canoniſtæ, *de reſcrip. l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. de quid in loco public. Surd. conſil. 207. num. 28. Valenzuol. conſil. 2. num. 28. Peregrin. lib. 6. de Iur. fiſc. tit. de vendit. et empt. fiſcal. num. 1. et ſeq. Dunozett. Iun. dec. 482. num. 2. Rot. in recent. deciſ. 99. n. 4. p. 1.*

Vlteriùs excluſa remanet prætenſa anterioritas Aduerſariæ pro ſuis dotibus ſuper bonis Patris; cum enim Frangerinus ex pretio bonorum emptorum à Patre Aduerſariæ, quod retinuit in depoſitum, ſoluerit Nuto creditori uenditoris ſcuta 770. & Belardello ſcuta 57. á quibus eidem emptori fuerunt Iura ceſsa in actu ſolutionis, quæ, cum ſint longè anteriora credito dotali Aduerſariæ,
41 utique Frangerino ceſſionario ſuffragantur;
quamuis ſoluenti de pretio bonorum debitoris, ſtante illorum euictione, dum in limine contractus emptionis fuit ſpecificè conuentum de ceſſione à creditoribus reportanda, quo caſu abſque dubio ceſſio obtempta ſuffragatur emptori, etiam ſoluenti de pretio rei emptæ; tunc enim ad utilitatem propriã, & ut ſibi Ius acquirat, ſoluiſse uideatur, & quaſi nomen emptoris acquiſiuiſse, prout in ſpecie limitando contrariam concluſionem, quòd ceſſio fieri non poſſit emptori, quando ſolutio fit ab eodem emptore de pecunijs ipſius uenditoris debitoris, & de pretio rei uenditæ, de qua, præ cæteris; poſt *Bart. in l. Modeſtinus, nu. 4.* ibique *Caſtr. eod. num. verſ. in nihilum autem, et num. ſeq. verſ. nam principalis, de ſolut.* ex recentioribus agunt *Andreol. controu. 348. numer. 7. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. 1. cap. 29. num. 7. Arias de Meſ. var. lib. 1. cap. 3. Card. de Luc. de empt. et vendit. diſc. 21. num. 10. verſic. alter caſus eſt, Franch. dec. 55. num. 7. Add. ad Buratt. dec. 420. num. 7. Ludouiſ. dec. 68. n. 51 Rot. in recent. deciſ. 135. part. 6.* benè firmant idem *Tondut. d. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 29. n. 8. Add. ad Buratt. dec. 420. num. 8. verſ. verùm hoc procedit, Olea de ceſſione Iur. tit. 4. quæſt. 2. n. 1. et ſeqq. Card. de Luca de empt. et vendit. d. diſc. 21. num. 11. Rot. in Meleuitana Pecuniaria 10. Februarij 1653. §. nec etiam denegare in fin. coram Reuerendiſſimo Melſio, et in Peruſina coram Vbaldo* impreſsa poſt *Gilian. ad Statut. Peruſin. dec. 112. et 113.*

Eademque concluſio procedit, etiam ſi
42 cum uenditore non fuerit conuentum de
ſubingrediendo in locum creditoris dimiſſi; huiuſmodi enim conuentio non eſt neceſſaria ubi ab eodem creditore dimiſſo expreſsè ceduntur Iura; nam tunc ceſſio ſuffragatur, non

ſo-

Digitized by Google

ſolùm ad effectum retinendi; ſed etiam agendi contrà credirores poſteriores, quibus dumtaxat Ius offerendi ſupereſt, prout eſt *tex. in l. ſi potiores 3. Cod. de his qui in prior. cred. loc. ſucced.* ibi: *Si potiores creditores pecunia tua dimiſſi ſunt, quibus obligata fuit poſſeſſio, quam emiſſe te dicis; ita ut pretium perueniret ad eoſdem creditores priores in Ius eorum ſucceſſiſti, & contra eos, qui inferiores tibi fuerunt, iuxta defenſione te tueri potes*, & optimè per prædictum *textum* comprobant *Cuiac. lib. 3. reſponſ. Papinian. in l. 3. ff. de diſtrac. pignor. Connan. lib. 4. conuentarior. cap. 7. num. 3. Donell. de pignor. cap. 12. Surd. conſ. 183. numer. 17. circa med. lib. 2. de Pont. conſ. 6. num. 2. & 3. lib. 1. Amat. reſolut. 7. num. 2. & ſeq. Gratian. cap. 117. num. 17. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. num. 4. Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 3. per tot.* ſignanter *num. 4. & ſeqq. Larrea deciſ. Granatenſ. 20. num. 17. lib. 1. Leo dec. Valent. 1. num. 37. Franch. dec. 134. num. 2. & ſeq.*

Neque audiendus *Aldobrandin.* ex aduerſo allegatus, *conſil. 7. num. 13.* dum intelligit *d. l. ſi potiores 3. Cod. de his, qui in prior. credit. loc. ſucced.* quando interuenit pactum de ſuccedendo, & ceſſio; huiuſmodi enim ſubauditio eſt omninò falſa, vtpotè repugnans *dict. l. ſi potiores*, prout ſimpliciter illam intelligit *gloſ. ibid.* verbo *ſucceſſiſti*, ibique *Cyn. ad fin. verſic. & dic ſecundùm eum*, & in ſpecie *Aldobrandinũ* reijcit *Gratianus cap. 269. n. 19. Arias de Meſa var. d. cap. 3. n. 6. lib. 1.*

43 Idque ea potiſſimùm ſatis æqua, rationabilique ratione, quia poſteriores creditores nulla afficiuntur iniuria, cum is, cuius pecunia antiquior creditor eſt dimiſſus, tãtùm eius loco ſubſtituatur, neque potẽtiùs, aut validius Ius acquirat, eademque conditio poſteriorum creditorum ſit manſura, quæ erat priuſquàm præcedens creditor dimitteretur; quid enim ipſius intereſt, an Titio, qui prior creditor fuit, an Sẽpronio, ex cuius pecunia Titius dimiſſus eſt, poſtponatur, ut egregiè in his terminis hanc præcipuam rationem expendunt *Crauett. conſ. 706. num. 12. & ſeq. lib. 4. Roderic. de ann. reddit. quæſt. [illegible] circa med. verſ. vbi ſubjcit*, eleganter eruditiſſimus *Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 9. definit. 4. verſic. nec vmquam idcircò fieri iniuriam.*

Præterquàm, quòd reuera Frangerinus non poteſt dici emptor; ſed potiùs tertius, dum frumentum uenditum, ex cuius pretio erat faciendum depoſitum Nuto creditori anteriori ſoluendum, illi non fuit traditum, qui

44 tertius, ſtante ceſſione, ſubingreditur in locum creditoris anterioris, *l. 1. Cod. ſi antiq. cred. qui à debitore, ff. qui potior. in pignor. de Ponte dict. conſ. 6. numer. 1. & ſeqq. lib. 1. Amat. dict. reſolut. 7. num. 20.* ubi, quòd tunc non expoſcantur tria requiſita, de quibus cele-

45 bris *gloſ. in l. Ariſto. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. Gregor. Lopez in l. 34. in fin. tit. 13. part. 5. Tholoſan. ſyntagm. Iur. lib. 23. cap. 12. num. 2.*

Prætereà anterioritas Frangiarini optimè remanet comprobata ex duabus ſententijs conformibus ad ſui fauorem latis à Pretoro Eugubij contra Angelellum Virum Aduerſariæ contendẽtem ſe anteriorem, tàm ex Iuribus dotalibus, quàm ex ceſſione obtenta à

46 Reuerenda Camera Apoſtolica, quæ uigore ſtatuti Eugubini conſtituunt rem iudicatam, *Rot. in Eugubina Prædii coram Card. Cerro* impreſſa poſt *Salgad. in labyr. credit. dec. 75. num. 2.* eædemque ſententiæ, uti latè cum uiro le-

47 gitimo contradictore, ad quem defenſio Iurium dotalium præcipuè ſpectat, abſque dubio ipſam afficiunt aduerſariam, *Alex. in l. ſæpe num. 77. verſ. circa primum, ff. de re Iudic. Mohedan. dec. 8. de ſentent. & re Iudic. Comitol. dec. 113. num. 10. Rot. in recent. dec. 328. num. 9. part. 10.*

Minus uidetur, poſſe ſubſiſtere alterum obiectum contrariæ deciſionis, quæ euerrit tranſactionem, vtpotè initam ex falſa cauſa; cum in ea fuerit expreſſum, pecuniam redactã ex cenſu conſtituto fauore Societatis Miſericordiæ, cum fideiuſſione Frangerini, verſam fuiſſe in ſolutionem dotis Aduerſariæ, eumdemque eſſe creditorem in ſcutis 1150. & pro illis habere obligata bona Maggi detenta ab aduerſaria, quòdque vtraque aſſertio ſit falſa; Tum, quia in Inſtrumento impoſitionis cenſus non legitur conuentum, vt pecunia inſeruire deberet pro ſolutione dictæ dotis, neque in eamdem cauſam probatur verſio. Tum, quia ex calculo ex aduerſo producto conſtat, Frangiarinum eſſe potiùs debitorem, quàm creditorem; ideòque bona ab aduerſaria detenta eidem non eſſe obligara.

Siquidem, quò ad primum, non ex eo, quòd in Inſtrumento cenſus non fuerit expreſſum, pecuniam eſſe vertendam in cauſam dotis, & expenſarum pro nuptijs, remanet probata

48 falſitas dictæ cauſę, & negatiua non ſequutæ verſionis; cum ſolùm [illegible] pecunia fuerit poſtmodùm verſa, quæ ſola poſſibilitas excludit illã neceſſitatem, quam ex ſui natura requirit probatio, *l. neque natales. Cod. de probat. l. non hoc, Cod. vnde legitimi, Ludouiſ. deciſ. 353. numer. 2.*

Idque redditur ſatis veriſimile, cum enim tunc temporis aduerſaria eſſet ſponſa, certum eſt pro nuptijs plura impendi, & eſt regulare,

49 vt verſio probetur ex coniecturis, temporiſq; circumſtantijs, *gloſ. in auth. hoc Ius porrectum in fin.* ibiq; *Bart. n. 17. C. de Sacroſ. Eccleſ. Bald. in l. vltima in fin. Cod. ſi aduerſus credit. Rip. in l. ſi ventri, §. final. numer. 11. ff de priuileg. cred. Pinell. in l. 2. part. 2. cap. 4. numer. 66. Cod. de reſcind. vendit. Dec. conſ. 36. numer. 8. verſic.*

aduertendum, Amat. reſolut. 3. num. 59. Menoch. lib. 3. præſumption. 55. numer. 4. & ſeq. & de arbitrar caſ. 432. Merlin. controuer. 26. numer. 9. lib. 1. Add. ad Ludouiſ. deciſion. 31. numer. 11. Cardinal. de Luca de feud. diſc. 76. numer. 10. & de credit. diſc. 1. numer. 12. Buratt. dec. 546. num. 4. ibique Add. num. 9. Duran. dec. 256. nu. 6. Vbald. dec. 221. num. 6. Surd. dec. 15. num. 14. & dec. 55. num. 6. Franch dec. 97. num. 5. ibique Add. Sanfelic. dec. 112. Cumque aduerſaria impugnet tranſactionem, propriamque con-
50 feſſionem ob falſitatem cauſæ, debet illam plenè, & concludenter probare, l. nam & poſteà, §. ſi minor, ff. de Iur. Iur. Dec. conſ. 436. num. 1. & in ſpecie, Card. Seraph dec. 976. Ludouiſ. dec. 149. num. 1. eademque concludens probatio non reſultat ex ſimplici negatione, quòd pecunia non fuerit verſa in cauſam ex-
51 preſſam, cum ſola poſſibilitas verſionis ſufficiat ad excludendam erroneam confeſſionē, ne recedatur à tranſactione, vt poſt Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres numer. 54. ad fin. verſic. aut in Inſtrumento. ff. de verbor. obligat. Becc. conſ. 108. num. 41. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 2. numer. 16. in ſpecie tranſactionis firmat, Rot. in recent. dec. 160. num. 10. part. 9.

52 Vlteriùs, cum plures fuerint cauſæ tranſigendi, cum iſta exprimatur per illa verba: Frà l'altre ragioni, hinc ſequitur, vt ex falſitate vnius nullo Iure corruat tranſactio, vt in terminis Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 52 Rot. in recent. dec. 348. num. 2. part. 4.
53 cum ſit abſolutiſſimum in Iure, vt quoties plures ſunt cauſæ vnius diſpoſitionis, ceſſante vna cauſa, non ceſſet effectus, & diſpoſitio, ſi aliæ maneant, §. affinitatis, Inſtitut. de nupt. cum alijs latè congeſtis per Tiraq. in tractat. ceſſante cauſa limit. 22. num. 1. & ſeq. præcipuè,
54 quia in dubio præſumendum, contrahentes motos fuiſſe ex pluribus cauſis, non autem ex una tantùm, Alex. conſ. 74. num. 11. Surd. deciſ. 174. num. 23.

55 Signanter, quando falſitas non verſatur circa cauſam finalem, ad notata in l. domus, ff. de condit. & demonſt. ... tio falſa, §. qui autem, num. 6. ff. de condit. & demonſtrat. Soccin. Sen. conſ. 159. num. 22. lib. 2. Cardin. Seraphin dec. 976. num. 3. verſ. & verſari, Ludouiſ. dec. 149. n. 1.

56 Multòque magis, quando cauſa finalis tranſigendi fuit receſſus à lite, expenſis, & Iurgijs, præcipuè inter affines, prout expreſsè legitur in tranſactione, quam ſolam cauſam ſufficit ſubſiſtere, vt tranſactio ſit valida, l. ſumma in princip. ff de condit. indeb. Caſtr. in l. eleganter in princip. ff. eod. tit. Surd. conſ 451. numer. 27. Becc. conſil. 190. num. 11. lib. 2. Merlin. dec. 163. num. 4. Card. Otthobon. dec. 25. num. 9. & ſeqq. præſertim inter ſanguine coniūctos, Menoch. conſil. 401. num. 184. Honded. conſ. 34. num. 46. lib 2. Decian. reſponſ. 39. num. 99. lib. 2. Rot. in recent. dec. 715. num. 6. part. 2. Merlin. dec. 163. num. 5.

57 Regulare enim eſt, vt timor litis ſit principale, vnicumque motiuum tranſactionis, l. 1. ff de tranſactionib. Merlin. dict. dec. 163. n. 4.
58 Magnum quippè lucrum conſideratur, quando à litibus receditur, in quibus, & animus uexatur, opeſque dilabuntur, l. 1. vbi DD. Cod. de pact. l. ſrea, la ſeconda, Cod. de vſur. l. Lucius in fin. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. gloſ. in cap. cum cauſa, verbo reſtituerent, verſ. & eſt ratio de empt. & vendit. Abb. in cap. 1. num. 2. de tranſactionib. Alex. conſ. 222. nu. 12. lib. 2. Dec. conſ. 216. num. 3. verſic. & præter hoc, Berous conſ. 176. num. 28. lib. 1. Surd. conſ. 451. nu. 27. Archiepiſc. Royas dec. 437. num. 5. Merlin. dec. 767. num. 10. Cardin. Caualer. dec. 407. num. 4. in fin. & 5.

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, ex calculo ex aduerſo dato non probatur negatiua crediti Frangerini in ſcutis 1150. ex be-
59 nè in facto deductis, cūq; in aliquibus partitis detegatur erroneus, totus redditur deficiens, quia ſicut in aliquibus fuit erratū, ita in alijs errari potuit, l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff de edend. Caſtr. conſil. 301. num. 4. verſ. vnde ſicut lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 132. num. 11 verſic. ſic etiam lib. 3. Crauett. conſ. 386 num. 15. Gabr. conſil. 148. num. 9. lib. 1. Cephal. conſ. 508. n. 35. verſ. quod confirmatur, Menoch. de arbitr. caſ. 91. num 20. Muñoz. Eſcob. de ratiocin. adminiſtrat. cap 12. num. 21. Gratian cap. 563. num. 35. Ludouiſ. dec. 79. num. 2. ibique Add. num. 6. Cardin. Celſ. dec. 406. nu. 7. Rot. in rec. dec. 436. n. 15. part. 9. tom. 2.

Prout benè ſubſiſtit aſſertio, quòd bona ab Aduerſario detenta eſſent obligata pro credito Frangerini; cum enim de ſolutione ſcutorum quatuor mille pro ſatisfactione dotis conſtet ex confeſſione Viri, & pro reliquis ſcutis bis mille aduerſaria poſſideret bona patris debitoris excedentia valorem ſcutorū quatuor mille, abſque dubio remanebant bona obligata pro credito Frangerini, quod reſt certum, & indubitatum, tàm ex cauſa accepit ad cenſum ſcuta 600. pro liberatione à carceribus Patre Aduerſariæ, à quo pro releuatione conſequenda emit prædium Sancti
60 Secundi, quod, cum poſteà ſibi fuerit euictum, abſque controuerſia reuiuixerant credita, actioneſque prædictæ, Theſaur. quæſt forenſ. 88. n. 11. lib. 2. alijſque pluribus allegatis, Galeot. cōtr. 32. nu. 3. lib. 1. & ſeqq. Card. de Luca de credit. diſc. 32. num. 4. & ſeqq. Put. dec 440. lib. 1. Rot. in recent. dec. 92. num. 7. p. 7. Afflict. deciſ. 16 num. 3

Prædicta omnia dederunt cauſam tranſactioni initæ inter aduerſariam, & Frangerinum pro exequutione laudi ab eadem Aduerſa-

ſaria;ſeruatis ſeruandis,emologati, quæ vtile
negotium geſſit, ſe obligando ad ſolutionem
ſcutorum 650. non ſolùm,quia ſe exemit à li-
tium expenſis, & ab incerto illarum exitu,ſed
fortiùs, quia ei remanſerunt bona Patris im-
munia à iuſtiſſimis, vel ſaltem probabilibus
prætenſionibus creditoris, quo caſu, etiam
in fortioribus terminis Mulier poteſt fideiu-
61 bere pro Viro,vt pignora dotalia penes eam
conſeruentur,vt probat *text.in l.de die, §.qui
mulierem, ff.qui ſatiſd.cogant.* necnon emere
contra Virum credita,vt eum à creditoribus
62 liberet; tunc enim vtile negotium ſuum ge-
rit, non autem viri, latè *Hering.de fideiuſſo-
rib. cap. 7. num. 416. & ſeqq.* & in proxi-
mis terminis *Theſaur. quæſt.forenſ.53. num.5.
lib 4.Tondut.lib.1.quæſt.ciuil.cap.45.num.12.
& ſeqq.* egregiè ex more *Anton.Fab.in C.lib.
4.tit.21.defin.17.* prout poteſt etiam ſe obli-
63 gare creditoribus hæreditarijs, transferendo
in ſe Iura hæreditatis, *l.aliquando, l.ſi mulier
32.l.tutor, §.ſi ponamus, ff.ad Senat.Conſult.
Velleian.*

Atque ex his etiam patet reſpõſio ad obie-
ctum, quòd, nempè, data validitate tranſa-
ctionis aduerſaria remaneret indotata, quia
præterquàm, quòd in facto id non ſubſiſtit,
in Iure non releuat,quod enim dicitur de mu-
64 liere remanente indotata, procedit quando
Senat.Conſul.Velleian. iuuatur;nõ autem indi-
ſtinctè in alijs caſibus,in quibus, ſicuti cæteri,
poteſt contrahere,ſibique præiudicium infer-
re; multòque magis, quando tranſigit ad
præſeruandam portionem dotis à creditis
anterioribus,& ad ſe eximendam ab incertiſ-
ſimis litium euentibus, *l. velles. Cod. de reuo-
cand.donation.l.& ſi à muliere, Cod.de exercit.
action,*rectèque conſerũt deducta per *Tondut.
lib.1.quæſt.ciuil.cap.45.num.12.*

Tandem prædicta omnia abſque difficulta-
te exuberare debent pro ſubſtiuenda huiuſ-
modi tranſactione, pro qua clamant conclu-
ſiones millies firmatæ ab hoc Supremo Audi-
65 torio, quòd,nempè, ſufficiat, ſi modica adſit
occaſio dubitandi deſumpta etiam ex autho-
ritate aliquorum Doctorum,latè pluribus al-
legatis, *Valeron.de traſaction.tit.2. quæſt.3.nu.
23.* Imó vnius Doctoris egregij dictum præ-
66 beat iuſtam litis cauſam,rẽq; dubiam faciat,
*Ancharan.in Clement. ne Romani numer.1. &
ſeq.de election.Iaſ.in l.properandum, §.ſin autẽ
alterutra num. 8. Cod. de Iudicijs, Felin.in cap.
ſuper his num. 19. verſic. facit de accuſationib.
Marſil.in l.Patre, vel marito nu.32.ff.de quæſt.
Beroù.conſ.1. num.3.lib.2. Rot.in recent. deciſ.
263.num.3.par.3.* ſatiſque ſit euidentem abeſ-
67 ſe calumniam,*Card.Mantic.de tacit. lib.26.tit.
1. num.15.* quòdque pro tranſactione ſubſti-
nenda omnis capi debeat poſſibilis interpre-
68 tatio, neque ſit exactè diſquirendum, quis
nam ex tranſigentibus meliora foueat Iura;

*l.eleganter, §.ſi quis, ff. de condit. indebit.Ro-
land.conſ.28. num.16. lib.4. Card. Mantic. de
tacit. lib.26. tit.1. numer.8. Merlin. deciſ.854.
numer.6.*

*Iuxta firmata, fuit deciſum per Rotam
coram Reuerendiſſimo Priolo* dec.367. &
409. *in ſuis impreſſis, cum receſſu à deci-
ſione contraria.*

ARGVMENTVM.

Mulier maior, an inſimul cum Viro poſ-
ſit ſe obligare pro dote communis filiæ;
Et an diſpoſitio *l.fin.Cod.ad Senatus Con-
ſult. Velleian.* approbans obligationem
Mulieris fauore dotis, illamque limi-
tans in eodem caſu, aduerſetur alteri diſ-
poſitioni *Auth. ſi qua mulier, Cod.eod.* ir-
ritanti obligationem Mulieris factam,
vnà cum Viro; Quidue aſſerendum,
ſi mulier ex prædicta obligatione rema-
neat indotata, vel ſaltem in medietate
dotis læſa.

Ad effectum inducendę indotationis, vel
enormiſſimæ læſionis,an attendi debeat
tempus obligationis inſimul cum Viro à
muliere contractæ, vel potiùs reſtituen-
dæ dotis, ſiue ſolutionis eiuſdem.

An pro irritanda obligatione mulieris pro-
bari oporteat, res obligatas fuiſſe dota-
les, & an in extradotalibus obligatio
ſubſtineri valeat; Quidue pronuncian-
dum, ſi tempore obligationis, Vxor
non haberet alia bona, quàm extrado-
talia, quæ eidem, conſtante matrimo-
nio, obuenerint.

Pactum de dote lucranda, ſoluto matri-
monio, non extenditur ad caſum, quò
matrimonium diuortio, vel morte Viri
ſoluatur, ſed tantummodò, quandò ſol-
uitur per mortem mulieris.

Mulier, an dotis conditionem deteriorem
poſſit efficere poſt matrimonium ſolu-
tum ob mortem eiuſdem mulieris, vel
in ea decrepita ætate, in qua non adſit
ſpes, quòd iterum ſit nuptura.

SVMMARIVM.

1 *Mulier maior poteſt fideiubere, ſeque obligare
pro dote danda, abſque eo, quòd iuuari poſſit be-
neficio* Senatus Conſulti Velleiani.

2 *Idque, etiam ſi ſe obliget, & intercedat pro alio, priùs pro dote, vel pro lucro dotali, ſeu antefato obligato.*

3 *Multò fortiùs, ſi ſe obliget, vnà cum Viro pro dote communis filiæ.*

4 *Idque, tàm inſpecto iure communi.*

Quàm etiam ſtatuto requirente ſolemnitates, quod interpretationem paſſiuam à Iure communi recipere debet.

5 *Affertur coutraria ſententia affirmans, quòd, quamuis mulier poſſit fideiubere, & ſe obligare pro dote; id tamen uon procedat, quando cum viro ſe obligat pro dote, etiam communis filiæ, cum tùnc dicatur fideiubere, & de ratione.*

6 *Prohibitio* Velleiani, *licèt reperiatur limitata fauore dotis ex diſpoſitione*, l. fin. Cod. ad Velleian. *id tamen non aduerſatur alteri diſpoſitioni* Auth. ſi qua mulier, Cod. eod. *irritanti obligationem mulieris factam vnà cum Viro.*

7 *Ratio publicæ vtilitatis fauore dotium militans non obſtat, quia etiam publicus fauor non attenditur, quando mulier pro Viro obligatur, ètiam pro debito publico.*

8 *Mulier, quoties ſe obligat cum Viro pro dote communis filiæ, quodammodò videtur proprium, non alienum debitum perſoluiſſe.*

9 *Ex dotatione communis filię reſultat etiam vtilitas matris, quæ alioquin in defectum Patris illam ære proprio dotare tenetur.*

Ideoque non aduerſatur diſpoſitiò Auth. ſi qua mulier, Cod. ad Velleian. *quæ limitatur, quoties mulier obligat ſe cum Viro prò ſua, vel communi vtilitate.*

10 *Coutraria ſententia, de qua ſupra* num. 4. *poteſt admitti, quando mulier ſe obligat cum Viro pro dote mulieris extraneæ, vel Priuignæ, ad quam, cum nullo Iure teneatur, præſumitur, vel blanditijs, vel minis extorta obligatio.*

Præcipuè, quia Iura inter Nouercam, & Priuignam potiùs odium præſumunt.

11 *Mulier, quando ex obligatione facta prorsùs remanet indotata, vel ſaltem in medictate dotis lęſa, obligatio nullitatis vitio laborat, & de ratione.*

Idque, etiam ſi obligatio eſſet facta pro excarceratione Viri.

12 *Obligatio mulieris cum Viro, etiam pro dote communis filiæ, eſt nulla, quoties eadem mulier remanet indotata, vel enormiter læſa in eius dote.*

13 *Reprobatur* Conciolus *contrarium aſserens.*

14 *Amplia, vt neque etiam obligatio ſubſtineri valeat pro medietate ſubſtantiæ bonorum mulieris, cum ratione indiuiduitatis in totum corruat.*

Intellige, quando ex vnica obligatione mulier indotata remanſit, vel in medietate dotis læſa.

Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando plures fuerunt initæ obligationes, & ex poſterioribus fuit illatum præiudicium mulieri in ſuis dotibus.

Reprobatur contraria ſententia ſimpliciter affirmans, ſubſtineri mulieris obligationem vſque ad concurrentem quantitatem medietatis dotis.

15 *Idque locum habet, non obſtantibus ſolemnitatibus ſtatutarijs adhibitis.*

16 *Vel iuramento, quod nullius eſt roboris, ſtante enormiſſima mulieris læſione.*

Intellige *vt* num. 24.

17 *Reprobatur contraria ſententia aſſerens, quòd Iuramentum confirmet obligationem mulieris, licèt remaneat indotata, vel enormiſſimè læſa.*

18 *Impugnatur opinio affirmans, vt mulier tali caſu non intelligatur, ſe obligaſſe animo fideiubendi, ſeque contra Virum reualendi, ſed æquè principaliter teneatur pro virili, vel inſolidùm, ſi fuerit dictum.*

19 *Prædicta ſententia poteſt fortaſsè procedere, quò ad ipſum creditorẽ dotis, qui poteſt Vxorem ſcilicèt, & Virum conuenire, ſecus, quò ad ipſos promiſſores, ſeu debitores dotis.*

20 *Tempus obligationis inſimul cum Viro à muliere contractæ pro dote communis filiæ attendi debere, ad effectum inducendæ indotationis, vel enormiſſimæ læſionis, nonnulli affirmant.*

21 *Alij verò aſſerunt, inſpici debere tempus reſtitutionis dotis, ſiue ſolutionis.*

22 *Mulier poteſt impugnare propriam obligationẽ, etiam pro dote communis filiæ, quoties remanet indotata, vel in maiori parte dotis enormiſſimè læſa, abſque vlla ſpe conſequendi releuationem ex facultatibus Viri.*

23 *Attenta ſententia* Rotæ, *ad effectum irritandi obligationem Mulieris remanentis indotatæ, vel ſaltem in medietate dotis enormiſſimè læſæ, non eſt inſpiciendum tempus obligationis, ſed potiùs reſtitutionis eiuſdem dotis.*

24 *Iuramentum, eatenus non operatur validitatem obligationis mulieris, quatenus, vel remaneat omninò indotata, vel eidem medietas dotis non ſit ſalua.*

Secus, quando non conſtat de huiuſmodi læſione ab eadem muliere concludenter probata.

25 *Accedentibus potiſſimùm ſolemnitatibus ſtatutarijs.*

26 *Pro irritanda obligatione mulieris probari oportet, res obligatas fuiſſe dotales.*

27 *Ad hunc effectum non debent conſiderari bona extradotalia Vxoris, ſed solùm ea, quæ fuerunt in dotem Viro conſtituta.*

Intellige vt num. 29.

28 *Ex cenſu impoſito per mulierem ſuper bonis extradotalibus non poteſt dici, quòd indotata remanſerit.*

29 *Declara concluſionem, de qua ſupra* num. 26. & ſeq. *vt procedere poſſit, quando mulier, vltra dotem iam conſtitutam, habebat etiam bona extradotalia, ſeu parafrenalia, conſtante matrimonio quęſita.*

Secus verò, ſi non haberet alia bona, quàm extradotalia eidem, conſtante matrimonio, obuenta.

30 *Pacta dotibus detrimentum inferentia, eatenus à Iure improbantur, quatenus expreſsè priuant mulieres dote pro illo tempore, quò ea opus habet, ad iteratò nubendum.*

31 *A Iure non eſt prohibitum pactum, quòd poſt mortem mulieris ad alium integra eius dos perueniat; ſed potiùs permiſſum, quia tunc ceſſat ratio publicæ vtilitatis.*

Expenduntur Iura ſingularia in l. ſi Pater 12. ff. de pact. dotalib. & in l. ſi dotali, ff. ſolut. matrim.

32 *Pactum de dote lucranda, ſoluto matrimonio, non extenditur ad caſum, quo matrimoniũ di-*

diuortio, vel morte viri ſoluatur; ſed tantummodò ſoluitur per mortem mulieris.

33 *Conuentio, quòd, ſoluto quouis modo matrimonio, dos apud Virum remaneat, intelligitur, ſi Vxor prædecedat.*

34 *Pactum de lucranda dote, ſoluto matrimonio, intelligi debet; dummodò Vxor præmoriatur.*

35 *Pacta circa dotium reſtitutionem ſemper ſunt interpretanda in caſu ſoluti matrimonij per mortem mulieris ob fauorem publicum, vt poſſit iterum nubere.*

36 *Statutum, ſi diſponat, vt, ſoluto matrimonio, dos apud filios remaneat, intelligi debet, quando matrimonium per mortem Vxoris ſoluitur, ne ſequatur abſurdum, quòd mulier indotata remaneat.*

37 *Mulier non dicitur remanere indotata, quando habet vſumfructum, quem poteſt Viro in dotem tradere.*

38 *In vſumfructum dotem poſſe conſtitui Iura non ambigunt.*

39 *Mulier paciſcendo conditionem dotis non poteſt facere deteriorem; quamuis pactum eſſet collatum poſt ſolutum matrimonium.*

Intellige vt num. 41.

40 *Contrarium nonnulli affirmant.*

41 *Declara, vt concluſio, de qua ſupra* num. 39. *procedat, quando pactum doti præiudiciale legitur conuentum poſt ſolutum matrimonium per mortem Viri.*

Tunc enim aduerſatur publicæ vtilitati, quæ vult, mulierum dotes eſſe ſaluas, ut quandocumque nubere valeant.

42 *Mulier, ſi fecerit pactum, quo dotis ſuæ conditio fiat deterior in ea ætate, in qua non adſit ſpes iteratò eſſe nupturam, non improbatur tale pactum, & de ratione.*

CAPVT CXII.

PRO Iuridico examine propoſitæ queſtionis quatuor ſunt in facto præmittenda. Primùm, nempè, Ferdinandum Altouilla, & Minozzam de Spretis Coniuges nuptui tradidiſſe Fuluiam communem filiam Paulo de Monte cum dote omnium, ſingulorumque bonorum ad eoſdem Coniuges ſpectantium, reſeruato eiſdem vſufructu, vita durante.

Secundum, fuiſſe iniunctum ſpecificum onus eidem Paulo interim decenter alendi, nedum prædictos dotis promiſſores; ſed etiam alteram filiam Ferdinandi ex primo matrimonio ſuſceptam in Monaſterio exiſtentem.

Tertium, fuiſſe reſeruatum lucrum dotale fauore Pauli in euentum prædeceſſus Fuluiæ Vxoris ſine filijs, conſequendum tamen poſt obitum vtriuſque Coniugis promittentis dotem.

Quartum tandem obijſſe, tàm Fuluiam ſine filijs; itaut factus fuerit locus lucro dotali fauore Pauli eius Viri ſuperſtitis, conſequendo tamen poſt obitum Minozzæ, vt ſupra, quàm etiam Ferdinandum, inſtituta hærede Minozza eius Vxore, quæ Viri hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarij adeò ingenti ære alieno, alijſque oneribus inuolutam, vt nullum prorsùs ex illius aditione commodum ſenſerit.

His igitur in facto ſuppoſitis, vtpotè euidentialibus; Quæſtio eſt, an vigore capitulorum matrimonialium, ſubſequutiq; inſtrumenti dotalis, ſtante obitu Fuluiæ ſine filijs, debeatur Paulo lucrum dotis conuentum ſuper bonis, vel dotalibus, vel paraſrenalibus Minozzæ, conſequendum tamen poſt ipſius obitum.

Vel potiùs eadem Minozza poſſit contendere, eius obligationem fuiſſe nullam, ipſamque reperiri enormiſſimè læſam, dum, ſoluto prætenſo lucro dotis, remaneret, vel penitùs indotata, vel ſaltem in maxima parte ſuę dotis læſa, abſque ulla ſpe releuationis ſuper bònis Viri, vtpotè obnoxijs ingenti æri alieno, alijſque oneribus totum abſorbentibus aſſem hæreditarium.

In hac igitur controuerſia per ſimplicem diſcurſum expendam, quæ potiſſimùm, meo iudicio, ponderari debeant, tàm pro infirmanda nullitate dictę obligationis, quàm pro eadem obligatione ſubſtinenda, iuxta ſuppoſitum partis aduerſæ; ad hoc vt hinc indè argumentis, & rationibus rectè digeſtis, diiudicari poſſit, cui nam potiùs parti Ius dicatur aſſiſtere, ad effectum parandæ rationabilis concordiæ.

1 Pro inualiditate obligationis concluſiuè procedendo, eſſet primò aduertendum, quòd regulariter Mulier maior poſſit fideiubere, & ſe obligare pro dote danda, abſque eo, quòd iuuari poſſit beneficio *Senatus Conſult. Velleian.* vt ſunt Iura ſatis nota in *l. ſi dotare 12. & l fin. Cod ad Senat. Conſult. Velleian. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 6. de dot. promiſſ defin. 8. & lib. 4. tit. 21. defin. 14. Valaſc. conſult. 127. nu. 2. & per tot. Tondut. lib. 1. quæſt ciuil. cap. 46. nu. 14. Hodiern ad Surd. deciſ. 164. num. 4. Staiban. Iun. reſolut. 170. num. 10. & ſeqq. lib. 2.* Hering. *de fideiuſſor. cap. 7 num 456. & ſeq. & nu. 459.* ubi etiam, quando mulier pro alio priùs pro dote obligato intercedit, alijque plures latè congeſti per *Boſſ. de dote cap. 9. §. 5. num. 93. Rot. in recent. dec. 168. num. 7. & dec. 241. num. 14. p. 7. Theſaur. dec. 223. n. 5.*

2 Idque, etiam ſi ſe obliget, & intercedat pro alio priùs pro dote obligato, *Barboſ. in l. 1. p. 1. num. 17. ff. ſolut. matrim.* ubi tradit *dict. l. fin. Cod. ad Senat. Conſult. Velleian.* intelligi debere, quando Mulier dotem ab alio promiſſam in ſe tranſtulit, *Caſtr. in dict. l. fin. num. 2. verſ. ad hoc ergo], vt iſta lex.* benè *Hering. de fideiuſſ. cap.*

cap.7.num.456. & ſeq. & ſignanter num.459.
vbi adducit ex diſpoſitione dict.leg.fin. Cod.
ad Senat.Conſult.Trebellian.in finalibus uerbis
Ant.Gabert.in tract.de ſponſal.& matrim.tit.4.
incip.dotium ſingularia num.2.tom.9. tract.fol.
60.Io.Bouſcheut.lib.6.nu.19.dict.tom.9. tract.
fol.95. Bald.nouell. de dot.part.6.priuileg.12.
nu.1.& ſeq.Bapt.de S.Blaſ.in tract. de priuileg.
dot.cent.1. num.51.dict.tom.9.tract.fol.452.
Natt.conſ.52.num.15. & ſeq. verſ.ſic nos lib.1.
ubi non obſtante Statuto prohibente mulieri-
bus, ne pro alijs intercedant, Mareſcott.var.
cap.43.num.8.& ſeq. lib.1. referens tres Rotæ
Romanæ deciſiones, Merlin. controu. forenſ. cap.
56.num.4.8.& ſeq. lib.1. Theodor.allegat.13.
num.1.& ſeq.ubi hoc ampliat,etiam pro mu-
liere intercedente pro antefato, Staiban.Iun.
reſolut.42.num.14.lib.1.& reſolut.177.n.14.
& ſeqq. & reſol.179.num.22.& ſeqq.lib.2.
Franch.dec.126.num.6.verſic.in dote, & deciſ.
182.num.1.& num.17. verſ.& propter prædi-
cta, ubi hoc refert deciſum, etiam in matre
intercedente pro filio in fauorem Nurus pro
antefato, Gizzarell.dec.4.n.24.

3 Idemque fortiùs aſſerēdum, quando, prout
in præſentia, inſimul cum Viro pro dote cō-
munis filiæ ſe obliget, iuxta ueriorem ſenten-
tiam, quam non ſolùm in terminis Iuris cō-
munis firmant Bald.in l.1.num.1.verſ.quintum
decimum, ibique Alex.num.39. Roman.nu.26.
Viſitarin.num.170.& alij, ff.ſolut.matrim. idē
Bald.conſil.106.num.1.lib.5.Barboſ.in dict.l.1.
part.4.num.101.& ſeq.ff.ſolut.matrim. Salicet.
in l.vlt.num.1. Cod.ad Velleian. Bald.nouell.de
dote part.6.priuil.12. num.2. Gomez ad l.50.
Taur.num.25.Gratian.cap.647.nu.16.& duó-
bus ſeqq.Cyriac.controu.41.num.9.Trentacinq.
var.lib.3.de fideiuſſ.reſol.2. num.4. Caluin.de
æquit.lib.2.cap.152. num.33. Valaſc.conſult.
127.num.1.& ſeqq.Gaſp.Baez. de non melior.
dot.num.37.& ſeq.Merlin. controu.56.nu.5.&
ſeq.lib.1.Bondeu.collect.6.num 24. et 29. Con-
ciol.alleg.76.num.20.Pic.ad Statut.Vrb.gloſ.7.
num.245.& ſeqq.rectè aduertens,quòd,ſi ma-
ritus eſt diues, uxor habebit regreſſum con-
tra illius bona; ſi uerò non ſit locuples mater
ſe obligans pro dote communi filiæ, officium
proprium exercet, propriumque debitum
perſoluit, atque adeò non iuuatur Velleiano,
quia magis eſt fauēdum filiæ pro dote, quàm
mulieri dotem promittenti, cum maius ſit
priuilegium dotis, quàm Velleiani, latè Boſſ.
de dote dict.cap.9.§.5.num.108. Tondut. quæſt.
ciuil.cap.46 num.18.& ſeqq.lib.1.Staiban.Iun.
reſolut.179.num.35.& ſeqq.lib.2.ubi, quòd id
procedat, tàm pro matrimonio carnali, quàm
ſpirituali, Anton.Fab.lib.5.tit.6 defin.8.nu.3.
& ſeq.Theſaur.dec.223.num.15.Surd.dec.164.
num.15.Franc.Marc.dec.508.num.18. part.1.
Puc.dec.160.per tot.lib.3. in correctis, ibique
addit.Marginalis, Rot.in recent.dec.490. nu.7.
ubi quòd ſit communis opinio, & deciſ.390.
num.6.part.4.& deciſ.691.num.8.& 9. part.4.
tom.3. Rot.dec.111. poſt Pacific. de Salnian.in-
terd.Card.Millin.dec.332.n.1.

4 Sed etiam, inſpecto Statuto requirente ſo-
lemnitates, cum interpretationem recipere
debeat à Iure communi, Pic.ad Statut.Vrb.
gloſ.7.à num.243.vſq.ad 251.Gratian.dict.cap.
647.num.17.et ſeq.Put.dict.deciſ.160.lib.3.in
correctis, Martin.Andr.dec.83.num.6. et ſeq.

5 Parùm, attenta contraria ſententia affir-
mante, quòd, quamuis mulier poſſit fideiube-
re, & ſe obligare pro dote, abſque eo, quòd iu-
uetur Velleiano, iuxta diſpoſitionem dict. l.
fin. Cod.ad Velleian. tamen ſecus dicendum
ſit, quando cum Viro ſe obliget pro dote,
quaſi tunc uideatur pro eo fideiubere, quo
caſu non ſubſtinetur obligatio, ſiue fideiuſ-
6 ſio, quantumuis facta pro dote, cum militet
ratio ſuſpicionis, quòd Mulier, uel blanditijs,
uel minis Viri fuerit inducta ad ſe obligan-
dum, quódque eiuſdem mulieris inconſulta
cum uiro facilitas iacturam ei inferat, Auth.
ſi qua mulier, Cod.ad Velleian. quæ inſpectio,
cum æquè procedat, quando mulier ſe obli-
gat cum Viro pro dote communis filiæ; hinc
eſt, ut licèt prohibitio Velleiani repe-
riatur limitata fauore dotis, ex diſpoſitio-
ne dict. leg. fin. Cod. ad Velleian. non ob id in-
ferri poſſit, idem eſſe recipiendum in prohi-
bitione reſultante ex dict. Auth. ſi qua mulier.
quæ omninò diuerſa ratione nititur.

7 Idque, non obſtante ratione publicæ utili-
tatis fauore dotium militante, quia etiam
publicus fauor non attenditur, quando mu-
lier pro uiro obligatur, dict. Auth. ſi qua mu-
lier, C.ad Velleian.in qua irritatur obligatio,
etiam ſi ſit facta à muliere pro debito publi-
co, prout, omiſſis pluribus, qui poſſent pro
hac ſententia allegari, firmant, poſt Bald. in
l.fin.et l.iubemus, Cod.ad Velleian. Berou con-
ſil.48.per tot.lib.1.Corn.conſil.124.lib.1.et cō-
ſil.316.lib.4.Honded.conſil.45. num.23. et ſeq.
lib.1.Mareſcott.var.lib.1.cap.5.num.15. et ſeq.
et cap.43.num.13.Bald.nouell.de dot.6. part.3.
princip.verſ.vidi etiam. Gratian.cap 647. num.
14.Cyriac.controu.295.num.40. verſ.neque re-
fragatur, et ſeq.Add.ad Theſaur.deciſ.223. lit.
D. Hering.de fideiuſſor.cap.7.num.453. Mart.
Medic.deciſ.48.n.20.Surd.qui in hac ſententia
uidetur procliuior, dec.164.num.14. ibique
Hodieru.in addit.in fin.Rot.in Romana Societa-
tis officij 4.Februarij 1602.coram Penia.

8 Siquidem, ut rectè aduertunt DD. ſuperiùs
allegati in cōcluſione principali, quoties mu-
lier ſe obligat cum Viro pro dote communis
filiæ, quodammodò uidetur proprium, non
alienum debitum ſoluiſſe; licèt enim non te-
neatur dotare filiam, niſi in ſubſidium, tamen
illam dotādo, etiam cum Viro uidetur ſtimu-
lo quodam naturali impelli, ut, ſcilicet, filiæ

com-

commodis proſpiciat, quod eſt unicum, & cõmune parentum uotum, atque adeò id facere ex neceſſitate, iuxta monitum *Caſtrenſ. in l. quoniam nouella, num. 3. C. de inofficioſ. teſtam.* benè alijs allegatis, *Surd. dict. deciſ. 164. n. 15.* & latiſſimè reſpondens contrarijs, *Boſſ. de dote dict. cap. 9. §. 5. num. 108. propè fin. verſ. quare Merlin. dict. cap. 56. n. 10. lib. 1.*

9 Cumque ex dotatione communis filiæ reſultet etiam vtilitas Matris, quæ alioquin in defectum Patris illam ære proprio dotare teneretur; meritò non vindicat ſibi locum diſpoſitio *dict. Auth. ſi qua mulier,* cui potiſſimùm innititur contraria ſententia, cum illa inter cæteras limitationes, quas patitur, ea ſit præcipua, quando Vxor obligat ſe cum Viro pro ſua, vel communi vtilitate, *Theſaur. dict. dec. 223. n. 15.* & rectè aduertit *Boſſ. d. cap. 9. num. 108. in fin.*

10 Solùmque contraria concluſio eſſet admittenda, illamque veram exiſtimo, quando Mulier ſe obligaret cum Viro pro dote Priuignę, vel mulieris extraneæ; hoc enim caſu, cum Nouerca ad eiuſdem Priuignæ dotationem nulla ratione, neque naturali, neque ciuili teneatur, quinimò inter eas Iura præſumant odium, & maleuolentiam, *l. 4. ff. de inoffic. Teſtam. Riminald. Iun. conſ. 428. num. 9. & ſeqq. Boſſ. de alimen. cap. 10. num. 169.* obligatio pręſumitur extorta, vel blanditijs, vel minis Viri; cumque in eiuſdem Viri ſolummodò vtilitatem Mulieris obligatio tendat; meritò ex rationibus ſuperiùs adductis in obiecto ſit locus beneficio *Velleiani,* & in his terminis Nouercæ obligantis ſe cum Viro pro dote Priuignæ, vel alterius mulieris extraneæ loquũtur *Berou. conſ. 48. Honded. conſil. 45. lib. 1. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 5. num. 16. Hering. de fideiuſſ. cap. 7. num. 453.* eleganter iuxta morem *Ænn. Robert. rer. iudicat. lib. 3. cap. 11. in fin. Manſon. de cauſ. exequntiu. lib. 1. limit. 10. num. 12. Staiban. Iun. reſolut. 42. nu. 17. & ſeqq. lib. 1. & reſolut. 177. num. 20. & ſeqq. & reſolut. 179. num. 17. lib. 2. Merlin. controu. forenſ. cap. 56. num. 11. & ſeq. lib. 1.* vbi reprobat *Franch. dec. 186. n. 12.* & *Gizzarell. dec. 4. num. 4. Surd. dict. deciſ. 164. per tot.* præcipuè *num. 15. & ſeq.* ubi rectè diſtinguit per rationes ſuperiùs adductas vnum caſum ab altero, ibique *Hodiern. num. 5. Mart. Medic. deciſ. Senenſ. 48. & 49. Rot. dec. 1. poſt Pic. ad Statut. Vrb.* & latiſſimè, alijs congeſtis, *Boſſ. de dot. d. 9. §. 5. num. 104. & duob. ſeqq.*

11 Hæ[illegible] omnia, quamuis ſint in Iure abſolutiſſima; [illegible] non procedunt, quando, prout in præſentia, ex ob[illegible]tione per Mulierem facta eadem Mulier remanet prorſus indotata, vel ſaltem in medietate dotis læſa; hoc enim caſu obligatio nullitatis vitio laborat; publicè enim intereſt, dotes mulieribus conſeruari, ad ſobolem procreandam, replendamque liberis Ciuitatẽ, *l. 1. ff. ſolut. matr.* ne ſoluto matrimonio dotem non habentes, cum qua denuò nubere ualeant, incidant in tentationem, ut ſunt uerba *Cardin. in cap. cum contingat, num. 1. in fin. de Iur. Iur.* prout generaliter de nullitate cuiuſcumque obligationis Mulieris cum Viro, ex qua remaneat prorſùs indotata, uel in dimidia parte ſuæ dotis læſa, firmant *Caſtr. conſ. 174. num. 1. & ſeq. lib. 1. Aretin. conſil. 24. num. 7. & ſeq. Rimin. Sen. conſil. 39. num. 11. & 15. Soccin. Sen. conſ. 263. num. 4. lib. 2. Crauett. conſ. 114. num. 1. Bero. cõſil. 48. num. 13. Surd. conſ. 395. num. 29. Ramon. conſil. 96. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. gl. 2. p. 6. n. 4. & ſeqq. et n. 11. Paſchal. de vir. patr. poteſt. part. 3. cap. 5. nu. 17. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 19. nu. 37. Molfeſ. ad Conſuet.* Neapolit. *tom. 2. part. 8. q. 6. num. 10. Bottilier. de ſucceſſ. cap. 2. Theorem. 87. ſub n. 9. Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 7. nu. 961. & ſeqq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 86. num. 16. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 21. defin. 10. Gratian. cap. 723. num. 9. verſ. quod confirmatur, & num. 18. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ. 7. num. 286. & ſeqq. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 5. num. 19. & ſeqq. Poſth. reſolut. 89. nu. 37. & ſeqq. Andreol. controu. 376. num. 3. & ſeqq.* pluribus alijs congeſtis, *Noguerol. alleg. 29. nu. 105. & ſeq. Surd. dec. 86. in fin. Gramm. deciſ. 31. Theſaur. deciſ. 223. num. 13. Amat. dec.* Mareb. *62. num. 15. Io: de Xart. dec. Sardin. 61. per tot. Seraphin. dec. 1187. num. 2. Martin. Andr. dec. 79. per tot. Rot. poſt Pic. ad Statut. Vrb. dec. 11. poſt Cenc. de cenſ. dec. 33. num. 5. in rec. dec. 619. num. 5. in fin. p. 2. & dec. 74. in fin. poſt lib. 2. conſ. Farinac. & in Romana fideiuſſionis 5. Iulij 1593. coram Card. Arigonio,* ubi quamuis obligatio eſſet facta pro excarceratione Viri.

12 Et in his terminis, quòd obligatio Mulieris cum Viro, etiam pro dote communis filię ſit nulla, quoties mulier remanet indotata, uel enormiſſimè læſa in ſua dote, firmant *Cyriac. contr. 41. num. 9. in fin. Pic. ad Statut. Vrbis gloſ. 7. num. 140. Poſth. d. reſolut. 89. numer. 38. Bonden. collect. 6. num. 27. & duob. ſeqq. Cardin. Millin. dec. 332. num. 3. & 4.* rectèque conferũt deducta per *Cyriac. controu. 295. num. 40. & duob. ſeqq.* ubi de obligatione uxoris cum Viro pro dote mulieris extraneæ, quidquid in con-
13 trarium aſſerat *Conciol. alleg. 76. num. 20. & ſeqq. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 45. nu. 18. & ſeqq.*

14 Quæ eatenus procedũt, ut neq; etiam obligatio ſubſtineri ualeat pro medietate ſubſtãtiæ bonorum mulieris, cum ratione indiuiſitatis corruat in totum, quando, prout in preſentia, ex unica obligatione Mulier remanſit indotata, uel in medietate dotis læſa; Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando plures fuerunt initæ obligationes, & ex poſterioribus fuit illatum mulieri pręiudicium in ſuis doti-

tibus, iuxta ſatis æquam diſtinctionem, quam latè, præ cæteris, tuentur Fontanell. de pact. nuptial clauſ.7.gloſ.2.part.6.num.19.20.22.30 & ſeqq. Larrea allεg.35. num.29. Salgad. in labyr. eredit. part.2.cap.4.num.68.& ſeqq. ſignãter num 73. & ſeq. Hodiern. ad Surd. deciſ.86. num 19. apud quos alij recenſentur.

Nullatenus attenta ſententia ſimpliciter affirmante, quòd obligatio mulieris ualida remaneat, uſque ad concurrentem quantitatem dimidiæ partis dotis ad inſtar remedij, leg.2. Cod. de reſcind. vendit. iuxta deducta per Theſaur. q. forenſ.65.n.4. lib.2. Tondut. lib.1. quæſt. ciuil. cap.45. num 21. Noguerol. alleg.19. nu.192. verſ. & hanc quæſtionem, qui pro eius ſententia non rectè allegat Fontanellam, prout aduertit Salgad. loco proximè laudato nu. 73. & ſeq.

15 Idque non obſtantibus ſolemnitatibus Statutarijs adhibitis, Gratian. cap.723. num.18. Theſaur. dec.223.num.9.& 13. Card. Seraphin. dec.1187.num.2. Rot. diuerſ. dec.851. in fin. p 4. & in rec. dec.619. num.5. in fin. part.2. Romana Fideiuſſionis 5. Iulij 1593. coram Cardinal. Arigon.

16 Neque etiam iuramento, quod nullius eſt roboris, ſtante enormiſſima læſione mulieris ex eo reſultante, quòd remaneat ex obligatione facta, vel omninò indotata, uel ſaltem læſa in medietate dotis, Abb. conſ.8.nu. 6 part.2. Pariſ. conſ.75.num.13.lib.3 Bero. conſil.48.num.13.lib.1. Cancer. var. part.3. cap.1. num.105.& cap.15.num.110. Gratian. diſcept. 723.num.11. Noguerol. alleg.29. num.149. & ſeqq. Pic. ad Statut. Vrb. gloſ.7.num.286. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap.14. gloſ.3. part.1.n.1. & ſeq. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 18. num.71. Coſt. de remed. ſubſidiar. remed.85.n.2 Molin. de rit. nupt. lib.3. in prælud. nu.31. Amat. reſolut.100. num 8. Hodiern ad Surd. dec.86.n. 17 verſ. quamuis, & contron.21. num 23 de Luca ad Franch. dec 84 num.6. verſ. certius procedit, Anton. Fab. in Cod. lib.4 tit.21. defin.10. Theſaur. dict. deciſ.223.num.9.& 13. Amat. deciſ. Marc.62.num.14. Io: de Xart. dec. Sardin 61. num.5. Rota diuerſ. deciſ.851. num.2. verſic. & propter enormiſſimam, part 4. apud Giltan. ad Statut. Peruſ dec.91. n.4. & poſt Cenc. de cenſ. dec.33.n.5. & frequenter in alijs.

17 Neque meretur attendi contraria ſententia, quòd, ſcilicet, Iuramẽto confirmetur Mulieris obligatio, licèt remaneat indotata; multòque fortiùs, ſi ſit enormiſſimè læſa, quam ſubſtinent Imol. in cap. cum contingat, num.12. ibique Alciat. num.46. de iur. Iur. Barboſ. in l 1.5. part. num.51. ff. ſolut. matrim. Paleaz Rum. in repetit Rubr. de donat. inter Virum, et Vxorem, §.17. in fin. Alex. conſ.123. lib.1 conſil.221. lib.2. Roland. con.70. num.21. lib.2. Burſat. conſ.56. nu.5. lib.1. Theſaur. licet uideatur dubitare, dict. dec.223. num.12. & in conſimilibus terminis renunciationis hypothecę dotalis, Afflict. dec.311. Franch. dec.84.

Siquidem huiuſmodi opinio tamquàm nimis rigoroſa nunquàm fuit recepta in Rota, & ex ſupra allegatis aberrat à communi; Idque ea potiſſimùm ratione, quia, quando mulier remanet indotata, agitur de obligatione cõtra publicam utilitatem, quo caſu Iuramentum nullatenus eſt obligatorium, prout quando medietas dotis non eſt ſalua, tunc dicitur conſtare de enormiſſima lęſione, qua etiam ſtante, Iuramentum non operatur, ut rectè aduertit Rot. diuerſ. d. dec.851. num.2. p.4 cum alijs ſupra allegatis.

Fortiùs prędicta omnia in præſenti themate admittenda, quia, cum attenta receptiori ſententia, quoties Mulier ſe obligat cum Viro pro dote communis filiæ, intelligatur tantùm interceſſiſſe animo fideiubendi, ſeque reualendi contra maritum, Corn. conſ.124. lib. 1. et conſ.316. lib.4. Roland. conſ.64. num 6. lib. 1. Surd. conſ.290. num.19. et de aliment. tit.6. quæſt.17. num.14. verſ. imò in fortioribus, et ſeq. Crauett. conſ.77. num.2. et ſeqq. Mart vot.93 num 2. et ſeqq. Bald. nouell. de dot. part.6. priuil. 3. ad fin. Amat. reſol.23. n.12. Io: Lopez in Rubr. de donat. inter vir. et vxor § 6 Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.3. gl 1. n.10. Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. cap.6. n.31. Hodiern. in l. hac edictali quæſt.9. num.8. Cardinal. Mantic. de tacit. lib.12. tit.16. num.23. et 28. Merlin. de legit. lib.2. tit.2. qu.17 num.19. Coſta de remed. ſubſid. remed 85. num.6 Polidor. Rip. obſeru.17. num.10. Gratian. cap. 647. num.10. et ſeq. Vrſill. ad Afflict. dec.209. num.6. latè Boſſ. de dot. cap.9. §.5. num.110. Bonden. collect.6. num.17. Ant. Fab. in Cod. lib.5 tit. 6. de dot promiſſ defin.7 et 8. Maſtrill. dec.186. num.8 part.2. Cacheran. dec.44. num.7. Viu. deciſ.523. num.22. et ſeq. lib.4. Rot. in Meleuitana pecuniaria 10 Februarij 1653. §. neque habita, et 6. Martij 1654. §. pariter coram Reuerendiſſima Meltio.

18 Quidquid in contrarium nonnulli ſenſerint, ut mulier tali caſu non intelligatur ſe obligaſſe animo fideiubendi, ſeque reualendi contra Virum, ſed ęquè principaliter teneatur pro uirili, vel inſolidùm, ſi fuerit dictum, inter quos, omiſſis alijs, Barboſ. in l.1. part.4. ſub num.103. et ſeqq. ff. ſolut. matrim. Vuameſ. conſ.11. ſub num.14. verſ. ſi tamen eentur.2. Baeza de non meliorand. filiab. cap.10. num.37. et 44. Paleaz. in rubr de donat. inter Vir. et Vxorem, §.49. num.5. Matienz. lib.3. tit.9. lib.5. ordin. gloſ.7. num.7. Azeued. ad l. Tauri 50. nu.25. ordinan. num.16 Marcell. [illegible] Iun. forenſ. exercit. cap.2. n.2.

19 Quorum ſentẽtia poſſet fortaſsè procedere, quò ad ipſum creditorem dotis, qui poteſt vtrumque promittentem, Vxorem, ſcilicet, & Virum conuenire; ſecus, quò ad ipſos promiſſores, ſeu debitores dotis, quia Mulier, ſeu ma-

mater reſpectiuè cenſetur tantùmmodò pro-
mittere animo fideiubendi pro Viro, ſeque
reualendi contra eumdem, ſi contingeret, ali-
quid ab illa ſolui, prout optimè diſtinguunt
*Ronebegal.in l.ſi id, quod ego 15.num.20.verſic.
ſuppoſito autem, ff.de duob.reis, Cranett.conſil.
77.num.3. verſ.hoc ita præſuppoſitò, Giurb.ad
Conſuetud.Meſſan.cap.3.gloſ.6.num.1.part.1.* &
prçclarè prę omnibus *Cened. pract. quæſt.14.
num.7.* precipuè *ſub verſ.ſed quia hanc quæſtio-
nem*, rectèque conferunt generaliter deducta
per *Caren.reſol.89.n.3.et ſeqq.*

His igitur firmatis, cum eadem mulier re-
manſerit, uel prorsùs indotata, uel enormiſ-
ſimè lęſa in maiori parte ſuę dotis, ſiue inſpi-
20 cere uelimus tempus obligationis inſimul cũ
Viro contractę pro dote communis filię,
quod ad effectum inducendæ indotationis,
uel enormiſſimę lęſionis attendi debet, iuxta
nonnullorum ſententiã, *l.verum, §.ſciendum,
ff.de minor.* ibi: *Non enim euentus damni reſti-
tutionem indulget, ſed inconſulta facultas*, &
in his terminis poſt *Caſtr. in l.Mauia, §.final.
num.3.ff ſolut.matrim. Barboſ.in leg.1. part.5.
num.50.verſ.eſt, & ſecunda opinio, & nu.52.
ff.eodem, Pie.ad Statut.Vrbi gloſ.7.num.112.
& 289.Salgad.in labyrint.credit.p.2.cap.4.nu.
77.& duob.ſeqq.Larrea alleg.35.num.28.lib.1
Noguerol alleg.29.nu.156. Ciroceb.diſcept.51.
num.63 Rot.in recent.dec.304.num.5. & duob.
ſeqq.part.4.tom.2.* & poſt *Cenc.de cenſib.decіſ.
33.num.7.*

21 Siue potiùs attendatur tempus reſtitutio-
nis dotis, ſiue ſolutionis, prout mihi videtur
verior, ac receptior opinio, de qua *Imol.in
cap.peruenit num.12. poſt med. verſ.in eadem
gloſa*, ibique *Abb.num.2. Ancharan. num.3.
Anan.num.4.Aut.de Burgoſ.in fin.de empt. &
vendit.* quam ſectantur, omiſſis innumeris, qui
poſſent laudari, præ cæteris, *Purpurat.in l.ex
conuentione,num.50.* Cod.de *pact.Io.Lop. in ru-
bric.de donat.inter vir,& vxor. §.17. num.21.
verſ.& mihi, Roland. conſil.70. num.2.lib.2.
Pariſ.conſ.75.num.17. lib.3. Add.ad Roman.
conſ.187.ſub lit.A. Fontanell. de pact.nuptial.
clauſ.7.gloſ.2. part.6.num.17. Cancer.var.p.3.
cap.15.de renunciat.num.102. & ſeq.Seraphin.
de priuileg.Iuram.76.n.12.Nouar.quæſt.for.24.
num.6.part.2.Merlin.de pignor.lib.2.quæſt.18.
num.43. Hodiern.ad Surd.decіſ.86.numer.21.*
eam afferens rationem, quòd, nempè, mulier,
tempore reſtitutionis, non autem obligatio-
nis agere valeat ad dotis recuperationem,
*Theſaur.dict.decіſ.223.num.13. in fin. Afflict.
dec.313.num.2.* qui reprobat *Caſtrenſ.* & teſta-
tur hanc eſſe æquiorem ſententiam, *Magon.
decіſ.Florent.68.num.6 in fin. Caſtill.dec.334.
lib.3. Franch. dec.477.num.14.* aſſerens hanc
eſſe communem, & ſæpè amplexa eſt *Rota*, ſi-
gnanter *diuerſ.decіſ.112.num.6. part.4.* repe-
tita poſt *Zacch.de obligat.Cam. decіſ.100. n.6.*

coram *Martin.Andr. decіſ.79. num.3.* & poſt
Cenc.de cenſib.decіſ.33.numer.8.

Meritò, vtroque tempore, & obligationis,
22 & reſtitutionis dotis inſpecto, nulla eſt obli-
gatio mulieris pro dote filiæ, illaque poterit
ab eadem muliere impugnari, dum remanet,
vel indotata, vel in maiori parte dotis enor-
miſſimè læſa abſque vlla ſpe conſequendi in-
demnitatem, ſeu releuationem ex facultati-
bus Viri, *Abb. conſ.8.num6.lib.2.Maur.de fi-
deiuſſ.part.6.ſect.6.cap.3.nu.109.verſ. & hanc
partem*, & in ſpecie *Theſaur.dec.223.num.11.
Ludouiſ.dec.333. nu.7.& dec.363.num.2. Rot.
poſt Cenc.de cenſ.dec.33.num.7.Priol.dec.224.
num.10.verſ.in præſenti.*

Sed in contrarium pro ſubſtinenda obli-
gatione mulieris infraſcripta videntur vr-
gere, quorum aliqua contemnenda non vi-
dentur:

23 Primum, nempè, quòd, cum attenta opi-
nione, quæ reuera eſt communis, & in *Rota*
magis recepta, ad effectum irritandi obliga-
tionem, ex qua mulier remanet, vel omninò
indotata, vel ſaltem in medietate dotis enor-
miſſimè læſa, attendi debeat non tempus
obligationis, iuxta ſuperiùs deducta, ſed po-
tiùs reſtitutionis eiuſdem dotis, prout firmant
authoritates ſupra allegatæ.

Hoc ſuppoſito, non videtur in facto ſubſi-
ſtere, quòd medietas dotis non ſit ſalua, prę-
cipuè, quia ob prædeceſſum filiæ dotatæ ſine
liberis, medietas dotis fuit reuerſa ad mulie-
rem dotantem, atque adeò nõ videãtur ada-
ptari ſuperiùs deducta reſpectu enormiſſimę
læſionis.

Fortiùs, accedente iuramento, cum am-
pliſſimis renunciationibus, quod, eatenus
24 non operatur ualiditatem obligationis, qua-
tenùs mulier, vel remaneat omninò indotata,
vel eidem medietas dotis non ſit ſalua; ſecus
dicendum, quando non conſtat de huiuſmodi
enormiſſima læſione, ſaltem in medietate
dotis concludentiſſimè à muliere probanda,
quæ in ea ſe fundant, *l.2.Cod.de reſcind.vendit.
Bart.* & alij *in l.nam & poſted, §.ſi minor, ff.de
Iur.Iur.Dec.conſ.474.num.11. Gozadin. conſil.
44.num.8 Ludouiſ.dec.12.num.2.& decіſ 120.
num.14.* Tunc enim abſque dubio validiſſima
eſt obligatio, vtpotè Iuramento firmata,
*Gloſ.in cap.reſcripto de Iur.Iur.Caſtr.conſ.8.lib.
2.Alex.conſ.149 lib.7.Surd.conſ.367. num.13.
Guttierez.de Iuram. confirmat. part.1. cap.55.
num.6.Seraphin.de priuileg.Iuram.priuileg.118.
Boer.dec.23. numer.9.verſ. niſi iurauerint. Af-
flic.dec.311. num.4.* vbi dicit *Gloſ. in authent.
ſi qua mulier* contrarium aſſerentem commu-
niter à Canoniſtis reprobari *Theſaur.dict.dec.
223.num 8.& ſeqq.Card. Seraphin. dec.1187.
25 num.2.Buratt.dec.783.num.2. Rot.in rec. decіſ.
775.num.6.part.2.* vbi potiſſimùm accedenti-
bus, prout in hoc caſu, ſolemnitatibus ſtatu-

tarijs, & poſt *Cenc.de cenſ.dec.33. numer.5.* &
poſt *Zacch.de obligat. Camer.dec.100. num.2.*
& num.6.& duob.ſeqq. quæ eſt repetita *diuerſ.*
dec.112.part.4.

Ideòque his præmiſſis, quę in ſtricta Iuris
cenſura omninò ſubſiſtunt, neque probabilē
admittunt controuerſiam, diligenter eſſent
examinandæ uires totius patrimonij mulie-
ris, ſaltem vſque ad tempus reſtitutionis do-
tis; Si enim medietas eiuſdem dotis fortè
eidem eſſet ſalua, etiam inſpecto tem-
pore reſtitutionis eiuſdem, ſoluto matri-
monio, multòque magis, ſi ex Viri hæredita-
te, deducto ære alieno, aliquid ad ſui com-
modum ſuperſit, ex quo eadem dotis medie-
tas adęquetur, & in hoc caſu mulieris obli-
gatio ſubſtinetur, vtpotè Iuramento munita,
quod eſt omninò ſeruandum.

26 Poſſet etiam excitari ſecundum obiectum,
quòd ad effectum innalidandi obligationem
mulieris, eò quia remaneat, uel prorsùs in-
dotata, nel enormiſſimè læſa in medietate
ſuæ dotis, probari oporteat, res obligatas
fuiſſe dotales; nam de Iure non præſumitur
dos, niſi probetur, ut firmat *Bart.in diſput.* quę
incipit *mulier habens, verſ. Secundò caſu,* &
contra *Gloſ.in l.mulier bona,ff. de Iur.dot.* fir-
mant *Dec. in authent præterea num.6.* ibique
Curt.Iun.num.12.Cod.vnd.Viri, & Vxor.Tur-
purat. in l.ex conuentione num.78.Cod. de pact.
Barboſ.in l.1 3.part.in fin.ff.ſolut. matrim. & in
hac ſpecie *Larrea allegat.fiſcal.35.num.30.* at-
que adeó, cum mulier nupſerit ſine aliqua
dote, ex quo, tempore matrimonij, nihil in
bonis habebat, ſolùmque ex poſt facto pro-
miſerit, unà cum Viro pro dote communis
filiæ bona extradotalia, ſeu paraſrenalia,
conſtante matrimonio, eidem mulieri quęſita
ex hæreditatibus fratris, & matris, in quibus
ſolummodò mulieris obligatio, & promiſſio
erat uerificabilis.

27 Hinc fit, vt ex huiuſmodi obligatione non
reſultet indotatio mulieris, cum ad hunc ef-
fectum non debeant conſiderari bona extra-
dotalia, ſeu paraſrenalia Vxoris; ſed ſolum
eá, quæ fuerunt in dotem eius Viro conſtitu-
ta, vt in terminis firmat *Fōtanell.de pact.nupt.*
tom. 2. cl.7. gloſ.2. part. 6. num. 42. quem ſe-
quuntur *Larrea dict.alleg. 35.num.30. Salgad.*
in labyrin. creditor. part.2. cap.4. num. 81. &
uidetur etiam ſentire *Rot.in rec.dec.775.num.*
5.part.2. ubi, quòd ex cenſu impoſito per mu-
28 lierem ſuper bonis non dotalibus non poſſit
dici quòd remanſerit indotata.

Sed hoc obiectum continet fallaciam, ne-
que meretur attendi; cum enim mulier non
29 haberet alia bona, quàm extradotalia quæſi-
ta ex hæreditatibus, quæ eidem conſtante ob-
uenerant matrimonio, abſque dubio ſua dos
dicebatur conſiſtere in eiſdem bonis extrado-
talibus, & authoritates ex aduerſo allegatæ
ſunt intelligendæ; quando, nempè, mulier,
vltra dotem iam conſtitutam, habebat etiam
bona extradotalia, ſiue paraſrenalia, con-
ſtante matrimonio, quæſita in dotem Viro nō
tradita, quo caſu exiſtimo veram concluſio-
nem, quòd ad effectum pręiudicij, ne Mulier
remaneat indotata, non ſit habenda aliqua
ratio de bonis extradotalibus, ſeu paraſre-
nalibus, ſed ſolùm de bonis in dotem tradi-
tis, & in his terminis de muliere, vltra dotem
iam conſtitutam in capitulis matrimoniali-
bus habente etiam alia bona extradotalia,
ſeu paraſrenalia expreſsè loquitur *Fonta-*
nell. cum quo pertranſeunt *Larrea, & Salgad.*
in locis proximè laudatis.

Tertium tandem obiectum, quod, præ cæ-
teris, exiſtimo magniſaciēdum, illud eſt, quòd
reuera, attentis ſacti circumſtantijs, Mulier
nullo Iure poteſt dici læſa ex obligatione fa-
cta cum Viro pro dote communis filiæ, ad ef-
fectum illam irritandi, & obtinendi ſenten-
tiam declaratoriam ſuper nullitate, animad-
uertendo potiſſimùm, quòd in capitulis ma-
trimonialibus, & inſtrumento dotali legatur
expreſsè conuentum, quòd lucrum dotis in
euentum obitus Fuluiæ ſine filijs uon debeat
perſolui, niſi poſt obitum coniugum promit-
tentium; Ideòquè ceſſant omninò tationes,
ex quibus huiuſmodi obligationes, vtpotè
Mulieri præiudiciales à Iure improbentur;
30 Eatenus enim pacta dotibus detrimentum
inferentia à Iure irritantur, quatenus expreſ-
sè priuent Mulierem dote pro illo tempore,
quo ea opus habet ad iteratò nubendum,
quod publicę repugnat vtilitati, *l.2.ff.de pact.*
dotal.l.3.C.de pact.conuent.ſup.dot. l.1. ff.de
dot. præleg. Hoſtienſ. *in ſumma tit. de dot. pro-*
miſſ.num.15. Bald.nouell.de dot.part.7. priuil.
11. benè *Fontanell. de pact.nupt.tom.1. cl.4.*
gloſ.9.p.5.n.181.& 185.Cancer.var.p.3.cap.7.
de pact.num.203.& cap.15. de renunciat. num.
101. Marquill. lib.1. cap.8. de donat. num.88.
Mart.Monte in reſponſ.pro vxoris amit. part.1.
poſt num.91.

In hoc verò themate pactum de dote lu-
cranda non confertur in tempus, quo Mulier
nubere habeat, ſed imò, vt eam Gener pro
medietate ſit lucraturus poſt mortem mulie-
ris promittentis, atque adeò reputatur vali-
31 dum, dum à Iure non eſt prohibitum pactū,
quòd poſt mortem mulieris ad alium integra
eius dos perueniat; ſed imò permiſſum; ceſſat
enim tunc conſideratio publicæ vtiliratis, vt
apertè probat *text.in l.ſi Pater 12.ff.de pact.*
dotal. & præſupponit alter *text. in l.ſi dotali,*
ff.ſolut.matrim.gloſ.fin.in l.2.Cod.de pact.dotal.
Barboſ.in leg.2.in princip.part.1.num.150. &
ſeqq. ff.ſolut.matrim. & in ſpecie egregiè ad-
uertit *Fontanell.de pact.nupt.dict.tom.1. clauſ.*
4.gloſ.9.part.5. num.185. Altograd.conſ.19.
num.3.& num.17.& duob.ſeqq. lib.2. Capyc.
La-

Digitized by Google

Latr.dec.98.num.49.lib.1.

32 Idque confirmatur in præciſis terminis lu-
cri dotalis per *Bald Nouell.de dot. part.7. pri-
uil.11.num.6.verſ.& per illum textum*, *Alex.
in l.ſi ſocer,§.Lucius Titius,num.6.*ibique *Imol.
num.9.ff.ſolut.matrim.*affirmantes,quòd,ſi ſim-
pliciter fiat pactum de dote lucranda, ſoluto
matrimonio, non ſe extendat ad caſum, quo
matrimonium diuortio , vel morte Viri ſol-
uatur ; ſed ad eam tantùmmodò ſpeciem re-
ſtriugi debeat,quando,nempè,ſolueretur per
mortem mulieris,quod à Iure eſt permiſſum,
quos ſequuntur *Afflict.ſuper Conſtit.Regn.lib.
3.rubr.14.num.5.Fontanell.dict.clauſ.4.gloſ.9
part.5.num.187.tom.1.* egregiè *Surd. conſ.78.
num.4.*aduertens id probari ex diſpoſitione
dict.leg.2.ff.de pact.dotal. vbi dicitur,conuen-
33 tionem,quòd,ſoluto quouismodo matrimo-
nio , dos apud Virum remaneat , intelligi , ſi
Vxor prædecedat , ibique notat *Gl.* quòd pa-
34 ctum de lucranda dote,ſoluto matrimonio,
intelligi debeat, dummodò Vxor præmoria-
tur, idemque firmant *Bald.nouell.de dot.par.7
priuileg.11.nu.1.Amat.reſolut.28.& 48.vtro-
biq num.1.Altograd.conſil.19.num.3.& ſeqq.
& num.17.& ſeq.lib.1.Hodiern.controu.16.n.
110.et ſeq. Maſtrill.dec.74.Rot.in rec.dec.318.
num.12.part.6.* rectèque conferunt deducta
per *Gratian.cap.769.num.16.& ſeq.*vbi, quòd
35 pacta circa dotium reſtitutionē ſemper ſint
interpretanda in caſu ſoluti matrimonij per
mortem mulieris ob fauorem publicum , vt
poſſit iterum nubere, *Card.Mantic.de tacit.&
ambig.lib.12.tit.32.num.28.Petr.Gregor.de
dot.quæſt.35.ſub num.2.verſ.quinimò , Card.de
Luca de dot.cap.155.num.28.*

36 Prout ex hac eadem ratione dicitur, quòd,
ſi diſponeret Statutum, vt, ſoluto matrimo-
nio , dos remaneat apud filios , intelligi de-
beat, quando matrimoniū ſoluitur per mor-
tem Vxoris, & ita ſecundùm diſpoſitionem
Iuris, prout dicitur de pacto,ne ſequatur ab-
ſurdum , quòd mulier indotata remaneat cō-
tra publicum fauorem,impediendo matrimo-
nia, vt poſt *Bald.nouell.de dot.part.7.priuileg.
11.n.2.verſic.ex quo poteſt* , benè arguit *Surd.
dict.conſ.78.num.4.verſ.idem tenuit, Butr.con-
ſil.34.num.2.Hodiern.contr.16.numer.108.&
ſeq.*

Vnde ex his manifeſtè colligitur,pactum
de lucro dotis collatum poſt mortem Mulie-
ris promitēntis dotem, vnà cum Viro,nedum
à Iure non improbari; ſed potiùs approbari,
& ita in dubio interpretandum ex rationibus
proximè allatis .

Prædicta uerò omnia fortiùs urgent in
præſentia , quia pactum non eſt de lucranda
integra dote mulieris , quod ex allegatis ſub-
ſiſtit, quando eſt collatum poſt mortem eiuſ-
dem;ſed de lucrāda medietate dotis;adeòut ,
ſoluto matrimonio,potuerit mulier commo-
dè nubere, nedum cum medietate dotis ad eā
reuerſæ , etiam,quò ad proprietatem ob præ-
deceſſum filiæ ſine liberis; ſed etiam cum vſu-
fructu alterius medietatis ab eius Genero in-
uim pacti ſuperlucraræ, ut in ſpecie admittit
Surd. conſil.112. num.37. ubi , quòd mulier
37 non remaneat indotata quādo habeat uſum-
38 fructum,quem poteſt tradere Viro in dotem,
in quo uſufructu dotem conſtitui poſſe mo-
nent Iura in *l.ſi vſusfructus 67.l.cum in fundo
81.ff.de Iur.dot. l.vſusfructus 58. ff.ſolut. ma-
trim.Spin.in ſpecul.teſtam.gloſ.13.num.66. in
fin.Guttier.de tutel.part.3.cap.35.num.2.Molin.
lib.4.de primog.hiſpan.cap.6.num.15.Theſaur.
lib.3.quæſt.41.in fin. Card.de Luca de dot diſc.
148.Boſſ.eodem tractat.cap.15. Rot.in rec.dec.
438.num.44. & ſeq. part.9. Merlin.deciſ.483.
num.3.& ſeqq.Verall.dec.45.nu.20.Dunozett.
Iun.dec.836.n.8.*

Neque obijciatur, quòd Mulier paciſcendo
39 conditionem dotis non poſſit facere deterio-
rem , quantumuis pactum eſſet collatum poſt
ſolutum matrimonium, *Natt.conſ.207. nu.1.
Dec.conſ.536.ſub num.3.Crot.conſ.74.n.3.*

40 Quidquid enim ſit de ueritate huius con-
cluſionis, quæ nec etiam tranſit ſine difficul-
tate, cum contrarium expreſsè ſenſerint
*Cancer.var.part.3.cap 15. de renunciat. n.101.
in fin.Anton.Fab.in Cod.lib.5.tit.13. defin.14.
num.5.*& admittit *Surd.dict.conſ.78. num.10.
verſ.reſponderi etiam* , quando , prout in præ-
ſentia , adeſt iuſta cauſa , prout eſt dotatio
communis filiæ,cum utilitate, etiam mulieris
reſultante ex onere eius Genero iniuncto cō-
decenter illam alendi, uná cum uiro.

41 Adhuc animaduertendum exiſtimo , con-
cluſionem procedere, quando,nempè,pactum
doti præiudiciale legitur conuentum poſt ſo-
lutum matrimonium per mortem Viri ; hoc
enim caſu militat ratio , quód mulier detri-
mentum pati non debeat in dote,tempore,
quo eadem opus habet ad ſecundò nubendū,
ideòque non tenebitur ſtare pacto , quia id
publicæ aduerſaretur utilitati, quæ uult, mu-
lierum dotes eſſe ſaluas , ut quandocumque
nubere poſſint,prout firmant Iura , & aucto-
ritates ſuperiùs allegatæ , ſignanter *Fonta-
nell.dict.clauſ.4.gloſ.9.p.5.n.185.ot 187.verſic.
ecce ergo,tom.1.* rectè aduertens , quòd tota
ratio inualiditatis pacti conſiſtat fauore ſe-
cundarum nuptiarum, ne contra publicam
utilitatem propter reſiſtentiam pacti prædi-
cti mulier ſecundò nubere impediatur.

42 Adeòut in grauiſſimorum Virorum ſen-
tentia, ſi mulier fecerit pactum,quo dotis ſuę
conditio fiat deterior in ea ętate, in qua non
adſit ſpes,ipſam mulierem iteratò eſſe nuptu-
ram, non improbetur tale pactum , quia ceſ-
ſat dicta ratio publicę utilitatis ſecundarum,
nempè, nuptiarum , prout firmant poſt *Dec.
conſil.536. num.3.Vrſill.ad Afflict.deciſ.154.*

num. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 6. n. 46. tom. 2. & clauſ. 4 gl. 9. p. 5. n. 188.

In caſu verò, de quo agitur, pactum de dote lucranda non eſt collatum poſt ſolutum matrimonium per mortem Viri, ſed poſt poſt mortem mulieris promittentis dotem pro filia; ideòque rectè procedunt ſuperiùs adducta pro illius validitate, & excluſione cuiuslibet prætenſæ læſionis, & præiudicialitatis; nullatenus enim à Luce improbatur cõuentio, vt poſt obitum mulieris dos ad alium pertineat, ex ſupra firmatis.

Huiuſmodi controuerſiæ tranſactio finem indixit.

ARGVMENTVM.

Minoris Iuriſperiti obligatio pro dote ſororis ſubſiſtit, etiam ſi non fuerint adhibitæ ſolemnitates Iuris, vel ſtatuti, neque allegando propriam turpitudinem poteſt contendere ſe læſum, niſi tamen erraret circà ea, quæ ad Iuriſperitiam non pertinerent.

Modus in dote decernenda eſt ſtatuendus, inſpectis facultatibus, & dignitatibus, mulieris, & mariti.

Viri ignobiles, nedum poſſunt facere augmentum dotis; ſed etiam congruè dotare mulierem nobilem, etiam in præiudicium fideicommiſſi; ſatis enim congruum videtur, vt maritus luat in ære, quod non habet in corpore.

Mulieri maſculiatæ, eò quia non fuerit infra terminum à ſtatuto præfixum, ſoluta dos debetur integra portio, inſpecta Iuris communis diſpoſitione, competẽs, præcipuè, ſtante iudiciali interpellatione fratris ad dotandum; quinimò ſufficit etiam extraiudicialis, Et an, & quando dici debeat, fratrem habuiſſe ſe pro interpellato.

SVMMARIVM.

1 *Lex, ſeu ſtatutum irritans obligationes minorum, vel concedens reſtitutionem in integrum, innititur facilitati, & ignorantiæ ipſorum minorum, qui facilè ſeduci ſolent.*

2 *Iuris Doctor allegaret propriam turpitudinem, ſi contenderet, fuiſſe ſeductum, ſiue læſum, promittendo ſorori dotem exceſſiuam.*

Accurſii filio, vti Doctori, non fuit conceſſa reſtitutio.

3 *Obligatio facta à minore Iuris Doctore pro dote eius ſorori promiſſa eſt valida, etiam ſi non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ.*

4 *Contrarium aſſerendum, quoties Iuriſperitus erraret circa ea, quæ non concernunt Iuriſperitiam.*

5 *Modus in dote decernendæ eſt ſtatuendus ex facultatibus, & dignitatibus mulieris, & mariti.*

6 *Vxor plebeia illuſtratur Viri nobilitate, & efficitur nobilis.*

7 *Marito ignobili nulla dos eſt conſtituenda, ſtante maxima Vxoris nobilitate, quæ eſt ſatis ſuperque pro dote.*

8 *Donatio facta à Viro ignobili, etiam, conſtantẽ matrimonio in recompenſationẽ nobilitatis ipſius Vxoris, ſubſiſtit.*

Idque, etiam ſi non fuerit expreſſum, quia ita eſt præſumendum, quando factum tale eſt.

Reprobatur contraria ſententia.

9 *Viri ignobiles, nedum poſſunt facere augmentum dotis; ſed etiam omninò congruè dotare mulierem nobilem in præiudicium fideicommiſſi.*

Satis congruum videtur, vt maritus luat in ære, quod non habet in corpore; cum donatio in tali caſu ſit actus neceſſarius, non voluntarius.

10 *Refellitur contraria ſententia, & in quo caſu amplectenda.*

11 *Minoris obligatio pro dote abſque Iudicis Decreto ſubſiſtit, etiam ſi dos fuerit exceſſiua, quoties matrimonium fuit laudatum à propinquis, & cum eorum conſilio contractum.*

12 *Nobilitas multa ſupplet iuxta monitum* Baldi.

13 *Mulieri, vtpotè maſculiatæ, eò, quia non fuerit nupta infra terminum à ſtatuto præfixum, debetur integra dos.*

Expenduntur rationes, quibus conſimilia ſtatuta innituntur.

14 *Statuta prædicta fortiùs procedunt, ſtante iudiciali, ac reiterata interpellatione fratris ad dotandum.*

15 *Imò iuxta veriorem ſententiam ſatis ſuperque ſufficit extraiudicialis fratris interpellatio.*

16 *Frater dicitur habuiſſe ſe pro interpellato, dum dotem conſtituit in maiori quantitate, quàm ab Auo mulieri fuerit taxata, licèt minori, habito reſpectu ad integram portionem eidem competentem.*

CAPVT CXIII.

RELAXANDVM mandatum fauore Comitis de Baſchis pro ſolutione dotis eidem promiſſæ in ſcutis 6400. omninò reiecta exceptione nullitatis obligationis ob minorem ætatem Aduerſarij, nõ adhibitis ſolemnitatibus ſtatutarijs; Cum
1 enim lex, ſeu ſtatutum minorum obligationes irritans, vel concedens in integrum reſtitutionem, potiſſimùm innitatur facilitati, & ignorantiæ ipſorum minorum, qui facilè ſeduci ſolent, *l. 1. ff. de minorib.* ibi: *Nam cum inter omnes conſtet, fragile eſſe, & infirmum huiuſmodi ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidijs expoſitum, auxilium ei Prætor hoc edicto pollicitus eſt, & aduersùs captiones opitulationem.*

2 Abſ-

2 Abſque dubio huiuſmodi ratio non rectè
congruit Aduerſario, qui, eum, inſpecto obli-
gationis tempore, eſſet Inriſperitus, vtique
pr opriam allegaret turpitudinem, ſi conten-
deret, fuiſſe ſeductum, ſiue læſum promitten-
do ſorori doté exceſſiuam, *l. ſecunda. §. Quintus
Mutius, ff de origin. Iur.* ubi traditur à *Sce-
uola* Seruium Aduocatum obiurgatum, his
uerbis: *Turpe eſſe patritio, & nobili, & cauſas
oranti ius in quo verſaretur, ignorare, Gl. in l.
profeſſio in princip. C. de muner. patrimon. lib. 10*
rectè aſſerens, quòd, id, quod in eodé *text.* ele-
gantiſſimè aſſerunt Imperatores *Diocletianus,
& Maſſiminianus* contra Philoſophum peten-
tem immunitatem à muneribus patrimonia-
libus: *Profeſſio, & deſiderium tuum inter ſe
diſcrepant*, poſſit obijci Doctori legum peten-
ti reſtitutionem in integrum, ibique, præ cæ-
teris: Io: *de Platea, Bald. in l. 1. num. 3.* ibique
*Angel. num. 2. Alber. num. 3. Cod. qui, & aduer-
ſus quos, Bart. in l. ſed & reprobari, num. 3. ff. de
excuſat. tutor. Soccin. Iun. in l. centurio, nu. 54.*
ibique *Gilianl nu. 33. ff. de vulgar. & pupillar.
Fulgoſ. in l. 1. num. 3. ff. de poſtulan. Io: Ign. in l.
neceſſarios. §. non alidi, num. 109. ff. ad Syllan.
Barbat. in cap. cum vigeſimum, num. 23. de offic.
deleg.* aſſerens, ita ſeruatum fuiſſe cum filio
Accurſij Doctore, cui propterea non fuit re-
ſtitutio conceſſa, *Borgogn. de Tutor. & Curat.
n. 163. in fin. Port. Imol. conſ. 70. n. 22. lib. 2. Ma-
ſcard de prob. concl. 528. n. 7. & 9 et concl. 592.
n. 3. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 23. art. 7. n. 24.
verſ. contrarium tamen, & ſeqq. Baron. de effe-
ctib. minor. ætat. effect. 1. nu. 690. & ſeqq. Guid.
Pap deciſ. 88. num. 4. Boer. dec. 350. num. 6. Iaf-
fred. dec. 396. centur. 4. Ioſeph Seſſe deciſ. Ara-
gon. 209. num. 25. Buratt. dec. 20. num. 6.* ibique
Add. num. 13. lit. E. & in præciſis terminis poſt
plures allegatos, *Menoch. conſ. 242. num. 22. et
ſeq.* iuncto principio, ubi, quòd obligatio fa-
3 cta à minore Iuris Doctore pro dote eius ſo-
rori promiſſa ſit ualida, etiam ſi non fuerint
ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ, & admittit
Cyriac. ex aduerſo allegatus, *contrau. 508. n.
47. verſ. licèt ipſe reſpondeat.*

4 Contraria uerò procedunt, quoties Iuris
peritus erraret circa ea, quæ non concernũt
Iuris peritiam, ſed factum, adminiſtrationẽ-
que œconomicam bonorum, in quibus termi-
nis loquuntur ex aduerſo laudati, *Cin. in l. 1.
verſ. & ex his ſoluitur*, ibique *Alberic. num. 3.
Cod. qui, & aduer. quos*; Bologn. *in Authent.
habita, num. 137. Cod. ne fil. pro Patr. Bald. in l.
ſed, et milites, §. qui autem, num. 1. et ſeq. ff. de
excuſat. Tutor.* Io: Garz. *de melior. et expenſ.
cap. 23. num. 35.* reddens rationem, quia im-
peritiſſimi ſolent eſſe Iuris maximè periti in
rerum ſuarum adminiſtratione ſuadens, uin-
cere Salmantinam, & Bituricenſem Iuriſpru-
dentiam aſtutiam unius Mercatoris, *Rebuff. de
priuil. ſcholar. priuileg. 120. Sarmient. lib. 3. ſe-
lect. interpret. cap. 12.* & in ſpecie ſub *num. 10.
Cancer. var. part. 2. cap. 1. num. 308. Odd. de re-
ſtitut. in integr. dict. part. 1. quæſt. 33. art. 7. n. 31.
Card. de Luca de alienat. diſc. 30. Maynard. dec.
38. lib. 3.*

Fortiùs prædicta procedunt; attentis enim
facti circumſtantijs prudentis Iudicis arbi-
trio in huiuſmodi materia diligenter penſan-
dis, ſublata omninò remanet quælibet præ-
tenſa læſio ipſius minoris, qui dotem conſti-
tuendo ei ius ſorori in ſcutis 6400. nullate-
nus dici poteſt, exceſſiuam cõſtituiſſe dotem.

Tum, quia, ſtante maxima natalium diſ-
paritate inter aduerſarium ſatis humili loco
natum, & Comitem ex nobiliſſima familia de
Baſchis, utique maior dos erat conſtituenda
5 ob egregiam ipſius Viri nobilitatem, iuxta
monitum Iuriſconſulti in *l. quaro, ff. de Iur.
dot.* ibi: *Modus ex facultatibus, & dignitate
mulieris, maritique ſtatuendus eſt, l. cum poſt,
§. dotis, ff. eod.* ibi: *Dotis enim quantitas pro mo-
do facultatum Patris, & dignitate mariti con-
ſtitui poteſt, Gloſ. in cap. nullum 30. quæſt. 5. in
princip. per text.* ibi quem ita intelligit *Lucas
de Penn. in l. Mulieres col. 5. verſic. augetur, Cod.
de dignit. lib. 12. Tiraquell. de nobilit. cap. 20.
num. 163.*

6 Explorati ſiquidem Iuris eſt, ut quemad-
modùm illuſtratur Vxor plebeia Viri nobili-
tate, & efficiatur nobilis, *l. fœmina, ff. de ſena-
torib. l. cum te 10. & l. vltim.* ibi: *& ſentiat eius
fulgorem, Cod. de nupt. l. mulieris*, cum ibi no-
tatis, *Cod. de dignit. lib. 12. l. vltima, Cod. de in-
col. lib. 10.* ibi: *Mulieres honore Maritorum eri-
gimus, & genere nobilitamus*, ibique latè, præ
cæteris, *Amaya num. 1, & ſeqq. §. hac itaque* ibi
*decet enim eas coniugis frui claritate Auth. de
Conſul. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. num. 1. &
ſeqq. Garz. eod. tract. gloſ. 1. §. 1. num. 44. Fonta-
nell. de pact. nuptialib. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 15.
num. 44. Paſchal. de patr. poteſt. part. 4. cap. 2.
num. 33. Piccard in diſput. de nobilitat. commu-
nicat. num. 15. & 17. Bouadill. lib. 3. Politic. cap.
2. num. 24. Oſuald. ad Donell. lib. 13. cap. 21. lit. E
& F. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 13. ex nu.
20. & lib. 5. cap. 4. num. 70. Ant. Fab. in Cod. lib.
9. tit. 29. de dignic. definit. 16.*

7 Ita è conuerſo, ſtante maxima Mulieris no-
bilitate, nulla dos eſt marito ignobili conſti-
tuenda, tamquàm nobilitas Vxoris ſatis ſu-
perque pro dote ſit, prout rectè admonet *Ti-
raquell. de nobilit. d. cap. 20. n. 164.*

8 Quinimò permittitur donatio facta à Vi-
ro ignobili, etiam conſtante matrimonio, in
recompenſationem nobilitatis ipſius Vxoris,
vt in terminis tradunt *Bart. in l. ſi voluntate,
Cod. de dot. promiſſ.* latè *Barboſ. in l. quæ dotis
num. 50. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. 1. Cod. de do-
nat. ant. nupt. Abb. in cap. gemma de ſponſalib.
Surd. conſ. 164. num. 2. & ſeqq. lib. 2. & conſil.
471. num. 27. Redenaſch. conſ. 72. num. 44. Lop.*

in

in Rubr.de donat.int.vir.& vxor.§.31.num.3.
Gratian.cap 984.num.8.Valaſc.conſult.5.num.
17.& ſeq.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.1.
part.2 num.86.& ſeq.optimè Sanchez.de ma-
trim.lib.6. diſput.7. num.3.& ſeqq.aſſerens,
hoc procedere,etiam ſi uir ſit ditiſſimus,quia
non indè compenſatur cum nobilitate,cum
poſt Viri obitum remaneat Vxor deterioris
conditionis. Paſchal.de vir.patr.poteſt.part.1.
cap.4.num.43.Caſtill.lib 3.controuerſ.cap 4.n.
39.& ſeq.Palat.Rubios de donat.in Rubr.§.31.
Io:Garz.de donat.remunerator.num.21. Sanch.
de ſponſal.lib.6.diſp.6.num.11.& ſeq.& diſp.7.
num.2.Azeued.in l.2.tit.2.nu.11. lib.5. nou.re-
collect Reg.affirmâs,quòd donatio facta Vxo-
ri per uirum ſenem, uel ignobilem ex cauſa
iuuentutis,uel nobilitatis, uel alterius iuſtæ
cauſæ,utpotè remuneratoria,ualeat, etiam
ſi excedat ſummam ab illa lege Regia taxa-
tam, Card.Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
lib.11. tit.20. num.24. Staiban.Iun.reſolut.91.
num.5.lib.1. Merlin.controu.46. num.30. lib.2.
Marcian.Iun.diſput.87.num.32. lib.2. Franch.
dec.428.num.4. Capyc.Latr. dec.22. num.2. &
ſeqq.

Idque etiam ſi Vir non dixerit,id feciſſe
in recompenſationem nobilitatis, quia in du-
bio,ita eſt præſumendum,quando factum ta-
le eſt, Bart.in l.ſi voluntate,Cod.de dot.promiſſ.
& in l diuortio,ff.ſolut.matrim.Bald.in l.1.Cod.
de donat.ante nupt. Abb.in cap.gemma de ſpon-
ſal.Iaſ.in l.ſi diuortio num.11.ibique Alex.n.8
& ſeq.ff.de verbor.obligat.Surd.alios congerés,
conſ.164.num.6.lib.2.& conſ.471.num.27.Va-
laſc.conſult.5.nu.18.Card.Mantic. de tacit. lib.
11 tit.30.num.24. Fontanell.de pact.nuptial.cl.
5 gloſ.1.part.2.nu.86.& ſeq. Gratian.cap.984.
v m.1.& ſeq.Lup.de donat. §.9. verſ.ceſſante
autem nobilit.nu.1.& meliùs § 5.n.35.verſ.pro
complemento.Staiban.Iun.alios referens reſol.
91.num.8. & in eadem cauſa Capyc.Latr. dict.
dec.22.num.4.

Quidquid in contrarium aberrans à com-
muni ſentiat Hodiern. in l.hac edictali, Cod.de
ſecundis nupt. quæſt.25. num.37. & quæſt.36.
num.8.

9 Prout etiam habemus in fortioribus ter-
minis, quòd Viri ignobiles,nedum poſſint fa-
cere augmentum dotis; ſed etiam omninò
congruè dotare Mulierem Nobilem in præiu-
dicium fideicommiſſi, iuxta priuilegium Au-
thent.res quæ, Cod.commun.de legat.ut in ſpe-
cie Anton Fab.in Cod. lib.6. tit.23. commun.de
legat.definit.5. verſ.niſi fortè,qui elegantem ex
more adducit rationem; quòd, nempè, ſatis
congruum uideatur, ut Maritus luat in ære,
quod non habet in corpore, quem ſequitur
commendans Fontanell. de pact. nuptial. dict.
clauſ.5 .gloſ.1 .part.2.num.87.benè aduertens,
quòd tunc augmentum dotis,ſiue dotatio fa-
cta à marito ſit actus neceſſarius; non autem
uoluntarius, Redenaſch conſ.72.num.44.Boſſ.de
dot.cap.15.num 112.Gratian. cap.984. num.8.
10 Capyc.Latr.dict. deciſ.22. num.6. et ſeq. Quid-
quid de huiuſmodi cõcluſione dubitet Card.
de Luca de dot.diſc.49.cõtra cuius ſentẽtiã Si-
gnatura Iuſtitiæ reſcripſit cum clauſula ſine
præiudicio, illamque eſſe admittendam, idẽ
Cardin.de Luca ingenuè fatetur d.diſc.49.n.8.
et diſc.145. numer.38. in fin. verſ.quare am-
pliatio; quoties concurrit iuſta, probabiliſq;
cauſa prudentis Iudicis arbitrio penſanda,
quæ præſeferat ueriſimilem fideicommitten-
tis uoluntatem, quia ſi uiueret, laudaret
matrimonium, & ita faceret, ut putà ſi fi-
deicommiſſi poſſeſſor eſſet de ordine popula-
ri; ſed diuitijs affluens;itaut ex more Regio-
nis maxima ſibi, ac poſteritati commoda, &
honorificentiam compararet ex matrimonio
cum familia Nobili, prout paſſim experien-
tia edocet; rectèque iſtæ omnes circumſtan-
tiæ theſi, de qua eſt ſermo,conuenirẽt, ſi de
hoc articulo eſſet diſceptandum; ſolùmque
contraria procederent, quoties, ſemota hu-
iuſmodi fideicommittentis uoluntate, neque
alijs circumſtantijs concurrentibus, ageretur
de euerſione totius, uel maioris partis fidei-
commiſſi; tunc enim rectè ſubſiſteret, quòd
ſit æquali nubendum, in quibus terminis lo-
quuntur Bald.in Auth. res quæ num.18. Cod.
comm.de legat.Dec.conſ.26. ſub num.4. Decian.
conſil.17.num.24.Corn.conſ.3.ſub num.3. lib.3.
Card.Mantic.de tacit.lib 12.tit.21.ſub num.26.
verſ.neque enim, et dec.329.ſub num.5. Pere-
grin. de fideicom.art.42 ſub.num.78.verſic.non
tamen conceditur,Rota in recent. dec.192. num.
35.et ſeqq.part.10.

Tum etiam, quia ob eamdem rationem
egregię Nobilitatis Viri matrimonium fuit
laudatum à propinquis, & cum eorum conſi-
lio contractum, prout in ſpecie pro ſubſtinen-
da obligatione minoris pro dote abſque Iu-
dicis decreto, & excludenda exceſſiuitate,
11 egregiè arguit uidendus Bald.conſ.199. aliàs
200.num.5.verſic.ſed quia iſta interpretatio lib.
3. ubi, quòd nobilitas multa ſuppleat; idem-
12 que uoluit Caſtrenſ.in l.1.num.4. ibique Sali-
cet.in fin.Cod.ſi aduerſ. dot.

Tum demum, quia reuera non poteſt con-
ſiderari aliquis exceſſus in dote promiſſa in
ſcutis 6400. cum ſororis patrimonium ratio-
ne legitimæ, & Trebellianicę ſummam exce-
deret ſcutorum decem mille;ideóque frater
conſtituendo dotem in ſcutis 6400.nihil de
ſuo erogauit; ſed potiùs lucratus fuit portio-
nem patrimonij ſuæ ſororis, quæ ob hanc
cauſam iuſtiſſimè recuſauit renunciare bonis
paternis, materniſque.

Parumque releuat teſtamentaria diſpoſi-
tio Ruggerij Aui taxantis dotem in ſolis ſcu-
tis biſmille, cum enim ſoror non fuerit à fra-
tre nuptui tradita infra decimum quintum
na-

13 aunum; ſed longè poſt, abſque dubio eidem vtpotè maſculiatę, prout Noſtrates loquūtur, competebat pro eius dote integra portio de Iure debita in hæreditate Aui; nullatenus attenta quanis eiusdem diſpoſitione, prout expreſsè cauetur ſtatuto *Vrbis Veteris*, cuius diſpoſitionem eſſe omninó ſeruandam in pœnam differentium dotare mulieres, illaſque nuptui tradere, non ſolùm ratione honeſtatis, ne mulieres peccent in corpus ſuum; ſed etiam, quia expedit, vt Reſpublica liberis repleatur, firmant in terminis conſimilis ferè ſtatuti Neapolitani *Neapod. in cōſuet. ſi moriatur, & in conſuet. ſi qua Mulier n.4.* in verbo *abſque diſcretione; Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſt. Theorem. 36. num. 15. verſic. verùm, Marcian. Iun. diſput. 83. num. 25. & ſeqq. lib. 2. Afflict. dec. 370. in ſecundo dubio, Franch. dec. 412. num. 4. verſic. rationes autem.*

14 Præcipuè, quia ſatis liquidò conſtat de iudiciali, ac reiterata fratris interpellatione ad dotandum poſt elapſum tempus à ſtatuto definitum, quò caſu abſque dubio eſt locus ſtatutariæ maſculiationi, *Corn. conſ. 75. num. 4. lib. 1. Neapod. in d. conſuet. ſi moriatur verſic. differentibus*, ibique *Prouenzal. obſeruat. 22. Piſanell. in conſuetud. ſed morienti in verbo quòd autem fol. 156. in apoſtilla*, quæ incipit *pone, q. ò l Soror, Card. de Luca, de ſucceſſ. diſc. 2. num. 8. & ſeq. Molpheſ. ad Conſuet. Neapolit. part. 4. quæſt. 1. num. 8. Capue. in eod. tract. part. 1. quæſt. 10. num. 21. Marcian. Iun. diſput. 83. nu. 29. lib. 2. Ambroſin. dec. 46. num. 21. part. 1.* & poſt *Gaſpar. de Leo, Piſanell. Buccin. Naucler. Franch. dict. dec. 412. numer. 4.* ibique *de Luca num. 2. Capyc. Latr. dec. 59. nu. 23.* ibique *Gizz. in obſeruat. num. 13. & ſeqq. & dec. 125. num. 8.*

15 Quinimò iuxta veriorem ſententiam, ſatis ſuperque fuiſſet extraiudicialis fratris interpellatio, *Vrſill. ad Afflict. dec. 159. Prouenzal. ad dictam conſuetud. ſi moriatur obſeruat. 23. de Luca ad Franch. dict. dec. 412. numer. 5. verſic. ſed verius.*

16 Multòque magis, quia ſatis ſuperque dicitur, fratrem habuiſſe ſe pro interpellato, dum rectè agnoſcens, factum fuiſſe locum diſpoſitioni ſtatutariæ, dotem conſtituit in maiori quantitate, quàm ab Auo fuerit taxata, licèt minori, habito reſpectu ad integram portionem ſcutorum decem mille ſorori quęſitam ex aperta eiuſdem ſtatuti diſpoſitione.

Iuxta firmata fuit deciſum per Reuerendiſſimum Bulgarinum, Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ Locumtenentem, Signatura Iuſtitiæ approbante.

ARGVMENTVM.

Statutum Aeſinum de dotibus reſtituendis ſub *Rubrica* 114. *lib. 2.* vtpotè loquens de dote data, excludere omninò dotem promiſſam, pluribus comprobatur, Reprobato *Soccin. Iun. conſ. 35. lib. 1.* firmante contrarium in ſpecie eiuſdem ſtatuti.

Expenduntur ſingulæ authoritates contrariæ, illaſque non adaptari oſtenditur, vtpotè loquentes in ſpecie diuerſa, videlicèt, in ſtatutis habentibus Rubricam generalem loquentem de dote, quamuis in Nigro loquantur de dote data, vel in ſtatutis deferentibus ſimplicirer lucrum, nulla habita diſtinctione dotis datæ, vel promiſſę; Vel data mora in ſolutione dotis; Vel demùm exiſtente probatione, quòd communis vſus loquendi, tempore conditi ſtatuti, fuerit, vt dos promiſſa veniat ſub nomine dotis datæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quoties in Rubrica, vel in Nigro loquitur ſimpliciter, & generaliter de dote, comprehendit, etiam promiſſam, & non datam.*

2 *Sed, quando neque in Rubrica, neque in Nigro loquitur ſimpliciter de dote, ſed qualificatè de dote data, tunc in aliquorum ſententia adhuc lucrum marito debetur de dote promiſſa.*

3 *Contraria ſententia eſt receptior, vt ſtatutum loquens de dote data excludat omninò lucrum in dote promiſſa, cum dos promiſſa non ſit dos data.*

4 *Statutum vbi loquitur cum certa qualitate, non habet locum, niſi qualitas illa verificetur, & probetur.*

5 *Declarantur Iura* in l. Iubemus *la ſeconda*, §. ſanè, Cod. de Sacroſan. Eccleſ. & in l. ſi Pater dotem 7. C. de dot. promiſſ. & in Authent. de nupt. §. dotes collat 4.

6 *Concluſio de qua ſupra* num. 3. *fortiùs procedit, quando ſtatutum nullum prorsùs verbum obiter facit de dote promiſſa, neque in Rubrica, neque in Nigro.*

7 *Lucrum ſtatutarium non habet vnicam rationem onerum matrimonij, ſed variæ poſſunt reddi rationes.*

Vna pars ſtatutī declarat aliam.

8 *Ideòque non poteſt deprehendi argumentum ex identitate rationis ad extenſionem ſtatuti à dote data ad promiſſam.*

9 *Argumentum ex identitate rationis deſumptum poteſt fortaſsè procedere, vbi ageretur de interpretando ſtatuto ſimpliciter de dote diſponente; ſecus verò, quando ſtatutum ſimpliciter loquitur de dote data.*

10 *Statutum diſponens, quòd maritus lucretur certam partem dotis datæ, decedente Vxore ſine liberis, eſt correctorium iuris communis.*

11 Imò

11 *Imò dici debet pœnale, vtpotè minuens mulierum patrimonium.*

Vel ſaltem continet materiam priuatiuam, quia priuat mulieris hæredes parte ſuæ dotis, illamque Viro defert.

12 *Meritò tanquàm correctorium, & pœnale non valet extendi, neque etiam ex identitate rationis.*

13 *Ratio onerum matrimonij à Viro ſupportandorum, quoties non legitur expreſſa à ſtatuto, eò magis non eſt concedenda extenſio de vno caſu ad alium.*

14 *Statutum non comprehendit dotem promiſſam, ſed ſolùm datam, quoties ſtatuentes non ſolùm ſunt loquuti de dote data; ſed etiam de dote reſtituenda, tàm in Rubrica, quàm in Nigro.*

15 *Rubrica deſeruit ad totius ſtatuti declarationem.*

16 *Cum non poſſit dici reſtitui, quod datum non eſt, meritò ſtatutum correctorium Iuris communis ſupponens dotem datam reſtituendam, excludit lucrum dotis promiſſæ.*

Reprobatur contraria ſententia Saliceti.

17 *Statutum in Rubrica generaliter loquens de dotibus poteſt determinare Nigrum ad dotem promiſſam, licèt ſpecificè loquatur de dota data.*

18 *Verbum* reſtituere *poteſt impropriè accipi prò reſtitutione, ſeu retroceſſione actionis ad exigendam dotem promiſſam.*

19 *Intellige, quoties ex alijs verbis ſtatuti colligi poteſt, ſtatuentes intellexiſſe, quòd lucro ſit locus, etiam ex dote promiſſa, & non ſoluta.*

20 *Secus aſſerendum, quando ſtatutum non loquitur ſimpliciter de dote, ſed cum qualitate reſtitutionis eiuſdem expreſſa in Rubrica, & pluries in Nigro repetita.*

21 *Statutum correctorium Iuris communis non valet extendi ad caſum fictum, qui non habet eumdem effectum.*

22 *Statutum mandans, reſtitui dotem, non extenditur ad actionem.*

23 *Pars dotis, quoties Viro fuit ſoluta, & pro reſiduo ab eodem Viro fuit conceſſa dilatio illam ſoluendi pro rata ſingulis annis, eò fortiùs Viro non debetur lucrum dotis, cuius ſolutionis dies nondum ceſſit, & de ratione.*

24 *Verbum* Remaneat *in ſua propria ſignificatione importat rei habitæ retentionem.*

25 *Retentio faciliùs datur, quàm petitio.*

Adeout excluſa petitione, nõ cenſeatur excluſa retentio.

26 *Lucrum in dote promiſſa excluditur, quoties ſtatutum decernit lucrum Viro, tàm de mobilibus, quàm de immobilibus, ſiue ſemouentibus extimatis, vel inextimatis, quæ vt plurimùm Viro realiter tradi ſolent.*

27 *Non eſt credibile, ſtatuentes aliquod commentis iudicium non protuliſſe, facta aliqua commemoratione, vel dotis promiſſæ, vel actionum retrocedendarum.*

28 *Statutum, quoties à principio præſcribens modum reſtituendæ dotis addit verba* copulato mattimonio, *quibus ſubdit alia verba* reſtituere, & dare, *ex his omnibus excluditur lucrum in dote promiſſa.*

29 *Statutum, quoties in dotis reſtitutione in pecunia conſiſtentis tribuit anni ſpatium, apertè demonſtrat, intellexiſſe de reſtitutione dotis ſolutæ, quia ad reſtitutionem dotis non ſolutæ per retroceſſionem actionis non erat opus annali dilatione.*

30 *Vna pars ſtatuti debet aliam declarare.*

Prout vna pars Teſtamenti declarat alteram.

31 *Statutum, quoties ſubiungendo modum reſtituendi mobilia, vel immobilia, de reſtitutione actionum non agit, ex hoc conuincitur, cogitaſſe de dote ſoluta, non autem de dote non tradita, ſeu non ſoluta conſiſtente in ſola actione ad exigendum.*

32 *Caſus à ſtatuto omiſſus remanere debet ſub diſpoſitione Iuris communis.*

33 *Intellige, vt caſus à ſtatuto non dici poſſit omiſſus, ſed potiùs nominatim expreſſus, quoties, inſpectis verbis, veriſimilique mente ſtatuentium, poteſt colligi, de illo ſaltem in genere fuiſſe cogitatum.*

34 *Caſus dici nequit omiſſus, ex cuius euentu ita Teſtatoris voluntas elicitur, quemadmodùm ex euentu caſus expreſſi.*

35 *Argumentum valet à Teſtatoris voluntate ad ſtatutum.*

36 *Expenduntur ſingulæ authoritates contrariæ alligari ſolitæ pro firmanda concluſione, quod ſtatutum loquens de dote data comprehendat etiam dotem promiſſam,* & num, ſeqq.

Deciſio Ludouiſij 5. *declaratur.*

37 *Deciſio eiuſdem* Ludouiſij 21. *& aliæ de quibus hoc eodem* num. *procedunt, vel in terminis ſtatuti Vrbis* 131. lib. 1. *deferentis ſimpliciter lucrum, nulla habita diſtinctione dotis datæ, vel promiſſæ.*

38 *Vel data mora in ſolutione dotis.*

39 *Vel, quando ſtatutum in Rubrica generaliter loquitur de dote, & in Nigro de dotibus datis.*

40 *Vel, quando ex contextu totius ſtatuti ſtatuentes intellexerunt, etiam de dotibus promiſſis,*

41 *Vel demum, data probatione, quòd communis vſus loquendi, tempore conditi ſtatuti, fuerit, vt dos promiſſa veniat etiam ſub nomine dotis datæ.*

42 Soccinus Iunior. conſ. 35. lib. 1. *loquens de ſtatuto Æſino impugnatur à* Phanucc. de lucro dotis Verb. reſtituenda num. 23. & ſeqq. 1

43 Soccin. dict. conſ. 35. *errore labitur exiſtimans, dictum ſtatutum ſuper lucro dotis eſſe conforme Iuri communi.*

C A P V T CXIV.

LVCRVM dotis nullo iure debetur marito de dote promiſſa, cuius ſolutionis dies, tempore ſoluti mattimonij, adhuc non ceſſit; ſed tantùm de verè, & realiter ſoluta, attento ſtatuto Æſino de dotibus reſtituendis ſub rubrica 114. *lib.* 2.

Licèt enim magis recepta ſit ſententia affirmans, quòd, quando ſtatutum, vel in Rubrica, vel in Nigro loquitur ſimpliciter, &
1 generaliter de dote, comprehendat etiam promiſſam, & non datam, ea potiſſimùm ratione, per *Gloſ.* adducta in *l. de diuiſione, ff. ſolut. matrim.* quia, non pē, verbum *dos* ſimpliciter prolatum continet ſine vlla impropriatio-

tione, etiam dotem promiſſam, & non ſolutam, iuxta receptam theoricam Bald.in l.mulier 20.num.3.verſ.primò quòd pactum, ff.de condit.Inſtitut. quam, præ cæteris, ſequuntur Caſtr.in l.ſi donaturus, § ſi quis indebitam, nu.3. ibique Alex.num.7. Iaſ.num.14. ff.de condit. cauſ.dat.Salicet.in l.cum te, num.4. C.de donat. ante nupt. Soccin.Iun.in 1.p. Rubr. ff.ſolut.matrim.num.48. Soccin.Sen.conſ.32. num.7. lib.3. Brun.conſ.90.Spad.conſ 179.num.1.lib.3.Altograd.conſ.29.num.1.lib.2.Phanuce.de lucro dotis, verbo reſtituenda, num.19.& 58. latè pluribus allegatis, Tiraquell.de retract. conuent. in fin.num.33.& ſeqq.Gaill.pract.obſeru.lib.2. obſeru.79.num.2.Mathefill.ſingul.73.verſ.ſecus ſi ſtatutum, Cardin. Mantic.de tacit.lib.12.tit. 5.num.8. Theſaur.quæſt.forenſ. 75.num.2. lib. 2.Gratian cap.666.num.22.& ſeqq.Menoch.lib. 6.præſumpt.1.num.21. vbi, quòd hæc ſit æqua, & magis recepta ſententia, Borrell. in ſumm. deciſ.part.3.tit.4.num.342. & ſeq. Hubert.de dot cap.2.num.14.Oſaſch.dec.21.num.15.verſ. quid concludendum, alijque plures relegendi penes Boſſ.de dot.cap.2 §.1.nu.42. & hanc ſententiam ſæpiſſimè amplexa eſt Rota, vt per Add.ad Buratt.dec.432.num.10.& ſeq.Achill. de Graſſ.dec.13.de conſtit.Ludouiſ.dec.5.nu.1. ibique Add.num.11.& dec.21.num.1. & poſt Feuzon.ad Statut.Vrbis deciſ.72. Card.Cerrus dec.67.num.1.Rot.in rec.dec.25.num.1.par.11. & dec.357.n.12.p.13.

Attamen, quando ſtatutum neque in Ru-
2 btica, neque in Nigro loquitur ſimpliciter de dote; ſed qualificatè de dote data, prout in præſentia, in hoc caſu, quàmuis in aliquorum ſententia adhuc lucrum debeatur marito, etiam de dote promiſſa, Bart.conſ.132.num.1. lib.1.Angel.conſ.180. circà med. verſic.his non obſtantibus, Tiraquell.de retract. conuent.ad finem num.36.Neguſ. Iun. quæſt.443. à numer.9. vſque in fin.Add.ad Buratt.dict.dec.432. num. 10.& ſeqq.Ludouiſ.dec.5.ibique Add.num.11. Peregrin.dec.18.num.15. Guid. Pap. dec.565. num.3. Boer. dec.22. num.13. verſic. & iſta. Idque inter cæteras ea præcipua ratione, quia ſtatutum defert lucrum Viro in remunerationem onerum, & expenſarum matrimonij, ideòque, illo contracto, lucro priuari non debeat.

3 Nihilòminus contraria opinio eſt magis recepta, quòd, nempè, ſtatutum loquens de dote data excludat omninò lucrum in dote ſimpliciter promiſſa, cum dos promiſſa non ſit dos data, l.vltim. ibi: Dos quæ data dicitur, vel promiſſa, Cod.ſolut.matrim.Auth.dos data, Cod.de donat.ante nupt.vt poſt Bart. in l. Iubemus 2.§.ſanè num.7.verſic. & eſt vtile, Cod.de Sacroſ.Eccleſ. firmant Aretin.in Rubr.ff.ſolut. matrim.num.13.circ.med. verſic. in diſpoſitione tamen ſtatuti, ibique Crot.num.85. verſic. ſecundùs caſus, Barboſ.in 4.part. eiuſdem Rubr. num.6.verſic.ſed videndum eſt. Alex.in l. ſi donaturus, §. ſi quis indebitam num.7. ibique Iaſ. num.14.ff.de condict.cauſ.dat.Bald.conſ.467. in fin.verſic.ſolutio lib.4.Ruin. conſ.197. numer.6. vſque ad fin. lib.1. Riminald. Iun. conſil.600. num.20.& duob.ſeqq.lib.5.ubi, de communi, & magis communi, Surd. conſ.45. num.14.& ſeqq. ſignanter num.17.verſic.& in interminis lib.1.Peregr.conſ.89. num.20.& ſeq.lib.1. latè Altograd.conſ.29.num.11.& ſeqq.lib.2.Phanuce. de lucro dotis in Rubrica verbo reſtituenda num.30.& ſeqq. Roland. eodem tract. quæſt. 6.numer.3. Campeg. de dote quæſt.14. part.vlt. Gaill. obſern. lib.2. cap. 79. num.4. Carpan. ad ſtatut.Mediol.cap.298.num.295.Menoch.lib.6. præſumpt.1.num.21.Facchin.controuerſ.Iur.lib. 10.cap.26.Valaſc.conſult.137. num.3. Ioannes Boſc.de nupt. lib.3. num 8.Theſaur.lib.2.quæſt. for.75.num.3.verſic.contrarium, Ciriac.controu. 110.num.3 benè Mantic.de tacit. lib.12. tit.5. num.12.verſic. ſed diuerſa ſententia, Oſaſc. dec. 20.num 8.& 9.dec.21. nu.19. alijque relati per Boſſ.de dote cap.2.§.1. num.52.

4 Regulare enim eſt, vt quoties Statutum ſe reſtringit ad dotem cum qualitate, quòd ſit data, non poſſit verificari in ea dote, in qua huiuſmodi qualitas non concurrat, l.mancipia, Cod.de ſeru.fugitiu. Bart.in l.1. §.quod autem ait Prætor, ff.ne quid in flumin.public.Hõded.conſ.15.num.1 lib.1. Oſaſch.dec.20.num.9. Surd.dec.39.num.1.& ſeq.& dec.305.num.41. & in his terminis Becc. conſ.53. num.9. Altograd.dict.conſil.29.nu.13. Phanuc.de lucr.dot. in verbo reſtituenda.num.31.

5 Neque prædictis aduerſantur Iura, quibus contraria ſententia potiſſimùm innititur, nã textus, iuncta gloſ.in l.iubemus, la ſeconda, §.ſanè, Cod.de Sacroſanct.Eccleſ. in quo reperitur ſancitum, vt emens rem Eccleſiaſticam cõtra legem, vnà cum fructibus rem reſtituat, amittatque pretium datum, vbi gloſ.ait procedere etiam in promiſſo, licèt non dato; licèt enim prædictus textus loquatur de pretio dato, gloſ. non ſupplet ibi, idem eſſe aſſerendum in promiſſo, quia, nempè, promiſſum ſub dicto textu agente de dato comprehẽdatur, ſed potiùs, quia id per alium text. ſuppletur in Auth.qui res, Cod.eod.tit.de Sacroſ.Eccleſ. in quo eadem pœna priuationis rei, & pretij extenditur odio alienantis, & ementis res Eccleſiæ, fauoreque eiuſdem Eccleſiæ, etiam ad illud, quod ſolutum adhuc non ſit, prout ex eodem textu colligitur; in præſentia autem non verſamur in actu pœnali, neque aliud adeſt Statutum, quod diſpoſitionem exorbitãtem ad dotem extendat promiſſam, prout in ſpecie reſpondet Bart.in d.l.iubemus, §.ſanè num.7.verſ.non obſtat hæc gloſ. ibique Caſtr.n.3. verſ.nec obſtat iſta gloſ. C.de Sacroſ. Eccleſ.Roland.de lucr.dot.quæſt.6.num.4.in fin.

Minus etiam obſtat alter textus in l.

ſi pater dotem 7. C.de dot.promiſſ. vbi verbum dederit gloſ. exponit id eſt dare promiſerit; nam idem textus ſecum affert ſolutionem, quòd ſatis apertè loquatur de dote data, & promiſſa, ponderatis ſequentibus verbis, ibi: Dubitabatur apud veteres, vtrum ne videretur pater ex ipſo debito dotis, vel ante nuptias donationis feciſſe promiſſionem, vel dationem, vt ſe ab hoc nexu liberaret, & in verſ. vtrumque igitur, vbi determinans quæſtionem ait: dederit, vel promiſerit, in quibus locis dictio illa, vel, oſtendit diſcrimen adeſſe, inter dotem datam, & promiſſam, vt rectè obſeruat Soccin.Iun.in 1.part. Rubr. ff.ſolut.matrim. nu.51. verſ.ſi verò Statutum; Non enim eſt nouum in Iure, vt vna pars legis declaretur, aut etiam ſuppleatur ex alia, l.vnum, ibique Bart. ff.de petit.hæredit l.qui filiabus in princip.ff.de legat. 1. Dec.conſil.553.num.8.Menoch.conſ.204. nu. 43.Maſcard.de general.ſtatut.interpret.concluſ. 2.num.112.& duob.ſeqq.& in ſpecialibus terminis ita optimè arguunt Syluan.conſ.2.n.53. lib.1.Bim.conſ.150.num.77.Surd.conſ.45.num. 21.in fin.

Textus demum in Auth.de nupt.§.dotes antem collat.4. in quo reperitur ſancitum, quòd lucrum, quod feciſſet vir ex dote data, eidem debeatur, etiam ex promiſſa, procedit, quoties ex mora, vel culpa vxoris dos non fuerit tradita, quæ reſpectu præiudicij mulieris pro tradita habetur, & ita prædictum textum intelligunt Ruin.in Rubr.ff.ſolut.matrimon.ſub num.177.verſ.ſecundò ad prædicta, Barboſ.in 4.part. eiuſdem Rubr. num.4. in fin. verſ.neque etiam obſtat.

Præterquàm quòd, vt rectè obſeruat ſubtiliſſimus Ruin. loco proximè laudato n.177. textus ibidem reuera non aperit, qualiter eſſet conceptum pactum de dote lucranda, ſed ſolummodò dicit idem textus in fin. quòd maritus dotem percipiat ſicut ſcriptura vult dotis, ex quibus verbis deprehenditur, inſpicere oportere verba pacti ſuper hoc conuenti, ideòque, ſi pactum erit de lucranda dote, etiā promiſſa, tunc Vir lucrum ex ea conſequatur, aliàs ſecus.

6 Prædicta verò omnia eò libentiùs admittenda in themate, de quo eſt ſermo, cum Statutum nullum prorsùs verbum obiter faciat de dote promiſſa, neque in Rubrica, neque in Nigro; adeòut poſſit aliquo modo interpretata vna parte Statuti per aliam, prout fieri debet ex adductis per Honded.conſ.12. num.15.& ſeq.lib.1. declarari, idem voluiſſe Statuentes, etiam vbi dos ſoluta adhuc non fuiſſet; ſed ſolùm conſtituta, vel promiſſa, vt in ſpecie arguunt Surd.conſ.45.num.22.verſic.& ideò, Alex.conſ.63.num.26 verſ.accedit etiam lib.4. Angel.conſ.76.in fin.verſ.item verbum, Bim.conſ.150.num.77.Bece.conſ.53.n.8. in fin.verſ.& tamen, Altograd.conſ.30.nu.31. verſ.& demum, & ſeq. & conſ.39. num.22. & ſeq.lib.2.Phanucc.de lucro dotis, verbo reſtituenda, num.34.

Nullatenùs aduerſante vnica ponderatione contrariæ ſententiæ ex rationis identitate deducta, quòd, cum lucrum á Statuto deferatur marito in compenſationem onerum matrimonij; huiuſmodi ratione inſpecta, multò magis debeatur marito, qui onera ſubſtinuit ante dotem ſolutam, quàm poſt illam ſolutam.

7 Primó, quia, cum lucrum ſtatutarium vnicam non habeat rationem onerum matrimonij; ſed variæ poſſint reddi rationes, Soccin. Iun.in primam partem Rubr.ff.ſolut.matrimon. num.54.in 2.addit.verſ.& pro opinione, Bart. conſidera, Saluiol. in dict.Rubr. num.93. Dec. conſil.67.ſub num.1. Altograd.conſ.29. nu.25. lib.2. Cardin.Mantic. de tacit.dict.lib.12. tit.5. num.24.Tiraq.in l.ſi vnquàm, uerbo donatione largitus, à num.226. vſque ad numer.239. Oſaſc.dict.dec.21. nu.16. verſ.non obſtat, quod vnica.

8 Hinc oritur, ut non poſſit elici argumentum ex prætenſa identitate rationis ad extēſionem Statuti á dote data ad promiſſam, ut in ſpecie ſatisfaciendo obiecto optimè firmāt Roland.de lucro dotis, quæſt.6. nu.3. Altograd. dict.conſ.29.num.25.& ſeqq.lib.2.Cardin.Mantic.vbi ſupra nu.24.Gaill.pract.obſer.lib.2. obſeru.79.num.4.Oſaſch.dec.21.num.16.verſ.non obſtat, quòd vnica, & num.17.Achill.de Graff. dec.12.num.6.& præ cæteris, egregiè Barboſ. in 4.part.Rubr. ff.ſolut.matrimon. num.6. verſ.
9 ex quorum mente, aduertens, quòd huiuſmodi argumentum ex idētitate rationis deſumptum poſſet fortaſsè procedere, ubi ageretur de interpretando ſtatuto ſimpliciter de dote diſponente; tunc enim poſſet trahi ad dotem promiſſam, quæ comprehenditur ſub dotis ſignificatione; Secus uerò, quando, prout in præſentia, ſtatutum expreſsè loquitur de dote data; hoc enim caſu tacitè uidetur, uoluiſſe prohibere extenſionem ad dotem promiſſam.

10 Præcipuè, quia, cum non poſſit hæſitari, quin ſtatutum ſit omninò correctorium Iuris communis, ex quo diſponit, quòd maritus certam lucretur partem dotis datæ, ſi Vxor ſine liberis deceſſerit, ablata eidem mulieri libera teſtandi facultate, ut in terminis firmant Cagnol.in l.2. num.20. Cod.de pact.inter vend.& empt.Riminald.Iun.conſ.600. num.16. lib.5.Peregrin.conſ.89. num.20. lib.1. Beroius conſ.40.num 1.2.3.& 11.lib.1. Turrett.conſil. 6.num.1.& ſeq. lib.1. Altograd.dict. conſ.29. num.14.lib.2. Cardin.Mantic.de tacit. d.lib.12. tit.5. num.12. verſ.ſed hæc ſententia, Boſſ.de dot.cap.2.§.1.nu.52. circa med. verſ.quod procedit, Oſaſc.dict.deciſ.21. num.11. verſ.tertia huic.

Qui-

11 Quinimò dicendum ſit pœnale, utpotè minuens mulieris patrimonium, Rnin.in Rubr.ff. ſolut.matrimon.num.176 verſ.& etiam, ibique Crot.num.29. Abb. conſ.1. ſub num.5. verſ.ad idem lib.1. Riminald.Iun.dict.conſ.600. nu.17. lib.5. Altograd.d.conſ.29.num.33.lib.2.

Vel ſaltem contineat materiam priuatiuam, dum priuat mulieris hæredes parte ſuę dotis, eamque Viro defert Rnin.loco proximè laudato num.176. Gionagn. conſ.82. num.133. Altograd.dict.conſil.29.num.33.verſ.& ſaltem lib.2.

12 Meritò, tamquàm correctorium, & pœnale, non ualeat extendi, neque etiam ex identitate rationis, Dec.conſ.553. num.5. verſ.nec in tali, & conſ.451.num.9.& 10. Decian.conſ.1.num.175.& ſeq.lib.2.Surd.dec.56.num.8. & in ſpecie benè Barboſ.in dict.4.part Rubr.ff ſolut.matrim. num.7. verſ.quinimò ſi ſtatutum; Altograd.dict.conſ.29.num.26.lib.2.& nu.33. Cardin.Mantic.dict.tit.5. num.12. verſ.ſed hac ſed hac ſententia, Roland.de lucr.dot. quæſt.6. num.3.Boſſ.de dot.dict.cap.2.§.1.nn.52. Oſaſch. dict.dec.21.num.16.& ſeq. Achill.de Graſſ.deciſ.12.num.6.

13 Secundò, quia, cum ratio onerum matrimonij à Viro ſupportandorum non legatur expreſſa in Statuto, eò magis non eſt concedenda extenſio de uno caſu ad alium, prout in ſimilibus terminis, Decian.conſ.1.num.176 uerſ.ſed etiam dato, lib.2.Rimin.Iun. conſ.497. num.66.Honded conſ.8.num.58. lib. 1. Caball. conſ.128.num.166.& ſeqq. Altograd.conſ.64. num.21.& ſeq. lib.1. Monach.deciſ.Lucenſ.66. num.20. Rot.Bonon.nouiſſ.deciſ.31. num.16.& trib.ſeqq.& dec.39. num.5. & in ſpecie Altograd.d.conſ.29.n.31.lib.2.

14 Vlteriùs lucrum non debetur marito de dote promiſſa, ſed ſolùm de illa, quæ fuit cum effectu ſoluta, quia ſtatuentes non ſolùm ſunt loquuti de dote data; ſed etiam de dote reſtituenda, tàm in Rubrica, quæ benè deſeruit ad totius Statuti declarationem, iuxta tradita per gloſ.& DD.in Rubr.ne fideiuſſ.dot.dent. & in Rubr.Cod.etiam ob chirographar.pecun.
15 cum alijs latè deductis per Maſcard. de general.Statut.interpret.concluſ.2.nu.189.& ſeqq. Surd.conſ.163.num.12. Menoch.conſ.75.n.89. & conſ 76.num.18. Altograd conſ.30. num.3. lib.2. Card.de Luca de dot.diſc.108.num.9. Capyc.Latr. dec.110. num.26. lib.1. quàm etiam in Nigro, in quo pluries legitur repetita, quę geminatio enixam ſtatuentium mentem oſtēdit, augetque uim, ſenſumque uerborum, leg. baliſta, ff.ad Trebell. Rnin.conſ.128. num.13. lib.2. Menoch.conſ.320. num.2. Decian.conſ.5. num.26.lib.1. & conſ.63. num.15. & conſ.80. num.27.lib.4.& in his terminis Altograd. dict. conſ.30 num.24.lib.2. atque adeò ad oculum demonſtratur, ſtatuentes uoluiſſe intelligere, quòd lucrum uiro deferatur de dote ſoluta, non autem promiſſa; Non enim uidetur ueri-
16 ſimile, eoſdem ſtatuentes ita frequenter impropriè loquutos; nam, cum non poſſit dici reſtitui, quod datum non eſt, l.reſtituere, ff.de uerbor.ſignific. meritó ſtatutum, præcipuè Iuris communis correctorium, cuius uerba propriè ſunt intelligenda, ſupponens dotem datam reſtituendam, excludit lucrum dotis promiſſæ, Iaſ.in l.ſi donaturus, §.ſi quis indebitam, num.14. uerſ.ſecus autem ſi ſtatutum, ff.de condit.cauſ.dat.non ſequut. Alex.in l.non tantùm in princip. num.16. uerſ.ſi ad prædicta, ff.de re iudic. Soccin. Sen. in l.de diuiſione num.6. ff.ſolut.matrim.Crot.in eadem Rubr. nn.86. & ſeqq. Angel.conſil.158 per tot. Natt.conſil.258. n.2. Rnin.conſ.197.num.7.& 8.lib.1. Surd. conſ.45. num.20.& ſeq.Bece conſ.53. num.8. Cardinal. Mantic.de tacit.dict lib.12.tit.5. à num.19. uſque ad 27. qui reſpondet omnibus contrarijs. Quidquid in contrarium dixerint poſt Salicet.in l.ſi conſtante, num.6. Cod.de donat.ante nupt. Guid.Pap. dec.565. Achill.de Graſſ.dec. 119. de dot. alijque relati per Theſaur.lib.2. quæſt.forenſ.75.num.4. Boſſ de dot. cap.2. §.1. num.61.& ſeq.

17 Et quamuis, quando ſtatutum in Rubrica generaliter loquitur de dotibus, poſſit determinari Nigrum ad dotem promiſſam, licèt ſpecificè loquatur de dote data, Gabr. conſ. 12.num.3.lib.1. Cephal. intèr conſ. Pauli Leonij conſ.4.num.24 Roland.de lucr. dot.quæſt.9 per tot.Gratian.dict.dec.30.num.19. Ludouiſ.dec.5. num.1. & ſeq.

18 Prout etiam verbum reſtituere poſſit impropriè accipi pro reſtitutione, ſeu retroceſſione actionis ad exigendam dotem promiſſam, Salicet. in l.ſi conſtante num.4.verſic.nota Cod. de donat. ante nupt. & in l. vlt. Cod.ſolut. matrim. Rnin.conſ.133. numer.4. circà med. & ſeqq.lib.4.

19 Nihilominus eſt animaduertendum, quòd prædicta fortaſsè procedere poſſent, ſi ex alijs verbis ſtatuti, vel ex diſpoſitis in eo liqueat, ſtatuentium mentem fuiſſe, quòd lucro ſit locus, etiam pro dote promiſſa, & non ſoluta; Tunc enim debent impropriari verba, vt ſeruetur, & non deſtruatur ſtatutum; Secùs veró, ſi ex alijs non conſtet de tali mente ſtatuentium, quę ad verborum compellat impropriationem; hoc enim caſu, quando explicita, vel ſaltem implicita declaratio ſtatuentium non vrget, verba in ſtatuto correctorio, vtpotè ex allegatis eſt ſtatutum de lucro dotis, nullo modo debent impropriari.

20 Vndè, cum ſtatutum non loquatur ſimpliciter de dote, ſub cuius lata ſignificatione poſſit venire, etiam dos promiſſa; ſed cum qualitate dotis reſtituendę expreſſa in Rubrica, & pluries in Nigro repetità, nullumque in eo reperiatur uerbum, quod explicitè, uel

implicitè ſuadere poſſit, ſtatuentium uolun-
tatem fuiſſe, quód lucrum debeatur marito,
etiam de dote, cuius dies ſolutionis ante
Vxoris obitum non aduenit, meritò lucrum
non debetur de dote ſimpliciter promiſſa,
Ruin. conſ.197.lib.1. accedentibus præcipuè
uerbis, & coniecturis eiuſdem ſtatuti to-
tum contrarium ſuadentibus.

Primò, quia cum ſtatutum in omni ſui par-
te reſtringat diſpoſitionem ad dotem tan-
tùm reſtituendam, nulla prorsùs habita men-
tione, uel de dote ſimpliciter, uel de dote
promiſſa, non poteſt impropriè, & per fictio-
nem, uerbum *reſtituere* adaptari ad remiſſio-
nem actionis, & obligationis, cum ſtatutum
21 correctorium Iuris communis non ualeat ex-
tendi ad caſum fictum, qui eũdem non habeat
effectum, *l.3.§.hac verba, ff de negot geſt. Me-
noch.conſ.227.num.40.& 47.Abb.conſ.68. nu.
13.lib.1.Riminald.Iun.conſ.336. num.29.Alto-
grad.conſ.17.num.57.& conſ.97.num.8.& 86.
lib.1.* & in his terminis benè *Ruin. dict. conſil.
197.num 6.* iuncto *nu.8.verſic. nec obſtat, lib.
1.* optimè aduertens, quód ſtatutum man-
22 det reſtitui dotem, non actionem, *Roland. de
lucr.dot.quæſt.11.num.24.& ſeqq. Card. Man-
tic.de tacit. dict.lib.12.tit.5.num.21.* rectèque
conferunt deducta per *Amat. reſolut.19. num.
15.& ſeqq.*

23 Secundò, cum pars dotis fuerit Viro ſo-
luta, & pro reſiduo ab eodem Viro fuerit
conceſſa dilatio illam ſoluendi pro rata ſin-
gulis annis, omni prorsùs mora ex parte
promittentis excluſa, eò fortiùs Viro non
debetur lucrum dotis, cuius ſolutionis dies
non dum ceſſit, ea potiſſimùm animaduerſio-
ne adhibita, quòd ſtatutum non deferat Vi-
ro petitionem lucri, ſed tantummodò ei tri-
24 buat exceptionem in retinendo tertiam par-
tem dotis pro lucro, cum loquatur per ver-
bum *remaneat*, quod in ſua propria ſignifica-
tione rei habitæ præſefert retentionem, at-
que adeó non poteſt eſſe locus lucro ſtatuta-
rio, ubi reſtitutionis caſus conſiderari nequit,
deficitque ſuppoſitum ſtatuti ſuper retentio-
25 ne, quæ faciliùs fuit conceſſa à ſtatuentibus,
quàm petitio, iuxtà monitum *Iuris Conſul. in
l. Paulus, ff.de except.l.ſi in area in fin.Cod. de
condict.indeb.l.ſi neceſſaria, ff.de pignorat.act.
l.per retentionem, Cod. de vſur.l.2.* ibique no-
tat *Bald.Cod.de fideicom. Cranett.conſ.148 nu.
2 Altograd.conſ.74. numer.44.lib.1.Andreol.
contr.21.num.15.Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap.
10 gl.7.num.5.Surd.dec.277.nu.14. Buratt.dec.
914.num.1.Bich.dec.658.num.28.* adeòut, ex-
cluſa petitione, non cenſeatur excluſa reten-
tio, *Dec. conſ.257.n.2. Capr. conſ.19.num.10.
Cephal conſ.86.num.20.lib.1.& conſ.658.num.
24.lib.5.Altograd.conſ.74.numer.44.lib.1.An-
dreol.controuer.21.num.16.Surd.dec.277.num.
14.Merlin.dec.230.num.1.Bich.deciſ.658.num.
29.* & in his terminis, *Card. Mantic. de tacit.
dict.lib.12.tit.5. num.24. Verſic. neque etiam
eadem ratio,* & poſt *Angel conſ.158.* benè pon-
derat *Peregr.* in terminis conſimilis ſtatuti,
conſ.88. num.2.& ſeqq.lib.2.

Tertiò, prorsùs excluditur lucrum in dote
26 promiſſa; cum enim ſtatutum decernat lu-
crum Viro tertiæ partis, tàm de mobilibus,
quàm de immobilibus, ſiue ſemouentibus æ-
ſtimatis, uel inæſtimatis datis in dotem, quæ
ut plurimùm realiter Viro tradi ſolent, neque
retinentur per dotantes, nulla prorsùs facta
mentione de actionibus dotalibus, in quibus
poteſt cadere inſpectio, quòd dicantur reſti-
tui per remiſſionem actionis, ſiue obligatio-
nis; ex hoc deprehenditur, ſtatuentes reſpe-
xiſſe ad ſolam dotem ſolutam, nam cum ſci-
rent quanta eſſet Doctorum controuerſia
ſuper hoc articulo, uix credibile eſt, quòd ali-
27 quod eorum mentis Iudicium non protule-
rint, facta aliqua commemoratione, vel dotis
promiſſæ, uel actionum retrocedendarum,
ut in ſimili arguit *Rot.in rec.dec.383.num.11.
part.9.tom.2.*

28 Quartò, confirmatur hic intellectus, quia
ſtatutum in principio præſcribens modum
reſtituendæ dotis, addit verba *copulato ma-
trimonio*, quibus ſubdit alia verba *reſtituere,
& dare* realitatem præſeferentia, quæ ſimul
iuncta excludunt dotem ſimpliciter promiſ-
ſam, & ad oculum demonſtrant, ſtatuentes
intellexiſſe de dote ſoluta, ſeu data per nu-
merationem, non per nudam promiſſionem;
cum tempus promiſſionis à communiter con-
tigentibus ſit antè, non poſt copulatum
matrimonium.

29 Quintò, quia ſtatutum, vbi agit de pecuniæ
reſtitutione, tribuit anni ſpatium ad reſti-
tuendum, quod apertè demonſtrat, intellexiſ-
ſe de reſtitutione dotis ſolutæ, quia ad reſtitu-
tionem dotis non ſolutæ per retroceſſionem
actionis non erat opus annali dilatione; Re-
gulare enim eſt, ut una pars ſtatuti debeat
aliam declarare, *Bald. in l. omnes populi num.
71.ff.de Iuſt.& Iur.Honded.conſ 12.num.15.&
ſeq.lib.1.Tort.ad Statut.Pap.Stat.98.numer.7.
Rot.in rec.dec.467. numer.4. part.1.& dec.67.
30 num.22.part.9.* Prout vna pars teſtamenti ab
altera declaratur, *l. Vxor, § fin.* vbi ſignanter
*Bald.ff.de legat.3.Alex.conſ.94. num.1. lib.1.
Paris conſ.74. num.12. lib.3. Marta voto 107.
num.28. Ruin. conſ.83. numer.5. & 15.lib.2.
Caſtill.lib.2.controu.cap 4.num.11.Card.Man-
tic de coniect lib.11.tit.9.n.11. Larr. dec. Gra-
nat.67. nu.8.Bich.dec.101.num.3.& dec.134.
num. 19.*

31 Sextò tandem, quia ſubiungendo modum
reſtituendi mobilia, & immobilia, de reſti-
tutione actionum non agit, ex quo etiam
conuincitur, ſtatuentes cogitaſſe de dote ſo-
luta conſiſtente in pecunijs, mobilibus, aut
im-

immobilibus, non autem de dote non tradita, ſeu non ſoluta conſiſtente in ſola actione ad exigendum.

Neque alicuius momenti eſt obiectum, quòd ſaltem dos promiſſa, uti non conſiderata à ſtatuto, remanere debeat ſub diſpoſitione Iuris communis æquiparantis dotem
32 datam, & ſolutam doti promiſſæ, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. Bart. in l. ſi cum dotem 23. ff. ſolut. matrim. Socin. Iun. conſ. 30. num. 52. lib. 1. Honded. conſ. 12. numer. 17. & ſeq. lib. 2. Giouagn. conſ. 1. num. 17. Surd. conſ. 313. numer. 15. lib. 3. Gob. conſult. 99 num. 56. & 64. Rot. in rec. dec. 27. numer. 9. & deciſ. 152. numer. 17. part. 8.*

Nam, cum ex ſupra firmatis excluſio lucri in dote promiſſa ſatis euidenter oſtendatur,
33 inſpectis uerbis, menteque eiuſdem Statuti; hinc eſt, ut caſus excluſionis lucri in dote promiſſa non cenſeatur à ſtatuto omiſſus, ſed nominatim dicatur expreſſus, *Curt. Sen. conſ. 9. num. 19 & 26. & conſ. 40. ſub num. 26. & conſ. 49. ſub num. 26. Menoch. conſ. 3. num. 11. & 27.* & in terminis Statuti *Menoch. conſ. 4. num. 34. Altograd. conſ. 60. numer 21. & ſeq lib. 2. Bicb. dec. 460. num. 40.* ubi, quòd caſus, ne dicatur omiſſus, ſufficiat, ut ex uerbis, aut uerſimili ſtatuentium uoluntate elici poſſit.

34 Prout in ſimili dicitur, quòd caſus omiſſus ille dici nequeat, ex cuius euentu ita Teſtatoris uoluntas elicitur, quemadmodùm ex euentu caſus expreſſi, *Craueit. conſ. 62. num 14. Decian. conſ. 1. num. 114. & ſeq. & num. 158. lib. 1. Menoch lib. 4 præſumpt 26. num. 16. Cardinal. Mantic. de coniect. ultim uolunt. lib. 5. tit. 13. num. 13. & lib. 6. tit. 14. num. 11. Rodoer. conſ. 18. num. 15. Capyc. Latr. conſult. 76. à num 14. uſque ad 34. Theſaur. deciſ. 270. num. 31. Afflict. dec. 141.* ibique *Vrſill. Capyc. deciſ. 69. num. 20. Franeb.*
35 *deciſ. 91. num. 24.* rectèque ualet argui à uoluntate Teſtatoris ad Statutum, *Bart. in l. 1. C. de his, quib. ut indign. & in l. omnium. Cod. de teſtam. Bald. in l. pen. Cod. de uerbor. ſignific. Roman. conſ. 299 num. 4. uerſ. quartò probatur, Alex. conſ. 97. ſub n. 3. circa fin. Altogr. conſil. 86. n. 26. lib. 1. Caneer. uar. part. 1. cap. 14. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt 366. num. 3. & conſil. 72. nu. 4. Card. Mantic. de coniect. ultim. uolunt. lib. 6. tit. 7 num. 5. Cyriac. contron. 451. num. 74. Ludouiſ. deciſ. 219 num. 2.*

36 His igitur firmatis, non aduerſantur Authoritates ex aduerſo allegatæ, ſignanter *Ludouiſ. dec. 5.* Nam loquitur ſuper Statuto Ducis Vrbini habente Rubricam generalem, quamuis in Nigro loquatur de dote data, & in hoc motiuo potiſſimùm ſe fundat deciſio, prout in *num. 1. & ſeq.* Ideòque potiùs retorquetur, quando, prout in præſentia, Statutum, tàm in Rubrica, quàm in Nigro non loquitur generaliter, & ſimpliciter de dote apta comprehendere, etiam dotem promiſſam; ſed potiùs de dotibus datis reſtituendis; quæ uerba excludunt dotem promiſſam, & non ſolutam, ex ſupra allegatis.

Vlteriùs in caſu eiuſdem deciſionis dos fuerat ſoluta per dationem in ſolutum nominis debitoris, ut *num. 3.* & demum interceſſerat mora debitoris, ut *num. 4. uſq. ad 7.*

37 Deciſio uerò eiuſdem *Ludouiſij 21.* præſupponit moram, ut *n. 4* & loquitur in terminis *Statuti Vrbis 131. lib. 1.* quod, cum deferat ſimpliciter lucrum, nulla habita diſtinctione dotis datæ, uel promiſſæ, de utroque eſt intelligendum, & in eiſdem terminis eiuſdem *Statuti Vrbis 131. lib. 1.* procedunt deducta per *Card. Cerrum dec. 67. Rot. in rec. dec. 25. p. 11. & dec. 357 p. 13.*

Prout de *Statuto Alenlano* ſimpliciter loquente de lucro dotis, eſt *dec. 72.* poſt *Fenzon. ad Statut. Vrb.*

38 Aliique Doctores congeſti per *Philippuc. in allegat. impreſſ. poſt cap. 31. Maſſin. de confiſcat. bonorum*, loquuntur, uel data mora in ſolutione dotis, in quibus terminis intelligendi *Bart. conſ. 132. num. 2. lib. 1. Bald. conſil. 467. in fin. lib. 4. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 298. num. 282. Gaill. obſeru. 79. num. 6. Cardin. Mantic de tacit. lib. 12. tit. 5. num. 15. Ludouiſ. deciſ. 5. n. 4.* aliique congeſti per *Altograd. conſ. 29.*
39 *num. 10. lib. 2.* Vel quando Statutum in Rubrica generaliter loquitur de dote, & in Nigro de dotibus datis; Vel, quando ex contex-
40 tu totius Statuti deprehenditur, ſtatuentes intellexiſſe, etiam de dotibus promiſſis; Vel
41 data probatione, quòd, communis uſus loquendi, tempore conditi ſtatuti, fuerit, ut dos promiſſa ueniat, etiam ſub nomine dotis datæ, in quo caſu procedunt deducta per *Roland. de lucro dot. quæſt. 6. num. 7. Gaill. dict. obſeru. 79. num. 5. Card. Maut. de tacit. lib. 9. tit. 5. num. 9. & 10. Boſſ. de dot. cap. 2. §. 1. num. 55. Peregrin. deciſ. 18 num. 15.* prout ſigillatim pleriſque Doctoribus per *Philippuc.* allegatis *num. 137. & ſeq.* optimè ſatisfacit *Altograd. dict. conſ. 29. à num. 47.* cum pluribus ſeqq. *lib. 2.* apud eumdem relegendis, ſignanter *Socein.*
42 *Iun. conſ. 35. lib. 1.* qui quàmuis loquatur in terminis Statuti Æſini, tamen impugnatur à *Phanuc. de lucro dot.* uerbo *reſtituenda nu. 33. & ſeq.* ut teſtatur *Altograd. d. conſ. 29. num. 50.* Neque eſt curandum de authoritate *Socein.* in conſilijs; cum idem in *Rubr. ff. ſolut. matrim. part. 1. num. 54.* examinans pro ueritate articulum non audeat determinare, ſed cogitandum relinquat.

43 Præterquàm quòd *Socein dict. conſ. 35. n. 12.* procedit cum erroneo ſuppoſito, quòd, nempè, Statutum ſit Iuri communi conforme, quod ex ſupra deductis *num. 10.* eſt omninò falſum, eidemque fundamento innititur *Philippuc.* loco proximè allegato, qui non conſiderando cæteras Statuti circumſtantias ex uer-

uerbis eiuſdem deductas prorsùs excluſiuas lucri in dote promiſſa, neque diſtinguendo caſus, in quibus authoritates allegatæ procedunt, ſatis indigeſtè loquitur innixus regulis generalibus. Quapropter non eſt audiendus, & ſingulis motiuis per ipſum adductis patent reſponſiones in præſenti diſputatione non repetendæ, ne prolixior reddatur.

Iuxta firmata fuit deciſum per Reuerendiſſimum Bulgarinum Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ Locumtenentem, articulo acerrimè diſcuſſo.

ARGVMENTVM.

*Statutum Vrbis lib.*1.*cap.*130. aliaque conſimilia Statuta demandantia, dotemà fratre conſtitui ſorori, qua ſine liberis decedente, ad ipſum fratrem dotantem, vel eius hæredes reuerti debeat, non procedunt, quoties ſoror dotata deceſſit cum teſtamento; Expenditur, & comprobatur ſingularis deciſio *Merlini* 32.

In Inſtrumẽto receptionis dotis inito cum ſponſo, ſi legatur conuenta dotis reſtitutio facienda Vxori, vel eius fratribus dotantibus, vel alijs, vel quibus de Iure veniat dos reſtituenda, non dicitur ſatisfactum Statutariç diſpoſitioni expoſceti expreſſam ſtipulationem ſuper dotis reſtitutione, quotics in Tabulis nuptialibus liberè fuit dos promiſſa ſorori, abſque vllo reuerſionis onere ad dotantem, & poſtmodùm ex interuallo in receptione dotis facta à Viro, inſcia, & non conſentiente eadem Vxore, conuẽta eiuſdem dotis reſtitutio eidem fratri dotanti facienda, eueniente obitu ſororis dotatæ ſine liberis.

Dos ab initio recipit naturam immutabilem, etiam ſi promiſſio fuerit nuda, cum fauore dotis habeatur pro veſtita, & efficaci ad obligandum, neque ex poſt facto poteſt alterari in præiudicium mulieris dotatæ, ſuorumque hæredum; licèt promiſſio ſit facta à Patre; Et an, & quando pacta alterantia dici debeãt appoſita ex interuallo, vel potiùs initio cõſtitutionis dotis virtualiter dicantur in eſſe.

Stipulatio ſuper dote reſtituenda mulieri, vel quibus de Iure reſtitui debet, quomodò intelligenda; Quidque ad hunc effectum operetur, ſi in ſtipulatione nomèn mulieris legatur præpoſitum cæteris alijs, ad quorum fauorem eſt conuenta dotis reſtitutio.

Reſtitutio in integrum, an, & quando per mulierem læſam ſit petenda intra quatriennnium à die completæ præſcriptionis.

Solutio, licèt iuſſu Iudicis facta à debitore, an, & quando dicatur vltronea, itaue ſoluens non dicatur liberatus.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio controuerſiæ in triplicem inſpectionem.*

2 Statutum Vrbis lib.1.cap.130. *aliaque conſimilia Statuta mandantia, dotem à fratre conſtitui ſorori, & iſta ſine liberis decedente, ad ipſum dotantem, uel eius hæredem reuerti debere, non procedit, quoties Mulier dotata cum teſtamento deceſſit.*

3 *Verbum* reuertatur, *utpotè commune, idem importat, ac uerbum* ſuccedat.

4 *Statutum prædictum* Vrbis lib.1.cap 130. *cum loquatur per uerbum* reuertatur, *intelligi debet, ut dos reuertatur ad fratres de proprijs bonis dotantes, ſi inſtituantur, uel ab inteſtato ſuccedant; non autem contra uoluntatem Mulieris cum teſtamento decedentis.*

5 *Expenditur ſingularis doctrina* Caſtrenſis *loquentis de conſimili Statuto utente eodem uerbo* reuertatur.

6 *Deciſio* Rotæ coram Merl.32. *ſuper hoc articulo, vtpotè innixa theoricæ* Caſtrenſis, *eſt magni facienda, dum præcipuè non allegatur authoritas contraria.*

7 *Statutum prædictum, vti exorbitans, eſt reſtringendum, adeòut procedat, prædecedente Vxore, non autem Viro.*

8 *Idem Statutum, vt locum habeat, neceſsè eſt, vt frater dotans expreſsè ſtipuletur, dotem ſibi reſtitui, nam alioquin cenſetur per fratrem ſorori donata.*

9 *In inſtrumento receptionis dotis inito cum ſponſo, ſi legatur conuenta dotis reſtitutio facienda mulieri, vel eius fratribus, vel quibus de iure venit reſtituenda, an dicatur ſatisfactum Statuto expoſcenti expreſſam ſtipulationem ſuper reſtitutione dotis eidem fratri facienda.*

10 *Dos, ſi ab initio fuit liberè per fratrem conſtituta ſorori abſque vllo onere reuerſionis ad dotantẽ, non poteſt ex interuallo in dotis receptione facta à Viro conueniri dotis reſtitutio eidem fratri facienda, inſcia Vxore,* & num.15.

11 *Dos initio conſtitutionis recipit ſuam immutabilem naturam ex interuallo non alterabilem.*

12 *Expenduntur nonnulla Iura id apertè comprobantia.*

13 *Pactum reuerſiuum ad fratrem, ſine extraneum dotantem interuenire debet promiſſionis tempore, ſi à promiſſione Dos habuit initium, vel* tem-

tempore traditionis, ſi cæptum eſt à traditione.
24 *Idque, etiam procedit in Patre dotante.*
25 *In Tabulis nuptialibus, ſi ſolùm legatur ſimpliciter conſtituta Dos, & promiſſa mulieri, non valet ex interuallo paciſci de dote reſtituenda, in præiudicium mulieris inſciæ, ſuorumque hæredum.*
Secus aſſerendum, vel quando pactum fuit ab ipſa muliere dotata adiectum, præſente fratre, num.ſeq.
Vel quando dos non eſt promiſſa ab extraneo, ſed à Patre, et de ratione diſeriminis, inter unū caſum, et alterum. ibid.num ſeq.
26 *Idque procedit, etiam in nuda promiſſione, cum ex peculiari dotis priuilegio habeatur pro veſtita, & ad agendum efficaci.*
27 *Pactum ſuper dotis reſtitutione, licèt ex interuallo in inſtrumento dotali appoſitum, quando dici non debeat incontinenti adiectum, ſtante præambula conuentione dotis ſimpliciter promiſſæ.*
18 *Quidue aſſerendum, quoties ab initio in Tabulis nuptialibus fuit ſimpliciter promiſſa, vel conſtituta dos, cum pactis tamen in inſtrumento dotali exprimendis.*
29 *Pactum prædictum, an dicatur appoſitum ex interuallo, quoties legitur adiectum poſt capitula matrimonialia, & conſtitutam dotem, occaſione ſponſalium de futuro.*
20 *Præſumptio donationis dotis ſimpliciter conſtitutæ à fratre ad fauorem ſororis reſultat, quoties ex interuallo conuenitur dotis reſtitutio facienda eidem ſorori, vel eius fratri, aut alijs, quibus de Iure veniat reſtituenda, præpoſito nomine ſororis eidem fratri, vel alijs.*
21 *Vel in omnem caſum huiuſmodi forma ſtipulandi, vtpotè præſuppoſitiua, eſt intelligenda diſcretiuè, vt, ſcilicèt, quando ſibi locum vindicat diſpoſitio ſtatutaria, cenſeatur dotis reſtitutio ſtipulata pro fratribus.*
22 *Stipulatio ſuper dotis reſtitutione facienda, quibus de Iure, & ex forma ſtatuti fieri debet, quomodò intelligenda, & an huiuſmodi ſtipulatio inanis dici debeat.*
23 *Solutio, licèt iuſſu Iudicis facta à debitore, dicitur vltronea, neque ſoluentem liberat, quoties non præceſſit, non ſolùm denunciatio creditori facienda, ſed etiam contradictio debitoris, qua non obſtante, Iudex mandauerit, vt ſoluat.*
24 *Idque, etiam procedit in ſoluente, vel reſtituente dotem; Iudice ita mandante.*
25 *Idemque dicitur in ſequeſtratario.*
26 *Non dicitur coactus facere, cui Iudex iubet, niſi ille iubenti reſiſtat, et dicat, ſe non teneri hoc facere.*
27 *Imò in aliquorum ſententia requiritur appellatio.*
28 *Solutio facta vigore colluſiuæ ſententiæ non liberat ſoluentem, ſtante mala fide, quæ impedit de Iure cononico quamcumque præſcriptionem,* & num.29. & 30.
31 *Præſcriptio potiſſimùm innititur negligentiæ agere debentis, & ſcientiæ Iuris agendi, adeòut præſumatur ignorantia,* & num.ſeq.
33 *Mulieri, ſtante ignorantia, competit reſtitutio aduersùs præſcriptionem 30. vel 40. annorum.*
34 *Reſtitutio eſt petenda intra quadriennium à die completæ præſcriptionis, quoties concurrit poſitiua ſcientia in eo, qui præſcriptionem eſt paſſus.*
35 *Præſcriptio 40. annorum requiritur ad præſcribendum debitum continens obligationem Cameralem, ſub qua includitur Iuramentum.*
36 *Solutionis certus modus inſubſiſtens, quoties allegatur, fruſtrà recurritur ad iniquiſſimum præſcriptionis præſidium.*
37 *Titulo inſufficienti exibito, ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, quia melior præſumitur exibitus.*

CAPVT CXV.

PRÆSENS controuerſia circa triplicem verſatur inſpectionem.

1 Primò, an dos à fratribus conſtituta, & promiſſa Franciſcæ ſorori ſubiaceat diſpoſitioni *Statuti Vrbis cap.130.lib.1* mandantis dotem á fratre conſtitutam ſorori, & iſta ſine filijs moriente, ad ipſum dotantem, vel eius hæredem reuerti debere; adeòut eadem ſoror dotata in fratrum præiudicium non valuerit teſtari ad fauorem Mariæ hæredis ſubſtitutæ poſt mortem Sigiſmundi Scacciæ eius Viri celebris Iuriſconſulti, ob eius ſcripta ſatis commendanda Typis tradita.

Secundò, an obſtet ſententia ſuper pertinentia dotis ad eoſdem fratres, quibus per Sigiſmundum Virum fuit dos reſtituta.

Tertió tandem, an aſſociatio ab hac parte petita, tám vigore clauſulæ conſtituti, quàm etiam pacti de capienda poſſeſſione propria authoritate elidatur ex præſcriptionis beneficio.

Exordiendo igitur á prima inſpectione, dos conſtituta Franciſcæ à fratribus, etiam ex proprijs bonis dotantibus, nullo Iure diſpoſitioni ſubiacet ſtatutariæ.

2 Tum quia Statutum non procedit, quando (prout in themate, de quo eſt ſermo) mulier dotata cum teſtamento deceſſit, ut in ſpecie dicti Statuti *Galganet.* ibidem *in fin. Merlin. deciſ.32. num.15.*

3 Idque ea potiſſimùm ratione, cui prædicta ſingularis deciſio *Merlin.* innititur; Cū enim Statutū loquatur per uerbū, *reuertatur*, quod, utpotè commune idem præſefert, ac uerbum *ſuccedat, Bart. in l. Centurio num.53. & ſeq. ff. de vulgar. Tiraquell. in l. ſi vnquàm,* uerbo *reuertatur num.6. & ſeqq. Cod. de re uoc. donat. Odd. de compendioſ. part.4. quæſt.2. art.1.* in uerbo *remaneat, Sim. de Petr. de interpret. vlt. voluntat. lib.3. interpret.2. dub.1. ſolut.4. ſub num.2. Rebuff. in l.94.* in uerbo *reuerti, ff. de verbor. ſignificat. Card. Caualer. deciſ.34. num.3. Rot. in rec. deciſ.710. num.4. part.1. & dec.157. p.4. tom.2.*
4 intelligendum eſt, quód dos reuertatur ad fratres de proprijs bonis dotantes; ſi, nempè, inſtituantur, uel ab inteſtato ſuccedanti non autem contra uoluntatem Mulieris cum te-
5 ſtamento decedentis, iuxta receptam, ſingularemque theoricàm *Caſtr.* loquentis de con-

ſimi-

ſimili Statuto utente eodem uerbo reuertatur
in l.ſi cum dotem num.11.ff.ſolut.matrimon.&
conſ.82.Iuſin.lib.1. quam in ſpecie ſimilium
Statutorum ſectantur latiſſimè Honded. conſ.
16.num.14.& pluribus ſeqq.lib.2.Oſaſch.deciſ.
20.num.3.& ſeqq.Theſaur.dec.34.num.2. be-
nè Rot.in rec.dec.710.num.4.part.1.& in Æſi-
na dotis 1.Iunij 1595. coram Card.Blanchetto,
6 cui ueriſſimæ theoricę Caſtr. cum ſit innixa
dict. deciſ. Merlin. meritò eidem eſt omninò
ſtandum, licèt motiuum fuerit excitatum
ab aliquibus ex Reuerendiſſimis Rotæ Audi-
toribus, præcipuè, quia ex aduerſo non alle-
gatur contraria authoritas, prout ingenuè
fatetur Card.de Luca de dote diſc.101. num.7.
verſ.quamuis, licèt in contraria ſententia
reſideat ibidem num.4.& pluribus ſeqq.
7 Multòque magis concluſio per Rotam fir-
mata eſt amplectenda, quia prædictum Sta-
tutum eſt reſtringendum, utpotè exorbitans
à Iuris communis diſpoſitione, iuxta quod
dos non reuertitur ad extraneum dotantem,
qualis dici debet quiſquis non habet dotan-
dam in poteſtate, l.vnic. §.accedit, & §.extra-
neum, Cod.de rei vxor.act.Socein.conſ.291.nu.
11.& ſeq.lib.2.Honded.conſ.71.n.79.& ſeqq.
lib.1.Fontanell.de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gl.
10.part.1 num.7.Marcian.Iun.diſput.39.nu.3.
lib.1. Cardin.de Luca de dot.diſc.155.num.20.
ubi, quòd frater dici debeat extraneus, quo-
ties ab eodem ſoror non dotatur de paragio,
uel ex neceſſitate oriente Iure actionis; adeò
ut Rota penes Gratian.diſcept.769.n.83.& ſeq.
dixerit, illud procedere, prędecedente Vxore,
non autem Viro.
8 Tum etiam, quia, ad hoc, ut ſit locus di-
ſpoſitioni eiuſdem ſtatuti, perneceſsè requi-
ritur, ut fratres dotantes initio promiſſionis
dotis expreſſis uerbis ſtipulentur, illam ſibi
reſtitui, ut apertè cauetur in eodem Statuto,
ibi: & ſic ſtipulari debeat, ibique Fenzon.lit.D.
& aduertit Rot.coram Merlin.dict.dec.32.num.
14.in fin.verſic.nec dicti Statuti. Nam alioquin
eſt præſumendum, fratres ſorori dotem de-
diſſe animo donandi, l.vnica, § accedit, C.de
rei vxor.act.l.ſi dotem, Cod.de Iur.dot.& in ſpe-
cie fratris dotantis tradit Bald.in l.fin. nu.18.
Cod.de dot.promiſſ. Soccin.Sen.conſ.291.n.11.
verſic.ad tertiam rationem, & ſeq. lib.2. latè
Honded.conſil.91.num.80. & ſeqq. lib.1. Surd.
de alim.tit.6.quæſt.1.num.21.Gregor.Lopez in
l.8.tit.11.gloſ.1.Menoch.de arbitr.caſ.88.n.36.
& lib.3. præſumpt.31. num.1. & ſeq. Merlin.
dict.dec.32.num.14.Bich.dec.41.nu.1.& trib.
ſeqq.Rot.in rec.dec.299.n.9.p.6.
Neque meretur attendi, quòd in inſtrumē-
to receptionis dotis inito cum ſponſo legatur
9 conuenta dotis reſtitutio facienda Franci-
ſcæ, uel eiſdem fratribus, aut alijs cui, uel qui-
bus de Iure ueniet reſtituenda; atque adeò,
cum Statutum mandet, dotem reuerti ad fra-
trem, ita uideatur pro eo expreſsè ſtipulatū
eſſe, l.cum maritus, §.fin.ff.de pact. Cacheran.
dec.20.n.6.Sanfelic.dec.128.
10 Siquidem, cum in apoca, & capitulis matri-
monialibus ſubſcriptis fuerit per fratres con-
ſtituta, & promiſſa dos liberè, & abſque ul-
lo prorsùs pacto reuerſionis ad dotātes, nul-
lo modo potuit poſt duos annos, matrimo-
nio iam conſumato, ex interuallo conuenirī
in dotis receptione cum Viro eiuſdem dotis
reſtitutio facienda ipſis fratribus dotātibus
ſe habentibus ex ſupra firmatis, tamquàm
extraneis, inſcia, & non conſentiente ſoro-
re, cui in uim promiſſionis dotis liberè, &
ſimpliciter factæ in capitulis matrimoniali-
bus fuerat quæſitum Ius perfectum, & inal-
11 terabile; Dos enim ex initio conſtitutionis
recipit ſuam naturam immutabilem, quæ ex
interuallo non poteſt alterari, prout ſunt iu-
ra apertiſſima in l.vnic. §.accedit, Cod.de rei
vxor.act. ibi: Si quando enim extraneus dotem
dabat nulla ſtipulatione, vel pacto, & inferiùs
ibi: Sed, ſi non ſpecialiter extraneus dotem
12 dando in ſuam perſonam ſtipulatus ſit, vel
pactum fecerit, ibique optima gloſ.uerbo fece-
rit, Bald.num.2. Alberic.num.25. Saliect.n.39.
l.ſi dotem, Cod.de Iur.dot. ibi: Vobis inconti-
nenti pacto, uel ſtipulatione proſpexiſtis, & in
l.ex morte in fin.C.de pact.conuen. ibi: Niſi for-
tè is, qui eam obtulerit, ſtatim (ideſt tempore
oblationis, ſeu promiſſionis) ſtipulatus, uel pa-
ctus ſit, ut ſibi dos prædicta reddatur, ibique
gloſ.uerbo oblationis explicat, quando ante
matrimonium fuit dos oblata, l.ob res, §.ſi
extraneus, ff de pact.dotalib.& optimè in præ-
ciſis terminis firmant Barboſ.in l.1 part.4. nu.
136.ff.ſolut.matrim.Bald.conſ.179. in princip.
lib.2.Surd.conſ.255.num.10. et 23. uol.2. ubi,
13 quòd pactum reuerſionis interuenire debeat,
tempore promiſſionis, ſi à promiſſione dos
habuit initium, uel tempore traditionis, ſi
cœptum eſt à traditione, & conſ.113. num.1.
et ſeqq.lib.1.Io: Franc.de Ponte conſ.9.num.33.
lib.1. benè iuxta morem aduertens, quòd dos
ex ipſa conſtitutione recipiat naturam ſuam
immutabilem, itaut ex interuallo poſteà non
poſſit immutari, aut alterari, Gabr.conſil.
58. num 4. lib.1. ubi in fortioribus terminis
14 de Patre ex interuallo poſt contractum ma-
trimonium ſibi dotem reſtitui ſtipulante,
Campeg.de dot.part.3.quæſt.138.Card.Mantic.
de tacit.lib.12.tit.31.num.10.et ſeqq. Petr.de
Rauenn. ſing.165. latè, pluribus congeſtis,
Amat. reſolut.64. numer.1. Fontanell.de pact.
nuptial. clauſ.5. gloſ. 10. part. 1. num 5. et
ſeq. Molin de rit.nuptial.in prælud.lib.3 num.4.
et ſeqq.Molfeſ.ad Conſuet.Neapolit. part.6.q.2.
num.19.et ſeqq.Staiban.Iun.reſol.3.nu.18.lib.1.
de Georg.alleg.26.num.1.Bald.nouell.de dot.p.3.
priuil.11.num.9.limit.4.Boſſ.de dot. cap.3. num.
125.Cardin.de Luca de dot.diſc.155. num.20.

Prat.

Prat.diſcept.12.num.83.et diſcept.36.num.37. Rot.coram Cardin.Millin.dec.213.n.2. Franch. decif.196. ibique *de Luca, Sanfelic. decif.128. Maſtrill.dec.74.* Et in pręciſis terminis, quòd,
15 ſi in Apoca matrimoniali nulla ſit appoſita conditio, ſeu ſtipulatio, ſed solùm, prout in præſentia, ſit ſimpliciter conſtituta, promiſſaque dos ad ſauorem Mulieris, non ualeat ex interuallo in inſtrumento paciſci de dote reſtituenda in præiudicium ipſius mulieris, cui liberè fuit dos quæſita, abſque ullo reſtituendi onere, optimè *Gratian.* loquens in ſpecie dicti Statuti Vrbis, *diſcept.769.num.9. et ſeq. et num.75. uerſ.in huiuſmodi, et trib.ſeqq.* qui
16 teſtatur, ita per *Rotam* ſuiſſe deciſum, ſubdens id procedere, etiam ſi promiſſio facta in Apoca matrimoniali fuerit nuda, cum ex peculiari dotis priuilegio, de quo in *l.exactionem, Cod.de dot.promiſſ.* habeatur pro ueſtita, atque adeò ad agendum efficaci. Quidquid fortaſsè ſecus ſit aſſerẽdum: Vel quando pactum ab ipſa muliere fuit appoſitum, fratre præſente, in quibus terminis procedit *text.in l.cũ maritus,§.fin. ff.de pact.dotal.* & loquuntur *Paſchal. de patr.poteſt. part.2. cap.6. num.15.et ſeq.* latè *Staiban.Iun reſol.111.lib.2 Marcian.Iun.diſput.39.lib.1.* in dubium reuocantes ſupradictam deciſionem *Franch.196.* Vel quando dos eſt promiſſa, uel cõſtituta nõ ab extraneo, ſed à Patre; tunc enim non uidetur agi de magno filię præiudicio; cum Pater iterum dotare compellatur, quod non procedit in extraneo dotãte, prout hanc diſcriminis rationem, inter unum caſum, & alterum rectè affert, *Barboſ.in l.ſi eum dotem, num.16 ff.ſolut.matrimon.Boſſ.de dot.cap.3.nu. 125.propè fin.uerſ.nam ratio differentiæ.*

Prædicta uerò omnia eò libentiùs amplectenda in themate, de quo eſt ſermo; in dicta enim Apoca matrimoniali nullibi legitur cõuenta Inſtrumenti celebratio pro ſubſtantia,
17 & perfectione conuentionis, ſed potiùs, ut ibidem ſpecificè exprimitur (quod aduertendum rogo) pro maiori ſolemnitate, meliorique probatione, cum pactis, & conditionibus in eo exprimendis; Quo caſu pactum ſuper dotis reſtitutione, etiam ex interuallo in inſtrumento dotali appoſitum dici non debet incontinenti adiectum, ſtante pręambula dotis conuentione ſimpliciter promiſſę, prout in ſpecie benè aduertit *Card.de Luca de dote dict.diſc.155.num.11.* rectèque conferunt deducta per *Gloſ.* communi Interpretum ſenſu receptam in *l.contractus,* verbo *in ſcriptis, verſic.ſecus ſi à principio, Cod.de fid.inſtrum. Theſaur.decif.197. Magon.decif.Florent.135. num. 14.& decif.Lucenſ 95. num.19. Caſtill.lib.3. controu.cap.26.num.3.& ſeqq.Rot.in recent.deciſ.353.n.3.part.9.tom.2.*
18 Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quoties ab initio in Tabulis nuptialibus fuit ſimpliciter promiſſa, vel conſtituta dos, cum pactis tamen in inſtrumento dotali exprimendis, cum tunc, quod ex interuallo factum eſt in celebratione inſtrumenti ex cõuẽtione pręambula à principio factum cenſeatur, *Ancaran. conſ. 7.num.3.& ſeq.verſ.non obſtat, quòd declaratio, Gabr.conſ.58 num.13.& ſeq.lib.1.* & in his terminis benè procedunt deducta per *Amat.reſolut.64.num.2.Cardin.de Luca de dot.dicap.155.num.11.Cardinal.Millin.deciſion.213. num.2.*

Sed fortiùs, quia conuentio ſuper dote fratribus reſtituenda fuit ſtipulata in inſtrumento receptionis ferè poſt duos annos elapſos à die contracti matrimonij, quibus ſtantibus, abſque dubio pactum dicitur appoſitum ex interuallo, *Gabr.conſ.58.num.4.lib.1.* alijque ſuperiùs allegati.
19 Licèt fortaſsè de hoc dubitari valeat, ſi dictum pactum fuiſſet appoſitum poſt capitula matrimonialia, conſtitutamque dotem occaſione ſponſalium de futuro ante contractum matrimonium, in quibus terminis, cum dotis conſtitutio dici debeat adhuc conditionalis, vel imperfecta, videtur capax pacti, vel oneris omiſſi, neque in aliquorum ſententia illud dicitur adiectum ex interuallo, ſed potiùs incontinenti, prout per *text. in l.quoties in fin. ff.ſolut.matrim.* poſt *Bald.in l.legem, nu.2.verſic.alia lex dicit, Cod.de pact. DD.in l.poſt dotem,* vbi ſignãter *Bologn.n.41.ff.ſolut.matrim. Butrig.in tract.de dot.n.6.Odofred.de dot.reſtit. n.5.*tradunt *Amat.d.reſol.64.n.3.Merlin.de legit.lib.3.tit.1.quæſt.9.num.19.Rot.in rec.deciſ. 381 num.3. part.2.* & admittit *Card.de Luca de dot.dict diſc.155.num.11.verſ.dicitur etiam* benè aduertens, quòd huiuſmodi declaratio procedere poſſit potiùs de æquitate, quàm de ſtricta Iuris cenſura; cum enim conditio non ſit poteſtatiua, ſed caſualis, vel mixta, ſubſequens matrimonij purificatio operari debet retrotractionem ad diem dotis conſtitutæ, itaut actus exindè dicatur perfectus, iuxta vulgata Iuris principia.
20 His omnibus accedit, quòd ex dicta ſtipulatione ex interuallo inita in inſtrumento receptionis ſuper reſtitutione dotis eidem Franciſcæ, vel eius fratribus, aut alijs, cui, vel quibus de Iure reſtituenda veniet, vel dici non valet ſublata præſumptio dictæ donationis; cum enim fuerit appoſitum nomen Franciſcæ, imò etiam illud legatur primo loco expreſſum, illi, ſuiſque hæredibus reſtituenda fuiſſet, atque adeò illi cenſetur donata, iuxta *text.in l.Caius 46.ad fin. ff.ſolut.matrimon.* vbi *Bart.& Caſtr.* vterque *num.5.* cæterique Interpretes, *Gabr.conſ.58.num.15.& ſeq.& nu.48. ad med. verſ.item ex ratione, lib.1.* optimè *Spad.conſ.173.num.9.& ſeqq.lib.3.* vbi in ſpecie de reſtitutione dotis facienda mulieri, ſeu ipſius matri, patruo, & eorum hæredibus,

ſeu illi, vel illis, cui, vel quibus Ius, vel caſus dederit, Bald.nouell. de dot. part.6. priuil.26. num.27.& ſeq.

Precipuè, quia nomen mulieris in teſtituenda dote præponitur nomini fratrum dotantium, prout ſingulariter Bald.in dict.l.Caius, verſ.3.ff.ſolut.matrim. Bald. nouell.de dot. part.6.priuil.28.ſub num.2.verſ.ſi autem ſtipulator, Spad.dict.conſ.173.nu.10.& ſeqq. lib.3. & admittit Cardin.Millin.deciſ.177. numer.1. & ſeq.

21 Vel in omnem caſum prędicta formula alterationem non parit, ſed potiùs vti præſuppoſitiua, atque adeò nullam inducens diſpoſitionem, eſt intelligenda diſcretiuè, & in ſuis caſibus, ſingula ſingulis congruè referendo, prout, inſpecta Iuris diſpoſitione fieri debet, l.quoties, Cod.famil.erciſc. Dec.conſ.186. num.4. verſ.quartò conſiderandum, & conſil. 646.in fin.Ludouiſ.dec.297.num.9. vt, ſcilicet, quando ſibi locum vindicat ſtatutaria diſpoſitio, cenſeatur etiam ſtipulata pro fratribus, qui pro dotis recuperatione in ſuo caſu huiuſmodi ſtipulatione iuuari poſſint, vt in ſpecie expendit Card.de Luca de dot.diſc.101.n.8.

22 vbi in fortioribus terminis de dotis reſtitutione facienda, quibus de Iure, & ex forma Statuti erit teſtituenda, Spad.conſ.173.nu.9. lib.3.Dunozett.Iun.dec.528.num.32.verſ.denique, & ſeq. vbi, quòd ſtipulatio perindè habeatur, ac ſi non fuiſſet inita; rectèque conferũt in proximis terminis firmata per Alex. conſ.139.num.3.verſ.primò quia, lib.2. Crauett. conſil.543.num.6.Gabriel.conſ.58.num.16. & 48.ad med.verſ.item ea ratione, lib.1.

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, abſque dubio Sigiſmundus Vir dictæ Franciſcæ non fuit conſequutus liberationem reſtituendo dotem Marco Antonio fratri eiuſdem Franciſcæ in vim ſententiarum conformium.

Tum, quia ad effectum, de quo agitur, pro conſequenda liberatione non ſufficit, neque ſuffragatur ſimplex Iudicis iuſſus; ſed viterius

23 præcisè requiritur, non ſolùm denunciatio vero creditori facienda, ad hoc, ut veniat ad ſe defendendum; ſed etiam contradictio debitoris, qua non attenta, nihilòminus Iudex præcipiat, vt ſoluat; nãm alioquin ſolutio dicitur ſpontanea, neque ſoluentem liberat, l.ait prætor, §.permittitur, ibi: Si allegans minorem eſſe, compulſus ſit, ff.de minor. ibique gloſ.verbo imputandum, Bart.num.2.dicit perpetuò menti tenendũ Bald.in l.qui falſus, n 30. & ſeq. Cod.de furt. & eſt recepta theorica Caſtr.in l.2.num.7.in fin.princip.ff.de Iudic. aſſerens, quòd ſit perpetuó notandum, quam ſequuntur Ruin.conſ.147.ad fin.num.16. lib.1. Menoch. conſ.68. num.12. vſque ad 15. & de arbitr.caſ.137.num.13.Gratian cap 485. nu.5. & ſeqq.& 906.num.2.& ſeq.& 704. num.37. & ſeq.Guttier.pract.quæſt.lib.1.cap 81.nu.11. vſque ad 16.Theſaur.Iun.quæſt.for.54. num.5. circa med.lib.2.latè Staiban.Iun.reſol.19.num. 29.& ſeqq.& reſ.26.num.1.& ſeqq.lib.1. Roſa conſult.25.num.4. & ſeq. Afflict. deciſ.150. num.21. Romit.dec.13.num.18. Pen.dec.1062.

24 num. 3.Card.Seraphin.dec.1019.num.4 & in ſpecialibus terminis dotis ſolutę iuſſu Iudicis, Rot.in rec.dec.298.num.2.& dec.345. num.3. et ſeq.part.1.

25 Prout idem dicitur in ſequeſtratario, qui non debet ſtatim iuſſu Iudicis ſoluere, ſed tenetur ſe opponere, ad hoc, vt ſolutio eum liberet, neque vltronea dicatur, Bart.in l.creditor, ff.de ſolution. Gratian. cap.704. num.37. Staiban.Iun.dict.reſolut.19.num.30.Rot.Ian.de-

26 ciſ.33. num.6. Non enim dicitur coactus facere, cui Iudex iubet, niſi ille iubenti reſiſtat & dicat ſe non teneri hoc facere, Caſtr.in l.2. §.conſeutiſſe, ff.de Iudic.Afflict.dec.150. nu.24.

27 Quinimò in aliquorum ſententia tenetur etiã appellare, cum non ſufficiat contradictio abſque appellatione, vt ſoluens liberetur, præcedente Iudicis mandato, Angel.in l.2.nu.11. in fin.ff.de appellat.recip.Aym.conſil.1.pro genero, nu.273.ante med.Gratian.cap.704.n.38. Staiban.Iun.d.reſol.19.num.33.lib.1.

Tum etiam, quia ſententiæ colluſiuè emanarunt, inter Sigiſmundum, & Marcum Antonium, ideòque ex prædicta ſolutione nullum potuit inferri præiudicium Mariæ hęredi Franciſcæ, quæ, ſi à Sigiſmundo fuiſſet in Iudicium vocata, vtique oppoſuiſſet exceptiones ſibi de Iure competentes pro excludenda prætenſa dotis reſtitutione, quas non ignorabat idem Sigiſmundus, vtporè egregius Iuriſconſultus, l.1.Cod.de colluſ.Peregr.conſ.24. num 20.lib.1.Fab.de Anu. conſ.104. Io:Andr. de Georg.alleg.36. Cardinal.Seraphin.dec.763. num.9.

Tandem, quò ad tertium articulum præſcriptionis, illa excluditur ex quatuor potiſſimum rationibus, omiſſis alijs.

28 Primò, quia, ſtante prædicta colluſione, abſque dubio reſultat mala fides, Io:Andr.in Rubr.de colluſ.deteg.num.2.quæ, inſpecto Iure

29 Canonico, quamcumque impedit pręſcriptionem, cap.fin. de præſcript.in 6.cap.poſſeſſor. de reg.Iur.in 6.

Secundò, quia, cum Maria nullam habuerit ſcientiam de hæreditate Franciſcæ ſibi delata, vel non vindicat ſibi locum præſcriptio,

31 quæ potiſſimum negligentiæ agere debentis, ſcientiæque Iuris agendi innititur, Sichard. in l.in rebus, §.omnis num.5.verſ ex quo infert, Cod.de Iur.dot.Aym conſ.201. num.29. Viſill. ad Afflict.deciſ.239.nu.3. Cyriac.contron.321. num.71.Spad.conſ.342.num.12.lib.3. cruditus Caſtald.conſult.8.num.15 Epiſcop.Thomat.deciſ.26.num.29. Rot.in rec.deciſ.573. num.1. et 538.in fin.p.3.ubi, quòd ignorantia pręſumatur, Card.Ottbob.dec.51.n.3.

Vel

33 Vel in omnem caſum competit mulieri reſtitutio in integrum, etiam aduersùs prçſcriptionem triginta, uel quadraginta annorum, iuxta ueriorem ſententiam, de qua, omiſſis alijs, *Barboſ.in l.ſicut num.309.et ſeq.C.de praſcript.Caſtr.conſ.30.num.17.lib.3. Alex.conſil.40.num.7.lib.6.Soccin.Iun.conſ.128.num.136.lib.1.Io: Franc. de Ponte conſ.48.num.6.lib.1. Honded.conſ.38.num.18. et ſeqq. lib.2. Rouit.conſ.40.num.11.lib.2. Anus ſing.451. Cyriac.controu.329.num.77.Vela diſſert.8. num.35. et ſeqq. Theſaur.dec.134.Afflict.deciſ.38.et 329.num 5.Raudenſ.dec.Piſan.12.num.52.et ſeq.p.1 Cardin.Otthobon.deciſ.173.num.10.Card.Celſ.dec.63.num.12.*

Neque dicta reſtitutio eſt petenda intra quadriennium á die completæ prçſcriptionis;
34 Concluſio enim eſt intelligenda, concurrente poſitiua ſcientia ſui Iuris in eo, qui prçſcriptionem fuit paſſus; Nam cum hoc quadriennium ſit utile, non autem continuum, currere tantùmmodò incipit à die ſcientiæ, prout per *text.in l.fin.Cod de temp. in integr.reſtit.* originaliter dixit *Bald. in l.falſam num.3.* aſſerens menti tenendum, *Cod ſi ex falſ.inſtrum* Caſtr. *in l.fin.*Cod.*de dol. Iaſ.in Auth. quas actiones, ſub num.35.*Cod.*de ſacroſ. Eccleſ. Soccin.Sen.in l.filius fam.§.diui,num 141.ff.de leg 1.Abb in cap 1.num.12.*ibique *Felin.num.9.de praſcript. Balb de præſcript.part.4. quaſt.29. num.10. et part.6.num.28.Crauett.de antiquit.tempor.p.4. §.materia,num.45.Alex.conſil.32. in fin.lib.1. et conſ.4.num.19.in fin.lib.2.et conſ.113. num.116.lib.2.*ubi etiam ſi centum effluxerint anni, *Soccin.Iun.conſil.76. num.31. lib.1. Epiſc. Sperell.dec.135.num.143.et ſeq.vol.2.* Capyc. *dec.4.num.25.Peregrin.dec.40.num.2 Boer.dec.39.num.4.Rot.in rec.dec.3.num.2.p.3.* ibique *Rubens in annot.n.91.et ſeq.*

Tertiò, quia, cum agatur de dote debita à Sigiſmundo ſub Camerali obligatione, & Iu-
35 ramento, requiritur lapſus quadraginta annorum ad illius præſcriptionem, qui ab obitu eiuſdem Sigiſmundi non ſunt decurſi, *l.nam et poſteà § ſi is qui temporali,*ubi *Bart.et* Caſtr. *ff.de Iur.Iur.Crauett.conſ.71 num.2.*Buratt.*deciſ.457.num.1.Rot.in rec.dec.373.num.11. p.9. tom.2.*& poſt *Zacch.de oblig.* Camer.*dec.190. num.23.*& frequenter in alijs.

36 Quartò tandem ſublata remanet quælibet difficultas, quia, cum ex aduerſo allegetur certus modus ſolutionis dotis ex ſupra firmatis inſubſiſtens, fruſtrà ex aduerſo recurritur ad iniquiſſimum præſcriptionis præſidium, ut in terminis Crauett.*conſ.290 ſub nu.6 verſ. quia talis titulus*, reddens rationem, quia túc ceſſat præſumptio reſultans ex tempore, *Pariſ.conſil.27.num.119.et conſ.114.num.11. lib.1.Caſtr.conſ.423. num.2. verſ.quia loquuntur, lib.2.Honded.conſil.82.num.49. lib.1. Gratian. diſcept.441.num.17.*benè *Rot.dec.44.num.9. et Epiſcop.Rocca Vol.II,* *ſeqq.poſt Merlin. de pignor.* repetita coram *Bichio deciſ.50. num.10.* Sicuti in ſimili dici-
37 mus, quòd, exhibito titulo inſufficiēti, ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, quia melior præſumitur exhibitus, *Pariſ.conſil.21. num.19.lib.1.Mareſc.var.lib.1.cap.13.num.5. et ſeqq.Crauett.conſ.134.ſub num.44. verſ.pro hoc facit. Lotter.de re benefic. lib 2. quæſt.46. num.31. Rot.diuerſ.deciſ.731.num.19 part.1. Buratt.deciſ.846.num.2.* ibique *Add.ſub nu.4. Put.deciſ.239. num.1. et ſeq. lib.3. in correct. Ludouiſ.dec.353.num.13.* ibique *Add.num.19. et deciſ.467.num.7.Bich.deciſ.50.num.11. Duran.deciſ.285.num.148.Archiepiſc.Royas dec.99.num.11.*

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Sixtina dotium moderatoria non vindicat ſibi locum, quando Matrimonium fuit à Ciue Romano extra Vrbem cum muliere Forenſi contractum.

Statuta circa ſolemnia adhibenda in contractibus mulierum, vel Eccleſiæ non procedunt, quando acquirunt, & vtiliter contrahunt.

Mulier Forenſis, an, & quando acquirat incolatum, & domicilium in Viri Ciuitate.

Fructus ex pignore dotali percepti, an, & quando debeantur mulieri, etiam abſque interpellatione: Et ex quibus eadem interpellatio ſit præſumenda.

SVMMARIVM.

1 Conſtitutio Sixtina *ſuper reductione dotium non habet locum, quando matrimonium fuit à Ciue Romano extra Vrbem contractum cum muliere Forenſi.*

Aſſertur ratio eiuſdem Conſtitutionis, ne Ciues Romani ob dotes exceſſiuas depauperentur.

2 *Inducta in fauorem non debent in odium retorqueri.*

3 *Ciuis Romanus, ſi non poſſet nubere cum muliere Forenſi pinguiorem dotem recipiendo,* Conſtitutio Sixtina *in eius odium retorqueretur.*

4 *Statuta circa ſolemnia adhibenda in contractibus mulierum, vel minorum, non habent locum, quando ipſi acquirunt, vel vtiliter contrahunt.*

Secus aſſerendum in alienatione rei Eccleſiaſticæ, in qua copulatiuè requiritur vtilitas, & ſolemnitas.

Reprobatur contraria ſententia.

5 *Statutum prohibens, quòd Vir non poſſit legare Vxori, & è contra, non capit Vxorem Forenſem legantem marito ſubdito.*

6 *Principes ſummoperè gaudent, quando ipſorum ſubditi diuitijs affluunt ob ampliores dotes ab alienigenis receptas.*

7 *Incolatus, & domicilium in aliquo loco non contrahitur ex ſola exiſtentia bonorum ibidem, niſi etiam concurrat animus in eodem loco permanendi.*

8 *Mulier, an contrahat domicilium in Ciuitate Viri, quoties habitatio eſt coacta, vt maritalibus inſeruiat obſequijs.*

9 *Mulier Forenſis efficitur de domicilio, ac Ciuitate ſui Viri, &* num. ſeqq.

10 *Expenditur* Virgilii *locus.*

Vxorem ducere, *quæ formula apud antiquos.*

11 *Intellige concluſionem, de qua ſupra* num. 9. *circa iudicialia, & ea, quæ Vxorem diſtraherent à Viri famulatu; non autem circa reliqua, quæ ipſius mulieris commodum concernunt.*

Reprobatur contraria ſententia Rouiti.

12 *Mulier in Ciuitate ſui Viri eſt ſolùm ciuis quò ad domicilium habitationis.*

13 *Vidua, quando, ſoluto matrimonio, ad patriam reuertitur, propriũ recuperat domicilium, & dicitur omninò Forenſis à loco mariti.*

14 Refellũtur Caball. & Rouit. *contrarium ſentientes.*

15 *Declarantur Iura* in l. filij 22. §. vidua. ff. ad municip. & in l. fœminæ 8. in fin. & in l. fin. in princip. ff. de Senator.

16 *Locus contractus verè dici debet Ciuitas, vbi matrimonium fuit conuentum, non autem vbi fuit ſtipulatum Inſtrumentum.*

17 *Ad cautelam petita nocere non debent, & actũ magis ſubſtinere intendunt.*

18 *Mulier abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs non poteſt ſibi ipſi præiudicium inferre ſuper iuribus iam quæſitis reſpectu integri lucri dotalis commẽſurandi ad ratam dotis promiſſæ in terminis ſtatuti* Vrbis.

19 *Statutum* Vrbis lib. 1. cap. 151. *locum habet, non ſolùm in quatuor contractibus ibidem expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs, in quibus mulier lædi poteſt.*

20 *Contra propriam confeſſionem erroneam in precibus emiſſam poteſt quis venire, etiam ſi ſit geminata, & iurata.*

21 *Præcipuè, quando confeſſio erronea detegitur ipſo iure nulla ob defectum ſolemnitatum.*

22 *Fructus lucri dotalis debentur mulieri ſuper bonis mariti ad rationem dotis promiſſæ.*

Reprobatur contraria ſententia Afflict., & Capycij.

23 *Clauſula* Cõſtituti *in inſtrumẽto adiecta in caſu reſtitutionis dotis transfert dominium, poſſeſſionemque veram, ciuilem, & naturalem bonorum Viri in Vxorem.*

24 *Fructus ex pignore dotali percepti debentur mulieri, etiam abſque interpellatione, & exacti non imputantur in ſortem, etiam attento ſtatuto* Vrbis lib. 1. cap. 137.

25 *Interpellatio non eſt neceſſaria, vel ſaltem præſumitur interueniſſe, quando mulier in actu aditionis hæreditatis viri, tamquàm Tutrix teſtamentaria eius filij, fuit proteſtata, velle conſequi totum id, quòd ratione ſuarum dotium ipſi eſt debitum, etiam vigore Statuti* Vrbis.

Neque hoc caſu fructus exacti ſunt in dotem imputandi.

26 *Interpellatio à ſtatuto* Vrbis *requiſita poteſt adimpleri per æquipollens, ſtante prædicta proteſtatione.*

27 *Reſtitutio dotis, quoties à marito eſt promiſſa cum Iuramento, illud habet vim interpellationis.*

C A P V T CXVI.

1 CONSTITVTIO *Sixtina* ſuper redu-
ctione dotium 52. in ordine in *Bul-
lario* nouo non habet locum, quan-
do, prout in præſentia, Matrimo-
nium fuit à Ciue Romano extra Vrbem con-
tractum cum Muliere forenſi; cum enim ea-
dem Conſtitutio prouidere voluerit, ne Ciues
Romani propter exceſſiuas dotes depaupe-
rentur, vt in ſpecie eiuſdem Conſtitutionis
aduertit *Rot. in rec. dec. 160. n. 6. p. 8.*

Hinc eſt, ut huiuſmodi prouiſio facta à
Pontifice fauore Ciuium Romanorum abſque
2 dubio in ipſorum retorqueretur perniciem
contra regulam *text. in l. quod fauore, Cod. de
legibus*, ſi ab eadem Conſtitutione intellige-
retur Ciui Romano prohibita receptio pin-
3 guioris dotis eidem traditæ à Muliere exte-
ra, vt in ſpecie *Rota in recent. dict. deciſ. 160.
num. 6. & ſeq. part. 8. & deciſ. 175. num. 3. &
ſeqq. part. 9.*

4 Prout in ſimili dicitur de Statutis circa
ſolemnia adhibenda in contractibus Mulierũ,
minorum, vel aliorum priuilegiatorum, quæ
non habent locum, quando ipſi acquirunt,
vel vtiliter contrahunt, *l. neque Tutores 7.* ubi
*Bald. num. 7. Cod. de contrahend. & committ. ſti-
pulat. gloſ. in l. cum hi, §. eam tranſactionem, ver-
ſic. alimentarius, ff. de tranſact.* ibique *Odofred.
Bald. Angel. & Iacobin. in 1. lectur. Angel. in l.
mutum*, ibique *Imol. & Caſtr. §. 1. ff. de acquir.
hæredit. Iaſ. in l. Barbarius n. 7. de offic. Prætor.
Butrig. in l. magis puto, ff. de reb. cor. Io: Fab. in
§. ne huius, Inſtit. de eo, qui liber. cauſ. bon. adij-
ciunt. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 9. ex-
tra de conſtit. & conſ. 131. col. 2. verſ. principali-
ter reſpondetur, & conſ. 532. ſub num. 8. Rimi-
nald. Iun. conſ. 140. num. 4. Surd. conſ. 9. num. 11.
& ſeq. lib. 1. Barbat. conſ. 61. lib. 3. Roman. conſ.
453. Soccin. conſ. 166 n. 12. & 17. lib. 2. de Pon-
te conſ. 1. num. 84. & ſeqq. lib. 1.* ubi, quòd hæc
ſententia ſit communis, & fundetur optimis
& melioribus rationibus, *Tiraquell. de legib.
connubialib. gloſ. 8. num. 56. 76. & 85. Rouit. in
Pragm. 1. de titul. abuſ. num. 113. Merlin. cõtrou.
74. num. 41. lib. 2. Cyriac. controu. 308. num. 39.
& ſeqq. Lambertengh. de contract. in fin. n. 165.
et 169.* ubi etiã ſi ſequatur alienatio, *Afflict.
deciſ. 336. Maſtrill. dec. 13. num. 8. Capyc. Latr.
deciſ. 19. num. 5. & 6. Rot. in recent. deciſ. 51.
num. 3. part. 6.*

Licèt contrarium ſit aſſetẽdũ in alienatio-
ne rei Eccleſiæ, in qua copulatiuè requiritur
vtilitas, & ſolemnitas, *cap. 1. de reb. Eccleſ.*

non alien.in 6. Clement.1. eod.tit. ut in ſpecie poſt *Iacob in l.cum hi, §.tranſactionem in ſecunda lectura, ff.de tranſact. de Ponte dict. conſil.1.num.84. verſ.licet.eam non ſequatur, Ronit.in dict. Pragm.1.de titul.abuſ. num.113. in princip. verſ.licet in ſecunda lectura, Rebuff.in compend.de alienat.rer. Eccleſ. num.102. Quarauta in ſumm.Bullar.* uerbo *alienatio rer Eccleſ.num.5. Ciarlin.controu.8. num.18. Epiſcop. Ricc.in prax.reſolut.7. num.3. Garz de benefic. part.2.cap.1.num.76.de Mariu. reſol.6. num.1. Franch. deciſ.35.* ibique *de Luca in obſeruat. num.2. Magon.dec.Lucenſ.69.nu.4. Capyc.Latr.* alios referens, *d.dec.19.nu.6* ibiq; *Gizz.in obſeruat.n.20.et ſeqq.Rot.dec.430.n.1.p.2.* ideòq; non audiendus contrarium ſentiens, *Rodoer. ad de Marinis dict reſolut.6.* cum auctoritates ab eodem allegatæ potiùs contrarium firment.

5 Idemque habetur de Statuto, quo prohibetur, quòd Vir non poſſit legare Vxori, & è contra, quòd non capiat Vxorem forenſem legantem marito ſubdito propter ceſſantem rationem ipſius Statuti, *Riminald.Iun. conſil. 171.num.32.& ſeq.Surd.conſ 305.n.5.*

6 Principes, enim ſummoperè gaudent, quãdo ipſorum ſubditi, non minus occaſione delatæ hæreditatis in aliena Ditione ſitæ, quàm receptionis magnæ dotis ab alienigenis, amplioribus affluunt facultatibus, ut rectè in his terminis ponderat *Rot.in recent.d.dec.160 num 8.part.8.*

Nullatenus uerò poteſt dubitari, quin Mulier dici debeat forenſis, utpotè Nepeſina, quámuis nonuulla bona dotalia poſſideat in Vrbe, in qua aliquandiù fuit commorata cũ primo eius Viro, conſtante Matrimonio.

7 Siquidem ex ſola exiſtentia bonorum in aliquo loco domicilium, & incolatus non contrahitur; niſi etiam concurrat animus ibidem perpetuò manendi, *l.domicilium, ff.ad municip.l.Ciues,* ibique *Gloſ.*uerbo *larem, Cod. de Incol.lib.10.Gloſ.in l.1.*uerbo *incolam, Cod. de municip.eod.lib.10. Alciat.in l.pupillus, §. incola, ff.de verbor.ſignific.Bald.in l.Cornelia, § ſi tamen in fundum, ff.de iniur. Bald.conſil. 313.lib.4. Roman.conſil.264. Siluan.conſil.1. num.93.& ſeqq.Roland.conſil.79.num.51. lib. 3.Gabr.conſil.189. num.10. & ſeqq.lib.1. Valenzuol.conſil.37.num.26 lib.1. Honded.conſil. 5.num.17.lib.1. Altograd.conſil.93. numer.24. lib.1.Cyriac.controu.448. num.34. & ſeq. Menoch.de arbitr.caſ.86.num.8.Gratian.cap.181. num.2.& ſeq.& cap.569.num.6.& ſeq. Epiſc. Antonell.de tempor.legal.lib.2.cap.75. num.5. Muta deciſ.81.num.10.Buratt.deciſ.244. nu.4.* ibique *Add.num.10. & dec.75.num.19. Ludouiſ.dec.279.num.11.*ibique *Add.num.26. Cardin.Otthobon.dec.145.num.30.* qui animus non poteſt deſumi, ex quo cum primo Viro in Vrbe habitauerit; Tum ex quo, cum habita-
8 tio fuerit coacta, vt maritalibus inſeruiret obſequijs, non dicitur contraxiſſe domicilium, prout in ſimili, *Menoch. conſil.1086. num.3.*

9 Tum etiam, quia, quámuis Vxor forenſis efficiatur de domicilio, ac Ciuitate ſui Viri, *l.cum quadam Puella, ff.de Iuriſdict. omn.Iudic.l.Mulieres, Cod.de dignitatib. lib.12. l.exigere 65.ff.de Iudic.Cuyac.lib.4.differ.Modeſt.in*
10 *l.14.de ſponſal.* qui illud *Virgilij lib.3.Æneid. verſ.297.*

Et patrio Andromachē iterũ ceſſiſſe marito.

cum Seruio accipit ex hoc Iuris principio, quòd Vxor mariti ſequatur domicilium, *Oſuald.lib.17.Donell.cap.12.lit.L.Tiraquell.in l.1.connub.num.28. & ſeq. Briſſon.de rit.nupt. verſ.atque in hoc, fol.180.& ſeq.*

11 Hinc etiam deſcendit formula illa *Vxorem ducere,* cui ſupple domum, ideſt Vxorem domum ducere, *l.mulierem 5. ff.de rit. nupt.* Solemnis, enim fuit moris, vt in mariti domum, tamquám coniugij manſionem, ac domicilium nuptæ traducerentur, vt probat idem *Briſſon.* loco proximè laudato, & *lib.5. antiquit.cap.18.& Taubman.ad Plaut. in Aulular.act.2.ſcen.1.* ad illud

Volo te domum Vxorem ducere.

Prædicta tamen omnia ſunt intelligenda circa Iudicialia, & ea, quæ Vxorem diſtraherent á Viri famulatu; non autem circa reliqua, quæ commodum concernunt ipſius mulieris, iuxta receptiſſimam diſtinctionem *Bart.in l.final.§.item reſcripſerunt, num.5.ff.ad municipal.& in l.vnic: num.1. Cod.de mulier, & in quo loc. lib.10. Bald. in l.cum quadam puella,* ibique *Curt.Iun.num 6.Cagnol.num.20. Soccin.num.6.ff.de Iuriſd.omn.Iudic.* idem *Bald.conſ.351.num.8.ad med.lib.1.& conſ.308 num.7.lib.3.Io:de Platea in l.origine, num.1.C. de municip. & origin.lib.10.Barboſ.in l.hæres abſens, §.proindè num.41.& ſeq. ff.de Iudic. Surd.conſ.560.num.6.& ſeqq. Tiraquell.de legib.connubialib.gloſ.1.part.1.nu.37. Merend. lib.6.controu.cap.30.Gratian.cap.886. num.2. & ſeq.Card.de Luca de dot.diſc.149.num.4. & de Regalib.diſc.83.n.12.Gregor.Lop.in l.32.tit. 2.p.3.gl.7.de Marinis cap.22.nu.4. lib.1. Carleual.de Iudic.* alios referens, *lib.1.tit.1. diſp.2. quæſt.2.num.66. Cyriac.controu.292. num.33. & ſeqq.*optimè *Franch.deciſ.416.num.4.* ibique *de Luca num.4.& dec.546. num.31. Theſaur.dec.123.num.14.Borgn. Caualcan.dec.42. num.46.part.1.* Quidquid in contrarium contra hanc receptam diſtinctionem dicat *Rouit. dec.75.*

12 Ceſſatque omninò quęlibet difficultas; cum enim mulier in Ciuitate ſui Viri ſit ſolùm Ciuis, quó ad domicilium habitationis, *Honded.conſ.6.num.14.lib.2.Buratt.dec 244. nu.5.*
13 hinc eſt, vt indubitanter proprium recuperet domicilium, quando, prout in præſentia,

ſo;

ſoluto matrimonio, Vidua ad Patriam reuer-
titur, quo caſu dicitur omninò forẽſis à loco
mariti, prout limitando concluſionem docet
Caſtrenſ. in dict. l. cum quædam Puella num.4.
ibique *Dec.num.5. Curt. Iun.num.5. Cagnol.nu.
8. verſic. ſecundò limita, ff. de iuriſdict. omn. Iu-
dic. Honded conſil.6.num.22. & ſeq. lib.2. Man-
del. conſ.23. num.11. lib.1. Carleual. de Iudic.
lib.1. tit.1. diſp.2. quæſt.6. ſect.8. num.684.* ma-
nifeſtam afferens rationem, quòd, nempè, ceſ-
ſante matrimonio, translationeque mulieris
in viri domicilium reuertitur in ſuam natu-
ralem originem, & priſtinum domicilium, fo-
rumq; recuperat, *Surd. deciſ.330. nu.28. verſ.
vbi refert.*
14 Neque audiendus *Caball. conſ.125. num.10.
& ſeqq. lib.2* affirmans, quòd Vidua in Vidui-
tate remanens retineat Viri domiciliũ, etiam
ſi in patriam redeat, quem ſequitur *Rouit. dict.
dec.75. num.10.* cum aberret à communi Do-
ctorũ placito, nullatenus aduerſantibus Iuri-
bus per eumdem *Caball. & Rouit.* allegatis in
15 *l. filij 22. §. vidua, ff. ad municipal.* ibi: *Vidua
mulier, amiſſi mariti domicilium retinet, exem-
plo clar. ſſimæ perſonæ per maritum facta, ſed
vtrumque, alijs interuenientibus nuptijs, permu-
tatur,* cum procedat, quoties vidua vidualem
lectum ſeruans in mariti patria remanet; Se-
cus verò, quando, prout in præſentia, ad pro-
prios lares fuit reuerſa, & in eiſdem terminis
ſunt intelligenda Iura in *l. fœminæ 8. in fin. &
l. fin. in princip. ff. de Senat.* ſi rectè expendan-
tur, cum nullibi in eiſdem Iuribus ſermo ha-
beatur de Vidua ad propriam patriam re-
deunte, prout gratis *Caball. & Rouit.* ſuppo-
nunt, & eamdem Viduam lectum viduale in
patria mariti ſeruaſſe præſupponunt *Theſaur.
lib.1. quæſt. forenſ.90. Paſchal. de patr. poteſtat.
part.3. cap.9. num.64. & part.4. cap.2. num 6.
Carpan. ad Conſtit. Mediolan. Collegij,* in ver-
bo *huic Dominio non ſubditam, Cyriac. contr.
273. num.41. Oſaſch. dec 31. num.6.* alijque ab
eiſdem laudari; Et in omnem caſum ſemper
ſubſiſtit recepta diſtinctio proximè adducta
num.11.

Neque alicuius momenti eſt obiectum,
quòd in Vrbe fuerit ſtipulatum inſtrumentũ
dotale.

Nam locus ſtipulati inſtrumẽti nullatenus
fuit habitus in conſideratione à *Conſtitutione
Sixtina,* quæ tantùmmodò voluit prouidere,
ne ob dotes exceſſiuas Familiæ Romanæ de-
pauperentur, quæ ratio finalis ceſſat quando
Ciuis Romanus dotem recipit à Muliere fo-
renſi, ex ſupra allegatis, quàmuis contractus
celebretur in Vrbe; Præterquàm quòd locus
16 contractus uerè dici debet Ciuitas Nepeſina,
in qua fuit matrimonium connentum; non
autem ubi fuit ſtipulatum inſtrumentum,
Butr. in cap. fin. ibique *Abbas num.30. de foro
competent. Bald. in l. uniuerſa ad fin. verſ. vltimò
noto, C. de precib. Imper. offer. Gratian. cap.11.
num.26.*

Prout non aduerſatur condonatio, ſeu re-
miſſio pro parte mulieris obtempta à Popu-
17 lo Romano; cum enim fuerit petita ad cau-
telam, nocere non debet, ſed actum magis
ſubſiſtere intendit, *l. teſtamentum, Cod. de te-
ſtam.* ibique *Gloſ. Felin. in cap. cum ordinem 6.
num.3. de reſcriptis, Roman. conſ.497. num.6. &
ſeq. Franch. deciſ.561. num.4. & deciſ.663. n.8.
Ludouiſ. dec.267. num.3. Cardin. Ottobon. dec.
141. num.23.*
18 Præcipuè, quia Mulier abſque ſolemnita-
tibus ſtatutarijs non poterat ſibi ipſi præiudi-
cium inferre ſuper Iuribus iam quæſitis re-
ſpectu integri lucri dotalis commenſurandi
ad ratam dotis promiſſæ in terminis Statuti
Vrbis *lib.1. cap.122.* quod, cum ſimpliciter de-
ferat lucrum, nulla habita diſtinctione dotis
datæ, vel promiſſæ, de utraque eſt intelligen-
dum *Bald. in l. mulier, num 3. ff. de condit. inſtit.
Salicet. in l. cum te, num.4. Cod. de donat. ante
nupt.* & in ſpecie Statuti, *Gratian. cap.266. num.
24. Ludouiſ. deciſ.21. num.1. Rot. in recent. deciſ.
43. num.8. & ſeqq. part.10* & in terminis *Rot.
in Romana dotis 26. Martij 1663. §. hinc ſicuti
Conſtitutio coram Reuerendiſſimo Veroſpio,* cum
19 Statutum Vrbis *lib.1. cap.151.* locũ habeat,
non ſolùm in quatuor contractibus ibi demõ-
ſtratiuè expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs,
in quibus Mulier lædi poteſt, latè *Pic. ad dict.
Statut. Vrb. lib.1 gloſ.7. part.6. & ſeq. Fenzon.
ad dict. Statut. Addent. ad Ludouiſ. deciſ.333.
num.11 Rot. diuerſ. deciſ.529. num.4. in fin. p.1.
in recent. dec.385. num.2. part.1. & deciſ.619.
num.5. ante med. verſic. idque patet, part.2. &
in Romana pacti de redimendo coram Comitulo*
impreſſa penes *Marcheſan de commiſſ. tom.1.
fol.455. Card. de Luca de donat. diſc.27. num.7.
& 8.*

Et in omnem caſum, cum per errorem pe-
tierit à Populo Romano condonationem
20 exiſtimans, eſſe locum *Conſtitutioni Sixtinæ,*
meritò poteſt contra propriam confeſſionem
in precibus emiſſam uenire, *l. non fatetur, ff.
de confeſſ. l.1. Cod. de falſ. cauſ. adiect. l. error, C.
de Iure, & facti ignor.* ibique latè *Iaſ in fin.
Bald. col.6. Butr. in cap. final. col.10. de confeſſ.
Dec. conſ.403. Bero. conſil.194. num.1. & conſil.
206. num.33. lib.3. Peregrin. conſ.78. nu.7. lib.
4. Decian. conſ.55. num.28. & ſeq. lib.2.* ubi etiã
ſi ſit geminata, *Eugen. conſil.60. num.80. lib 2.
Gratian. cap.501. num.28.* ubi etiam ſi eſſet iu-
rata, *Menoch. conſil.346. num.23. Altograd.
conſil.28. numer.19. lib.2. Rot. in recent.
deciſion 320. numer.7. part.5. Bich. deciſ.
36. num.23. & deciſ.649. num.5.* eòque ma-
21 gis, quando confeſſio detegitur ipſo Iure
nulla ob defectum ſolemnitatum, *Menoch.
conſ.718. num.3. Aym. conſ.542. n.4. Altograd.
d. conſ.28. n.19. lib.2.*

Cum

Cum igitur ex prædictis fuerit firmatum,
quòd lucrum dotale, uigore Statuti Vrbis
lib.1.cap.122. commenſurari debeat fauore
mulieris forenſis, non ad limites *Sixtinæ*, ſed
potiùs ad rationem dotis promiſſæ, perneceſ-
sè ſequitur, quòd fructus eiuſdem lucri dota-
22 lis debeantur mulieri ſuper bonis mariti, iu-
xta receptiorem opinionem, quam reprobatis
Afflict.deciſ.291.& Capyc.dec.65. ſectan-
tur *Marc.Salon.de Pac.conſ.4.num.28. Cardin.
de Luca de dot.diſc.161.num.78.* Grammat.*de-
ciſ.103.num.98.& 101.Theſaur.decíſ.45.* Car-
din.Millin.deciſ.217.num.9. Card.Caualer.*dec.
576.nu.1. Rot. apud Marcheſan.de commiſſion.
part.1.fol.485. in rec. dec.246. part.2.* & apud
Zacch.de obligat.Camer.dec.164.n.7. Idemque
aſſerendum reſpectu partis dotis, cuius Mu-
lier remanſit creditrix, ex qua etiam eidem
debentur fructus abſq; aliqua interpellatio-
ne, neque illi, quos Mulier exegit, ab hæredi-
bus viri, imputantur in ſortem.

Tum ex quo, cum in inſtrumento dotali
adſit ſpeciale pactum, quòd, eueniente caſu
reſtitutionis dotis, poſſit Mulier capere pro-
pria auctoritate, ac de facto poſſeſſionem bo-
norum Mariti, illaque retinere cum clauſula
23 conſtituti; hinc oritur, ut, cum uigore prędi-
ctæ clauſulæ fuerit tranſlatum Dominium, &
poſſeſſio uera, ciuilis, & naturalis bonorum
Viri in Vxorem, *l.quod meo, l.interdum, ff.de
acquir.poſſeſſ. Roland.conſ.46.nu.8.lib.2.Gabr.
conſ.51.num.5.lib.1. Surd.conſ 221. num.56.
Menoch.conſil.189. Amat.reſolut.39.num.75.
Marcian.Iun. diſput.56. num.20. lib.2. Add.ad
Buratt.deciſ.141.lit.A.Giurb.deciſ.61.ſub num.
20.Dunozett.Iun.dec.993.num.1.*Cardin.*Ottbo-
bon.dec.95.n.11.* Et in ſpecie cõſtituti appoſi-
24 ti fauore mulieris pro reſtitutione dotis, *Rot.
in Narnien. dotium 4. Februarij 1628. coram
Vbald.* Meritó fructus ex pignore dotali poſ-
ſeſso percepti Mulieri debentur, etiam abſq;
interpellatione, & exacti non imputantur in
ſortem, etiam atteuto Statuto Vrbis 137.*lib.*
1. quod permittit Mulieri percipere fructus
ex pignore dotali abſque aliqua interpella-
tione, & imputatione in ſortem, *Fenzon.in
annotat.ad dictum Statutum, cap.137. lib.1. in
fin.* Rot. poſt eumdem *Fenzonium dec.87. ver-
ſic. & quod in hoc caſu tollit omnem difficulta-
tem, Penia dec.1237.num.15,* iuxta impreſſio-
nem Lugdunenſem, *Romana.Salutan.4.Decem-
bris 1643.coram Reuerendiſſimo Veroſpio.*

25 Tum etiam, quia, cum Mulier, quando adi-
uit hereditatem Mariti, tanquàm Tutrix te-
ſtamentaria eius filij, expreſse proteſtata
fuerit, uelle conſequi omne id, quod ei ratio-
ne ſuarum dotium, erat debitum, etiam uigo-
re Statuti *Vrbis*; deindèque exegerit fructus
ab hæredibus Viri, interpellatio non erat ne-
ceſſaria, uel ſaltem præſumitur, illam inter-
ueniſſe; adeòut fructus exacti non imputen-
tur in ſortem, iuxta notata per Io: *Andr. in
cap.fin.* ibique Frãc *num.9. verſ.quæritur quin-
tò, de elect.in 6.* & in ſpecie *Add.ad Ludou.de-
ciſ.269.num.4.* Gratian.*cap.824. num.54. &
ſeq.Card.de Luca de dot.cap.161.num.76. Rot.
in rec.dec.527.n.2.par.5.tom.2. Bich.deciſ.74.
n.7.& 20.*repetita in *recent.deciſ.69.n.7.et 20.
p.9.* rectèque cõferũt deducta per *Salic.in l.cũ
de in rem verſo, ſub n.3.ff.de vſur.Gratian.cap.*
26 *920.num.14.* Signanter, quia interpellatio à
Statuto requiſita potuit adimpleri per æqui-
pollens, ſtante prædicta proteſtatione, *Gra-
tian. dict.cap.920. num.21. Fenzon.ad Statut.
Vrbis dict.cap.137.num.49. lib.1.* Card.de Lu-
*ca de dot.dict diſc.161.num.76. verſic.atque ſi
longo tempore,* Penia *dict.dec.1237.num.15.in*
27 *fin.* Cumque in inſtrumento dotali fuerit á
Marito promiſſa dotis reſtitutio cum Iura-
mento, illud habet uim interpellationis, *Fen-
zon.* ubi ſupra *num 44.Rot.* poſt eumdem *deciſ.
81.uerſ.neque id quærendum.*

*Iuxta allegata fuit deciſum per Reueren-
diſſimum Butium.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro fi-
lijs, & nepotibus, an comprehendat fœ-
minas, quidue aſſerendum, ſi fœmina
primordialiter emphyteuſim acquiſiue-
rit.

Dos, an, & quando ſubrogetur loco legiti-
mę; Ad ornatum celebris doctrinæ Ca-
*ſtrenſis in l.Titio, centũ §.Titio genero, ff.de
condit.& demonſtr.* Et quid pronuncian-
dũ in terminis Statuti Ciuitatis *Caſtelli*.

Dos ſubrogata loco legitimæ, an ſufficiat
ad verificandam qualitatem hæredita-
riam à Iure communi, vel ſtatutario re-
quiſitam.

Statutum, ſi mandat, fœminas eſſe dotan-
das *arbitrio boni Viri*, an in hoc caſu dos
ſuccedat loco legitimę.

Ad effectum faciendi partem pro augenda
maſculorum legitima, dos ſuccedit, vel
non ſuccedit loco legitimæ; prout ma-
gis expedit maſculis, & quomodò huiuſ-
modi propoſitio intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis ſimpliciter conceſſa pro filijs, & nepotibus regulariter non comprehendit fœminas; cum in contractibus maſculinum non concipiat fœmininum.*

2 Præ-

2 *Præcipuè, in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

Quid, ſi emphyteuſis ſit primordialiter conceſſa fœminæ, infra num.5.

3 *Reprobatur contraria ſententia, quę ſolùm eſt amplectenda, quoties vltra filios, & nepotes vocantur etiam deſcendentes, quorum appellatione veniunt adhuc fœminę.*

4 *Niſi tamen emphyteuſis fuerit ſtipulata* pro ſe filijs ſuis, maſculis, legitimis, & naturalibus, nec nõ deſcẽdetibus ſuis, *tunc enim non veniunt fœminæ, cum verbum illud* deſcendentibus *ſit regulandum à præcedenti qualitate maſculina.*

Declaratur Cephal.conſ.11.lib.1.

5 *Fœminæ, quoties primordialiter eſt conceſſa emphyteuſis Eccleſiaſtica, tunc filiorum, & nepotum appellatione, etiam fœminæ continentur.*

Idque etiam ſi per fœminam eſſet facta conceſſio, ibidem.

Vel à maſculo, & fœmina fuiſſet ſtipulata. ibid.

Non eſt præſumendum, fœminam primam acquirentem proprium ſexum odio habuiſſe, ibid.

6 *Id tamen non procedit, quoties inueſtitura præcisè ſe referat ad aliquod ſtatutum vocans ad emphyteuſim filios, nepoteſque maſculos.*

7 *In terminis Statuti* Ciuitatis Caſtelli, *an dos ſubrogetur loco legitimæ,* & num.ſeq.

8 *Dos ſuccedens loco legitimę ſufficit ad verificandam qualitatem hæreditariam à Iure communi, vel ſtatutario requiſitam.*

9 *Volens ſuccedere in feudo mixto ſufficit, quòd ſit hæres in re certa.*

Reprobatur contraria ſententia Caſtrenſis, *& aliorum.*

10 *Declaratur* deciſio Rotæ in rec.151.part.9.

11 *Statutum, quando incipit ab excluſione, deindèque prouidet de dotibus, ſeu mandat dotari, Tunc dos non ſubrogatur loco legitimæ, iuxta diſtinctionem* Caſtrenſ.& num.ſeq.

12 *In terminis Statuti* Ciuitatis Caſtelli *dotem ſubrogari loco legitimæ oſtenditur, cum idem Statutum non incipiat ab excluſione, & poſtrà mandet dotari, ſed potiùs à dotatione,* & num.ſeqq.

13 *Idemque aſſerendum in terminis Statuti* Tiburtini, & Peruſini.

14 *Statutum, quoties mandat, vt fœminę non dotatę dotentur arbitrio duorum magis idoneorum conſanguineorum, intelligi debet arbitrio boni Viri; atque adeò de congrua dote à Iure regulanda.*

15 *Statutum, ſi mandet fœminas congruè eſſe dotandas arbitrio boni Viri; tunc dos ſuccedit loco legitimæ, non enim poteſt eſſe congrua, niſi ſit eidem legitimæ æqualis.*

16 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quoties ſtatutum mandat, puellas congruè dotari.*

17 *Declaratur* deciſ. Rot.87. poſt Merlin. de legitima.

18 *Ad effectum faciendi partem pro legitima maſculorum augenda, dos fœminarum ſuccedit, vel non ſuccedit loco legitimæ, pro vt magis expedit maſculis.*

19 *Sed prædicta concluſio non procedit, quando dos ſuccedit loco legitimæ.*

20 Deciſiones Rotæ *attendi debent in eo, quòd principaliter firmant, non autem in his, quę perfunctoriè, ac materia non examinata præſupponunt.*

21 *De renouatione emphyteuſis concedenda ab Eccleſia Domina directa proximiori habenti qualitatem hæreditariam vigore Indulti* S. M. Alexandri Septimi *conceſſi in bonis* Ciuitatis Caſtelli.

22 *Caſus renouationis differt ab illo vocationis.*

CAPVT CXVII.

REVERENDVM Capitulum Ciuitatis Caſtelli conceſſit in emphyteuſim quandam Domum *in forma communi* Diouiræ, licèt abſenti, & Cæſari eius Viro *præſenti, Stipulanti, & recipienti pro ea, ſuiſque filijs, & nepotibus.*

Cumque ſupradicta forma cõmunis enunciata in eadem inueſtitura, iuxta quam in Ciuitate Caſtelli fieri ſolent huiuſmodi conceſſiones, legatur concepta ſub his verbis, *pro ſe filijs, & nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus ex recta linea deſcendentibus, qui ſi non fuerint, vel ſi fuerint, & defecerint, pro vna filia, vel nepte, quæ aliam Patris, uel Matris hæreditatẽ habuerit,* de qua formula *Rot. in rec.dec.151.in. princip.part.9.*

Hinc orta eſt cõtrouerſia, an Antonius Maria Nepos dictæ Dioniræ primæ acquirentis ex Berardino filio, atque adeò vltimus comprehenſus in inueſtitura, potuerit dictam domum emphyteoticam donare Sempronio in præiudicium Ioannę ſororis contendentis, ad eamdem emphyteuſim ſe fuiſſe uocatam.

Reſolutio præſentis controuerſię circa duplicem potiſſimùm verſatur inſpectionem. Prima eſt, an Ioanna dici valeat comprehenſa ſub inueſtitura conceſſa pro Dionira prima acquirente, ſuiſque filijs, & nepotibus, vel ſaltem ſub forma communi, ad quam eadem inueſtitura ſpecificè refertur, qua inſpecta, deficientibus filijs, uel nepotibus maſculis primi acquirentis, uocatur filia, uel neptis, quæ aliam Patris, uel Matris hæreditatem habuerit.

Secunda Inſpectio eſt, an, ſtante Statuto Ciuitatis Caſtelli excluſiuo fœminarum propter maſculos, Ioanna, utpotè dotata, reputari omniuò debeat pro extranea, atque adeò ſit deſtituta qualitate ab eadem forma communi pręcisè requiſita, quòd, nempè, filia, ſiue neptis aliam Patris, uel Matris hæreditatem habuerit, uel potiùs dos, attento eodem Statuto, ſuccedat loco legitimæ; ita ut eidem Ioannæ rectè dicta qualitas poſſit conuenire, quòd fuerit hæres Patris, utpotè de dote prouiſa.

Quò ad primam inſpectionem, quàmuis iuxta magis receptam ſententiam, quoties

1 emphyteuſis ſimpliciter legitur conceſſa *pro filijs, & nepotibus,* regulariter non comprehendãtur fœminæ; Cum in contractibus maſculinum nõ concipiat fœmininum, iuxta originalem doctrinam *Guido de Suſar. in l. veteribus in princip. ff. de pactis.,* quam ſectantur,

Ar-

Arebidiac.in cap.ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.
verſ.aut ſunt verba contrahentium, Dec.in cap.
in præſentia num.46. de probat. Iaſ.in l.ſi quis,
num.23.ff.de Iuriſd.omn.Iudic Bald.in l.2. num.
11.Cod.de Iur.emphyt.& in l.Gallus in princip.
ff. de liber. & poſthum. Imol. in cap.potuit ad
fin.num.69.de locat.& in l.ſi ita ſcripta num.6.
ff.de legat.2.& conſ.38.num.1.& ſeq. Pinell.in
l.3.num.13.Cod.de bon.matern. Ferd.Loaz.in l.
filius fam. §.diui, ff.de leg.2. Ruſtic.in l.cum
Auus lib.6.cap.8.num.9.Gabr.de verbor.ſignifie.concl.6.num.93.& 111. Roland.conſ.39.nu.
17.lib.2.Alex.conſ.61.num.4. lib.1. Menoch.
conſ.3.ſub num.47.Rimin.conſ.121.nu.4.lib.1.
Couarr.var.lib.2.cap.18.nu.1.circa med.Clar.
§.emphyteuſis quæſt.32. num.3. Valaſc.de Iur.
Emphyt.quæſt.41.num.3 verſ.ſi pro ſe, Cald.de
renouat.emphyt.lib.1.quæſt.18.ſub num.2.verſic.contrariam ſententiam, Corbul.de cauſ.priuat.emphyt.ob lin.finit.n.6.verſ.fœminæ,Mareſcott. var.lib.1.cap.2. num.1.& ſeq. Tiraq.de
retract.lignag.§ 1.gloſ.9 num.183.& ſeq.Fulgin.de emphyt tit.de ſucceſſ.in bon.emphyt. q.9.
num.2 Card.Mantic.de tacit. lib.22. tit.14. ſub
num.5.Caſtill.lib.5.controu.Iur.tom.2.cap.141.
num.2.Cirocc.diſcept.58. num.10. Adnotat.ad
decis.199.num.75.& ſeqq.part.8.rec. Cardin.
Seraphin. dec.604. num.2. Rot.in recent.deciſ.
176.num 4.part.5. repetita coram Coccin.dec.
1721.Duran.dec.300 num.2. latè Cantucc. celeberrimus Rotæ Auditor in eius voto impreſſo inter deciſ. diuerſ. deciſ.125.num.1. &
ſeqq.part.2.
2 Prælertim, ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica,
in qua ſtricta fieri debet interpretatio, tum
propter naturam ſtipulationis, tum etiam, vt
minus præiudicium Eccleſiæ inferatur, vt in
ſpecie emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſtipulatæ
pro filijs, & nepotibus, Bald.in l.2.num.11.C.
de Iur.emphyt. Iaſ.in l.ſi quis quod num.22. ff.
de Iuriſd.omn.Iud.Fulgin.de emphyt.dict.qu.9.
num.2. verſ.quæ opinio, Gabriel de verbor.ſignific.concluſ.6.num.111. Cirocc.d.diſcept.58.
num.10.Mareſcott.var.lib.1.cap.12.num.1. &
ſeqq. Genuenſ.in practic.Eccleſ. quæſt.3. Pratus lib.2. diſcept.5. num.106. Gipt.in obſeru.ad
deciſ.Capyc.Latr.obſer.70.num.3. Cantucc.in
dict. vot.impreſſo diu. dec.125. num.2. part.2.
Duran.dec.300. num.2. & ſeq. Quidquid in
contrarium contra communem malè ſenſerint poſt Salicet.in l.2.num.29.quæſt.17 propè
fin.Cod.de Iur.emphyt. Menoch conſil.587. nu.
12. Finneb.dec.30. alijque congeſti per Bonden.collect.34.num.10. & ſeq. & num.29. &
3 ſeqq. Quorum ſententia poſſet procedere,
quoties vltra filios, & nepotes, vocantur etiã
deſcendentes, quorum appellatione veniunt
etiam fœminæ, iuxta proprietatem ſermonis
l.vltim C.de ſuis, & legit. quàmuis verſemur
in emphyteuſi Eccleſiaſtica, prout, omiſſis
pluribus alijs, qui poſſent allegari, benè firmant in his terminis, Bart.in l.In hoc, § ſi liberos, vbi Alex. ff.de in ius vocand. Ruin.conſil.
24.num.9.lib.1.Crot.conſ.4 num.24.& ſeq. &
conſ.146.num 4. Curt.Sen.conſ.64. num.12. &
conſ.223.num.2.Alex.conſil.160.lib.2. Rimin.
Iun.conſ.556. num.1. & ſeqq. Fulgoſ. conſ.85.
num.2.Altograd.conſ.22.num.4.& ſeqq.lib.1.
Fulgin.de ſucceſſ.in bonis emphyt. dict. quæſt.9.
num.15. Borrell.in ſumm.deciſ.lib.1.tit 33.num.
29.Mareſcott.var.lib.1.cap.2.num.21.Ciurlin.
controu.158.num.21.Bonden.dict.collect.34.n.
65.& 71.Surd.deciſ.95. num.13. Duran.deciſ.
295.num 5.Rot.in recent.deciſ.737.num.3. p.4.
tom.3.& deciſ.176.num.23. part.5. repetita
coram Coccin.dec.1271.Niſi tamen emphiteu-
4 ſis Eccleſiaſtica fuerit ſtipulata pro ſe, filijs
ſuis, maſculis legitimis, & naturalibus, necnon
deſcendentibus ſuis; tunc enim non venire
fœminas, non obſtante illo verbo deſcendentibus, quòd regulatur ab illa qualitate
maſculina, defendit ſingulariter Cephal.cõſ.11.
num.2. lib.1. quem refert, & ſequitur Fulgin.
de emphyt.dict.quæſt.9.num.15.ante fin. Mareſcott.lib 1.var.cap.2. num.21. qui allegat dec.
Rot.in Bonon.deuolutionis bonorum 14.Ianuarij
coram Iuſto, in qua ita fuit declaratum dict.
conſ.Cephal.11.lib.1. licèt illud, neque approbet, neque reprobet Rot.in recent.dict.dec.176
num.24. p.5. repetita coram Coccin. dec.1721.
num.22.

Nihilóminus excitari poſſet motiuum pro
Ioanna, quòd dicta principalis concluſio non
5 procedat; quoties, prout in præſenti themate, agitur de emphyteuſi Eccleſiaſtica primordialiter fœminæ conceſſa, in qua etiam
fœminæ filiorum, & nepotum appellatione
continentur; non enim eſt præſumendum,
fœminam primam acquirentem proprium
ſexum odio habuiſſe, vt in præciſis terminis
firmant Socin.in l.Gallus, §.nunc de lege, ſub
num.5. ibique Aretin. ff.de liber. & poſthum.
Bald.in l.quoties, Cod. de fideicomm.Iaſ.in l.2.
§.liberos, ff.de in ius vocand. Ferd.Loaz.in l.filiusfam §.Diui, num.68 ff de leg.1.Ripa reſponſ.
1. num.74. lib.1. vbi, quòd hęc ſit communis
opinio Roland.conſ.76, n.20.in fin.& ſeq.lib.2.
Surd conſ.111.num.29.vbi ampliat, non ſolùm,
ſi emphyteuſis concederetur per fœminam,
ſed etiam ſi fœminæ eſſet facta conceſſio, Bero.conſ.120.num.12. lib.2. aſſerens idem Iuris
eſſe, quando emphyteuſis eſt ſtipulata à maſculo, & fœmina, quia ſicut maſculus ſexum
ſuum dilexit, ita pariter fœminam ſexum
ſuum dilexiſſe præſumitur, Cephal. conſ.185.
num.26.lib.2.Iaſ.conſ.17.col.2.lib.4 Rub.conſ.
22.num.19.Gabr.de verbor.ſignificat. concl.6.
numer.98. & 107. Roman. conſil.367.col.2.
Cald.de iur.emphyt.lib 3.cap.15.num.23.Curt.
de feud.3. part.in 1.regul. Mareſcott.var. lib.2.
cap.2.num.16.Gratian.diſcept.813. num.29.&
ſeq. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.311.num.94. Fulgin.

de ſucceſs.in bonis emphyt.dict.quaſt.9.num.8.
*Ciroct.dict.diſcept.58.num.*10. *verſ.niſi agere-*
tur, *Cardin.de Luca de emphyt. diſc.*18. *num.*7.
benè *Rot.in rec.dec.*737 *num* 1. *& ſeq. & n.*8.
*& 9.part.4.tom.*2.

Præcipuè, quia inueſtitura legitur ſtipula-
ta, etiam pro alijs fœminis, ipſarum vita du-
rante.

Verùm iſtud motiuum uidetur contem-
nendum; Cum enim inueſtitura præcisè ſe
6 referat ad formam communem ſuperiùs enũ-
ciatam, in qua uocantur filij, & nepotes ma-
ſculi, ideòque expreſsè excluduntur fœminæ,
præſumendum eſt, acquiſitionem emphyteu-
ſis fuiſſe factam pro filijs, & nepotibus ma-
ſculis, excluſis omninò fœminis, cõformando
ſe cum dicta forma communi, quibus ſtanti-
bus, comprehenſio, & vocatio Ioannæ ſolum-
modó poſſet reſultare, ſtante deficientia An-
tonij Mariæ vltimi maſculi conſtituti in ter-
tia linea, dum, attenta eadem forma commu-
ni, deficientibus nepotibus maſculis, emphy-
teuſis fuit ſtipulata pro vna filia, uel nepte.

Sed, quia ab eadem forma communi in filia,
ſiue nepte admittenda ad emphyteuſim, defi-
cientibus, uel non exiſtentibus maſculis, re-
quiritur qualitas, quòd, nempè, Patris, uel
Matris hæreditatem habuerit.

Meritò ſecundam aggrediendo inſpectio-
nem eſt in præſentia diſcutiendum, an dicta
Ioanna dotata, & à ſtatuto excluſa ob maſ-
culorum exiſtentiam dicatur habere dictam
qualitatem hæreditariam, itaut reuera dici
poſſit, habuiſſe hæreditatem Patris, uel po-
tiùs, utpotè prædicta hæreditaria qualitate
deſtituta, comprehenſionem ſub inueſtitura
nullo iure contendere ualeat.

7 Huiuſmodi articuli deciſio ab ea potiſſi-
mùm dependet quæſtione, an, ſcilicèt, in
terminis ſtatuti Ciuitatis Caſtelli excluſiui
fœminarum dotatarum propter maſculos,
dos ſuccedat, ſiue ſubrogetur loco legitimæ;
uel potius non ſuccedat in locum legitimæ;
itaut fœminæ reputari omninò debeant ex-
traneæ; Si enim dos ſuccedit loco legitimæ,
dici poterit, filiam dotatam conſequutam
fuiſſe paternam hæreditatem, dum habuit
dotem quam, utpotè ſuccedentem, & ſubro-
gatam loco legitimæ importantis quotam
hæreditatis, ſeu bonorum quodam Iure uni-
uerſali in propoſito ſufficere ad huiuſmodi
8 qualitatem hæreditariam uerificandam in
ſpecie firmant. *Alex. conſ.*128. *num.*8. *verſic.*
*nec prædictis obſtat lib.*1. *& conſ.*8. *num.*2. *lib.*3.
*Ruin.conſ.*9 *num.*8. *in fin. & ſeq.lib.*1. *& conſil.*
102. *num.*13. *lib.*3. *Clar.* qui teſtatur de com-
muni, § *feudum quæſt.*86. quem ſequitur *Ro-*
*ta in recent. dec.*482. *numer.*10. *part.*5. *tom.*2.
ubi, quód uolens ſuccedere in feudo mixto
9 ſufficiat, quód ſit hæres in re certa, licèt non
uniuerſalis. Quidquid in contrarium malè
ſenſerint contra communem ſententiam, *Ca-*
*ſtrenſ. in l. quoties numer.*4. *Cod.de hæred.inſtit.*
*Bald.in cap.*1. *in princip.num.*7. *de ſucceſſ. feud.*
*Menoch.conſ.*464. *numer.*30. *Cephal. conſ.*303.
num. 123. *& ſeq.* quos ſequuntur *Conarr. var.*
*lib.*2. *tit.*18. *ſub num.*5. *Valaſc. de Iur. emphyt.*
*quæſt.*43. *in fin.Roſental. de feud. cap.*7. *concl.*
22. *num.*3. *& cap.*9. *memb.*2. *concl.*73. *num.*19.

10 Neque in contrarium meretur allegari
*Rot.in recent.deciſ.*151. *num.*10. *& ſeq.part.*9.
vbi in ſpecie agendo de emphyteuſi in forma
communi Ciuitatis Caſtelli videtur innuere,
quòd fœmina admittenda, debeat eſſe hæres
vniuerſalis; Id enim deciſio benè intellecta
non aſſerit, cum in caſu ſuo fœmina eſſet in-
ſtituta hæres vniuerſalis ob deficientiam
maſculorum, atque adeò non rectè in-
fertur, quòd contrarium firmet eadem deci-
ſio, ſi fuerit hæres in re certa ratione legiti-
mæ, cum de huiuſmodi articulo, neque per
ſomnium agat.

Inſpecto autem diligentèr tenore ſupradi-
cti Statuti ardua eſt quæſtio, an dos ſuccedat,
11 vel ne loco legitimæ, & quòd non ſuccedat,
eò, quia Statutum incipit ab excluſione, &
deindè prouidet de dotibus, iuxta nobilem
theoricam *Caſtrenſis* deſumptam ex mente
Cuman. & Bart. in l Titio centum, §. *Titio gene-*
*ro num.*8. *ad fin.verſ.ego pluries,ff de condit.&*
demonſtrat. de qua inferiùs allegandi, in ſpe-
cie prædicti Statuti Ciuitatis Caſtelli firmat
*Card.de Luca de emphyt diſc.*9. *nu.*11. *& ſeq.*
vbi allegat in terminis eiuſdem Statuti *deciſ.*
*Rot.*87. *poſt* Merlin.*de legit.*

Sed de prædictis valdè dubitarem; ſi enim
accuratè conſideretur Statutum, non incipit
12 ab excluſione, & poſteà mandat dotari, quo
caſu retenta prædicta recepta theorica *Ca-*
ſtrenſ. abſque dubio dos non ſuccedit loco le-
gitimæ, ex latè adductis per *Alex.conſ.*13. *nu.*
14. *lib.*3. *& conſ.*179. *num.*10. *lib.*5. *Altograd.*
*conſ.*17. *num.*3. *lib.*2. *Gabr.conſ.*140. *num.* 16.
*lib.*2. *& conſ.*11. *num.*4. *&* 5. *lib.*1. *Morot.conſ.*
23. *num.*7. *Mareſcott.lib.*1. *var.cap.*28. *num.*5.
*Bellon.de Iur.accreſcen.cap.*6. *quæſt.*15. *nu.*12.
*verſ.quando autem, & ſeqq. Gratian.cap.*689.
*num.*44. *& cap.*700. *num.*29. *& ſeq.Cyriac con-*
*trou.*71. *num.*13. *& contrprincipaux.*72. *num.*10. *Pere-*
*grin.de fideicomm.art.*38. *num.*23. *Menoch.lib.*
4. *præſumpt.*146. *num.*40. *&* 43. *Mangill.de im-*
*putat.quæſt.*57. *num.*25. *&* 39. *Cardin.Mantic.*
*de coniect. vlt.voluntat.lib.*11. *tit.*22. *num.*47.
*Craſſ.in §.legitima quæſt.*7. *num.*4. *Mart.de ſuc-*
*ceſſ.part.*1. *quæſt.*13. *art.*2. *num.*36. *Merlin.de*
*legit.lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*6. *num.*25. *& quæſt.*8. *n.*9
*& ſeqq. Boſſ.de dote cap.*7. *num.*43. *& ſeqq de*
*Luca de dot.diſc.*13. *num.*4. *& ſeqq. & de legit.*
*diſc.*1. *num* 4. *& ſeqq. Rot.poſt eumdem dec.*74.
*num.*2. *& ſeqq.Add.ad Ludouiſ.dec.*565. *nu.*11.
*Add.ad Buratt.dec.*215. *lit.B.Seſſe dec.Aragon.*
26. *num.*68.

Sed

Sed potiùs incipit à dotatione, vt fœmina
dotata non ſuccedat, prout ex verbis Statuti
ibi: *Fœminæ verò deſcendentes, ſi ſunt dotatæ,
ſuperſtitibus maſculis deſcendentibus ex tali de-
cedente ab inteſtato per lineam maſculinam, vel
aliquo ipſorum, in aliquo non ſuccedant; ſi verò
dotatæ non eſſent, dotentur de bonis, de cuius
hæreditate, agitur arbitrio duorum magis ido-
neorum conſanguineorum, aut ſuccedant in por-
tione hæreditatis ſibi de Iure competenti*. Qui-
bus ſtantibus, ſtatutum literaliter incipit à
dotatione, dum apertè diſponit, vt fœminæ
dotatæ non ſuccedant, atque adeò dos ſubro-
gatur loco legitimæ, iuxta diſtinctionem
13 *Caſtrenſ.* ſupra allegatam, prout in terminis
conſimilis Statuti *Tiburtini* loquentis per ea-
dem verba, *Rot.deciſ.197. num.1. & ſeqq. &
deciſ.106 poſt Merlin. de legit.* vbi de Statuto
Peruſino excludente fœminas ab inteſtato ab
hæreditate Patris, Matris, & aliorum Aſcen-
dentium, ſi erunt dotatæ.

Fortiùs dos videtur ſuccedere loco legiti-
mæ in terminis prædicti Statuti, dum illud
mandat, quòd, ſi fœminæ dotatæ non eſſent,
14 dotentur de bonis illius, de cuius hæredita-
te agitur, arbitrio duorum magis idoneorũ
conſanguineorum, quod arbitrium intelligi
debet boni viri, atque adeò ſuper congrua
dote a Iure regulandum, iuxta doctrinam
Bart.in extrauag.ad reprimendum, verbo *vide-
bitur, num.8. Innocen.in cap.veritas, num vlt.
& in cap.ſanè de renunc. Alex.in l.ſi ſic, ff.de
leg.1. Menoch.de arbitr. quæſt.13. num.15. &
18. Poſth.de manut. obſer.7. num.60. & ſeqq.*
latè *Gizzarell.dec.57.* vbi *Add.Ludouiſ. deciſ.
189.num.3.& 465.num.1.* & vtrobique *Add.
Merlin.dec.393.num.1. Rot.in recent.dec.224.
num.1.part.8.* & eſt *text.* loquens de dotis con-
ſtitutione in *l.ſi filiæ Pater, ff.de leg.3.* ibi: *Vi-
ri boni arbitratu*; prout in proximis terminis,
quòd, ſi ſtatutum diceret, fœminas congruẽ-
15 ter eſſe dotandas, arbitrio boni Viri, quòd
tunc dos ſuccedat loco legitimæ, cum non
poſſit eſſe congrua, niſi ſit æqualis eidem le-
gitimæ, in terminis tradunt *Surd.conſ.393.n.
39.* vbi ſeipſum citat *in tract.de aliment.tit.3.
quæſt.1.num.60.& 75.* & regulare eſt, vt dos
16 ſuccedat loco legitimæ, quoties Statutum
mandat, congruè puellas dotari, prout in
ſpecie firmant *Crauett. conſil.236. Cuman.
conſ.124. Surd.de alim.tit.3. quæſt.1. num.60.
& trib.ſeqq. Boſſ. de dote cap.7. num.74. Car-
din. de Luca de dot. diſc.13. num.9. verſ tertia,
quia mandat.*

17 Neque prædictis aduerſatur *deciſ.Rot.87.
poſt Merlin. de legit*, cui potiſſimùm innititur
Card. de Luca de emphyt. dict. diſc.9. num.11.
ibi enim ſolùm agitur, an fœminæ à Statuto
excluſæ faciant partem cum maſculis in au-
genda legitima, quod nihil commune habet
cum præſenti quæſtione.

Siquidem ad effectum faciendi partem pro
augenda maſculorum legitima dos fœmina-
18 rum ſuccedit, vel non ſuccedit loco legiti-
mæ, prout magis expedit maſculis, ut firmat
*Caſtr.conſ.52.col.fin.& conſ.286.num.4. lib.1.
Ladereh.conſ.8.nu.20.conſ.125. num.1. & con-
ſil.126.num.6. Eugen.conſ.33.num.70. conſ.35.
num.9.et ſeq.lib.1.et conſ.100. num.35. lib.2.
Mareſcott. var.lib.1.cap.28.num.9. Bellon.de
iur.accreſc.cap.6. quæſt.15. num.79. verſ.hinc
fit, et verſ.hinc intelligimus, Merlin.de legit.lib.
3.tit.1.num.29.et ſeq.quæſt.6.num 34.et qu.8.
Altimar. ad Rouit. conſ.70.lib.1. Rot.diuerſ.de-
ciſ.266. part.1. in recent. deciſ.147.num.2.et
ſeq. part.13. Rot.in Aſſiſienſ.fideicommiſſi 28.
Maij 1629.ſub §.quia et ſi huiuſmodi coram Pi-
rouano*, & proſequitur *Rot.d.dec.87.nu.4.* poſt
eumdem *Merlin.de legit*.

Et quamuis fortaſsè poſſet obijci, quòd
dum in prædicta *dec.87. poſt Merlin. de legit.*
firmatur, vt fœminæ excluſæ in terminis prę-
dicti Statuti faciant partem, uel ne, prout ma-
gis eſt proficuum maſculis, pernecesſè eadem
ſupponat deciſio, quòd in terminis dicti Sta-
tuti dos non ſuccedat loco legitimæ; Cum
19 prædicta concluſio, quód fœminæ faciãt par-
tem, uel non faciant, prout magis expedit ma-
ſculis, non procedat, quando dos ſuccedit
loco legitimæ, ut poſt *Rub.Alex.conſ.122.nu.
3. Soccin.Sen. conſ 84.nu.9.lib.1. Morot.conſil.
23.num.23. Brun.de Statut. excluſ. fœmin art.
13.quæſt.3.nu.45.et ſeq.* aduertit *Rot.dec.106.
num.9.poſt Merlin.de legit.*

Nihilominùs poſſet reſponderi, quòd in
prædicta *deciſ.87.poſt Merlin.de legit.* non fuit
formiter diſputatus præſens articulus: An in
terminis dicti Statuti dos ſuccedat, uel ne lo-
co legitimæ; ſed ad effectum augendi legiti-
mam maſculorum, ſi illis eſſet proficuum, ta-
citè pręſupponitur, dotem non ſuccedere
loco legitimæ; quòd ex ſupra firmatis, magnã
patitur difficultatem, & regulariter deciſio-
20 nes attendi debent in eo, quod principaliter
firmant, non autem in ijs, quę perſunctoriè,
ac materia non examinatã præſupponunt,
*Cardin.Seraphin.dec.299.num.13.in fin. Bich.
deciſ.480. n.31. Rot.in recent. deciſ.17. num.9.
part.7.*

Cum igitur ex prędictis fuerit firmatum,
quòd dos in terminis dicti Statuti ſuccedat
loco legitimæ; atque adeò, quòd Ioanna di-
catur habuiſſe hęreditatem Patris, ſaltem in
re certa ratione eiuſdem dotis ſuccedentis
loco legitimę; ſuffragatur aliud motiuum fa-
uorabile eidem Ioannę, quòd, ſtante indulto
21 Alexandri VII. poſſit tamquàm hęres Patris,
ſaltem in legitima, uel in dote eius loco ſuc-
cedente petere, ſibi renouationem fieri ab Ec-
cleſia Domina directa, ut in his terminis

Rot. in Ciuitaris Caſtelli emphyteuſis coram *Meltio dec.151.num.7.et ſeq.part.9.* ubi, quòd alteri gratificari non liceat, multòque magis in ſui præiudicium alienari emphyteuſis in extraneos

Idque etiam cum ſuppoſito, quòd reſpectu vocationis eiuſdem Ioannę poſſit haberi aliqua difficultas, quę reuera non adeſt, quoniã
22 caſus renouationis differt ab illo uocationis, ut firmauit *Rot. iu Ciuitatis Caſtelli corã Platto* impreſſa apud *Gionagn. conſ. 44. ex uu. 117. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Viduæ, ſoluto matrimonio, inſpecta diſpoſitione Iuris communis, intervſuria non debentur dotalia ob non reſtitutam dotem in pecunia ſolutam, niſi copulatiuè concurrentibus, interpellatione Iudiciali hæredum Viri, cum poſſibilibus diligentijs, liquidaque probatione, quòd aliundè non habuerit, vnde ſe aleret, quod non eſt præſumendum, ſed ab eadem Vidua legitimè probandum.

Vſuræ dotales, an peti poſſint à Vidua tamquàm intereſſe ob moram in non ſoluendo, & an ſaltem ſuccurratur Viduæ ex cauſa lucri ceſſantis, damniq; emergentis.

Inter obligationem de faciendo, & obligationem de dando, quodnam ſit conſtituendum diſcrimen, quò ad intereſſe præſtandum.

Vſuræ dotales; vtpotè non iure actionis; ſed ſimplici Iudicis officio debitæ, cenſentur per Viduam remiſſæ, quoties ſortem dotis recepit cum ampliſſima liberatione.

Interpellatio hæredum Viri requiſita à Statuto *Bononienſi* eſt præſumenda ex diuturna ſolutione fructuum dotis eidem facta ab ipſis hæredibus Viri, huiuſmodi tamen præſumptio tantummodò eſt recipienda fauore Viduę, non autem ipſius hæredum.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri Vidua nou debeutur interuſuria dotis nou reſtituta couſiſteutis in pecuuia.*

2 *Idque etiam procedit, ſi maritus in teſtamento quid annuum Vxori reliquerit vſurarum nomine præſtaudum, donec dos ſoluatur.*

3 *Siue Vidua Viro mortuo fructus ex pignore dotali percipiat, nam illos in ſortem imputat.*

Adeòut, neque valeat paciſci, ne in ſortem imputentur.

4 *Interuſura dotalia ad hoc vt Viduæ debeantur copulatiuè concurrere debent, interpellatio iudicialis hæredum Viri, et concludens probatio, quòd Vidua aliundè non habuerit.*

5 *Huiuſmodi probatio ad Viduam pertinet.*

6 *Interpellatio requiritur, non obſtante pacto, quòd vſuræ dotis non reſtitutæ debeantur; cum non dependeat à partium poteſtate licitam reddere vſuram alioquin illicitam.*

Et ob hãc cauſam vſuræ repeti poſſunt, quàmuis ſcienter, et ſpontè fuerint ſolutæ.

7 *Reprobatur contraria ſententia affirmans, vſuras dotales viduæ deberi abſque interpellatione, cum non ſint lucroſæ acceſſiones, ſed ſubrogentur loco alimentorum.*

8 *Citatio exequuta contra aliquem, vti hæredem tertij non obligati ad reſtitutionem dotis, non ſuffragatur; licèt citatus alioquin fuerit hæres Viri obligati.*

9 *In ſeparabilibus duplex perſona repræſentari poteſt.*

10 *Citatio obſcura, & æquiuoca in mora non conſtituit.*

11 *Vidua, quæ eſt actrix, tenetur probare qualitatem, quòd aliundè non habuerit.*

12 *Huiuſmodi qualitas non eſt præſumenda, ſed apertiſſimè ab eadem Vidua actrice probanda.*

13 *Paupertas, quoties eſt fundamentum agentis, ab eodem eſt probanda.*

14 *Hæc qualitas præſumi poteſt, quando mulier eſt rea; ſecus, quando eſt actrix.*

Declaratur Theſaur. dec. 43. num. 5. & Franch. dec. 489. num. 29

15 *Præſumptio deducta ex* l. Quintus Murius, ff. de donat. int. Vir. & Vxor. *nõ procedit in Vidua, ſoluto matrimonio.*

16 *Paupertas ex ſimplici fide non probatur, quoties eſt neceſſarium fundamentum actoris.*

17 *Paupertas, vt probata dicatur, debent teſtes ſuam negatiuam coarctare.*

18 *Paupertatis probatio ex quibus in Vidua excludatur.*

19 *Mulier regulariter nihil præter dotem habere præſumitur, & in quo caſu id procedat* num. ſeq.

20 *Pendente lite ſuper matrimonij nullitate, ſtante paupertate mulieris, bonique Iuris præſumptione, eidem alimenta preſtari debent.*

21 *Sed in hoc caſu paupertas non præſumitur; ſed eſt concludenter probanda.*

22 *Vſuræ dotales ob dotem non reſtitutam Viduæ non debentur Iure actionis, ſed ſimplici Iudicis officio, & ex accidenti propter moram.*

23 *Ideoque censẽtur remiſſæ per ſortem dotis à Vidua receptam, cum ampliſſima liberatione.*

24 *Præcipuè, quando à Iudice fuit relaxatum mandatum pro ſorte dotis, nulla acceſſionum ratione habita.*

25 *Nam ſublato principali per ſententiam omne con-*

conſequutiuum cenſetur ſublatum; adeòut neque noua actione peti valeat, cum actor in hac parte grauatus debuerit appellare.

In quo caſu contraria procedunt. ibid.

26 *Multò magis vſuræ dotales cenſentur remiſſæ, quando ſors dotis reperitur iam ſoluta vigore decreti, ſeu ſententiæ.*

27 *Impugnatur* Noguerolus *aſſerens, Vſuras dotales Viduæ deberi Iure actionis, & in quo caſu auctoritates per ipſum allegatæ procedant* num. 29.

28 Deciſio Ludouiſ. 93. *loquitur de Vſuris dotalibus debitis Viduæ vigore Statuti* Vrbis.

29 *Vſuræ dotales debitæ conditione ex ſtatuto, dicuntur deberi Iure actionis.*

30 *Ideòque per receptionem ſortis non dicuntur remiſſæ.*

31 *Fructus dotis non reſtitutæ, an poſt moram debeantur, non tamquàm fructus, ſed tamquàm intereſſe,* & num. ſeqq.

32 *Viduæ non eſt permiſſum ex ſimplici mora petere intereſſe dotis nõ ſolutæ in pecunia cõſiſtentis.*

33 *Viduæ moram paſſæ in reſtitutione dotis ſuccurritur ex cauſa damni emergentis, lucrique ceſſantis.*

34 *In vtroque tamen caſu ſunt peruecesſè probanda requiſita* Caſtrenſis, *tàm ad lucrum, quàm ad damna ſpectantia.*

35 *Idque, etiam procedit in caſu dotis non ſolutæ, cum in hoc dos non reperiatur priuilegiata,*

Adeòut non admittatur præſumpta probatio reſultans ex qualitate loci, ex quo ſunt paratę occaſiones collocandi pecunias ad lucrum.

Reprobatur contraria ſententia Couarruuias.

36 *In obligatione de faciendo ex natura rei poſt interpellationem ſuccedit obligatio ad intereſſe, neque in hoc caſu ſunt probanda requiſita* Caſtrenſis.

37 *In obligatione de dando, quando agitur de debito pecuniario, ſola mora debitoris, adhuc interpellatione concurrente, non ſufficit ad intereſſe petendum; ſed ſunt neceſſaria requiſita* Caſtrenſis.

38 *Contraria procedunt, quando agitur de debito conſiſtente in ſpecie fructifera.*

39 *De Statuto* Bononiæ *ſuper vſuris dotalibus Viduæ præſtandis poſt interpellationem.*

40 *Interpellatio requiſita à dicto ſtatuto eſt præſumenda, quoties ab hæredibus Viri, ſpatio plurium annorum fuerunt Viduæ ſoluta interuſuria dotalia.*

41 *Negatiua eſt concludenter probanda per fundantem ſe in ea.*

42 *Semota fraude, & intentione mulieris fænerandi in dubio non præſumenda, ſola malæ fidei abſentia ſufficiens, videtur, vt fructus dotis non reſtitutę perceptos, & conſumptos mulier non reſtituat, neque imputet in ſortem.*

43 *Refertur ſententia affirmans, Viduæ indiſtinctè ab hæredibus Viri eſſe ſoluendas vſuras dotales, etiam non concurrentibus requiſitis* Caſtrenſis, *& abſque interpellatione, cum potiùs ſubrogentur loco alimentorum.*

44 *Præſumptio interpellationis ex diuturnis educta ſolutionibus fructuum recipitur ſolùm ad fauorem Viduæ, ſecus verò hæredum Viri, & de ratione diſcriminis inter vnum, alterumque caſum.*

45 *In probibitis in materia vſuraria non ſufficit expreſſa partium confeſſio, quòd interpellatio præceſſerit.*

46 *Interpellationis præſumptio reſultás ex diuturna fructuum ſolutione ſuffragatur tantummodò Viduæ, non autem marito, ſoluto matrimonio.*

CAPVT CXVIII.

NVLLO Iure eſt procedendum ad ulteriora in ſubhaſtatione; cum mandatum relaxatum pro interuſurijs dotalibus ſit omninò iniuſtum, atque adeò nullatenus exequendum.

Pręmiſſa, enim receptiſſima concluſione,
1 quód mulieri Viduę ab hæredibus Viri aliquod dotis non reſtitutę in pecuniâ conſiſtẽtis intereſſe non debeatur; quidquid enim eo nomine conſequeretur, eſſet uſura, quam recipere minimè poteſt, *cap. ſuper eo de vſur.* & eſt concors, ac recepta Canoniſtarum ſententia in *cap. ſalubriter de vſur.* ubi, prę cæteris, *Innoc. Butr. et Abb.* quàm Ciuiliſtæ ſectantur, ſignanter *Bart. in l. in Inſulam 43. § vſuras, nu. 3. ff. ſolut. matrim. et conſ. 128. lib. 1. Caſtr. in l. diuortio in princip. num. 6. ad fin. verſ. ſed ſi petierit dotem, ff. eod. tit. et in l. fin. in fin. Cod. de bon. matern. Lup. in l. curabit, § 4. nu. 82. et ſeqq. Cod. de action. empt.* egregiè, prę cæteris, ſatiſfaciens omnibus contrarijs, *Barboſ. in l. 2. in 1. part. num. 40 et ſeqq. ff. ſolut. matrim. Surd. conſ. 194. num. 13. et de aliment. tit. 1. quæſt. 45. nu. 8. et ſeqq. Ruin. conſ. 49. num. 4. lib. 2. Ancharan. conſ. 150. num. 4. et 6. Honded. conſ. 36. num. 8. lib. 2. Roland. conſil. 55. num. 18. lib. 2.* ibique *Peregrin. in ſubſcript. ſub num. 20. Alex. conſil. 141. num. 4. lib. 5. Altograd. conſil. 21. num. 43. lib. 2. Lanar. conſ. 26. num. 2.* latiſſimè pluribus congeſtis, *Caſtill. de aliment. tom. 8. cap. 49. n. 2. verſ. imò etiam, et num. 28. et ſeqq.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 9. de dot. num. 159. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 15 gloſ. 15. part. 1. num. 25. Pellice. ad Conſuet. Auerſ. quæſt. 9. n. 193. Cyriac. controu. 542. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 8. gloſ. vnic. part. vnic. num. 25. & 26. Gratian. cap. 240. num. 3. & 20. & cap. 563. num. 40. Couarr. lib. 3. var. cap. 75. num. 3. verſ. ſextò hinc etiam conſtat, Rebell. de oblig. Iuſtit. part. 2. lib. 6. tit. de reſtit. dot. poſt ſolut. matrim. ſect. 1. qu. 11. num. 8. verſ. quarta concluſio, Amat. reſol. 49 numer. 84. Andreol. controuerſ. 17. num. 1. & ſeqq.* Hodiern. *ad Surd. dec. 240. nu. 7. Roſa conſult. 54. num. 42. Card. de Luca de dot. diſc. 161. num. 66. verſ. tertia, Afflict. deciſ. 284. num. 1.* ibique latè *Vrſill. num. 6. verſic. in muliere verò Vidua, Theſaur. dec. 43. num. 2. Larr. deciſ. Granat. 37. num. 27. Seſſe deciſ. Aragon. 68 num. 26. Capyc. Latr. dec. 97. num. 6. Card. Mant. dec. 53. & dec. 171.*

Eam-

2 Eamdemque conclnſionem, adeò eſſe ueram inferiùs laudandi affirmant, ut neque etiam interuſuria dotalia Viduæ debeantur, ſiue maritus in teſtamento quid annuũ uxori reliquerit uſurarum nomine pręſtandum, donec dos ſoluatur, Barboſ.in l.2.part.1.n.41.ff. ſolut.matrim.Crot.conſ.68.num.3. lib.1. Alex. conſil.27.num.5.lib.4. Ancharan.conſ.93. Menoch.conſ.441.num.26. Surd.de alim.tit.1.qu. 45.num.21.& quatuor ſeqq.Molin.de rit.nupt. lib.3.quæſt.39.num.51.& plurib. ſeqq. Spin.de teſtam.gloſ.11. num.71. Trentacinq. var.reſol. lib.3.tit.de Iur.dot.cap.6.num.6.& in fin.Maceraten.var.reſol.lib.1.reſolut.59. Giurb.ad Conſuet.Meſſan.cap.15.gloſ.15.p.1. n.19. Amat. penes innumeros iuxta morem referens, reſolut.49.num.87.Roſa conſult.54.num.43.Theſaur.dec.43.n.2.Capyc.Latr.deciſ.97.n.7.& 12.

3 Siue Vidua, uiro mortuo, fructus ex pignore dotali percipiat, nam illos in ſortem imputat, iuxta regulam l.2. Cod.de pignor.act.l. fin.Cod.eod.tit.l.ſi dominium.9. Cod. de pignor. l.1.C.de diſtract.pignor. cap.1. & cap.conqueſtus de vſur. & in his ſpecialibus terminis Innoc.in cap.ſalubriter de vſur. quem ſequuntur ibidem communi uoto Canoniſtę, & præ cęteris, Hoſtienſ.circa fin.ſub nu.7. verſ.quid ergo in conuerſo caſu, admonens Viduam, quòd ſit diſcreta, ne rem obligatam recipiat, percipiendo ex ea fructus; ſed potiùs faciat ipſam diſtrahi, uel recipiat in ſolutum, quia alioquin fructus ſortem extenuabũt, quod per eadem ferè uerba docuit etiam ibidem Io: Andr.ſub num.4.verſ.quid ergo, Anton.de Butr. num.7.Abb ſub num.4. verſ.ſicuti etiam quæri poteſt, & ex Ciuiliſtis ſectantur Barboſ.in l.2. part.1.ſub num.40. circa fin. verſ.vnde ſi prædium aſſignetur, ff.ſolut.matrim. Plot. de in lit. Iur.§.11.ſub nu.24.Ancharan.conſ.150.Alex. conſil.141.num.7.& 12. & conſ.127. in princ. lib.2. Gabr.conſ.152.n.2 lib.2.Surd.cons.194. n.10.& ſeq.& de alim.tit.1.q.45.n.2.3.& 13. Albenſ.conſ.270.n.1.Bim conſil.245.ſub n.51. Molin.de rit.nupt.& pact.in matrim.adiect.lib. 3.cap.39. num.40. Molignat.de retent. cap.28. per tot.Caſtill.controuerſ.Iur.tom.8.cap.49. nu. 28 & ſeq.Roger.in tract.de dot.quæſt.16.nu.6. Cyriac.controu.542. num.2. & duob.ſeqq. vbi num.5.poſt Peregrin.conſil.100. num.138.lib. 5. Nec valet conuentio inita inter Viduam, & hæredes Viri de aliquid ſoluendo, donec reſtituatur dos ratione intereſſe, vel alimentorum, quia cenſetur color quæſitus, & reſultat vſura, Merlin.de pignor.lib.1.tit.3.qu.23 num.33.Cancer.var.part.3.cap 7. de pact.num. 32.Molin.de Primogen.Hiſpan.lib.4.cap.5.n.8 Coſta de remed.ſubſid.remed. 106.nu.10. Amat. plures alios referens, reſolut.49. num.90. Hodiern.ad Surd.dec.240.num.21.Roſa conſult.54. num 44. & deciſum teſtantur Cæſar Manent. dec.Mantuan.76. Hier.de Leo deciſ.Valent.62. num.4. Capyc.Latr.dec.97.num.6. & ſeq. vbi num.5.poſt Abb.conſ.39.num.6.lib.2.Peregrin. conſ.100.num.15.lib.1.& conſ.70.num.3.lib.4. alioſque allegatos, quód non poſſit paciſci, ne in ſortem computentur, quia eſſet permittere vſuras, quòd à Iure eſt prohibitum.

Niſi duo copulatiuè cõcurrãt, interpellatio,
4 ſcilicet, iudicialis hæredum Viri pro dote conſequẽda, cum poſſibilibus diligentijs, quòdque legitimè, & liquidò probetur, Viduam aliundè non habuiſſe, unde ſe aleret, quibus cõcurrentibus interuſuria dotalia Viduæ deberi, optimè, præ cęteris, firmant Crauett.conſ.189.num.7. verſ.ſextus caſus, Alex. conſ.141.num.7.lib.5. Pariſ. conſil.64. num.2. & ſeqq. ubi de communi, lib.4. Roland.conſil. 55.num.18.lib.2.latè Surd. conſ.269. num.21. & ſeq.& conſ.194.ſub nu.5. Couarr. lib.3. uar. cap.1. uerſ. ſextò hinc etiam, Neguſ. de pignor. quinto membr.quintæ partis principalis, num. 17.Cyriac.controu.542 num.7. Epiſcop.Antonell.de tempor.legal.cap.21.num.1.& ſeqq.lib. 2. Card. de Luca de dot.diſc.161. num.72. Afflict.dec.284.ſub num.2. ibique Vrſill. num.6. Theſaur.deciſ.43.Ludouiſ.dec.204.num.29. ibique Add.in fin.Duran.dec.176 num.4. Rot.in recent.dec.14.num.13.p.5. & poſt Merlin.de pignor.dec.3.num.1.

5 Eademque interpellatio requiritur, non obſtante pacto, quòd vſuræ dotales, ſoluto matrimonio, debeantur; cum enim iſtud pactum ſit illicitum, Alex conſ.221.ſub num.7. uerſic.nec prædictis, lib.2. Anguiſ.conſil.16. n.2. & 5.lib.5.Molin.de rit.nuptiar.lib.3.quæſt.39. n.14.& ſeqq.Rot.dec.94.n.8. poſt Merlin. de pignor. tamquám vſurarium ob Iuris reſiſtentiam corruit, vt in ſpecie Bich.dec.487.num.8 & trib.ſeqq.Card.Cerrus deciſ.360.num.24.&
6 ſeqq. Non enim dependet à partium poteſtate licitam reddere vſuram alioquin illicitam, Bald. in l.rogaſtis 5.§.ſi tibi, num.7.ff.de reb. credit. Cagnol.in l.curabit num.17. Cod.de act. empt.& in his terminis Cardin.Cerrus d.deciſ. 360.num.26. & ſeq. ubi, quód ob hanc cauſam uſuræ repeti poſſint, quàmuis ſcienter, & ſpontè fuerint ſolutæ, Rot.dec.94. num.12. poſt Merlin.de pignor.

7 Neque audiendi ſunt Arias de Meſa olim egregius Præceptor meus in Neapolitana Academia, var.lib.1.cap.18.Facchin.controu. Iur.lib.3.cap.101. in fin. Molin.de Hiſpan.primog.cap.5.num.6.lib.4.Boſſ.de dote cap.20.nu. 95.alijque relegendi apud Leotard.qui in hac ſententia uidetur perſiſtere, de vſuris qu.30. num.39.verſ.ſed contraria, indiſtinctè affirmãtes, ſoluendas eſſe Viduæ ab hæredibus Viri dotales uſuras, abſque aliqua interpellatione, quia reuera iſtæ uſuræ dotales non continent fœnus, neque ſunt lucroſæ acceſſiones ex retardata pecuniæ ſolutione reſultantes à Iure improbatæ, ſed ſubrogantur loco alimen-

mentorum; quòdque quemadmodùm à Iure Canonico uſuræ dotales indulgentur fauore Viri in *dict.cap.ſalubriter, de vſur.*idem etiam ſoluto matrimonio,ſit indulgendum reſpectu Vxoris; cum non uideatur æquum, impunitam eſſe moram Viri, eiuſque hæredis dotem, ſua die,nõ reſtituentis,aut meliorẽ eſſe cõditionem mariti, eiuſque hæredum in dote reſtituenda, quam ſit mulieris in exſoluenda, prout eleganter iuxta morem arguit *Anton. Fab.in Cod.lib.5.tit.8 de rei vxor.act. defin.5.*

Huiuſmodi enim ſententia nunquàm fuit à *Rota* recepta, utpotè aberrans à communi, cum Iuſtinianea ſanctio cogens hæredes Viri ad uſuras trienes ſoluendas Viduæ in reſtitutione dotis moram paſſę,de qua in *leg. vnic. §.exactio, Cod.de rei vxor.act.* & notat *Petr.Gregor. ſyntagm.Iur. ciuil. lib.9. cap.22. num.5. Anton.Fab. in Cod. lib.5. tit.8. defin.5.* fuerit abrogata per Ius Canonicum, quo inſpecto, cum uſuræ ſint prohibitę,legeſque, & Conſtitutiones Principum uſuras permittentes ſint exploſę,non debet eſſe permiſſum Viduę uſuras dotales exigere ſub mendicato alimẽtorũ prętextu ob morã in dote reſtituẽda factam, niſi eius aliundè interſit, Pręcipuè, quia diſpar adeſt ratio, inter Virum onera matrimonij ſupportantem,quorum ratione interuſuria dotalia ſunt à Iure permiſſa, & Viduam onera matrimonij non ſubſtinentem, ut firmant Doctores initio laudati; ſignanter *Roſa dict. conſult.54. numer.42.* qui omnibus ſupradictis obiectis contrariæ ſententię ſatisfaciunt apud eoſdem relegendis.

8 His igitur, pręmiſſis, quæ in ſtricta iuris cenſura ſunt omninò abſoluta,cum in pręſentia,etiam admiſſo,ſine ueri præiudicio,quòd concurrat primum requiſitum iudicialis interpellationis,de quo poſſet etiam ualdè dubitari, cum fuerit citatus Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Siracuſanus, uti hæres Thomæ ad dotis reſtitutionem nullatenus adſtricti, ideòque non poteſt dici in mora conſtitutus, utpotè hæres Viri, licèt eiuſdem alioquin ſit etiam hæres, argum.*text.in l.ſi Pater familias 15.§ qui duos*, ibique *Gloſ.*uerbo *qui duos, ff.de adoption.Signorol.conſ.69. ſub nu.8. Iaſ.conſil.158.num.6.lib.2.Siluan.conſil.49.nu. 35. Verall. deciſ.107. numer.1. & ſeq.part.1.* & in ſpecialibus terminis egregiè *Card.Ottbobon.dec.201.num.7.& ſeqq.& dec.103. nu.8. & ſeq.*

9 In ijs enim,quę ſunt ſuaptè natura ſeparabilia, quis repreſẽtat duplicem perſonam,rationeq; unius cauſę dicitur una perſona, ratione alterius reputatur extraneus, *dict.leg.ſi Paterfamilias 15. §.qui duos*, ibique *gloſ.*in uerbo *quis duos,ff.de adopt.Iaſ.conſ.158.nu.6. lib.2.Crauett.de antiquit.tempor. part.4. §.abſolutis differentijs, num.34. Cardin.Ottboben. dict.dec.201.num.9.*rectèque conueniunt latè per Nos deducta *cap.51. numer.116. & ſeq. Vol.1.*

10 Et in omnem caſum prædicta citatio,tamquàm obſcura, & æquiuoca, in mora non cõſtituit, iuxta notata in *l.aut qui aliter 5. verſ. ſi quis,ff.quod vi, aut clam.* ibi: *Et quòd opus facturus ſit, neque,qui demum perfunctoriè,aut obſcurè dicere, aut denunciare, Alex.conſ.137. num.13.lib.2.Rolãd.conſ.32.num.24.lib.1. Rot. in nou.dec.17.num.1.de re iudicat.& in recent. dec.203.n.8.p.4.tom.2.*

11 Adhuc,inquàm, admiſſa legitima interpellatione, deſideratur ſecundum requiſitum reſpectu qualitatis, quòd non habuerit aliũdè, quòd omninò eſt probandum á Vidua agẽte ad interuſuria per legitimas probationes, ut in ſpecialibus terminis firmant *Barboſ. in dict. leg.2. part.1. ante num.45. ff.ſolut. matrim.Alex.dict.conſil.141.ſub num.5. lib.5. Crauett.conſ.912.num.6.Surd.conſil.194. n.17. & ſeqq.Pontan.de aliment.cap.15.num.13.Duran.decis.176.num.5.Ludouis.decis.204.nũ.29.* ubi, quòd non ſuffragetur ſimplex interpellatio, *Rot.in recent.dec.14.num.14. part.5.& in Romana fructuum dotis 16.Ianuar.1606.coram Lutta.* Ideòque non poterat ullo Iure relaxari mandatum contra hęredes Viri pro interuſurijs dotis non reſtitutę.

12 Huiuſmodi verò qualitas, quòd Vidua aliundè non habuerit, nullatenus eſt præſumenda, vt non rectè ex aduerſo contenditur, quando mulier eſt actrix,ſed ab ea apertiſſimè eſt probanda, *Afflict. deciſ.377. num.5. Dunozett. Iun deciſ.422. num.2.* & in ſpecie comprobat *Barboſ.in l.2.part.1. ante num 45. ff.ſolut.matrim. Surd dict. conſil.194 num.19. Ludouiſ.dict.deciſ.204. num.29. Duran.d.deciſ. 176.num.5. Rot.in recent. dict.dec.14. num.14. part.5.*

13 Quæ concluſio veriſſimo innititur Iuris principio, vt quoties paupertas eſt fundamẽtum agentis,ab eodem veniat probanda,de quo latè *Maſcard.de probat. concluſ.1159. nu. 25.& ſeq.* & confert *gloſ.in l.ſi verò,§.qui pro rei qualitate*, verbo *dubitetur, ff.qui ſatis cogant.Vrſill.ad Afflict.d.dec.377.n.1.*

14 Atque hinc veriſſimam exiſtimo diſtinctionem adductam per *Amat.reſol.49.num.60.& duob:ſeqq par.1.*qui explicando *deciſ.Theſaur. 43.num.5.& Franch.489.nu.29.* cum quibus, articulo non examinato, pertranſit, *Cardin. de Luca de dot. diſc.161. num.73.* optimè aduertit, vt hæc qualitas poſſit præſumi, quando mulier eſt rea, putà,quia ab hæredibus Viri conueniatur; ſecus, quando, prout in præſentia, eſt actrix, eamdemque diſtinctionem ſatisfaciendo pariter doctrinæ *Theſaur.*adhibet *Ciriac.controu.542.num.11.& ſeq.*

Idque euidentiſſimo confirmatur argumẽto;ſi enim hæc qualitas paupertatis eſſet præſu-

ſumenda, prout ex aduerſo contenditur, fruſtrà Doctores requirerent, quód copulatiuè probarentur à Vidua duo illa requiſita, interpellatio, ſcilicet, & qualitas paupertatis; ſi enim hęc qualitas pręſumeretur, utique Viduæ non eſſet iniunctum onus illam probandi, dum Iuris fulcitur præſumptione, quod maxima animaduerſione dignum exiſtimo.

15 Ponderando ulteriùs, quód dictę auctoritates contrariæ *Theſauri*, *& de Franch.* cum concordantibus congeſtis per *Amat. d. reſolut. 49. n. 59.* potiſſimùm innitûtur regulæ deſumptæ ex *l. Quintus Mutius 52. ff. de donat. int. vir. & vxor.* quæ iuxta aliquorum ſententia non procedit in Vidua, ſoluto matrimonio, ut ibidem admonet *Gloſ. in princip. Salicet. num. 1. Angel. conſ. 141. num. 2. verſ. ſecundo caſu, Alex. conſ 82. num. 13. verſ. tamen lib. 2.* & confert *text. in l. etiam in fin. Cod. de donat. int. vir. & vxor.* ſolùmque eadem præſumptio fuit à Iure inducta, conſtante matrimonio, euitandi turpis quęſtus gratia, ibi: *Euitandi autem turpis quæſtus gratia circa Vxorem hoc videtur Quintus Mutius probaſſe* ideòque themati, de quo eſt ſermo, non uidentur iſta conuenire.

16 Neque ulla prorsùs eſt habenda ratio de ſimplici atteſtatione duorum teſtium, quòd Vidua non habuerit aliundè. Tum ex quo paupertas ex ſimplici fide nõ probatur, quoties eſt neceſſarium fundamentum actoris, *Card. Ottbobon dec. 213. num. 9.* Tum etiam, quia, quatenus teſtes fuiſſent legitimè examinati, non probant paupertatem, quę, ut concludenter probata dicatur ad effectum,
17 de quo agitur, debent teſtes ſuam negatiuã coarctare, nempè, non poſſe aliquem habere alia bona, quin ipſi ſcirent, prout ex *gloſ. in §. ſi verò, verſ. & vidiſſe in fin. Authent. de hæred & falcid. & in l. 1. & in princip. ff. de itin. actuq; priuat.* firmãt *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq; priuat Dec. conſ 649 poſt n. 10. Caball. conſ. 145. numer 157. & ſeq. Ludouiſ. deciſ. 42. num. 5.* & in ſpecie probandę paupertatis *Roman. conſ. 245. num. 9. Couarr. var. lib. 2. cap. 6. num 8. Buratt. dec. 41. n. 2. Card. Ottbob. dec. 213 n. 10.*

18 Quinimò contrarium conuincitur, quòd, nempè, ad ſe alendum, aliundè habuerit, non ſolùm, quia adhuc uiuit, ſed etiam, quia nullatenus docet, ſe ęs alienum contraxiſſe, prout ad hunc effectum requiritur, *Bart. in l. libertis 18 § manumiſſis num. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. Alex in l. de alimentis 8. ſub num. 2* ibique *Rimin. Sen. col. 1. Curt. Sen. n. 14. Ant. de Alex. Padill. col. pen. verſ. quartò colligo,* C. *de tranſact.* idem *Alex. conſ. 72. n 9. lib. 5. Gomez ſuper l. 9. Taur. num. 39. fol. 129. Cordub. in l. ſi quis à liberis nu. 71. verſ. primo hoc in fin. ff. de liber. agnoſc. Surd. de aliment. tit. 5. quæſt. 1. num. 43. & tit. 1. quæſt. 32. num. 40.* optimè *Guttier. allegat. 14.* poſt repetitiones, *Gratian. cap. 60. num. 19. & ſeq. Cyriac. controu. 237. num. 7. Afflict. dec. 10. in fin. Franch. dec. 605. n. 1.*

19 Huic uerò receptiſſimę concluſioni aduerſari non poterit, quòd paupertas, tamquàm qualitas connaturalis ſit præſumenda in muliere, potiſſimùm nupta, quæ regulariter nihil pręter dotem habere ſolet, ut poſt *Angel. Aret. conſ. 81. num. 2. Soccin. Sen. conſ. 9. num. 3. lib. 1. Rot. in recent. deciſ. 124. num. 7. & duob. ſeqq. part. 8.*

20 Siquidem prędicta deciſio loquitur in caſu omninò diuerſo, nempè, de alimentis Vxori præſtandis, pendente lite ſuper matrimonij nullitate, ſtante paupertate, bonique Iuris præſumptione, quibus concurrentibus litiganti alimenta debentur, *l. ſi neget, ff. de liber. agnoſcend. Surd. de alim. tit. 1. q. 119. in fin. & quæſt. 120. num. 7. vſq. ad* 10. *Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 41. num. 51. Add. ad Ludouiſ. deciſ. 189.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ 6. gloſ. 2. part. 4. num. 26. Gratian. cap. 954. num. 27. Galcot. lib. 1. controu. 6.* Cardin. *de Luca de iudic. diſc. 14. num. 12. & 18. Afflict. dec. 152. n. 4.* Card. *Seraphin. dec. 426. n. 1. Archiepiſc. Royas dec. 422. n. 3.*

21 Quinimò, etiam in hoc caſu neque ſuffragatur Iuris præſumptio, iuxta quam unuſquiſque præſumitur egenus, quia ubi paupertas eſt probanda ad certum effectum, conſequendi, ſcilicet, alimenta, ſumptuſque litis, dicta præſumptio non releuat actorem à concludenti probatione, iuxta doctrinam *Baldi in Authent. prætereà, num. 4. verſic. quæro nono,* C. *vnde vir. & uxor. Add. ad* Ludouiſ. *dec. 189. num. 7. verſic. paupertas,* Card. *Seraphin. dec. 426. Card. Cerr. dec. 853. n. 2. & duob. ſeqq.* Ideóque, cum in pręciſo caſu, de quo eſt quæſtio, habeamus ſpecialiſſimas deciſiones *Rotæ*, firmantes, quòd onus probandi paupertatis qualitatem omninò incumbat Viduæ ad interuſuria dotalia agenti, pernecesſè affirmandum excluſam remanere præſumptiuam probationem paupertatis.

22 Vlteriùs iniuſtum detegitur mandatum exequutiuum; cum enim interuſuria ob dotem Viduę non reſtitutam non ſint debita Iure actionis ex contractu prouenientis; ſed potiùs ſimplici Iudicis officio, & ex accidenti propter moram, *l. fin. §. prætereà, Cod. de Iur. dotium*; cum regulare ſit, ut quod debetur ex accidenti propter moram, non Iure actionis, ſed potiùs officio Iudicis ueniat, *leg. centum Capuæ, & l. fin. ff. de eo, quod certo loco, l. per colluſionem, §. vltimo, ff. de action. empt. Bald. in l. 1. num. 26. Cod. de vſur. & fructib. legat.* aliiſque congeſtis, *Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. num. 62. & tit. 3. quæſt. 2. num. 11. & ſeq. Gratian. cap. 244 num. 33. Leotard. de vſur. qu. 91. n. 18.* Hodier. *ad* Surd. *dec. 240. n. 15. & ſeq.*

Hinc

23 Hinc reſultat, vt cenſeantur remiſſa per ſortem dotis á Vidua receptam cùm ampliſſima liberatione, *l.ſi depoſiea 4. Cod.depoſit. Honded.conſ.30.num.52. & ſeq. lib.1. Franc. Ant.Coſt.conſ.86.num.5.*benè *Gratian. d.cap. 244.num.34.Surd.de aliment.dict.tit.1. qu.43. num.12.in fin. verſic. hanc partem teneas, & conſ.500 num.5.Vrſill.ad Afflict.dec.284.n.8.* latiſſimè, pluribus congeſtis, *Leotard.de vſur. quæſt.91. de Marinis quotid. reſolut. cap.198. lib.1. Muta deciſ.52.num.34. Bich.deciſ.303. num.39.*

24 Præcipuè. quia per Iudicem fuit relaxatum mandatum, tantùmmodò pro ſcutis tribus mille pro dotis reſtitutione, nulla prorsùs prætenſarum acceſſionum, quæ ſpecificè in Iudicio fuerunt petitæ, ratione habita, quo caſu intereſſe ſolo Iudicis officio debitũ ampliùs non debetur, prout eſt *text.in dict.l.ſi depoſita, Cod.depoſit.& in l.3.§.idem Iulianus,* vbi *DD.ff de eo, quod certo loco, & in l.fin. ff. eod.* ſublato enim principali per ſententiam, omne cõſequutiuum ſublatum cenſeri debet,
25 Iudiciſque officium conquieſcit, *Iaſ.in l.2. ff. ſi quis cautionib. Bald in l.cum proprias, nu.6. Cod ſi quis alter. Innoc.in cap.grauis de reſtit. ſpoliat.Cuiac.in l.49. §.pretij ff.de action.empt. Soccin. conſ.18. lib.1.* & in præciſis terminis firmant *Io:Franc.de Pont.conſ.28.nu.13.lib.1. Fab.de Anna conſ.24.num.4.& ſeqq.lib.1.Maſtrill.ad Capyc.dec.202.num.4* *Camill.de Medic.conſ.152.num.94.* Cardin.*Mantic. de tacit. lib.10.tit.6.num.2.3.& 9. Gratian.d.cap.244. num.35.Bertacchin.* in verbo *Iudicis poteſtas, num.210.verſ.Iudex non condemnans,Leotard. de vſuris dict.quæſt.91.num.19. de Marin.dict. cap.198.num.8 & ſeq lib.1.*optimè *Valaſc.cõſult.107.num.13. Surd.* deciſum referens per Senatum Mantuanum, *dec.69.num.2.*ibique *Hodiern.in addit.num.eod.& conſ.340.num.1. Cornazan.dec.110.num 9.Peguer.dec.178.n.1. Boer.deciſ.18.Theſaur.dec.135.* vbi, quód, nec noua actione peti ualeant, debeatque actor grauatus appellare.

Non enim duæ ſunt actiones, vna ſortis, alia vſurarum, ſed vna, ex qua, condemnatione facta, iurata actio rei iudicatæ exceptione repellitur, *d.l.4. Cod.depoſit. Leotard. de vſur. dict.quæſt.91.num.18.verſ.non enim.*

Contraria, verò procedunt, quoties intereſſe non fuerit à principio petitum, quia tan-
26 tùm inſtitit creditor pro ſorte; eo enim caſu, lata ſententia ſuper ſorte, poterit denuò intereſſe, cum ſorte tamen iterum peti, in quibus terminis loquitut *Bald.*ex aduerſo allegatus, *in dict.l.4. Cod.depoſit. & conſ.166. num.3.verſ.tertiò quæritur,* cuius doctrinam ita intelligendam eſſe in ſpecie admonet *Surd.dict.dec.69.num.3. verſ.& non obſtat deciſio Baldi,* & clariùs aduertit *Flamin.Cartar. deciſ.38.in fin.verſ.non obſtat, de Marinis dict. reſolut.198. num.10. verſ.ſecus autem diceremus, lib.1.*

Multòque magis, quando, prout in hac facti ſpecie, vigore decreti, ſeu ſententiæ Iudicis ſors dotis iam ſoluta reperitur; tunc enim res omni prorsùs caret difficultate, iuxta monitum *Bald.in dict leg.ſi depoſita 4.C.depoſit.& conſ.166.num.3. verſ.tertiò quæritur, lib.1.de Marinis dict.cap.198.num.10.in fin.Surd.dict. deciſ.69.num.3. verſ.& non obſtat,* & optimè aduertit *Cartar.dec.Ian.38.nu.11.& 15. verſic.non obſtat.*

27 Neque prædictis aduerſantur deducta per *Noguerol.alleg.17.* affirmantem, quòd interuſuria dotalia viduæ ſint debita Iure actionis, ideòque per receptionem ſortis dotis non cenſeantur remiſſa.

28 Siquidem omnes auctoritates per eumdem *Noguerolum* allegatæ, ſignanter *dec.Ludouiſ. 93.*cui potiſſimùm innititur, expreſsè loquũtur de interuſurijs debitis vigore Statuti Vrbis, vel alterius conſimilis, quæ dicuntur deberi non officio Iudicis, ſed condictione ex
29 Statuto, atque adeò Iure actionis, *Paul.de Mont.Pic.conſ.19.num.13. Riminald.Sen.conſ. 184.num.56.lib.1. Bald.Nouell.de dot. part.2. num.10.*ideòque, ex ſupra firmatis, non cenſentur remiſſa per receptionẽ ſortis, prout in
30 terminis Statuti Vrbis expreſsè loquitur *Ludouiſ.dict.dec.93.num.4.* hanc eamdem rationem afferens, *Rot.in rec.dec.383. num.15.p.5.* & quotquot auctoritates ex aduerſo poterũt allegari.

31 Tandem non meretur attendi, quòd, cum noſter principalis vti correus obligatus, vná cum viro ad reſtitutionem ſortis dotis fuerit pluries iudicialiter interpellatus pro reſtitutione, illamque reſtituere pertinaciter contenderit, debeantur fructus dotis non reſtitutæ, non tamquàm fructus, ſed tamquàm intereſſe, quod ſuccedit ob moram in ſoluẽdo ex congeſtis per *DD. in l.inſula, ff.de verbor.obligat.Surd.dec.262. num.7.* cum alijs ex aduerſo adductis.

32 Siquidem aduertendum rogo, quòd ex ſimplici mora non eſt permiſſum Viduæ petere intereſſe dotis non ſolutæ in pecunia conſiſtentis, iuxta receptam doctrinam *Bart. in l. ſi conſtante, §.quoties, num.9.ff.ſolut.matrimon.* latè *Barboſ.in l.2.in princip.num.46.ff.eod.Innoc.& Io:Andr.in cap.ſalubriter, de vſuris, Caſtrenſ.in l.diuortio num.6 ff.ſolut.matrim.Surd. conſ.269.num.21.lib.2.*& latiùs *de alim. tit.1. quæſt.44.& ſeq. Ruin.conſ.49. num.14. lib.2. Anebaran. conſ.150.* cum alijs initio allegatis, fruſtrà repetendis.

33 Et licèt ſuccurratur Viduæ moram paſſæ in reſtitutione dotis ex cauſa damni emergentis, lucrique ceſſantis, *Menoch.conſ.7.nu. 15. & ſeq. Neuizan. conſ. 74. verſ. niſi talis Vidua, Gratian.cap.244. num.11.* Hodiern.

ad Surd.dec.240.num.31.verſ.& licèt, Afflict.
34 *deciſ.284. per tot.* In vtroque tamen caſu ſunt
neceſſariò probanda requiſita, tàm ad lucrũ,
quàm ad damnum ſpectantia, de quibus latè
Caſtr. in l.3 §.final. ff.de eo, quod certo loco,
quorum probatio, non obſtante mora, eſt
præciſè neceſſaria, *Riminald.Iun. conſil.218.*
num.9.& ſeqq.lib.2. Gratian. cap.240. num.5.
Card.de Luca de vſur.diſc.12.num.27. Franc.
Marc.dec.167.num.7.& 8 par.2.Epiſc.Sperell.
dec.40.num.1.& ſeqq. Put.dec.231.lib.1. in
correctis, *Mohedan dec.2.per tot.de vſur.Card.*
Seraph.dec.1240.n.1. & dec.1427.n.5.Zacch.
*de Societ.offic.n.227. Rot.*poſt eumdẽ *dec.7.per*
*tot.*ſignãter *n.9.& ſeqq.*vbi, quòd præter dili-
gentias creditoris, moramque debitoris, cõ-
currere etiam debeant alia requiſita *Caſtrenſ.*
quæ etiam in caſu dotis non ſolutæ poſt in-
35 terpellationem ſunt pernecesſè probanda,
cum in hoc dos à Iure nullo modo priuilegia-
ta reperiatur, vt poſt multos, præ cæteris,
egregiè firmat eruditiſſimus *Barbos. in d.l.2.*
num.48.ff.ſolut.matrim.Imol.in l.diuortio.n.15
ff.eodem. Bolognett.*in l.vnica, num.127.Cod.*
de ſentent.quæ pro eo, quod in certo loc.& cõſ.
14 num 2. Ruin.conſ.104. num.7. lib.4. Aym.
conſ.912.num.11.Surd de alim.tit.1.quæſt.45.
*à nu.25.vſque ad 54.*optimè *Gratian. cap.563.*
num.41.& cap 244.num 12. & ſeq. ſubdens,
quòd non admittatur pręſumptiua probatio,
reſultans ex qualitate loci, in quo paſſim re-
periuntur occaſiones collocandi pecunias ad
lucrum, damnans praxim, quam ſolent Iu-
dices obſeruare conſtituendo Viduę dotis nõ
ſolutæ intereſſe abſq; vlla probatione ob re-
dituum frequentiam, quam eſſe periculoſam,
& vix Iure defendi poſſe teſtatur, *Roderic.de*
ann.reddit.lib.3.quæſt.8.ſub num.20.verſ.ſed in
praxi, Mauent. deciſ 76. num.18. Card.Cerr.
dec.360.nu.17.& admittit *Capyc.Latr.d.deciſ.*
97.num.14. Ideòque non audiendus contra-
rium in dote, firmans *Couarr.lib.3.var.cap.1.*
num.3.verſ.ſeptimò ob eamdem rationem, cum
eius ſententia nullum prorsùs habeat iuridi-
cum fundamentum, & omninò aberret à com-
muni.

His igitur firmatis, patet reſponſio ad de-
ducta per *DD. in dict leg Inſula, ff.de verbor.*
obligat. eſt enim adhibenda diſtinctio, inter
obligationem de faciendo, & obligationem
36 de dando; nam in prima, cum ex natura rei
poſt interpellationem ſuccedat obligatio ad
intereſſe, *gloſ.in leg.bonæ fidei, ff.de eo, quod*
certo loco, Burſati.conſ.100.num.38. & ſeqq.
*Roland conſ.69.num.25.& ſeqq.lib.3.*Bich *de-*
ciſ.303.num.4.& ſeqq. repetita poſt *Zacch.de*
obligat.Cameral.dec.275.num.4. Card.Cerrus
dec.360.num.14.& ſeq. Rot.in Bonon. pecunia-
ria 12.Nouembris 1629. coram Pirouano, vbi,
quòd ſemper obligatus ad factum, ſeu ſuſci-
piens mandatum, aut aliquod onus, factonõ
præſtito, ſeu onere non adimpleto, teneatur
ad intereſſe, & in hoc caſu non ſunt proban-
da requiſita *Caſtrenſ.* neque procedat regula,
quòd pecunia non pariat pecuniam.

37 In ſecundo verò caſu, in quo præciſè ver-
ſamur, quando, ſcilicet, petitur intereſſe con-
tra eum, qui ſimpliciter reperitur obligatus
ad dandum, & agitur de debito pecuniario,
ſola mora debitoris, adhuc interpellatione
concurrente, nullatenus ſufficit ad intereſſe
petendum; ſed præciſè ſunt neceſſaria requi-
ſita *Caſtrenſis*, quibus concludenter non pro-
batis, nullum poteſt prætendi intereſſe, vt
utrumque caſum egregiè diſtinguit *Bich.dict.*
dec.303.num.4. & ſeqq. quæ eſt repetita poſt
Zacchiam de obligat.Cameral.deciſ.275.num.4
& eſt concluſio, quæ nunquàm fuit contro-
uerſa in *Rota*, quando non agitur de debito
38 conſiſtente in ſpecie fructifera, ut putà in
ſtabilibus, locis Montium, uel cenſibus, in
quibus terminis procedunt Iura in contra-
riũ adducta in *l.Tutor, §.ſi poſt, ff.de adminiſtr.*
Tutor.leg ſi Procuratorem, §.mandati actio, ff.
mandati, Honded.*conſ.39 num.3.& ſeqq lib.2.*
R*ot.in recent.dec.85.num.13.et duob.ſeqq.p.4.*
tom.2.et dec.366.nu.6.et ſeq. part.10. Sed po-
tiùs de puro credito dotis conſiſtente in pe-
cunia prorsùs infructifera, prout ſupponit
Card.Cerrus d.dec.360.n.9 et ſeq.

39 Circa hanc eamdem materiam conſultus
pro ueritate in alia cauſa Bononienſi reſpon-
di, quòd fructus dotis non reſtitutæ ſoluti Vi-
duæ non uideantur imputandi in ſortem,
quia, quamuis, iuxta ſententiam, in qua reſi-
det *Rota Romana*, Viduæ non debeantur uſu-
ræ dotales, ſemoto particulari Statuto; niſi
concurrentibus requiſitis *Caſtrenſis*, & potiſſi-
mùm interpellatione demandata à Statuto
Bononiæ, de quo in ſpecie *Rota in recent. dec.*
153.num.3.p.4.tom.2.

40 Nihilominus, cum fuerint probata dicta
requiſita *Caſtrenſis*, prout in themate tranſ-
miſſo ſupponitur, ſolùmque deſideretur in-
terpellatio, illa tamen eſt pręſumenda; cum
enim hæredes Viri ſpatio plurium annorum
uſuras perſoluerint dotales; quinimò integrã
ſortem dotis poſtmodùm depoſuerint, per-
necesſè aſſerendum, ſe declaraſſe interpella-
tos, ac debitores; adeòut aſſerenti, non ad-
fuiſſe interpellationem, incumbat onus pro-
bandi, ut in ſpecie Statuti requirentis inter-
pellationem, *Gratian.cap 920.num.14. et 21.*
et cap.824 num.54. et ſeq. Add.ad Buratt.dec.
10.ſub num.30.Add.ad Ludouiſ.dec.269.nu.8.
Cardin.de Luca de dot.diſc.161.num 76. in fin.
verſic.atque ſi longo tempore, et diſc.111.num.
11.Rot.poſt Fenzon.ad Statut.Vrb.dec.90.ver-
ſic.neque obſtat, Penia dec.1237.n.12.et ſeqq.
Bich.deciſ.74.num.20.Card.Ottbobon dec.242.
num.23.et ſeqq.& in terminis Statuti Bononiæ
latè *Rot.in recent.dict.dec.153. num.7. et ſeqq.*
et 28.

et 28.*part*.4.*tom*.2. ubi de diuturna fructuum
per decennium ſolutione.
41 Signanter, quia cum huiuſmodi negatiua
interpellationis non factæ ſit fundamentum
imputationis fructuum in ſortem, tamquàm
indebitè ſolutorum, eſt cõcludenter ex aduer-
ſo probanda, *l.cum de indebito* 25.*verſ.ſin ve-
rò*, ubi *Bart*.& alij, *ff.de probation. Caſtr.conſ.*
123.*num*.1. *& ſeq.* & in proximis terminis
imputationis fructuum in ſortem cẽſus, *Rot.
in recent.decis*.502.*num*.6.*& ſeq.part*.1. repe-
tita coram *Buratt.dec*.10.*num* 4. & Nos infe-
riùs latiori calamo agemus.
42 Prædicta fortiùs amplectenda, ea animad-
uerſione adhibita, quòd mulier, eiuſque
hęredes nõ agũt in præſentia pro cõſequutio-
ne fructuum dotalium non ſolutorum, atque
adeò ad lucrum captandum, ſed potiùs agi-
tur de fructibus ab hęredibus Viri ſpontè
ſolutis mulieri, bonaque fide iam conſump-
tis, quo caſu non uindicant ſibi locum inſpe-
ctiones, an mulier diligentias adhibuerit, nec
ne, interpellando debitorẽ, cũ ſemota fraude,
deprauataq; intẽtione eiuſdem mulieris fœ-
nerandi, quę in dubio non eſt præſumenda,
ſola malę fidei abſentia ſufficiens videatur, vt
fructus perceptos, & conſumptos mulier non
reſtituat, neque imputet in ſortẽ, prout benè
vtrumque caſum diſtinguit, *Card. de Luca de
dote dict.diſc*.161.*num*.69.*& diſc*.121.*num*.14.
Card.Seraph.dec.1406.*num*.6. *Buratt.dec*.112.
in princip.Pena dec.1237.*num*.12.*& ſeqq*.
Quæ omnia eò libentiùs admittenda, nam,
43 iuxta receptam ſententiam, in qua reſident
Viri grauiſſimi, Viduæ indiſtinctè debent ſol-
ui vſuræ dotales ab hęredibus Viri etiam
non concurrentibus requiſitis *Caſtrenſis*, &
abſque aliqua interpellatione cum diſpoſitio
legis vnica, §. *exactio*, *Cod.de rei Vxor.action.*
adhuc maneat incorrecta, & non obſtet
uſurarum prohibitio á Iure Canonico indi-
cta, quia reuera iſtæ vſurę dotales non conti-
nent fœnus, neque ſunt lucroſæ acceſſiones
ex retardata pecuniæ ſolutione reſultantes à
Iure improbatæ; ſed potiùs ſtant loco ali-
mentorum, quæ mulier, quàmuis diues ex ſua
dote, ſalua ſubſtantia, percipere ſolet, ac debet
ob quam rationem ſaluantur ſtatuta Vrbis,
aliorumque locorum, etiam per Sedem Apo-
ſtolicam approbata huiuſmodi vſuras Viduis,
etiam aliundè habentibus decernentia, nam,
ſi hæc eſſet vſura, abſque dubio huiuſmodi
ſtatuta non poſſent à Papa confirmari, quia
non valet Vſuris diſpenſare, prout omiſſis
antiquioribus, ex recentioribus latè ſubſti-
nent, *Arias de Meſa var.lib*.1.*cap*.18.*Leotard.
de vſur.quæſt*.30.*num*.39. *verſic.ſed contraria*
apud quem plures pro hac ſententia allegan-
tur, *Boſſ.de dot.cap*.20.*num*.95.eleganter iux-
ta morem *Anton. Fab. inC.lib*.5.*tit*.8. *de rei
Vxor. act.defin*. 5. aliique relegendi penes,
Leotardum de vſur. quæſt.30. *num*. 39. *verſic.
ſed contraria*.
Et quàmuis huiuſmodi opinionem *Rota*
non amplectatur, prout eſt latè firmatum
in præſenti diſputatione, attamen id proce-
dere poſſet, quoties ageret mulier, vel eius
hæręedes pro conſequendis fructibus dotis ad-
huc non ſolutis, & inexactis, in quibus ter-
minis procedunt auctoritates contrariæ; ſe-
cus autem, quando agitur de fructibus bona
fide iam exactis ab eadem Vidua, & iam con-
ſumptis, quo caſu non videtur eſſe locus prę-
tenſæ imputationi in ſortem, niſi probato
animo fœnerandi in dubio ex ſupra firmatis
non præſumendo.
44 Præſumptio tamen interpellationis educta
ex diuturnis ſolutionibus fructuum ſequutis
poſt ſolutum matrimonium, recipitur ſolùm
ad fauorem mulieris Viduæ, quæ vigore ſta-
tuti exigere poteſt interuſuria dotalia, ex eo
ſolùm, quòd debitor interpellatus fuerit, vel
pro interpellato ſe habuerit, abſque aliquo
requiſito lucri ceſſantis, vel damni emergen-
tis, iuxta Statutum *Bononiæ*, de quo in ſpecie
loquitur *Rot.in recen.dict.dec*.153 *part* 4.*tom*.
2. vel iuxta Statutum V.bis *lib*. 1.*cap*. 137.
non autem eſt admittenda fauore hæredum
eiuſdem Viduæ, quia cum illis non ſuffrage-
tur ſtatutum, & de Iure communi ſit penitùs
illicitum, & interdictum, ſoluto matrimonio,
huiuſmodi interuſuria percipere, niſi con-
currentibus mora debitoris, alijſque requiſi-
tis per *Caſtrenſ. in dict. l*.3. §. *fin. ff.de eo, quod
certo loco*, perſonalis requiritur interpellatio
aliundè probanda, quàm ex præſumptione
reſultante à diuturna fructuum ſolutione;
45 cum neque expreſſa ſufficeret partium con-
feſſio, quòd interpellatio præceſſerit, ne aliò-
quin vſurariæ prauitati via aperiretur, ex no-
tatis per *Bart.in l.ſi fortè num*.4.*& ſeq.ff.de
Caſtrenſ.peculio, Iaſ.in l. ſi donatione num*.4.*ff.
de collation.Bich.deciſion*.130. *num*.13. Pro-
46 ut habemus in proximis terminis, quòd in-
terpellationis præſumptio ex diuturna
fructuum ſolutione reſultans ſuffragetur tã-
tummodò Viduę, non autem marito, ſoluto
matrimonio, *Fenzon. ad ſtat. Vrbis dict. cap*.
137. *num*.47. *lib*.1. *Rot. poſt eumdem dec*.91.
in recent.dec.607.*num*.24.*& ſeqq.part*.4. *tom*.
3. optimè *Card. Cerrus dec*.360.*numer*.19. *&
ſeqq.Bich.dict.dec*.487.*num*.26.*& ſeqq*.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Agitur incidenter de vſu niuis apud Romanos.

Cōductori Vectigalis niuis, an per Principē locatorem ſit facienda penſionis remiſſio ob damnum paſſum, tempore belli Diuini, & quodnam damnum requiratur. Ad intellectum Iurium in *l. licet* 8. *Cod. locat. & in cap. propter ſterilitatem* 3. *eodem titulo*.

Vbertas ad effectum, vt cum ſterilitate compenſetur, quanta eſſe debeat.

Pro deneganda mercedis remiſſione, an cum ſterilitate ex aliquo caſu fortuito proueniente ſit compenſanda vbertas ſolius anni præcedentis: An verò ſit etiā habenda ratio omnium aliorum annorum: Exornatur, & declaratur *text. in dict. cap. propter ſterilitatem de locato*.

Compenſatio vbertatis cum ſterilitate ex cauſa peſtis ortum habente, quam locator obijcere valet ad excludendum conductorem à remiſſione penſionis, an competat pro omnibus annis eiuſdem locationis tantùm, vel etiam alterius diſtinctæ, & diuerſæ inter eaſdem partes contractæ.

Eueniente ſterilitate in vno anno locationis, an ſtatim conductori ſit facienda remiſſio, Vel potiùs expectandus ſit finis locationis, ad effectum inſpiciendi, an ſequentium annorum vbertas ſterilitatem compenſare valeat.

Conductori, ſi iam fuerit facta remiſſio penſionis ob ſterilitatem, an, ſuperueniente demum vbertate aliorum annorum eiuſdem locationis, idem conductor, etiam pro anno ſterili, pro quo remiſſionem obtinuit, penſionem ſoluere teneatur.

SVMMARIVM.

1. *Niuis vſum apud Romanos fuiſſe, probatur ex pluribus* Senecæ *locis.*
2. *Colum Niuarium, de quo in* l. argento 23. ff. de aur. & argent. legat. *fuit inſtrumentum deſeruiens ad refrigerandum niue potum.*
3. *Alij exiſtimant, Romanos Colo niuario vſos fuiſſe, vt liquidior aqua niuis fieret.*
4. *Romani in conuiuijs aqua calida, & frigida promiſcuè vtebantur, & precipuè gelida, quando ſtomachus nimia ciborum indigeſtione æſtuabat.*
5. *Modus refrigerandi aquam niue fuit à Nerone inventus ex* Suetonio.
6. *In Ciuitate Meſſanæ poſt introductum niuis vſū inter mortuorum ephemeridos mille homines minus quolibet anno numerari, quàm anteà conſueuerant, teſtatur* Balthaſar Piſanellus *Medicus Bononienſis.*
7. *Niuis vſus noſtris temporibus adeò frequens euaſit, vt citra ipſam ingratum veluti haberi omnem ciborum apparatum experimento edoceamur.*
8. *Niuis prouiſio inter neceſſaria Annonæ computatur; ideòque prouidus vſus introduxit ius priuatiuum niuem colligendi, & vendendi ſub vniformi pretio.*
9. *Ius priuatiuum niuem vendendi penes perſonam à Principe, vel Ciuitate deputatam, an ſit propriè Vectigal, vel potiùs prudens, & Oeconomica prouiſio remiſſiuè.*
10. *Nix omnibus patet, & vnicuique illam reponere eſt licitum, ſemoto Vectigali à Principe, vel Ciuitate indicto.*
11. *Nix eſt in fructu ad omnes effectus, præcipuè ſolutionis Releuij.*
12. *Nix in fundo dotali collecta, quàmuis contingat matrimonium ſolui, vel aliàs fiat locus dotis reſtitutioni, ad quem pertineat remiſſiuè.*
13. *Nix inter varia Tributorum, Vectigaliumque genera numeratur.*
14. *Remiſſio mercedis non eſt facienda conductori Vectigalium, niſi damnum ſit intolerabile.*
15. *Ardua eſt quæſtio inter Doctores, quodnam damnum dici debeat intolerabile.*
16. *Refertur ſententia affirmans, id totum prudentis Iudicis arbitrio eſſe remittendum.*
17. *Damnum, in receptiori ſententia, tunc dici debet intolerabile, quando fructus ex re conducta percepti, deductis expenſis, non ſufficiunt pro exſoluenda debita penſionis medietate.*
18. *Damnum intolerabile ex peſte cōductori Gabellæ niuis illatum, eſt ſimpliciter in fructu; non autem in ſubſtantia rei locatæ.*
19. *Ob peſtem, quando per Principem fuit omninò prohibitum commercium, tunc ſubſtantia rei locatæ dici debet omninò perempta.*
20. *Nix, tamquàm omnibus patens, nullius, vel ſatis exigui eſt pretij; totumque emolumentum conſiſtit in Iure priuatiuè vendendi, & in illius conſumptione.*
    Ideòque ob peſtem, deficientibus hominibus, ſit remiſſio conductori.
21. *Iura incorporalia ſuos habent interitus; ipſiſque in totum, vel pro parte pereuntibus, eſt locus remiſſioni.*
22. *Vectigalium in conductione alea futuræ ſpei, ſeu euentus empta dici debet, cum Vectigalium conductio, non in fructibus, ſed potiùs in ſimplici Iure exigendi conſiſtat.*
    Contrarium ibidem.
23. *Sterilitas vnius anni eſt compenſanda cum vbertate aliorum annorum pro remiſſione excludenda.*
24. *Vbertas, vt ſit compenſabilis duplum eius, quod percipi conſueuit, excedere debet in ſententia* Gloſæ.
25. *Huiuſmodi opinio* Gloſæ *tamquàm nimis fauorabilis conductoribus reprobatur communi Interpretum ſenſu; cum vbertas, ex qua fructus in duplum colligantur, ſatis raro euenire ſoleat.*
26. *Vbertas ſufficiens dicitur in ſententia* Saliceti, *quando, vltra conſuetum, non modicum, ſed multum*

tum percipitur adeòut modicum lucrum nõ faciat annum fertilem; ſed commodo cedat conductoris.

27 Vbertas dicitur ſufficiens pro compenſatione, cum ſterilitate, quando, deductis expenſis, remuneratione laboris, induſtriaque conductoris, id, quod ſupereſt, vltra conſuetum percipi, eſt notabile; ſecus verò, ſi ſit modicum, tunc enim annus non dicitur vber, ſed lucroſus.

28 Id, quod ſupereſt, deductis expenſis, an, & quando ſit modicum, vel potiùs notabile, diſcrepant inter ſe Interpretes, nonnullis exiſtimantibus; Iudicis arbitrio eſſe relinquendum.

29 Alijs opinantibus cum Imola, quòd notabile dici debeat, quando per conductorem colligitur, ſaltem tertia pars de pluri, quàm regulariter percipi conſueuerit.

30 Vbertas licèt iuxta hanc poſteriorem ſententiã ſit ſufficiens ad compenſationem cum ſterilitate; nihilominus, ſi fructus parùm valuerunt, non eſt facienda compenſatio.

31 Prout in ſtatu ſterilitatis, ſi fructus percepti cariori pretio vendantur ſufficienti ad ſolutionem conuentæ penſionis, non fit remiſſio in caſu ſterilitatis.

32 Affertur difficultas, quam patitur ſupradicta ſententia Imolæ, & num. ſeqq.

33 Sterilitas, ob quam tertia pars fructuũ fuit deperdita, non ſufficit ad obtinendam remiſſionem mercedis, reprobata contraria ſententia Hoſtienſis, & Abbatis.

34 Contrariorum eadem eſt prorsùs diſciplina.

Intellige, quando eadem eſt ratio, ſecus ſi diuerſa, num. 38.

35 Damnum, quemadmodùm non dicitur notabile, niſi excedat dimidium penſionis.

Ita è conuerſo annus non dicitur vber, niſi habita eadem proportione lucrum tanti importet, ne locator, & conductor ad imparia iudicentur.

Contrarium num. 37. vbi declaratur.

36 Mercedis remiſſio, quemadmodùm eſt facienda conductori ob ſterilitatem, ita à pari, ſi vbertas proueniat, non ſolùm, cum ſterilitate eſt compenſanda; ſed penſio eſt augenda, vt eadem lucri, damnique ſit ratio.

37 Inter locatorem, & conductorem, ob quam cauſam non debeat eſſe eadem ratio damni, & lucri.

38 Contrariorum eadem eſt diſciplina, quando eadem eſt ratio; ſecus ſi diuerſa.

39 Vbertas ſolius anni præcedentis, vel ſequentis; non autem aliorum annorum, eſt compenſanda cum ſterilitate ex diſpoſitione text. in cap. propter ſterilitatem de locat. in aliquorum ſententia.

Contrarium num 41. & ſeqq.

40 Singularis ſermo ſuaptè natura ad plures non adaptatur.

41 Vbertatis compenſatio cum ſterilitate eſt admittenda, non ſolùm anni bello Diuino, vel humano proximi, ſed etiam aliorum annorum præcedentium, & ſubſequentium, omnibus inſimul coaceruatis, cum eadem prorsùs militet ratio.

42 Declaratur text. in cap. propter ſterilitatem de locat.

43 Singularitas eſt reſoluenda in pluralitatem, quando eadem militat ratio.

44 Conditio concepta in numero ſingulari, vtputà ſi ſine filio deceſſerit, verificatur in plurali, ſi mors euenerit, pluribus relictis filijs.

45 Singularitas, quandoque in pluralitatem reſoluitur, & è contra.

46 Primogeniti vocatio, etiam in numero ſingulari, eſt referenda ad omnes Primogenitos in numero plurali in infinitum.

47 Locator aliam non poteſt obijcere conductori vbertatem, quàm annorum, ſiue præcedentium, ſiue ſubſequentium eiuſdem locationis; non autem diuerſæ, prorsùſque diſtinctæ; cum vnitas locationis ſit attendenda.

48 Locationes, quoties ſunt ſeparatæ, de vna ad aliam inferri non valet.

49 Conductiones, quoties inter ſe ſunt omninò diſtinctæ, & ſeparatæ; tunc ſolutiones proficiſcentes à ſecunda nullo iure ad primam ſunt referendæ.

Declaratur num. 55.

50 Compenſatio non datur in diuerſis negotiationibus, ſeu ſtationibus, licèt ab eodẽ homine exercitis.

51 Niſi tamen negotiationes eſſent inter ſe cõnexæ, & correſpectiuæ; tunc enim non eſt dicenda compenſatio, ſed potiùs quidam calculus dati, acceptique.

52 Compenſatio non admittitur cum credito particulari, & proprio ad debitum ſociale, quia ſocietas eſt quid diuerſum à ſocijs in particulari, & non eſt locus compenſationi inter debita diuerſarum perſonarum.

53 Compenſatio ceſſat, ſublato debito, quæ perneceſsè debitum hinc inde præſupponit.

Neque poteſt admitti pro debito iam extincto.

54 Vbertas, & ſterilitas, ad hoc, vt inuicem ſint compenſandæ, neceſsè eſt, vt euenerint, durante contractu locationis, aliòquin compenſationi non eſt locus.

55 Secunda locatio, ſi fuit facta per modum prorogationis primæ, eadem prima durante, tunc de vna ad aliam admittitur compenſatio; ſecus aſſerendum, prima locatione finita.

56 Primus actus prorogatus, durante adhuc primo termino, eſt vnus, idemque actus.

57 Officium prorogatum, dum adhuc durabat, non dicitur nouum; ſed idem cum primo.

58 Sterilitate eueniente in uno anno locationis, ſtatim eſt facienda remiſſio penſionis conductori, neque eſt expectandus finis locationis, & n. ſeqq.

Contrarium verius, infra num. 64.

59 Quod pendet ab euentu, non eſt pro eo, quaſi ſit.

60 Omnis actus, qui ex aliquo futuro euentu poteſt reſolui, quantùm attinet ad præſentem ſtatum dicitur purus, non ſecus, ac ſi nullo caſu illius daretur reſolutio; ſed ſolùmmodo, quò ad Iuris effectum præſens eius ſtatus eſt conſiderandus.

61 Prudens non eſt Iudicium ſuper re præſenti ſtatuere, ex eo, quòd in futurum poteſt contingere, cum ſuper incerto, Iudicium certum fieri nequeat.

Expẽduntur Iura ſingularia id comprobantia.

62 De futuris contingentibus non datur determinata veritas.

63 Ægro futura ſanitas non prodeſt, iuxta Senecam.

64 Sterilitate in vno anno locationis eueniente, non ſtatim conductori eſt facienda remiſſio; ſed expectandus exitus locationis, ad effectum dignoſcendi, an futurorum annorum vbertas præteritam ſterilitatem compenſare valeat.

Ni-

Digitized by Google

Niſi fuerit conuentum, vt in ſingulis annos ſeparatim penſionis remiſſio peti poſſit.

65 *Plures, licèt ſint anni locationis, vna nihilòminus eſt res, vna locatio, vna obligatio, quàmuis diſtributio penſionis fuerit diuiſa per plures annos, gratia commodioris ſolutionis.*

66 In Salicetiſententia, quam *Author amplectitur, ſi in primo anno locationis contingat ſterilitas, poteſt* Iudex *arbitrari, vt conductor aliquam congruam ſummam recipiat, emiſſa proteſtatione, & reſeruatione Iuris compenſandi, & reſiduum petendi, ſi in ſequentibus annis contingerit vbertas.*

67 *Remiſſionis exceptio oppoſita à conductore aduersùs locatorem non impedit exequutionem obligationis Cameralis, vel alterius proceſſus exequtiui, & ſummarij, quoties non eſt omninò clara; ſed potiùs turbida, altiorem requirens indaginem, diſcuſſionemque Iudicij ordinarij.*

68 *Iudici, quoties innoteſcit, exceptionem remiſſionis aliquam habere probabilem ſubſiſtentiam, poteſt demandare exequutionem pro aliqua congrua quantitate, reſeruata prouiſione facienda ſuper reſiduali ſumma in fine locationis.*

Id tamen non poteſt peragere, ſi exceptio remiſſionis ſit turbida.

69 *Remiſſio, ſi per conductorem fuerit facta ob ſterilitatem vnius anni; ſuperueniente demum vbertate in alijs annis eiuſdem locationis, conductor tenetur, etiam pro eo anno, pro quo remiſſionem obtinuit, mercedem ſoluere.*

Intellige vt num.73.

Traditur intellectus text. ſingularis in l.ſi vno 17.ff.locat.

70 *Conductor, quemadmodùm ob ſterilitatem ſuperuenientem liberatur ab obligatione penſionis, qua tenebatur; ita etiam ſuperueniens vbertas priſtinam obligationem debet confirmare, ne locator, & conductor ad imparia iudicentur.*

71 *Remiſſio ex cauſa ſterilitatis intelligi debet facta ſub tacita conditione, niſi ſuperueniat vbertas.*

72 *Conditionis reſolutiuæ ea eſt natura, vt in aliquem determinatum euentum actum reſoluat, futuruſque euentus, quò ad Iuris effectum, attendi debeat.*

73 *Locator, quoties conſcius vbertatis annorum præcedentium remiſſionem conceſſit conductori ob ſterilitatem nouiſſimi anni; non poteſt ampliùs compellere eumdem conductorem ad ſoluendam mercedem iam remiſſam.*

Secus aſſerendum, ſi fuerit omninò ignarus.

74 *Locator ſciens vbertatem annorum præcedentium, ſi nihilòminus conductori remiſſionem conceſſerit, ſibi infert præiudicium, quia donaſſe cenſetur.*

75 *Mulier habens ſpecificam notitiam fideicommiſſi ſuper bonis mariti exiſtentis, ſi alienationi bonorum liberorum conſenſum præſtiterit, ſibi infert præiudicium, adeout non valeat ampliùs ad bona fideicommiſſaria redire.*

76 *Idemque aſſerendum, ſi mulier videns, Virum eius abuti ſubſtantia, dilapidando bona libera, ſibi non prouiderit, impediendo alienationem, vel petendo aſſecurationem dotium, nam dicitur in culpa.*

CAPVT CXIX.

1 NIVIS uſum apud Romanos fuiſſe ſatis apertè deprehenditur, nedum ex pluribus *Senecæ* locis, potiſſimùm ex *epiſtola* 95. qui ſuæ ætatis fœminas exprobrando, inter cętera illud quoque deteſtatur: *Non minus,* inquit, *peruigilant, non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant, æquè inuitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur; æquè niuem rodunt ſolatium ſtomachi æſtuantis;* & inferiùs ibi: *Quid? tu illam æſtiuam niuem non putas callum iecinoribus obducere, & lib.4.quæſt. natural. cap.13. Nos verò quæramus potiùs, quomodò fiant niues, quàm quomodò ſeruentur, quoniam non contenti vina diffundere veterana, & per ſapores, ætateſque diſponere, inuenimus, quomodò ſtiparemus niuem, vt ea æſtatem euinceret, & contra anni feruorem defenderetur à loci frigore,* & inferiùs ibi: *Non æſtate tantùm; ſed et media hyeme niuem hac cauſa bibunt,* & rursùs ibi: *Inde eſt, quòd nec niue contenti ſunt; ſed glaciem velut certior illi ex ſolido rigor ſit, exquirunt,* & inferiùs ibi: *Vnguentarios Lacedemonij Vrbe expulerūt, et properè cedere finibus ſuis iuſſerunt; quia oleum diſperderent; quid illi feciſſent, ſi vidiſſent reponendæ niuis officinas, et tot iumenta portandæ aquæ deſeruientia, cuius calorem, ſaporēque paleis, quibus cuſtodiunt, inquinant,* & tandem ſubdit ibi: *Videbis quoſdam graciles, et palliolo, focalique circumdatos, pallentes, et ægros, non ſolùm ſorbere niuem; ſed etiam eſſe, et fruſtra eius in Scyphos ſuos deijcere, ne inter ipſam bibendi moram tepeſcant.*

2 Sed etiam comprobatur ex *text. in l.in argento 23.ff.de aur.et argent.legat.* in quo habetur mentio de Colo niuario, quod inſtrumentum ad refrigerandum niue potum deſeruiſſe, ita prædictum *textum* intelligentes exiſtimant, *Bouadill.in Politic. tom.2. lib.3. cap.4. num.9.* ubi *gloſ.lit.C.* concordantes refert, *Menoch.lib.4 præſumpt.162.num.21.* licèt *Ganauerr.deciſ.16.num.1.et ſeq.* putet, Colo niuario nō ad refrigerandū potū neque ut frigidiùs biberent, Romanos fuiſſe uſos; ſed ut liquidior aqua niuis fieret ex *Plin. nat. hiſtor. lib.3.cap.3.* ſubdens *num.6.* apud eoſdem Romanos, aquam fuiſſe cōſuetā calefieri magis ad potum, quàm refrigerari; idq; deprehēdi ex *text.in l.cū delanionis 18.uerſ.item cacabos, ff.de fund.inſtruct.uel inſtrum.legat.* ibi: *Aqua ad potandum calefit;* ſed id reuera non uidetur ſubſiſtere; cum ſatis ſuperque exploratū

3

4

ſit

ſit apud eruditiores, Romanos in conuiuijs
promiſcuè aqua calida, frigidaq; uſos fuiſſe,
& præcipuè gelida, quando ſtomachus nimia
ciborum indigeſtione æſtuabat, ad quod con-
fert *Iuuenal. Satira 5. uerſ. 49. et ſeq.*

Si ſtomachus Domini feruet uinoque, ciboque,
Frigidior Gethicis petitur decocta pruinis.

5 ubi eruditus *Farnob. in not. 58.* aduertit, aquã
eſſe decoctam, & uitris demiſſam in niues, ut
refrigeretur, ſubdens, huiuſmodi refrigeran-
di modum á Nerone fuiſſe inuentum ex *Sue-
ton. in Neron cap. 48.*

Eumdemque niuis uſum, tamquàm nimis
ſalutarem apud omnes Regiones receptum
fuiſſe ſatis, ſuperque experimento edocemur;
cum in, ſola Ciuitate Meſſanæ poſt introdu-
6 ctum niuis uſum inter mortuorum Epheme-
ridos mille homines minus quolibet anno nu-
merari, quàm anteà conſueuerat, ſcribit
Balthaſar. Piſanellus egregius Medicus Bono-
nienſis, in libello, ſeu tractatu, quem lingua
materna conſcripſit, *de natura cibi, et potus
in fin. tit. de effect. potus frigidi, fol. 179.* No-
7 ſtriſque temporibus niuis uſus adeò frequens
euaſit, ut citra ipſam ingratus uelut habea-
tur omnis ciborum apparatus, teſte eruditiſ-
ſimo *Gaſp. à Reyes in Elyſir. iucundar. quæſt. cap.
74. num. 27 in princ*

8 Atque ex huiuſmodi frequenti, neceſſarió-
que uſu, prouiſio niuis inter neceſſaria Anno-
næ computatur, prout aſſerit *Ganauer. dict.
deciſ. 16. num. 7.* & ne illa pro uſu publico de-
ficiat; id circò ſatis rationabiliter prouidus
uſus introduxit ius priuatiuum; quod, ſcilicet,
alteri non liceret niuem colligere, & uendere,
niſi ei, quem Princeps, uel Ciuitas deputaret,
aſſumenti in ſe onus ſuo ſumptu, & periculo
pro integro tempore ſub certo, uniformi,
inalterabilique pretio populum prouidendi
ex deductis per *Gananer. dict. deciſ 16. Magret.
in obſeru. ad Pragmat. Regn. Sicil. in prælud. q. 7.
num. 30. et ſeqq. Card. de Luca de Regal. diſc. 46.
9 num. 11.* Quę quidem præſtatio, an propriè ſit
dicendum Vectigal, uel potiùs prudens, &
Oeconomica prouiſio laté diſputant *Galeot.
reſponſ. fiſcal. 10. Ganauerr. dict. dec. 16. Card.
de Luca de locat. diſc. 17. n. 10. Magrett. vbi ſup.
d. q. 7. n. 23. et ſeqq.*

10 Licèt autem nix omnibus pateat, & unicui-
que illam reponere licitum ſit, ſemoto Vecti-
gali à Principe, uel Ciuitate indicto, *Parla-
dor. rer. quotid lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 15. Gutier.
de Gabell. quæſt. 35. num. 34. et ſeq. Laſſart. de
decim. vendit. et permut. cap. 2. num. 30. verſ. et
hinc eſt, Barbat. de diuiſ. fruct. cap. 17. nu. 124.
Card. de Luca de Regal. diſc. 46 num. 11. Card.
Celſ. dec. 114* repetita in *recent. dec. 116. p. 11.*

11 Ideòque eſſe in fructu ad omnes effectus, pre-
cipuè ſolutionis Releuij deciſum teſtatur
Gizzarell. deciſ. 34. num. 1. et ſeqq. ibique de
*Angel. et Mele in addit. Fontanell. dec. 520. n. 2.
Barbat. de diuiſ. fruct. cap. 17. num. 124. Cardin.
de Luca de dot. diſc. 160. num. 30.* ubi etiam
12 agit de niue in fundo dotali collecta, non ad
effectum perceptionis, ſeu pertinentiæ ad ui-
rum, conſtante matrimonio; quia, ſiue ſit
fructus, ſiue induſtria, idem pręſefert; ſed ad
effectum pertinentiæ, & diuiſionis, quatenus,
niue iam collecta, & in foueis exiſtente, con-
tingat, matrimonium ſolui, uel aliàs fieri ca-
ſum reſtitutionis.

13 Nihilominus ex illius venditione Gabella,
ſeu Vectigal ſolui conſueuit, prout inter va-
ria Vectigalium, tributorumque genera il-
lud de niue vendita recenſetur, *Parlador. d.
lib. 1. quotid. cap. 3 num. 15. in princip. & verſ.
at nix, Giroud de gabell. part. 7. §. 2. num. 13.
Guttierez eod. tract. quæſt. 35. num. 34. Vuare-
mund. de Eremberg. de Regn. ſubſid & oner ſub-
dit. cap. 4. num. 63. Fragoſ. de Regim. Reip. Chri-
ſtian part. 1. lib. 3. diſp. 8. §. 3 n. 52 Gaſp. Klocb.
de contribut. cap. 1. num. 322. Maſſimil. fauſt. in
conſ. pro Ærar. claſſ. 12. ordin. 886. § de niue
quoque, fol. 537. Cardin. de Luca de Regal. diſc.
46. num. 11.*

His igitur præmiſſis, cum à Principe fuerit
locatum ad nouennium Franciſco Verde Ve-
ctigal niuis, & in quinto locationis anno ob
peſtem infeliciter graſſantem in illo Principa-
tu, damnum intolerabile fuerit paſſus condu-
ctor; ideòque remiſſionem conuentæ merce-
dis petierit; fuit per Principem locatorem
meum requiſitum conſilium, vt quid pro ve-
ritate ſentirem, quò ad articulos in Argu-
mento excitatos per Miniſtros fiſcales, ſcrip-
tis patefacerem, ad effectum rationabilem
parandi concordiam, quæ poſt hæc ſcripta
viſa fuit ſequuta.

14 Aggrediendo igitur diſputationem primi
articuli, præmiſſa receptiori ſententia, quòd
conductoribus Vectigalium aliqua remiſſio
mercedis facienda non ſit, niſi damnum ſit
intolerabile, iuxta receptam doctrinam *Caſtr.
in l. eotem ferro, §. qui maximos, num. 3. verſic.
Bartolus diſputat. ff. de public. & vectigal Alex.
conſ. 3. num. 6. lib. 1. Imol. conſ. 7. nu. 1. Surd conſ.
507. num 8. Boſſ. de remiſſ. merced. public an. nu.
30. Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 27. num. 24.
Capyc. Latr. conſult. 40. num. 40. & ſeq. lib. 1. de-
ciſ. Rot. Lucenſ.* impreſſa poſt *controuerſ. Alto-
grad. Iun. num. 3.*

15 Satis ardua eſt quæſtio, quodnam ad hunc
effectum dici debeat damnum intolerabile,
adeòut ſatis eruditè iuxta morem, quatuor
enumeret ſententias, *Gregor. Lopez in l. 22. tit.
8. part. 5. gloſ. 9. Gomeſ. var. lib. 2. cap. 3. ſub nu.
28.* nouem recenſeat, *Panteſchman. Var. Iur.
quæſt. lib. 9. q. 1.*

16 Alij verò ſentiant, id totum prudentis Iu-
dicis arbitrio eſſe remittendum, *Barbat. conſ.
21. lib. 2. Neuizan. conſ. 90. num. 15. Roland. à
Vall. conſ. 86. in fin. lib. 3. Burſatt. conſ. 11. lib. 1.*

Lan-

*Lancellott.Gall.conſ.118.num.63.Fab.de Anna conſ.64.num.1.Couarr.pract.cap.30. verſ.alijs placet, Menoch.de arbitrar. Iudic.caſ.76. nu.3. Medic.de caſib.fortuit.part.2.cap.3.num.1.Pãteſchmau.d.lib.9.quæſt.1.de Marinis reſol.186. num.2.& ſeq.lib.2.Renerter.decíſ.455.*ibique *de Marinis in obſernat. num.1.*erudítiſſimus amicus meus in Vrbe Aduocatus *Pacion.de locat.quæſt.47.num.97.Card.Mant.dec.35.n.6. Rot.diuerſ.dec.227.prope fin.p.4.*

Receptior, tamen videtur ſententia affirmans,quòd tunc damnum dici debeat intolerabile, quando fructus ex re conducta percepti, deductis expenſis, non ſufficiunt pro exſoluenda debitæ penſionis medietate; quo-
17 niam tunc conductor enormiter remaneret
læſus vltrà dimidiam, regulando huiuſmodi materiam cum terminis *text.in l.2.Cod.de reſcind.vendit.*prout ita ſentiunt *Bart.in l.licet, num.1.Cod.locat.*ibique *Bald.n.15. Butr.Imol. & Panormit. in cap.propter ſterilitatem, eod. tit.Pinell.in l.2 part.1.cap.3. num.21. C.de reſcind.vendit. Connan.commentar.lib.7.cap.11. num.13.in princip. Aretin. conſil.52. Fab.de Anna conſ.64. num.2. Surd.conſ.34.num.4.& ſeqq.lib.1.Peregrin.conſ.98.nn.3.lib.5. Alex. conſ.107.num.18.lib.3.Marcell.Marcian.conſil. 7.num.3.lib.2.Amat.conſ.21.num.3.Pariſ.conſil.38.num.14.lib.1.Couarr.pract.cap.30. n.1. verſ.quamobrem,* vbi de communi, *Boſſ.de remiſſ.merced.conductor.num.4.42.& 45.Molin. de contract.diſput.495.nu.5.Menoch.de arbitr. Iud.caſ.76.num.5.Amat.reſol.18.nu.20. Card. Mantic.de tacit.lib.5.tit.8.nu.30. Caroc. de locat.tit.de remiſſ.merced.quæſt.8.ſub num.5. Gomez.tom.2.var.cap.3.num.18. Garz.de expenſ. cap.13.nu.9.Vaſq.Meneb.controu.Iur. cap.54. Coſta de ration.rat.quæſt.10.num.5. Caſtill.lib. 3.contron.cap.3. num.36. Panteſchman.de locat.dict.lib.9 quæſt.1.num.35. Azor.inſtit.moral.part.3. lib.8.de locat.cap.10. Andreol.controu.119.num 3 Galeot.reſponſ.fiſcal.17.nu.46. Rocc.reſponſ.87.num.10.lib.1.Capyc.Latr.conſult.40.num.41.lib.1.& dec.171.num.40.lib.2. Claper.cauſ.44.quæſt.vnic.Pacion.de locat.qu. 47.num.1.& ſeqq.Roſa conſult.28.num.9. Tondat.lib.1.quæſt.ciuil.cap.31.num.8. Viu.deciſ. 72.Maſtrill.deciſ.299.num.3.& ſeq. & n.110. & ſeq.Cornazan.dec.53.num.5. Theſaur.deciſ. 108.Anton.Fab.in C.lib.4.tit.42.defin.3. Barz. deciſ.59.num.15. Gamm.deciſ.Luſit.42. num.5. Gratian. deciſ.March.222. Renerter.deciſ.455. Coccin. deciſ.422. num.5. Rot.Lucenſ.in deciſ. vnic.num.3.& ſeqq.& num.35.* vbi de conductoribus Vectigalium impreſſa poſt *controu. Altograd.Iun.*

18 His igitur firmatis, cum damnum intolerabile ex peſte conductori Gabellæ niuis illatum, ſit ſimpliciter in fructibus;non autem in ſubſtantia rei locatæ, iuxta theoricam *Bart.in l.cum in plures 62.*ibique *Caſtr.ff.locat. Bald.in l.licet.n.5.C.locat.Rip.de peſt.tit.de priuileg contract.temp.peſt.num.27.verſ.& in fructu conſiſtit ſterilitas,Bero.conſ.143. ſub num.8. verſ.tãquãm damnũ in fructibus rei lib.1. Surd. conſil.34. num.21. verſ.nam ſiue conductor impediatur, Petr.Laur.de lutis in vlt.ſubſcript.ad Socein.Sen.conſ.88.lib.1. in fin. verſ.& prædicta procedunt, Clapper.quæſt.44. cauſ.vnic.nu. 17.cent.cauſ.fiſcal. Boſſ.de remiſſ.merced.publican.num.30.& 45. Capyc.Latr.conſult.40.nu. 51.lib.1. Galeot.reſponſ.fiſc.18.num.42. Marchin.de bello diuin.part.9.cap.3.num.16. Rot. Lucenſ.dec.vnic.poſt Altograd.Iun. controuerſ. num.33.& ſeq.& num.47.& ſeq. Manſ.conſult.26.num.75.*

19 Quod ſecus eſſet aſſerendum, quando ob peſtem fuit per Principem omninò prohibitum commercium,quo caſu ſubſtantia rei locatæ dici debet omninò perempta, *Menoch. conſil.671.num.6.in fin.Venturin.conſil.15.nn. 9.Peregrin.conſ.98.nu.5.in fin. lib.5. Camill.de Medic.conſ.23. & 141.* vbi de prohibitione Nundinarum Salerni ob ſuſpicionem peſtis, *Marcell.Marcian.conſ.7.num.4. lib.2. Larrea allegat.fiſcal.17. num.22.& ſeq.* Hodiern. *ad Surd.dec.94.num.2.& ſeq.Contrins diſcept.90. per tot.Pacion.de locat. quæſt.47. num.21.* latè *Maſtrill.deciſ.299.à num.110 vſque in fin.* vbi, quòd dicatur perempta rei locatæ ſubſtantia, prohibito per Principem commercio, *Rot.Lucenſ.dict.deciſ.vnic.num.49. poſt controuerſ.Altograd. Iun.* & Nos latiùs firmauimus *Diſput.ſeq.*

Quatenus, in themate, de quo agitur, per conductorem probetur, damnum vltrà dimidiam conuentæ penſionis fuiſſe paſſum ob venditionem niuis in ſatis exigua quantitate, eo, quòd ob peſtem ingens hominum numerus fuerit deſideratus, videtur ſatis æqua, Iurique congrua remiſſio ab eodem conductore petita, cum declarationibus tamen inferiùs recenſendis.

20 Præcipuè, quia, cum nix ipſa, tanquàm omnibus patens, nullius propèmodùm, vel ſatis exigui ſit pretij; prout aſſerit *Guttierez de Gabell.dict.quæſt.35. num.35.* hinc eſt, vt totum emolumentum reſultet, non ſolùm in facultate per Principem locatorem impartita cõductori Vectigalis niuis illam priuatiuè uendendi, *Cardinal.de Luca de Regal. diſc.46. num.11.* ſed etiam in ipſa niuis conſumptione, quæ, ſi ob mortalitatem hominum vltrà dimidiam deficiat, eſt locus remiſſioni, prout optimè in ſimilibus terminis firmat *Boſſ. de remiſſ.merced.conductor.num.45.* vbi, quòd conductori Gabellæ ſalis diſtribuendi perſonis exiſtentibus in Ciuitate fiat remiſſio mercedis; ſi ingens numerus mortuorum vltrà dimidium dictarum perſonarum damnum intulerit, & in ſpecie impedimenti in caſu belli Diuini, vel humani, *Caroc.de locat.tit.de remiſſ.*

Digitized by Google

miſſ.merced.quæſt.8.num.13. alijſque pluribus relatis, *Marchin. de bello Diuino part.9. cap.3. num.16.* & admittit *Rot.Lucenſ.d.dec.vnic.poſt Altograd.Iun.num.34.*

21 Ex deficientia enim hominum peſtilentiã extinctorum in numero eorumdem medietatem excedente, reuera ſublatum dici debet ius illud priuatiuè niuem uendendi; cum etiam Iura incorporalia ſuos habeant interitus; ipſiſque pereuntibus in totum, vel pro maiori parte, ſit locus remiſſioni, vt poſt *Bald.conſ.465.num.3.& 4.lib.2.* probat *Manſ.conſult.26 num.73.lib.1.*

Nullatenùs verò meretur attendi nimis rigida peopoſitio in ore Fiſcalium ſatis fre-
22 quens, quòd in conductione Vectigalium alea futuræ ſpei, ſeu incerti euentus empta dici debeat, quódque eadem Vectigalium conductio non in fructibus, ſed potiùs in ſimplici Iure exigendi conſiſtat, de qua *Bald.in dict.leg.licet 8.Cod. locat. & in leg.ſi ex lege 17.num.9.& ſeq. Cod.de vſur. Bart.in l.eotem ferro, §.qui maximos,num.4. & 7.* ubi, quòd pedagium, & Vectigal nihil aliud ſit, quàm ius illud percipiendi, ibique *Caſtr.num.5.ff.de public.& vectig R.min.Iun.conſ.282.Surd.conſil.507.num.8.Mattienſ.in l.1.tit.11.gloſ.8.n.9.lib.5.recompilat.Rip.de peſt. in princip. nu.53.* acerrimus Fiſci propugnator *Larrea allegat. fiſcal.17.num.7.& ſeqq.* latè *Galeot. reſponſ.fiſcal.18.num.42.Boer.dec.249.num.10. Rota Lucenſ.penes Altograd.Iun. d.ſt.dec.vnic.nu.44.& ſeqq.* Cum re vera huiuſmodi ſententia, vtpotè ſatis rigoroſa, aberret à communi Doctorum placito, neque videatur amplectenda, quoties ratione peſtis, vel belli, vel ex alio caſu fortuito non præuiſo, cõductor Vectigalium ultra medietatem damnũ fuit paſſus, ex ſupra latè firmatis.

23 Verùm, quia aduersùs conductorem pro excludenda remiſſione ratione damni paſſi objiciebatur per Fiſcum, quòd ſit compenſanda ſterilitas cum ubertate aliorum annorum, iuxta diſpoſitionem *text. in d. l.licet 8.* ibi: *Quæ euenerunt ſterilitates, vbertate aliorum annorum repenſatæ non probabuntur, Cod. locat.* cui conſonans eſt *textus in cap.propter ſterilitatem 3.eod tit.* ibi: *Niſi eum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis anni valeat ſterilitas compenſari, Boſſ de remiſſ. merced. nu.24.& ſeqq. Pacion.de locat. quæſt.47. num.76.& ſeqq.Capyc.Latr.conſult.40.num.47.lib.1.Ant. Fab.in Cod.lib.4.tit.42.defin.3.num.2.& ſeqq. Cocein.dec.422.Rot.diuerſ.dec.225.num.4.& dec.830.num.2.p.4.*

Meritò ſubingreditur ſecunda diſceptatio, quanta debeat eſſe ubertas ad effectum illam cum ſterilitate compenſandi; in qua quæſtione non minus inter ſe diſcrepant Interpretes, ac in decernendo, quanta debeat eſſe ſterilitas.

24 Nonnulli enim arbitrantur, quód ubertas, ut ſit compenſabilis, duplum eius, quod percipi conſueuit, excedere debeat, iuxta originalem doctrinam *Gloſ.in dict. l.licèt 8.* uerbo *ſterilitas, verſ.item quando dicatur eſſe ubertas, Cod.locat. & in l.ſi uno 17.* uerbo *etiam eius, uerſ.item dicunt recompenſari, ff.eod.tit.* eamdemque *Gloſ.* ſententiam ſequuntur *Bald. in dict.l.licèt,num.15.* ibique *Alberic. num.2. uerſ.quando autem dicatur ubertas, Butr.in d. cap propter ſterilitatem,num.21.uerſ mens illorum Iurium*, & uidetur etiam ſenſiſſe *Caſtr. in d.l.ex conducto 15.§.ſi uis tempeſtatis, nu.6. uerſ.ſi autem percipias,ff.locat.*

25 Sed huiuſmodi *Gloſæ* ſententiam, utpotè nimis conductoribus fauorabilem reprobant, tamquàm periculoſam, præ cæteris, *Salicet.in dict.leg.licet, numer.6. uerſic.ex eſt magni præiudicij.Imol.in dict.cap.propter ſterilitatem, num.15. in princip. uerſ ſed certè iſta opinio, Boſſ.de remiſſ. merced. conductor. num.30.* appellans dictam *Gloſ.* ſententiam ſingularem, & contra communem, *Valaſc de Iur.emphyt.quæſt.27.num.45.in princip.uerſ.quæ opinio nimis fauet, Marchin de bello Diuino p.9. cap 5.n.22.verſ.ſed hanc opinionem.*

Signanter, quia prædicta Gloſ. opinione admiſſa, numquàm fieret locus compenſationi ubertatis cum ſterilitate; huiuſmodi enim ubertas, ex qua colligantur fructus in duplũ eius, quod regulariter percipi conſueuit, ſatis raró euenire ſolet; prout in ſpecie rectè admonet *Salicet.in dict.l.licet, num.6. Cod.de locat.& in dict.l.ſi uno 17.uerſ.nec etiam præcedentem teneo.ff.eod Neuizzu.conſ.90.num.8. in fin.uerſic.ſed rariſſimè contingit*; Ideóq; idem
26 *Salicet.in dict.leg.licet, num.6.* ſatis prudenter exiſtimat, dici ubèrtatem, quando, ultrà conſuetum, non modicum, ſed multum percipitur, & in eadem ſententia uidetur reſidere *Boſſ de remiſſ.merced.conductor. num.25.& duob.ſeqq.* benè diſtinguens, aliud eſſe, quòd annus ſit lucroſus, aliud, quòd ſit uber, *Burſatt. dict. conſ 11. num.31.* Adeóut modicum lucrum non faciat annum dici fertilem ad effectum compenſationis cum ſterilitate; ſed potiùs cedat commodo conductoris, *Caſtr.in dict. leg. ex conducto, §.ſi uis ad fin. ff.locat. Boſſ.de remiſſ.merced.conduct.n.27.in fin.*

27 Atque adeò uera, ſatiſque rationabilis, meo iudicio, uidetur ſententia *Salicet. & Imolæ* in locis proximè laudatis affirmãs, ut de fructibus perceptis in eo anno, qui prætenditur fertilis, detrahatur ea rata, quæ, iuxtà ordinarium, naturalemque curſum percipi ſolet, deductis expenſis, remũneratione laboris, & induſtria conductoris, & penſione, de quibus omnibus eſſe omninò habendam rationem arbitror, dictaque detractione peracta, inſpiciendum ſit, an id, quod supereſt, ſit modicum, uel notabile; ſi enim eſt modi-

eum, omnis ratio, & æquitas ſuadere uidetur, ut cedere debeat ad commodum conductoris; neque de eo eſt prorsùs habenda aliqua conſideratio pro huiuſmodi compenſatione facienda; tunc enim verè nō poteſt dici annus vber, ſed ſolùm lucroſus, eodem modo, quód è conuerſo ſi damnum uon eſt notabile; ſed modicum, non dicitur annus ſterilis; ſed dānoſus; prout poſt *Salic. & Imol. Boſſ. de remiſſ. merced. conductor. uum. 25. & 28.* rectèque animaduertit in terminis conductoris Gabellarum *Cardin. de Luca de Regal. diſc. 65. num. 22. verſ. ad faciendam igitur huiuſmodi compenſationem, & n. ſeq.*

28 Verùm prædicta ſententia *Salicet. & Imol.* admiſſa, vtpotè magis recepta; ſatis inter ſe diſcrepant Interpretes, an, & quando id, quod ſupereſt, deductis ſupradictis expenſis, dicatur modicum, vel potiùs notabile; nonnullis exiſtimantibus, quòd prudentis Iudicis arbitrio ſit relinqueudum, ita ſenſijt *Salicet in d. l. licet, num. 6. Boſſ. de remiſſ. merced. conductor. num. 25. & ſeqq.* quos refert *Card. de Luca de Regal. d. diſc. 65. num. 24.*

29 Alijs verò opinantibus, quód notabile dici debeat, quando per conductorem colligitur ſaltem tertia pars de pluri, quàm regulariter percipi conſueuerit, in qua ſententia, præ cæteris, reſidet *Imol. in dict. cap. propter ſterilitatem, num. 15.* & hanc eſſe communem profitentur, omiſſis pluribus alijs, qui poſſent laudari, *Boſſ. de remiſſ. merced. conductor. n. 25. & 27. Valaſch. de Iur. emphyt. dict. quæſt. 27. num. 45. verſ. Imola autem, Burſatt. conſ. 11. nu. 32. verſ. vel aliàs ſecundum communem, lib. 1. Caroc. de locat. tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8. num. 46. verſ. quod plus, ſol. 184.* in Veneta impreſſione anni 1592: vbi, quòd hæc ſit vera, magiſque communis ſententia, *Lopez de contract. lib. 2. cap. 26. verſ. hanc autem ſententiam, Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 189. Ciriac. controu. 296. num. 20* & in ſpecie compenſationis vbertatis cum ſterilitate facieudæ tēpore peſtis, *Marchin. de bello Diuino part. 9. cap. 5. num. 23. Pacion. de locat. q 47. n. 91.*

30 Eſt tamen diligenter animaduertendum, quód, licèt iuxta huiuſmodi placitum vbertas reſpectu fructuum eſſet ſufficiens ad inducendam compenſationem cum ſterilitate; nihilóminus, ſi fructus parum valuerunt, itaut, inſpecto eorumdem vili valore, non poſſit dici talis vbertas, verè non ſit facienda compenſatio; prout benè admonet *Caroc. de locat. dict. quæſt. 8 ſub num. 53. fol. 184. Ciriac. d. controu 296. nu. 21. verſ. admonet etiàm* Caroeius, *Pacion. de locat. quæſt. 47. num. 93.* Sicuti è
31 conuerſo non fit remiſſio in caſu ſterilitatis, ſi fructus, qui fuerunt percepti, cariori pretio vendantur ſufficienti ad ſolutionem conuentæ penſionis, *Roland. conſ. 86. num. 8. lib. 3. Corn. conſ. 128. num. 26. lib. 2.* *Caroc.* vbi ſupra, *Ciriac. dict. controu. 296. num. 23. Claper. cauſ. 44. num. 12 & ſeq. Pacion. de locat. dict. qu. 47. num. 13. Rot. diuerſ. deciſ. 727. num. 4. verſic. in omnem caſum.*

32 Sed adhuc hæc ſententia *Imolæ* ſuas patitur difficultates; ſicuti enim ſterilitas, ob quam tertia pars fructuum fuit deperdita, non ſufficit ad obtinendam remiſſionem mercedis, cum *Hoſtienſ. & Abb. in d. cap. propter*
33 *ſterilitatem* ita ſentientes communi Doctorum ſenſu reprobentur, iuxta deducta per *Marchin. de bello Diuino part. 9. cap. 5. numer. 8. & 9.*

Eodem modo vbertas fructuum in tertia parte ſolitum excedens non uidetur ſufficiēs
34 ad excludendam compenſationem vbertatis cum ſterilitate, vt contrariorum eadem ſit prorsùs diſciplina, *l. & ſi contra tabulas 35. ff. de vulg. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur. l. ſi quis negotia, ff. de negot. geſt. l. ſi quis putans, § 1. ff. comm. diuid. cap. intellectum de iur. Iuran. Alex. conſ. 511. num. 13. lib. 7. Surd. conſ. 1. num. 92. Cyriac. controu. 65. num. 3. Gratian cap. 213. num. 57. Fontanell. dec. 330. num. 3. Ludouiſ. deciſ. 517. num. 34.* & ne conductor, & locator ad imparia iudicentur; prout in ſpecie admonet *Cardin. de Luca de Regal. diſc. 65. num. 24.*
35 vbi, quòd idem operari debeat propoſitum in propoſito, ac oppoſitum in oppoſito, ideòque eadem debeat eſſe menſura damni, ac lucri; Vnde quemadmodùm annus non dicitur ſterilis, neque damnum dicitur notabile, niſi inter priuatos excedat dimidium penſionis; ita è conuerſo annus dici non debeat vber, niſi habita eadem proportione lucrum tanti importet, factis tamen priùs detractionibus expenſarum.

36 Ob quam potiſſimùm rationem recepta eſt ſententia, quód, quemadmodùm mercedis remiſſio eſt facienda conductori ob ſterilitatem; ita à pari, ſi vbertas proueniat, non ſolùm cum ſterilitate eſt compenſanda; ſed penſio augeri debeat, vt eadem lucri, damnique ſit ratio, inxta ſententiam *Gloſ. in l. ſi merces, § vis maior,* verbo *cui,* ibi: *Apparet ergo, quòd ſi maximum fuerit lucrum, putà, quia in duplum creuerunt fructus, quod duplicari debeat merces, vel ſeruitium, quod pro re præſtatur, ff. locat.* ibique *Bart. num. 2. & 8.* & poſt *Innoc. Io: Andr. & Anchar.* idem firmat *Imol. in dict. cap. propter ſterilitatem, num. 14. de locat. Abb. in cap. prohibemus num. 4. de cenſib.* atque adeò, quemadmodùm, ſi conductor patiatur magnum damnum, conſequitur diminutionem penſionis; ita ſi ex vbertate fructuum conſequitur magnum commodum, ſit penſio augenda, quia contrariorum eadem eſt ratio, *Iaſ. in l. 1. num. 13. Cod. de Iur. emphyt. Gloſ. in l. ſi merces,* verbo *cui vis maior, ff. locat.* ibique *Bart. num. 2. & 8.* aſſerens, quód ſi quis conduxit molendinum, & alia vicina

ſine

Digitized by Google

ſint deſtructa impetu aquarum, debeat fieri augmentum penſionis, *Ancharan. in dict. cap. propter ſterilitatem, num. 16. de locat.* ibique *Imol. num. 14. Abb. in cap. prohibemus, num. 4. de cenſib. Gomeſ. var. lib. 2. cap. 3. num. 18. circa med. verſ. item quaro. Larrea allegat. fiſcal. 32. num. 25. & ſeq.* qui docet id ſeruandum in conductione Vectigalium, putà, ſi augeatur Comitatus, *Bertaceb. de Gabell. 2. p. n. 39.*

37 Nihilòminus prædictis non aduerſantibus, ſubſtinendo ſententiam *Imolæ* eſt animaduertendum, quòd, inter locatorem, & conductorem diuerſa militet ratio, nam ad effectum obtinendæ remiſſionis penſionis ob ſterilitatem, requiritur in veriori, magiſque recepta ſententia, intolerabile damnum conductoris excedens dimidium penſionis ab ipſo ſoluendæ, regulando huiuſmodi materiam, iuxta terminos *leg. 2. Cod. de reſcind. vendit.* ex ſupra latè deductis; Sed ad inducendam compenſationem ubertatis cum ſterilitate nullibi reperitur diſpoſitum, quòd ubertas excedere debeat in dimidia parte fructuum percipi cõſuetorum, ſed ſatis, ſuperque eſt, quòd ſit ubertas; nam alioquin paruum lucrum, quod non ſit ubertas, non compenſatur cum damno, quod non ſit ſterilitas; prout per *text. in l. ex conducto, §. vis maior, ff. locat.* notat in ſpecie *Valaſcb. de Iur. Emphyt. quaſt. 27. nu. 45. circa fin. verſ. lucrum verò*, rectè aduertens, quòd in materia remiſſionis penſionis adſit diſcrimen, inter lucrum, & ubertatem; ſicuti inter damnum, & ſterilitatem; adeòut conductor, eatenus lucrari debeat, ſi ſit ubertas; in quantùm ſubſtineret, ſi eſſet ſterilitas, *Caroc. de locat. dict. quaſt. 8. num. 46. verſ. regula*

38 *igitur eſt*; atque adeò regula, quòd contrariorum eadem ſit diſciplina, procedit, quando eadem eſt ratio; ſecus, ſi diuerſa, iuxta monitum *Gloſ. fin. in l. & ſi contra, ff. de leg. 3. Alex. conſil. 111. num. 13. verſ. ſed contrariorum, lib. 8. Menoch. conſ. 160. num 8. verſ. nam contrariorum, & conſ. 201. num. 100. Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 19. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. qu. 245. num. 9.*

Quò ad tertiam inſpectionem; pro deneganda remiſſione mercedis conductori, an cum ſterilitate ex aliquo caſu fortuito prouemiente compenſanda ſit ubertas ſolius anni præcedentis, uel ſequentis, an uerò etiam aliorum annorum; quoties, prout in præſenti themate, locatio fuit facta ad nouennium.

39 In huiuſmodi articulo, ſi ponderare uelimus literalem diſpoſitionem *text. in dict. cap. propter ſterilitatem 3. de locat.* uidetur reſoluendum pro compenſatione ſolius anni peſtẽ præcedentis, uel ſubſequentis; nam in eodẽ *textu* ita reperitur ſancitum: *Penſionis remiſſio facienda, niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis anni valeat ſterilitas compenſari*, & hanc ſententiam ſubſtinet ibidem *Innoc. num. 2. in fin. verſ. præcedentis*, affirmans, quòd ad effectum compenſandi ubertatem cum ſterilitate, ſit attendenda ubertas anni præcedentis proximi; nam interpellati anni non proderit, idemque uidetur ſentire ſubſcribens ſe ad *conſ. 88. Soccin. Sen. lib. 1. in vlt. add. in fin. verſ. facta computatione anni præcedentis.*

40 Regulare enim eſt, ut ſingularis ſermo ſuapte natura ad plures non adaptetur, *cap. gaudemus 8. de diuort. Bald. conſil. 422. num. 1. verſ. & quia, lib. 3. Natt. conſ. 112. num. 2. Alex. conſ. 2. ſub num. 19. verſ. item loquitur in ſingulari, lib. 4. Honded. conſ. 29. num. 30. lib. 2. Penia dec. 1066. num. 1.*

41 Prædictis tamen non reluctantibus, contraria ſententia eſt receptior, quòd, ſcilicet, pro deneganda remiſſione conductori damnum paſſo ob ſterilitatem ſit admittenda compenſatio ubertatis, non ſolùm anni bello Diuino, uel humano proximi; ſed etiam aliorum annorum præcedentium, & ſubſequentium, omnibus inſimul coaceruatis, quám, præ cæteris, optimè firmant, *Hoſtienſ. in ſumm. lib. 3. tit. de locat. ſub num. 7. §. propter ſterilitatem, paulò poſt princip. verſ. & notandum, fol. 166. à terg. Imol in dict. cap. propter ſterilitatem, nu. 8. verſ. quòd autem de locat.* ibique *Abb. num. 3. verſ. quod communiter*, ubi, quòd ad effectum, ut uindicet ſibi locum compenſatio, ſatis, ſuperque ſit, quód, durante conductione, ante, uel poſt ſterilitatem contingat ubertas, *Barboſ. in l. diuortio, §. fin. num. 8. ff. ſolut. matrim. Sebaſt. Medic. de compenſat. part. 1. quaſt. 46. nu. 10. verſ. & vera opinio eſt*, affirmans, hanc eſſe communem opinionem, *Redoban. de reb. Eccleſ. non. alien. quaſt. 73. num. 73. de remiſſ. merced. cap. 2. num. 4. verſ. idem videtur, Caroc. de locat. tit. de remiſſ. merced. part. 3. quaſt. 8. num. 49. Capra regul. 88. num. 52. Valaſc. de Iur. Emphyt. quaſt. 27. num. 46. in princip. Molin. de contract. diſput. 495. num. 16. Giurb. obſer. 24. ſub num. 19. in fin. verſ. ſine illi*, & in terminis peſtis, *Marchin. de bell. Diuin. part. 9 cap. 5. n. 20. Pacion. de locat. q. 47. n. 85.*

Huiuſmodi uerò ſententiæ illud præcipuũ eſt fundamentum, quòd cum eadem æquitatis ratio militet pro compenſatione inducẽda in ubertate aliorum annorum, non ſecus, ac immediatè præcedentis, uel ſubſequentis, idem ius in omnibus uideatur ſtatuendum; prout rectè aduertunt *Hoſtienſ. in dict. §. ob ſterilitatem, verſ. & eadem ratio æquitatis eſt, Imol. in dict. cap. propter ſterilitatem, n. 8. verſ. quia eadem, Redoban. de reb. Eccleſ. non alien. dict. quaſt. 73. cap 2. num. 4. in fin. verſ. quia eadem eſt ratio.*

42 Nullatenus aduerſante, quòd *text. in dict. cap. propter ſterilitatem*, loquatur in numero ſingulari, ibi: *præcedentis, vel ſequentis anni*; cum enim, ex proximè firmatis, in omnibus annis eadem militet æquitatis ratio; ſingu-

cum, omnis ratio, & æquitas ſuadere uide-
tur, ut cedere debeat ad commodum condu-
ctoris; neque de eo eſt prorsùs habenda ali-
qua conſideratio pro huiuſmodi compenſa-
tione facienda; tunc enim verè nõ poteſt dici
annus vber, ſed ſolùm lucroſus, eodem mo-
do, quód è conuerſo ſi damnum non eſt nota-
bile; ſed modicum, non dicitur annus ſteri-
lis; ſed dãnoſus; prout poſt *Salic. & Imol. Boſſ.
de remiſſ. merced. conductor. num. 25. & 28.* re-
ctèque animaduertit in terminis conductoris
Gabellarum *Cardin. de Luca de Regal. diſc. 65.
num. 22. verſ. ad faciendam igitur huiuſmodi
compenſationem, & n. ſeq.*

28 Verùm prædicta ſententia *Salicet. & Imol.*
admiſſa, vtpotè magis recepta; ſatis inter ſe
diſcrepant Interpreres, an, & quando id, quod
ſupereſt, deductis ſupradictis expenſis, dica-
tur modicum, vel potiùs notabile; nonnullis
exiſtimantibus, quòd prudentis Iudicis arbi-
trio ſit relinquendum, ita ſenſijt *Salicet in d.
l. licet, num. 6. Boſſ. de remiſſ. merced. conductor.
num. 25. & ſeqq.* quos refert *Card. de Luca de
Regal. d. diſc. 65. num. 24.*

29 Alijs verò opinantibus, quód notabile di-
ci debeat, quando per conductorem colligi-
tur ſaltem tertia pars de pluri, quàm regula-
riter percipi conſueuerit, in qua ſententia,
præ cæteris, reſidet *Imol. in dict. cap. propter
ſterilitatem, num. 15.* & hunc eſſe communem
profitentur, omiſſis pluribus alijs, qui poſſent
laudari, *Boſſ. de remiſſ. merced. conductor. n. 25.
& 27. Valaſcb. de Iur. emphyt. dict. quæſt. 27.
num. 45. verſ. Imola autem, Burſatt. conſ. 11. nu.
32. verſ. vel aliàs ſecundum communem, lib. 1.
Caroc. de locat. tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8.
num. 46. verſ. quod plus, ſol. 184.* in Veneta
impreſſione anni 1592: vbi, quòd hæc ſit ve-
ra, magiſque communis ſententia, *Lopez de
contract. lib. 2. cap. 26. verſ. hanc autem ſenten-
tiam, Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 189. Ci-
riac. controu. 296. num. 20* & in ſpecie compen-
ſationis vbertatis cum ſterilitate faciendæ tẽ-
pore peſtis, *Marchin. de bello Diuino part. 9.
cap. 5. num. 23. Pacion. de locat. q 47. n. 91.*

30 Eſt tamen diligenter animaduertendum,
quód, licèt iuxta huiuſmodi placitum vber-
tas reſpectu fructuum eſſet ſufficiens ad indu-
cendam compenſationem cum ſterilitate; ni-
hilóminus, ſi fructus parum valuerunt, itaut,
inſpecto eorumdem vili valore, non poſſit di-
ci talis vbertas, verè non ſit facienda com-
penſatio; prout benè admonet *Caroc. de locat.
dict. quæſt. 8. ſub num. 53. fol. 184. Ciriac. d. con-
trou 296. nu. 21. verſ. admonet etiam Carocius,
Pacion. de locat. quæſt. 47. num. 93.* Sicuti è
31 conuerſo non ſit remiſſio in caſu ſterilitatis,
ſi fructus, qui fuerunt percepti, cariori pre-
tio vendantur ſufficienti ad ſolutionem con-
uentæ penſionis, *Roland. conſ. 86. num. 8. lib. 3.
Corn. conſ. 128. num. 26. lib. 2.* Caroc. vbi ſupra,
*Ciriac. dict. controu. 296. num. 23. Claper. cauſ.
44. num. 12 & ſeq. Pacion. de locat. dict. qu. 47.
num. 13. Rot. diuerſ. deciſ. 727. num. 4. verſic. in
omnem caſum.*

32 Sed adhuc hæc ſententia *Imolæ* ſuas pati-
tur difficultates; ſicuti enim ſterilitas, ob
quam tertia pars fructuum fuit deperdita,
non ſufficit ad obtinendam remiſſionem mer-
cedis, cum *Hoſtienſ. & Abb. in d. cap. propter*
33 *ſterilitatem* ita ſentientes communi Docto-
rum ſenſu reprobentur, iuxta deducta per
*Marchin. de bello Diuino part. 9. cap. 5. numer. 8.
& 9.*

Eodem modo vbertas fructuum in tertia
parte ſolitum excedens non uidetur ſufficiẽs
34 ad excludendam compenſationem vbertatis
cum ſterilitate, vt contrariorum eadem ſit
prorsùs diſciplina, *l. & ſi contra tabulas 35. ff.
de vulg. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur.
l. ſi quis negotia, ff. de negot. geſt. l. ſi quis putans,
§ 1. ff. comm. diuid. cap. intellectum de iur. Iuran.
Alex. conſ. 511. num. 13. lib. 7. Surd. conſ. 1. num.
92. Cyriac. controu. 65. num. 3. Gratian cap. 213.
num. 57. Fontanell. dec. 330. num. 3. Ludouiſ. de-
ciſ. 517. num. 34.* & ne conductor, & locator
ad imparia iudicentur; prout in ſpecie admo-
net *Cardin. de Luca de Regal. diſc. 65. num. 24.*
35 vbi, quòd idem operari debeat propoſitum
in propoſito, ac oppoſitum in oppoſito, ideò-
que eadem debeat eſſe menſura damni, ac lu-
cri; Vnde quemadmodùm annus non dicitur
ſterilis, neque damnum dicitur notabile, niſi
inter priuatos excedat dimidium penſionis;
ita è conuerſo annus dici non debeat vber,
niſi habita eadem proportione lucrum tanti
importet, factis tamen priùs detractionibus
expenſarum.

36 Ob quam potiſſimùm rationem recepta
eſt ſententia, quód, quemadmodùm merce-
dis remiſſio eſt facienda conductori ob ſteri-
litatem; ita à pari, ſi vbertas proueniat, non
ſolùm cum ſterilitate eſt compenſanda; ſed
penſio augeri debeat, vt eadem lucri, damni-
que ſit ratio, iuxta ſententiam *Gloſ. in l. ſi mer-
ces, § vis maior,* verbo *cui,* ibi: *Apparet ergo,
quòd ſi maximum fuerit lucrum, putà, quia in
duplum creuerunt fructus, quod duplicari de-
beat merces, vel ſeruitium, quod pro re præſta-
tur, ff. locat.* ibique *Bart. num. 2. & 8.* & poſt
Innoc. Io. Andr. & Anchar. idem firmat *Imol.
in dict. cap. propter ſterilitatem, num. 14. de lo-
cat. Abb. in cap. prohibemus num. 4. de cenſib.*
atque adeò, quemadmodùm, ſi conductor pa-
tiatur magnum damnum, conſequitur dimi-
nutionem penſionis; ita ſi ex vbertate fru-
ctuum conſequitur magnum commodum, ſit
penſio augenda, quia contrariorum eadem
eſt ratio, *Iaſ. in l. 1. num. 13. Cod. de Iur. emphyt.
Gloſ. in l. ſi merces,* verbo *cui vis mater, ff. lo-
cat.* ibique *Bart. num. 2. & 8.* aſſerens, quód ſi
quis conduxit molendinum, & alia vicina

ſint

Digitized by Google

ſint deſtructa impetu aquarum, debeat fieri augmentum penſionis, *Ancharan. in dict. cap. propter ſterilitatem, num. 16. de locat.* ibique *Imol. num. 14. Abb. in cap. prohibemus, num. 4. de cenſib. Gomeſ. var. lib. 2. cap. 3. num. 18. circa med. verſ. item quæro. Larrea allegat. fiſcal. 32. num. 23. & ſeq.* qui docet id ſeruandum in conductione Vectigalium, putà, ſi augeatur Comitatus, *Bertacch. de Gabell. 2. p. n. 39.*

37 Nihilòminus prædictis non aduerſantibus, ſubſtinendo ſentētiam *Imolæ* eſt animaduertendum, quòd, inter locatorem, & conductorem diuerſa militet ratio, nam ad effectum obtinendæ remiſſionis penſionis ob ſterilitatem, requiritur in veriori, magiſque recepta ſententia, intolerabile damnum conductoris excedens dimidium penſionis ab ipſo ſoluendæ, regulando huiuſmodi materiam, iuxta terminos *leg. 2. Cod. de reſcind. vendit.* ex ſupra latè deductis; Sed ad inducendam compenſationem ubertatis cum ſterilitate nullibi reperitur diſpoſitum, quòd ubertas excedere debeat in dimidia parte fructuum percipi cōſuetorum, ſed ſatis, ſuperque eſt, quòd ſit ubertas; nam alioquin paruum lucrum, quod non ſit ubertas, non compenſatur cum damno, quod non ſit ſterilitas; prout per *text. in l. ex conducto, §. vis maior, ff. locat.* notat in ſpecie *Valaſch. de Iur. Emphyt. quæſt. 27. nu. 45. circa fin. verſ. lucrum verò*, rectè aduertens, quòd in materia remiſſionis penſionis adſit diſcrimen, inter lucrum, & ubertatem; ſicuti inter damnum, & ſterilitatem; adeòut conductor, eatenus lucrari debeat, ſi ſit ubertas; in quantùm ſubſtineret, ſi eſſet ſterilitas, *Caroc. de locat. dict. quæſt. 8. num. 46. verſ. regula*
38 *igitur eſt*; atque adeò regula, quòd contrariorum eadem ſit diſciplina, procedit, quando eadem eſt ratio; ſecus, ſi diuerſa, iuxta monitum *Gloſ. fin. in l. & ſi contra, ff. de leg. 3. Alex. conſil. 111. num. 13. verſ. ſed contrariorum, lib. 8. Menoch. conſ. 160. num 8. verſ. nam contrariorum, & conſ. 201. num. 100. Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 19. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. qu. 245. num. 9.*

Quò ad tertiam inſpectionem; pro deneganda remiſſione mercedis conductori, an cum ſterilitate ex aliquo caſu fortuito proueniente compenſanda ſit ubertas ſolius anni præcedentis, uel ſequentis, an uerò etiam aliorum annorum; quoties, prout in præſenti themate, locatio fuit facta ad nouennium.

39 In huiuſmodi articulo, ſi ponderare uelimus literalem diſpoſitionem *text. in dict. cap. propter ſterilitatem 3. de locat.* uidetur reſoluendum pro compenſatione ſolius anni peſtē præcedentis, uel ſubſequentis; nam in eodē textu ita reperitur ſancitum: *Penſionis remiſſio facienda, niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis anni valeat ſterilitas compenſari*, & hanc ſententiam ſubſtinet ibidem *Innoc. num. 2. in fin. verſ. præcedentis*, affirmans, quòd ad effectum compenſandi ubertatem cum ſterilitate, ſit attendenda ubertas anni præcedentis proximi; nam interpellati anni non proderit, idemque uidetur ſentire ſubſcribens ſe ad *conſ. 88. Socein. Sen. lib. 1. in vlt. add. in fin. verſ. facta computatione anni præcedentis.*

40 Regulare enim eſt, ut ſingularis ſermo ſuaptè natura ad plures non adaptetur, *cap. gaudemus 8. de diuort. Bald. conſil. 422. num. 1. verſ. & quia, lib. 3. Natt. conſ. 112. num. 2. Alex. conſ. 2. ſub num. 19. verſ. item loquitur in ſingulari, lib. 4.* Honded. *conſ. 29. num. 30. lib. 2. Penia dec. 1066. num. 1.*

41 Prædictis tamen non reluctantibus, contraria ſententia eſt receptior, quòd, ſcilicet, pro deneganda remiſſione conductori damnum paſſo ob ſterilitatem ſit admittenda compenſatio ubertatis, non ſolùm anni bello Diuino, uel humano proximi; ſed etiam aliorum annorum præcedentium, & ſubſequentium, omnibus inſimul coaceruatis, quám, præ cæteris, optimè firmant, *Hoſtienſ. in ſumm. lib. 3. tit. de locat. ſub num. 7. §. propter ſterilitatem, paulò poſt princip. verſ. & notandum, fol. 166. à terg. Imol in dict. cap. propter ſterilitatem, nu. 8. verſ. quòd autem de locat.* ibique *Abb. num. 3. verſ. quod communiter*, ubi, quòd ad effectum, ut uindicet ſibi locum compenſatio, ſatis, ſuperque ſit, quód, durante conductione, ante, uel poſt ſterilitatem contingat ubertas, *Barboſ. in l. diuortio, §. fin. num. 8. ff. ſolut. matrim. Sebaſt. Medic. de compenſat. part. 1. quæſt. 46. nu. 10. verſ & vera opinio eſt*, affirmans, hanc eſſe communem opinionem, *Redoban. de reb. Eccleſ. non. alien. quæſt. 73. num. 73. de remiſſ. merced. cap. 2. num. 4. verſ. idem videtur*, Caroc. *de locat. tit. de remiſſ. merced. part. 3. quæſt. 8. num. 49.* Capra *regul. 88. num. 52. Valaſc. de de Iur. Emphyt. quæſt. 27. num. 46. in princip. Molin. de contract. diſput. 495. num. 16. Giurb. obſer. 24. ſub num. 19. in fin. verſ. ſiue illi*, & in terminis peſtis, *Marchin. de bell. Diuin. part. 9 cap. 5. n. 20. Paeion. de locat. q. 47. n. 85.*

Huiuſmodi uerò ſententiæ illud præcipuū eſt fundamentum, quòd cum eadem æquitatis ratio militet pro compenſatione inducēda in ubertate aliorum annorum, non ſecus, ac immediatè præcedentis, uel ſubſequentis, idem ius in omnibus uideatur ſtatuendum; prout rectè aduertunt Hoſtienſ. *in dict. §. ob ſterilitatem, verſ. & eadem ratio æquitatis eſt, Imol. in dict. cap. propter ſterilitatem, n. 8. verſ. quia eadem, Redoban. de reb. Eccleſ. non alien. dict. quæſt. 73. cap 2. num. 4. in fin. verſ. quia eadem eſt ratio.*

42 Nullatenus aduerſante, quòd *text. in dict. cap. propter ſterilitatem*, loquatur in numero ſingulari, ibi: *præcedentis, vel ſequentis anni*; cum enim, ex proximè firmatis, in omnibus annis eadem militet æquitatis ratio; ſingu-

43 laritas in pluralitatem eſt reſoluenda, Gloſ.
in cap.ſi compromiſſarius, uerbo compromiſſa-
rius de elect.in 6. Bart.in l.ex duobus, ff.de vul-
gar.Soccin.in l.ſi fuerit, num.10. ff.de reb.dub.
Gemin. in cap.omnes, num.6. ibique Felin.in
princip. num.1. diſtinct.1. Io:Fab.inſtit.de Iur.
perſonar. in princip. Surd.conſ.247.num.10.
verſ.quin quando, lib.2.ubi, quòd,quando ſin-
gularis numeri, & pluralis eadem eſt ratio,
quod de uno dicitur, uerificatur in pluribus,
& conſ.369.num.1.lib.3.Gratian.cap.229.nu.
24.& ſeq. Card.Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt.lib.8.tit.12.num.33.Rot.in recent.dec.566
num.5.part.1.

44 Ideòque,ſi ſubſtitutionis conditio concep-
ta ſit in numero ſingulari, ut putá, ſi ſine fi-
lio deceſſerit, uerificatur in plurali,ſi mortis
conditio eueniat, pluribus filijs relictis, Ru-
ſtic.pluribus comprobans,in l.cum Auus,lib.6
cap.7.num.26.ff.de condit. & demonſtrat. Cra-
uett.conſ.180.num.3. Roland.à Valle conſ.38.
num.47.lib.4.Peregrin.conſ.35.num.2.& de fi-
deicomm.artic.22.nu.65.ad med. & ſeq. Fuſar.
de ſubſtit.qu.401.n.10.

45 Non enim in Iure eſt nouum, ut ſingulari-
tas in pluralitatem reſoluatur, & è contra,
prout ſunt Iura in l.in uſu 158.ff.de uerbor ſi-
gnific.§ ſi plures, inſtit.de legit. Agnat. ſucceſſ.
l.2.§.hæreditas,ff de ſuis,& legit.hæred.l.ſi quis
ita, uerſ.ſi quis filio, ff.de teſtam.tutel. Bart.in
l.ex duobus, ff.de uulgar. Soccin.in l.ſi fuerit,
num.10 ff.de reb.dub.Iaſ.in l.qui filiabus, §.1.
num.24 ff.de legat.1. Alex.in l.qui quartam,
§.fin.num.3.ff.eod. Peralt.in l.unum ex familia,
§.ſed ſi fundum,num.5.ff.de legat.2. Caſtr.conſ.
264.num.2. uerſ.ſed in contrarium,uſque in fin.
lib.2.Roland.conſil.38.num.47.& 50 lib.4.Me-
noch.conſ.117.num.14.& ſeqq. Berett. conſil.
27.ſub num.14. Rimin.Iun.conſil.23. num.62.
Burſatt.conſ.363.num.18. Altograd.conſ.89.n.
56.lib.2.Valenz.conſ.69.num 6. Rouit.conſ.91.
num.6.lib.2.Azeued.conſ.18.num.1. Peregrin.
de fideicomm.art.19. nu.17. Molin.de Hiſp.Pri-
mog.lib.1.cap.5.num.21.ibique Add.ſub n.22.
& lib.1.cap.4.num.14.& trib.ſeqq. & nu.32.
46 & ſeq.ibiq; Add. ubi,quód ſingularis nume-
rus ſæpiſſimè in Iure pro plurali accipiatur,
ex hoc rectè inferens, quòd uocatio Primo-
geniti, etiam in numero ſingulari ſit referen-
da ad omnes Primogenitos in numero plura-
li in infinitum, Bich.dec.622.num.23. Cardin.
Celſ.dec.33.n.16.

Quò ad quartam inſpectionē,cū per Prin-
cipem locatorē duæ diſtinctæ fuerint factæ lo-
cationes Gabellæ niuis,altera ad ſexennium,
quæ iam expirauerat, altera uerò ad nouen-
niū, de qua in præſentia diſceptatur, excitata
fuit controuerſia per Fiſcum, an, ſcilicet,cō-
penſatio ubertatis cum ſterilitate competat
pro omnibus annis eiuſdem locationis tan-
tùm, uel etiam alterius diſtinctæ inter eaſdē
partes contractæ.

47 In quo articulo, non poſſe locatorem aliā
obijcere conductori ubertatem, quám anno-
rum. ſiue præcedentium, ſiue ſubſequentium
eiuſdem locationis; non autem diuerſæ, pror-
ſùſque diſtinctę, in ſpecie docet Bald.in d.l.li-
cet 8.quæſt.10.ſub num.17.uerſ.ſed ſi nouus an-
nus, Cod.locat. ibique, præ cæteris, egregiè
Salicet. num.9. uerſ.in contrarium, quia leges,
Imol.in dict.cap propter ſterilitatem ſub nu.8.
ante med.uerſ.aduerte tamen, eod.tit.de locat.
ibique Panormit.Boſſ.de remiſſ.merced. condu-
ctor.num.23.& 99.Medic.de compenſat. par.1.
quæſt.45. Valaſc.de Iur.emphyt. quæſt.27. nu.
46. uerſ.dum tamen ille annus, Surd.conſ.400.
num.20.lib.3.Burſatt.conſ.11. num.35. Redo-
ban.de reb.Eccleſ.non alien.quæſt.73.de remiſs.
merced.num.2.uerſ.ſed quod dicitur, Caroc.de
locat.part.4.tit.de remiſs.merced.quæſt.8. num.
49 fol.188. rectè affirmans, quòd unitas lo-
cationis in hoc caſu admodùm attendatur,
Græue.ad Gaill.pract.concluſ.lib.2. concluſ.23.
conſiderat.1.num.5.6. & 9. fol.69. Marchin.de
bell.diuin.part.9. cap.5. num.20. Gurb.obſeru.
24.num.20.uerſ.ſi eiuſdem locationis, Ciarlin.
controu.47.num.59. Paeion.de locat. quæſt 47.
num.84.Gratian.deciſ.March.222.num 6. Rot.
poſt.Zacch.de oblig.Cameral.deciſ.151. num.6.
vbi, quòd,ſi plures ſint, & ſeparatæ locatio-
nes, vnus annus alium non ſuppleat.

48 Quoties enim locationes ſunt ſeparatæ, de
una ad aliam inferri non ualet, l.Papinianus
exuls 20. ff.de minor. & in ſpecie Imol. in dict.
cap propter ſterilitatem, loco proximè allega-
to, uerſ.& pro hoc facit, Salicet.in dict.l.licet,
num.9 uerſ & ſic quælibet, ubi, quòd, cum
quælibet locatio ſit de per ſe perfecta, neque
una communionem cum alia habeat, de una
ad aliam non inferatur,& in proximis termi-
nis Surd.conſ.150. num.94. lib.1. Rip.de peſt.
tit. de remed.ad conſeruand. ubert. num.33.&
ſeqq.Gratian.cap.516 num.6. Munoz. de ratio-
cin.cap.36.num.5. uerſ.& loquendo in admini-
ſtratore. Rot.in recent.dec.592.num.15. & de-
49 ciſ.612.n.7 part.5.tom.2.aſſerens, quòd quo-
ties conductiones ſunt diuerſæ, & inter ſe
omninò diſtinctæ, & ſeparatæ; tunc ſolutio-
nes proficiſcentes á ſecunda, nullo Iure ad
primam ſint referendæ, Bich. dec.423. nu.36.
repetita in recent dec.49.num.37.p.11. Card.
Mant dec.77.n.4.

50 Prout in ſimili nō datur compēſatio in di-
uerſis negotiationibus, ſeu ſtationibus, licèt
ab eodē homine exercitis, Bald.in l.eius, n.5.
ibiq; Salic.C.de compēſat.Ronchegal.in l.ſi duo,
num.6.& 11.ff.de duob.reis, Soccin. in l.in ea
in fin.Cod.eod.Caſtr.conſil.285.ſub num.3. cir-
ca med.uerſ.aliàs eſſet in poteſtate, lib.1. Lau-
rent de Pin.conſ.156.num.4.Ancharan.conſil,
400.

400.Soccin.conſ.73.num.9.lib.1.& conſil.65.in
fin.lib.4.Schenard.conſil.62.nu.153.Pedroch.
conſil.28.num.14.& ſeq.Turrett.conſ.10.n.15.
& ſeq.Menoch.conſ.746.nu.45. Munoz.de ra-
tiocin.cap.36.nu.6.Surd.de aliment.tit.3.qu.7.
num.19.Gratian.cap.948.nu.2.& ſeqq. Amat.
reſol.17.Felic.de ſociet.cap.30.num.67. Graſſ.
except.16.n.54.Surd.de alim.tit.3.quæſt.7.n.19
alijſque relatis, Salgad. plures alios referens,
in labyr.credit.part.1.cap.9.num.64.& par.3.
cap.6.§.vnic.num.14.& ſeqq. Card.de Luca de
credit.diſc.47.num.8. Rot.Ian.deciſ.26.nu.30.
Magon.deciſ.Lucenſ.1.per tot. ſignanter n.21.
& 24.Card.Seraphin.dec.1214.num.1. Anton.
Fab.in Cod.lib.4.tit.23.defin.8. & 17. Rot.in
recent.deciſ.612.num.10.part.5. tom.2. & poſt
Merlin.de pignor.dec.47.n.11 Merlin.dec.783.
n.8.Bich.dec.ſeu diſc.306.n.44. Niſi tamen ne-
51 gotiationes eſſent inter ſe connexæ, & corre-
ſpectiuæ; tunc enim non eſt dicenda compen-
ſatio; ſed potiùs quidam calculus dati, acce-
ptique, ſeu contrapoſitio circa idem nego-
tium. Bald. in l.Mauius in addit. ff.fam.erciſc.
& in l.ſi quis negotiũ, ff.de negot geſt. Rouit.cõſ.
60.n.3.lib.1 Munoz.de ratiocin. cap.10. & 13.
Galeot.lib.1. contr.41.n.8.& 9.& lib.2.contr.
62.num.12. Capyc.Latr.conſult.73.num.27.&
ſeq.& dec.25.num.23. qui refert, & ſequitur
Card.de Luca de credit.diſc.61.num.5. & de
camb.diſc.5.num.9. Bich.dec.151.num.29. re-
petita in recent.dec.231.nu.28.part.9. & poſt
Merlin.de pignor.dec.74.num.28.

52 Ita etiam ob eamdem rationem compen-
ſatio non admittitur cum credito particula-
ri, & proprio ad debitum ſociale, quia ſocie-
tas eſt quid diuerſum à ſocijs in particulari,
& compenſationi regulariter non eſt locus
inter debita diuerſarum perſonarum, Salicet.
in l.eius, num.2.Cod.de compenſat. Cuman.conſ.
172 Soccin-Sen.conſ.73.nu.9.in fin.& 10.lib.1
Tindar.de compenſat.§.omnem debitorem, n.7.
Gratian.cap.948.num 3. Amat.reſolut.17.n.1.
alijſque congeſtis, Salgad.in labyr.credit.p.3.
cap.6.§.vnic.num.19. Rot.Ian. dec.26. num.30.
Add.ad Ludouiſ.dec.366.num.7.Card.Caualer.
dec.38.num.4.& ſeq.Rot.dec.47. num.11. poſt
Merlin.de pignor.

Præcipuè, quia, finita prima locatione ad
ſexennium; expirarunt omnes obligationes
hinc inde contractæ, inter conductorem, & lo-
catorem; ideòque, ſublato debito, ceſſat com-
53 penſatio, quæ perneceſsè debitum hinc inde
ſupponit, Bart.in l.Procurator 8.§ ſi procu-
rator, num.3.verſ.nam compenſatio.ff.rem rat.
hab. Corn.conſ.288.ſub num.4. verſ.item, &
verſ.inſuper, Alex.conſ.85.nu.5. lib.3. Gratian.
cap.490.num.24.Rot.in recent.dec.296.num.1.
54 part.8.rectèque conſerunt deducta per Bald.
in l.ſcimus, num.5.Cod.de inoffic.teſtam. Caren.
reſol.34.num.13.Hodiern.ad Surd.dec.21.nu.3.
Franch.dec.522.nu.3, affirmantes, quòd com-
penſatio non poſſit fieri pro debito iam ex-
tincto, Merlin.de legit.lib.2.tit.2.quæſt.32.n.2
& in his terminis egregiè Surd.conſ.400.n.17.
verſ.prætereà, & ſeq. vbi num.19. aduertit,
omnia Iura ſupponere, quòd vbertas, & ſteri-
litas, quæ inuicem ſunt compenſandæ, euene-
rint durante contractu locationis; alioquin
compenſationi non eſſet locus; ſi ſterilitas
eueniſſet durante locatione, & vbertas poſt
eam finitam.

55 Solùmque ſuperiori loco firmata non pro-
cederent, ſi fortaſsè ſecunda locatio fuiſſet
facta per modum prorogationis primæ, du-
rante tamen eadem prima locatione; ſecus
autem illa finita; tunc enim poſſet admitti
compenſatio vnius ad alteram; prout in ſpe-
cie ſingulariter declarat Bald.in d.l.licet, q.10
num.17. in fin. verſ.niſi per modum prorogatio-
nis, Cod.locat. Valaſc.de Iur.emphyt.d.qu.27.
ſub num.46.verſ.niſi noua conductio, Giurb.d.
obſeru.24.num.20. in fin. verſ.niſi annus eſſet
prorogatus.

56 Regulare enim eſt, vt primus actus proro-
gatus, durãte adhuc primo termino, ſit unus,
idemque actus, l.ſed & ſi manente 15.ff.de
precar. ibique Ang.& Caſtr.num.2.l.Valeria-
nus 10.ff.de prætor.ſtipulat.l.fiſcus 6.in fin.ff.de
Iur.Fiſc.Bart.in l.dies cautioni, nu.3. verſ.quæ-
ro de quæſtione, ff.de damn.infect. ibique Caſtr.
num.2. Bald.in l.2. num.2. ff.de excuſ.tutor. &
in l.eum, qui, §.1. num.2. ff.de Iuriſd.omn.Iu-
dic. & in l.meminiſſe per text. ibi num 4.ff.de
offic.Proconſul.Gabr.de dilat.concluſ.2. nu.21.
Mandoſ.ad regul.de annal.quæſt.76. num.8. Co-
ſta de retract.cap.8.caſ.29.num.2. Caſtill.deciſ.
1.num.2.de Xart.deciſ.Sardin.66.num.21.Ma-
ſtrill.dec.35.num.2. part.1. Buratt.dec.376.nu.
11 Card.Celſ.dec.369.num.3. Reuerter.deciſ.
235.num.3.

57 Prout idem aſſerendum de officio proro-
gato, dum adhuc durabat; quod non dicitur
nouum, ſed idem cum primo, Io: Franc.de
Ponte de poteſt. Proreg. tit.10. Rubr.de poteſt.
ſubſtit.in offic.num.6. & ſeq. latè Larrea alleg.
fiſcal.50.num.108.& ſeqq.part.2. Salgad.in
labyr.credit.part.2. cap.27.num.62. & ſeqq.
Rouit.conſ.104.num.12.lib.2.Maur.allegat.10.
num.5. & 9. Noguerol.allegat.21. num.14. &
ſeq.Galeot.controu.45.num.16. & ſeqq. lib.2.
Staiban.Iun. reſol.59. num.40. Maſtrill.de ma-
giſtrat.lib.1.cap.28.n.67. & ſeq. & Nos latio-
ri exarauimus calamo cap.89.Vol.1.

58 Quatenus verò pertinet ad quintam inſpe-
ctionem; an, ſcilicet, eueniente ſterilitate in
vno anno locationis, ſtatim ſit facienda re-
miſſio penſionis conductori, vel potiùs ſit ex-
pectandus finis locationis, ad effectum inſpi-
ciendi, an ſequentium annorum vbertas ſte-
rilitatem præcedentium compenſare valeat,
affirmatiuam ſententiam, quòd ſtatim ſit fa-
cienda remiſſio, neque ſit expectandus finis
con-

conductionis ſubſtinent *Aretin. conſ.52. n.4. poſt princip. verſ. ſed rariſſimè*, *Burſatt. conſ.11. num.34. Surd. conſ.34 num.54. Caroc. de multiplic. conuent. num.31. Valaſc. de Iur. emphyt. qu. 27. num.47. in princip. verſ. ſed hæc leuia ſunt*;

59 eam potiſſimùm aſſignans rationem, quia vbertas fortaſsè euentura pendet ab euentu, & quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit, iuxta regulam *text. in l. is damnum 129. verſ. quod pendet, ff. de regul. Iur. Boſſ. de remiſſ. merced. conduct. nu.23. Pacion. de locat. quæſt.48. n.34.*

60 Omnis enim actus, qui ex aliquo futuro euētu poteſt reſolui, quantùm attinet ad præſentem ſtatum dicitur purus; non ſecus, ac ſi nullo caſu illius daretur reſolutio, ſed ſolùmmodò, quò ad Iuris effectum præſens eius ſtatus eſt conſiderandus, *Gloſ. in l.2. ff. de in diem adiect. Bald. in l. cum nota, Cod. de tranſact. Pariſ. conſ.11. num.37 lib.1. Natt. conſ.372. nu.8. Cephal. conſ.52. num.6. Gratian cap.691. nu.11 & ſeqq.* optimè *Salgad. in labyr. credit. par.2. cap.22. num.105. & ſeqq. & n.110. Surd. deciſ. 108. num.19. & ſeqq.*

61 Regulare enim eſt, vt ea, quæ à futuro pendent euentu, nullo modo ſint habenda in conſideratione, neque prudens ſit Iudiciū ſuper re præſenti ſtatuere, ex eo, quod in futurum poteſt contingere, cum tamen incertum ſit, ſemperque ſit attendendus præſens rei ſtatus non futurus, neque ſuper incerto Iudicium certum fieri valet, *Salgad.* vbi proximè *num.110. Gratian. deciſ. March.57. in add. num.2.*

Idemque probant Iura ſingularia in *l. ſi Titius in princip.* ibi: *ex euentu ſolutionis, ff. de legat.2. & in l. ſeruus, §.1.* ibi: *in pendenti eſt, cui proprietatem acquiſiuerit, ff. de acquir. rer. domin. & in l. ſi is, qui pro emptore, §.1.* ibi: *in pendenti eſſe, ff. de vſucap.* quæ Iura optimè expendit *Salgad. in dict. cap.22. num.108. & ſeq.* latè ad plura inferens *Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. ex num.18. & ſeqq. & de retract. conuent. §.2. gloſ. vnic. num.37. ad med. verſ. ſed quibus*, vbi, quòd qualitas rei non mutetur ex eo, quòd contingere poſſit.

62 His igitur firmatis, cum vbertas, quæ ſuperuenire poteſt, ſit prorsùs incerta, & de futuris contingentibus non detur determinata veritas, *D. Thom. 1 part. quæſt.14. art.13. & lib. 1. contra Gent. cap.67. Curſ. Conimbricenſ. in commentar. ad logic. lib.1. cap.8. art.3. quæſt. vnic.* & ſunt Iura in *l. Ventre, ff. de acquir. hæredit. l. qui bona, § cum inter, ff. de damn. infect. Iaſ. in l. qui Romæ 122. num.17. in princip. verſ. quod pendet, ff. de verbor. obligat. Roman. conſ.503. num.12. Surd. conſ.454 num.14. lib.4. & de aliment. tit.8. quæſt.1. num.8. Rot. in recent. deciſ. 471. nu.29. p.9. tom.2.*

63 Meritò conductorem, qui pręſens damnum fuit paſſus, futura vbertas non ſubleuat, non E inùs, ac *ægro interim nihil ventura ſanitas prodeſt*, prout eleganter inquit *Senec. epiſt. 117.* vbi ſubdit: *Quis neſcit, hoc ipſo non eſſe bonum, id quod futurum eſt, quia futurum eſt*, & paulò inferiùs: *Futurus ſum ſapiens, hoc bonum erit, cum fuero, interim non eſt.*

64 Prædictis nihilòminus non aduerſantibus communi Interpretum ſenſu recepta eſt ſententia affirmans, quod, eueniente in vno anno locationis, ſterilitate, non ſtatim conductori penſioni remiſſio ſit facienda; ſed omninò expectandus ſit locationis exitus, ad effectum, vt dignoſci valeat, an futurorum annorum vbertas præteritam ſterilitatem compenſare valeat, prout uidetur ſentire *Bald. in dict. l. licet 8. quæſt 10. num.17. verſic. reſpondeo, Cod. locat.* ſubtiliter ex more aſſerens, quòd præcedens annus ſit ſuppletiuus, ſequens ſit ſuſpenſiuus, donec venerit, & tūc cum uenerit, ſupplebit, quem ſequuntur *Roland. conſ.86. num.7. verſ. & ideò, lib.3. Surd. conſ.34. num.9. Bero. conſ.131. num.15. & conſil.143. num.11. lib.1. Becc. conſ.82. ſub nu.24. Rimin. Iun. conſ.40. num.12. & ſeq. lib.1. Calcan. conſ.24. num.6. Bellon. conſ.45. in fin. Theſaur. quæſt. forenſ.47. num.4 lib.2.* ubi, quòd ad obtinendam remiſſionem conductor probare debeat, per totum tempus cōductionis damnum fuiſſe paſſum, licèt ſecus ſit aſſerendum quando petitur intereſſe ob factum partis, uel tertij, cui poterat reſiſti; tunc enim illud quocumque tempore peti ualet, *Tondut. quæſt. ciuil. lib.1. cap.31. num.24.* aſſerens, quòd regulàriter, ceſsáte pacto, remiſſio peti nequeat per conductorem; niſi in ultimo anno ſuæ locationis, cum de læſione conſtare non poſſit, niſi toto tempore elapſo, cum totius temporis ſit habenda ratio, *Caualcan. dec.28. nu.50. part.2. Laurent. dec. Auenion. 212. num.30.* ubi, quòd, durante locatione, nimis propera uideatur remiſſionis petitio, ex eo, quòd ſit habenda ratio ubertatis, quæ in futurum eſſe poterit, *Card. de Luca de Regal. diſc.134. n.16. Valaſc.* qui teſtatur deciſum, *de Iur. emphit. quæſt.27. num.47. verſ. ſed ego aliquando vidi iudicatum, Tondut. lib.1. quæſt. ciuil. cap.31. num.24.* egregiè *Anton. Fab. in Cod. lib.4. tit. 42. de locat. defin.3.* ubi limitat, niſi fuerit conuentum, ut in ſingulos annos ſeparatim penſionis remiſſio peti poſſit, & *defin.35. in fin.* affirmās, quód fruſtrà remiſſio petatur, quamdiù ſpes eſt, compenſari poſſe unius anni ſterilitatem cum ubertate ſequētium, *Gratian. in addit. ad dec. March.222. n.4. & ſeq. Clapper cauſ.45. quæſt. vnic. Caualcan. deciſ.28. num.50. part.2. Capyc. Latr. deciſ.171. num.42. & ſeq. lib.2. Coccin. dec.11. num.1. verſic. & ideò debent, Dunozett. Iun. deciſ.1003. num.9. Rota diuerſ. dec.225. num.5. part.4.* & poſt *Zacch. de obligat. Camer. dec.42. num.5. & dec.151. num.4.*

65 Idque ea potiſſimùm ratione, quia, licèt plu-

Google

plures ſint anni locationis, una nihilòminus
eſt res, una locatio, & una obligatio, tàm
reſpectu conductoris, quàm locatoris, quámuis
diſtributio peuſionis fuerit fauore conductoris
per plures annos diuiſa gratia commodioris
ſolutionis, Bart. in l. ſi ſeruus communis
18. §. fin. num. 7. verſ. & ſi fiat locatio
domus, ff. de ſtipulat. ſeruor. Pinell. in l. 2. C. de
reſcind. vendit part. 1. cap. 3. num. 21. Bald conſil.
316. lib. 3. Soccin. Sen. conſ. 125. in princip.
lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 68. nu. 3. lib. 2. Surd. conſil.
34. num. 54. Giurb. obſeru. 24. num. 8. verſic.
quia vnica eſt locatio, Menoch. de arbitr. lib. 2.
caſ. 77. Carpzou. Iur. prudent forenſ part. 2. conſtit.
37. defin. 12. nu. 1. Capyc. Latr. d. deciſ. 171.
num. 42. in fin. lib. 2. Dunozett. Iun. d. deciſ. 1003
num. 8. Rot. poſt Zacch. de obligat. Camer. d. dec.
42. num 6. & deciſ. 151. num. 5. & ſeq. rectè
aduertens poſt Bald. & Salic. in dict. l. licet. &
Imol. in dict. cap. propter ſterilitatem, quòd locatio
ſit unica, quia, ſi eſſent plures ſeparatę,
unus annus alium non ſuppleret.

66 Non eſt tamen ignorandum, nonnullos
proximè allegandos mediam eligentes uiam
fuiſſe amplexos rationabile temperamẽtum,
quod ſatis æquum exiſtimo, cum quo quandoque
uidi in Tribunali Reuerendæ Cameræ
Apoſtolicæ fuiſſe proceſſum, quòd, ſcilicet, locator,
contingente ſterilitate in primo anno,
remiſſionem abſolutè, ſimpliciterque non faciat;
ſed quod congruum, prudentis Iudicis
arbitrio uidebitur, recipiat, emiſſa proteſtatione,
& reſeruatione Iuris compenſandi, reſiduumq;
petendi; ſi contingerit, ſequentes
annos uberiores eſſe, iuxta valdè ſingularem
doctrinam Salicet. in dict. l. licet 8. n. 8. verſic.
ſed quod congruum eſt, Cod. locat. quam apud
ſuos Quæſtores in praxi uidiſſe ſeruari teſtatur
Boſſ. de remiſſ. merced. publican. num. 29.
quem refert Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 27.
numer. 47. idemque firmat Burſatt. conſ.
11. num. 34. in princip. lib. 1. & deciſum per
Reuerendam Cameram Apoſtolicam, teſtatur
Cardin. de Luca de locat. diſc. 3. in fin.

67 Exceptio tamen remiſſionis penſionis oppoſita
à conductore aduersùs locatorem non
eſt apta ad retardandam exequutionem obligationis
Cameralis, uel alterius proceſſus
exequutiui, & ſummarij, quoties non eſt omninò
clara, ſed potiùs turbida diſcuſſionẽ requirens
Iudicij ordinarij, altioremque indaginem
ex adductis in ſpecie per Caroc. de locat.
tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8. nu. 114. Gratian.
cap. 534. num. 41. verſ. & quidquid, Larrea allegat.
21. num. 6. & ſeqq. Toudut. lib. 1. quæſt. ciuil.
cap. 31. num. 18. Card. de Luca de locat. diſc.
3. num. 2. Pacion. de locat. quæſt. 45. num. 17. &
ſeq. Zacch. de obligat. Camer. quæſt. 18. num. 27.
Rot. poſt eumdem Zacch. dec. 42. num. 2. Add.
ad Ludouiſ. dec. 235. num. 6. Buratt. deciſ. 295.
68 num. 13. & ſeq. Ideòque quoties Iudici innoteſcit,
exceptionem remiſſionis mercedis aliquam
habere probabilem ſubſiſtentiam; poſſet
demandare exequutionem pro aliqua cõgrua
quantitate, reſeruando prouiſionem
faciendam ſuper aliqua ſumma reſiduali, ad
effectum inſpiciendi in fine locationis, an
ſterilitas ſit cum ubertate compenſanda, Pacion.
de locat. quæſt. 45. num. 22. Cardin. Canaler.
dec. 217. ad fin. nam alioquin ſi exceptio eſſet
omninò turbida, non uideretur impedienda
exequutio competens àduersùs cõductorem
in uim inſtrumenti exequutionem paratam
habentis; atque adeò reijcientis quaſcumque
exceptiones altiorem requirẽtis indaginem,
iuxta uulgata Iuris principia.

His igitur firmatis, inſurgit diſputatio
69 ſexti, & vltimi articuli, an, ſi per locatorem,
aliòquin non obligatum, ex proximè deductis
remiſſionem facere conductori, niſi in fine
locationis; fuerit nihilòminus facta remiſſio
ob ſterilitatem illius anni; ſi poſteà in alijs
annis eiuſdem locationis ſuperueniat vbertas,
an conductor teneatur etiam pro eo anno,
pro quo remiſſionem obtinuit, mercedem
ſoluere, & pro affirmatiua ſententia eſt text.
ſatis apertus, & ſingularis in leg. ſi vno 17.
ff. locat. ibi: ſi vno anno remiſſionem, quis colono
dederit ob ſterilitatem, deindè ſequentibus annis
contingat vbertas; nihil obeſſe Domino remiſſionem;
ſed integram penſionem, etiam eius
anni, quo remiſerit, exigendam, idemque per
prædictum text. comprobat gloſ. in dict. cap.
propter ſterilitatem, verbo vitio in fin. eod tit. de
locat. Bald. in dict. l. licet quæſt. 10. num. 17. verſ.
& ſi interim dominus remiſit, Cod. locat. Barboſ.
in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 7. in fin. verſic. &
ideò, ff. ſolut. matrim. rectè paulò ante aduer-
70 tens, quòd, quemadmodũ ob ſterilitatem
ſuperuenientem conductor liberatur ab obligatione
penſionis, qua adſtringebatur; ita
etiam, vt contrariorum eadem prorsùs ſit
diſciplina, & ne locator, & conductor ad imparia
iudicentur, ſuperueniens vbertàs priſtinã
debeat confirmare obligationem, Bellon.
conſ. 45. in fin. Cephal. conſ 557. num. 17. Roland.
à Valle. conſ. 86. num. 7. verſic. & ſi interim lib.
3. Angel. conſ. 312. num. 6. Caroc. de locat. part.
4. tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8. nu. 47. Rodoban.
de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 73. de remiſſ. merced.
cap. 2. num. 5. verſic. & ſi Dominus remiſit,
Card. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 5. tit. 8. ſub
num. 41. verſic. et in ſpecie, Carpzou. in Iuris
prudent. forenſ. part. 2. conſtit. 37. defin. 12. Giurb.
obſer. 24. num. 19. verſ. et ideò ad vtrinſque, Pacion.
de locat. quæſt. 48. numer. 35. et quæſt. 47.
numer. 78.

Prædictorum verò omnium ea eſt præcipua
ratio adducta per Imolam, qui meliùs,
præ cæteris, explicauit totam huiuſmodi materiam
remiſſionis mercedis, in dict cap. propter
ſterilitatem num. 17. in fin. verſ. et ſic remiſ-

ſio

71 *ſio de locat.* quia, nempè, remiſſio ex cauſa
ſterilitatis intelligi debet facta ſub tacita
conditione, niſi ſuperueniat vbertas, idem-
que comprobat *Barboſ.in dict. l.diuortio,§.fin.*
num.7. verſ. ſterilitas enim, ff.ſolut. matrim.
qua conditione purificata per ſubſequentem
vbertatem, præcedens penſionis remiſſio re-
72 manet reſoluta; nō ſecus, ac ſi facta nō fuerit;
ea enim eſt conditionis reſolutiuæ natura,
vt in aliquem determinatum euentum actum
reſoluat; adeòut, quantùm ad effectum, iuriſ-
que diſpoſitionem reddat actum in ſuſpenſo
reſpectu reſolutionis, attendique debeat fu-
turus euentus, *cap. verùm,* ubi *gloſ. de condit.*
appoſit.l.is damnum dat, §.quod pendet, ff.de
Reg.Iur. latè, pluribus congeſtis, *Ruſtic.in leg.*
cum auus 102.*in proem cap.3.n.47.et ſeqq.ff.de*
condit.et demonſtrat.Menoch.conſ.388.num.16.
Surd.conſ.527.num 20.lib.4.Rimin.Iun. conſil.
747.num.22.Ciriac.controu.239.num 3.Galeot.
controuer.101.num.24.lib.2. optimè *Rouit.in*
Pragm.1.de Guidatic.num.21. et ſeqq. Buratt.
dec.110.nu.2.

73 Eā tamen in huiuſmodi materia diſtinctio-
nem eſſe adhibēdā arbitror, quòd, aut locator
conſcius vbertatis annorum præcedentium
remiſſionem conceſſit conductori ob ſterili-
tatem nouiſſimi anni, & in hoc caſu nō poteſt
ampliùs compellere conductorem ad ſoluen-
dam mercedem iam remiſſam: Aut vbertatis
fuit ignarus, & poteſt, prout probat idem
text.in dict.l.ſi vno 17.ff.locat. ibi: *Quid tamen,*
ſi nouiſſimus erat annus ſterilis, in quo ei remi-
ſerit, verius videtur, et ſi ſuperiores vberes fue-
runt, et ſcit locator, non debere eum ad compu-
tationem vocari, Gloſ. notabilis *in dict.l.licet 8.*
verbo *ſterilitas, verſ.ſed ſi nouiſſimus annus, Cod.*
locat. ibique egregiè, præ ceteris, *Salicet. nu.*
7.verſ.ſed quid ſi dominus remiſit, Alberic.num.
1.ad med.verſ.quòd ſi anni præcedentes, Imol.in
dict.cap.propter ſterilitatem num.10.in princip.
de locat. Laurent. de Pin. conſ.126. Molin. diſp.
495.num.26. Valaſ. de Iur. Emphyt. quæſt.27.
num.44. verſ. niſi vltimo anno ſciens, Giurb.
obſer.24.num.19.in fin.Rot. poſt *Zacch.de obli-*
gat. Camer.dec.151. num.8. verſic. vbi locator
ſciens.

74 Nam tunc locator ius ſuum compenſandi
videtur ſcienter remittere, & donare; ideòque
ſibi infert præiudicium, *Gloſ.in dict. l. ſi vno*
17. ibique *Salicet.num.2.in fin.verſ. reſpondet*
gloſ ff locat.Imol. vbi proximè; Prout in pro-
ximis terminis, ſi mulier habens ſpecificam
75 notitiam fideicommiſſi ſuper bonis mariti
exiſtentis, conſenſum alienationi bonorum
liberorum præſtiterit, ſibi præiudicat; adeò-
ut non poſſit ampliùs ad bona fideicommiſſa-
ria redire, cum ex dicto conſenſu beneficium
auth. res quæ, Cod. commun. delegat. ſibi aliò-
quin competens amiſerit, ſpontèque ſua in
neceſſitate ſe poſuerit, prout in eadem *Au-*
thent. tradunt *Curt. Iun. num.11. Iaſ. limit.14.*
verſ.quia intelligē, num.33.Padill. num.121. in
fin.Caſtr.num.11.Pariſ.conſ.63. num.45. lib.2.
Cephal.conſ.344.nu.35. Burſatt.conſ.179.num.
45.lib.2.Fuſar.conſ.23.num.11.et 15.et de ſub-
ſtit. quæſt.532. num.30. Peregrin. de fideicom.
art.42.nu.16.Menoch. lib.4.præſumpt.190.nu.
47.et ſeqq.Petra de fideicom.quæſt.8.num.379.
Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. num.391.
Card. de Luca de dot. diſc. 145. num.78. in fin.
Rot. in rec.dec.303. numer.17. part.13. & poſt
Merlin.de pignor.dec.31.n.4.et dec.50.num 62.

76 Idemque eſſet aſſerendum, ſi Vxor videns,
Maritum eius abuti ſubſtantia, dilapidando
bona libera, ſibi non prouiderit impediendo
alienationem, uel petendo aſſecurationem
dotium; nam dicitur in culpa, *Iaſ.in dict.auth.*
res quæ ſub num.33. verſ. quod intellige ibique
Padill.num.121. Cod.commun. de legat. Pariſ.
conſ.63.num 41.lib.2.Ceph. conſ.344. num 35.
Fuſar.de ſubſtit.quæſt.532. num.30. & ſeq.Pe-
regrin.de fideicom.art.42.num.16.Federic.Scott.
reſp.4.num.31.lib.1.tom.2. Menoch.lib.4. præ-
ſumpt.190. num.52. Card. de Luca de dot. diſc.
145.num.78. Hodier. controu.31.num.51. Rot.
in recent.dec.239.num.10.part.5.& deciſ.257.
n.7. part.11. Quidquid in contrarium aber-
rantes à communi ſententia dixerint *Sola* ad
conſuetud.Sabaud.tit.de feud.in gloſ.vnic.2.par.
decret.num.8.Eugen.conſ.54. numer.6.& ſeqq.
Fontanell. de pact. nupt. tom.2. clauſ.7.gloſ.3.
part.14.num.28.Paſchal.de patr. poteſt.part.2.
cap.7.num.74.

ARGVMENTVM.

Remiſſio mercedis eſt facienda ſub condu-
ctori ad menſuram remiſſionis propor-
tionabiliter obtentæ per conductorem
generalem Vectigalium à Principe lo-
catore.

Remiſſio mercedis peti valet à Conductore
impedito vti, frui re locata ob peſtem,
vel Bellum; etiam ſi damnum dimidiam
partem conuentę penſionis non excedat,
ſtante peremptione ſubſtantiæ rei loca-
tæ, vel in totum, vel in parte.

An, & quando ſubſtantia rei locatæ dici de-
beat perempta, vel potiùs damnum con-
tingere dicatur in fructibus:

Vbertas annorum præcedentium non eſt
compenſenda cum ſterilitate ſequen-
tium, quoties damnum non contigit in
fructibus; ſed potiùs in ſubſtantia ipſius
rei locatæ; tunc.n. quale; quale ſit eſt refi-
ciendum, de huiuſmodi compenſatione
nul-

nulla proršùs ratione habita.

Fideiuſſor pro conductore Vectigalium remanet liberatus, quouis modo ex interuallo in ſubſtantialibus fuerit inter locatorem, conductoremque alteratus contractus, cui acceſſit, inſcio, & non conſentiente eodem fideiuſſore, non obſtante proteſtatione emiſſa, quæ ſolùm poteſt operari, quò ad temporis anterioritatem; non autem in præiudicium fideiſſoris non conſentientis.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ, quod quiſque Iuris in alium ſtatuit, eo ipſe vtatur, ſubiacent omnes Perſonæ, quantumuis magnæ.*

2 *De Euangelico Oraculo reprehendente maiorem ſeruum, qui, obtenta ab eius Domino liberatione à maiori debito, ſuffocabat conſeruum ſuum debitorem in minori.*

3 *De altero Euangelico Oraculo aſſerẽte* eadem menſura, qua menſi eritis, metietur, & uobis.

4 *Sub conductori Vectigalium debetur mercedis remiſſio, etiam ſi conductor remiſſionem à locatore non obtinuerit.*

5 *Remiſſio mercedis à conductore peti non poteſt; niſi probetur damnum intolerabile medietatem excedens conuentæ penſionis.*

6 Id *tamen non procedit, perempta ſubſtantia rei locatæ, ſaltem in maiori parte; tunc enim damnum quale quale ſit, eſt conductori reficiendum.*

Non dicitur in hoc caſu propriè remiſſio; ſed potius quędam conductoris liberatio ab illa rata penſionis.

7 *Pactum ſpeciale, quòd remiſſio fieri non debeat, niſi damnum certam excedat quantitatem, eſt intelligendum, quoties damnum conſiſtit in fructibus, ſecus autem, perempta ſubſtantia rei locatæ in totum, vel pro parte,*

8 *Pretium de ſoluendo conuentam mercedem, non obſtante peremptione ſubſtantiæ rei locatæ, etiam prægnãtiſſimis verbis conceptum, eſt, nullum vtpotè contra ſubſtantiam locationis.*

9 *Adeòut nulla poſſit excogitari cautela, ex qua huiuſmodi pactum ſuſtineri valeat.*

10 *Omnis actio, quæ competit reſpectu rei, tollitur, re perempta.*

11 *Impedimenti caſus ex quacumque cauſa præſtiti conductori, ne re conducta poſſit vti, frui, ad effectum remiſſionis æquiparatur peremptioni ſubſtantiæ rei.*

12 *Siue caſus acciderit in parte rei conductę.*

13 *Siue in aliqua parte temporis, quo durabat conductio.*

14 *Perempta ſatis res dicitur, cuius vſus haberi non poteſt.*

15 *Data peremptione rei in totum, vel pro parte, contractus locationis, & conductionis in totum, vel pro parte reſoluitur; cum locator non poſſit conductori concedere manutentionem in rei peremptæ vſu, fruitioneque.*

16 *Pontifices tempore peſtis ſolent diſpenſare ſuper comeſtione carnium tẽpore quadrageſimali.*

17 *Mercium introductio, earumdemque venditio, quoties ob peſtem, bellum, aliudque accidens eſt impedita, damnum dicitur contingere in ſubſtantia Vectigalium conductorum.*

Ideòque, etiam damni modici refectio eſt concedenda ſubconductori.

18 *Commercio ob peſtem prohibito, perempta dici debet ſubſtantia rei locatæ.*

19 *Re perempta, non eſt facienda mercedis remiſſio, quando emptor rei, pretio non ſoluto, illam, quouſque ſoluatur, conducat.*

Expenditur ſingularis tex. in l. ſicut emptio 23. ff. locati.

20 *Idque ea potiſſimùm ratione, quòd penſio hoc caſu non ſoluatur pro retentione, & vſu rei; ſed potius pro re ipſa loco vſurarum pretij.*

21 *Conductores in vſu rei impediti, an poſſint à locatore prætendere totale intereſſe, etiam lucri amiſſi.*

22 *Iuſta cauſa neceſſitatis, vel publicæ vtilitatis eſt conſiderabilis, quò ad refectionem totalis intereſſe, etiam lucri amiſſi conductori præſtandi, non autem, quò ad remiſſionem mercedis.*

23 *Conductor, licèt eius periculo ſuſcipiat omnes caſus fortuitos; non tamen intelligitur de inſolitis, quorum præuiſio de facili contingere non poterat.*

24 *Idque etiam ſi conductor caſus cogitatos, incogitatoſque in ſe ſuſceperit.*

25 *Totius anni vtilitas, quando in certa temporis parte potiſſimùm conſiſtit; tunc eſt facienda remiſſio pro toto anno, cum plus attendi debeat vſus conductoris, quàm tempus.*

26 *Vbertas annorum præcedentium eſt compenſanda cum ſterilitate ſequentium, ad effectum excludendæ remiſſionis mercedis.*

Reprobatur ſententia Innocentij *affirmantis, attendendam eſſe vbertatem anni proximè præcedentis; non autem interpellati.*

Intellige, *vt* num. 25. & ſeqq.

27 *Compenſatio anni fertilis cum ſterili, quemadmodùm non fuit habita in conſideratione, inter locatorem, & conductorem, ita etiam non poteſt opponi ab eodem conductore contra ſubconductorem.*

28 *Compenſatio vbertatis cum ſterilitate non procedit, quando petitur remiſſio ob caſum valdè inſolitum, & omninò inopinatum.*

29 *Eademque compenſatio eſt facienda, quoties damnum contingit in fructibus, quo caſu ſterilitas vnius anni eſt compenſanda cũ vbertate alterius.*

30 *Secus aſſerendum, quando damnum euenit in ſubſtantia rei locatæ in totum, vel in parte peremptæ; hoc enim caſu remiſſio debetur pro rata damni paſſi, nõ inſpecta aliorum annorũ vbertate.*

31 *Conductor, ad hoc vt poſſit petere remiſſionem mercedis, tenetur impedimentum locatori denunciare.*

32 *Intellige, ad effectum, ne locator teneatur reficere conductori damna ex omiſſa denunciatione prouenientia, putà, quia ſi locator sciuiſſet impedimentum, ei occurrere potuiſſet.*

33 *Secus ad effectum petendæ remiſſionis, quia eo ipſo, quòd conductor re locata vti, frui non poteſt, a penſione liberatur.*

34 *Potiſſimùm, ſtante notorietate impedimenti, cui locator occurrere non poterat.*

Notorium, neque probatione, neque proteſtatione indiget, ibid.

Digitized by Google

35 *Reo ſufficit reddere illiquidũ creditum actoris.*

36 *Damnorum liquidatio, cum ſit difficilis probationis, admittitur probatio per leniora; imò etiam per coniecturas, & inditia, pracipuè, quando ſunt incontrouertibilia damnu in genere paſſa.*

37 *Imò Iudici eſt permiſſum illa, ſi videbitur, liquidare, & arbitrari à veriſimili.*

38 *Fideiuſſor liberatur, quoties, ipſo inſcio, & non conſentiente, fuit nouatus, ſiue alteratus contractus, cui acceſſit.*

Idque, etiam ſi conuentio aliqualiter tantùm alteretur.

39 *Nouatio inducitur, quoties, inſcio fideiuſſore, variantur pacta appoſita in locutione, vel reſpectu rei, vel formæ, vel temporis.*

40 *Fideiuſſor intelligitur liberatus, quouis modo alterata, vel immutatu obligatione, cui acceſſit.*

41 *Contraria procedunt, vel, quoties ex alteratione primi contractus fideiuſſori nullum damnum infertur.*

42 *Vel, quando non fuit à priori contractu receſſũ in parte ſubſtantiali, ſed tantùm in accidentali.*

43 *Non dicitur declaratio prioris contractus, quæ poſſit fieri in præiudicium fideiuſſoris, ſed potiùs noua conuentio, quoties in priori contractu conuenta non erant dubia, ſed incontrouertibilia.*

44 *Noua dicitur diſpoſitio, non autem declaratio, quando aliquid ſubſtantiale additur, vel diminuitur varians ſubiectum.*

45 *Declaratio eſt, quando fit tantùm in circũſtantijs; ſecus, ſi in ſubſtantiali.*

46 *Declaratio non dicitur, ſed conceſſio, quoties prior diſpoſitio mutatur.*

47 *Declaratio non eſt, quando diſpoſitio alteratur, vel mutatur; ſed tantùm, quando verba ſunt ambigua, quę poſſunt vno, vel altero modo intelligi.*

48 *Declaratio non eſt, quæ nouum tribuit ſubſtantiam.*

49 *Proteſtatio non nouandi, vtpotè contraria facto, non meretur attendi ad effectum, ne fideiuſſor dici debeat liberatus.*

Præcipuè, quando fuit facta proteſtatio, prorſùs inſcio; & non conſentiente fideiuſſore.

50 *Proteſtatio de non nouando non præiudicat fideiuſſori pro conductore Vectigalium.*

51 *Proteſtatio non impedit, quod ex neceſſaria Iuris diſpoſitione reſultat.*

52 *Solumque poteſt operari, quò ad temporis anterioritatem, ſeu priuilegium cauſæ reſpectu prælationis; non autem impedit liberationem fideiuſſoris eidem proteſtationi expreſsè non conſentientis.*

53 *Authoritates contrarię procedunt, vel, quoties agitur de preiudicio ipſorummet contrahentium, præcipuè ad effectum præſeruandi anterioritatem hypothecæ.*

54 *Vel, quando fideiuſſor proteſtationi conſenſit tacitè, vel expreſsè.*

55 *Vel, quando in ſecundo contractu nouante idem fideiuſſor interfuit.*

56 *Vel, demum, quando adeſt præſeruntiua, etiam quò ad fideiuſſores.*

57 Seraphin, dec.1063. num.7. *in quo caſu intelligendus.*

CAPVT CXX.

MANDATVM relaxatum contra
Panzerios non eſt exequendum, utpotè
euidentiſſimè iniuſtum; Cum
enim Baldinottus generalis Doha-
narum conductor à Reuerenda Camera ſa-
tis indulgenter obtinuerit ratione peſtis re-
miſſionem ingentis ſummæ ſcutorum cẽtum
quinquaginta quinque millium, nullo Iure
potuit eadem remiſſio, ratione eiuſdem pe-
ſtis denegari Panzerijs ſubconductoribus.

1 Tum attenta regula Iuris; non ſolùm po-
ſitiui, ſed etiam naturalis, de qua *toto tit.*
quod quiſq. Iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem
Iure vtatur, quis enim aſpernabitur idem ius
ſibi dici, quòd ipſe alijs dixit, uel dici effecit,
eſſeque axioma, cui ſubiacent omnes perſo-
næ quantumuis magnæ, dicit *Gomeſ. ſuper re-*
gul. de infirm. q. 1. n. 7

Præcipuè, dum ſublocatio legitur facta
cum eiſdem priuilegijs, conditionibus & pa-
ctis, cum quibus idem generalis Conductor
cum Camera contraxerat.

2 Tum fortiùs, inſpecto Iure Diuino, de quo
præcisè in Euangelio Matthæi *Cap.* 18. ubi de
iniquitate damnatur, ac ſeuerè punitur ille
maior ſeruus, qui, obtenta à Domino libera-
tione à debito decem mille talentorum, ſuf-
focabat ſuum conſeruum debitorem in cen-
tum denarijs, petentem illos ex eadem cau-
ſa ſibi remitti, ad idem conſerente altero
3 Euangelico Oraculo, quòd *eadem menſura,*
qua menſi eritis, metietur, & vobis.

Tum demum, quia in fortioribus terminis,
etiam ſi Baldinottus nullam prorsùs à Came-
ra remiſſionem obtinuiſſet, adhuc, ex infra
4 firmandis, ob peſtem erat debitum reſtau-
rum ſubconductoribus, ut in præciſis termi-
nis conductorum Gabellarum, optimè fir-
mant *Soccin. conſil. 44. numer. 10. & ſeq. lib. 1.*
Purpurat. conſil. 473. Barbat. conſil. 21. num. 9.
& ſeqq. Curoc. de locat. tit. de remiſs. quæſt. 7.
egregiè eruditiſſimus *Anton. Fab. in Cod. lib. 4.*
tit. 42. defin. 27 Contrius diſcept. 90. num. 1. &
ſeq. per tot. ubi in ſpecie remiſſionis faciendæ
ſubconductori ratione peſtis, etiam ſi illud
conductor à locatore non obtinuerit.

Neque alicuius momenti eſt obiectum,
5 quòd à ſubconductoribus non poſſit peti re-
miſſio mercedis, niſi præcisè probetur dã-
num intolerabile medietatem excedens fru-
ctuum.

Siquidem in præſentia non petitur remiſ-
ſio pẽſionis ratione damni paſſi in fructibus,
iuxta terminos *text. in cap. potuit, & cap. pro-*
pter ſterilitatem, extra de locat. quo caſu eſſet
probandum damnum intolerabile excedens
medietatem conuentæ penſionis, iuxta rece-
ptam theoricam *Bart. in l. licet, num. 1.* ibique
Bald.

Bald.num.15.Cod.locat.Aretin.conſil.52. nu.2. Alex.conſ.3.num.6. lib.1. Roland. conſil.86.in princip.lib.1.Riminald. Iun.conſil.40. num.46. Peregrin.conſil 98.num.3.poſt med.lib.5.Surd. conſil.34 num.6.& conſil.197.nu.2. verſ.quod verò, Couarr.*pract.cap.30.num.1. verſ.quamobrem,Caſtill.*latè *lib.3.controu.cap.3. Claper. cauſ.44.nu.10.& ſeqq. Gratian.cap.534. n.39.* Fab.*inCod.lib.4.tit.42.defin.3.Pacion.de locat. cap.47.num.1.& ſeqq.Pauteſchman.eod.tract. quaeſt.1.num.35. verſ.ex quo ſequitur, Capyc. Latr.conſult.40.nu.41.lib.1. & dec.171. n.40. lib.2.Coccin.dec.422.num.5. Reuerter.dec.455. Rot.Lucenſ. in deciſ.vnic.nu.3. poſt controuerſ. Altograd.Iunior.*& Nos latiùs firmauimus diſputatione præcedenti.

6 Sed ob ſubſtantiam rei locatæ, ſaltem in maiori parte, ex infra dicendis, peremptam, quibus ſtantibus, nulla prorsùs eſt habenda ratio damni intolerabilis; ſed illud quale, quale ſit, etiam in modico eſt omninò conductori reficiendum, neque tunc dicitur propriè remiſſio; ſed potiùs quædam conductoris liberatio ab illa penſionis rata, cum partes cenſeantur, uoluiſſe contrahere ſub conditione, quòd ſubſtantia rei ſalua remaneat, quaſi oporteat præſtari rem conductori, vt illa frui poſſit, *l ſi ex conducto 16.ad fin. verſ. ſed ſi ager terremotu, ff.locat.* Bald *in l.licet 8. num.4. quaeſt.2. Cod.eod.tit. Iaſ.in l.quominus, num.150 ff de flumin. Surd. conſ.400. num 5. 26. & ſeqq.& conſ.507. num.7. & conſ.197. num.16.verſ.tamen procedit, lib.2. & dec.326. num.55. & 65. Bero. conſ.140. num.27. lib.1. Coſt.conſ.30.num.7.Menoch.conſ 671.lib.7.Peregrin.conſ.98 num.10.lib.5. Venturin.conſ.15. num.7. Vermigliol.,conſ.478. num.7. Alb.conſ. 392.*vbi aſſerit probari per *text.in l.domum, ff.de contrah. empt.* qui iuxta communem intellectum probat, quód, ſi pars rei venditæ pereat, minuatur pars pretij; ergo idem erit in contractu locationis, *Boſſ.de remiſſ.merced. num.104.& ſeqq.Amat.reſolut.18. numer.22. Vbald.de duob.fratrib.part.11.num.113.Mozz. de contract.tit.de accident.location. numer.18. Gratian.cap.195.num.2.& 534.num.37. Card. Mantic.de tacit. lib.5. tit.8. numer.33. & ſeqq.* Cardin.*Tuſc.*verbo *locatio, concluſ.431. nu.8. Andreol.controu.119. num.4. Ciarlin.controu. 200.num.41.& controu.201. num.37. & ſeq. Card. de Luca de Regal. diſc.175. num.12. in ſupplem part.1.& de locat. diſc.42. num.2. deciſ.vnic.num.5.poſt controu. Altograd.Iunior. Manſ.conſult.26.num.65.& ſeqq.Pacion.de locat.quaeſt.47.num.18.& ſeqq.Maſtrill.dec.299 num.113.& ſeqq.*

Adeòut non obſtet pactum ſpeciale, quód remiſſio fieri non debeat, niſi damnum certam quantitatem excedat; illud enim eſt in-
7 telligendum, quoties damnum contingit in fructibus; ſecus verò, vbi in totum, vel pro parte rei locatæ ſubſtantia diei poteſt perempta; nam alioquin eſſet remittere ſubſtãtialia locationis, vt in terminis explicant *Menoch.conſil.671.num.17.& ſeq.& conſ.855. num.23. Monald.conſ.122. num.7. Alciat.conſil.49.num.10.lib.8.Coſt.conſ.30.num.10. Tondut.quaeſt.ciuil.cap.31.Gratian.cap.195. nu.27. & ſeq.lib.1.Amat.reſol.18.num.1.& 23. Cardin.de Luca de locat.diſc.42.num.2. Maſtrill.d. deciſ.299.num.121. Peguer.deciſ.214. num.5.* rectèque conferunt deducta per *Surd. conſil. 197.num.18.in fin.lib.2.& dec.326.n.5.*

8 Quinimò, in veriori ſententia, pactum quantumuis generalibus, & pregnantiſſimis clauſulis munitum, quo conductores, etiam in caſu peremptionis ſubſtantiæ rei locatæ, ad ſolutionem conuentæ mercedis obligantur, non eſt obligatorium, cum iniuſtitiam, iniquitatemque contineat, & directè aduerſetur ſubſtantiæ contractus locationis, cuius ea eſt præcipua, & eſſentialis natura, vt locator, nedum patientiam præſtare teneatur conductori; ſed etiam curare, ut ipſe durante toto conductionis tempore, rebus ſub locatione contentis fruatur, vt in ſpecie poſt *Menoch.conſ.671.n.17.*benè *Tondut.lib.1. q.ciuil. cap.31 num.27.& ſeq.*

9 Adeòut nulla poſſit excogitari cautela, ex qua huiuſmodi pactum ſuſtineri valeat, *Menoch. conſ.855. num.23. Maſtrill.deciſ.299. nu 68.*quos refert, & ſequitur *Tondut.d.lib.1. quaeſt.ciuil.cap.31.num.32.*

10 Regulare enim eſt, vt actio, vel obligatio, quæ reſpectu certę rei, competit, re perempta tollatur, *l.1.in fin.Cod.de Iur.emphyt. l.Titiæ textores, §.fin ff.de legat.1.l.in naue Sauphein, ff.locat.*Cardin.*Mantic. de tacit. conuent. lib.5. tit.8.num.20.in fin. Valaſc.de Iur. emphyt. qu. 32. num.16.* & in terminis iſtam adducit rationem, *Salicet.in l.licet, Cod.locat. 1.col. oppoſit.2.Gomeſ.var.lib 2.cap.3.de locat.num.18 poſt princip.verſ.cuius ratio poteſt eſſe, Tondut. dict.cap.31.num.33. Roſa conſult.61. num.14. & ſeqq.* qui rectè comprobat pluribus ſimilibus apud eumdem relegendis.

11 Prædicta verò omnia procedunt, ſiue conductor ex quacumque cauſa fuerit impeditus vti, & frui re conducta, ſemota eius culpa, cum hic caſus ad iſtum effectum remiſſionis peremptioni ſubſtãtiæ rei locatæ æquiparetur, vt ſunt Iura in *l.ſi quis domum 9.§.exuſtis, ff.locat.l.ſi fundus 36.l.qui Inſulam, §.adiles, ff.eod.Boſſ.de remiß.merced.num.104 Surd. dict.conſ.400.num.26.& ſeq.& num.37.& deciſ.326.num.14. Venturin.conſ.15. num.1. & ſeqq.Larath.conſ.6.num.20. Card.Manc. de tacit.dict.lib.5.tit.8.num.33.Maſtrill.d.dec,299. num.121.& ſeqq.*

12 Siue caſus acciderit in parte rei locatæ, *d. l. qui inſulam in princip. ff.locat. Manſ.conſult. 26.num.58.lib.1.Maſtrill.dict.dec.299. n.124.*

Digitized by Google

13 Siue demum in aliqua parte temporis, quo
durabat conductio, vt per text. in dict. l. ſi quis
domum, §. exuſtis, l. ſi quis fūdum 10. §. Impera-
tor, l. qui inſulam, §. ædiles, ff. loc. docet Bart. in
l. ſi vno, §. item cum quidam, ff. eod. Surd. d. conſ.
400. n. 8. circa med. Māſ. d. conſult. 26. n. 59. lib. 1

Quæ Iura, licèt loqui videantur in caſu pe-
remptionis rei locatæ in totum, vel in parte,
nihilòminus vindicāt ſibi locum, etiam, quan-
do ob aliquod accidens ſimplex vſus rei lo-
catæ in totum, vel in parte impeditur; ſatis
14 enim res perempta dicitur, cuius vſus habe-
ri non valet, vt in ſpecie Alex. cōſ. 112. lib. 1.
Coſt. conſ. 30. num. 6. Larath. conſ. 6. n. 16. Mozz.
de contract. tit. de accident. locat. num. 19. Boſſ.
de remiſſ. merced. num. 104. verſ. item illa res,
Maſtrill. d. dec. 299. num. 117.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia, data
peremptione rei in totum, vel pro parte, cō-
15 tractus locationis, & conductionis in totum,
vel pro parte reſoluitur, ex quo in parte de-
ficiente ex ſubiecto propterea deficiēte loca-
tor non poteſt concedere manutentionem in
peremptæ rei vſu, fruitioneque, vt rectè ad-
uertunt Surd. conſ. 400. num. 9. Vermigliol. d.
conſ. 478. num. 6. verſ. & ratio eſt, dec. vnic. n. 5.
& ſeqq poſt controu. Altograd. Iun. alijque ſu-
periùs adducti.

Quibus firmatis, abſque dubio verſamur in
his duobus caſibus, peremptionis, ſcilicet,
ſubſtantiæ, & impedimenti vſus rei locatæ;
Cum enim iſta ſubconductio conſiſtat in Ga-
bella ex piſcibus percipienda, qui in foro pi-
ſcario venduntur, triplici ex cauſa ſublata
remanſit huiuſmodi gabellæ, conſuetique
emolumenti perceptio.

Primò ex prohibito commercio cum Ciui-
tate Gaetæ, Neptuni, alijſque locis, ex qui-
bus, toto hyemali tempore, tranſmittuntur
piſces ad Vrbem:

Secundò ex ingentis numeri perſonarum
receſſu ab Vrbe ob peſtis timorem.

16 Tertiò ex diſpenſatione Pontificis in Vrbe
ſuper comeſtione carnium quatuor diebus in
ſingulas hebdomadas Quadrageſimæ, ſalua
tamen obligatione ieiunandi, quod Pontifi-
ces, tempore peſtis, demandare conſueuiſſe
teſtatur, Præuidell. de peſt. part. vlt. §. volenti
omnia, num. 2. tom. 18. tract. magn. ob quam
prohibitionem commercij, diminutionem
populi, & diſpenſationem edendi carnes, tem-
pore Quadrageſimali, in quo, vt eſt notoriū,
huiuſmodi gabella Piſcium eſt magis in fru-
ctu, abſque difficultate fuit ſubtractum ſub-
conductoribus emolumentum, quod ipſi ex
venditione piſcium percipere potuiſſent; at-
que adeò verſamur in terminis peremptionis
ſubſtantiæ rei locatæ, ad effectum remiſſionis
obtinendæ, quando, nempè, eiuſdem rei lo-
catæ vſus ex prohibitione, aut aliquo extrin-
ſeco accidenti, citrà culpam ſubconductoris,
aufertur, impeditur, aut minuitur.

Nullatenus aduersāte, quòd huiuſmodi edi-
cta, ſeu prohibitiones publicā cōcernāt utili-
tatem, prout in præciſis terminis, quòd, quo-
17 ties ob peſtem, bellum, ſiue aliud accidens
fuit impedita mercium introductio, earum-
demque venditio, dicatur damnum continge-
re in ſubſtantia Vectigalium conductorum;
adeòut eiuſdem damni, etiam modici, refe-
ctio ſit omninò debita conductoribus, opti-
mè firmant Menoch. conſ. 671. num. 6. in fin. ubi
de prohibitione conſueti commercij lana-
rum Hiſpaniæ cum Germania, Anglia, & In-
ſulis perduellibus, Venturin. conſ. 15. nu. 9. Coſt.
conſ. 30. num. 6. Surd. conſ. 507. num 7. & deciſ.
326 num. 7. & 54. Peregrin. conſ. 98. num. 5. in
fin. lib. 5. Randenſ. reſolut. 29. num. 41. Camill. de
Medic. conſ. 23. & conſ. 141. ubi de prohibitio-
ne Nundinarum Salerni ob ſuſpicionem pe-
ſtis, Thor. qui refert deciſum, in compend. dec.
part. 3. fol. 193. Azeued. ad Conſtit. Hiſpan. lib.
9. tit. 9. leg. 2. num. 13. Marcell. Marcian. conſ. 7.
num. 4. lib. 2. Tondut. quæſt. ciuil. cap. 31. nu. 29.
& ſeq. lib. 1. Larr. allegat. fiſcal. 17. num. 22. &
ſeq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 94. num. 2. & ſeq.
Contrius diſcept. 90. per tot. Pacion de locat. d.
quæſt. 47. num. 21. latè Maſtrill. d. deciſ. 299.
18 à num. 110. vſque ad fin. ubi, quòd dicatur pe-
rempta ſubſtantia rei locatæ, prohibito com-
mercio.

Solùmque in caſu ſingulari, re perempta,
non eſt facienda mercedis remiſſio; quando,
19 nempè, emptor rei, non ſoluto pretio, illam
quouſque pretium ſoluat, conducat, iuxta
notabilem, ſingularemque text. in l. ſicut em-
ptio 23. ibique Gloſ. uerbo exoluat, ff. locati,
quem latè exornant Cardinal. Mantic. de tacit.
lib. 4. tit. 24. num. 18. Hodiern. ad Surd. dec. 157
num. 12. Caroc. de remiſſ. merced. quæſt. 8. num. 3
Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 27. num. 52. ubi,
quòd deciſio d. l. ſicut emptio ſit mirabilis, &
ſpecialis, Panteſch. de locat. quæſt. 5. num. 18.
bene Pacion. eod. tract. quæſt. 45. num. 83. ubi
poſt Gloſ. in dict. l. ſicut emptio, & Bart. opti-
20 mam affert rationem. quia poſt perfectam
emptionem rei, periculum ſpectat ad empto-
rem, quòdque penſio in hoc caſu non ſolua-
tur pro retentione, & uſu rei, ſed potiùs pro
re ipſa loco uſurarum pretij.

Huiuſmodi uerò principalis concluſio eò
faciliùs admittenda in præſentia. Tum, quia,
21 cum ſubconductores ratione impedimento-
rum in uſu rei conductæ non prætendant to-
tale intereſſe, etiam lucri amiſſi, prout poſſent
contendere, l. ſi in lege 27. §. colonus, ff. locat.
ibi: & quantùm per ſingulos annos compendij
facturus erat, conſequetur, l. ſi fundus, verſ nam
& colonus, ff. eod. ibi: Tantùm ei præſtabis,
quantùm eius interfuerat perfrui, in quo etiam
lucrum eius continebitur, Roman. conſil.
178. num. 1. Io: de Anan. conſ. 74. ſub num. 2.

Pa-

Pariſ.cõſ.40.n.2.lib.1.& conſ.98.nu.15.lib.4.
Menoch. conſ.27.n.54.& conſ.55.n.14. Decian.
conſ.108.nu.4.lib.2.Caroc.de locat.& conduct.
p.1.q.1.de lucr.ceſſ.moroſ.fol.41. in princ. Ca-
ſtill.tom.3.controu.cap.3.num.26. & ſeq. Pa-
cion de locat.cap.28.num.9. & ſeq. Manſ.con-
ſult.26.num.1.lib.1. Surd.dec.326.nu.25. Ma-
ſtrill.dec.399.num.18.Pereyr.dec.106. & Nos
latiùs firmauimus alio in loco, Rot.in Romana
appaltus coram Iuſto impreſſa poſt Pacific.de
Saluiano dec.285.n.4.& ſeqq.

Sed potiùs cõductores remiſſioné cõtédãt
mercedis,nulloIure meretur attẽdi,anEdicta
Principis tempore peſtis,prohibentia cõmer-
ciũ,uel permittentia carniũ comeſtioné die-
22 bus Quadrageſimæ,proceſſerint, impellente
iuſta cauſa neceſſitatis, uel utilitatis. Huiuſ-
modi enim inſpectio ſolùmmodò eſt conſide-
rabilis reſpectu,pretenſionis,quò ad refectio-
nem totalis intereſſe etiam lucri amiſſi; non
autem quò ad remiſſionem mercedis, ut poſt
Bart.ita diſtinguentem in l.ſi vno, §.item cum
quidam, num.20. verſ.item ſi factum locatoris
eſt iuſtum, ff locat. firmant Burſatt. conſ.309.
n.3.verſ.nec obijciatur,lib.3 dicens,quòd quã-
uis iuſta cauſa publica, aut neceſſaria impel-
lat locatorem ad ponendum impedimentum,
ne conductor utatur, id dumtaxat proderit,
ut fortè excuſetur, ne teneatur ad damna,&
intereſſe lucri ceſſantis;non autem,ut pro ra-
ta temporis conductor de damno non reſi-
ciatur, & quod nemo id abneget, Surd.conſil.
34.num.1. lib.1. alijque congeſti per Caſtill.
lib.3.controu.cap.3.num 44.& ſeq.

Tũ etiã,quia inopinatiſſimus,neque aliquo
modo excogitabilis fuit caſus,quòd Papa,tẽ-
pore peſtis,adhibito Medicorum cõſilio,fuiſ-
ſet decreturus diſpenſationem,quò ad carnes
23 edendas, tempore Quadrageſimali,ideòque,
licèt ſubconductores eorum periculo ſuſce-
piſſent omnes caſus remiſſione dignos,adhuc
remiſſioni locus eſſe debebat; cum ſuſceptio
cuiuſcumque periculi, & caſus fortuiti non
poſſit referri ad caſus omninò inſolitos,quo-
rum præuiſio de facili contingere non pote-
rat, l.fiſtulas, § frumenta, ff.de contrah.empt.
Bart.in l.ſed ſi quis,§.quæſitum,num 3.in fin. ff.
ſi quis caution. Bald. conſ.247. in fin. lib.3.&
conſ.119.lib.1.Alex.conſ.28 num.10.& conſ.
107. num.16.lib.3. Corn.conſ.23.ſub n.3.lib.
1.Rol.à Vall.conſ.45.n.16.& ſeq.lib.3.Giurb.
obſeru.24.num.12.part.1. Rip.de priuileg.cauſ.
peſt num.97.Purpurat.conſ.465.num.17. Gaill.
pract.obſeru.lib.2. obſeru.23.numer.19. Roce.
reſpon 87.num.4.et ſeq.lib.1. Card.de Luca de
Regal.diſc.134.num.11.Maſtrill.dict.deciſ.299.
num.21.& ſeqq.Mohedan.dec.5.de locat. n.1.
Cardin.Millin.deciſ.139.& 155. ubi de inſoli-
ta, & uериſimiliter non cogitata irruentia
bannitorum, quæ tamen circa ea tempora
non erat adeò inopinata, & inaudita, Buratt.
deciſion.210.numer.9.& ſeq.

24 Idque, etiam ſi conductor in ſe ſuſceperit
caſus cogitatos, & incogitatos, de Marin.lib.
2.quotid.reſolut.cap.186.num.6. Staiban.Iun.
reſol.148.num.1.et ſeqq.lib.2.Dom.Conſiliarius
Petra in luculentiſſimis Commentar.ſuper Rit.
Mag.Cur.Vicar. Ritu 56.num.4. verſ.quamuis
et peculiari pacto, Maſtrill.dict. dec.299.n.21.
et ſeqq.Mohedan.dec.5.de locat.Buratt.dec.21.
num.9.et ſeq. Card.Millin.dec.139.et 145.

25. Neque obijciatur, quòd non niſi pro tem-
pore Quadrageſimali ſit facienda remiſſio;
non autem pro toto anno.

Nam, cum conductores Gabellæ Piſcium
eodem tempore Quadrageſimali præcipuum
emolumentum percipere ſoleãt, meritò,quã-
do totius anni utilitas in certis menſibus po-
tiſſimùm conſiſtit; atque adeò in certa tem-
poris parte, tunc conductor pro illa parte
impeditus pro toto anno remiſſionem conſe-
qui debet ſuppoſito intolerabili damno,per-
indè, ac ſi,toto anni tempore,fuiſſet impedi-
tus, Soccin.Sen.conſ.88. in 3.quæſt.lib.3. Surd.
dec.326.num.19.et ſeq.ſubdens num.21. verſ.
nam in remiſſione, quod plus attendatur uſus
conductoris; quàm tempus, rectèque confe-
runt deducta per Bald.conſ.145.num.7. verſ.
locaui tibi lib 3. ubi, quòd ſi locaui uineam
de menſe Septembris pro uno anno, & recol-
lecta á te uindemia, migrares propter ho-
ſtes, non propterea pro numero dierum fie-
ret remiſſio mercedis,ſed pro utilitate eorũ,
ſubdens, quod effectus utilitatis conſideran-
dus eſt,non numerus dierum; & ad id etiam
conueniunt ſuperiùs firmata n.10.et ſeq.

Minùs etiam aduerſatur alterum obiectũ,
26 quòd ubertas annorum præcedentium ſit cõ-
penſanda cum ſterilitate ſequentium, non
ſolùm attenta diſpoſitione Iuris communis,
l.ſi vno 17.ff.locati, ubi id procedere etiam in
Vectigalibus locatis,l.licet.Cod eod.cap.prop-
ter ſterilitatem,eod.tit.ibi: Niſi cum ubertate
præcedentis, vel ſequentis anni valeat ſterili-
tas compenſari, ibique Canoniſtæ, Surd.conſ.
34.num.54.Boſs.de remiſs.merced.num.24.et
ſeqq.Caroc.de locat.part.4.tit.de remiſs. mer-
ced.quæſt.8.num.45.et ſeq. Pacion.eod.tractat.
quæſt.47.num 76.et ſeqq. Ciarlin.controu.47.
num.57.Clapper.lib.1.cent.cauſ.fiſcal. cauſ.45.
quæſt.vnic.Capye.Latr.conſult.40.nu.47. lib.1.
Fab.in Cod.lib.4.tit.42.d fin.3.num.2. et ſeqq.
Coccin.dec.422.num.4.Rota diuerſ.dec.225.nu.
4.et deciſ.830.num.1.part.4. Idque etiam,non
inſpecta ubertate ſolius anni præcedẽtis pro-
ximi; ſed adhuc ſequentium, iuxta uerio-
rem ſentẽtiam, quam,reprobato Innoc. in d.
cap.propter ſterilitatem,nu.2. ſequuntur ibid.
Imol.num.8.Abb.nu.2.alijſque relatis, Giurb.
obſeru.24.ſub num.19. & Nos latiùs firmaui-
mus Diſput.antecedenti.

Sed etiam ſpeciali pacto inito per Baldi-
not-

Digitized by Google

nottum cum Camera in generali conductio-
ne Dohanarum, ad cuius limites fuit facta
præſens ſublocatio.
Siquidem omiſſo, quòd, quemadmodùm
huiuſmodi compenſatio anni fertilis cum ſte-
27 rili non fuit ad praxim deducta per Reue-
rendam Cameram cum Aduerſario, ita etiam
ſatis iniquè prætendit, huiuſmodi compen-
ſationem faciendam eſſe cum Subconducto-
ribus, ex ſupra initio firmatis, adhuc omni-
nó remanet ſublatum obiectum.
Tum, quia prædicta compenſatio vberta-
tis cum ſterilitate non procedit, quando, pro-
28 ut in præſentia, petitur remiſſio ob caſum
valdè inſolitum, & omninò inopinatum, vt
in ſpecie limitando contrariam concluſionẽ
firmant *Caroc, de locat. part 4. quæſt. 8. nu. 50. Neuizan. conſ. 91. num. 5. Abb. conſ. 1. nu. 4. Boſſ. de remiſſ. merced. num. 8.* benè *Medic. de compenſat. quæſt. 45. num. 12. & ſeq. p. 1. Rocc. reſponſ. 87. num. 36. lib. 1.*
29 Tum fortiùs, & ſublata remanet quælibet
difficultas, quia tunc eſt facienda dicta com-
penſatio, quoties damnum contingit in fru-
ctibus, quo caſu ſterilitas vnius anni compẽ-
ſatur cum alterius vbertate, iu quibus termi-
nis procedunt auctoritates contrariæ.
Secus veró vbi, prout in præſenti thema-
te, damnum euenit in ſubſtantia rei locatæ,
30 quæ in totum, vel in parte perit; hoc enim
caſu remiſſio debetur pro rata damni paſſi,
nullatenus inſpecta aliorum annorum vber-
tate, vt benè vnum caſum ab altero diſtinguẽ-
tes, præ cæteris, egregiè firmant *Alberic. in l. ſi vnum, §. item eum quidam, num. 13. ff. locat. Medic. de compenſat. dict. par. 1. quæſt. 45. in fin. Surd. conſ. 400. num. 6. & ſeqq. & per tot.* rectè
aduertens, quòd per fructuum ſterilitatem
non extinguatur obligatio conductoris; ut re
perempta, obligatio ipſa extinguatur, & re-
ſoluatur; ideòque non poſſit agi de compen-
ſatione cum fructibus alterius anni, cum om-
nis obligatio ſit extincta, prout *num. 11. 13.* 15. 19. 20. 21. & 23. *Coſt. conſil. 30. num. 1. & ſeqq. Io: de Amic. conſ. 46. Camill. de Medic. conſil. 23. num. 13.* Cardin. *Mantic. de tacit. lib. 5. tit.* 8. *num. 35. verſ. neque etiam refragatur,* iuncto *num. 32. Boſſ. de remiſſ. merced. nu. 103. Pacion. de locat. dict. quæſt. 47. num. 87. Roſa conſult. 61. num. 8. & ſeqq. & num. 19. & ſeqq. & conſult.* 28. *num. 8. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 42. defin.* 47. *Maſtrill. dec. 299. nu. 110. & ſeqq. &* 128. *Cardin. Millin. dec. 363. num. 1.* & in his termi-
nis ſubſtantiæ rei locatæ perempta ob peſtẽ,
Cardin. de Luca de Regal. diſc. 105. n. 10. verſic. aliam item, Manſ. conſult 26. n. 66.
Prout nullius momenti eſt ponderatio ſu-
31 per omiſſa denunciatione impedimenti fa-
cienda locatori per conductorem, *l. item quæritur 13. §. exercitu, ff. locat.* ibi: *ſi Domino non denunciauit ex locato tenetur, Padill. in l. cum proponas, num. 13. Cod. de tranſact. Caecialup. in l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor. Menoch. conſ. 21. num. 22. Boſſ. de remiſſ. merced. ſub num. 5. Turrett. conſ. 60. num. 13. Burſatt conſ. 11. num. 29. Larrea allegat. fiſcal. 18. num. 26. & ſeq. lib. 1. Cancer. var. part. 3. cap. 6. numer. 86. & ſeqq. Cyriac. controu. 61. in fin. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 344. numer. 259. Capyc. Latr. dec. 162. num. 43. & ſeqq. lib. 2. Theſaur. dec. 108. Card. Mantic. dec. 35. num. 4.* & in terminis impedi-
menti ex peſte prouenientis, *Rip. de peſt. tit. de priuil. contract. cauſ. peſt. num. 23. Caroc. de locat. quæſt. 8. num. 88. de remiſſ. merced.*
Nam denunciatio requiritur, ad effectum,
ut locator non teneatur conductori reficere
damna ex omiſſa denunciatione prouenien-
32 tia, purà, quia, ſi locator ſciuiſſet impedi-
mentum, potuiſſet ei occurrere, iuxta termi-
nos dictæ *l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat.*
in qua ſpecie loquuntur authoritates contra-
riæ ſupra allegatæ, ſi rectè expendantur.
Secus uerò ad effectum petendæ remiſſio-
nis; tunc enim nullo Iure tenetur conductor
denunciare locatori impedimentum, quia
eo ipſo, quòd re locata uti non poteſt, á pen-
33 ſione liberatur, *l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat.* prout optimè utrumque caſum
diſtingunt *Rip.* ex aduerſo allegatus, *de peſt. tit. de priuil. contract. num. 23. Paſeth. conſ. 111. num. 13. & ſeq. Soccin. Iun. conſ. 120. num. 19. & ſeqq. lib. 3. Burſatt. conſ. 309. num. 11. in fin. lib. 3. Boſſ. de remiſſ. num. 52. Cancer. var. lib. 3. cap. 6. num. 101. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 137. num. 21. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 394. num. 379. part. 2. Gratian. cap. 354. num. 29. & ſeqq.* Po-
tiſſimùm, ſtante notorietate impedimenti, cui
locator occurrere non poterat, cum notoriũ
nec probatione, nec proteſtatione indigeat,
Dec. conſ. 350. col. 3. verſ. ſecundò reſpõderi, Menoch. conſ. 120. num. 15. lib. 2. & conſ. 246. num. 30. lib. 3. Ruin. conſ. 77. nu. 2. lib. 5. Add. ad Theſaur. dec. 108. Afflict. dec. 50. num. 5. Surd. deciſ. 326. num. 82. Bich. dec. 149. num. 14. & in his
terminis, *Gratian. cap. 354. num. 27. Card. de Luca de Regal. diſc 64. num. 5.* & in ſpecie pe-
34 ſtis poſt plures allegatos *Marchin de bello Diuin. part. 9. cap. 3. num. 11* Multòque magis,
ſtante peremptione rei in totum, uel in parte,
Gratian. dict. cap. 354. num. 29. Pacion. de locat. dict. qu. 47. nu. 103.
Tandem non releuat, quód non conſtet de
quantitate damni, ſeu quæ rata reſponſionis
ſit præciſè deducenda.
Siquidem, præterquàm quòd ſufficit, quòd
ex ſupra firmatis ſit locus remiſſioni pro red-
dendo illiquido prætenſo credito locatoris,
35 qui eſt Actor, *l. ei incumbit, l. in exceptionibus, ff. de probat.* & in ſpecie *Duran. dec. 187. num.* 4. & ſeq.
Adhuc ceſſat in præſentia quælibet hæſi-
tatio, cum pro liquidatione ſummæ, de qua
agi-

agitur, non deficiat probatio optimè deſum-
pta ex remiſſione in quantitate ſcutorum
centum quinquaginta millium obtenta ab
Aduerſario ſuper vniuerſa Vectigalium loca-
tione, pro damnis paſſis in quolibet mem-
bro, ſeu corpore Dohanarum, quæ propor-
tionabiliter, & pro rata, aſcendit ad ſcuta
6496. prout ex calculo.

Eademque liquidatio in ſumma prædicta,
eò libentiùs admittenda, non ſolùm, quia,
ex proximè firmatis, eſt proportionata remiſ-
ſioni factæ per Reuerendam Cameram fauo-
re Aduerſarij, ſed etiam, quia, vti talis, cau-
ſa benè cognita, fuit ſuſpenſa à Reuerend.
Theſaurario, à quo ex aduerſo non potuit ob-
tineri relaxatio mandati contra ſubcondu-
ctores. Cumque in huiuſmodi materia dam-
norum liquidatio ſit difficilis probationis,
admittitur probatio per leuiora; imò etiam
36 per coniecturas, & indicia, præcipuè, quan-
do, prout in præſenti themate, incontrouer-
tibilia ſunt damna in genere paſſa, *Bart. in
l. 1. in fin. Cod. de ſenteut. quæ pro eo, quod inter.
Bald. in leg. 1. num. 27. Cod. de fruct. & lit. ex-
penſ. & conſ. 223. num. 5. lib. 2. Natt conſil. 510.
num 7. Menoch. præſumpt. 9. num. 2. lib. 3. Surd.
conſ. 293. nu. 31. lib. 2. & dec. 382. num. 28. Bu-
ratt. dec. 865. num. 3. Rot. in rec. dec. 100. num. 2.
part. 4. & dec. 522. num. 14. p. 5. tom. 2.*

Quinimò Iudici eſt permiſſum, illa ſi vi-
debitur, liquidare, & arbitrari à veriſimili,
37 & prout ſibi videbitur, vt in ijs terminis poſt
*Bald. conſ. 329. in fin. Durun. dec. 187. in fin. verſ.
vnde quia.*

Cæterum, quò ad Christophorum haben-
tem intereſſe ex fideiuſſione præſtita per Vin-
centium in cõductione, ſatis iuridica eſt pre-
tenſio, quòd fideiuſſio eiuſdem Vincentij ex-
pirauerit; atque adeò non ſit locus exequu-
tioni contrà ipſius bona hæreditaria, ſtante
nouatione reſultante ex concordia inita in-
ter Baldinottum, & Subconductores.

Licèt enim in inſtrumento ſubconductio-
nis fuerit expreſsè comprehenſa gabella pel-
lium cuiuſcumque generis; necnon Oſtrea
abſque dubio incluſa ſub gabella piſcium;
nihilóminus, inſcio fideiuſſore, fuerunt indu-
cti Subconductores ad renunciandam totam
gabellam Oſtreorum; necnon partem gabel-
38 læ pellium, qua alteratione ſtante, fuit ipſo
Iure liberatus fideiuſſor, qui in ſecundo in-
ſtrumento nouante ſe non obligauit, *l. noua-
tione 4. Cod. de fideiuſſor. l. vbicumque 60. ff. eod.
l. nouatione, ff. de nouat. l. vnica, Cod. etiam ob
Chirograf. pecun. Bart. in l. Iuliam, num. 4. ff. de
nouat. Surd conſ. 460. num. 45.* vbi, etiam ſi cõ-
uentio alteretur aliqualiter tantùm, *Hering. de
fideiuſſor. cap. 20. §. 3. num. 1. Grutiun. cap. 962.
num. 1. Maur. de fideiuſſor. par. 2. ſect. 10. § 4. fol.
558. Caren. reſol. 71. num. 3. & reſolut. 90. nu. 5.
& ſeqq. Noguerol. allegat. 21. num. 5. & ſeqq.
Cyriac. contron. 101. num. 28. & 35. & contron.
124. num. 10. Salgad. in labyr. cred. par. 1. cap.
18. nu. 10.* Præceptor meus *Arias de Meſa, var.
lib. 1. cap. 18. num. 16. Valeron. de tranſact. tit. 2
quæſt. 8. num. 7. Vrceol. eod. tract. quæſt. 74. n. 6.
Dunozett. Iun. dec. 305. num. 5.* & in præciſis
terminis fideiuſſoris pro conductore Vectiga-
lium, *Andreol. contron. 373. num. 1. & ſeqq.* vbi
ſignanter *num. 3.* quòd nouatio inducatur,
39 quoties variantur pacta appoſita in prima
locatione, primaque locatio alteratur per ſe-
cundam, vel reſpectu rei, vel formæ, vel tem-
poris, fideiuſſoris non accedente conſenſu.

Regulare enim eſt, vt fideiuſſor intelliga-
40 tur liberatus, quouis modo alterata, vel im-
mutata obligatione, cui acceſſit, ſiue ratio-
ne rei, ſiue loci, vel temporis, *Soccin. Sen. con-
ſil. 62. num. 23. lib. 4. Menoch. conſ. 246. num. 9.
& ſeqq* eam afferens rationem, quòd pro illa
obligatione immutata, & alterata, nullus ad-
ſit fideiuſſoris conſenſus, qui, ſi eo tempore
fuiſſet interrogatus, an vellet intercedere pro
ea obligatione; ſic alterata, & immutata,
fortè reſpondiſſet negatiuè, ſine conſenſu au-
tem fideiuſſoris impoſſibile eſt, eum obligari,
*Surd. dict. conſ. 460. num. 45. Giouagnon. conſil.
58. num. 22. & 23. lib. 1. Pedroch. conſ. 13. num.
73. & ſeq. Rimin. Iun. conſ. 135. num. 8. Grut. con-
ſil. 126. nu. 6. lib. 1. Vermigliol. conſ. 311. num. 2
& conſ. 312. num. 15. Caren. dict. reſol. 90. nu. 6.
& duob. ſeqq. Hering de fideiuſſor. cap. 20. §. 25
Salgad. in labyr. credit. d. part. 1. cap. 18. nu. 10.
Ancharan. Rhegienſ. quæſt. 15. num. 9. & 14. lib.
2. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 56. numer. 18.
Cyriac. controu. 101. num. 28. & ſeqq. Antonin.
var. reſol. lib. 3. cap. 30. num. 5. & ſeq. Staibun.
Iun. reſolut. 31. num. 5. & ſeq. lib. 1. Vrceol. de
tranſact. dict. quæſt. 74. num. 7. Vlloſa de fugitiu.
cap. 18. § 5. num. 61. verſ. quia, vbi principalis
obligatio aliqualiter alteratur, Durun. deciſ.
11. num. 4. Raudenſ. deciſ Piſan. 4. ſub num. 164.
verſ. ſecundum exemplum, Theſaur. dec. 125. nu.
4. & 5. & deciſ. 202. num. 16. Franc. Marc. de-
ciſ. 538. part. 1. Card. Seraphin. deciſ. 1063. n. 8.
Flamin. Chartar. dec. Rot. Iun. 13. numer. 8. & 9.
Maſtrill. deciſ. 135. num. 44. Caualcan. deciſ. 18.
num. 7. lib. 4.*

41 Neque contrarium firmat *Mart. Medic.* ex
aduerſo allegatus, *dec. Senenſ. 67. n. 43. & ſeq.*
cum loquatur in terminis toto Cœlo diuer-
ſis; quando, nempè, ex alteratione primi cõ-
tractus, fideiuſſori nullum damnum infertur,
contrarium expreſsè aſſerens, dato aliquali
præiudicio, quod non concurrit in præſentia,
cum præiudicium fideiuſſoris ſit incõtrouer-
tibile ob deterioratam conditionem princi-
palium debitorum, à quibus fuit renunciatũ
nonnullis corporibus comprehenſis in ſublo-
catione, nullatenus diminuta penſione con-
uenta.

42 Prout, neque etiam aduerſantur deducta
per

Digitized by Google

per *Poſth.reſolut.20.num.30.& ſeq.Cardin.Seraphin. deciſ.1063.num.7.& ſeq.* cum expreſsè loquatur, quando non fuit in parte ſubſtātiali à priori contractu receſſum; ſed tantùm in accidentali, quod non poteſt dici in re, de qua eſt ſermo, cum alteratio ſublocationis fuerit in parte nimis ſubſtantiali.

Satiſque leuis eſt reſponſio, quòd concordia prædicta emanauerit pro declaratione ſublocationis: Obiectum enim poſſet tātùmmodò procedere, ſi dubitari poſſet, an corpora renunciata fuerint, vel ne in ſublocatione comprehenſa; Secus verò, quando illo-
43 rum comprehenſio erat omninò certa, & incontrouertibilis, quibus ſtantibus, non vindicant ſibi locum termini declarationis prioris contractus; ſed potiùs nouæ conuentionis, iuxtà deducta per *Caſtr. in l.hæredes palàm 21.§.ſi quid poſt, num.4. circa fin. verſ.ſed interdum, ff.de teſtam. Rum.conſ.76. ſub nu.5. lib.5.Crauett.conſ.830.num.9.lib.5.Purpurat. inter conſ.Alba conſ.761.num 97. Becc.conſil. 186.num.25 vol.2.Burſatt. conſ.339. num.26. lib.3.Surd.conſ.426.num.47.lib.3.Gabr.de reg. Iur.concluſ.3.num.25.& 63.Gratian.cap.560. num.18. part.3.* alijſque relatis, latè *Cyriac. controu.210.num.17.& ſeqq.*

44 Regulare enim eſt, vt noua reſultet diſpoſitio, non autem declaratio, quando aliquod ſubſtantiale additur, vel diminuitur, varians ſubiectum, iuxta theoricam *Bald. in d.l.hæres palàm 21.§.ſed & ſi notam in 3.notab. num.4.* vbi etiam *Imol.in §.ſi quid poſt num.8. verſic. item nota, quod adijciens, Aretin. in 4. notab. ſub num.8.* vbi quando mutatur cauſa, vel res, *ff.de teſtam.Roman.conſ.55.ſub num.1. verſ.aut ex hac edictione, Decian.conſ.36. num.6. lib.5.*
45 vbi, quòd ſit declaratio, quando fit tantùm in circumſtantijs; ſecus, ſi in ſubſtantialibus, *Prukman.conſ.14.num.118.Surd.conſ.380.nu. 44.50.& ſeq.lib 3.Bim.conſ.297.num.14.* vbi,
46 quòd declaratio non dicatur, ſed correctio, quoties prior diſpoſitio mutatur, *Menoch.*
47 *conſ.331.* aſſerens, quòd declaratio non ſit, quando diſpoſitio alteratur, vel mutatur, ſed tantùm, quando verba ſunt ambigua, quæ poſſunt vno, vel altero modo intelligi, idemque repetit *conſ.443.num.71.Bardellon.conſil. 51.num.2.lib.1.* vbi, quòd declaratio non ſit,
48 quæ nouam tribuit ſubſtantiam, *Bellon. de poteſt.cor.quæ fiunt in contin.lib.1.cap.16.n.5. Cyriac.dict.controu.110.n.21.& ſeqq.*

49 Neque releuat expreſſa partium proteſtatio non nouandi, neque in aliquo præiudicādi inſtrumento ſublocationis, illiuſque capitulis, & pactis, vtpotè enim contraria facto, nouationis effectum non impedit, prout in præciſis terminis, quòd, dicta proteſtatione non obſtante, fideiuſſores dicantur ipſo Iure liberati, præcipuè, quando, prout in hoc themate, eadem proteſtatio fuit facta, prorsùs inſcio, abſenteque fideiuſſore, omiſſis alijs, qui poſſent laudari, optimè firmant *Lanar. conſ.23.num.6.& ſeqq.Pancirol.conſ.10.nu.9. & trib.ſeqq.Gozadin.conſ.38 num.12.Crauett. conſ.120.num.3.* latè *Amat. reſol.50. num.17. & ſeqq.Vrceol.de tranſact. quæſt.74. num.19. & duob.ſeqq.Gratian.dec.*March. *cap.117.nu. 18.Franc.Marc.dec.538.lib.1. Milanenſ.dec.8. num.37.* benè *Carpzon.dec.Saſſon.251. nu.19.*
50 & in ſpecie, quód proteſtatio de non nouando non præiudicet fideiuſſori pro conductore Vectigalium, latè *Andreol. controu.373. num.10.& ſeq.*

51 Idque ea potiſſimùm ratione, quia proteſtatio non impedit, quód ex neceſſaria Iuris diſpoſitione reſultat, *l.alimenta, Cod.de negot. geſt.l.& ſi quis, §.plerique, ff.de relig.& ſumpt. funer. Caſtr. in l.fin.7.ff.de eo, quod certo loco, Bart.in l.non ſolùm, §.morte, num.31.ff.de oper. non nunciat. Lanar.d.conſ.23. num.8. Gratian. cap.455. num.28. et cap.244. num.37. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.2.part.6.num.39. vol.3.Amat.d.reſol.50.num.19.Garz de nobilit. gloſ.4.num.8.Vrceol.de tranſact.dict. quæſt.74. num.22.Seſſe deciſ.Aragon.143.num.17. Carpzon.dict.dec.251.num.29.Maſtrill.dec 40.n.2. Cardin.Seraphin.deciſ.754.n.2.*

52 Solùmque poteſt operari, quó ad temporis anterioritatem, ſeu priuilegium cauſæ reſpectu prælationis; non autem impedit liberationem fideiuſſoris eidem proteſtationi expreſsè non conſentientis, *Gozadin. d.conſil. 38.num.12.Milanenſ.dec.8. num.37. lib.2. Caſtill dec.5.num 45.et deciſ.69.num.11. Franch. deciſ.50.num.7.et ſeq.* quos in his terminis refert, & ſequitur *Amat.d.reſol.50.n.20.*

Contrariæ verò Authoritates procedunt;
53 Vel, quoties agitur de præiudicio ipſorummet contrahentium, præcipuè ad effectum reſeruandi anterioritatem hypothecæ, in quibus terminis loquitur *Dunozett.Iun. deciſ. 97.num.7.et 8.Rot.poſt Pacific.de Saluian.dec. 146.n.3.*

54 Vel quoties fideiuſſor proteſtationi conſenſit, vel tacitè, vel expreſsè.

55 Vel, quando in ſecundo contractu nouante idem fideiuſſor interfuit.

56 Vel demum, quando adeſt clauſula præſeruatiua, etiam, quò ad fideiuſſores, in quo caſu loquitur, *Grat.conſ.126.num.8.Hering.de fideiuſſor.cap.20.§.3. n.13. Vrceol.de tranſact. d.q.74.num.31.et ſeqq.*

57 Neque meretur pro contraria ſententia allegari Cardin.*Seraphin. dec.1063. numer.7.* cum loquatur in caſu, in quo nulla fuit facta nouatio, dum in parte ſubſtantiali non fuit à priori contractu receſſum.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Remiſſio eſt facienda conductori ob impedimentum præſtitum in vſu rei locatæ, qualecumque ſit damnum, etiam non intolerabile; quoties adeſt pactum expreſſum ſuper remiſſione facienda in caſu impedimenti; ne aliòquin pactum remaneat eluſorium.

Impedimentum, quoties conductori non eſt præſtitum à tertio; ſed potiùs ab ipſomet locatore, non eſt eidem locatori denunciandum, nullatenus aduerſante pacto ſuper denunciatione facienda, eueniente caſu impedimenti, præcipuè, quando impedimentum ab eodem locatore remoueri non poterat.

Conductor, qui in ſe ſuſcipit periculum, non intelligitur de eo, quod ex culpa prouenit locatoris.

SVMMARIVM.

1 *Stante pacto expreſſo faciendi remiſſionem conductori in caſu alicuius impedimenti pro certa quantitate, eodem impedimento eueniente, eſt facienda remiſſio, qualecumque ſit damnum, neque eſt facienda compenſatio vbertatis cum ſterilitate, ne pactum reddatur eluſorium.*

Reprobatur contraria ſententia.

2 *In conuentione, quando deducitur qualitas, quę de Iure tacitè ineſt; huiuſmodi expreſſio nihil operatur, cum Iuris diſpoſitioni ſit conformis.*

3 *Intellige, quando conuentionalis expreſſio nihil aliud prorsùs præſeferre valet, quàm id, quòd de Iure communi diſpoſitum reperitur.*

Secus, quando pactum plures poteſt operari effectus.

4 *Pactum continens idem, quod Ius commune, ne reddatur ſuperfluum, & eluſorium, debet intelligi in caſu à lege non diſpoſito.*

5 *Pactum diſpoſitioni legali adiectum illam confirmat, & robur addit, nouum vinculum, & impedimentum adyciendo, ne reddatur eluſorium.*

6 *Prohibitio hominis, quando concurrit cum legali prohibitione, ſuum operatur effectum, etiam in caſu licito, & à Iure permiſſo.*

7 *Pactum de faciendo conductori debitam, ſeu conuenientem remiſſionem, eſt intelligendum, prout de Iure.*

8 *Impedimentum per conductorem eſt denunciandum locatori, ad hoc vt poſſit petere remiſſionem.*

Declara vt num. ſeqq.

9 *Notorium non indiget probatione, neque proteſtatione.*

Præcipuè, quando eſt notorium facti permanentis.

10 *Impedimentum, quoties eſt notum locatori, non eſt eidem denunciandum.*

11 *Impedimentum, quoties non eſt præſtitum à tertio; ſed potiùs ab ipſomet locatore, non eſt per conductorē denunciandum, nullatenus attento pacto ſuper eadem denunciatione facienda.*

12 *Conductor, licèt in ſe ſuſceperit omne periculum, non intelligitur de eo, quod prouenit ex culpa, vel facto locatoris.*

13 *Adeòut damnum paſſum ſit reficiendum, non attento, quòd non fuerit vltrà dimidiam.*

14 *Interpellationis defectus eſt conſiderabilis, quando illa eſſe potuiſſet profutura; ſecus, vbi certum eſt nullatenus fuiſſe profuturam.*

15 *Interpellatio per emptorem non eſt facienda Venditori ſuper euictionis iudicio; quoties notoriè conſtat de Iuſtitia euictionis, itaut venditor interpellatus illam impedire non valeat.*

16 *Ob impedimentum à locatore conductori præſtitum, tenetur idem locator eidem conductori reficere, nedum intereſſe intrinſecum; ſed etiam extrinſecum.*

CAPVT CXXI.

EST impartienda conductori petita mercedis remiſſio, ſtante pacto expreſsè inito in locatione Paludum Pontinarum, quòd in caſu impedimenti decurſus aquarū per Conſularem, valdèq; nobilem Viam Appiam, fieri debeat remiſſio pro ſcutis 190. in ſingulos annos; ideòque, cum huiuſmodi caſus euenerit; abſque dubio in vim pacti prædicti eſt omninò debita remiſſio.

Neque vllo prorsùs iure meretur attendi
1 contraria prætenſio, quòd inſpici debeat, an damnum conductori illatum ſit intolerabile, & an ubertas annorum præcedentium, cum ſtirilitate ſequentium ſit compenſanda, ex adductis in *diſputatione* 119. ſed damnum, quale quale ſit, uſque ad conuentam quantitatē eſt reficiendum, iuxtá magiſtralem doctrinam *Angel. in l. ſi quis, §. quæſitum num.* 15. *ff. ſi quis cantion. & conſ.* 312. quem ſequuutur *Salicet. in l. licet in fin.* Cod. *locat. Soccin Iun. conſ.* 78. *num.* 31. *verſ. & ex prædictis lib.* 2. *Burſatt. conſ.* 81. *num.* 19. *verſ. minus obſtat. lib.* 1. *Ruin. conſ.* 81 *ſub num.* 8. *lib.* 1. & ex recentioribus *Camill. de* Medic. *conſ.* 23. *numer.* 15. *Surd. conſ.* 507. *num.* 2. *& ſeq. & conſ.* 34. *num.* 30. *lib.* 1. *& de alim. tit.* 9. *quæſt* 26. *n.* 22. *Boſſ. de remiſſ. merced. num.* 29. *Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt.* 27. *num.* 46. *verſ. tertiò declara, Ciriac. controu.* 151. *num.* 21. *Carpzou. Iur. prudent. part.* 2. *conſt.* 37. *defin.* 12. *Giurb. obſeru.* 24. *num.* 15 *verſ. declara quintò, Thor. in compend. deciſ. tom.* 1. uerbo *remiſſio penſionis fol.* 462. *& tom.* 3. uerbo *conductor alicuius Dobanæ fol.* 193. *Toudut. lib.* 1. *quæſt. ciuil. cap.* 31. *num.* 11. *& ſeqq. Pacion. de locat. quæſt.* 47. *num.* 40. *& ſeqq.* Card. *de Luca de Regal. diſc.* 64. *numer.* 2. *& diſc.* 134. *num.* 6. *& diſc.* 105. *num.* 11. *& de locat. diſc.* 1. *num.* 5. *Anton. Fab. in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de locat. defin.* 35. *Gratian. dec. Marchiæ.* 222. *num.* 2. *in addit.* Coccin. *dec.* 422. *num* 3. 4. 9. *&* 11.

Quidquid in contrarium aberrans à communi dixerit *Laurent. de Pinu. conſ.* 126. *num.*

2.verſ.his tamen non obſtantibus, & conſ.127.
per tot. ubi, quòd pactum prædictum faciendi
remiſſionem, non excludat compenſationem
ubertatis cum ſterilitate.

Idque ea potiſſimùm ratione, ne alioquin
pactum reddatur eluſorium cum aliquid, præ-
ter Iuris communis diſpoſitionem operari
debeat, vt poſt *Angel.in l.ædem in fin ff.locat.*
firmat *Card.Mantic.de tacit.lib.5 tit.8.nu.19.*
Peregrin.conſ.98.num.2.et 8.lib.1.Tondut.dict.
cap.31.num.11. alijque proximè laudati.

2 Prout neque etiam debet attendi alterum
obiectum, quòd, quando in conuentione de-
ducitur qualitas, quæ de Iure tacitè ineſt,
quòd fiat remiſſio mercedis conductori ex
aliqua legitima cauſa, huiuſmodi expreſſio
nihil operetur, vtpotè Iuris diſpoſitioni con-
formis, *l.3.ff.de legat.1. l.non rectè 3. Cod.de*
fideiuſſ Caſſador.deciſ.3.num.7.de locat. Duno-
zett.Iun.deciſ.419.num 5. verſ.et propterea.

3 Siquidem id ſibi locum vindicat, quando,
nempè, conuentionalis expreſſio nihil aliud
prorsùs poteſt præſeferre, quàm id, quod de
Iure communi diſpoſitum reperitur, in quo
caſu loquitur *dict.deciſ.Caſsador.3. num.7. de*
locat. Dunozett.Iun.d.deciſ.419.num.5. verſ.et
propterea, ubi Dominus directus conuenerat;
quòd, ceſſante emphyteuta per biennium á
ſolutione canonis, incidat in commiſſum;
hoc enim pactum naturam contractus non
alterat; ſecus aſſerendum; quando, prout in
præſenti themate, pactum ſpecificè conuen-
tum ſuper remiſſione in certa quantitate fa-
cienda plures poteſt operari effectus; Vel ad
releuandum cõductorem ab onere probatio-
nis ſuper liquidatione damni paſſi ob allu-
uionem; Vel ad effectum excludendi com-
penſationem ubertatis annorum præceden-
tium cum ſterilitate ſequentium; Vel ad
alios conſimiles effectus; tunc enim prædictũ
pactum aliquid, præter Iuris diſpoſitionem
operari debet; prout, pluribus allatis exem-
plis, latè comprobat *Cephal. conſil.257.* ſi-
gnanter *num.28. et ſeqq.* aſſerens, quòd pa-
ctum continens idem, quod ius commune, ne
reddatur ſuperfluum, & eluſorium, debeat
intelligi in caſu á lege non diſpoſito, *Surd.de*
alim.tit.9 quæſt.26.nu 21. Cyriac.contron.531.
4 *num.9.* & in his terminis *Tondut. lib.1. quæſt.*
ciuil.cap.31.num.11.Coccin.dict.dec.422.n.3.
et ſeq.

5 Ideòque in proximis terminis eſt recepta
propoſitio, quòd pactum diſpoſitioni legali
adiectum illam confirmet, & robur addat no-
uum uinculum, & impedimentum adijciendo,
ne eluſorium reddatur, *§. Sanctiſſimas,*
Auth. de alien. et emphyt. Imol. in l.ſi, fi-
liusfam. 118. §.Diui, il ſecondo, *ſub numer.*
1.verſ.extrà gloſ.ff de leg.1. ibique *Alex. nu.2.*
circà med.Salicet.in l.ea lege, num.3.ad fin.Cod.
de condit.ob cauſ.Dec.conſ.349.poſt num.3.ver-
ſic.præterea, Natt.conſ.481. n.16. & ſeq. Celſ.
Vgo conſ.46. num.16.Ludouiſ.dec.529.n.13. et
6 *ſeq.* ubi, quòd, quando concurrit hominis
prohibitio cum legali prohibitione, ſuum
operetur effectum, etiam in caſu licito, & á
Iure permiſſo.

7 Neque in contrarium merentur allegari,
Caroc. de locat.tit.de remiſs. merced. quæſt.8.
num.77.Surd.conſ.34.num.32.et ſeq.Boſſ.de re-
miſſ.merced.num.47.verſ.ſed concludendo, Car-
din.Mantic.de tacit.et ambig.conuent.lib.5. tit.
8.nu.21.Card.de Luca de Regal.diſc.105. n.12.
Pacion.de locat.quæſt.47. num.46. Manzaned.
dec.553. num.5. loquuntur enim in terminis
longè diuerſis, ſcilicet, in pacto de faciendo
debitum, uel conueniens reſtaurum, quod in-
telligi debet, prout de Iure, ut rectè admonet
diſtinguendo *Tondut.lib.1.quæſt.ciuil. cap.31.*
num.12.Pacion.de locat.dict. quæſt.47. nu.46.
et ſeqq.

Minus etiam aduerſatur, quòd prædictum
pactum ſuper remiſſione facienda non fuerit
purum, ſed qualificatum ſub conditione, ui-
delicet, denunciationis faciendæ ſuper impe-
dimento Reuerendiſſimo Commiſſario Ca-
8 meræ Apoſtolicæ; quod, cum fuerit neglectũ,
pactum prædictum ſuffragari non ualeat,
l.item quæritur, §.exercitu, ff.locat. Celſ.Vgo
conſ.17.num.9. et ſeqq. Boſs.de remiſſ.merced.
ſub num.71.Menoch.conſil.21.ſub num.22. Cy-
riac.contron.61.in fin.et contron.31.num.14.et
ſeqq.Larrea allegat.fiſcal.18.num.26.et ſeq.lib.
1.Capye.Latr.deciſ.162.num.43.et ſeq.lib.2.

Præcipuè, quia eſt regulare, ut remiſſio
non ſit facienda conductori, niſi caſum loca-
tori denunciauerit, *l.item quæritur 13.§.exer-*
citu, ff.locat.Turrett.conſil.60.num.13. Larrea
allegat.fiſcal.18.num.26. et ſeq. lib.1. Cancer.
var.part.3.cap.6.num.86. et ſeqq. Cyriac.con-
trou.61. in fin. Carpan. ad Statut.Mediol. cap.
344.num.259.Pacion.de locat.quæſt.46. n 101.
Theſaur.decis.108. num.1. Gratian.dec.Marcb.
222. num.8 Capye.Latr.deciſ.162. num.43. et
ſeqq.lib.2.Cardin.Mantic.deciſ.35. num.4. & in
ſpecie caſus inundationis, *Burſatt. conſil.11.*
num.29.

Nam, cum eademmet Congregatio
Aquarũ locatrix, in qua, inter cæteros, inter-
uenit Cameræ Commiſſarius, impartita fue-
rit licentiam Communitati Setiæ impediendi
ſolitum decurſum Aquarum per Viam Ap-
piam, ex hac incontrouertibili facti ſerie, tres
potiſſimùm oriuntur abſolutiſſimæ Iuris pro-
poſitiones remiſſionem mercedis omninò
ſuadentes.

Prima, nempè, quòd, cum ob prædictam
licentiam impedimentum præſtitum condu-
ctori, ſatis, ſuperque innotuerit, nedum lo-
catori; ſed etiam Cameræ Commiſſario, ſtan-
9 te huiuſmodi notorietate, non erat opus in-
terpellationem conuentam adhiberi, quia
no-

notorium, neque probatione, neque proteſtatione indiget, Gloſ. in Clem. appellanti, uerbo aliàs de appellat. Felin. in cap. cum ordinem, num. 11. & ſeq. de reſcript. Bart. in l. omnes, la ſeconda, Cod. de agric. & cenſit. lib. 12. Dec. conſ. 356. num. 4. verſ. ſecundò reſpondetur; Gratian. cap. 354 num. 27. & 442. num. 8. Add. ad Ludouiſ. deciſ. 224 num. 7. Afflict. dec. 50. nu. 5. Surd. conſil. 371. num. 45. & ſeq. & deciſ. 259. num. 14. & deciſ. 326. num. 82. Bich. dec. 149. num. 14. Præcipuè, quando eſt notorium facti permanentis, prout in præſenti themate, l. ea quidem, Cod. de accuſat. l. emptori in fin. primi reſponſi, ff. de action. empt. l. 1. ff. de dot. prælegat. cap. de manifeſta 2. quæſt. 1. Innoc. in cap. tua nos, num. 2. ad fin. de cohabit. cleric. & mulier. Card. Zabàrell. conſ. 56. nu. 6. Epiſc. Sperell. dec. 129. num. 21.

10 Et in his præciſis terminis, optimè firmant, Soccin. Iun. conſ. 120. num. 16. lib. 3. Dec. conſil. 350. col. 3. verſ. ſecundò reſponderi, Menoch. conſ. 120. num. 15. lib. 2. & conſ. 246. num. 39. lib. 3. Burſatt. conſ. 309. num. 12. Ruin. conſ. 77. num. 2. lib. 5. Caroc. de locat. tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8. num 95. Gratian. cap. 354. num. 27. Ludouic. concluſ. 12. col. 4. ad fin. verſic. primus caſus, Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 394 n. 145. Marchin. de bell. diuin. part. 9. cap. 3. num. 11. Card. de Luca de Regal. diſc 64. num. 5. Pacion. de locat. quæſt. 29. num. 28. & ſeq. Theſaur. in addit. ad Patrem dec. 108. in fin. qui teſtatur ita in praxi ſeruari, Rocc. reſponſ. 87. num. 15. lib. 1. Surd. dec. 326. num. 82. Rota in Romana præ tenſæ penſionis affictus 26. Nouembris 1596 §. minus placuit coram Corduba penes Marcheſan. de Commiſſion. p. 1. fol. 1084.

11 Secunda, quia, cum non agatur de impedimento præſtito ex facto tertij; ſed potiùs ipſiuſmet Congregationis Aquarum locatricis, à qua prædicta licentia fuit impartita, eò magis ſcientia prædicti impedimenti, quãuis non notorij, eſt indubitata; atque adeò excuſat à denunciatione facienda, Salicet. in l. merces, § ſi vicino, ff. locat. Alex. conſ. 127. num. 6. lib. 3. Roman. conſ. 178. num. 1. Menoch. conſ. 120. num. 13. & ſeq. lib. 2. & conſ. 246. nu. 29. lib. 3 Ludouic. concluſ. 12. col. 4. ad fin. verſ. ſecundus caſus, Gratian. cap. 354. num. 28. Pacion. de locat. quæſt. 46. num. 29 & ſeq. & in ſpecie rectè aduertit Card. de Luca de Regal. diſc. 64. num. 5. & ſeq. vbi, quòd ſtante impedimento præſtito ab eodem Principe locatore, ſit facienda conductori remiſſio mercedis in vim pacti, non obſtante promiſſione denunciationis faciendæ eidem locatori expreſsè in eodem pacto conuẽtæ; cũ ſatis abſonũ videatur aliquem interpellandum, ac certiorandum fore de eo facto, quod ab ipſo originaliter mouetur, ſucceſſiuèque geritur, Rocc. reſponſ. 87 num. 13. lib. 1.

12 Atque hinc etiam in fortioribus terminis Epiſcop. Rocca Vol. II. reſultat, vt, licèt conductor in ſe ſuſceperit omne periculum, nõ intelligatur de eo, quod ex culpa, vel facto ipſius locatoris prouenit, l. cum proponas 13. Cod. de nautic. fænor. l. quæ officij 62. §. fin. ff. de contrab. empt. Bart. in l. cotẽ ferro, §. qui maximos, nu. 7. ff. de publican. Aretin. conſ. 110. Ancharan. conſ. 414. num. 2. lib. 2. Anan. conſ. 74. num. 2. & ſeq. Alciat. conſ. 789. num. 4. Alex. conſ. 84. num. 3. & 4. lib. 6. Corn. conſ. 12. ex num. 9. lib. 4. Crauett. conſ. 95. nu. 8. Pariſ. conſ. 40. num. 6. lib. 1. Roman. ſingul. 441. Marſil. ſingul. 96. Grammat. conſil. ciuil. 9. nu. 1. Larrea allegat. fiſcal. 17. num. 4. part. 1. Caſtill. tom. 3. controu. cap. 3. num. 56. & ſeq. Caroc. de locat. 4. part. de caſib. quæſt. 5. in princip. Surd. conſil. 12. num. 63. lib. 1. & dec. 326. n. 56.

13 Adeòut damnum paſſum ſit omninò reficiendum nullatenus attento, an illud fuerit vltrà dimidiam, Florian. in l. Proculus, § fin. ff. de vſufruct. Eugen. conſ. 50. num. 58. lib. 1. Menoch. conſ. 246. num. 22. & ſeqq. Hyppolit. Rimin. conſ. 282. num. 16. lib. 3. Marcell. Marcian. conſil. 7. num. 4. lib. 2. Caſtill. tom. 3. controu. cap. 3. num. 39. Amat. reſol. 18. num. 23. Pacion. de locat. quæſt. 47. num. 26. Coſta in memor. verbo conductor, verſ. quartò adde, Rocc. reſponſ. 87. num. 12. lib. 1. Maſtrill. dec. 299. num. 126. Surd. deciſ. 326. n. 66.

14 Tertia tandem, tunc fortaſsè interpellationis defectus videtur conſiderabilis, quando illa eſſe potuiſſet profutura; ſecus vbi certum eſt, nullatenus fuiſſe profuturam; finis enim interpellationis non alius eſſe videtur, niſi, ut ita interpellatus impedimento occurrere valeat; ideòque eius requiſitum in eo caſu eſt neceſſarium, in quo ex parte locatoris prouideri potuiſſet, atque impedimentũ remoueri, Crauett conſ. 83. num. 5. Menoch. conſil. 246. num. 31. Boſſ. de remiſſ. merced. num. 52. verſ. arbitror tamen, & num. ſeq. verſ. denunciatione verò, Rip. de peſt. tit. de priuileg. contract. num. 23. Gratian. cap. 354. num. 10. 32. & ſeqq. Pacion. de locat. quæſt. 29. num. 27. & ſeqq. Cardin. de Luca de Regal. diſc. 64 n. 7. & ſeq. quod in præſentia non conuenit, ſtante impedimẽto ab eadem Congregatione Aquarum locatrice præſtito vigore ſupradictæ licentiæ impartitæ.

15 Prout in propoſito dicimus de interpellatione per emptorem facienda ſuper Iudicio euictionis; ſi enim de euictionis clara iuſtitia conſtet; itaut venditor interpellatus illam impedire non valeat; adhuc emptori, quamuis non interpellanti, competit actio de euictione contrà venditorem, Imol. in cap. vltim. in fin. de empt. & vendit. Aym. conſ. 179. num. 6 Alex. conſil. 63. num. 12. lib. 6. Abb. conſil. 517. num 9. & conſ. 552. nu. 4. Trentacinq. var. lib. 3. de empt. & vendit. reſol. 4. per tot. Gratian. cap. 354. num. 33. Afflict. deciſ. 49. Surd. deciſ. 22. num. 8. & ſeq. Bich. dec. 315. num. 15. Rot. in re-

cent.dec.630.num.4.in fin.verſ.& in ſimili,p.1 dec.18.num.36 part.4.tom.2.dec.390. num.3. part.5.& dec.278.n.9.p.11.

16 Prædicta veró omnia cò libentiùs admittenda, quia ob impedimentum præſtitum, nedum locator tenetur reficere conductori totum intereſſe intrinſecum paſſum vſque ad annua ſcuta 500. prout ex depoſitionibus teſtium, *l.qui Inſulam, ff.locat.Bart.in l.cotem ferro.§.qui maximos, num.7.ff.de publican.Caſtill.dict.cap.3.à num.25. vſque ad 48. Eugen. conſil.50.num.42.& ſeq.lib.1.Boer.decis.149. num.6.& ſeqq.Surd.deciſ.326 num.22.& ſeqq. & deciſ.131.Verall.deciſ.183.n.1.& ſeq.p.1*

Sed etiam extrinſecum, ſcilicet, id, quod lucrari potuiſſet, *l.ſi fundus 36.§.nam & ſi colonus, ff.locat. Barboſ.in cap.propter ſterilitatē,n.33.de locat.Molin.de cōtract.diſp.493.n.7 Hodiern.ad Surd.deciſ.31.num.3.Coſt.de remed. ſubſid.remed.114.nu.21.Camill.de Medic.conſ. 141.Panteſchman.de locat.quæſt.15.num.1. et 33.Pacion.eod.tract.quæſt.28.num.9. Verall. dec.183.num.1.part.1.* & Nos latiùs agemus Diſputatione ſequenti; & nihilòminus ab eodem conductore mitiùs agente ſolùm petitur remiſſio pro annuis ſcutis 190.iuxtà formam pacti, quæ ex ſupra firmatis non uidetur deneganda.

ARGVMENTVM.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergētis poteſt peti à conductore impedito vti, frui re conducta, etiam ex facto Principis locatoris, quoties publica non verſatur vtilitas.

De intereſſe extrinſeco proximo tamen, & non remoto, an, & quando ſit habenda ratio ex adiectione certæ diei, vel loci ſuper traditione rei in contractu deductæ; Ad intellectum difficilium Iurium in *l.ſi ſterilem, §.cum per venditorem, ff.de action.empt.& in l.vlt. §.vlt.ff. de eo, quod cert.loc.* quorum Iurium conciliatur Antinomia.

Declaratur intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, necnon euentuale, & in quibus ſpeciebus conſtituatur.

S V M M A R I V M.

1 *Intereſſe lucri ceſſantis, damnique emergentis peti poteſt à conductore impedito vti, frui re conducta.*

2 Larrea allegat.17. & trib.ſeqq. *contrarium firmans, in quibus terminis loquatur.*

3 *Idque, etiam procedit, ſi conductor ex facto Supremi Principis locatoris fuerit impeditus.*

Contraria procedunt, quoties in facto Principis locatoris publica verſatur vtilitas; quàmuis culpa omninò ſemota. quia tunc factum dicitur potiùs neceſſarium, & num.2.

4 *Intereſſe extrinſecum eſt habendum in conſideratione, quoties ex qualitate perſonarum, negotijque deprehenditur, contrahentes aliquo modo cogitaſſe, etiam de intereſſe extrinſeco.*

Affertur limitatio text.in l.ſi ſterilem, §.cū per venditorem, ff.de action.empt.

5 *De intereſſe extrinſeco, proximo tamen, & immediato, non autem remoto, videtur inter contrahentes cogitatum, ſaltem in genere, eò ipſo, quòd locus, et tempus legitur additum.*

6 *Si certa die, vel loco vinum, ſiue frumentum tradi debuerit, vtilitas omnis actoris venict, etiam extrà rem, vt ſi damnum paſſus ſit, vel amiſerit lucrum ob rem, ſtatuto tempore, vel loco non traditam.*

7 *Si verò, neque locus, neque dies interuenerint, lucri ceſſantis, damnique emergentis nulla ratio eſt habenda.*

Conciliatur antinomia nonnullorum Iurium in hac materia, & num.6.

8 *Res aliena locari non poteſt ſine ſpeciali mandato.*

9 *Adeòut non ſufficiat mandatum ad exigendū penſiones.*

10 *Scientia omnium qualitatum requiritur, ad effectum ratificandæ locationis factæ à non habente præciſum mandatum.*

11 *Ad effectum, vt geſta per Miniſtrum vltrà mandatum ratificentur, debet probari ſcientia præciſa exceſſus.*

12 *Intereſſe extrinſecum non eſt præſtandum, et quale ſit intrinſecum, et extrinſecum.*

Declaratur text.in l.ſi ſterilem 22. *aliàs* 21. §.cum per venditorem, ff.de act.empt.

13 *Intereſſe extrinſecum dicitur, quòd ſues non fuerint impinguati ob paſcua non tradita, ideòq; non debet præſtari.*

14 *Euentuale intereſſe non debetur, et quale illud ſit.*

Nauigantes, ſi damnum dederint in retibus piſcatorum, tenentur ad illud reficiendum; non autem ad piſcium æſtimationem, quia non dum capti fuerant, incertumque erat, an caperentur.

Expenditur text.in l.quemadmodùm, §.itē labeo, ff.ad leg.Aquil.

15 *Declaratur* Eſcobar. de ratiocin. cap.15. num.14.

16 *Culpa, vt poſſit dici ordinata ad caſum, præciſè requiritur, quòd ſit commiſſa eo fine, vt caſus eueniat.*

CAP.

CAPVT CXXII.

1 INTERESSE lucri ceſſantis, damnique
emergentis poteſt peti á conductore
impedito vti, frui re conducta, vt in
ſpecie ſunt Iura in *l.ſi vno 17.§.vbicum-
que, verſ.planè, ff.locat.*ibi: *quod intereſt.præ-
ſtabitur,* vbi, præ cæteris, optimè *Bart. l.ſi
in lege 27.§.colonus,ff.locat.* ibi: *& quantum
per ſingulos annos comoendij facturus erat, cō-
ſequetur, l.ſi fundus, verſ.nam, & Colonus, ff.
eod.* ibi: *Tantùm ei præſtabis, quantùm eius in-
terfuerit frui, in quo etiam lucrum eius conti-
nebitur, Epiſcop. Barboſ.in cap.propter ſterili-
tatem, num.33. de locat. & conduct. Cuiac.ad
African.tract.8.fol.188. in fin. l.f.* eleganter
*Connan.comment.Iur.ciuil.lib 7.cap.11.nu.16.
in princip. fol.541. & in verſ.etenim æſtimatio
eius, & in verſ.hoc enim intelligendum eſt, &
num.17.* vbi dicit eorum omnium eam ratio-
nem eſſe, quod locator obligatus ſit ad rem
tradendam, ita vt ita poſſit conductor vti
iuxtà legem conuentionis, quòd niſi fiat,
locatoris culpa plectatur damno litis æſtima-
tæ, quantum intereſt conductoris, *Roman.cōſ.
178.num.1. Natt.conſ.261. num.1.lib.2. Corn.
conſ.12.num.7.lib 4. Burſatt.conſ.309. num.5.
& ſeq.lib.3.Becc.conſil.45.num.20. Bero.conſ.
15.num.14.lib.3.Io:de Anan.conſ.74 ſub nu.2.
Cepoll.conſil.ciuil.47.num.36.lib.2. Pariſ.con-
ſil.40.num.2. lib.1. & conſ.98. num.15. lib.4.
Menoch.conſ.27.num.54. & conſ.55. num.14.
Decian.conſ.108.num.2.lib.2.Grat.conſ.75.n.1
lib.1.Roland.conſ.69.num.22.lib.4.B·llon.con-
ſil.22.num.1.Surd.conſ.442. num.6. Altograd.
conſil.21.num.52.lib.1.Merl.in emporio par.1.
tit.10.de locat.& conduct.num.23.N:guſan.de
pignor.par.2.membr.1.num.7. & ſeq.* Caroc.de
*locat.& conduct.part.4.de caſib.quæſt.7.nu.16.
Boſſ.in tit.de remiſſ. merced. conduct. numer.*
108. *Caſtill.* pluribus adductis, *tom.3.con-
trou.cap.3.num.26.& ſeq.Cyriac.controu.575.
num.1. & ſeq.* eruditiſſimus *Pacion. de locat.
cap.28.num.9.& ſeq. Manſ. conſult.26.num.1.
lib.1.* & ita ſæpius in Senatibus iudicatum
referunt *Surd.dec.326.num.25. Maſtrill.deciſ.
299.num.18.Pereyr.dec.106.Caualcan.dec.44.
num.50.lib.1.Verall.dec.183.num.2.& ſeq p.1
Rot.poſt Pacific.de Saluian.interd.dec.285.n.4.
verſ.quinimò, & num.ſeq.*

2 Neque prædictis omnibus aduerſantur la-
tiſſimè deducta per *Larr.allegat.fiſcal.17. &
trib.ſeqq.tom.1.* cuius dicta procedere poſsūt,
quoties in facto Principis locatoris publica
verſatur vtilitas, quauis culpa omninò ſemo-
ta; cum tunc potiùs factum dici debeat ne-
ceſſarium.

Secus verò, quando, prout in themate, de
quo eſt ſermo, ſatis ſuperque conſtat, impe-
dimentum præſtitum Conductoribus ſuper
conuenta ſalium conſignatione proceſſiſſe
á facto omninò voluntario ipſiusmet Fiſci
locatoris, quo caſu eò fortiùs ab eiſdem con-
ductoribus peti poteſt refectio omnium dam-
3 norum, & intereſſe, etiam ratione lucri amiſ-
ſi, vt in ſpecie impedimenti á Principe loca-
tore præſtiti, optimè firmant *Soccin.conſ.156
lib.2.Venturin.conſ.15.num.9.& ſeq Camill.de
Medic.conſ.23.Eugen.conſ.50. numer.58. lib.1.*
Hieron.*Phantaſman.de locat.& conduct.q.14.
num.15. & per tot.* vbi exactè confutat *Surd.*
contrarium tenentem, latè *Caſtill. lib.3.con-
trou.cap.3.num.26.& ſeq.et num.39.* Thor.*in
compend.deciſ.tom.1.* verbo *remiſſio mercedis,
fol.462.et tom.3.*verbo *conductor alicuius Do-
banæ fol.193.Cardin.de Luca de Regul.diſc.65.
num.20.et diſc.134. num.12. Rot.poſt Pacific.
de Saluian.*Interd.*d.dec.265.n.4.et 5.*

Idque in re, de qua eſt ſermo, fortiùs am-
plectendum; cum certò certius ſit, conducto-
rem in conductione Dohanarum, præ cæteris
corporibus in locatione contentis calculaſſe
pretium ſalis conuenti in ſingulos annos uē-
dendi, huiuſque certi, & determinati lucri in-
tuitu ſe obligaſſe ad mercedem ſtatutam,
ex quo locū ſibi vindicat recepta Iuris diſpo-
4 ſitio, vt, quoties ex qualitate perſonarum,
vel negotij deprehenditur, contrahentes ali-
quo modo cogitaſſe, nedum intereſſe intrin-
ſecum; ſed etiam extrinſecum, eius etiam ra-
tio ſit habenda, quo caſu limitari definitio-
nem celebris *text. in l.ſi ſterilem, §.cum per
venditorem, ff.de action. empt.* etiam reſpectu
intereſſe extrinſeci, egregiè firmat doctiſſi-
mus *Barboſ.*videndus in *l.5.num.32. verſ.indè
infertur, et duob.ſeqq.ff.ſolut.matrim. Mudeus
in tit.de action.empt.cap.vlt.num.26.Balduin.de
re iudic.col.3.circa fin.*

Prædictis omnibus ad confirmationem
ea accedat animaduerſio, vt cum in Capitu-
lis locationis expreſsè reperiatur cautum, ut
ſal, certo tempore, & loco, per Reuerendam
Cameram tradatur, ex hac loci, uel tempo-
ris adiectione Iure optimo prætendere poſ-
ſunt conductores, nedum intereſſe intrinſe-
cum, hoc eſt ipſam ſalis æſtimationem, quód
ex hactenus deductis eſſe omninó extra con-
trouerſiam exiſtimo; ſed etiam intereſſe ex-
trinſecum; proximum tamen, & immediatū,
5 non autem remotum, longèque quæſitum;
uidetur enim inter contrahentes de intereſſe
etiam extrinſeco, ſaltem in genere cogitatū,
eò ipſo, quòd locus, uel tempus eſt additum;
Cur enim tempus, uel locus promiſſioni adij-
citur, niſi, ut loci, temporiſque ratio habea-
tur, eorumdemque utilitas æſtimari ualeat;
& in hac ſpecie, ſtante præfixione loci, uel
temporis, etiam reſpectu intereſſe extrinſeci
limitari diſpoſitionem *dict.leg.ſi ſterilem, §.cū
per venditorem, ff.de action.empt.* egregiè fir-
mant *Cuiac.ad African.tract.3.col.3.* ſubij-
ciens adiectionem loci, uel temporis inijcere

Iu-

Digitized by Google

Iudici arbitrium æſtimandæ utilitatis loci,
uel temporis ſtatuti non obſeruati, *Iacob.Renald. in l.vnic. Cod.de ſent. quæ pro eo, cap.6.*
verſ. & quod quando agitur, fol.136. Anton.
Fab.de error.Pragmatic.decad.17.cap.9. nu.8.
& decad.19.cap.1. optimè, præ cæteris, eruditiſſimus *Leotard.de vſur. quæſt.96. num.37.*
& ſeq. approbans in hoc caſu ſententiam
Barboſ. ſuperiùs laudatam in *dict.l.5.num.32.*
ff.ſolut.matrim. Ant.Fumeus lib.de eo, quod intereſt, cap.3. num.36. quinimò idem *Leotard.*
loco proximè adducto rectè aduertit ex *Iacob.de Beluiſ.in l.1.Cod.de ſent.quæ pro eo,* ibique *Renald.cap.6. verſic.tertiò limitatur*, hac
ratione conciliari poſſe acerrimam multorum Iurium antinomiam, quæ in hac materia
Interpretum rigidè torquet ingenia; nam, ſi
6 certa die, vel loco vinum, ſiue frumentum
tradi debuerit, utilitas omnis actoris venier,
etiam extra rem, ut ſi damnum paſſus ſit, vel
amiſerit lucrum ob rem, ſtatuto tempore, &
loco non traditam, & in hac ſpecie ſibi locum
vindicare diſpoſitionem *text. in l.nummis, ff.*
de in lit.iurand.& in l.vlt.§.vlt. ff.de eo, quod cert.loc.

7 Si verò, neque dies, neque locus interuenerit, lucri ceſſantis, damnique emergentis
ratio nulla habenda ſit, & in hoc caſu intelligenda Iura in *l.vlt.ff.de peric. & commod. rei*
empt.vel vendit.& in dict.l.ſi ſterilem, § cum
per venditorem, ff.de action.empt. in quibus iuribus, neque dies, neque locus legitur adiectus, ſi rectè expendantur, eamdemque Iurium prædictorum conciliationem affert idē
Leotard.de vſur.q.71.n.10.& ſeq.

Circa hanc eamdem materiam ſuper intereſſe extrinſeco in alia etiam cauſa firmaui,
quòd de locatione, quæ ex aduerſo dicebatur
inobſeruata, nulla prorsùs ſit habenda ratio,
cum non fuerit facta á noſtro Principali generali Dohanarum conductore; ſed ab eius
nummulario, ad cuius officium nullatenus
locationes bonorum pertinent, abſolutumq;
8 ſit Iuris principium, quòd quis rem alienam
locare non valeat ſine ſpeciali mandato, *gloſ.*
in l.1.in fin. verbo, *& per literas, ff.de contrah.*
empt.Caroc.de locat.tit. de locat.per Procurat.
quæſt.2.num.40.& num.72.& ſeq.fol.74.Gratian.cap.752 num.11.& ſeq. Brognin.deciſ.45.
9 *num.22.part.1.* Adeòut, neque etiam ſufficiat
mandatum ad exigendum penſiones, quia talis Procurator non poteſt locare, *Roman.conſil.461.num.5.*

10 Neque releuat epiſtola producta, cum non
exprimat à quo, & quomodò eſſet facta locatio, ideòque potuit credere, fuiſſe factam à
Miniſtro generali Dohanarum, neque probat
ſcientiam pactorum; itaut poſſit dici, noſtrū
principalem fuiſſe certum de omnibus qualitatibus, prout præcisè requiri in terminis ratificandæ locationis tradunt *Surd. conſ.183.*
num.32.& ſeq.lib.2. Ger.Spin.conſ.36. nu.27.
& ſeq.Gratian dict.cap.752. num.16. & ſeqq.

11 Regulare enim eſt ad effectum, ut geſta per
Miniſtrum ultra mandatum ratificentur, debeat probari ſcientia præciſa exceſſus, *Dec.*
conſil.437.num.3. Surd.conſ.104. num.35. &
ſeqq.& conſ.49. num.33. & ſeqq. Socein.Iun.
conſ.59.num.6. & ſeq.lib.1. Honded.*conſ.96.*
num.31.lib.1.Becc.conſ.37. num.23.& ſeq. &
conſ.118.num.37.Gabr.conſ.146.num.14.lib.1.
Cyriac. *controu.278. num.60. ad med.& ſeqq.*
Card.*Caualer.dec.612.n.28.*

12 Quò uerò ad prætenſum intereſſe, cum illud in duplici ſpecie iura conſtituant, intrinſecum, nempè, quod ex ipſa re immediatè
prouenit; extrinſecum uerò, quod extra rem
ſe habet; de hoc extrinſeco nulla prorsùs eſt
habenda ratio, prout eſt *text. in l.ſi ſterilem*
22.aliás 21.*§.cum per venditorem, ff.de action.*
empt. in quo reperitur ſancitum, quòd, ſi ob
id, quòd uenditor non tradiderit triticum
ſeruus fame perierit, ſerui æſtimatio non debeatur, ſed tantùm habeatur ratio pretij quā-
tiplurimi ipſius tritici, ſi illud à die moræ creuerit, idemque intereſſe extrinſecum uerſatur circà eſtimationem utilitatis non habitæ
culpa alterius extra rem, putà in libro non
tradito Scolari, qui, ſi fuiſſet traditus, alter
Bartolus euaſiſſet, rurſus in ſeruo hærede inſtituto ante hæreditatem aditam occiſo, prout declarando, *text.in dict.l.ſi ſterilem, § cum*
per venditorem, latè, præ cæteris, exornat
Rebuff. in l.vnica, Cod. de ſentent. quæ pro eo,
quòd inter.gloſ.1.à num.149.& ſeqq.fol.174.

13 His igitur præmiſſis, quæ in Iure ſunt abſolutiſſima, abſque dubio uerſamur in ſecundo membro diſtinctionis, quia quòd Sues nō
fuerint impinguati ob paſcua non tradita,
aliaque concernentia lucrum tantùm, utpotè
intereſſe omninò extrinſecum, non deberi in
præciſis terminis optimè firmat *Eſcobar.de*
ratiocin.cap.15.num.14. verſ.ſi autem Vaſſallus, & num.15. rectèque conferunt deducta
per *Rebuff.* loco proximè allegato *num.149.*
verſic. extrinſeco, qui ponit exemplum de
Ouili non ædificato, propter quòd Oues hyemali tempore perierint.

14 Præcipuè, quia probandum eſſet concludenter, quòd aduerſarius intereſſe petitum
teuera percepiſſet, aliàs euentuale non debetur, prout eſt *text.in l.quemadmodùm 29.*
§.item labeo, ff.ad l.Aquil. in quo reperitur
ſancitum, quòd, ſi Nauigantes damnum dederint in retibus piſcatorum, teneantur ad
illud reficiendum; non tamen ad piſcium
æſtimationē, quia non dum capti fuerant, incertumque erat, an caperentur, & tradunt
Rimin.Iun.conſ 218.nu.103. Burſatt.conſ.453.
num.34. verſ.attamen, Honded.*conſil.50. numer.30.lib.1. Cyriac.controu.540.n.34.*

15 Neque in contrarium meretur allegari
Eſco-

Digitized by Google

*Eſcobar. de ratiocin. dict. cap.15. num.*14. ibi enim huiuſmodi adhibet diſtinctionem, quód aut agitur de damno in grege ipſo, quia, nempè, fuerit deterioratus propter paſcua, quæ inuenire debuit, & ſit intereſſe intrinſecum; ſecus aſſerens, ſi non fuit ſaginatus, nam non debet audiri hoc petens, cum ſit intereſſe omninò extrinſecum, igitur de animalibus mortuis non tenetur Dohanerius, quia diſpoſitio *text. in dict. l. ſi ſterilem, §. cum per venditorem. ff. de action. empt.* eſt nimis clara, neque poteſt cauillari, neque de non ſaginatis Suibus, ex prædictis allegationibus.

16 Culpa uerò in non tradendis paſcuis nullo Iure potuit dici ordinata ad caſum; ut enim talis ſit, præciſè requiritur, quòd eo fine ſit commiſſa, ut caſus eueniat; alioquin ad caſum non poteſt dici ordinata, *Becc. conſil.* 214. *nu.* 14. *& ſeq.*

ARGVMENTVM.

Pactum addictionis in diem, an, & quandò dicatur adeſſe in contractu Venditionis, ſiue locationis, eiuſdemque pacti exercitio eueniente, an Emptor, ſiue Conductor teneatur fructus, medio tempore, percæptos, venditori, ſiue locatori reſtituere; Ad Intellectum Iurium in *l. 2. & l. item quod dictum eſt, & l. Imperator, ff. de in diem addict.* Quorum antinomia conciliatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quoties eſt initum, vt, meliore conditione allata, ab emptione, vel locatione diſcedatur, vel, vt res ſit inempta, vel quòd venditio, ſeu locatio non valeat, hoc caſu emptor, & vſucapit, & fructus, acceſſioneſque lucratur.*

Ea potiſſimùm ratione, quia venditio eſt pura, & à principio perfecta, reſoluenda tamen ſub conditione melioris oblationis.

2 *Præcipuè, quando reſolutio contractus non eſt concepta verbis directis; ſed potiùs obliquis factum hominis requirentibus pro reſolutione, adueniente conditione, vel tempore.*

3 *Emptio, venditio, ſeu alius contractus, quando non eſt conditionalis, Dominium in emptorem, ſeu alium contrahentem transfertur.*

4 *Dominium ipſo Iure non retrotrahitur, non exiſtentibus verbis directis.*

Ideòque competit tantummodò actio perſonalis pro reſciſſione contractus; non autem reiuindicatio, aut alia actio realis, in qua fructus acceſſoriè venire poſſunt.

5 *Pactum de retrouendendo, quoties eſt verbis obliquis conceptum, non ſunt reſtituendi fructus per emptorem percepti.*

6 *Debitor poſt ſubhaſtationem, & adiudicationem, ſi velit illam reſoluere, in vim oblationis & ſolutionis debiti, non recuperat fructus, medio tempore, perceptos.*

7 *Contractus dicitur ab initio conditionalis, putà quia fuerit conuentum, vt perficiatur venditio, ſiue locatio,* niſi melior conditio afferatur *vel, ſi verba ſunt ſuſpenſiua futuri temporis, vel aliàs de præſenti non diſponunt, veluti, quia fuerit dictum,* niſi alius offerat meliorem conditionem, rem tibi pro centum vendam.

8 *Prædictæ conditiones ſuſpenſiuæ præſupponunt, contractum ab initio eſſe imperfectum, quòdque ſit perficiendus, conditione eueniente.*

9 *Ideòque fructus, medio tempore percepti ab emptore reſtitui debent venditori.*

10 *In hoc caſu intelligenda Iura,* in l. item quod dictum eſt, & in l. Imperator, ff. de in diem addict. *decernentia, fructus eſſe reſtituendos Venditori, meliori conditione oblata.*

11 *Venditio, quando dicatur pura ab initio; licet ſub conditione melioris oblationis reſoluenda, & quando dici debeat ab initio conditionalis, & ſuſpenſiua.*

12 *Locatio dicitur concepta ſub conditione ab initio ſuſpenſiua, quando res fuit locata, niſi alius meliorem offerat conditionem.*

Dicitur autem pura, & perfecta; quoties legitur purè facta cum conuentione, vt damna ex quocumque caſu fortuito cedere debeant damno conductorum, reſoluenda tamen ſub conditione, ſi melior fuerit allata oblatio.

13 *Reſolui non poteſt, quod in rerum natura exiſtere non dicitur.*

14 *Venditio non eſt in ſuſpenſo quò ad eſſe ſuum, licet ſit in ſuſpenſo quo ad reſolutionem ex ſubſequentibus verbis,* Niſi aliud maius pretium offeratur.

15 *Affertur egregia diſtinctio* Baldi *aſſerentis, quòd vbi verba ſapiunt contractum, dicitur conditionalis, vbi ſapiunt diſtractum, eſt purus, reſoluendus ſub conditione.*

16 *Conditio, quando dicatur reſpicere diſceſſum à contractu, illumque habere pro perfecto.*

17 *Pactum addictionis in diem non dicitur adeſſe in locatione, quoties tantummodò eſt conuentum, quòd, reperta meliori oblatione, poſſit alteri res locari, neque adſint aliqua verba reſolutiua, ſiue reuerſiua bonorum locatorum.*

CAPVT CXXIII.

NVLLO Iure ſubſiſtit prætentio Eminentiſſimi Ginetti, quòd Domini de Faluis conductores Abbatiæ teneãtur reſtituere fructus iam collectos in primo anno, ſtante meliori oblatione reperta, in vim prætenſi pacti addictionis in diem conuenti in Inſtrumento locationis per hæc ipſiſſima verba.

Item conuengono per patto eſpreſſo, in caſo, che detto Eminentiſſimo Cardinale, durante detto affitto, trouaſſe maggior offerta di detto annuo affitto di ſcudi 900. *come ſopra, poſſa, e le ſia lecito darlo à chi li fà maggior offerta, e miglior conditione, non oſtante il preſente Iſtromento.*

In

In hoc enim articulo, an emptor, ſiue
conductor, ſtante pacto addictionis in diem,
teneatur venditori, ſiue locatori fructus iam
perceptos reſtituere, ad tollenda æquiuoca,
ob Iura à nonnullis malè intellecta, duos ca-
ſus eſſe deſtinguendos exiſtimo.

Aut enim hoc actum eſt, vt meliori allata
conditione, ab emptione, uel locatione di-
1 ſcedatur, vel, vt res ſit inempta, vel quód uen-
ditio oon ualeat, & hoc caſu, cum uenditio
ſit pura, & à principio perfecta, reſoluenda
tamen ſub conditione melioris oblationis,
abſque dubio emptor, & uſucapit, & fructus;
acceſſioneſque lucratur, prout eſt *tex.* apertiſ-
ſimus in *l.2.ff.de in diem addict.* ibi: *Hunc, cui
res in diem addicta eſt, & vſucapere poſſe, &
fructus, & acceſſiones lucrati, & periculum ad
eum pertinere, ſi res interierit.*

Idemque in terminis firmant *Tiraquell. in
l. ſi vnquàm,* uerbo *reuertatur num.283. Cod. de
reuoc. donat. Couarr. lib.3. var. cap.9 num.1. verſ.
verùm ſi rem iſtam, Aman. de clar. aqu. ſingular.
125. Coſta de ration. rat. quæſt. 129. nu.16. Scacc.
de commerc. & camb. §.1. quæſt.1. numer.485.*
egregiè, præ cæteris, eruditiſſimus *Hermoſill. ad
Gregor. Lop. l. 40. tit.5. part.5. num.16. fol 189.*
qui pro hac ſententia allegat *Vaſq. & Oſuald.
ad Donell. enucleatum Capon. de pact. & ſtipu-
lat. diſp.10. quæſt.7. num.35. Caldaſ. de empt. &
vedit. cap.28. num.26. & duob. ſeqq. Trentacinq.
var. reſol. tit. de donat. reſol.4. ſub num.13. Larr.
dec. Granat. 83. num.4.*

2 Quæ cõcluſio ſine ulla difficultate procedit,
quando reſolutio contractus non eſt conce-
pta uerbis directis; ita ut fieri debeat ipſo Iu-
re, ſed uerbis obliquis, factumque hominis
requirentibus pro reſolutione facienda, ad-
ueniente conditione, ſeu tempore, *Leſſ. de
Iuſtit. & Iur. lib.2. cap.21. dub.15 ſub num.124.
verſ. ſi verò hoc pactum, cum ſeq. Filiuc. oper.
moral. tract.35. cap.8. ſub num.167 & ſeq. Rot.
dec.21. num.8. penes Poſt. de ſubbaſt.*

3 Idque ea potiſſimum ratione, quia tunc
propriè, quando emptio, & uenditio, locatio,
ſeu alius contractus non eſt conditionalis,
Dominium in emptorem, ſeu alium contra-
hentem transfertur, iuxta *text. in dict. leg.2.
ff. de in diem addict. Tiraquell. in dict. l ſi vn-
quàm,* uerbo *reuertatur ſub num.283. verſ. nam
4 cum interim*; cumque dominium ipſo Iure
non retrotrahatur, non exiſtentibus uerbis
directis, competit tantùmmodò actio perſo-
nalis pro reſciſſione contractus; non autem
rei uindicatio, aut alia realis, in qua fructus
acceſſoriè uenire poſſint.

5 Prout in ſimili uidemus in pacto de retro-
uendendo, potiſſimùm uerbis obliquis con-
cepto, in quo non ſunt reſtituẽdi fructus per-
cepti per emptorem, *Tiraquell. de retract. con-
uent. §.5. gloſ.2. num.1. & duob. ſeqq. Cardinal.
Mantic. de tacit. lib.4. tit.32. num.99. Hermoſill.
ad Gregor. Lop. tit.5. lib.42. gl.9. num.2. Giurb.
ad Conſuetud. Meſſan. cap.10. gloſ.10. num.15.
verſ. primus eſt caſus.*

6 Ita etiam ſi debitor poſt ſubhaſtationem,
& adiudicationem uelit, in uim oblationis,
& ſolutionis debiti illam reſoluere, non re-
cuperat fructus, medio tempore perceptos
ab eo, cui bona fuerunt adiudicata, *Coſt. de
ration. rat. quæſt.65. num.3.* quem refert, & ſe-
quitur *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.55. in fin. verſ.
verùm quando debitor.*

7 Si uerò contractus ab initio ſuit conditio-
nalis, putà, quia fuerit conuentum, ut perfi-
ciatur uenditio, ſiue locatio, *niſi melior con-
ditio afferatur*, uel ſi uerba ſint ſuſpenſiua
temporis futuri, uel aliàs de præſenti non
diſponant, ueluti, quia fuerit dictum, *niſi
alius offerat infra menſem meliorem conditio-
nem, rem tibi pro centum vendam*; & in hoc
8 ſecundo caſu, cum contractus fuerit celebra-
tus ſub conditione ſuſpenſiua, quæ præſuppo-
nit eumdem contractum ab initio, quo con-
fectus eſt, imperfectum eſſe, ſed perficiendũ,
eueniente conditione, iuxtà diſtinctionem
caſuum, de quibus poſt *Gloſ.* ab omnibus re-
ceptam in *dict. l.2.* uerbo *conditionalis, ff. de in
diem addict.* latè, & egregiè *Menoch. conſ.388.
num.17. & duob. ſeqq. lib.4. Caſtill. lib.5. con-
trou. cap.109. num.4. verſic. conditio verò*; &
9 tunc fructus, medio tempore, percepti per em-
ptorem reſtitui debent uenditori, ut diſponit
text. in dict. l.2. ff. de in diem addit. ibi: *Sin au-
tem hoc actum eſt, vt perficiatur emptio, niſi
melior conditio afferatur, erit emptio conditio-
nalis*, & conſonat alter *text. in l. vbi autem cõ-
ditionalis 4. ff eod. tit.* ibi: *Vbi autem conditiona-
lis venditio eſt, negat Pomponius, vſucapere
eum poſſe, nec fructus ad eum pertinere*, & in
10 his terminis uenditionis ab initio conceptæ
ſub conditione ſuſpenſiua, intelligenda ſunt
Iura ex aduerſo allegata in *l. item quod dictum
eſt, & in l. Imperator, ff. de in diem addict.* de-
cernentia, fructus reſtituendos eſſe uendito-
ri, meliori oblata conditione, ut in ſpecie
poſt *Couarr. var. reſol. lib.3. dict. cap.9. num.1.*
egregiè, præ cæteris diſtinguit utrumque ca-
ſum *Hermoſill. ad Gregor. Lop. dict. l.40. tit.5.
part.5. num.16. tom.2.* aduertens, quòd Iura
in *dict. l. item quod dictum eſt, & in d. l. Impera-
tor,* Doctoreſque aſſerentes, emptorem tene-
ri ad fructuum reſtitutionem, intelligi debeãt
in hoc ſecundo caſu; quando, nempè, uendi-
tio non fuit pura ab initio, reſoluenda tamen
ſub conditione melioris oblationis; ſed po-
tiùs ſimpliciter conditionalis, & omninò im-
perfecta à principio, utpotè concepta ſub
conditione ſuſpenſiua, *Capon. de pact. & ſti-
pulat dict. quæſt.7. num.35. Cald. de empt. &
vendit. dict. cap.28. num.26. Scacc. de commerc.
& camb. dict. §.1. quæſt.1. num.484. & ſeq.* &
generaliter *Menoch. dict. conſ.388. num.17. &
duob.*

Digitized by Google

duob. ſeqq. lib.4. Caſtill.dict. lib.5. controu.
cap.109. numer. 4. verſ.conditio verò, rectè
11 explicantes, quando uenditio dicatur pu-
ra à principio, licèt ſub conditione me-
lioris oblationis reſoluenda, & quando
dici debeat ab initio conditionalis, & ſuſpen-
ſiua.

Hac igitur receptiſſima diſtinctione præ-
miſſa, abſque dubio uerſamur in primo mē-
bro diſtinctionis, quo inſpecto, ex allegatis
fructus nullatenus reſtitui debent locatori,
meliori conditione eidem oblata; non enim
legitur concepta locatio ſub conditione ab
12 initio ſuſpenſiua, putá, quia res fuerit loca-
ta, niſi alius meliorem offerat conditionem;
ſed potiùs eadem locatio fuit à principio pu-
ra, & perfecta, quámuis ex pacto addictio-
nis in diem reſoluenda, ſtante meliori obla-
tione, prout apertiſſimè colligitur, inſpecto
toto tenore inſtrumenti, cum priùs legatur
purè locata Abbatia, cum ſpeciali conuen-
tione, ut omnia damna ex quocumque caſu
fortuito prouenientia, etiam belli, & peſtis
cedere debeāt damno conductorum, & deindè
fuerit conuenta reſolutio eiuſdem locatio-
nis, ſi melior oblatio fuerit allata, ideòque
contractus ab initio dici debet perfectus, &
purus, cum conditio melioris oblationis non
reſpiciat perfectionem, ſed potiùs diſceſſum
ab eodem contractu, perpenſis uerbis prædi-
cti pacti, ibi: *In caſo, che detto Eminentiſſimo
Signor Cardinale durante detto affitto trouaſſe
maggior offerta di detto annuo affitto di ſcudi
900. come ſopra, poſſa, e le ſia lecito darlo à
chi li fà maggior offerta, e miglior conditione,
non oſtante il preſente iſtromento*; niſi enim lo-
catio diceretur perfecta, nō poſſet dici, quòd
ſit licitum locatori in caſu melioris oblatio-
nis factæ, durante affictu, alteri rem locare,
13 non obſtante inſtrumento, quia quod non
eſt, reſolui non poteſt, *l.nam & ſi ſub condi-
tione, § poſt defectum, ff.de iniuſt. rupt. teſtam.*
idemque in ſpecie decernit *text. in dict.leg.2.
ff.de in diem addict.* ibi: *Nam ſiquidem hoc actū
eſt, vt meliore allata conditione ab emptione di-
ſcedatur, erit pura emptio, quæ ſub conditione
reſoluetur*, ibique *Gloſ.* ſingularis uerbo *con-
ditionalis, verſ.ſed ſi dicat*, optimè aduertens,
quòd, ubi fuit dictum: *Vendo, vel ſit tibi em-
pta res, niſi alius meliorem conditionem offe-*
14 *rat*, ſtatim ex prędictis uerbis præſentis tem-
poris perficiatur emptio, quod enim de præ-
ſenti eſt, uel de præterito, non eſt in ſuſpen-
ſo, quò ad eſſe ſuum, eſt tamen in ſuſpenſo,
quò ad reſolutionem, quæ inducitur uerbis
ſequentibus, niſi alius maius pretium offerat
Bald.in dict.l.2.ff.de in diem addict. egregiè ex
more aſſerens, quòd ubi uerba ſapiunt con-
15 tractum, redditur conditionalis, ubi uerò
ſapiunt diſtractum, eſt purus, reſoluendus
ſub conditione, optimè *Menoch. d.conſ.388.*
num.17.& ſeq.lib.4. ubi in terminis poſt *Gloſ.
in dict.leg.2.* uerbo *conditionalis, ff.de in diem*
16 *addict.* alioſque plures allegatos, quód con-
ditio dicatur reſpicere diſceſſum à contra-
ctu, illumque habere pro perfecto; quando
ita dictum eſt: *Vendo tibi fundum pretio cen-
tum, hoc pacto, quòd, ſi maius pretium, atque
ita melior conditio mihi ab alio offeratur, ven-
ditio hæc non valeat*; Vel, ſi dictum eſſet, ut,
meliore conditione allata, res inempta ſit; Vel
*fundus ſit tibi emptus, niſi alius maius pretium
offerat, Surd.conſil.268.num.55.& ſeq. Negu-
ſant.de pignor.part.4.num.37.in fin. verſ.& pro
prædictorum, Caſtill.dict.lib.5.contr.cap.109.
num.4.*

17 Cæterùm ſublata remanet quælibet diffi-
cultas, quia pactum reuera non eſt addictio-
nis in diem; continet enim ſolùm, quòd loca-
tor, reperta meliori oblatione, poſſit alteri
locare, neq; habet aliqua uerba reſolutiua
contractus, aut reuerſiua bonorum ad loca-
torem, ſeu, quòd locatio habeatur pro non
facta, iuxta exempla allata per *Cardin. Man-
tic.de tacit. lib.4. tit.28. num.13.* prout requi-
ritur ad effectum pacti addictionis in diem,
& ut contractus reſoluatur ab initio, bona-
que retro transferantur, *Gabr.conſ.66.n.5.&
ſeq.lib.1.*

ARGVMENTVM.

Penſiones prædiorum locatorum inexactæ, quorum dies ſolutionis ceſſerat poſt obitum Beneficiati, licèt fructus fuerint per conductores percepti, & à ſolo ſeparati, viuente eodem Beneficiato, an pertineant ad hæredes eiuſdem, vel potiùs ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam, ſiue ſpoliorum Subcollectorem.

De Motu proprio, ſeu Indulto S. M. Clementis IX. edito pro Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium, in quo Summus Pontifex facultates teſtandi Cardinalibus impartitas, extendit etiam ad fructus naturales Beneficij inconſumptos, & incommixtos, dummodò à ſolo, in quo ſunt producti, legitimè iuxta rei naturam fuerint ſublati, & à manibus quorumcumque Colonorum, vel aliorum quorumcumque debitorum percepti, nec non etiam ad fructus ciuiles.

Reprobatur intellectus datus per Fiſcum Apoſtolicum eidem Indulto, quòd perceptio fructuum demandata in illis verbis *per illos erunt percepti* referri debeat

Digitized by Google

ad Cardinales locatores; non autem ad conductores, & pluribus argumentis oſtenditur, pernecesſè referenda eſſe etiam ad conductores.

SVMMARIVM.

1 Status præſentis controuerſiæ.

2 De motu proprio, ſeu Indulto S. M. Clementis IX. edito pro Cardinalium Collegio circa facultatem teſtandi, de quo in argumento.

3 Indultum tantummodò reſpicit ſimplicem perceptionem fructuum Beneficij, illorumque ſeparationem à ſolo, tamquàm cauſam illorum productiuam; itaut deſierint eſſe Eccleſiaſtici, & euaſerint prophani,

4 Fructus Beneficij ad effectum euitandi Spolium habentur pro exactis, quoties à Conductore fuerunt percepti, adhuc è viuis non erepto Beneficiaeo locatore, licèt antequàm ceſſerit dies ſolutionis idem Beneficiatus locator deceſſerit.

5 Fructuum ſeparatio à ſolo potiſſimùm in huiuſmodi materia eſt inſpicienda; itaut verificetur requiſitum abdicationis Dominij ab Eccleſia, & traaslationis ia priuatum Dominium Conductoris, viuente adhuc Beneficiato locatore.

6 Penſio debetur reſignanti; non autem reſignatario, quoties, reſignationis tempore, fructus repertebantur à ſolo ſeparati.

Idque, etiam ſi bona eſſent locata, dieſque ſolutionis non adhuc ceſſerit, quia ſatis eſt, quòd fructus, quorum cauſa erat facienda ſolutio, tempore reſignationis, eſſent collecti per Conductorem.

7 Eademque diſtinctio adhibenda in fructibus diuidendis inter hæredes vſufructuarij, & Proprietarium finito vſufructu.

8 Vel inter coniuges, eorumque hæredes eueniente caſu reſtituendæ dotis.

9 Bulla S. M. Iulij III. 7. in ordine determinat, fructus inexactos ſpectare ad ſucceſſorem in Beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, non data ſeparatione eorumdem fructuum à ſolo, & commixtione, & incorporatione cum bonis Beneficiati.

10 Beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario; poſt mortem verò aſſimilatur vſuario.

11 Indultum S. M. Clementis IX. ampliat facultatem teſtandi conceſſam Cardinalibus, etiam ad terminos locationum, dummodò fructus per Conductores fuerint percepti, & à ſolo ſeparati.

12 Lex, quando eſt clara, non eſt opus aggredi diſputationes, neque confugere ad diuinatorios, & omninò extraneos Intellectus.

13 Poſt Indultum Clementis IX. fructus per conductores percepti, & à ſolo ſeparati, viuente Beneficiato locatore, non cadunt ſub ſpolio Cardinalium, licèt merces conuenta pro locatione non dum fuerit ſoluta.

14 Reprobatur intellectus prædicto Indulto datus à Cameralibus, quòd perceptio fructuum demandata in verbis eiuſdem Indulti, ibi: per illos erunt percepti, referri debeat ad Cadinales locatores, non autem ad Conductores, & num ſeqq.

15 Relatio fieri debet ad proxima; non autem ad remota.

16 Stante potiſſimùm dictione Illi.

17 Indultum Pontificis non eſt preſumendum eluſorium.

18 Debitum, & exactum ſibi inuicem aduerſantur.

19 Merces locationis non debetur; niſi poſt fructus per Conductorem collectos.

20 Non eſt præſumenda anticipata ſolutio mercedis pro locatione.

21 Lex adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt.

22 Clauſula, modo quo ſupra, inducit repetitionem præcedentium in ſequentibus cum omnibus ſuis qualitatibus.

Ineellige, vt num. 26.

23 Dictio, etiam, includit caſum magis dubitabilem, illumque ampliat cum omnibus qualitutibus expreſſis in caſu præcedenti.

24 Dictio, etiam, eſt extenſiua, & augmentatiua.

25 Fructus, quando non ſunt percepti dici debent bona Eccleſiaſtica, vtpotè continuantia in Eccleſię Dominio, ſecus verò, quando ſunt ſeparati à ſolo; tunc enim deſinunt eſſe Eccleſiaſtici.

26 Clauſula, modo quo, ſupra repetit quidem præcedentia, ſed iuxta congruitatem materię.

27 Indultum, ſiue Priuilegium conceſſum per Pontificem Ampliſſimo Cardinalium Collegio eſt latiſſimè interpretandum, licet verba ſint alioquin dubia.

CAPVT CXXIV.

SVPPOSITA reali perceptione fructuum Beneficij facta à Conductoribus, eorumdemque ſeparatione à ſolo locato, adhuc uiuente Clar. Mem. Card. Ginetto, queſtio eſt, an termini locationum prædio-
1 rum inexacti, quorum ſolutio ceſſerat poſt obitum eiuſdem Cardinalis, pertineant ad illius hæredes, uel potiùs ad Reuerendam Cameram, ſiue Subcollectorem Spoliorum.

Huiuſmodi controuerſiam fauore Hæredum, meo iudicio, ad literam dirimit clara
2 diſpoſitio Motus proprij, ſeu Indulti S. M. Clementis IX. editi pro Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium, in quo Summus Pontifex facultates teſtandi Cardinalibus impartitas extendit, etiam ad fructus naturales Beneficij inconſumptos, & incommixtos; dummodò à ſolo, in quo ſunt producti, legitimè iuxta rei naturam fuerint ſublati, & à manibus Colonorum, uel aliorum quorumcumque debitorum percepti, nec non etiam ad fructus ciuiles; ſi tamen, poſtquàm dies ſolutionis aduenerit, fuerint per quoſcumque debitores quomodolibet perſoluti, & ad manus Cardinalium, uel ad eorum Miniſtros peruenerint, ſeu de eis in aliquo loco publico ad eorum creditum fuerit factum depoſitum, & demum ampliando diſpoſitionem, idem ſeruandum eſſe decreuit pro terminis affictus per hæc ipſiſſima uerba.

Quod etiam ſeruari volumus in terminis quomodolibet debitis pro affictibus bonorum, ac Iu-

rium

Digitized by Google

*rium quorumcumque, quos in dictis facultatibus
comprehendi volumus, ac mandamus, ſi, modo
quo ſupra, fructus tàm ciuiles, quàm naturales
conductoribus, & Affictuarijs locati, & con-
ceſſi per illos erunt percepti, quamuis termini
ſolutionum affictuum per locatores fuerint poſti-
cipatè conuenti.*
3 Stante igitur hoc Indulto nõ uidetur, poſſe
in dubium reuocari; quin Pontifex uoluerit
tantummodò reſpicere ad ſimplicem percep-
tionem fructuum Beneficij, illorumque ſepa-
rationem à ſolo, tamquàm cauſam illorum
productiuam; itaut reuera deſierint eſſe Ec-
cleſiaſtici, ſeu de Dominio Eccleſiæ; atque
effecti prophani, quam eſſe potiſſimam ratio-
nem Bullæ Iulij III. 7. in ordine *Bullar. nou.
tom.* 1. etiam in uerbis expreſſam aduertit,
Card. de Luca in Theatr. lib. 12. *de Beneſic. diſc.*
81. *num.* 12. *verſic. quod in verbis*, & *num.* 20.
Nullatenus attento, an eorumdem fructuũ
perceptio immediatè fiat ab ipſomet Ti-
tulari, uel à Conductoribus eius nomine;
cum in hac parte, quò ad caſum percep-
tionis fructuum factæ à Conductoribus in-
dubitanter exiſtimem, quòd Pontifex ad
ampliandas facultates Cardinalium teſtan-
di de fructibus Beneficiorum omninò vo-
luerit dirimere quæſtionem adeò agitatam
inter Doctores, An ad effectum Spolij
fructus Beneficij habeantur pro exactis,
quoties illi à conductoribus fuerunt per-
cepti, adhuc à viuis non erepto Beneficiato
locatore; licèt, antequàm ceſſerit dies ſolutio-
nis affictus, idem locator obierit, confor-
mando ſe cum ſententia grauiſſimorum Vi-
rorum firmantium excluſionem Spolij, ſuper
quo videndi ex recentioribus, *Spad conſ.* 152.
lib. 1. *Vermigliol. conſ.* 491. & latiſſimè *Epiſc.
Sperell. dec.* 82. alijque inferiùs allegandi.
Idque ea potiſſimùm ſatis æqua, ac iuridi-
ca ratione, quia reſpectu locatoris fructus di-
ci debent percepti ex perſona ſui conducto-
ris, qui dicitur Procurator eiuſdem locatoris,
nulla prorsùs habita ratione ad diem, quo af-
fictus ſolutio cedit, quia hæc intelligi debet
appoſita pro maiori commoditate Condu-
ctoris, adeòut termini affictuum ſubrogentur
loco ipſorum fructuum, & de illis idem Iudi-
cium ferri debeat, quod de ipſiſmet fructibus,
4 prout, omiſſis alijs loquentibus in terminis
generalibus, in ſpecie, quòd non cadant ſub
ſpolio penſiones debitæ pro affictibus, quo-
ties fructus per conductores fuerint percepti,
inter viuos adhuc exiſtente Beneficiato loca-
tore; quamuis dies ſolutionis ceſſerit poſt
eiuſdem locatoris obitum, per *text.* ſingula-
rem in *l. defuncta in princip. ff. de vſuſruct.* opti-
mè firmant videndi *Ferrett. conſ.* 118. *num.* 3.
& *ſeq.* & *conſ.* 151. *in fin. num.* 5. *vſque ad fin.
lib.* 1. & *conſ.* 256. *ſub num.* 7. *verſ. neque affi-
ctum, lib.* 2. *Mandoſ. ad Roman. conſ.* 10. *verſ. ve-
ritas*, *Couarr. lib.* 1. *var. cap.* 15. *num.* 12. *circa
med. verſic. ſic etiam ſi agri*, *Hieronym. Mainat.
inter tract. diuerſ. de ſpol. in conſult. de ſpol. ſeu
de fructibus beneficij inexactis*, *num.* 44. *Card.
de Luca de Beneſic. diſc.* 100. *num.* 7. *verſ. quò ad*
5 *primam ſpeciem*, vbi, quòd non ſit inſpicien-
dum, an penſio exacta ſit, vel ne per Benefi-
ciatum locatorem, ſiue, an ceſſerit, vel ne
dies ſolutionis; ſed, an per conductorem
fructus fuerint percepti cum omnimoda ſe-
paratione à ſolo, itaut verificetur requiſitum
abdicationis Dominij ab Eccleſia, & transla-
tionis in priuatum Dominium ipſius condu-
ctoris, viuente adhuc Beneficiato locatore,
Epiſcop. Sperell. dec. 82. *num.* 16. & *duob. ſeqq.
lib.* 1. apud quem cæteri allegantur.
Prout in ſimili idem dicitur in diuiſione
penſionis facienda inter reſignantem, & reſi-
6 gnatarium, quæ debetur reſignanti, quoties
reſignationis tempore fructus reperiebantur
à ſolo ſeparati; idque, etiam ſi bona eſſent lo-
cata, dieſque ſolutionis non dum ceſſiſſet,
quia ſatis eſt, quòd fructus, quorum cauſa
ſolutio eſt facienda, tempore prædicto eſſent
collecti per cõductores, vt in ſpecie poſt plu-
res allegatos, *Lotter. de re beneſic. lib.* 1. *quæſt.*
44. *num.* 32. & *ſeqq. Honded. conſ.* 85. *num.* 2.
& *ſeq. lib.* 2. *Paciſic. de Saluian. inſpect.* 4. *cap.* 1
num. 212. & *ſeq. Card. de Luca de dote diſc.* 160.
num. 38. *verſ. ſed neque*, *Duran. dec.* 448. *nu.* 28.
& *ſeqq. Cardin. Caualer. dec.* 104. *nu.* 5. & *ſeq.
Buratt. deciſ.* 364. *num.* 1. & *duob. ſeqq. Rot. in
rec. dec.* 278. *num.* 1. *p.* 2.
7 Eademque diſtinctio adhibetur in fructi-
bus diuidendis inter hæredes vſufructuarij, &
Proprietarium, vt eſt *text. in dict. l. defuncta*,
ff. de vſufruct. ibique, præ cæteris, *Alber. de
Roſat. Barboſ. in l. diuortio*, 2. *part. num.* 12. &
23. *verſ. vlteriùs quæritur*, *ff. ſolut. matrim. Soc-
cin. conſ.* 42. *num.* 6 *lib* 3. *Caſtr. conſ.* 214. *num.* 2.
lib. 2. *Hippol. Rimin. conſ.* 634. *per tot. lib.* 6. *Ce-
phal. conſ.* 740. *num.* 30. *lib.* 5. *Mandel. conſ.* 939.
num. 3. *lib* 4. *Surd. conſ.* 84. *num.* 4. *Honded. conſ.*
85. *lib.* 2. latè *Caualcan. de vſufr. mulier. relict.
num.* 243. *Caſtill. de vſufruct. cap.* 77. *num.* 20.
& *ſeqq.* benè, & latè alios referens, *Hodiern.
contr.* 4 *num.* 36. & *ſeqq. Peregrin. deciſ.* 83. *n.* 8.
& *dec.* 40. *num.* 2. & *de fideicomm. art.* 49. *n.* 98.
Franc. dec. 168. *num.* 6. ibique *de Luca eodem
numer.*
8 Vel inter Coniuges, eorumque hæredes re-
ſpectiuè, eueniente caſu reſtituendæ dotis,
iuxta terminos *l. diuortio*, ibique, præ cæteris,
latè *Barboſ. ff. ſolut. matrim. Giurb. obſeru.* 14.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. *gloſ.* 2. *num.* 41.
Cephal. conſ. 584. *Honded. conſ.* 85. *num.* 13. &
ſeqq. lib. 2. *Card. de Luca de dote d. diſc.* 160. *nu.*
38. *verſ. vbi verò agimus*.
9 Neque videtur ſubſiſtere contraria ponde-
ratio Fiſci Apoſtolici; quòd, inſpecta diſpo-
ſitione Bullæ Iulij III. prædicta opinio non

poſſit ſubſiſtere, ſiue quia eadem Bulla ex-
preſsè determinet, fructus, & affictus inexa-
ctos ſpectare ad ſucceſſorem in Beneficio, vel
ad Cameram, non data ſeparatione à ſolo, &
commixtione, ſiue incorporatione cum bo-
nis Beneficiati; adeòut de Dominio Eccleſiæ
eſſe deſierint.

10 Siue, quia termini *dict. l. defuncta, ff. de vſu-
fruct.* in qua ſe fundat contraria ſententia,
non rectè applicentur in præſenti themate,
cum Beneficiatus in vita æquiparetur Vſufru-
ctuario; cum tamen moritur, aſſimiletur vſu-
ario, iuxta receptam diſtinctionem *Gloſ. in
cap. præſenti de offic. ordinarij in 6.* ibique *Car-
din. & Barbat. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22.
num 39. Surd.* plurimos congerens, *conſ. 333.
num. 9. & ſeq. lib. 3. Nauarr. de reddit. Eccle-
ſiaſt. quæſt. 3. monit. 2. num. 2. & de Spol. Cleric.
§. 6. num. 4. in 3. notabil. Couarr. in cap. cum in
officij in princip. de teſtam. Bognin. dec. 44. nu. 1.
part. 3. Episc. Sperell. dec. 82 num. 9. Rot. dec. 41.
de probat. in antiq. Cardin. Caualer. dec. 104. n. 7*
& in ſpecialibus terminis dictę Bullę Iulij III.
ſatisfaciendo *dict. leg. defuncta, ff. de vſufruct.*
firmauit *Rot. in Nullius, ſeu Romana Pecunia-
ria 24. Iunij 1593. coram Blanchetto, num. 2. ver-
ſic. non obſtat, quod ſtante locatione, & ſeqq.*
impreſſa penes *Marcheſan. de commiß. part. 1.
fol. 425.* confirmata coram *Penia deciſ. 390.*
iuxta impreſſionem Lugdunenſem, *Card. Se-
raphin. dec. 594 n. 18. verſ. non obſtat, & ſeq.*

Siquidem, licèt reuera opinio ſuperiùs de-
ducta, quamuis in puncto Iuris veriſſima, in-
ſpecta tamen Bulla Iulij III. uon poſſit ſubſi-
11 ſtere; Nihilòminus, cum nouiſſimè ſuperue-
nerit Indultum San. Mem. Clementis IX. indi-
uidualiter dirimens huiuſmodi controuer-
ſiam; ampliando facultates teſtandi conceſ-
ſas Cardinalibus, etiam ad terminos affictuũ,
dummòdo tamen, prout in præſentia, fructus
per conductores fuerint percepti, prout ex
verbis Indulti ſupra relatis.

12 Hinc reſultat, vt, cum lex ſit clara, non
eſt opus aggredi diſputationes, neque confu-
gere ad diuinitarios, & omninò extraneos in-
tellectus *Gloſ. vltim. in l. Ancillæ, Cod. de furt.*
13 *Surd. conſ. 3. num. 6.* prout in terminis, quòd
poſt dictum Indultum Clementis IX. fructus
per conductores iam percepti, & à ſolo ſepa-
rati, viuente Beneficiato locatore, licèt pen-
ſio non dum fuerit ſoluta, non cadant ſub
ſpolio, pro indubitato videtur ſupponere,
*Card. de Luca de benefic. d. diſc. 81. num. 17. verſ.
quò verò.*

14 Satis autem abſonus, atque omninò extra-
neus detegitur intellectus per Camerales tra-
ditus prædicto Indulto, quòd, ſcilicet, perce-
ptio fructuum demandata in illis verbis, ibi:
per illos erunt percepti, referri debeat ad
Cardinales locatores, non autem ad condu-
ctores.

Id enim ad euidentiam aduerſatur, ucdum
notiſſimis regulis Iuris; ſed etiam contextui
verborum, necnon veriſimili voluntati ipſius
Papæ concedentis.

15 Repugnat principijs Iuris, quibus attentis,
cum relatio fieri debeat ad proxima, & ad
perſonas, quæ immediatè, & vltimo loco
fuerunt nominatæ; non autem ad remota,
l. ſi idem, §. fin. vbi optima *Gloſ.* verbo *eorum
ſententia, ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. 1. ff. de legat.
præſtand. Felin. in cap ex parte, num. 28. propè
fin. de reſcript. Socein. Sen. conſ. 252. num. 16. lib.
2. Peregrin. conſ. 38. num. 2. lib. 5. Bardellon. cõ-
ſil. 21. num. 54. Corn. conſ. 295. col. 3. lib. 1. Ruin.
conſ. 170. num. 9. lib. 2. Altograd. conſ. 60. nu. 40
lib. 1. Andreol. controuerſ. 134. numer. 26.
& controuerſ. 306. numer. 6. Rot. diuerſ. de-
ciſ. 666. numer. 1. part. 1. Cardinal. Seraphin.
dec. 606. num. 4. Ludouiſ. dec. 33. num. 3. Merlin.
dec. 525. num. 5. Bich. dec. 603. num. 2. Card. Celſ.
dec. 232. num. 11.*

Ex hoc ſequitur, vt, cum in Indulto imme-
diatè legatur facta mẽtio de conductoribus,
ponderatis verbis, ibi: *Si modo, quo ſupra fru-
ctus, tàm ciuiles, quàm naturales cõductoribus,
& Affictuarijs locati, & conceſſi*, pernecesſè aſ-
ſerendum eſt, vt immediatè ſubſequentia
uerba, ibi: *per illos erunt percepti*, intelligi
omninò debeant de conductoribus immedia-
tè anteà nominatis; non autem de Cardina-
libus, quorum mentio legitur facta in oratio-
ne antecedenti longè ſeparata, & diſtincta,
16 vt præter ſupra allegatos in ſpecie expen-
dendo dictionem, *illos*, aduertit *Gabr. conſil.
126. nu. 5. lib. 2.* vbi etiam, quando oratio re-
gitur ab vnico verbo principali, *Altograd.
conſ. 82. num. 4. lib. 2. Epiſcop. Barboſ. dict. 147.
num. 1.*

Prædicta veró omnia eò fortiùs remanent
17 comprobata; admiſſo enim contrario intel-
lectu; indultum non eſſet verificabile, quini-
mó, quó ad locationes deregeretur ineptum,
& eluſorium, & omninò deſtrueretur totus
verborum contextus, quòd non eſt præſu-
mendum.

Nam, cum loquatur de terminis affictuum
debitis, abſque dubio in illis non eſt verifica-
bilis perceptio, ſeu exactio reſpectu Cardi-
18 nalium, cum exploratiſſimi Iuris ſit, quód
debitum, & exactum ſibi inuicem aduer-
ſentur.

Præcipuè, quia indultum expreſsè ſuppo-
nit, ſolutiones affictuam fuiſſe poſticipatè
conuentas, nempè, poſt fructus à conducto-
ribus perceptos, prout ex clariſſimis uerbis,
ibi: *Quamuis termini ſolutionum affictuum per
locatores fuerint poſticipatè conuenti.*

Neque ſatisfacit replicatio Fiſci Apoſto-
lici, quòd Papa potuerit intelligere de termi-
nis affictuum anticipatè forſan ſolutis, an-
tequàm fructus fuerint percepti, quódque
hæc

hæc ſola ſufficiat poſſibilitas.

Huiuſmodi enim interpretatio repugnat,
19 nedum Iuris præſumptioni, quia inſpecta,
merces locationis non debetur, niſi poſt fru-
ctus recollectos, *Gloſ. & DD. in l. ædem, Cod. lo-
cat. & in l. diuortio in princip. ff. ſolut. matrim.*
benè in proximis terminis, *Buratt. dec. 364.
num 4.* & in ſpecie *Card. de Luca de Beneſic. di-
ſcurſ. 100. num. 7. verſ. vbi firmatur.*

Sed fortius veriſimili menti Pontificis, nō
20 enim eſt præſumendum, voluiſſe cogitare
caſum inſolitum anticipatæ ſolutionis, *Grat.
conſil. 131. num. 8. 11. & 12. lib. 1. Buratt. d. dec.
364. n. 4. & 5. dec. 50. n. 7.*

21 Regulare quippè eſt, vt lex à Principe la-
ta, qualis reputari debet præſens Indultum,
adaptari debeat ad ea, quæ frequentiùs acci-
dunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.*

Sed ſublata remanet quælibet difficultas;
Nam Indultum immediatè ante in fructibus
ciuilibus expreſsè excludit anticipatas ſolu-
tiones, dum illos vult, comprehendi ſub fa-
cultate teſtandi, quatenùs, poſtquàm dies ſo-
lutionis aduenerit, fuerint per debitores ſo-
luti, ibi: *Si verò ciuiles ſint, poſtquam dies ſo-
lutionis aduenerit, fuerint per quoſcumque debi-
tores quomodolibet perſoluti.*

Ideòque, his ſtantibus, cum Pontifex con-
tinuando eamdem orationem, idem ſeruari
mandauerit in terminis affictuum, ibi: *quod
etiam ſeruari volumus in terminis affictuum;*
pernecesſè intelligi debet de affictibus pariter
ſolutis, poſtquàm ceſſerit dies ſolutionis.

Accedentibus potiſſimùm alijs verbis, ibi:
Si, modo, quo ſupra, fuerint percepti, ex quibus
22 cenſetur inducta repetitio præcedentium
in ſequentibus cum omnibus ſuis qualitati-
bus, *l. talis ſcriptura, §. hanc autem*, vbi *Bart.
num. 3. ff. de leg. 1. l. 3. §. filius, ff. de liber. &
poſthum. Epiſc. Barboſ. diction. 112. num. 1. & 16
Rot. in rec. dec. 514. n. 5. p. 4. tom. 3.*

Minus etiam videtur obſtare altera Fiſci
ponderatio, quòd, quemadmodùm Pontifex
in prima, & ſecunda parte Indulti, ad hoc, vt
fructus, ſiue naturales, ſiue ciuiles fiant hæ-
redum, & cadant ſub Indultis teſtandi, ex-
preſsè voluerit, quòd actu fuerint percepti à
Cardinalibus, vel eorum Miniſtris, aut de
illis in aliqua publica Æde ad ipſorum fauo-
rem factum depoſitum.

Ita etiam idem ſit iudicandum de tertia
parte eiuſdem Indulti loquentis de affictibus
bonorum; Tum propter verba continuantia
23 eamdem diſpoſitionem, ibi: *quod etiam ſerua-
ri volumus*, quæ includendo caſum magis du-
bitabilem, illum ampliant cum omnibus qua-
litatibus expreſſis in caſu præcedenti, *l. etiam,
ff ſolut. matrim. l. etiam, ff. de verbor. ſignific.
Bald. conſ. 209. num. 2. & 9. lib. 3. Gemin. conſil.
125. num. 10. Dec. conſ. 466. num. 16. & conſil.
543 num. 17. in fin. Alex. conſil. 116. num. 146.
Bero. conſ. 57. num. 4. & ſeqq. lib. 3.*

Tum propter alia ſubſequentia verba, ibi:
Si modo, quo ſupra, quæ ſunt relatiua ad om-
nia ſupra diſpoſita repetita in ſequentibus,
cum ſingulis ſuis circumſtantijs, ſeu condi-
tionibus.

Siquidem eſt aduertendum, quòd, cum
Pontifex in antecedēti oratione reſpectu fru-
ctuum naturalium, & ciuilium requiſiuerit
actualem perceptionem fructuum factam, vel
à Cardinalibus, vel ab eorum Miniſtris, ad
effectum, vt comprehendantur ſub Indulto
teſtandi, ampliando poſtmodùm diſpoſitio-
nem ad alium caſum affictuum, ſtante prædi-
24 cta dictione, *etiam*, quæ eſt extenſiua, & au-
gumentatiua, *Clement. 1. §. fin. de re Iudic. l. 1.
Cod. de teſtib. Surd. conſ. 303. num. 15. & dec. 8.
num. 12. Ruin. conſ. 93. num. 19. lib. 2. Menoch.
conſ. 906. num. 36. Duran. dec. 602. nu. 27.* eam-
dem perceptionem requiſiuit, etiam in ter-
minis affictuum, ad effectum de illis teſtandi;
hoc tamē adhibito diſcrimine, quòd, nēpè, ſe-
cluſo affictu, ſufficiat, fructus immediatè per-
cipi à Cardinalibus, ſiue eorum Miniſtris, iu-
xta primam, & ſecūdam partem indulti; Sup-
poſito tamen affictu ſatis ſit, quòd percipian-
tur à Conductoribus, prout claris verbis ibi-
dem exprimitur.

Nam, vt ſupra fuit firmatum, Pontifex
tantùmmodò reſpexit ad perceptionem fru-
ctuum quouis modo faciendam, nullatenus
attento, an illi percipiantur à Titulari, vel á
conductore eius nomine; nam alioquin dete-
rioris conditionis eſſent Cardinales, qui loca-
runt bona, quám qui non locarunt, quod eſ-
ſet abſurdum.

25 Idque, etiam ſuadet ſatis iuridica ratio,
quia, quando fructus non ſunt percepti, di-
cuntur bona Eccleſiaſtica, vtpotè continuā-
tia in eodem Eccleſiæ Dominio, in quo ſunt
ipſamet bona fructuum productiua, tam-
quàm effectus adhuc à ſua cauſa non ſepa-
ratus.

E conuerſo autem, vbi fructus ſunt ſepara-
ti á ſolo, & percepti, etiam à conductoribus,
abſque dubio deſierunt eſſe Eccleſiaſtici, vt
potè ſeparati à dicta cauſa productiua, & ef-
fecti prophani de dominio priuato; atque
adeó tota quæſtio in eo potiſſimùm conſiſtit,
an ſequatur ille perceptionis, ſeparationiſq;
actus, per quem dominium fructuum ab vno
abdicetur, & in alterum trāſferatur, ad quod
potiſſimùm reſpexit præſens Indultum, prout
arguit *Card. de Luca de Beneſic. d. diſc. 81. nu. 9.
& 12. verſ. quid in verbis.*

26 Atque ex his patet reſponſio ad verba, *mo-
do, quo ſupra*, ponderata in obiecto, quæ iuxta
authoritates ex aduerſo allegatas repetunt
quidem præcedentia, ſed iuxta congruitatem
materiæ, ſcilicet, in ordine ad modum perci-
piendi fructus, vt, nempè, illorum perceptio

fie-

fieri debeat à conductore, modo ſuperiùs expreſſo, hoc eſt per illorum ſeparationem, tàm à ſolo, quàm à manibus colonorum, ſi ſint naturales, ſi verò ciuiles per actualem illorum exactionem, poſtquàm ceſſerit dies ſolutionis; non indè tamen reſultare poteſt cōtrarius intellectus, quòd perceptio fructuum rei locatæ immediatè, & pernecesſè fieri debeat ab ipſiſmet Cardinalibus, manifeſtè repugnantibus verbis ipſius Indulti neceſſariò intelligendis de fructibus perceptis á Conductoribus, vt ſupra eſt firmatum.

Aduertendo vlteriùs, quòd Indultum, quemadmodùm, quò ad fructus ciuiles expreſsè conſiderauit caſum illorum perceptionis faciendæ per Miniſtros Cardinalium, ibi: *Et ad manus Cardinalium, vel ad eorum Miniſtros peruenerint.*

Ita etiam aſſerendum, vt dum in affictibus fuit facta mentio de fructibus perceptis, intelligi debeat de perceptis á conductoribus, ſignanter, dum contextus verborum huic intellectui optimè congruit, & contraria interpretatio continet manifeſta abſurda ſuperiùs recenſita.

Tandèm prædicta omnia eò libentiùs admittenda, quia cum agatur de Indulto, ſeu Priuilegio conceſſo Ampliſſimo Cardinalium
27 Collegio, contra Principem concedentem eſt latiſſimè interpretandum, licèt verba ſint alioquin dubia, *cap. olim 16. de verbor. ſignific. l. fin. ff. de conſtit. Princip. Abb. in cap. licet, n. 2. de decim. Dec. in cap. cum ordinem in princip. eod. tit. Alex. conſ. 110. num 10. vol. 6. & conſ. 215. num. 4. lib. 7. Oldrad. conſ. 268. num. 1. & 2 Roman. conſ. 180. num 11. Surd. conſ. 140. n. 73. & ſeq. vol. 1. Spada conſ. 36. num. 5. & conſ. 84. num 3. lib. 3. Valenz. conſ. 79. num. 78. Ancharan. Rhegienſ. quaeſt. fam. 57. num. 1. lib. 2. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 1. ſub num. 4. verſ. inſuper,* Fontanell. *dec. 476. num. 13. vol. 2. Cabed. dec. 117. num. 5. part. 2. Triuiſan. dec. 65. nu. 3 part. 1. Giurb. deciſ. 203. ſub num. 7. Franch. dec. 116. num. 8. & dec. 544. num. 16. Cardin. Seraphin. deciſ. 827. num. 1. Rot. in recen. deciſ. 199. num. 27. part. 12.* & in terminis Indulti, *Add. ad Ludouiſ. dec. 291. n. 7. Germon. de Indult. §. ex eo, num. 43.* præcipuè, quando legitur conceſſum Motu proprio, cum clauſulis ampliſſimis, *Rot. in rec. dec. 12. n. 22. p. 5.*

ARGVMENTVM.

Conductori non competit prælatio pro eadem pènſione ab alio oblata in locatione prædij ruſtici, ſiue vrbani. Nullatenus aduerſantibus Iuribus in *l. cōgruit 4. & l. ſeq. Cod. de locat. prædior. ciuil. & fiſcal. &c. lib. 11.* quæ ſolùm, limitando generalem regulam ſpecialiter procedunt in locatione prædiorum ad Fiſcum pertinentium.

Præcipuè, quoties agitur de rebus ab Eccleſia locatis, cuius libertati in locando res proprias, cui maluerit ex diſpoſitione Iuris communis, aliòquin competenti, præiudicium inferri non valuit ex dictis Imperialibus ſanctionibus. Et in quo potiſſimùm eiuſdem Eccleſię præiudicium verſetur, huiuſmodi prælatione fauore primi conductoris admiſſa: Ad Intellectū dictorū Iuriū, *in l. ne cui 33. Cod. de locat. & l. cōgruit 4. & l. ſeq. Cod. de locat. prædior. ciuil. & fiſcal. lib. 11.*

Decretum Camerale Vrbis concedens prælationem Inquilinis non vindicat ſibi locum in Cella Vinaria, & horreis, ad alium vſum, quàm habitationis, diùque, noctùque deſeruientibus.

SVMMARIVM.

1 *Conductori prædij ruſtici, ſiue vrbani non competit prælatio pro eadem penſione ab alio oblata, ne aliòquin locator priuetur libertate liberè de re ſua diſponendi.*

2 *Iura in* l. congruit 4. & l. ſeq. Cod. de locat. præd. ciuil. uel fiſcal. &c. lib. 11. *concedentia prælationem pro eadem penſione primo Conductori, ſpecialiter procedunt in conductione prædiorum Fiſcalium.*

3 *Reprobatur contraria ſententia* Luc. de Pen. *affirmans, prædicta Iura ſibi locum vindicare; non ſolùm in prædijs Fiſcalibus; ſed generaliter, etiam in priuatis.*

4 L. ne cui, Cod. de locat. *denegans prælationem primo Conductori pro eadem penſione fuit ædita à Zenone Imperatore longè poſt promulgata Iura in* l. congruit, & in l. ſeq. Cod de locat. prædior. ciuil. uel fiſcal. lib. 11.

Ideòque abſonum eſt aſſerere, dicta l. ne cui *fuiſſe correctam per dictas* l. congruit, & l. ſeq.

5 Afflic. dec. 238 *intelligendus, vel in terminis conſuetudinis Neapolitanæ.*

6 *Vel malè fuit loquutus, concedens prælationem primo Conductori pro eadem penſione contra apertam diſpoſitionem Iuris.*

7 Idem Afflic. *fuit ſibi ipſi parum conſtans; dum contrarium meliùs ſenſit in Conſtitutione Regni* Sancimus de iur. congr.

8 *In locatione prædij vrbani ferè nemo eſt vſus aſſerere, prælationem eſſe concedendam primo Conductori, cum diſpoſitio Iurium in dicta* l. congruit. & dicta l. ſeq. Cod. de locat. præd. ciuil. uel, fiſcal. lib. 11. *quibus contraria innititur ſententia, loquatur de prædijs ruſticis.*

9 *Facultas locandi cui velit, cum fuerit ex diſpoſitione Iuris communis impartita Eccleſiæ, non*

poteſt

poteſt illa priuari per Imperialem ſanctionem editam in dict. l. congruit. *qnamnis* Rubrica *eiusdem text. loquatur de Templis.*

10 *Eccleſię praiudicinm, in qno potiſſimùm verſetur, ſi admittatur huiuſmodi praxis prælationis primo Conductori concedendæ.*

11 *Primus Condnctor bonorū Fiſcalium habet prælationem; quia, nempè, inuitns poteſt à Fiſco compelli ad perſenerandnm in locatione.*

Ideòqne, dum in vno granatur, æqunm videtnr, vt in altero ſubleuetur.

12 *Huiuſmodi ratio ceſſat in Eccleſia, quæ non poteſt cogere Condnctorem, vt in locatione permaneat.*

13 *Reprobatur ſententia affirmans, qnòd antiquus Eccleſiæ Conductor nouo præferatur.*

14 *De Decreto Camerali Vrbis concedente prælationem Inqnilinis.*

15 *Inquilinus dici debet, qui, conductis ædibus prędij vrbani, ibidem inhabitat.*

16 *Ius Inquilinatus abſque habitatione non datur ei, qui prædium vrbanum condncit ad alinm vsū, quā habitationis, vtpotè pro vino, aliſque mercibns conſeruandis.*

17 *Decretnm Camerale non ſuffragatnr pro horreis. Celliſque Vinarijs, in quibus diuque, noctuq; non habitatur.*

18 *Reprobautur* Bald. conſ. 234, lib. 1. & Grarian cap. 537.

19 Gratiani *Auctoritas expenditur cum diſtinctione diſceptationum ſub eius nomine, vel potiùs compoſitarnm ex ſcriptis aliorum.*

CAPVT CXXV.

NON eſt locus prælationi in locatione Cellæ Vinariæ, tàm inſpecta Iuris communis diſpoſitione, quàm etiam decrero Camerali Vrbis.

1 Quò, enim ad Ius commune, ſatis aperta eſt diſpoſitio *text. in l. ne cui 32. Cod. locat.* pręlationem denegans pro eadem penſione primo Conductori, tàm in prædijs ruſticis, quàm vrbanis, ne alioquin locaror priuetur poteſtate liberè de re ſua diſponendi; idque pro regula conſtituunt poſt *gloſ.* ibidem *Bart. Odofred. Bald. Angel. Salicet. & Alberic.* cæteriq; Interpretes, *Fab. de Anua conſ. 77. nu. 1. lib. 1. de Ponte conſ. 23. lib. 1. Miſinger. obſernat. 23. cent. 4. Gomeſ. tom. 2. var. reſolut. cap. 3. de locat. num. 5. verſ. item quaro, Franch. dec. 406.* aliiq; inferiùs laudandi.

2 Nullatenus aduerſantibus Iuribns in *l. congruit 4. & l. ſeq. Cod. de locat. prædiornm ciuilium, vel fiſcalium, lib. 11.* cum ſpecialiter procedant in conductionè prædiorum fiſcalium, non autem in prędijs ruſticis priuatis, mulròque fortiùs in vrbanis, iuxta originalē theoricam *Gloſ. in dict. l. ne cui,* verbo *locandi,* ibique *Cynns, Salicet.* & alij; *Cod. de locat.* rationemque huiuſmodi ſpecialitaris reddunr ibidem *Cyn. & Bald.* quia veteres conductores iuuiti quandoque in prædijs fiſcalibus retinentur, ad *text. in l. cotem ferro, §. fin. ff. de Public.* ideòque cum in hoc à Iure grauentur, debent ſubleuari in prælatione eiſdem præſtanda aduersùs ſecundos conductores pro eadem penſione, latèque hanc ſententiam ſatisfaciendo prædictis Iuribus, præ cæteris, firmant *Innoc. in cap. 1. extra de locat. & conduct.* rectè aduerrens, quòd diſpoſitio *d. l. ne cui* denegans, prælationem primo conductori contineat regulam, quòdque omnia alia Iura contrarium decernentia ſint ſpecialia, *Io: de Platea in dict. l. congruit*, egregiè iuxta morem *de Ponte conſ. 23. nnm. 10. & ſeqq. lib. 1. Fab. de Auna conſ. 77. num. 2. lib. 1. Sarmient. ſelect. interpret. lib. 3. cap. 7. num. 3. Gomeſ. var. reſol. tom. 2. cap. 3. de locat. num. 5. Caroc. de locat. & conduct. part. 3. tit. de libert. quæſt. 1. nu. 25. fol. 149. Nepit. ad Conſuetud. Catin. in conſuetud. vnde locat. tit. 29. num. 57. Mut. ad Conſuet. Panorm. tit. de locat. cap. 54. num. 46. Gratian. cap. 357. num. 1. & ſeqq. Paſchal. de vir. patr. poteſt. part. 4. cap. 6. num. 33. & duob. ſeqq.* Card. *Maut. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 3. nu. 27. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 5. Douad. de renunciat. cap. 30 num. 81. & ſeq. lib. 1. de Marin. in obſeru. ad Reuerter. dec. 539. numer. 2. Card. de Luca de locat. diſc. 50. num. 10.* & deciſum teſtantur *Boer. deciſ. 107. Franch. dec. 406. per tot.* ſignanrer *nu. 7.* latèque pluribus alijs congeſtis, *Gizzarell. dec. 5. per tot.* ibique *Add.*

3 Neque meretur attendi contraria ſententia affirmans, quód Iura in *dict. l. congruit, & ſeq. Cod. de locat. prædior. ciuil. vel fiſcal. lib. 11.* ſibi locum vindicent, non ſolùm in prædijs Fiſcalibus, ſed generaliter etiam in priuatis, quòdque per eadem Iura fuerit correcta rigoroſa diſpoſitio *dict. l. ne cui, C. de locat.* prælationem denegans pro eadem penſione primo cōductori, prout poſt originalem doctrinam *Luc. de Penna in dict. l. congruit*, ſubſtinere conantur *Salicet. in l. fin. num. 12.* C. *de Iur. emphy. Imol. in cap. 1. nu. 13. verſ. vlteriùs quæritur, de locat. in 6.* ibique *Butr. Caſtr. conſil. 4. num. 6. lib. 1. Roman. conſ. 22. num. 5. Gramm. conſ. ciuil. 28. nu. 14. & ſeq. Mart. vot. 35. n. 12. Valenz. conſ. 75. num. 17. & ſeq. Marant. in ſpecul. diſp. 8. num. 40. & conſ. 96. num. 7. in fin. Ruginell. pract. quæſt. cap. 32. Ferron. ad* Conſuet. *Burdegal. tit. de locat. §. 4. in fine, Intrigliol. ſingul. 252. Afflict. dec. 238.* ibique *Vrſill.*

4 Siquidem aberrant à communi, eorumque ſententia, nullatenns amplectenda; vtporè directè aduerſans apertiſſimæ diſpoſitioni *dict. l. ne cui, Cod. de locat.* quæ, cum fuerit ædita à Zenone Imperatore, qui anno reparatæ noſtræ Salutis 470. imperauit, obijtque anno 494. & dict. *lex congruit*, fuerit prolara ab Imperatoribus Honorio, & Theodoſio imperantibus anno 370. idemq; Theodoſius obijt anno 410. Prout *l. fin. Cod. eod. tit.* fuit promulgata ab Imperatoribus Theodoſio, & Valen-

ti-

tiniano, qui imperarunt ab anno 400. vſque ad 450. iuxta Chronologicas hiſtorias Euſebij, Zonaræ, Coſtantini Felicis, aliorumque Scriptorum; atque adeò abſonum ooninò eſt aſſerere, prædictam *leg.congruit*, *& l.fin. Cod. de locat.prædior.ciuil.& fiſcal.lib.*11.correxiſſe ſanctionem editam in *dict.l.ne cui, C.de locat.* per longum temporis interuallum editam.

Quinimò potiùs eſſet aſſercodum, prædictã *leg.ne cui*, tamquàm poſteriorem correxiſſe antiqua Iura in *dict.leg.congruit, & l.ſeq.* niſi eadem Iura limitatiuè in caſu ſuo intelligerentur, firmaque remanerent, prout in ſpecie optimè aduertunt *Larath.conſ.*18.*num.*22. *& ſeq.Caren.reſol.*46.*num* 6. *Gizzarell.d.dec.*5.*num.*12.*verſ.& quod hoc ſit verum.*

5 Parùmque curandum de contraria *decſ. Afflict.*238.cum, vel loquatur in terminis Conſuetudinis Neapolitanæ, quam allegat, à Iure exorbitantis, prout eamdem decìſiooem intelligunt *Fab. de Anna dict. conſ.*77.*num.*18. *lib.*1.*de Pont.dict.conſ.*23.*num.*24.*& ſeq.lib.*1. *de Marinis ad Reuerter.dec.*539.*num.*3.*de Angel.ad Gizzarell. dict.decíſ.*5. *num.*4. ibique *de Marin num.*1. *de Luca ad Franch. d.decíſ.*406. *num.*1. *verſ.quidquid ſit*, *Donad.de renunciat. cap.*30.*num.*85.*lib.*1.

6 Vel, quatenus ibidem firmata ſint intelligenda, ioſpecto Iure communi, malè fuit loquutus contra apertam diſpoſitionem *d.l.ne cui*, illumque meritò reprehendunt, *Carauit. in addit.ad dict.deciſ.*qui de ea miratur, *Fab.de Anna dict.conſ.*77.*num.*17. *lib.*1.*de Pont.dict. conſ.*23.*num.*18. *lib.*1. aſſerens, quòd de *Afflicto* oon ſit curandum, poſtquàm termini repugnant, communiſque Doctorum Schola eſt in contrarium, quódque loquatur contra caſum, *text.in dict.l.ne cui*, *Prouenzal.in dict. l.ne cui, Muta ad Conſuetud.Panorm. tit.de locat.cap.*54.*num.*46.*Franch.dict.dec.*406. *nu.*9. *in fin.* vbi, quòd dubia reddatur deciſio *Afflict.Gizzarell.d.dec.*5.*n.*17.*in fin.*

7 Præcipuè, quia idem *Afflict.*contrarium meliùs ſenſijt in *Conſtit.Regni ſtatuimus, tit.de Iur. congr. in princ. num.*2. Ideòque, cum ſibimet fuerit parum conſtans non meretur attendi, prout admonet *Fab.de Ann.d.conſ.*77. *n.*28.*lib.*1.

Prædicta verò, eò libentiùs in re, de qua eſt ſermo, abſque vlla controuerſia ſunt amplectenda, non ſolùm, quia non agitur de locatione prædiorum ruſticorum, in quibus ter-
8 minis loquuntur omnes Auctoritates contrariæ; ſed potiùs prædij Vrbani, Cellæ, nempè, Vinariæ, in quo caſu ferè nemo eſt auſus aſſerere, prælationem eſſe concedendam primo conductori, diſpoſitio enim Iurium in *dict.l.congruit*, *& dict.leg.ſeq. Cod.de locat. prædior ciuil.& fiſcal.lib.*11. quibus eadem contraria ſententia vnicè innititur, loquitur de prædijs ruſticis, & contrarium in vrbanis eſſe aſſerendum affirmat idem *Afflict.* contrariæ opinionis propugnator in *d.dec.*238.

9 Multòque magis, quia locatio dictæ Cellæ Vinariæ eſt facta ab Eccleſia, cui, cum reperiatur impartita facultas locandi, cui velit, ex clara diſpoſitione *d.l.ne cui*, *Cod locat.* oon poteſt illa priuari per Imperialem sãctionem editam in *d.l.congruit*, *C.de locat. prædior.ciuil.& fiſcal.lib.*11. quámuis Rubrica eiuſdem *text.*loquatur de locatione prædiorum ad Templa ſpectantium, cum per leges Imperiales præiudicium Eccleſiæ inferri ooo valeat io his, quæ eidem Eccleſiæ competunt de Iure communi, *Auth.caſſa, & irrita, Cod.de Sacr. Sanct.Eccleſ.*prout in his terminis egregiè ratiocinantur *de Pont.dict.conſil.*23.*nu.*26.*lib.*1 *Larata conſ.*18. *num.*8. *verſ.& leges laicales, Caren.reſol.*46.*num.*4. *Epiſcop.Genuenſ.in practic.Eccleſ. quæſt.*421. *num.*4. *verſ.contraria opinio eſt verior*, *de Marinis in obſeru.ad Reuerter.dec.*539.*num.*4. *Cardin.de Luc.de locat. diſc.*50.*num.*10.*& ſeqq. Franch.dict.dec.*406. *num.*8.*Gizzarell.dict.dec.*5. *nu.*24. *Caſtill.deciſ.*114.*Maſtrill.dec.*309.*n.*17.*& ſeqq. Rot.in rec.dec.*219.*n.*22. *& ſeq p.*10.

10 De Eccleſiæ autem præiudicio hæſitari nõ valet; ſi enim huiuſmodi praxis prælationis primo conductori concedendæ introduceretur, vtique prælati, & Eccleſiæ quaſi priuarentur rebus ſemel locaris; nam, qui videt, primum conductorem habere prælationem, non accedit ad conducendum, ideòque viliſſimo pretio res conductæ penes primum conductorem ſemper remanerent, neque facilè reperirenrur cooductores, qui meliorem facerent Eccleſiæ conditionem, maioremque penſionem offerrent, ob timorem, quòd in pari cauſa ab antiquo cõductore victi remanerent, cum frequentiſſima edoceamur experientia, per antiquos conductores, quando negotij experimentum adhuc benè noo habebatur; pro longè minori, & non æqua penſione bona Eccleſiæ in conductione haberi, prout optimè arguunt *de Ponte dict. conſil.*23. *num.*26.*lib.*1.*Caren.reſol.*46 *num.*7. *de Marin. ad Reuerter.dec.*539. *num.*4. *Cardin.de Luca de locat. diſc.*50. *num.*11. *Franch.dict.deciſ.*406. *num.*8.*Caſtill.d.dec.*414. *nu.*18. *Maſtrill.deciſ.*309.*num.*18.*Rot.in rec. d.dec.*219. *num.*22. *& ſeqq.p.*10.

11 Vlteriùs, non ob aliam rationem primus conductor bonorum fiſcalium habet prælationem, quia, nempè, Fiſcus poteſt eum cogere ad perſeuerãdum in locatione, ideòque, dum in vno grauatur, æquum uidetur, ut in altero ſubleuẽtur, prout declarant *Cyn.Bald. & Salic.in dict.l.ne cui, C.de locat.Fab.de Ann. d.conſ.*77.*num.*3.*lib.*1.*de Ponte d. conſ.*23.*n.*12 *lib.*1.*Larath.d.conſ.*18.*num.*3. *& ſeq. Franch. d.dec.*406.*num.*7. quæ ratio ceſſat in Eccleſia,

l.in

Digitized by Google

l.in vitos, Cod.de locat. *Papon. conſil.8. ſol.2. Flamin. Rub.conſ.8.num.47.*& ita in ſpecie arguit *Caren.d.reſol.46.n.5.*

13 His igitur firmatis, ſatis aberrans à ſolidiſſimis Iuris principijs detegitur ſententia affirmans, quòd antiquus Eccleſiæ conductor præferatur nouo, quam ſubſtinere conantur, *Caſtr.conſ.4.num.6.lib.1.Gramm.conſ.28. Gratian.cap.715 num.20.& cap 357.num.42.Donad.de renunciat.cap.30.num.88.lib.1. Sanfel. dec.509. num.3. & ſeqq.* illoſque ſigillatim, unà cum alijs huic opinioni adhærentibus, optimè, ſatiſque accuratè reprobat *Caren.reſol.47 per tot.de Ponte, Larac.Caſtill.Maſtrill.* & alij in locis ſupra laudatis.

14 Quò uerò ad decretum Camerale Vrbis concedens prælationem Inquilinis, quod legitur impreſſum apud *Fenzon. ad Statut.Vrb. ſol.705.* illud in præſenti ſuffragari non poteſt; cum enim loquatur de Inquilinis domo-

15 rum, qualis dici debet, qui, conductis Ædibus prædij Vrbani, ibidem inhabitat, cum Inquilinus dicatur ab In, & colo, hoc eſt habito, iſque eſt, qui conductis ædibus prædij urbani, inhabitat, *l.2.& 4.*ubi *gloſ.ff.de vſu, & habit. l.re pignoris. ff.de acquir. poſſeſſ. l.damni infecti, §.Inquilino, l.filiusfamilias, l.in hanc, ff.de damn.infect.l.habitatores in principio, ff.locat. Gloſ.in l.definimus*, uerbo *Inquilinus in ſecunda ſolutione, Cod.de agric.& cenſ.lib.11.Alex. in l.re pignoris, num.2. ff.de acquir.poſſeſſ. Rebuff.in l.pupillus, §.Decuriones, ff.de verbor. ſignif.Caluin.in Lexicon.*uerbo *Inquilinus*, il primo, & il ſecondo, *Alberic.in dictionar.* uerbo *Inquilinus, Briſſon.lib.9.de verbor.ſignific.*uerbo *Inquilinus, Abb.conſ.275. num.3. Fab.de Anna conſ.77.num.12.lib.1. Rot.in recent.dec. 540.num.6.part.2.*repetita coram *Vbald.dec. 193.n.6.et dec.14.n.3.p.6.*

16 Hinc reſultat, ut Ius Inquilinatus abſque habitatione non ſit ei indulgendum, qui prædium urbanum conducit ad aliũ uſum, quàm habitationis, utpotè pro uino, alijſque mercibus conſeruandis, nullo prorſùs Iure dici ualeat Inquilinus, prout benè diſtinguit *Alex.in d.l.re pignoris, num.2. ff.de acquir.poſſeſſ.*& in

17 ſpecialibus terminis, quòd ſi prædium urbanum conductum principaliter deſeruiat pro conſeruatione fructuum, ſeu ad alium uſum, quàm habitationis, nomen Inquilini tali conductori non conueniat, neque uindicet ſibi locum prælatio à decreto Camerali Vrbis Inquilinis conceſſa, benè *Cardinal.de Luca de locat.diſc.35.num.2. Rota in Romana prælationis 16.Februarij 1618. §.conſiderabant, verſ.ſecundo fuit dictum coram Cardin.Sacrato*, adhuc, quantùm nouerim, non impreſſa.

18 Quidquid in contrarium in terminis conſimilis Statuti Papiæ dicat *Bald.conſ.234.nu. 2.verſ præterea manifeſtum eſt, lib.1.*ubi agens de quadam Apotheca pannaria dixit, quòd ſuffragetur decretum præferens Inquilinum, cum ſufficiat habitatio de die tantùm, & in ſpecie decreti Cameralis *Gratian. cap.537.n. 3.& ſeqq.*ſignanter *num.9.& duob. ſeqq.* cum ibid firmata nullo prorſùs Iure ſubſiſtant; decretum enim Camerale loquens de domibus, ſiue Apothecis cum qualitate Inquilinatus, quæ, ex ſupra firmatis neceſſariò præſupponit habitationem noctùque, diùque, non poteſt extendi ad Horrea, & Cellas Vinarias, in quibus huiuſmodi qualitas habitationis non conuenit, præcipuè, quia idem *Gratianus* nulla concludenti ratione, aut auctoritate in his ſpecialibus terminis id fir-

19 met; ideòque de eo parum curandum; cum audiuerim à pluribus Senioribus Doctiſſimis Romanæ Curiæ Iuriſconſultis, qui eum cognouerunt, eſſe adhibendam diſtinctionem inter tres primas partes, & reliquas duas poſteriores ſuarum diſceptationum, ut, nempè, in primis ſit magnæ auctoritatis, utpotè cõtinentibus, cum ſolo ſenſu ueritatis, fælici, benè ordinato, commendabilique ſtylo collectiones depromptas ex allegationibus Iuris in cauſis diſputatis in Rota, Camera, & Signatura, per plures Doctos, egregijque nominis Aduocatos Romanæ Curiæ hinc indè ſcribentes; idemque in duobus poſtremis uoluminibus circà eas diſceptationes ita pariter compoſitas; ſecus autem circa propria reſponſa, quæ ex ſua conficiebantur Mineruа, quique diligenter in ſcriptis huius Auctoris hanc conſiderabit diſtinctionem, inueniet eam eſſe ueriſſimam.

ARGVMENTVM.

Condictioni indebiti, ſeu, vt purioris Iuris prudentię Interpretes appellant, condictioni pro mutuo, locus eſſe non poteſt; niſi indebiti exactio perſpicuis, perneceſſèque concludentibus probationibus comprobetur; adeòut, neque etiam per poſſibile agentis intentio excludi valeat; Ideòque confeſſiones de recepto non ſufficiunt.

Condictione indebiti, an repeti poſſit ſolutum ex errore Iuris ſatis controuerſi; Ad intellectum Iurium in *l.cum quis. Cod. de Iur.& fact.ignor.& in l.Iuris ignorãtia, ff. eod.tit.& leg.qui exceptionem, ff.de condict. indeb.* quorum Iurium Antinomia ad concordiam reducitur.

Cenſus, an validè conſtitui poſſit ex pretio rei uenditæ, & an ſaltem fructus, ſi non

 ciui-

ciuiliter, ſaltem naturaliter debeantur ; adeòut ſoluti per debitorem condictione indebiti repeti nequeant, & de pluribus effectibus naturalis obligationis.

Fructus recompēſatiui, an poſſint ab initio in quantitate certa taxari, quàmuis excedant ratam fructuum, qui ex re vendita percipi poſſunt; Ad ornatum *legis curabit, Cod. de action. empt.*

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Fructus cenſus indebitè ſoluti, non alia actione repeti valent, quàm condictionis indebiti.*

3 *Indebiti exactio eſt apertiſſimè probanda per præciſas probationes, quæ perneceſsè adeò concludant, vt, neque etiam per poſſibile agentis excludi poſſit intentio.*

4 *Adeòut non ſufficiant probationes præſumptiuæ, & equiuocæ.*

Aliud eſt probare ſolutionem ad effectum liberationis, aliud verò repetitionis indebiti.

5 *Probatio concludens requiritur, quando agitur de repetendis fructibus cenſus ob prætenſam illius nullitatem.*

6 *Fructus cenſus non poſſunt repeti à minore, vtpotè eidem indebitè ſoluti ſub prætextu vſurarum; niſi copulatiuè probetur, quòd pecuniæ ſolutæ verſæ fuerint in vtilitatem minoris, quòdque minor ex illis euaſerit locupletior.*

Contraria concluſio procedit, quando minor validè contraxit, velletque contractum reſcindere ex capite læſionis, vel ſimili, ibid.

7 *Non poteſt dici minor factus locupletior, ex quo pecuniæ ad ipſum peruenerint, quia illas conſumere potuit.*

8 *Procedit concluſio, ſiue receptio fructuum facta à minore fuerit actus volūtarius, ſiue neceſſarius.*

9 *Confeſſiones de recepto nomine alicuius ſcriptæ, & ſubſcriptæ à tertio non probant, niſi conſtet de ſpeciali mandato.*

10 *Non dicitur conſtare de ſpeciali mandato ex ſimplici aſſertione alicuius, quòd de ipſius ordine fuerit ſcripta Apoca de recepto.*

11 *De mandato conſtare debet per teſtes in ſcriptura ſubſcriptos, teſtantes, illam fuiſſe à tertio ſcriptam, & ſubſcriptam ex mandato, & voluntate partis.*

12 *Mandatum non præſumitur conceſſum ad exigendum vſuras à Iure improbatas.*

13 *In generali mandato non intelligitur data facultas, vt quis indebitum recipiat.*

14 *Recognitio ſcripturæ per teſtes deponentes, habere notam manum alicuius, ex eo, quòd viderint, ipſum pluries ſcribentem, non ſubſiſtit; niſi ijdem teſtes deponant, ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere.*

15 *Idque, etiam procedit in terminis Apocæ, præcipuè, non concurrentibus adminiculis, pro comprobanda recognitione.*

16 *Repetitionis indebiti ad effectum confeſſiones de recepto non ſufficiunt, ſed actor grauatur certiſſima probatione perneceſsè adeò concludente, vt, neque etiam per poſſibile agentis intentio excludi poſſit.*

17 *Paria, licèt ſint, reuera fuiſſe receptum, & confiteri recepiſſe, quò ad liberandum debitorem.*

Non tamen ſunt paria, vt creditor condictione indebiti obligatus remaneat debitori.

18 *Cenſus non valet conſtitui ex pretio rei venditæ, neque ex credito, excepto dotali, ſed præciſè requiritur formalis pecuniæ numeratio,* & num. 39.

19 *Id, tamen procedit in foro contentioſo; non autem interno, quo inſpecto, quando conſtat de realitate crediti, cenſus eſt validus.*

20 *Cenſus ex credito, inſpecto* Iure *naturali, & communi, rectè conſtituitur.*

Reprobatur contraria ſententia.

21 *Fructus cenſus ex pretio rei venditæ conſtitutus, ſi non ciuiliter ob reſiſtentiam* Bullæ Pianę, *cum ſaltem naturaliter ſint debiti, vtpotè in foro interno ſubſiſtens.*

22 *Hinc reſultat, vt ſaltem, poſtquàm eſt facta imputatio in ſortem, ceſſet indebiti repetitio, cum ad hunc effectum ſufficiat, fructus eſſe naturaliter debitos.*

23 *Indebitum dicitur, quod nullo Iure debetur, neque etiam naturali.*

24 *De pluribus effectibus, quos in Iure producit naturalis obligatio.*

25 *Naturalis obligatio ſufficit ad compenſationem, quæ eſt ſpecies ſolutionis.*

26 *Prout etiam ſuffragatur ad nouandum.*

27 *Item ad conſtituendum.*

28 *Necnon eidem naturali obligationi fideiuſſor poteſt accedere.*

29 *Prout etiam poteſt pignus accipi.*

30 *Repetitio indebiti ceſſat, quando aliquid eſt indebitè ſolutum ex errore Iuris ſatis controuerſi.*

31 *Expenditur ſingularis* text. in l. cum quis, Cod. de Iur. & fact. ignor.

32 *Errans in Iure imprudens eſt, & imprudentia non aſſimilatur; ſed imò de directo errori opponitur, iuxta ſententiam* Donelli.

33 *Error, etiam Iuris ſuffieit in Citramontanorum ſententia ad repetendum indebitum, quam etiam ſectantur nonnulli Vltramontani.*

34 *Examinatur* Pauli *reſponſum in* l. Iuris ignorantia, & leg. error facti, ff. de Iur. & fact. ignor.

35 *Necnon* text. in l. qui exceptionem, ff. de condit. indeb.

36 *Intellige, vt ſupra dicta Iura, & ſententia illis innixa tantùmmodò procedant in indebito, tàm ciuiliter, quàm naturaliter; ſecus verò in indebito ciuiliter; ſed naturaliter debito, in quo Iuris ignorantia excuſat.*

37 *Ignorantia Iuris ſatis controuerſi æquiparatur ignorantiæ facti.*

38 *Ideòque ſufficit ad effectum euitandi reſtitutionem fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ malè alienatis.*

39 *Cenſus non valet conſtitui ex pretio rei venditæ; ſed requiritur formalis pecuniæ numera-*

tio-

tio, iuxta ſententiam Rotæ, & ſupra n.18.

40 Emptor vltra quantitatem ex re vendita perceptam, non tenetur fructus recompenſatiuos venditori ſoluere.

Adeòut nullatenus valeat certa intereſſe taxatio ab initio conuenta.

41 De duobus modis, quibus in Regno Neapolitano venditoris indemnitati per emptorem conſulitur, quando venditur fundus Vrbanus, & num.47.

42 Fructus recompenſatiui iuxta ſententiam in Regno vigentem poßunt promitti per emptorem venditori ad rationem ſeptem, & octo pro centenario.

Eademque taxatio in Regno eſt frequentiſſima; licèt rei venditæ fructus excedat; dummodò non excedat quantitatem intereſſe communis iuxta morem Regionis, in qua emptiones ſunt paratæ.

43 In Regno non eſt agendum de intereſſe ad ratam fructuum commenſurando, ex leg.curabit, Cod.de actionib.empt.

Sed intereſſe pretij, ſi præcedat conuentio, ſemper æſtimandum eſt reſtauratiuum damni, quod intereſſe poſſet venditori, ſi pretium habuißet.

Et aliud eſt intereſſe pretij, tamquàm vſuram, aliud, tamquàm intereſſe deberi.

44 Huiuſmodi Regni conſuetudo eſt conformis ſententiæ affirmanti, ut, etiam, inſpecto Iure communi, ſubſtineatur conuentio ſuper intereſſe pretij, quàmuis excedat rei venditæ fructus.

Potiſſimùm, attento more Regionis, ita contrahendi.

45 Id, quod dicitur, vt intereſſe recompenſatiuum nō poſſit excedere rei venditæ fructus, procedit, vbi nulla præceſſit conuentio, nullaque eſt commiſſa mora regularis; ſed tantùmmodò irregularis ex æquitate legis.

Sed, quando ſumus in intereſſe ad certam ſummam ſpecialiter conuento, aliter eſt aſſerendum.

46 Potiſſimùm, quando eſt facta venditio annui cenſus perpetuò redimibilis ſuper re ipſa empta.

Tunc enim conuenta quantitas eſt præſtanda; non autem fructus, qui ex re vendita percipi potuerunt.

47 Cenſus ex pretio rei venditæ poteſt conſtitui, iuxta ſententiam in Regno receptam.

48 Bullam Pianam in Regno non eſſe vſu receptam reſpectu numerationis pecuniæ, ſed potiùs ſeruari Bullam Nicolai V. nonnulli Doctores Regnicolæ exiſtimant.

49 In Regno ſeruatur ſententia, quæ fauet validitati cenſus ex rei venditæ pretio conſtituti, ceſſante qualibet ſuſpicione fraudis, ſimulatæque ſolutionis.

50 Pro ſolutione habetur quidquid ex cōuentione contrahentium datur.

51 Debitum ex vna cauſa poteſt ex conuentione partium in alium conuerti fictione breuis manus.

52 Bulla Piana requirens in cenſu pecuniæ numerationem potiſſimùm reſpexit ſuſpicionem fraudis; prout ex proemio eiuſdem ſumitur, ex quo colligitur finalis ratio Conſtitutionis.

53 Fraus, quæ ex reſcriptis Pontificum intenditur euitari in cenſu ex pecuniæ numeratione, omninò excluditur, quando certum, & liquidū præcedit debitum.

54 Adeòut ſolùm excludantur illæ ſolutiones, quæ vim habent in ſola debitoris cōfeſſione, quæ poteſt eſſe ſimulata.

Non autem illæ, quæ non ſunt omninò fictæ; ſed reſpectu commodi creditoris ſunt veræ, licèt contineant fictionem, quò ad actum numerationis.

55 Rota admittit in cenſu ſolutionem per Cedulam Bancbariam, quia habet vim ſolutionis, & remouetur fraudis ſuſpicio; licèt reuera non poſſit dici actualis pecuniæ numeratio, & n.57.

56 Potiſſimùm, quando ex diligentijs in Bancho adhibitis non conſtat, quòd pecunia non adeſſet, & non fuißet numerata, prout eſt neceſsè ad infrigendum cenſum ex defectu pecuniæ numeratæ.

57 Salutio per Cedulam Banchariam reuera non poteſt dici actualis pecuniæ numeratio.

58 Solutiones momentaneæ admittuntur in cenſu, quando, nempè, cenſus conſtituitur ex pretio rei venditæ ſtatim emptori reſtituto.

59 Rota ſolet ſemper præ oculis æquitatem habere.

60 Tutor non poteſt vendere rem pupilli, habita fide de pretio.

61 Debitor cenſus tenetur ad fructus, ſaltem vti damna, & intereße, ſtante promiſſione eiuſdem, qui voluit teneri, etiam in caſu nullitatis cenſus ex defectu pecuniæ numeratæ.

62 Obligatus in caſu nullitatis cenſus tenetur ad fructus loco damnorum, & intereſſe, ex quocumque capite nullitas proueniat.

Reprobatur diſtinctio, inter nullitatem cenſus ex defectu ſolius materiæ, & ex culpa debitoris tantùm, vel ex defectu formæ.

63 Damna, & intereſſe dici debent liquida ad quantitatem pro fructibus cenſus conuentam.

64 Contractus cenſus dicitur geſtus bona fide à Muliere, quæ ſi voluiſſet conſulere peritiores Regni, ab eiſdem reſponſum accepißet pro validitate cenſus.

65 Mala fides non debet prodeſſe ad lucrum.

66 Emptor dicitur in mala fide verſari, empta re pupillari, pretio non numerato.

CAPVT CXXVI.

1 CVM Iacobus Salutius in pupillari ætate conſtitutus poſſideret in Ciuitate Barij quamdam domum, Antonia Labina eius Mater, & tutrix

illam vendidit Cæſari de Corde pro ſcutis termille, ex quibus in pecunia numerata mille perſoluit,& pro reliquis bis mille impoſuit cenſum ſuper eadem domo ad rationem ſex pro centenario; cumque fructus dicti cenſus fuiſſent ſoluti, tàm à Cæſare primo emptore, quàm à Martino eius hærede vſque ad annum 1654. & poſtmodùm denegata ſolutio, fuiſſetque inſtitutum Iudicium coram Ordinario Barenſi ſuper nullitate dicti cenſus ex defectu pecuniæ numeratæ, obtentaque ſententia declarans, fructus ſolutos extenuaſſe ſortem eiuſdem cenſus, quæ poſtmodùm in gradu appellationis fuit confirmata per Reuerendiſſimum Auditorem Cameræ. Vnde introducta cauſa in Rota coram Reuerendiſſimo Veroſpio, prodijt reſolutio fauorabilis eidem Martino debitori ſupradicti cenſus, ſtante nullitate ob non ſeruatam formam pecuniæ numeratæ ex Conſtitutione Piana in cenſibus præſcriptam; verùm dictum fuit, deberi fructus recompenſatiuos ad terminos *text.in l.curabit,Cod.de action.empt.* iuxta taxam legalem deſumptam ex vulgari *Gloſ.in Auth.perpetua,Cod.de Sacroſ.Eccleſ.* ad rationem quinque pro centenario; ſed factis per Martinum debitorem probationibus, quòd eadem domus ſolita eſſet locari pro pẽſione, quæ habita proportione ad dictum pretium, conſtitueret fructum ad rationem ducatorũ trium pro quolibet centenario.

Idcirco repropoſita cauſa in Rota, reſpõſum fuit, ad iſtam tantùmmodò rationem fructus recompenſatiuos eſſe calculandos, factoque calculo fuit reſolutum ex fructibus exceſſiuè ſolutis ſortem cenſus remanſiſſe extinctam; atque adeò debitori ius competere repetendi ducat.513. exceſſiuè ſolutos, ad quarum deciſionum formam, expedita ſentẽtia, commiſſaque appellationis cauſa coram Reuerendiſſimo Burlomont. diſputatoque dubio, an ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda ſub die 2.Aprilis 1666. prodijt reſolutio fauorabilis Salutio pro infirmatione ſententiæ Rotalis quò ad eam partem, in qua fuit demandata reſtitutio ducatorum 513. qui prætendebantur exceſſiuè ſoluti, ex infra firmatis.

Sententia Rotalis eſt infirmanda, tàm quò ad illam partem, in qua mandat, reſtitui Aduerſario ducatos 513. tamquàm ſupra fructus recompenſatiuos, & ſupra extinctionem cenſus receptos, quàm etiam quò ad alteram partem, in qua firmatur, cenſum fuiſſe nulliter conſtitutum ob defectum pecuniæ numeratæ, fructuſque recompenſatiuos deberi, nõ ad rationem conuentam ſex pro centenario; ſed ſolùm habito reſpectu ad fructus ex domo vendita perceptos, quibus calculatis ad rationem trium pro centenario, cenſum remanſiſſe extinctum.

Quò enim ad primam partem, admiſſa, ſine veri præiudicio, nullitate cenſus ob defectum pecuniæ numeratæ, quod non videtur poſſe ſubſiſtere, ſignanter in cenſu conſtituto in Regno Neapolitano, quando, prout in præſenti themate, ſublata remanet quælibet ſuſpicio fraudis, ſimulatæq; ſolutionis, & reuera ſatis liquidò conſtat de realitate crediti, ex infra firmandis.

2 Adhuc, cum fructus indebitè ſoluti explorati Iuris ſit, quòd nõ alia actione repeti poſſint, quàm condictionis indebiti, ſeu, vt purioris Iuris prudentiæ Interpretes appellant, condictione pro mutuo, quòd, qui indebitum ſoluit, quaſi mutuare videatur, teſte eruditiſſimo *Cuiac.in Paratlit.C. tit.de condict.indeb.* prout eſt *text.in cap.debitores,* vbi Canoniſtæ, *extra de vſur.l.ſi non ſortem 26.ff.de condit.indeb. Speculat.in tit.de action. ſeu petition. §.ſequitur videre, n.51.Cenc.de cenſ.q.119.nu.23. & ſeq.Rot.* poſt eumdem *dec.228.nu.1.& ſeq. & dec.540.num.2.*

3 Vtique indebiti exactio eſſet ex aduerſo apertiſſimè probanda per concludentes, & præciſas probationes, quæ pernceſsè adeò concludant, vt nec etiam per poſſibile agentis intentio excludi valeat; non autem præ-

4 ſumptiuas, & æquiuocas; cum aliud ſit probare ſolutionem ad effectum liberationis; aliud verò repetitionis indebiti, prout eſt *text.in l.cum de indebito 25. verſ ſin verò,* vbi *Bart.num.4.* & alij, *ff.de probat. cap.fin. de ſolut.Federic.de Sen.conſ.54.n.24.Caſtr.conſ.123. n.1.lib.2.Alex.conſ.83.lib.1.Soec.cõſ.94.lib.4 Ciriac.contron.264. n.7.Poſſb.reſol.ciuil.107. num.4.& ſeqq.Leotard.de vſur.quæſt.76.n.45. Cardin.de Luca de vſuris diſc.12. num.8.& de Regal.diſc.68.num.9. Rot.Ian. dec.5 num.5.& ſeq.Addent.ad Buratt.deciſ.592.num.6. & ſeq. Coccin.dec.94.num.2. Dunozett.Iun.deciſ.688. num.2.& ſeqq.Rot.in recent.deciſ.135.num.4. part.3.& dec.38.num.2.& dec.150. num.17. part.5.& dec.192.num.28.part.6.* & in his terminis *Rota deciſ.96.num.7.poſt Cenc.de cenſib.*

5 vbi, quòd concludens requiratur probatio, quando agitur de repetẽdis fructibus ob prętenſam cenſus nullitatem.

Tales autem dici nequeunt probationes deſumptæ ex prætẽſis ſolutionibus, quas pars aduerſa contendit, imputandas eſſe in ſortẽ cenſus; cum non remaneant concludenter probatæ, prout requiritur, ad effectum repetitionis, ex ſupra allegatis.

6 Quinimò, quatenus eſſent probatæ; cum tamen aſſertæ ſolutiones fuiſſent factæ, tempore minoris ætatis noſtri principalis, non potuiſſent per Aduerſarium repeti condictione indebiti ſub prætextu vſurarum; niſi copulatiuè eſſet probatum, quòd pecuniæ ſolutæ verſæ fuiſſent in vtilitatem minoris; quòdq; idem minor ex illis euaſiſſet locupletior, *leg.*

Præ-

Prædiorum 10. & l.ſi prædium 16. C.de prædi minor. Ant.Fab.in ration.ad l.quod ſi minor 24. §.reſtitutio, ff.de minor Dec.conſ.60.ſub nu.2. Roland.à Vall.conſ.7.num.29. lib.3. Lambertengh.de contract.mulier.gloſ.24.num.19. Menoch.lib.3.præſumpt.84. nu.2. Rubens in annotat.ad dec.81.num.114.& ſeqq. part.8. recent. Gratian.cap.720.n.24.Merlin.dec.209.nu.10. Duran.dec.18.n.27.Card.Ottbob.dec.124.nu.1. & 5.Rot.in recent.dec.228.num.8.& ſeq.p.12.

Contraria verò procedunt, quando minor validè contraxerit, velletque contractum reſcindere ex capite læſionis, vel ſimili, iuxtà ſingularem diſtinctionem Gloſ.in d.l.prædioru, verbo conſtiterat, Cod.de præd.minor.ibique Bart.Bald.& Salicet.Simoncell.de decret.lib.3. cap.7.num.2.Gratian.cap.576.num.37.& ſeq. Menoch.lib.6.præſumpt.21.in fin. Duran.deciſ. 18.num.29.& ſeq.Rot.in recent.d.dec.228. nu. 10.part.12.

7 Ad quem effectum non poteſt dici probatum, quòd minor factus fuerit locupletior, ex quo pecuniæ ad ipſum peruenerint; quia potuit illas conſumere, prout benè firmat Rimin.Iun.conſ.5.num.76.& ſeq.lib.1. quem ſequitur Arguelles dec.18.num.19. & trib.ſeqq.
8 & procedit concluſio, ſiue receptio fructuū fuerit actus voluntarius, ſiue etiam neceſſarius, Buratt.dec.814.num.2.

Sed reuera ſolutiones nullo Iure poſſunt dici iuſtificatæ; ſingulas enim breuiter percurrendo, confeſſiones de recepto ſcriptæ, & ſubſcriptæ à Franciſco Salutio de mandato, vt in eiſdem aſſeritur, Antoniæ Labinæ Tutricis, nullatenus merentur attendi pro cōprobanda ſolutione, vtpotè ſcriptę, & ſubſcriptæ á tertijs; non autem à prædicta Tutri-
9 ce, neque à Teſtibus, abſque eo, quòd conſtet de ſpeciali mandato, Bald.in Rubr.Cod.de fid. Inſtrum.num 6.& conſ.98. lib.2. Roman.in l. admonendi, ſub num.55.verſ.aut ipſa ſcriptura, ibique Rip.num.105.ff.de Iur.Iur.Felin.in cap. 2.nu.6.de fid.inſtrum.Soccin.Sen.conſ.274.n.5. verſic.confirmatur.lib.2.Pappon.conſ.101.n.4. & duob.ſeqq. Caſtr.conſ.216. in princ. lib.1. Lancellott.Gall.conſ.91.num.13.lib.1.Surd.cōſil.326. num.19. Crauett.conſ.73. num.1. & de antiquit. tempor. part.1. ſect.quæritur etiam, num.59. Corn.conſ.174. col.fin. verſ.illud autem dico, lib.3.Card.Zabarell.conſ.153. Scacc. de Iudic.lib.2.c.11.n.937.& n.1102.& 1105. Gratian.cap.767. num.56. & ſeq. & cap.948. n.15.& ſeqq. Rebuff.de Chirograph. & Sched. recog.in præfat.num.36.& ſeq.in fin.Marſil.ſingul.471.aſſerens benè notādum tāquàm quotidianum, Anna ſingul.41.vbi, quòd perſonæ ſcribenti non credatur, vtpotè deponenti ad ſubſtinendum, quod à ſe eſt geſtum, Genu.de ſcript. priuat. tit.de Apoc. man. ter. conſcript. num 2.& ſeq.& num.51.& ſeqq.Poſth.reſolut. ciuil.72.num.15.& de manuten.obſer.98. num. 10.Cirocch.diſceptat.75.num.1.& ſeqq. & nu. 14.verſ.non dicto igitur, Gratian.cap.767. nu. 56.& ſeq.& cap.948.num.15. & ſeqq. & dec. March.114. num.8. Rot.in antiqu.deciſ.430.in recent.dec.298.n.2.p.8.

10 Neque dicitur conſtare de mandato ex ſimplici aſſertione, quòd confeſſiones de recepto fuerint ſcriptæ ex mandato ipſius Tutricis, Imol.conſ.91.Dec.conſ.510.num.2. Lancellott.Gall.conſ.91.num.13.lib.1.Menoch.conſ. 98.num.17.lib.1.Anna ſingul.41.vbi Add.Cabullin.Milleloq.659. in fin. verſic.non creditur tamen, part.2.fol.46.Burg. de Landem. part.3. inſpect.38.num.18.Gratian.diſcept.948.nu.15 & ſeq.aſſerens, eſſe concluſionem receptiſſimam, Poſth.de manuten.d.obſeruat.98. nu.10. Gen.de ſcript. priuat. tit.de apoc.man.tert.conſcript. n.21.fol.93.

11 Sed vlteriùs de eodem mandato conſtare debet per teſtes, qui in eiſdem Apocis ſe ſubſcribentes ſpecificè teſtentur, illas fuiſſe à tertio ſcriptas, & ſubſcriptas ex ordine, & voluntate partis, Rip.in dict.l.admonendi, ſub num.105.verſ.intellig., ff.de Iur.Iuran. Felin. in cap.2.num.6.verſ.ſexta declaratio, de fid.inſtrum.Roman.cōſ.204.num.2.& ſeqq. Gratian. dict.diſcept.948. nu.15. Genua de ſcript.priuat. lib.2. tit. de Apoc.manu tertij conſcript. num. 54. & ſeqq. latè pluribus adductis, Scacc. de Iudic.lib.2.c.11. n.1102. Cirocch.d.diſcept. 75.num.1.& ſeqq.

12 Præcipuè, quia agitur de vſuris à Iure improbatis, ad quas exigendas nullatenus poteſt præſumi conceſſum mandatum. Fulgoſ. in l.ſi procurator num.8.& ſeqq.ff.de condit.indebit. Imol.in cap. dilecto numer.21.de præbend. Curt.Iun.conſ.49.in fin.Card. Mantic.de coniect. lib.7.tit.16.num.8.& ſeqq.Cappell.Tholoſ.dec. 477.Rot.in recent.dec.378.num.13.part.9. ne-
13 que in generali mandato intelligitur data facultas, vt quis indebitum recipiat, Card. Mantic.de coniect. dict.tit.16.nu.16.

Quinimò, neq; etiam poteſt dici formaliter recognita manus dicti Franciſci Salutij ſcribentis, tres enim teſtes remiſſoriales aſſerunt, ſe illam recognoſcere, & habere notam, eò quia viderint ipſum pluries ſcribentem, quæ forma recognoſcendi ſcripturam per teſtes deponentes habere notam manum, non
14 ſubſiſtit, dum ijdem teſtes non deponunt, ſe fuiſſe præſentes, vidiſſeque ſcribere, Crauett. conſ.854.num.10.addit.ad Alex. conſ.114. lib. 7.Ruin.conſ.30.num.49.& conſ.39.num.50.lib. 1.Mart.vot.Piſan.45.in princip.Gait.de credit. cap.2.tit.8.numer.2746.& ſeq. Caren. reſolut. 120.num.13. Grammat. dec.84. num.1.& ſeq. & dec.93.n.12. vbi, quòd ita iudicari conſueuerit in Sacro Regio Conſilio Neapolitano, Rot.Genu. dec.18. num.3.Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſin.7.Rot.Lucen.diuerſ.dec.133. & in ter-
15 minis Apocæ benè Afflict.dec.181.num.9.ibi-

que

que *Vrſill. num.*1. præcipuè, quia non con-
currunt adminicula pro comprobanda reco-
gnitione.
16 Vlteriùs, neque ad effectum repetitionis
indebiti ſufficerent confeſſiones de recepto;
ſed actor grauatur certiſſima probatione,
quæ pernecesſè adeò concludat, vt nec etiam
per poſſibile agentis intentio excludi poſſit,
l. cum de indebito 25. §. *ſin verò* ibique *Bart.*
*num.*4.*ff.de probat.* optimè *Federic.de Sen.conſ.*
54.*num.*1.*& ſeq.* vbi, quòd, quàmuis paria
17 ſint realiter fuiſſe receptum, & confiteri re-
cepiſſe, quó ad liberandum debitorem; non
tamen ſint paria, vt creditor remaneat debi-
tori obligatus condictione indebiti, *Add. ad*
*Buratt.dec.*592. *num.*6.*& ſeq. Dunoz. Iun.dec.*
688.*num.*2.*& ſeq.*

Fortiùs omninò inſubſiſtens eſt prætenſa
repetitio ducatorum 513. quę ſupra fructus
recompenſatiuos, & ſupra extinctionem ſor-
tis cenſus præſumuntur exacta, quia, etiam
attenta nimis rigoroſa ſententia, in qua reſi-
18 det *Rota*, vt, nempè, cenſus non valeat
conſtitui ex pretio rei venditæ, neque ex cre-
dito, excepto tamen dotali, ſtante declara-
tione Beati Pij V. de qua teſtantur, *Cene.de*
*Cenſ.quæſt.*48.*nu.*13.*Pilaia deciſ. canon. tom.*
2.*deciſ.*10.*num.*10.*Rot.* poſt *Zacch. de obligat.*
*Camer.dec.*269.*num.*2.*Penting. dec.*247. *num.*
6. ſed pręcisè requiratur formalis pecuniæ
numeratio, iuxta formam à *Cõſtitutione Piana*
præſcriptam, prout, reprobata contraria ſen-
tentia, *Surd.conſ.*162.*num.*38. *& ſeqq.* firmant
*Duard.de cenſib.§.*2.*quæſt.*1.*num.*28.*Cenc.eod.*
*tract.quæſt.*48.*num.*21.*Ludouic. Lopez de con-*
*tract.lib.*1.*cap.*59.*verſ.ſecundum Corollarium*
*Felician.de cenſib.tom.*1.*lib.*2.*cap.*5.*numer.*17.
*& tom.*2.*lib.*2.*cap.*8.*num*7.*Boecſe.eod.tit.part.*
1 *num.*52.*& part.*3.*num.*39.*Molin.de contract.*
*part.*2.*diſp.*390.*num* 2,*Bellon.lib.*1. *de poteſt.*
*cor.quæ fiunt in continen. cap.*84.*n.*7.*Intrigliol.*
*de cenſ.quæſt.*97.*num.*2.*Scacc de commerc.§.*1.
*qu.*1.*num* 216. *Mangil.de euict.quæſt.*83.*num.*
15.*& ſeq.Merend.controuerſ.Iur.tom.*4.*lib.*25.
*cap.*49.*num.*20. *Valenzuol.conſ.*62. *numer.*14.
*& ſeqq.lib.*1.*Gratian.cap.*853.*num.*35.*& ſeqq.*
*Leotard.de vſur.quæſt.*60.*num.*4.*Caren.reſolut.*
201.*Andreol.controu,*226. *Bonac. de contract.*
*diſput.*3.*quæſt.*4.*punct. vnic num.*21. *Salon. de*
*contract.tit.de.Cenſ. art.*3.*controu.*8. *numer.*1.
*Vrceol. de tranſact qu.*4.*num.*7.*Rot.* poſt eum-
dem *dec.*122.*per tot.Bich.dec.*614.*num.*4.*Rot.*
*in rec.*224. *nu.*4.*part.*15.

Hæc tamen opinio non procedit, niſi in
foro contentioſo; non autem interno, quo
inſpecto, quando conſtat de realitate crediti,
19 cenſus eſt validiſſimus; prout eſt receptiſſi-
ma concluſio, quã, præ cæteris, optimè firmãt,
*Nauarr.in tract.de vſur.num.*88. *ante fin. verſ.*
eſt autem quæſtio quotidiana, *& nu.*121. *Leſſ.*
*de Iuſt.& Iur.cap.*22.*dubit.*12.*num.*8.*Surd.conſ.*
162.*ſub n.*38.*in fin.lib.*2.*Altograd.conſ.*19.*nu.*
1.*lib.*1.*Vermigliol. conſ.*129. *numer.*9. *& ſeq.*
Cene. *de Cenſ.dict.qu.*48.*num.*37.*& ſeq.Duard.*
*eod.tract.§.*2.*qu.*8.*num.*11.*& ſeq. Boniſig. de*
*cenſ.cap.*5 *num.*6. *Dian. in Sum.* verbo *contra-*
*ctus cenſus, num.*14.Card.*de Lugo. de Iuſtit.&*
*Iur.tom.*2.*diſput.*27.*ſect.*5.*num.*80. *& ſeqq. &*
num. 83. vbi de communi *Caſtr. Palao oper.*
Moral. *tom.*7. *tract.*32. *diſput.*6. *punct.*22.*§.*4.
20 *num.*2.*& §.*5.*num.*3.*& ſeqq.* vbi, quód cenſus
ex credito, inſpecto Iure naturali, & commu-
ni, rectè conſtitui poſſit, & ſubſtineatur, *Sa-*
*lon.de contract. & commerc. humani.art.*3. *de*
Cenſ.*controu* 8.*num.*3. *Gratian. cap.*652. *num.*
14.*Scacc.de commerc.& camb.§.*2. *qu.*1. *num.*
213.*& ſeqq.Salazar.de vſu, & cõſuetud.cap.*8.
*ſub num.*45.*verſic.ſed non parum decipiuntur*
*Maſtrill.dec.*272.*num.*11. *& ſeqq.* latè *Epiſc.*
Sperell.dec 28.*n.*32.*part.*1. *& dec.*163.*nu.*28.
*p.*2.*Pilaia deciſ.canon. tom.*2. *dec.*110.*de cẽſib.*

Quidquid in contrarium aberrantes à
communi ſentiant Molin.*de contract.diſp.*390.
*ſub num.*2.*verſ.illud poſtremo, Felician. de cenſ.*
*tom.*1.*lib.*1.*cap.*8.*num.*13.*& lib.*2 *cap.*8.*num.*
17.*Palat.in Prax.Theolog.lib.*4.*cap.*6. *Rebell.*
*de oblig.iuſtit. part.*2. *lib.*10. *de cenſ. qu.*1.*ſub*
*num.*23.*Salaſ.eod.tract.dub.*8.*num.*15.*Bocc ac.*
*de cenſ.part.*1.*num.*52. *Azor.inſtit.moral part.*
3.*lib.*10 *tit. de cenſ. cap.*8.*qu.*1.*Filiucc. quæſt.*
*moral. tom.*2. *part.*2. *tract.*35.*cap.*3. *qu.*3.*con-*
cluſ 315.cum innitantur falſiſſimo ſuppoſito,
quòd, ſcilicèt, etiam circumſcripta Conſtitu-
tione Beati Pij V. ex natura cenſus requira-
tur præſentanea pecuniæ numeratio, quòd
nullo Iure ſubſiſtere firmant rationes op-
timè exaratæ per *Surd. conſil.* 162. *numer.*
40. *& ſeqq.Duard.de cenſ.§.*2.*quæſt.*8. *num.*21.
& ſeqq.

Ideòque, cum non poſſit dubitari, quin
fructus cenſus ex pretio rei venditæ conſtitu-
21 ti, ſi non ciuiliter ob defectum extrinſecæ
ſolemnitatis actualis numerationis pecunię
à *Bulla Piana* requiſitæ; ſaltem naturaliter
ſint debiti, vtpotè de Iure naturæ in foro
conſcientiæ ſubſiſtentes, iuxta deducta per
auctores proximè laudatos.

Meritò, ſaltem, poſtquàm eſt ſacta præ-
22 tenſa imputatio in ſortem, in quo caſu lo-
quuntur auctoritates ex aduerſo allegandæ,
ceſſat quælibet indebiti repetitio, quò ad fru-
ctus reſiduales; cum ad hunc effectũ ſufficiat,
illos eſſe naturaliter debitos; vt ſunt Iura
apertiſſima in *l.*1. cum ibi notat. *ff.de condict.*
indeb.l.naturaliter, *l. Iulianus, ff. eod.l.*1.*§. vt*
id quod natura, *ff.ad leg. Falcid. l. ſi is cui*, *ff.*
*de ſolut.Bero.conſ.*56.*numer.*12 *lib.*1.*Leotard.*
*de vſur.qu.*98.*num.*27. *verſ. illud tamen circa*
*med.Bich. dec.*306.*num.*8. *Rot. in recent.deciſ.*
177.*num.*12.*part.*1. cum indebitum illud pro-
priè ſit, quod nullo iure debetur, nec quidem
naturali, *l. cum ampliùs* 84.*§. is natura debet, ff.*
de

de regni Iur. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 2. defin. 4. nu. 3. in annotat.

Tantæque eſt efficaciæ huiuſmodi natura-
lis obligatio, vt plurimos, ac ſingulares Iuris
effectus operetur, inter quos nonnullos præ-
24 cipuos recenſendo, explorati Iuris eſt, quód
25 ſufficiat ad compenſationem, quæ eſt ſpe-
26 cies ſolutionis, *l. etiam, ff. de compenſat.* ſatiſ-
que ſit ad nouandum, *l. 1. in fin. ff. de nouat.*
27 prout etiam ad conſtituendum, *l. 1. §. debi-*
28 *tum, ff. de conſtit. pecun.* & ulteriùs eidem
poſſit accedere fideiuſſor, *l. 6. in fin. l. 7. ff. de fideiuſſor. l. 16. §. 3. ff. eod.* & denique accipia-
29 tur pignus, *l. naturaliter, ff. de condit. indeb. l. quæſitum in fin. ff. de pignor.*

Prædicta verò omnia, eò libentiùs admittē-
30 da, quia, cū fructus cenſus dicantur indebitè
exacti per errorem Iuris ſatis controuerſi, at-
tenta ſententia grauiſſimorum Virorum in
Regno Neapolitano recepta, vt cenſus va-
leat conſtitui ex pretio rei venditæ, etiam
in terminis *Bullæ Pianæ*, ex infra firmandis,
eo magis ceſſat repetitio ex indebiti condi-
ctione, iuxta ſingularem *text. in l. cum quis, Cod. de Iur. & facti* Ignor. *Cum quis*, ait *tex.*
31 *ius ignorans indebitam pecuniam ſoluit, ceſſat repetitio, per ignorantiam enim facti, tantùm repetitionem indebitè ſoluti competere, tibi notum eſt*, ibique latè *Hubert. Giphan. Hug. Donell. commentar. Iur. lib. 14. cap. 14.* vbi, quód
32 errans in Iure imprudens ſit, quòdque im-
prudentia non aſſimiletur; ſed imò derectè
opponatur errori, *Oſuald. in enucleat. eod. loc. Duaren. ſub hoc tit. de Iur. & fact. ignor. cap. 3. Cuiac. in l. 19. qu. Papinian. ad l. 7. ff. de Iur. & fact. ignor. column. 4. & lib. 14. obſeruat. 39. Vital. lib. 2. variar. lect. cap. 22. Robert. lib. 1. ſentēt. cap. 6. Coſta de fact. ſcient. & ignoran. centur. 1. diſtinct. 28. num. 16. & ſeqq.*

Et quàmuis concors videatur Citramon-
33 tanorum ſententia, prout videre eſt ex *Gloſ. Bart.* & alijs in *dict. l. cum quis, Cod. de Iur. & fact. ignor.* quód ad repetēdum indebitū, etiā
error Iuris ſufficiat, hancque éamdem ſen-
tentiam latè tueatur *Vaſq. lib. 3. controu. cap. 63. n. 5. & 33.* & ex Vltramontanis, *Zaſ. in Rubr. de condit. indebit. num. 6. Vueſembec. in Paratit. magnis, ff. eod. tit. num. 9. Colleg. Collonien. Iuridic. ſuar. Iur. diſput. lib. 1. diſput. 22. Theſ. 1.*
34 *num. 18.* moti ex reſponſo *Pauli Iuriſc. in l. Iuris ignorantia, & l. error facti, ff. de Iuris, & facti ignorantia*, vbi aſſeritur, in repetitione
rei ſuæ, & in damno uitando Iuris ignoran-
tiam non nocere, pro qua etiam ſententia
comprobanda adduci ſolet *text. in l. qui ex-*
35 *ceptionem, ff. de condict. indebit.* in quo reperi-
tur ſancitum, quòd habens exceptionem per-
petuam, repetat indebitè ſolutum, & hic
uidetur in Iure errare, prout, & fideiuſſor, qui
Iure liberatus répetit, quod ſoluit, de quo in
l. fideiuſſor, ff. eod. ergo error Iuris non nocet
condictioni indebiti.

36 Nihilòminus ſupradicta ſententia tantùm-
modò procedit in indebito, tàm ciuiliter,
quàm naturaliter, in quibus terminis loquun-
tur Auctoritates contrariæ; Secus uerò in in-
debito ciuiliter; ſed debito naturaliter,
in quo caſu abſque vlla difficultate militat
aperta diſpoſitio dictæ *l. cum quis, Cod. de Iur. & fact. ignorantia*, prout diſtingunt *Gloſ. Bart.* & alij in repetitione eiuſdem *leg. cum quis*, &
admittunt ex aduerſo allegati *Carena reſolut. 230. num. 4. Io: de Kart. dec. Sardin. 22. n. 27.*

Multòque fortiùs prędicta procedunt; cum
enim verſemur in ignorātia Iuris ſatis dubij,
& admodùm controuerſi, ob receptam opi-
37 nionem in Regno, quòd cenſus ex pretio rei
venditæ conſtitutus, ex infra dicendis, ſubſti-
neatur, illa æquiparari debet ignorantiæ fa-
cti, iuxta receptam theoricam Felini *in cap. de quarta, num. 27. & ſeqq. de præſcript.* vbi indu-
cit *text. in cap. cum dilectus, extra de conſuetud.* iuxtá vnam lecturam, quam ibidèm proba-
runt *Butr. Ancharan.* Imol. *& Abb. Crauett. conſ. 279. num. 2. Corn. conſ. 181. num. 17. lib. 3. Gabr. conſ. 90. num. 25. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 120.* Capyc. *dec. 10. num. 19. & ſeq. Cardin. Caualer. dec. 81. num. 2. & deciſ. 141. num. 4. Rot diuerſor. dec. 132. num. 7. par. 2. in rec. dec. 559. n. 7. p. 5. tom. 2.*
38 Ex quo Iuris printipio inſimili deducitur,
iuxtà communem Interpretum ſententiam,
quòd ad effectum euitandi reſtitutionem fru-
ctuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ malè
alienatis, ignorantia Iuris dubij aſſimiletur
ignorantiæ facti ex adductis per *Rot. in recen. dec. 444. n. 6. & ſeq. p. 4. tom. 2.*

Infirmāda videtur pariter altera pars ſen-
tentiæ, quæ firmat, cenſum nulliter creatum
contra formam *Bullæ Pianæ* ex pretio domus
venditę fuiſſe extinctum, fructuſque recom-
penſatiuos non deberi ad conuentam ratio-
nem ſex pro centenario; ſed commenſuran-
dos eſſe cum fructibus, qui poterant percipi
ex eadem domo vendita, calculatis ad ſolam
rationem trium pro centenario.

Siquidem, attentis infra firmandis, vel cē-
ſus ſubſtineri debet, ſtante quòd conſtat de
realitate crediti reſultantis ex reſiduali pre-
tio domus venditæ, qualibet ſuſpicione frau-
dis omninò remota.

Vel in omnem caſum fructus ſaltem ſunt
debiti loco damnorum, & intereſſe, illos cō-
menſurando ad rationem cōuentam ſex pro
centenario, ſtante promiſſione emptoris do-
mus, qui ſpecificè voluit teneri ad ſolutionem
fructuum, etiam in caſu nullitatis cenſus.

Et quàmuis non ignorem vtramque pro-
poſitionem aduerſari ſententiæ, in qua hoc
39 Sacrum reſidet Auditorium, vt, nempè, cen-
ſus conſtitui non valeat ex pretio rei vendi-
tæ; ſed requiratur formalis pecuniæ numera-
tio, ex ſupra allegatis *num. 18.* Quòdque

em-

emptor; vltrà quantitatem perceptam ex re
40 vendita, non teneatur fructus recompenſa-
tiuos venditori ſoluere, quòdque non mereatur;
attendi certa taxatio eiuſdem intereſſe
ab initio conuenta, *Iaſ. in l. Inſulam 43. nu. 32.
ff. de action. empt. Salicet. in l. 2. num. 3. Cod. de
vſur. Caſtr. in l. Iulianus, §. ex vendito, num. 3.
ff. de act. empt. Soccin. in l. de diuiſione, num. 13
& ſeq.* ibique *Alex. num. 13. Seyſell. ſub nu. 12.
ff. ſolut. matrim. Purpurat. in l. 1. col. 8. in fin. C.
de Summ. Triuit. Cagnol. in l. curabit, num. 23. &
24. Cod. de act. empt. Corn. conſ. 59. num. 5. circa
med. lib. 3. & conſil. 145. num. 7. & ſeq. lib. 2.
Cephal. conſ. 290. num. 14. Aretin. conſ. 159. nu.
14. & in l. ita ſtipulatus, num. 3. in fin. verſ. ſe-
cundo caſu, ff. de verbor. obligat. Natta conſ. 494
num. 3. & ſeq. Soccin. conſ. 88. nu. 18. lib. 4. Cra-
uett. conſ. 105. nu. 11. Alex. conſ. 69. nu. 4. lib. 1.
Surd. conſ. 101. num. 22. poſt princip. verſic. qui
tres poſteriores lib. 1. Coſt. de portion. rata q. 91.
num. 2. Scapp. de iur. non ſcript. lib. 4. cap. 25.
num. 9. Gratian. cap. 716. num. 1. & cap. 911. nu.
11. & ſeq. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 4. n. 3.
verſ. quarto ad med. Leotard. de vſur. quaeſt. 27.
num 45. & ſeqq. Mancnt. de contract. liuellar.
quaeſt. 5. num. 77. Facchin. cõtrou. Iur. lib. 2. cap.
32. verſ. contrariam ſententiam, Epiſc. Sperell.
dec. 118. num. 68. & ſeqq. Criuell. decis. Dolan.
98. num. 3. Benuend. dec. Rot. Bonon. 29. num. 6.
Fontanell. decis. 92. num 15. Ludouiſ. decis. 347.
num. 4. Card. Otthobon. decis. 2. num. 2. & ſeqq.
Rot. in recent. dec. 453. num. 1. & ſeqq. part. 4.
tom. 2.*

41 Nihilóminus rogantur Reuerendiſſ. Patres
aduertere, quòd verſamur in cenſu conſtituto
in Regno Neapolitano, in quo, attenta
receptiſſima conſuetudine, quando, prout in
præſentia, venditur fundus præſertim vrbanus,
ſolet emptor altero ex duobus modis vẽ-
ditoris conſulere indemnitati.

42 Vel promittendo eidem venditori fructus
recompenſatiuos ad rationem ſeptem, vel
octo pro centenario, quæ taxatio in Regno
eſt frequentiſſima, licèt rei venditæ fructus
excedat, dummodò non excedat quantitatem
intereſſe communis, iuxtà morem Regionis,
habito reſpectu ad id, quòd venditoris
intereſt, ut pretium haberet, cum emptiones
ibidem ſint paratiſſimæ, adeòut pecuniam
otioſam in arca nemo habere præſumatur,
prout in præciſis terminis de huiuſmodi con-
ſuetudine Regni teſtantur *Io: Franc. de Ponte
de poteſt. prorcg. tit. de Regal. impoſit. tit. 4. §. 5.
num. 64. & ſeq. & num. 77. Galeot. lib. 1. contr.
61. num. 27. Capyc. Latr. conſult. 59. nu. 15. lib. 1.
Carleual. de iudic. tom. 2. diſput. 8. ſection. 5; de
Marinis lib. 2. quotid. reſolut. cap. 20. num. 6. &
ſeq. Merlin. lib. 2. controu. cap. 50. nu. 18. & ſeqq.*
præcipuè *num. 27. & ſeq. verſ. firmum ergo*, qui
43 egregiè ad rem aduertit, quòd in Regno nõ
ſit agendum de intereſſe ad ratam fructuum
commenſurando, ex *l. curabit, Cod. de action.
empt.* ſed intereſſe pretij, ſi præcedat conuentio,
ſemper eſtimandum ſit reſtauratiuum
damni, quod intereſſe poterit uenditoris, ſi
pretium habuiſſet; aliudque eſſe uſuras pretij,
tamquàm intereſſe deberi, *Molpheſ. de
contract. cap. 23. num. 39. & ſeq. Theodor. alle-
gat. 40. per tot.* ſignanter *nu. 30. Marcian. Sen.
conſil. 50. num. 5. & ſeq. Gait. de credit. cap. 2.
tit. 7. quaeſt. 2. num. 1756. & ſeqq. Roceb. reſponſ.
74. num. 28. lib. 1.*

Huiuſmodi uerò Regni conſuetudo eſt etiã
conformis receptiſſimæ ſententiæ Doctorum
44 egregij nominis, hoc idem Iure communi attento,
conſtantiſſimè affirmantium, ut, ſcilicet,
ſubſtineatur conuentio ſuper intereſſe
pretij, quamuis excedat rei uenditę fructus,
potiſſimùm inſpecta conſuetudine, moreque
Regionis ita contrahendi, prout, omiſſis innumeris,
qui poſſent afferri, egregiè, præ cæteris
firmât, *Caſtr. in l. 2. C. de vſur.* aſſerẽs, quòd
emptor ex pretij retardata ſolutione teneatur
ad uſuras, quæ in Regione ſunt frequentes,
licèt fructus rei uenditæ minus ualeant;
hoc enim intereſt uenditoris, qui uendidit,
ut pretium haberet, & propterea conuenit
de certo intereſſe, quod ex pretio habiturus
fuiſſet, ibique etiam *Bald. num. 3. Barboſ. in l.
de diuiſione, num. 72. ff. ſolut. matrim. Cagnol. in
dict. leg curabit, num. 57. & ſeq. 65. et 69. Cod. de
action. empt. Dec. in cap. cum venerabilis, nu. 65.
verſic. putarem tamen, de except. et conſ. 111.
Ruin. conſ. 73. num. 5. et ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 60.
n. 22. et 29. lib. 1. Burſatt. conſ. 11. num. 6. et 26.
lib. 1. Gozadin. conſ. 55. Hõded. conſ. 44. n. 37. Co-
uarr. var. lib. 3. cap 4. num. 5. Gratian. cap. 524.
num. 13. Capyc. Latr. conſultat. 59. num. 15. lib.
1. Carleual. de iudicijs tom. 2. diſput. 8. cap. 5. nu.
48. & 52. Facchin. controu. Iuris lib. 2. cap. 32.
Galeot. controu. 61. num. 47. lib. 1. Scacc. de commerc.
§. 1. quaeſt. 7. ſecunda part. ampliat. 8. nu.
33. Ioſeph Ludouic. decis. Peruſina 53. num. 3. de
Xart. dec. Sardin. 98. num. 17. Rot. Ianuen. decis.
194. per tot.* præcipuè *num. 3.* vbi, quòd in terminis
dictæ *l. curabit* poſſit fieri taxatio intereſſe
iuxta morem Regionis, licèt fructus
plus, vel minus valeant; idque procedat,
etiam de Iure Canònico, aliiſque adductis
comprobat *Io: Franc. de Ponte de poteſt. Pro-
reg. d. tit. 4. de Regal. impoſit. § 5. n. 64. & ſeqq.*
45 qui benè firmat, quòd id, quod dicitur, vt
intereſſe recompenſatiuum rei venditæ fructus
non valeat excedere, benè procedat, vbi
nulla præceſſit conuentio, nullaque eſt commiſſa
mora irregularis, quæ re ipſa contrahitur
propter perceptionem fructuum ex æquitate
legis; ideòque intereſſe ad fructus commenſuratur;
ſed, quando ſumus in intereſſe
ad certam ſummam ſpecialiter conuento; tũc
alitèr ſit dicendum, idemque firmat *de Marin.
d. lib. 2. cap. 20. num. 2. & ſeqq. & num. 6. Merlin.*

Digitized by Google

*lin.dict.lib.2.controuerſ.50.num.23.& 28.*vbi
poſt plutes allegatos, quòd fortiùs procedat
concluſio, quando, prout in præſenti thema-
te, eſt facta uenditio annui cenſus perpetuò
46 redimibilis ſuper re ipſa empta; tunc enim
conuenta quantitas eſt attendenda; uon au-
tem fructus, qui ex re uendita percipi potue-
runt.

47 Alter modus conſulendi indemnitati ven-
ditoris eſt, vt emptor ex pretio rei venditæ,
quod debet, conſtituat in eodem emptionis
actu cenſum ad rationem ſeptem, vel octo pro
centenario ad fauorem venditoris, & hic cē-
ſus ex eadem frequentiſſima Regni Conſue-
tudine habetur pro valido, etiam ſi formalis
pecuniæ numeratio non interuenerit, *Galeot.
lib.1.controuerſ.61.num.53.de Marin.d.cap.20
num.8.verſ.ſecus verò,lib.2.*

48 Idque, non ſolùm, quia nonnulli arbitran-
tur, Bullam Beati Pij V. non eſſe in Regno re-
ceptam reſpectu numerationis pecuniæ; ſed
potiùs ſeruari Bullam Nicolai V. indulgentis,
vt poſſit fieri contractus cenſus ſuper pretio
anteà debito, prout tradunt *Conſtant.in leg.1.
n.42.& 44.Cod.de fiſcal.vſur.lib.10.Io:Franc.
de Ponte conſ.41.num.37.lib.2. de Marin.dict.
cap.20.num.9.& duob.ſeqq. Io:Camill.Caeac.*
penes eumdem *de Marinis lib.3.allegat.84.
num.6.Galeot.lib.1.controu.61.*alijque Docto-
res Regnicolæ egregij nominis, qui poſſent
allegari, ſuper quo non inſiſto.

49 Sed etiam, quia in Regno ſeruatur ſatis
æqua, ac rationabilis ſententia, quæ fauet ua-
liditati cenſus conſtituti ex rei venditæ pre-
tio, quando, nempè, ceſſat quælibet fraudis,
ſimulatæque ſolutionis ſuſpicio, quam ſe-
ctantur plures claſſici Auctores, inter quos,
præ cæteris, *Surd.conſ.162.num.38.& ſeq.lib.
2.Bellon.Iun.conſ.92.num.9.& ſeq. Turrett.
conſ.36.per tot.*præcipuè *num.20. & infra, &
num.24.& ſeqq. lib.3. Altograd.conſ.19.in
princip.lib.1. clar.mem. Ant.Cerrus* inter Ro-
manæ Curiæ Aduocatos olim celeberrimus,
inter *conſ.Farinac.conſ.201.num.6 lib.3. Ver-
migliol.conſ.129.n.9. Guttier.Practicar.quæſt.
lib.2.quaſt.176.num.2.Salazar.de vſu, & con-
ſuetud.cap.8.num.45.Roderic.de annuis reddit.
lib.1.quæſt.13.num.3.in fin. Auendan.de cenſ.
cap.43.num.9. Larrea allegat.22.num.54.&
ſeq.part.1.Noguerol.allegat.16.num.26.Giurb.
obſeruat.35.num.16.& obſeruat.108.num.13.
Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18.part.2.
num.11.& ſeq. & dec.130.num.7.Salgad.in
labyrint.credit.part.1.cap.40.num.65.Actolin.
reſol.17.num.1.& ſeqq.Conciol.*latè *conſult.21
& 22.per tot.Maſtrill.dec.292.num.62. Mut.
decıſ.78.num.8.Milanen.dec.2.num.36.& ſeq.
& dec.9.num.10.& ſeqq.lib.2. Epiſcop.Tho-
mat.dec.Maceraт.242.num.11. Pilata deciſ.Ca-
nonic.tom.2.dec.10.de cenſ.pet.6.ſub n.3.& 21*
50 Cum pro ſolutione habeatur, quidquid ex
conuentione contrahentium datur, *l.ſi rem,
§.omnis, ff.de pignorat.act. l.1. ff.qui ſatiſd.co-
gant. l.ſatisfactio, ff.de ſolution.* & quia debi-
tum ex vna cauſa poſſit ex conuentione par-
51 tium in aliam conuerti, fictione breuis ma-
nus, *l.certi conditio,§.depoſiti, l.ſingularia,ff.ſi
cert.petat.*

Quæ ſententia libenter eſt amplectenda,
quando, prout in hac facti ſpecie, ſublata re-
manet quælibet ſuſpicio fraudis, quam potiſ-
52 ſimùm reſpexit Bulla Piana numerationem
requirens pecuniæ, prout colligitur ex proe-
mio eiuſdem Bullæ, ex qua rectè deſumitur
ratio finalis eiuſdem, *l.fin. ff.de hæred. inſtit.*
ibique, præ cæteris, *Bart.Purpurat.in l.eum
qui,num.110.circa med.ff.ſi cert.petat.*vbi de
præfatione Bullæ Pontificiæ, *Barbat. conſ.40.
num.67.lib.4. Natt.conſ.180. Oldrad. conſ.56.
num.26.Aym.conſ.192.num.21. & conſ.245.
num.2.Curt.Iun.conſ.20.num.7.lib.3.Menoch.
præſumpt.2.num.1.& ſeqq.lib.6.Girond.de pri-
uileg.num.658.Gratian.cap.96.n.29. Archiep.
Royas dec.199.num.2.*

Et in ſpecie eiuſdem Bullę Pianæ aduertũe
Doctores ſuperiùs laudati, præcipuè *Larrea
allegat.22.num.55.part.1.* vbi, quòd fraus,
53 quæ ex mente Pontificis intenditur euitari in
cenſibus ex pecuniæ præſentia, & interuẽtu,
omninò excludatur, quando certum, liquidũ-
que debitum præcedit, *Anton. Cerrus d.conſ.
201.num.6.* inter *cōſ.Farinac. Vermigliol.dict.
conſ.129.num.9.*& adnictit *Rot.dec.103.nu.8.*
poſt *Cenc.de cenſ.*

Adeòut, licèt ex requiſito veræ, realiſque
ſolutionis pretij excludantur ſolutiones fictę,
54 dum tamen Bulla fraudes ſolùmmodò remo-
uere intendit, intelligi debet, illas tantùm
ſolutiones excludere voluiſſe, quæ vim habēt
in ſola debitoris confeſſione, quæ poteſt eſſe
ſimulata; non autem illam ſolutionem, quæ
non eſt omninò ficta; ſed reſpectu commodi
creditoris eſt uera; licèt contineat fictionem,
quò ad actum numerationis, ut benè decla-
rant *Surd.dict.conſ.162.num.45.& ſeq.lib.2.
Bellon.Iun d.conſ.92.n.16.*

Ideòque frequenter admittuntur ab hoc
Sacro Auditorio ſolutiones per Cedulam Bā-
chariam á Campſore acceptatam, *Bellon.Iun.
conſ.92.num.6.& ſeq.& nu.17.& ſeqq. Add.
ad Buratt.dec.500.num.5.Gratian.cap.387.nu.
46.Capyc.Latr.conſult.70.nu.35.& ſeq. Stacc.
de commerc.& camb.§.1.quaſt.1.numer.233.
Cenc.de cenſ.quæſt.50.num.13.& ſeq. Rot.*poſt
eumdem *dec.291.num.2.& dec.104.num.1.et
deciſ.103.num.7.& ſeq.Vbago dec.48.nu.4.&*
55 *ſeq.*Idque, non ob aliam rationem, niſi quia
cedula uim habet ſolutionis, *Bart.in leg.ſolu-
tionis,n.1.ff.de ſolut.Put.dec.163.lib.1.* & re-
mouetur fraudis ſuſpicio, prout aduertit *Rot.
d.dec.103.n.5.& trib.ſeqq.* poſt *Cenc.de cenſ.*

56 Præcipuè, quando non conſtat ex dili-

gentijs in Bancho faciendis, quod pecunia
non adeſſet, & non fuiſſet numerata, prout eſ-
ſe neceſſarium ad infringendum cenſum ex
defectu pecuniæ numeratę, rectè aduertit *Epi-*
cop. Afflict. contro.21. num.14. & ſeq. & ad-
mittit *Vbago d. dec.48. num.6.* & nihilòminus
57 Cedula Bancaria reuera nõ poteſt dici actua-
lis pecuniæ numeratio á Bulla requiſita, ſed
ſolùm á *Rota* admittitur, utpotè uim habens
ſolutionis

Quinimò admittuntur etiam ex hac eadem
ratione ceſſantis fraudis ſolutiones momen-
taneæ, quando, nempè, creditor demonſtrat
totum pretium coram Notario, & teſtibus
58 numerandum uenditori cenſus, idemque em-
ptor poſteà immediatè illud recipit in ſolu-
tionem pretij, iuxta approbatam cautelam,
Nauarr. in comment. de vſur. num.98. Noguerol.
allegat.32. num.112. Cenc. *de cenſ. quæſt.48. nu.*
22. et ſeq. ubi in ſpecie de cenſu conſtituto ex
pretio rei uenditæ ſtatim reſtituto emptori,
& *quæſt.50. num.26. verſ. verùm, Rot. poſt eum-*
dem, dec.187. num.10. et dec.527. num.4. verſ.
aut dicta pecunia, Epiſc. *Sperell. dec.28. nu.73.*
verſ. cæterùm, et ſeqq. Milanenſ. dec.2. num.65.
et ſeq. part.2. Maſtrill. dec.262. num.43. et ſeq.
Ant. de Bell. lib.5. Prag. Regn. Sicil. in explicat.
Pragm. Reg. Alfonſ. de cenſ. quæſt.5. num.6. re-
ctèque conferunt in generalibus terminis de-
ducta per *Bart. in l. qui ſic ſoluit 56. ad fin. ver-*
ſic. ſecundo caſu, ibique *Caſtr. ff. de ſolut. Bald.*
in l. ſi tibi pecuniam, num.1. verſ. oppono, ibique
Alex. num.5. Iaſ. num.10. Dec. in fin. ff. ſi cert.
petat. Iaſ. in l. frater à fratre, num.7. ff. de condit.
indebit. Imol. in l. ſi quis duos in fin. de ſolut. Ge-
rard. de Petra Sancta ſingular.26 num.1.

His igitur firmatis, uel cenſus, de quo agi-
tur, ſubſtineri debet, utpotè creatus ex rei
uenditæ pretio, omni prorsùs ſuſpicione frau-
dis remota, quam potiſſimùm reſpexit *Bulla*
Piana, ex ſupra allegatis, præcipuè, attenta
Regni Conſuetudine, in quo cenſus frequen-
tiſſimè ex pretio rei uenditæ creatur, ut ſu-
pra eſt firmatum.

59 Vel ſaltem omnis æquitas, quam *Rota* ſolet
præ oculis ſemper habere, ſuadere debet, ut
dum emptor non poterat emere domum, niſi
integro pretio in actu emptionis ſoluto, dum
agebatur de uenditione rei pupillaris, quæ
60 non poterat fieri à Tutrice, habita fide de
pretio, *l. Procurator, §. vltimo,* ibiq; *Gl. et Bart.*
ff. de Iur. fiſc. Io: Franc. de Pont. de poteſt. Proreg.
tit.4. de Regal. impoſit. § 6. num.7. et ſeqq. Card.
de Luca de credit. diſc.10. num.24. Card. *Caua-*
ler. deciſ.18. num.2. teneatur ad fructus con-
uentos, ſi non uti fructus cenſus, ſaltem uti
damna, & intereſſe paſſa, ſtante promiſſione
eiuſdem emptoris, qui uoluit ſpecificè tene-
61 ri, etiam in caſu nullitatis cenſus, prout
in ſpecie nullitatis cenſus impoſiti abſque nu-
meratione pecuniæ, firmat *Leotard. de vſur.*
quæſt.80. num.20. Ludouiſ. dec.564. num.4. ibi-
que *Add. num.5. Rot. in rec. dec.271. num.9. et*
ſeqq. part.7.

Regulare enim eſt, ut obligatus in caſum
nullitatis cenſus teneatur ad fructus loco dã-
62 norum, & intereſſe ex quocumque capite
nullitas proueniat, *Leotard. de vſur. d. quæſt.80*
num.20. Ludouiſ. dict. dec.564. num.4. Rot. poſt
Cenc. de cenſ. dec.138. num.8. in recent. dec.48.
num.3. et 9. part.8. et dec.271. num.9. et ſeq. p.7.
Reiecta diſtinctione aſſerentium, ut id pro-
cedat, quando cenſus eſt nullus ex defectu
ſolius materiæ, & ex culpa debitoris tantùm,
quia, ſcilicet, ſit impoſitus ſuper bonis alie-
nari prohibitis, uel alteri obligatis; ſecus, ſi
ex defectu formę, eò quia non ſit numerata
pecunia, uel aliud requiſitum deficiat, ut tra-
dunt *Cenc. de cenſib. quæſt.88. num.15. verſ. ego*
verò, Vrceol. de tranſact. quæſt.41. num.14. Go-
bius conſul.33. num.26. cum huiuſmodi diſtin-
ctio non uideatur ſubſiſtens, illamque ſemper
uerbalem exiſtimaui; deciſio uerò *Cardin. Se-*
raphin.787. num.15. in contrarium allegari
conſueta, cum qua pertranſeunt nonnullę de-
ciſiones *Rotæ* recentiores non percutit, neq;
diſputat articulum.

63 Huiuſmodi uerò damna, & intereſſe dici
debent liquida ad quantitatem ſcutorum ſex
pro centenario, quæ pro fructibus cenſus fuit
conuenta in inſtrumento; *Actolin. reſol.17.*
num.38. Poſtb. reſol.112. num.21. et ſeqq. Add.
ad Ludouiſ. dict. deciſ.564. num.5. Rot. in recent.
dict. deciſ.48. num.4. part.8. & poſt *Cenc. de cenſ.*
dec.58. n.1. et ſeqq.

Præcipuè, quia, attenta conſuetudine, &
opinione grauiſſimorum Doctorum, quæ ſer-
uatur in Regno, ut fructus recompenſatiui
ualidè conueniri poſſint ad rationem ſeptem,
& octo pro centenario, iuxta morem illius
Regionis; quámuis fructus rei uenditæ exce-
dant, quòdque cenſus rectè ex pretio rei uen-
64 ditæ conſtitui ualeat, contráctus dicitur ge-
ſtus bona fide á Muliere Tutrice, quę etiam
ſi uoluiſſet peritiores Regni conſulere, ab
omnibus abſque dubio reſponſum habuiſſet
pro cenſus ualiditate, *Menoch. lib.6. præſumpt.*
23. num.17.

Pront è conuerſo Auctor aduerſarij dici
debet uerſatus in mala fide, quæ eidem ad lu-
65 crum nullatenus prodeſſe debet, *l. nec ex do-*
lo, ff. de dolo; dum contra Iuris prohibitio-
nem rem pupillarem comparauit, pretio in
actu ſolutionis non numerato, ex adductis
per *Io: Franc. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.4.*
§.6. num.7 et ſeq. Card. de Luca de credit. diſc.
10. num.24. Card. Caualer. dec.18. num.2. Idque
cum tám graui præiudicio huius partis in
Regione, in qua facillimè, ſi totum pretium
præ manibus Tutrix habuiſset in pecunia
numerata, abſque dubio potuiſset conſi-
milem cenſum in pupilli beneficium
com-

Digitized by Google

comparare, cum interuſurijs longè grauioribus.

Iuxta firmata prodijt reſolutio Rotæ fauorabilis Salutio pro infirmatione ſententiæ Rotalis quò ad eam partem, in qua fuit demandata reſtitutio ducatorum 513. qui prætendebantur exceſſiuè ſoluti.

ARGVMENTVM.

Cenſus poteſt legitimo Iure extingui per debitorem, ſorte eiuſdem liberè ſoluta creditori, nullatenus aduerſante pacto ex interuallo adiecto ſuper depoſito in Aede publica faciendo, ad effectum inueſtiendi, quoties illud ab eodem debitore fuit ignoratum; non enim eſt in facultate Creditoris conditione, onere, aut qualitate aliqua extrinſeca grauare debitorem, quò minus vtatur Iuris facultate in modo redimendi cenſum, iuxtà formam in contractu præſcriptam.

Inueſtimenti cura, eueniente caſu redemptionis cenſus, ſemoto ſpeciali pacto initio contractus apponendo, nullo Iure ſpectat ad debitorem, qui de illo non debet eſſe ſollicitus; ſed potiùs ad Adminiſtratorem, ſeu Curatorem; cum ſibi debeat imputare Inſtitutor Maioratus, ſeu fideicommiſſi, cur minus fidelem adminiſtratorem ſuis bonis præpoſuerit.

Cenſus intelligi debet conſtitutus ſuper portione rei ad uenditorem ſpectante; idque, teiam, ſi bona fuerint deſcripta cum cõfinibus toti, integræq; rei conuenientibus; ideòque impoſitus ſuper re fideicommiſſaria ſubſtinetur ſuper portione debita ratione detractionum, & de alijs ſimilibus id ipſum confirmantibus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio perſonæ, parte opponente, eſt neceſſaria in quolibet Iudicio, etiam exequutiuo, cum aliàs quin ad vlteriora procedi non valeat.*

2 *Cenſu legitimè extincto fructus ampliùs non debentur.*

3 *Cenſus poteſt legitimè extingui per debitorem, ſorte eiuſdem creditori liberè ſoluta, non obſtante pacto ex interuallo adiecto ſuper depoſito in Aede publica faciendo, quoties ab eodem debitore ignoratur,* & num.ſeqq.

4 *Non eſt in facultate creditoris conditione, onere, aut qualitate aliqua extrinſeca debitorem cenſus grauare, quo minus Iuris facultate in modo redimendi cenſum vtatur.*

5 *Non poteſt ex interuallo adijci onus in redemptione cenſus Maioratui obnoxij, quòd, nempe, ſors redimenda certe perſonæ tradatur, vel pro inueſtimento faciendo deponatur.*

Expenditur text. in l. cum filius, ff. de milit. Teſtam.

6 *Cenſus legitimè dici debet extinctus cum hærede grauato, non obſtante qualibet expreſſa prohibitione alienandi, vel inueſtiendi onere poſt conſtitutionem ipſius cenſus iniuncto.*

7 *Idque, etiam ſi in redimente adſit indubitata ſcientia fideicommiſſi.*

8 *Cenſus rectè extinguitur cum Donatario grauato alteri reſtituere.*

Reprobatur contraria ſententia Feliciani *requirentis pro validitate redemptionis Iudicis auctoritatem.*

9 *Contractus ſemel perfectus non recepit ex interuallo conditionem, modum, vel grauamen ab vno impoſitum, altero inuito.*

10 *Inueſtimenti cura in caſu extinctionis cenſus nullo Iure pertinet ad debitorem redimentem, qui de illo nõ debet eſſe ſollicitus, ſed potiùs ad adminiſtratorem, ſiue curatorem.*

Nam ſibi debet imputare ordinator fideicommiſſi, ſeu Maioratus, cur minus fidelem adminiſtratorem ſuis bonis præpoſuerit.

11 *Soluens regulariter non debet eſſe ſollicitus, & curioſus, vt pecuniæ ſolutæ in cauſam vertantur expreſſam, quoties huiuſmodi onus recipienti, non autem ſoluenti reperitur iniunctum.*

Magis nocere debet negligentia verſionis ei, qui perſonam præpoſuit, quàm cum illa contrahenti.

12 *In mutuò, eſt ſpeciali, vt verſionis probatio requiratur.*

13 *Verſionis probatio requiritur ad effectum obligandi alium ex ſolutione alij facta, & ad actionem acquirendam ex ipſa ſolutione, ſecus ad liberationem conſequendam.*

14 *Liberatio, vtpotè fauorabilior, benigniorem recipit interpretationem.*

15 *Fauore debitoris redimentis cenſum de damno agitur euitando, ne ad reiteratam teneatur ſolutionem; ideòque omnis benigna interpretatio pro eo eſt capienda.*

16 *Solutio facta Procuratori, hæredi, ſeu Prælato putatiuo ſoluentem liberat.*

17 *Debitor, cui innotuit donatio cenſus, debet ante redemptionem eiuſdem cenſus diligenter perquirere conditiones, & onera in eadem donatione appoſita, illorumque curare implementum pro liberatione conſequenda.*

18 *Intellige, vel quando in ipſomet Inſtrumento impoſitionis cenſus fuit ipſimet debitori adiectum onus.*

Declaratur deciſio Card. Cerri 215.

19 *Vel quoties, exiſtente forma, ſeu onere ex interuallo præſcripto in redemptione cenſus, fuit debitor ante eandem redemptionem ſpecificè monitus, & certioratus de eodem onere, eidemque facta Iudicialis inibitio, ne ſolueret, ſed ſortem deponeret.*

Idque etiam, ſi debitor cenſum extinſerit ex man-

mandato Iudicis, niſi id fideicommiſſario denunciauerit, antequam ſolueret.

20 *Denunciatio eſt pernecesſè facienda debitori cenſus, antequam illum redimat, vt certò ſciat, poſſeſſorem fideicommiſſi, ſeu Maioratus carere mandato, & facultate liberam cenſus reluitionem recipiendi.*

21 *Ex ſcientia donationis cenſus habita per debitorem non poteſt reſultare, neque dici probata ſcientia onerum in eadem donatione adiectorum.*

Præcipuè, quando ex huiuſmodi ſcientiæ præſumptione præiudicium reiterandæ ſolutionis debitori ſoluenti contingeret.

22 *Præſumptio ſcientiæ nullitatis cenſus nō poteſt elici ex traditione Inſtrumenti einſdem cenſus ceſſionario facta.*

23 *Qui cum alio contrahit, illius tenetur conditionem perquirere.*

24 *Intellige, quò ad conditionem hominis, quam debitor omninò tenetur inquirere, non autem quò ad conditionem rerum, quam quis inveſtigare non cogitur.*

25 *Diſpoſitio* text.l.qui cum alio, ff.de reg.Iur. *non procedit, quando contrahens debuit à parte certiorari.*

26 *Ad hoc, vt quis propter ſcientiam obligetur, neceſsè eſt, quòd plenam, perfectamque ſcientiam habeat totius negotij, cum omnibus ſuis qualitatibus.*

27 *Ex ſcientia partis non poteſt argui ſcientia totius, quoties de contractibus Inſtrumentalibus agitur.*

28 *Ignorantia cauſata ex culpa ipſius partis ab eadem obijci nequit.*

29 *Subrogata bona ſunt obnoxia eiſdem obligationibus, quibus erant obnoxia bona, in cuius locum ſubrogatur.*

30 *Voluntas à poteſtate eſt metienda.*

31 *Cenſus intelligi debet impoſitus ſuper portione ad venditorem ſpectante.*

32 *Impoſito cenſu ſuper re fideicommiſſaria, cenſetur impoſitus pro rata, ratione detractionum competente.*

33 *Cenſus, ſi à ſocio fuerit impoſitus in re communi, inſciō, & inuito altero ſocio, ſuſtinetur, dummodò illius portio tot fructus ferat, qui penſioni ſufficiant.*

34 *Idque, etiam ſi bona fuerint deſignata cum confinibus toti, integræque rei conuenientibus, cum aſſertione ad ſe ſpectare, nam adhuc ad propriam portionem reſtringi debet.*

35 *Diſponens de re communi, cenſetur tantùm de ſua portione diſpouere, illamque alienare.*

36 *Pluribus petitis, vbi Princeps vnum tantùm conceſſit, cætera apertè denegaſſe eſt cenſendum.*

37 *Non attenditur, quid fuerit in ſupplici libello petitum, ſed quid in reſcripto conceſſum, eum narrata, & petita reſtringantur, & limitentur per conceſſionem, & ſignaturam.*

38 *Papa, ſi ſimpliciter reſcribat*, fiat, ut petitur, *adhuc illius reſcriptum intelligi debet iuxta ordinem Iuris.*

39 *Idque, etiam ſi in commiſſione contineantur aliqua ſecundùm Ius, & aliqua contra Ius, nam intelligūtur conceſſa Iuri conſona.*

CAPVT CXXVII.

ABSOLVENDVS Dux Cæſarinus, non ſolùm, quia Roſſino aduerſario agenti in præſenti iudicio uti filio q. Iulij obſtat defectus legitimationis
1 perſonæ neceſſariæ, parte opponente, in quolibet iudicio exequutiuo, cum alioquin ad vlteriora procedi non valeat, *Bart. in l.2. in fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. Iaſ. in Rubr. Cod. qui admit. num. 1. Alex. conſil. 59. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 11. num. 2. lib. 2. Burſatt. conſ. 129. num. 7. & conſ. 225. num. 7 lib. 2. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. habilitatis, num. 3. Marant. in prax part. 4. diſtinct. 9. n. 38. Ludouiſ. dec. 264. num. 2. ibique Add. lit. A.*

Sed fortiùs, quia, etiam admiſſa legitimatione perſonæ, cum tamen ex aduerſo prætendantur loca Montium, de quibus eſt quæſtio, occaſione fructuum cuiuſdam cenſus à Gaetano venditi Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Amalfitano, qui, ex infra firmandis,
2 fuit legitimè extinctus, vtique fructus ampliùs non currunt, neque debentur, *Cenc. de cenſ. quæſt. 107. num. 1. & ſeqq. Boccac. eodem tractat. quæſt. 2. num. 130. Verall. dec. 103. p. 1. Buratt. dec. 645. num. 2. Card. Caualer. dec. 652. num. 1. Card. Celſ. dec. 116. n. 1.*

3 Nullatenus aduerſante vnico obiecto, quòd cenſus retrouenditio fuerit nulliter geſta, dum ſors fuit liberè ſoluta Roſſino eiuſdem cenſus donatario, ſiuè Valentino eius Curatori contra formam in donatione præſcriptam ab eodem Archiepiſcopo creditore ſuper depoſito in Æde publica faciendo, eueniente caſu extinctionis, ad effectum reinueſtiendi; illud enim omninò corruit ex pluribus.

Primò, quia, cum prædicta forma non legatur conuenta in ipſamet creatione cenſus conſtituti cum ſimplici pacto redimendi; ſed potiùs ex interuallo fuerit appoſita in donatione eiuſdem cenſus facta à dicto Archiepiſcopo creditore ad fauorem Iulij nepotis, & ab eo deſcendentium, cum inſtitutione fideicommiſſi.

4 Vtique non fuit in facultate ipſius creditoris conditione, onere, aut qualitate aliqua extrinſeca grauare debitorem, quo minus ſua libertate, iuriſque facultate in modo redimēdi utatur, iuxta formam præſcriptam in antecedenti contractu, *l. 1 §. fin.* vbi *Bald.* notat, *ff. de reb. eor. l. debitorum pactionibus, C. de pact. Negusan. de pignor. part. 4. principal. numer. 34. Felic. lib. 4. de cenſib. cap. 1. num. 5. in fin. Seſſe deciſ. Aragon. 42. num. 6. Giurb. dec. 79. nu. 17.*

5 prout in terminis oneris ex poſt facto adiecti in redemptione cenſus Maioratui ſuppoſiti, quòd, nempè, ſors redimenda certæ perſonæ tradatur, vel deponatur pro inueſtimēto faciendo, egregiè videndi diſtinguentes

utrum-

vtrumque caſum, poſt *Bald.in cap.* 1. *§.rurſus*
quemadmod.feud.amittat. firmant *Caſanat.cō-*
ſil.9.num.55.& ſeq.& conſ.7.num.5.Salgad.in
labyrin.cred.part.1. cap.36. num.11.& ſeqq.
qui reſpondet contrarijs, *Molin.de primog.hi-*
ſpan.lib.4.cap.4.num.20.Maceraten.lib.2. reſo-
lut.99.Noguerol.allegat.14.num.144.Giurba
dec.79.num.17.& 29.Seſſe dec.30.per tot.Mon-
ter.dec.1.num.50. & ſeqq. Fontanell.dec.540.
*num.3.& ſeqq.Maſtrill.dec.215.per tot.*præci-
puè *num.21.& ſeqq.* & confert optimus *text.*
in l.cum filias,ff.de militar. teſtam. ibi: *Quia*
hæreditati quidem ſuæ Miles quamcumq; ſubſti-
tutionem facere poteſt; veruntamen alienum
ius tollere non poteſt.

6 Et in ſpecie, quòd cenſus legitimè dici de-
beat extinctus cum hærede grauato, cum ſit
actus neceſſarius; non autem voluntarius, nō
obſtante qualibet expreſſa prohibitione alie-
nandi, vel inueſtiendi onere poſt conſtitutio-
nem ipſius cenſus iniuncto, per *text.in l.ante*
reſtitutam 104.ff.de ſolut. tradunt *Roderic. de*
anu.reddit.lib.2. quæſt.15. numer.87. & ſeqq.
Card.de Luca de cenſib diſc.23.num.2.Cenc.de
cenſib.quæſt.109.num.58. Rot. poſt eumdem
deciſ.351.num.4.& dec.363.nu.1.& 5. Giurb.
deciſ.79 num.18.& ſeqq. lib.1. Danozett.Iun.
deciſ.858.num.3.& ſeq.Card.Celſ.dec.116.nu.
15.Rot.in recent.deciſ.557.num.4.part.4. to.3.
7 vbi etiàm ſi in redimente adſit indubitata
ſcientia fideicommiſſi, & *dec.494.num.7.p.13*
vbi, quòd facultas redimendi liberè reſerua-
ta non poſſit ex interuallo alterari, aut mode-
rari, iniuncto onere inueſtiendi, & in præci-
8 ſis terminis, quòd cenſus rectè extinguatur
cum donatario grauato alteri reſtituere,
Bich.dec.601 num.1.

Quidquid in cōtrarium non rectè ſenſerint
Felician.de cenſ.tom.3.lib.4.cap.1.n.5.Maſtrill.
dec.57. affirmantes, requiri Iudicis auctori-
tatem, ad hoc, vt redemptio cenſus legitimè
fieri valeat à debitore cum hærede grauato.

Idque ea potiſſimùm ratione ex Iurium
9 deducta principijs, quoniam quilibet contra-
ctus nominatus, ſi ſemel perfectus, abſolutuſ-
que ſit inter contrahentes, nullam poſtmo-
dùm recipit conditionem, modum, vel gra-
uamen ab vno impoſitum, altero contrahen-
te inuito, vel non conſentiente, cui etiam ex
contractu perfecto fuit Ius quæſitum, & cui
alter ſolus detrahere nequit, prout ſunt Iura
in *l.perfecta donatio, C.de donat.quæ ſub mod.*
l.eò quòd 10. C.ſi cert.petat.l.non id circò, C.de
contrahend.empt.l.quamuis, C.de tranſact.l.il-
lud in fin. C.de collat. & melior, præ cæteris,
text.in l.non ſolùm 30. ff.de action. & obligat.
ibi: *Quia in re, quæ ex duorum, pluriumue con-*
ſenſu agitur, omnium voluntas expectatur, non
vnius tantùm, Pinell.3.part.l.1. C.de bon.ma-
*tern.ex num.62.& ſeqq.*ibique *Flor.de Men.in*
add. Tiraquell. de retract.conuent.ad fin.titul.
num.108 Gomez.tom.1.var.cap.4. num.11. &
in l.17.Tauri, num.22. Molin.de primog. lib.1.
cap.8.ex num.21.ad 38.Mierez de Maiorat.1.p.
quæſt.26.num.1.& ſeqq.& quæſt.44. ex nu.11.
& 2.part.quæſt.4. illat.8. num.14. Guttierez
pract.lib.2.quæſt.52.Salgad.in labyr.credit.p.1
cap.36. num.16. latiſſimè *Caſtill. controu.Iur.*
lib.3.cap.10.

His omnibus accedat, quòd inueſtimen-
tum expreſsè legatur iniunctum Valentino
10 Curatori, ſiue adminiſtratori, quoties caſus
redemptionis cenſus euenerit, durante adhuc
minori ætate Iulij donatarij; Ideòque cura
eiuſdem inueſtimēti in caſu extinctionis nul-
lo Iure ſpectabat ad debitorem redimentem,
qui de illo non debebat eſſe ſollicitus; ſed po-
tiùs ad prædictum adminiſtratorem, ſiue Cu-
ratorem; ſibi enim imputare debet fideicom-
miſſi ordinator, cur minus fidelem Admini-
ſtratorem bonis donatis præpoſuerit, eidem
dando ſpeciale mandatum ad recipiendam
ſortem cenſus, cum onere reinueſtiendi, quod
adimplere neglexerit, *l.cum mandato, ff.de*
minor. Signorol.conſ.229.num.2. ad med.verſ.
& ſibi imputet, Stracch.de decoct.part.3. n.54.
verſ.& magis, & in his terminis benè *Salgad.*
in labyrin.credit. dict. part.1. cap.36. num.11.
circa med.verſ.quia cura iſtud agendi, Caſanat.
dict.conſ.9.nu.55.Molin.de hiſpan. primog. lib.
4.cap.4.num.22.Card.de Luca de cenſib. d.diſc.
23.num.2.Giurba dec.79.num.29. Fontanell.d.
deciſ.540.num.8.Seſſe dec.30. nu.22. verſ.nam
alia forma, Merlin.dec.463.n.40.& ſeq.

11 Regulare enim eſt, vt ſoluens non debeat
eſſe ſollicitus, & curioſus, vt pecuniæ ſolutæ
in cauſam vertantur expreſſam; quoties hu-
iuſmodi onus recipienti; non autem ſoluenti
reperitur demandatum, *l.fin.ff.de exercit.act.*
*Bart.in l.Ciuitas, num.7.*ibique *Iaſ.num.12.ff.ſi*
*cert.petat.*idem *Bart.in l.1.§.non tantùm, ff.de*
*exercit.action.*vbi *Bald.in 2.notab. Caſtren.n.4.*
benè ad rem admonens, quòd magis nocere
debeat negligētia verſionis ei, qui perſonam
præpoſuit, quám cum illa contrahenti, *In-*
noc.in cap.cum quibuſdam, num.3.de fideiuſſor.
Guttierez.allegat.1.Gratian. cap.45. num.5. &
ſeq.Molin.lib.4.de primog.cap.4.num.20. Card.
Mantic.de tacit & ambig.lib.8.tit.14. num.10.
verſ.quartus caſus eſt, Surd.dec.156. num.3. &
*ſeqq.*ibique *Hodiern.num.1.& ſeq. Giurb.dec.*
79.num.28.Rot.poſt Pacific.de Saluiano dec.16
num.13.& duob.ſeqq.Ludouiſ.dec.511.nu.1.9.
12. & ſeq. vbi ſolutio facienda erat pro ſol-
uēdis diuerſis debitis domus; & nihilòminus,
hoc minimè adimpleto, *Rota* cenſuit, ſoluen-
tem liberatum eſſe per actualem ſolutionem,
neq; debuiſſe ſollicitum, & curioſum eſſe de
verſione in cauſam expreſſam, ibique *Add.*
num.33.Dunozett.Iun.dec.858. num 8. vbi in
ſpecie oneris inueſtiendi.

12 Contraria verò procedunt, vel in mutuo,

in

Digitized by Google

in quo ſpeciale eſt, vt requiratur probatio verſionis, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Bart. in l. Ciuitas, nu. 8. ff. ſi cert. petat.* ibique *Iaſ. num. 15. Bald. in Authent. hoc ius porrectum, num. 22.* ibique *Caſtr. num. 5. C. de Sacroſ. Eccleſ. Innoc.* cæterique Canoniſtæ, *in cap. 1. de depoſit. Caſtr. conſ. 337. circa princip. lib. 1. Purpurat. conſ. 433. ſub num. 14. verſ. ſecundo quia, Ludouiſ. dec. 511. n. 12.*

13 Vel ad effectum obligandi alium ex ſolutione alij facta, & ad actionem acquirendam ex ipſa ſolutione, non autem prout in præſentia ad liberationem conſequendam, cum faciliùs detur liberatio, quàm obligatio, prout doctrinam *Bart.* loco proximè laudato, intelligit *Ludouiſ. d. dec. 511. num. 12. verſ. rurſus Bart. loquitur, & ſeq.*

Tertiò tandem ſublata prorsùs remanet quælibet diſceptandi occaſio; ſi enim, ex allegatis prædicta procedunt, etiam data in debitore redimente certa ſcientia fideicommiſſi, ſiue oneris, formæque præſcriptæ ſuper depoſito ſortis cenſus faciendo, ad effectum reinueſtiendi in caſu redemptionis.

Multó magis abſque vlla controuerſia ſibi locum vindicant in themate, de quo eſt ſermo, dum debitor redimens iuſtiſſima, ſatiſque probabili ductus credulitate exiſtimauit, donationem cenſus nullum omninò continere onus reinueſtiendi, dum ab eodem Curatore, ſiue Adminiſtratore, de quo creditor donans uoluit confidere ſuper inueſtimento faciendo, fuit traditum ipſi debitori redimere uolenti integrum exemplar dictæ donationis in inſtrumento extinctionis cenſus poſtmodùm inſertum; mutilatum tamen in ea parte, in qua legitur adiectum dictum onus reinueſtiendi.

Ideòque negari non poteſt, ſaltem probabiliter potuiſſe debitorem, optima fide ductum opinari, quód cenſus rectè extingueretur cum eodem Adminiſtratore, ſorte eidem liberè ſoluta, ſtante facultate liberè redimẽdi cõuẽta in ipſamet cẽſus creatione, quod ſatis
14 ſuperque eſt ad conſequẽdam liberationem, quæ, utpotè fauorabilior, benigniorem recipere debet interpretationem, *l. Arrianus*, cũ ibi notatis, *ff. de action. & obligat. cap. ex literis, de probat. Ludouiſ. dec. 511. n. 13.*

15 Præcipuè, quia fauore debitoris redimentis agitur de damno euitando, ne ad reiteratam cogatur ſolutionem, *Ludouiſ. dict. deciſ. 511. num. 13.* & in his terminis, *Salgad. in labyrint. credit. dict. part. 1. cap. 36. num. 31. & 33. Card. de Luca de cenſ. diſc. 24. num. 7. verſ. præterea, & ſeq Giurb dict. dec. 79. num. 2.* rectèque
16 conferunt optima ſimilia de legitima ſolutione facta ei, qui publicè exiſtimabatur procurator Domini Creditoris ad pecunias exigendas, quamuis in rei ueritate procurator non ſit, neque de mandato doceatur, prout per *text.* ſatis ſingularem in *l. eius, qui in Prouincia 41. ff. ſi cert. petat.* optimè firmant *Soccin. conſ. 32. n. 22. lib. 1. Menoch. conſ. 573. n. 14. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 310. num. 95. lib. 3. Caſanat. conſ. 9. num. 30. Tiraq. de leg. connub. gloſ. 8. nu. 148. Maſcard. de probat. concl. 649. nu. 28. Maur. de ſolut. cap. 15. nu. 26. Salgad. in labyr. credit. part. 2. cap. 9. num. 33.*

17. Idemque aſſerendum de ſoluente poſſeſſori hæreditatis, & ſic hæredi putatiuo, qui uerè hæres non erat, ſed poſtmodùm hæreditate priuatus, uel etiam donatario, cuius poſtmodùm donatio ex defectu conditionis fuit reſoluta, *Bart. in leg. filiæ inteſtatæ, ff. de ſolutionib. & in leg. cum fundum, §. ſeruum, verſ. venio ad ſecundum, ff. ſi cert. petat. & in l. falſus, num. 4 ff. de furt. Caſtren. in l ſi procuratores, notab. 2. ff. de condit. ob cauſ. & in l. cum quis, §. 1. ff. de ſolut.* egregiè, præ cæteris, *Aretin. conſ. 35. per tot. Rimin. Sen. conſ. 64. numer. 4. Ruin, conſ. 171. num. 4. lib. 4. Mandel. conſ. 462. num 5. & 6 Caſanat. conſ. 9 num. 32. Card. de Luca de cenſ. diſc. 23. num. 8. Merlin. deciſ. 463.* aliàs 374. *num. 40. part. 5. recent.* & eſt *text.* elegans in *l. ſtatu liberi 29. §. Quintus Mutius, ff. de ſtat. liber.*

Prout idem affirmandum in ſolutione facta Prælato putatiuo, ſeu intruſo, *Iaſ. in l. ſi vrbana, num. 10. ff. de condit. indeb. Ruin. conſil.* 150. *num. 7. lib. 1. Alex. conſ. 120. num. 7. lib. 5. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap 5. num. 27. & ſeqq Carol. de Graſſ. de except. except. 25. nu. 92. Maſcard. de probat. concl. 649. nu. 11. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 9. in fin. Corbul. de Iur. emphyt. cap. 15. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. limit. 24. per tot. Larr. alleg. fiſcal. 22. nu. 45. in fin. Giurb. deciſ. 79. num. 20.* alijſque fideliter allegatis, *Salgad. in labyr. credit. part. 9. cap. 9. num. 36. & pluribus ſeqq.* apud quem plura alia conſimilia exempla relegi poterũt, *Card. de Luca de cenſ. diſc. 23. num. 8.* & magis proximè de extinctione cenſus facta cum eo, qui credebatur legitimus procurator, *Dunozett. Iun. dec. 786. n. 1. & ſeqq.*

Parumque releuat, quòd debitor, cui innotuit donatio cenſus, debuerit ante redemptionem diligenter perquirere onera, & conditiones in eadem donatione appoſita; illorũmque implemẽtum curare pro conſequenda liberatione, ex allegatis per *Cardin. Cerr. dec. 215.*

Siquidem huiuſmodi obiectum poſſet forſaſsè procedere in duobus caſibus.

18 Vel, quando in ipſomet inſtrumento impoſitionis cenſus fuit adiectum onus depoſiti faciendi in caſu redemptionis ad effectum reinueſtiendi; illudque iniunctum ipſimet debitori, in quibus terminis loquuntur *Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 6. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 15. num. 89. Gratian. cap 45. num. 19. Cenc. de cenſ quæſt. 59. num. 35. et ſeqq.*

Amat.

Digitized by Google

Amat. deciſion. March.50. Giurb. deciſion.79.
num.45.ante fin. verſ.ſic quoque, et num.46. et
ſeqq. aliæque Authoritates adductæ per Car-
din.Cerr.dict. dec.215. ubi de forma conuen-
ta in cenſus impoſitione ſuper depoſito ſor-
tis faciendo,eueniente caſu redemptionis,ad
affectum inueſtiendi pro fideicommiſſo; quæ
potiùs, argumento ducto à contrario ſenſu,
optimè retorquentur, nam alioquin fruſtrà
Rota acriter inſtetiſſet ſuper pacto conuento
in ipſo inſtrumento, ſi ſola notitia fideicom-
miſſi, aut uinculi appoſiti ſucceſſori per cre-
ditorem ſine conſenſu debitoris ad id ſatis,
ſuperque ſufficeret.
19 Vel, quoties, exiſtente onere,ſiue forma
ex interuallo præſcripta ſuper depoſito fa-
ciendo, uel ſimilibus ſub clauſula prohibiti-
ua, uel annullatiua, fuit debitor ante redem-
ptionem ſpecificè monitus,& certioratus,uel
ab eodem creditore, uel à tertio intereſſe
habente de eodem onere; adeòut indubitan-
ter ſcire ualeat, poſſeſſorem fideicommiſſi ex
ſpeciali Teſtatoris præcepto carere manda-
to, poteſtateque recipiendi liberam cenſus
redemptionem, iuxta terminos l.3.C.de no-
uat. & in his terminis loquuntur Salgad.in la-
byr.credit.dict part.1.cap.36.num.24.29.et 31
et cap.17.num.43.Hermoſill.ad l.2.tit.3.par.5.
gloſ 4.num.90 et ex numer.88. tom.1.fol.189.
Cenc. de cenſ. quæſt.109 ſub num.63. verſ.hæc
autem, quæ dicta ſunt, Rodriq. de ann. reddit.
quæſt.15.num.59.et ſeqq Gratian.cap.636.n.1
et ſeqq. et ferè per tot. ubi num 2. ampliat,hoc
procedere, etiam, quòd debitor extinxiſſet
cenſum ex mandato Iudicis, niſi antequàm
ſolueret, denunciaſſet fideicommiſſario, ad
cuius inſtantiam fuerat inhibitus, Amat.Pa-
norm.reſol.81.num.18.et ſeqq. ubi,quòd, defi-
ciente huiuſmodi notificatione, non ſufficе-
ret ſcientia debitoris, Barboſ.vot.80 num.26.
Giurb.dict.dec.79.numer.28.verſ.tum quia, et
num.45.Maſtrill.dec.143. cæteræque auctori-
tates ex aduerſo allegatæ.

Neutrum autem concurrit in præſentia;
Non primum; nam huiuſmodi onus depoſiti
faciendi in caſu redemptionis, ad effectum
reinueſtiendi, nullibi legitur conuentum in
ipſa cenſus creatione; ſed potiùs ex interual-
lo in donatione eiuſdem cenſus, ignorante
prorsùs debitore.

Minus etiam ſecundum; cum non doceа-
tur, debitorem, antequàm uellet redimere,
fuiſſe certioratum de onere depoſiti, & inue-
ſtimenti ex interuallo iniuncto Adminiſtra-
tori, ſiue Curatori; quinimò fuiſſe ſpecificè
inhibitum, ne ſortem cenſus liberè ſolueret;
ſed potiùs deprehenditur, debitorem prædi-
ctum onus prorsùs ignoraſſe; dum non ſine
euidenti dolo ipſius adminiſtratoris, qui illi
tradidit copiam donationis,vt ſupra mutila-
tam, iuſtiſſimam habebat cauſam opinandi;
eumdem adminiſtratorem eſſe legitimam
perſonam ad recipiendam liberam cenſus ſo-
20 lutionem, vt in ſpecie aduertit Salgad.d.p.1.
cap.36. num.31. vbi, quòd ob hanc cauſam
ſit præciſè neceſſaria denunciatio facienda
debitori, vt certò ſciat, poſſeſſorem fidei-
commiſſi, ſiue Maioratus carere mandato,
facultateque recipiendi liberam cenſus relui-
tionem.
21 Multòque fortiùs prædicta ſibi locum vin-
dicent;cum ex ſcientia donationis habita per
debitorem nullo Iure poſſit reſultare, neque
dici probata ſcientia onerum in eadem dona-
tione adiectorum, præcipuè quando, prout
in præſentia, ex huiuſmodi ſcientiæ præſum-
ptione irreparabile, maximumque præiudi-
cium reiterandæ ſolutionis debitori ſoluenti
contingeret, quo caſu ſcientia præſumpta
non ſufficeret, iuxta receptam theoricam
Gloſ.in cap.concertationem, verb.ſciuerit, de
appellat.in 6.Bald.in cap.cum contingat,num.6,
ibique Felin.num.2 ante med.de reſcript. Bero.
conſ.68.num.86. lib.1. Gratian.diſceptat.625.
num.11.& 633.num.24 & ſeq.Card.Seraph.
dec.991.nu.2.Put.dec.242.lib.1. in correct.&
in ſpecie Durau.dec.426.n.17.et ſeq. vbi poſt
Corn.conſ.153.num.4.lib.4.Aym.conſ.193.n.8.
quòd ſcientia Inſtrumenti non arguat cer-
tam, indubitatamque ſcientiam in eo contē-
torum, quando de maximo agitur præiudi-
cio, Rot.in recentior.dec.48.num.16.et ſeq.p.8.
22 & in fortioribus terminis, quód præſumptio
ſcientiæ nullitatis cenſus non eliciatur ex tra-
ditione inſtrumenti eiuſdem cenſus facta
ceſſionarijs, cum ex prædicta traditione ad
effectum præiudicij non benè infeǩatur ad in-
dubitatam ſcientiam contentorum in eodem
inſtrumento cenſus, Rota, me ſcribente, in
rec.dec.393.n.5.p.16.

Atque ex his etiam patet reſponſio ad text.
23 ex aduerſo allegatum,in l.qui cum alio,ff.de
reg.Iur. quód, nempè, ſoluens teneatur onera
in donatione adiecta perquirere.
24 Tum, quia id procedit, quó ad conditio-
nem hominis, quam tenetur debitor omninò
inquirere cum eo contrahens,iuxta terminos
dict.l.qui cum alio; non autem quò ad condi-
tionem rerum, quam quiſ perſcrutari non
cogitur,Cephal.conſ.393.num.99.Surd.conſ.13.
num.38.Rimin. Iun. conſ.640. num.63.Bardel-
lon. conſ.1.num.45. & in his terminis Giurb.d.
dec.79.nu.28.

Tum, quia, cum, ex ſupra firmatis, debi-
tor à creditore reuendente certiorari omni-
nò debuerit de vinculis; quinimmò ſpecificè
25 inhiberi, ne ſolueret, vtique non vindicat ſi-
bi locum text.In dict.l.qui cum alio, quando
contrahens debuit à parte certiorari, benè
Surd.conſ.150.num.124.& ſeqq. & num.126.
vbi, quòd ad hoc,vt quis propter ſcientiam
26 obligetur, neceſsè ſit,quòd plenam, perfe-
ctam,

ctamque ſcientiam habeat totius negotij cum
omnibus ſuis qualitatibus, *Bardellon. conſ. 1. num. 55.* & in ſpecie *Giurb. dict. dec. 79. numer.*
27 *28. verſ. tum quia, & verſ. nec ex ſcientia*, vbi,
quòd ex scientia partis, non poſſit argui ſcié-
tia totius, quoties agitur de contractibus in-
ſtrumentalibus.

Tũ demũ, quia ex aduerſo nõ poteſt obijci
28 ignorantia omninò cauſata ex culpa ipſius
partis, quæ tradidit debitori copiã donatio-
nis mutilatã in ea parte, in qua aderat ſupra-
dictum vinculum, onuſque inueſtiendi, latè
Surd. dict. conſ. 150. num. 124. & ſeq. & numer. 130. & ſeqq.

Cæterùm, quò ad medietatem locorum
Montium, ſuper quibus ex aduerſo petitur
translatio, nulla videtur adeſſe difficultas;
cum enim proueniant ex rata pretij Caſtro-
rum ſpectantium ad Alexaudrum, & Proſpe-
rum de Gaietanis, quæ, præuio Chyrogra-
pho S. M. Vrbani VIII. fuerunt diſtracta à
Congregatione Baronum, abſque dubio,
quemadmodùm eorundem Caſtrorum domi-
nium reſidebat penes dictos Alexandrum,
& Proſperum; itá etiam pretium ex illis ha-
bitum, eum inueſtimento in locis Montium
29 ſubrogatis in locũ Caſtrorum, ad vtrumque
Dominum pertinet, *l. ſi enim, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio, Iaſ. in l. 1. §. hæc actio*, ibique
Bart. ff. ſi is, qui teſtam. lib. eſſ. iuſſor. Gratian. cap. 943. num. 8. & ſeq. & num. 24. & ſeq. Ludo-uiſ. dec. 60. num. 1. & dec. 445. num. 1. & 7. Bu-ratt. dec. 913. num. 9. & in his terminis *Rot. in rec. dec. 4. num. 2. part. 11.* repetita coram
Peutingero dec. 385. num. 3.

Ideòque, his ſtantibus, cum Dux Cæſari-
nus fuerit couſequutus contrauerſa loca Mõ-
tium, vti creditor Alexandri, non poſſunt il-
la, ſaltem pro medietate ad eundem Alexan-
drum ſpectante, auocari per Aduerſarium,
qui ſolummodò eſt creditor Proſperi, ex vul-
gatis Iuris principijs.

Nullatenus aduerſante, quód cenſus, de
quo agitur, fuerit à Proſpero impoſitus ſuper
prędictis Caſtris poſtmodùm venditis.

Siquidem, metiendo, prout fieri debet, vo-
30 luntatem à poteſtate, *l. Lucius 21. § Impera-tores, ff. ad municip. cap. à nobis 21, de ſent. ex-communicat.* & in ſpecie *Rot.* poſt *Cene. de cenſib. dec. 39 num. 4.* cenſus intelligi debet
impoſitus ſuper portione eorundem Caſtro-
rum ad Proſperum venditorem ſpectante,
31 *Mareſcott. var. lib. 1. cap. 27. num. 1. & ſeq. Hon-ded. conſ. 58. num. 99. lib. 1. Leotard. de vſur qu. 55. numer. 27. Maſtrill. ad Gregor de Cenſ. qu. 5. num. 114. Duard. de cenſ. §. 1. quaſt. 9. numer. 4. Cene. de cenſ. qu. 20. numer. 7. & ſeq. Rot.* poſt
eumdem *dec. 538. num. 9. & ſeq. Ludouiſ. deciſ. 225. num. 1. & ſeqq.*

32 Prout in ſimili habemus, quòd, impoſito
cenſu ſuper re fideicommiſſo obnoxia, cenſea-
tur impoſitus pro rata competente ratione
detractionum legitimæ, & Trebellianicæ,
Cenc. de cenſ. dict. qu. 20. ſub num. 8. Mareſcott. dict. cap. 27. num. 1. & ſeq. adden. ad Ludo-uiſ. dict. dec. 225. num. 16. verſ. et ideò impoſito cenſu.

Idemque aſſerendum, ſi ſuper re communi,
inſcio, vel inuito ſocio, cenſus fuerit impoſi-
33 tus, valet conſtitutio cenſus in portione ven-
ditoris, dùmmodò illius portio tot fructus fe-
rat, qui penſioni ſufficiant, *Leotard. de vſur. d. qu. 55. num. 27. verſ. quamobrem ſi rei communi.*

Idque, etiam ſi prædicta Caſtra in inſtru-
mento cenſus fuerint deſignata cum confini-
34 bus toti, integræque rei conuenientibus,
cum aſſertione venditoris ad ſe ſpectare, cum
debeat reſtringi ad propriam portionem,
Bald. in l. 1 num. 2. ibique *Caſtr. num. 4. Cod. qui teſtam. fac. poſ. Alex. conſ. 14. num. 2. lib. 3. Rub. Alex. conſ. 99. num. 2.* & in ſpecie *Mareſcott. var. lib. 1. dict. cap. 27. num. 4. Duard. de cenſ. §. 1. qu. 9. num. 12. Leotard. de vſur. dict. qu. 55. nu. 28. Cenc. de cenſ. dict. qu. 20. num. 9. et ſeq. Rot.*
poſt eumdem *dec. 39. num. 5. et ſeq. Ludouiſ dict. dec. 225. num. 4.* ibique *Adden. num. 16. in fine, verſ. prædicta procedunt.*

35 Prædictis omnibus confert recepta Iuris
propoſitio, quòd diſponens de re communi
cenſeatur tantùm de ſua portione diſponere,
l. qui tabernas, ff. de contrab. empt. cap. paſtoralis de donat. Bald. in l. 1. num. 2. ibique *Caſtr. num. 4. Cod. qui teſtam. facer. poſſ. Alex. in l. ſi domus, §. fin. num. 2. et ſeq. ff. de legat. 1.* & alienare
tantùm ius, quod habet, *l. quod in rerum, §. ſi vſumfructum, l. ſi Titio, et Mæuio in princip. ff. de legat. 2. l. vxor patroni, Cod. de legat. Ludouiſ. dec. 225. num. 2. et ſeq.*

Minus etiam aduerſatur, quòd in commiſ-
ſione S.M. Vrbani VIII. porrecta pro obtinen-
da facultate prædicta Caſtra vendendi, duo
fuerint petita; Alterum, quòd, dimiſſo certo
creditore, ex reſiduali pretio retrahendo ſa-
tisfieret creditoribus Proſperi, deindèque
Alexandri; Alterum verò, quòd, ſaltem, dimiſ-
ſo eodem certo creditore, reliquis, prout
iuris fuerit, ſatisfiat.

Nam, cum Pontifex reſcripſerit, vt Reue-
rendiſſimus Theſaurarius procedat, vt in ſe-
cunda parte petitur, videlicet, vt creditori-
bus ſatisfiat, prout Iuris fuerit, non ſolùm
ex huiuſmodi forma reſcripti cenſetur omni-
nò reiecta prima pars in ſupplici libello con-
tenta, ut, nempè, ſatisfieri deberet credito-
ribus Proſperi, & deinde Alexandri, quæ om-
ninò aduerſabatur diſpoſitioni Iuris commu-
nis, quo inſpecto, ex rata pretij ad Alexan-
drum ſpectante, nullatenus Creditores Proſ-
36 peri poterant ſatisfieri, necè cõtra; pluribus
enim in precibus petitis, vbi Princeps vnum
tantùm conceſſit, cætera apertè aſſerendum
denegaſſe, iuxta receptum monitum *Felyn.*

in

in cap.ſuper literis, num.10. in fin. de reſcript. Gemin. conſ.65. num.29. benè *Decian. reſponſ. 86.num.52.& ſeqq.lib.3.Natt.conſ.276.num.1. Gabr.conſil.28.num.24. lib.2. Spad.conſ.53.nu. 12.& conſil.136. num.8. & conſ.143. num.4. lib.1.Lotter.de re benefic.quæſt.4. num.9. lib.4. Gambar.de offic.legat.lib.8.num.197.*

37 Non enim debet attendi, quid fuerit in ſupplicatione petitum; ſed potiùs quid in reſcripto conceſſum, *Abb.in cap.inter dilectos 6.ſub num.4.poſt med.de fid.inſtrum.Gabr.conſ. 28.num.24.lib.2.Decian.dict.reſponſ.86.nu.52. & ſeqq.lib.3.Spad.conſ.143.num.4.lib.1. Natta conſ.726.num.1. Soccin.Iun.conſ.93. nu.44. lib.3. Giurb.deciſ.41. num.8. verſ. & habetur Ratio, Rot.in rec. dec.621. num.2. part.2.* vbi, quòd narrata,& petita reſtringantur,& limitentur per conceſſionem,& ſignaturam, & poſt *Fenzon. ad Statut.Vrb. dec.69. verſ.quia in reſcriptis,* Card.Otthobon.dec.165.n.4.

Sed vlteriùs, etiam ſi Papa ſimpliciter re-
38 ſcripſerit, *fiat vt petitur*, adhuc illius reſcriptum intelligi debet ſecundùm ordinem Iuris, quo attento, ex rata pretij ſpectante ad Alexandrum non erant dimittendi creditores Proſperi, nec è contra, *l.reſcripta, Cod.de precib.Imperat.offerend.l.ex facto in princ.*vbi *Iaſ.num.5.ff.de vulgar.cap.cauſam, quæ de reſcript.Bald.conſ.121.num.2. lib.1. Aretin.conſ. 45.num.5.& conſ.76. num.4. Achill.deciſ.12. de reſcript.Cæſ.de Graſſ.dec.8. num.2. de re iudicat.Verall.dec.162.nu.1.part.1. & dec.227. num.4.part.2.Rot.in recent.dec.39,num.2. p.1.*

39 Idque,etiam ſi in commiſſione contineantur aliqua ſecundùm Ius, & aliqua contra Ius; nam intelligi tantùmmodò debent conceſſa ea, quæ Iuris diſpoſitioni ſunt conſona, vt optimè aduertit *Rip. poſt Corn. in rubr. de reſcript.num.18.*

Huiuſmodi controuerſiæ tranſactio finem indixit.

ARGVMENTVM.

Cenſus dicitur legitimè extinctus per dationem inſolutum alicuius rei, vel alterius cenſus aſſignationem, non ſecus, ac ſi actus retroſimilis reſtitutionis ſortis in pecunia numerata interceſſerit; cum *Conſtitutio Piana* in creatione; cenſus pecuniam exigens, vtpotè exorbitans, ad extinctionem non ſit trahenda.

Reſeruatio priorum Iurium cenſus reuiuiſcentiam operatur, quando contigit illius extinctio ob confuſionem Iurium, & incompatibilitatem; ſecus verò ob realem pecuniæ numerationem, aut ſaltem à Iure ſubintellectam; tunc enim cēſus ſemel extinctus, ampliùs reuiuiſcere nequit, præcipuè in præiudicium fideiuſſoris eiuſdem cenſus ſemel liberati, & nullatenus eidem reſeruationi Iurium conſenſum præſtantis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus dicitur legitimè extinctus per dationem inſolutum alicuius rei, vel aſſignationem alterius cenſus; non ſecus, ac ſi actus retroſimilis reſtitutionis ſortis in pecunia numerata interceſſerit.*

2 Conſtitutio Piana *in creatione cenſus pecuniam exigens numeratam, vtpotè exorbitans non eſt trahenda ad extinctionem, quę tamquàm caſus omiſſus remanere debet ſub Iuris communis diſpoſitione.*

3 *Redemptio, & extinctio cenſus, licèt ſit quædam emptio; eſt tamen diſtractus, in quo eadem ratio non viget.*

4 *Traditur intellectus* Bullæ Pianæ, *dum diſponit, illam ſeruandam eſſe, nedum in cenſu creando, verùm etiam in creato quocumque tempore alienando.*

5 *Ex quibus verbis, inter creditorem, & debitorem cenſus reſultet extinctio.*

6 *Lex fingit, quòd debitor dans bona in ſolutum pretium recipiat, illudque breui manu creditori perſoluat in extinctionem cenſus, cuius ſit retrouenditio.*

7 *Extincta principali obligatione debitoris cenſus, ſtante eiuſdem extinctione, extincta etiam remanet acceſſoria fideiuſſoris obligatio in eodem cenſu.*

8 *Pactum reſolutiuum in caſu non impletæ conditionis, ſi ſit appoſitum in retrouenditione cenſus, eodem demum pacto eueniente, an cenſus reuiuiſcat in præiudicium fideiuſſoris liberati,* & num.ſeqq.

9 *Sors eſt demortua in cenſu, & ex parte creditoris omninò irrepetibilis; ideòque eò ipſo, quòd in libera creditoris facultate ſortis repetitio exiſtit, fructus ampliùs non currunt.*

10 *Pacta reſolutiua, attenta* Conſtitutione Piana, *reprobantur in cenſu.*

11 *Pacti reſolutiui validitate adhuc admiſſa, cenſus ſemel legitimè extinctus non reuiuiſcit; ſed tantummodò poteſt creditor agere vtili actione pro recuperatione ſortis loco damnorum, & intereſſe.*

12 *Pactum reſolutiuum ſtrictiſſimè interpretandum, & in vno caſu ſtipulatum, non eſt trahendum ad alium, præcipuè, quoties materia eſt diuidua.*

13 *Reſeruatio priorum Iurium cenſus operatur reuiuiſcentiam, quando illius extinctio contingit ob confuſionem Iurium, & incompatibilitatem, vtpotè, quando creditor cenſus fundi cenſiti Dominus efficitur.*

14 *Secus, quando extinctio fit cum reali numeratione pecuniæ, aut ſaltem à Iure ſubintellecta; tunc enim cenſus ſemel extinctus ampliùs reuiuiſcere nequit.*

15 Proteſtationes partium Iuris effectum impedire non valent, neque operari, quòd reuiniſcat id, quod de Iure tamquàm de mortuum reuiuiſcere nequit, & num. 34.

16 Cencius de cenſibus quæſt. 108. num. 18. & Rot. poſt eundem dec. 495. in quibus terminis intelligi debeant.

17 Sub datione inſolutum duo contractus inter ſe diſtincti continentur, nempè, datio inſolutum, & cenſus retrouenditio.

18 Ideòque regreſſus ad primæua Iura, licèt ſit operatiuus reſpectu dationis inſolutum; non tamen operatur, quò ad cenſus extinctionem, qui dicitur actus ſeparatus.

19 Pactum reſolutiuum, licèt operari poſſit reuiniſcentiam cenſus contra principalem debitorem.

20 Nihilòminus nō procedit reſpectu fideiuſſoris ſemel liberati ob extinctionem cenſus legitimè ſequutam.

21 Fideiuſſor ſemel liberatus non poteſt in veterem reincidere obligationem ſine nouo, & expreſſo eius conſenſu.

22 Fideiuſſor, poſt quàm ſemel eſt liberatus, pactū principalis debitoris ei nocere non debet, neque inuitus in nexum obligationis reduci valet.

23 Semel acquiſita fideiuſſori exceptione, ampliùs ei inuito ex quolibet pacto debitoris non poteſt præiudicium inferri.

24 In præiudicium fideiuſſoris extincta ſemel obligatio reuiniſcere non valet.

25 Non poteſt principalis debitor ex actu nouo facere, vt fideiuſſor reincidat in veterem obligationem ſine eius nouo conſenſu.

Expenditur text. in l. fin. ff. de pact.

26 Debitor ſi cum fideiuſſore deponat, & conſignet debitum, liberatur, neque poterit ampliùs moleſtari fideiuſſor, etiam ſi debitor recipiat ad manus ſuas pecuniam ſemel depoſitam.

27 Res data inſolutum, quoties creditori euincitur, licèt contra debitorem primæua reuiuiſcat actio, huiuſmodi tamen reuiniſcentia non eſt operatiua contra fideiuſſorem.

28 Præcipuè, quando creditor recipiens inſolutum non fuit ſpecificè proteſtatus, nolle recedere ab obligatione fideiuſſoris.

29 Idque procedit, etiam, ſi datio inſolutū nō habuerit integrum effectum ob pacta in actu retrouenditionis à debitore non ſeruata, quia, quò ad fideiuſſoris liberationem ſufficit, Iuris habuiſſe effectum.

30 Fideiuſſio ad certam cauſam reſtricta non debet ad aliam extendi.

31 Fideiuſſor obligatus pro fructibus cenſus, illo reſoluto, non intelligitur, ſe obligaſſe ad damna, & intereſſe.

32 Examinantur ſingulę auctoritates contrariæ, èx quibus contenditur probari, quòd reſeruatio priorum Iurium poſſit operari reuiniſcentiam contra fideiuſſorem, eaſque oſtenditur, vel non tangere articulum, vel non applicari.

33 Gratus conſ. 126. num. 8. lib. 1. in quo caſu loquatur.

34 Fideiuſſores dicuntur liberati non obſtante præſeruatione Iurium contra eoſdem, ſtante nouatione primi contractus, & num. 15.

35 Verba ampliſſima, & vniuerſalia, quò ad liberationem omnia, & ſingula comprehendunt, ac ſi eſſent expreſſa.

36 Referens verè, ac propriè continet relatum.

37 Verba, licèt vniuerſalia, non referuntur ad ea, quæ habent ſpecialem prouiſionem.

38 Verbum alia includit diuerſa à ſupra expreſſis, præcipuè, quando eſt adiectum verbum quodcumque.

39 Omnis benigna interpretatio eſt capienda pro liberando fideiuſſore alieno morbo laborante.

40 Ratificare obligatus abſque temporis præfinitione non poteſt in mora conſtitui ſine interpellatione.

CAPVT CXXVIII.

1 CVM cenſus, de quo in præſentia, eſt quæſtio, fuerit legitimè extinctus, creditore ita volente, per veram, ac propriam dationem domus inſolutum, aſſignationemque fructuum alterius cenſus; non ſecus, ac ſi actus retro ſimilis reſtitutionis ſortis in pecunia numerata interceſſerit, prout, excepto Auendano communi Doctorum ſenſu reprobato, ſentiunt per text. in l. ſatisfactio, ff. de ſolution. & in l. ſi rem, §. omnis. ff. de pignor. act. Nauarrus in commentar. de vſuris ad cap. ſi fœneraberis 14. q. 3. in ſua quæſt. 37. num. 123. Surd. conſ. 162. nu. 40. Duard. de cenſ. tom. 2. §. 1. quæſt. 8. num. 4. & 10. Boccac. eod. tract. part. 2. num. 56. Molina de contractib. tract. 2. diſput. 394. num. 7. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 11. verſic. ſed in ea, Bonacin. de contractib. diſput. 3. quæſt. 4. punct. vnic. ſub num. 40. verſ. ſecundò, & ſeq. Andreol. alios referens, controu. 108. num. 1. Epiſc. Thomat. dec. 39. num. 16. & 18. Cenc. de cenſ. quæſt. 108. nu. 1. & ſeq. Rot. poſt eumdem deciſ. 351. num. 2. in recent. dec. 291. num. 1. p. 9. vbi in ſpecie aſſignationis alterius cenſus, & bonorum, & dec. 355. num. 2. part. 10. Bich. deciſ. 380. num. 24. & ſeq.

2 Conſtitutio enim Piana exigens pretium in pecunia numerata, vtpotè exorbitans, atque adeò reſtringenda, non eſt trahenda ad extinctionem; ſed tantùmmodò in creatione cenſus procedit, Nauarr. vbi ſupra num. 123. Duard. de cenſ. tom. 2. § 1. quæſt. 8. num. 5. Andreol. dict. controu. 108. num. 2. Imò, cum requirat pecuniam numeratam in conſtitutione cenſus ad fraudes, vſuraſque euitandas, nihilque diſponat de redemptione, in qua eadē non militat ratio, remanet ſub diſpoſitione Iuris communis, l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. & in ſpecie rectè aduertunt Alex. Ser. Iulian. in ſuo reſponſ. de cenſ. extinct. num. 24. & 86. Duard. vbi ſupra, num. 4. & ſeq. Bonacin. de contractib. dict. diſputat. 3. quæſt. 4. punct. vnic. nu. 40. verſic. addo, Andreol. d. controu. 108. n. 2. aliique proximè laudati.

3 Redemptio enim, & extinctio cenſus, licèt ſit quædam emptio, vt per Duard. dict. quæſt. 8. num. 3. eſt tamen diſtractus, in quo eadem ratio non viget, vt rectè aduertit idē Duard. d. q. 8. num. 16. Nul-

4 Nullatenus attenta clauſula illa, de qua in eadem Bulla, ibi: *Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu creando, verùm etiã in creato quocumque tempore alienando, &c. ſeruari volumus.*

Hæc enim clauſula nõ refertur ad pretium cenſus, de quo in creatione diſpoſuerat, ſed ad cætera pacta in eadem conſtitutione prohibita, optimè *Andreol.dict.controu.*108.*n.*2. *verſ.& hoc non obſtante*, *Rot.*poſt *Cenc.de cenſ. dec.*126.*num.*7.*& duob.& ſeqq.* duas validiſſimas potiſſimùm rationes afferens; Altera, quia dantur plures alienationis ſpecies, in quibus de ſui natura pretij non conuenit numeratio, prout ſunt donatio, legatum, inſolutum datio, & ſimilia, ex quibus titulis poſſit cenſus alienari, & nihilominus huiuſmodi alienationi pretij numeratio repugnaret, vnde non eſt d cendum, ad pecuniæ numerationem dictam clauſulam referri, præcipuè cum abſolutè, & generaliter de alienatione per verbum alienandi loquatur, ex quo omnem alienationis ſpeciem comprehendit.

Altera verò, quia in cenſu creando, ideò tempore creationis præſentia, realiſque pecuniæ numeratio expoſcitur, ne vſuris pateat aditus, & ne de facili homines præcipites ruant ad huiuſmodi cenſus creationes in tantam populorum perniciem, ad tradita per *Nauarr.de vſur. num.*85. *Ludouic Lopez*, qui alios allegat, *de contractib.lib.*1.*cap.*59. quæ ratio ceſſat in cenſu creato, quamuis alienetur, quin altera ratio de vſuris ceſſare videtur in alienatione, cum iam illi ſatis ſuperq; ſit prouiſum per interuentum pecuniæ tempore creationis cenſus.

Prædictis omnibus ea animaduerſio accedat; quòd de forma, & ſubſtantia creationis cenſus eſt, quòd tempore creationis numeratio pecuniæ interueniat, quæ, ſi ad venditionem, alienatione n que cenſus creati eſſet nececeſſaria, non diceretur alienatio cenſus creati; ſed potiùs noua illius creatio, ex quo forma creationis cenſus de nouo in alienatione inſurrexiſſet, & ſic illam clauſulam; *hanc autẽ ſalutiferam, etc.* non referri ad ſubſtantialia increatione adhibenda, ſed ad cętera in *Conſtitutione Piana* contenta, prout optimè poſt Votum *Robus tertij* aduertit *Rot.* poſt *Cenc.de cenſ.d.dec.*126.*n.*9.

5 Ponderatis potiſſimùm, nedũ verbis claris inſtrumẽti, ibi: *Retrouẽdit, &c. retroceſſit, &c. ad habẽdũ, &c. reponens, &c. reconſtituens, &c.* quæ uerba, quando fit retrouẽditio inter creditorem, & debitorem, abſq; dubio extingũt, & perimunt cenſum, qui ampliùs non remanet in rerum natura, *Roderic. de ann. reddit. lib.*2.*quæſt.*15 *num.*3. *Federic. Martin. de Iur. cenſ.cap.*8.*num.*35.*& ſeqq. Felic.de cenſ.tom.*1. *lib.*3 *cap.*2.*nu.*19. *Auendan eod.tract. cap.*102. *num.*1. *& ſeq. Maſtril. ad Petr. de Gregor.de cenſ.quæſt.*5.*num.*144. *Camill.de Medic.conſil.* 165.*num.*37. *Carleual.de Iudic.lib.*3. *tit.*3. *diſput.*35.*num.*44. *verſ.redemptio igitur*, *Cenc.de cenſ.quæſt.*71.*num.*15. latèque *Rot.* poſt eumdem *dec.*369.*num.*1. *in recent.dec.*642. *num.*2. *part.*2.

Sed etiam ſubiecta materia hoc idem ſuadente; fuit enim proceſſum per uiam dationis in ſolutum prædictæ domus extimatæ pro pretio ſcutorum 900. ſpeciali conuentione inita, quòd ſcuta 700. cederent in fructus decurſos, reliqua uerò ſcuta bis centum in computum partis ſortis, facta, vt ſupra eſt dictũ, formali retrouenditione, & extinctione conſequi, hoc caſu uerè, & realiter remanet ex-
6 tinctus; lex enim fingit, quòd debitor, qui dat inſolutum bona, recipiat pretium, deindè illud breui manu creditori perſoluat in extinctionem cenſus, cuius fit retrouenditio, ut ad literam probat *text.in l.ſingularia*, ibi: *Vt cum ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit, vt crediti nomine eam retineas, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta, ff.ſi cert petat l* 3.*§ ſed ſi debitorem, ff de donat.int. vir.& vxor.l.illud, ff.de acquir. hæred.Caſtrenſ.in l eleganter, num.*6 *poſt medium, verſ perindè enim eſt, ff.de pignorat.act.& conſ.* 165.*num* 4 *verſic.quod patet, lib.*2 *Coſta de retrotract.caſ.*27.*cap.*8. *num.*2. & in ſpecie *Bich. dec.*551.*n.*13.

7 Hinc fit, ut etiam extincta remanſerit obligatio acceſſoria Alphani fideiuſſoris in cenſu, de quo agitur, *l.Vranius*, *ff.de fideiuſſor. Hering.eod.tract.cap.*20. § 21. *num* 9. *& ſeqq. Surd.conſ.*36.*nu.*7. *& ſeqq. Menoch.conſ.*246. *num.*3. *Buratt.dec.*934 *num* 3. & in his terminis *Cenc.de cenſ.quæſt.*116. *num.*6. *& qu.*119. *num.*3. *Rot.*poſt eumdem *dec.*203.*num.*4. 207. *num.*1. 548. *&* 549. utrobique *n.*3.

8 Nullatenus aduersãte unico obiecto, quòd, nempè, cum intra tempus conuentum non fuerint ab Anſideis debitoribus ſoluti fructus cenſus annui redditus ſcutorum 48. debitorum ab Oddis, qui fuerat datus inſolutum Danzettæ creditori eiuſdem cenſus, eueneritque caſus pacti reſolutiui ſpecificè in inſtrumento retrouenditionis conuenti, cuius uigore cum potuerit Danzetta redire ad primæua Iura, prorsùs euanuerit eadem retrouenditio cẽſus, etiam in præiudicium Alphani fideiuſſoris, quamuis ſemel à nexu ſuæ obligationis liberati, perindè, ac ſi nunquàm facta fuiſſet, prout poſt *Cenc.de cenſib. qu.* 108. *nu.*18. alioſque allegatos firmat *Rota* in contraria *dec.* quæ reuidetur ædita in hac cauſa coram *Card.Cerro dec.*772. *num.*3. inter eius impreſſas; Sed obiectum non uidetur in Iure ſubſiſtẽs ex duplici potiſſimùm fundamento.

Primò, quia cenſus annui redditus ſcutorum 48. gratis in contraria deciſione aſſeritur, quòd fuerit datus inſolutum, adeòut ſit lo-

locus diſputationi ſuper reuiuiſcentia actionum ob deficientiam, ſeu non ſequutum implementum circa rem datam inſolutum; ſed potiùs cenſus prædictus in ſorte principali ſemper remanſit in dominio, poſſeſſioneque illorum de Anſideis, á quibus ſolùmmodò fructus eiuſdem cenſus fuerunt Danzettæ aſſignati ad effectum ità diminutè ſoluendi ſcuta mille, quæ remanebant ſoluenda pro cenſibus iam concordi conſenſu extinctis, ut ſatis liquidò deprehenditur ex inſtrumento, Ideòque cum id, quod prius erat ſors cenſus, euaſerit ex noua conuentione purum creditum pecuniarium in pluribus annis per debitores, quamuis inuitos, ex fructibus dicti cēſus minutatim ſoluendum.

His ſtantibus, impoſſibile uidetur iurique omninò repugnat admittere ampliùs cenſum uiuum; ſiquidem inter requiſita eſſentialia iſtius contractus, tàm inſpecto Iure communi, quàm fortiùs *Conſtitutione Piana*, illud eſt
9 potiſſimum, ut ſors ſit demortua, & ex parte creditoris prorsùs irrepetibilis, ideóque eò ipſo, quòd in libera creditoris facultate exiſtit ſortis repetitio, non currunt ampliùs fructus, quia reuera non eſt ampliùs cenſus, ſed purum creditum pecuniarium, prout latè firmant *Couarr. var. lib. 3. cap. 7. num. 2. & cap. 9. num. 4. Duaren. ad tit. de vſur. cap. 1. Petr. Gregor. decenſ. quæſt. 5. num. 35. Maſtrill.* ad eumdem *num. 237. Gabr. cōſ. 152. num. 5. lib. 1. Felician. de cenſ. lib. 1. cap. 10. num. 18. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 4. num. 5. Gregor. de Valent. in diſp. de cenſ. punct. 6. in fin. Leotard. de vſuris quæſt. 68. num. 1. & ſeqq. Cenc. de cenſib. quæſt. 107. num. 10.*

Secundò, quia pactum ſpecificè conuentū redeundi ad primæua Iura, eueniente caſu, quód Danzetta, ſuique hæredes non ualerent conſequi fructus cenſus ſcutorum 48. ipſi aſſignati pro ſatisfactione integri capitalis
10 nullatenus releuat; Tum, quia, attenta *Conſtitutione Piana*, huiuſmodi pacta reſolutiua improbantur in cenſu, ex congeſtis per *Roderic. de annuis redditibus, lib. 2. qu. 1. num. 4. & ſeq.*

11 Tum, quia, etiam admiſſa pacti validitate, non ideò cenſus iam extinctus reuiuiſcit; adeòut in poſterum fructus debeantur, ſuper quibus ſtrictè uerſatur præſens diſputatio; ſed tātùmmodò poteſt creditor agere vtili actione pro recuperatione ſortis loco damnorum, & intereſſe, ut in conſimilibus terminis *Cenc. de cenſib. quæſt. 119. num. 6. verſ. & iſta concluſio, Rot.* poſt eumdem *dec. 411. & 384. vtrobiq; num. 3. & ſeq.*

Tum demum, quia huiuſmodi pactum reſolutiuum, tamquàm appoſitum reſpectu dicti cenſus ſcutorum 48. aſſignati pro conſequenda ex illius fructibus ſatisfactione remanentis ratæ ſortis intelligi debet reſtrictum reſpectu eiuſdem ratæ, neque poteſt operari reſpectu alterius ratæ ſortis ritè, rectèque extinctæ in vim dationis inſolutum: Regulare
12 enim eſt, vt pactum reſolutiuum ſtrictiſſimè interpretari debeat, & in vno caſu ſtipulatū non ſit ad alium trahendum, ſignanter dum materia cenſus eſt diuidua, argumento *text. in l. ſi inter virum*, vbi *Soecin. num. 5. ff. de reb. dub. Caſtr. conſ. 278. col. vltim. Menoch. conſ. 58. nu. 46. verſ. ſiquidem, Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 30. verſ. ſextò adducitur, Duran. decif. 379. num. 8. Rot. in rec. dec. 291. num. 14. in fin. & ſeq. part. 9. & dec. 357. num. 5. verſ. rurſus omiſſo, part. 4.*

Cæterùm, neque etiam reſpectu ipſius ratæ ſortis operari poteſt reuiuiſcentiam cen-
13 ſus; ſiquidem pacta reſeruatiua priorum Iurium ſuum operantur effectum, quando, ſcilicet, ſubiecta materia hoc patitur, vtpotè, quando contingit cenſus extinctio ob confuſionem Iurium, & incompatibilitatem; prout euenit, quando creditor cenſus efficitur Dominus fundi cenſiti, cum res ſua nemini ſeruiat, *l. cum res, Cod. de contrah. empt. l. ſua rei, ff. eod. l. neq; pignus, ff. de regul. Iur. l. 1 ff. quemadmod. ſeruit. amittat. l. ſi tibi fundo, ff. quib. mod. vſuſfruct. amittat.* & in ſpecie *Cenc. de cenſib. qu. 114. num. 1. & ſeqq. Rot.* poſt eumdem *dec. 182. n. 2. Bieb. dec. 144. n. 8.*

14 Secus dicendum, quando extinctio fit cū reali numeratione, aut ſaltem à lege ſubintellecta, prout in hac ſpecie euenire ſuperiori loco eſt firmatum; tunc enim, quia extinctio inducitur ex Iuris diſpoſitione; hinc reſultat, vt cenſus ſemel extinctus per numerationem pecuniæ ampliùs reuiuiſcere nequeat, *l. eleganter in princip. ff. de pignorat. act. Cenc. de cenſib. quæſt. 114. num. 14. Duard. eodem tract. §. 5. quæſt. 33. ſub num. 20. verſ. benè verum, Gratian. cap. 3. num. 14. & ſeqq.* latiſſimè *Surd. dec. 266. num. 6.* ibique *Hodiern.* & in ſpecie ità optimè diſtinguit *Bieb. d. deciſ. 551. num. 8. & ſeqq.*

His igitur firmatis, nullo Iure meretur attendi ſpecialis proteſtatio redeūdi ad prime-
15 ua Iura; ſiquidem proteſtationes partium Iuris effectum impedire non valent, neque operari, quòd reuiuiſcat id, quòd de Iure, tamquàm demortuum reuiuiſcere nequit, *leg. & ſi quis, §. plerique, ff. de relig. & ſumpt funer. l. alimenta, Cod. de negot. geſt. Bart. in l. non ſolùm, §. morte, num. 31. ff. de oper. nou. nunciat. Pancirol. conſ. 10. num. 11. Lanar. conſ. 23. n. 8. Gratian. cap. 244. num. 37. & cap. 455. num. 28. & dec. Marcb. 117. num. 18. Amat. reſolut. 50. num. 19. & 27. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 11. part. 6. num. 39. Garz. de nobilit. gl. 4. num. 8. Cardin. Seraphin. dec. 754. num. 2. & ſeq.* latè *Carthar. dec. Rot. Ian. 38. per totam, Seſſe dec. Aragon. 143. num. 17.*

Neque applicantur deducta per *Cenc. de cenſ.*

Digitized by Google

cenſ.quæſt.108.num.18.& ſeqq.Rot.poſt eum-
16 dem dec.495. num.33. quibus potiſſimùm
innititur contraria deciſio edita in hac cauſa
coram Card.Cerro dict.dec.772. num.3. ſunt
enim intelligenda in actibus,qui à voluntate,
poteſtateque partium dependent; non autem
in his, in quibus inducitur indubitata extin-
ctio ex diſpoſitione Iuris; nam in iſtis prote-
ſtationes, prçſeruationeſque Iurium nihil
operantur, vt firmant authoritates proximè
allegatæ,ſignanter Amat.dict.reſol.50.nu.27.
Cocein.dec.329.in fin.

17 Prædictis omnibus ea accedat animaduer-
ſio, quòd ſub datione inſolutum duo contra-
ctus inter ſe omninò independentes continē-
tur, nempè, datio inſolutum, quæ habet vim
venditionis, & retrouenditio cenſus; atque
adeò, etiam admiſſo, quòd regreſſus ad pri-
mæua Iura eſſet operatiuus reſpectu dationis
inſolutum;non tamen operaretur quò ad cen-
18 ſus extinctionem, qui nullam habet depen-
dentiam á datione inſolutum, niſi occaſio-
nalem, vt in ſpecie alijs allegatis, egregiè
ponderat videndus Bieb. d. deciſ.551.n.11.&
ſeqq.& n.14.

19 Et in omnem caſum, quatenus, illæſa ve-
ritate; pactum reſolutiuum poſſet operari re-
uiuiſcentiam cenſus contra principalem de-
bitorem. in quibus terminis procedunt dedu-
cta per Cenc.de cenſ.dict.quæſt.108.num.18.&
ſeqq.Rot.poſt eumdem dec.495.quos refert,&
ſequitur Card.Cerrus d.dec.772.n 3.in fin.

20 Nihilóminus, reſpectu fideiuſſoris hæc cō-
cluſio nullatenus eſt amplectenda; cum enim
ille,extincto cenſu, remanſerit per dationem
inſolutum omninò liberatus, non potuit abſ-
que nouo,expreſſoque conſenſu inuitus rein-
cidere in veterem obligationem, cum lex ad
21 hunc effectum ſpecificum requirat fideiuſſo-
ris conſenſum,ſine quo impoſſibile eſt,eum
obligari, l.Blanditius, Cod.de fideiuſſoribus,
Menoch.conſ.246.num.12.lib.3.Arias de Meſa,
olim Præceptor meus in Neapolitana Aca-
demia, variar.lib.1.cap.18.num.16.vbi,quód,
22 poſtquàm fideiuſſor ſemel eſt liberatus, pa-
ctum principalis ei nocere non debeat, neque
inuitus poteſt in nexum obligationis reduci,
Caren.reſolut.90.nu.8. Cartar.deciſ.Ianuen.13.
num 8.& ſeq. Franc.Marc. deciſ.538.lib.1.re-
23 ctèque cōfert,quòd,ſemel acquiſita fideiuſſo-
ri exceptione,ampliùs,eo inuito, ex quolibet
pacto debitoris non poteſt eidē præiudiciū
inferri, Bart.in l.ſi vnus 27.§.pactus. num.24.
ff.de pact.Iaſ.in §.fuerat, num.83. Inſtit.de act.
& in l.eum filius, §.1.num.4.ibique Alex.n.2
ff de verbor.obligat.Bald.in l.quoties, numer.4.
Cod.de præcib.Imper.offer.Lara in l.ſi quis à li-
beris,§.item reſcriptum, n.53.ff.de liber agnoſc.
Piccard.in §.ex huiuſmodi, num.17. Inſtit.de
duobus reis,Gomeſ.var.tom.2. cap.13. num.20.
verſic quarto pacto de non petendo,Gregor.Lop.
gloſ 5.in fin.leg.15.tit.12.part.5. Didac.Perez
gloſ.1.col.1.leg.21.tit.14.lib.2.ordina. Azeued.
in l.17. num.1.tit.2.lib.41. recompilat. Guttier.
de Iuram.confirmat.3.p.cap.15.n.15.

24 Prout non valet in præiudicium fideiuſſo-
ris reuiuiſcere extincta ſemel obligatio,ex eo,
quòd principalis debitor cenſus non adim-
pleuerit promiſſa in retrouenditione, cum
huiuſmodi culpa debitoris fideiuſſori nocere
non debeat,l.fin.ff.de eo,quod cert.loc.l.non de-
bet, ff.de regul.Iur. l.qui res, §.Aream, ff.de
ſolut.Giurb.deciſ.55.num.16.verſic.neque enim,
Surd.deciſ.113.num.3.& dec.266.num.4.Rot.in
recent. deciſ.540 num.16. part.4. tom.3.

Iſta enim reuiuiſcentia ob nō ſolutionē fru-
ctuum procedit ex nouo facto debitoris, qui
25 non poteſt ex actu nouo facere, vt fideiuſſor
in veterem reincidat obligationem ſine eius
nouo conſenſu, l.nouationibus, C.de fideiuſſor.
Dec.conſ.27.num.15.lib.2. Grat.conſ.93. lib.1.
Surd.conſ.145.num.13.& ſeqq.lib.1.Ancharan.
Reg.quæſt.42.num.24 lib.3.Hering de fideiuſſ.
cap.20.§.25.num.2.Puteus dec.66.lib.3.Rot.in
rec.dec.149.num.2.part.3.& dec.457.ſub n 19.
verſ.nec vrget, part.9. Vbald.dec.248. num.14.
Et confert ad prædicta optimus text.in l.fin.
ff.de pactis, ibi: Sed verius eſt, ſemel acquiſitā
fideiuſſori pacti exceptionem, vlteriùs,eo inuito,
extorqueri non poſſe,quem text.eſſe notabilem
aduertit in his terminis Gomeſ. var. d.part.2.
cap.13.num.20.verſ.quartò pacto de non peten-
do, & conducit etiam ſingulare dictum Spe-
culat.in tit.de fideiuſſ.num.20.vbi firmat,quòd
26 ſi debitor cum fideiuſſore deponat, & conſi-
gnet debitum, liberetur,neque poterit am-
pliùs moleſtari fideiuſſor, etiam ſi debitor re-
cipiat ad manus ſuas pecuniam ſemel depo-
ſitam, quem ſequitur commendans Surd. con-
ſil.145.num.22.

27 Prout in fortioribus terminis habemus,
quód, quoties res data inſolutum euincitur
creditori, licèt primæua actio reuiuiſcat,poſ-
ſitque exerceri contra debitorem, huiuſmodi
tamen reuiuiſcentia nullatenus ſit operatiua
contra fideiuſſorem, qui vtpotè ſemel libera-
tus, non poteſt ampliùs primæua conueniri
actione, proutegregiè firmat Surd.dict.conſil.
145.num.14.& ſeqq. Cepoll.c authel.123. Feli-
cian.de Solis in appendic.ad commentar.de cenſ.
tom.2.cap.5.nu.16.fol.201. latiſſimè pluribus
allegatis, Caſtill.lib.4.controu.cap.59. nu.43.
verſic.vndecimò cum ſeqq. Gratian. diſcept.3.
num.14.vbi ſignanter, quando, prout in hoc
28 caſu, creditor recipiens inſolutum non fuit
ſpecificè proteſtatus, nolle recedere ab obli-
gatione fideiuſſorum.

29 Eademque concluſio procedit,etiam ſi da-
tio inſolutum, cuius vigore fuit facta extin-
ctio cenſus, integrum non habuerit effectum
ob pacta conuenta in actu retrouenditionis
non ſeruata à debitore, quia quò ad libera-
tio-

tionem fideiuſſoris ſufficit, Iuris habuiſſe effe-ctum, benè *Surd d.conſil.145.n.32.ver.id verò.*

His omnibus accedat, quód fideiuſſio, vt-
30 potè reſtricta ad certam cauſam ſolutionis fructuum cenſus, non debeat extēdi ad aliam prouenientem ex non implemento promiſſorum in actu retrouenditionis, *l.cuicumque, §.non tamen, ff.de inſtit.act. Bald.in l.1. num.3. ff.de in lit.iurand.& conſ.142.nu.1.lib.5. Natt. conſ.202.num.5 Menoch. conſ.119 num.6.& conſ.212.num.13. Honded.conſ.111.n.25.lib.1. Mantic.de tacit.lib.16.tit.14.n.5.Ciriac.cōtrou. 285.n.7.et 546.n.143.et ſeq. Caſtill.lib.4.contr. Iur.cap.59. nu.41. et ſeq. Marſil. de fideiuſſor.n. 365. Duran.dec.11. n.3.Cartar.dec.13.n.7.*

31 Prout in proximis terminis dicitur de fideiuſſore, qui ſe obligauit pro fructibus cenſus, quòd, illo reſoluto, nō intelligatur ſe obligaſſe ad damna, & intereſſe, *l.2.§.fin.ff.qui ſaciſ.cogan.Cenc.de cenſ.quæſt.116.ſub num.6.Rot.* poſt eumdem *dec.549. num.6.& duob.ſeqq.*

32 Neque in contrarium merentur allegari auctoritates adductæ in eadē *deciſ.Card.Cerr. 772.num.6.& ſeq.* ſiquidem, vel non probant, quòd reſeruatio priorum Iurium poſſit operari reuiuiſcentiam contra fideiuſſorem, vel nō applicātur: & ſingulas breuiter expungēdo.

Allegatur primo loco *Dec.in l. pacta nouiſſima num.5.Cod.de pact.* ſed ſolùm dicit, quód vltima præualeant, quando non poteſt fieri concordia, neque aliquo modo hunc tangit articulum.

Baldus conſ.77.num.2. verſ.in contrarium eſt veritas lib. 1. loquitur in terminis longè diuerſis, nempè, de ſententia lata per Iudicem compromiſſarium tám contra principalem debitorem, quàm contra fideiuſſorem.

33 *Gratus conſ.126.nu.8.lib.1.* non adaptatur; in ſuo enim caſu aderant in Inſtrumēto clauſulæ præſeruatiuæ, nedum priorum Iurium; ſed etiam fideiuſſionum priùs præſtitarum, & in hac ſpecifica preſeruatione fideiuſſorum ſe fundat, quæ nullatenus legitur in præſenti Inſtrumento, cum ſimpliciter præſeruetur regreſſus ad primæua Iura, nulla prorsùs facta mentione de fideiuſſoribus, & in his terminis, quando, nempè, adeſt ſpecifica præſeruatio fideiuſſionis, intelligit adducta per *Grat.d.cōſ. 126.Hering.de fideiuſſ.cap.20.§.3.n.13.& ſeq.*

Maurus de fideiuſſoribus ſect.10. cap 4. num. 46. allegando ſimpliciter eumdem *Grat.dict. conſ.126.* adhuc procedit cū ſuppoſito, quòd in Inſtrumento adſit clauſula: *Citra præiudicium, & nouationem priorum Iurium, & fideiuſſionum priùs præſtitarum.*

34 Quinimò, etiam ſi adfuiſſet clauſula præſeruatiua, *Citra præiudicium priorum fideiuſſorum*, adhuc illa non obſtante ex ui nouationis primi contractus dicuntur liberati fideiuſſores, ut ſupra eſt firmatum; & in his terminis egregiè firmat, reſpondendo contrarijs *Franc.Marc.dec.538. part.1.*

Cæterùm prædicta omnia, quamuis ſufficiant pro receſſu à deciſis, uidetur ſublata quælibet difficultas, & ſubſiſtere motiuum liberationis fideiuſſoris in totum ex ſpeciali pacto ipſius fauore adiecto in Inſtrumento dationis inſolutum, quòd, nempè, poſt ſequutam ratificationem Alexandri ſui fratris intelligatur penitùs, & omninò liberatus non ſolùm à fideiuſſione tūc facta pro eodem Alexandro; ſed à quacumque alia ſua obligatione, quæ uerba uniuerſaliſſima, nimiſque effrænata abſque dubio comprehendunt libe-
35 rationem fideiuſſoris nedum á promiſſa ratificatione, ſed etiam á fideiuſſione pro cenſu, *Bald.in l.pactum quod dotale, qu.16.C.de collat.* admonēs cōtrahētes, ut abſtineāt à generalibus uerbis, ne nimio effuſo ſermone incidant in laqueum, *Caſt.in l.ſi quis, ff.ſolut.matrim.Ieſ. conſ.147.num.6 lib.4. Roland. conſ.5. num.49. Dec.conſ 37.num.1.Riminald. Iun. conſ.13. nu. 34. & duob.ſeqq. Ciriac. controu.212.num.26. Card. Ottobon.dec.67. num. 3.* & in terminis liberationis benè *Natt. conſ.410. num. 8. lib.2. Ruin.conſ.25.num.9.lib.1.Roland.conſ.49 num. 24. lib. 1.* latè *Rot. dec.100. num.1.4.& ſeqq.* poſt *Merlin de Pignor.*

Neque ſubſiſtit reſponſio data in *d.ſt.deciſ. Card.Cerr.772.nu.7.verſ.neque releuat*, quòd, cū prædicta generalitas uerborū reſtringatur à ſubſequētibus uerbis, ibi: *in præſenti Inſtrumento contenta*, non poſſit extendi ad fideiuſſionem factam in Inſtrumento cenſus, quæ non continebatur in predicto Inſtrumento dationis inſolutum.

Siquidem ponderatio prædicta non urget; Tum, quia ſuppoſitum deciſionis, quòd fideiuſſio pro cenſu non contineatur in Inſtrumento dationis inſolutum, non ſubſiſtit, dum uerbis expreſſis de huiuſmodi fideiuſſione fit mentio in exordio cum relatione ad Inſtrumentū, ibi: *Et ſub fideiuſſione D.Marcelli, prout conſtare aſſeruerunt per publicum Inſtrumentum manu D.Galeotti Bartolelli ſub die 5. Martij 1639.* Ideòque fideiuſſio pro cenſu, nedum legitur expreſſa in Inſtrumento dationis inſolutum; ſed contextualiter dicitur contineri in eodem Inſtrumento referente, perindè,
36 ac continetur in Inſtrumento relato, cum uerè, & propriè referens contineat relatum, *l.aſſe toto*, ubi *Bart.* & alij, *ff.de hæred.inſtit. Mandell.conſ.240.num.38.& ſeqq.& conſ.282. num.76. Pariſ.conſ.9.numer.17.lib.3.Gozadin. conſ.17. num.16.Decian.conſ.19.num.3. Dec. conſ.72.num.42.& ſeq.lib.2. Rot.in recent.dec. 35.num.6.in fin.part.1.& dec.194.nu.49.part. 5.Card.Cerrus dec.504.in fin.*

Tum etiam, quia uerba prædicta uniuerſa-
37 lia, ut intelligatur fideiuſſor liberatus á quacumque alia ſua obligatione in præſenti Inſtrumento contenta, nullo Iure poſſunt referri ad obligationem promiſſæ ratificationis,

cum

Digitized by Google

cum ſuper ea fuerit ſpecialiter prouiſum in immediatè præcedenti oratione, ibi: *Statim, ſequuta ratiſicatione facienda per Dominum Alexandrum, intelligatur liberatus, & exemptus ab huiuſmodi fideiuſſione, cap. ſtuduiſti de offic. deleg. Dec. in l. toto Iure 80. num. 19. ff. de reg. Iur. Din. in cap. generi 34. in fin. eod. tit. num. 6. Cranett. conſ. 804. num. 4. Becc. conſ. 101. num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 362. in princip. & numer. 1. Marcabrun. conſ. 85. num. 97. Riminald. Iun. conſ. 679. n. 41. vol. 6. Pariſ. conſil. 87. num. 33. lib. 3. Altograd. conſ. 89 num. 13. lib. 2. Gratian. cap. 839. n. 16. Card. Seraphin. dec. 1083. n. 4. Card. Cerr. dec. 30. n. 8.*

Huiuſmodi verò intellectus eò magis red-
38 ditur indubitabilis, ponderato verbo, *alia*, quod includit omnimodam diuerſitatem à ſupra expreſſa fideiuſſione ſuper ratificatione facienda, *l. ſi fundus ſub conditione, §. libertus, ff. de legat. 1. Dec. conſ. 24. num. 99. lib. 1.*

Præcipuè, quando, prout in præſentia, eſt adiectum verbum generale, *quodcumque, gloſ. in Clem. 1. de re iudic. Dec. in cap. ſedes de reſcript. Alex. conſ. 30. num. 1. lib. 5. Couarr. practicar. cap. 25. num. 3. Surd. conſ. 449. numer. 29. Gratian. cap. 163. num. 21.*

Præterquàm quòd in omnem caſum, qua-
39 tenus verba eſſent dubia, omnis benigna interpretatio, eſt capienda pro liberando fideiuſſore alieno morbo laborante, *l. Arrianus, ff. de action. & obligat. Azeued. conſ. 26. num. 21. Valenzuol. conſ. 9. num. 36. & ſeqq. Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 15. num. 25. Caren. reſolut. 90. n. 35. Magon. dec. Florent. 57. n. 61. & ſeqq.*

Tandē minus releuat alterū motiuū eiuſdem *dec. Card.* Cerri 772. *nu.* 8. quòd, nempè, ratificatio Alexandri nō ſuperuenerit, tēpore habili, ſed poſt reſolutum contractum, ſtante declaratione aduerſarij iudicialiter facta, quòd intendebat redire ad primæua Iura, nō ſolùm, quia motiuum non ſubſiſtit in facto.

Sed etiam, quia, cum reſpectu promiſſæ ratificationis Alexandri nullum legatur tempus fideiuſſori præfixum; hinc eſt, ut quandocumque potuerit eius obligationem adimplere, neque abſque ſpeciali interpellatione potuit in mora conſtitui, ſine qua non committitur ſtipulatio, ut in terminis promiſſæ ratificationis, *Dec. in l. quod Te. numer. 44. & ſeq. ff. ſi cert. petat. & conſ. 2. num. 6. propè fin. verſ. ſecus in facto, Aretin. conſ. 72. n. 7. prop. fin. verſ. ad octauū igitur venio, Alciat. cōſ. 145. n. 5. lib. 5. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 34. nu. 4.*

Contra allegata fuit per Rotam deciſum coram Emenentiſſimo Cardinali Cerro deciſ. 772. *inter eius impreſſas, licèt poſteà in* dec. 811. *fuerit reſolutum, pro rata ſcutorum* 400. *fructus deberi, pro reliquis verò ſcutis* 200. *deciſionem reformandam.*

ARGVMENTVM.

Ceſſio ſimplex; non autem *inſolutum* datio, ex quibus præſumi debeat.

Promiſſio exigibilitatis annui cenſus ſimpliciter ceſſi, an, & quando trahi debeat ad perpetuitatē, Quiduè in huiuſmodi materia operentur verba perpetuitatem denotantia, euictionisque promiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Diligentiæ in exequendo probantur, quoties, relaxatis mandatis, non potuit fieri exequutio.*

2 *In hoc eſt adhibenda fides exequutori.*

3 *Aſſeruntur Iura loquentia de datione in ſolutum, & de ſimplici ceſſione ad commodum cedentis.*

4 *Datio inſolutum nunquàm fit, niſi expreſsè dicatur, & poſteà ſequatur ceſſio.*

5 *Idque, etiam, non attentis verbis,* dedit, & conſignauit, *quæ non ſufficiunt ad inducendam dationem inſolutum.*

6 *Cedens, quoties in caſu inexigibilitatis ſe obligat de proprio ad fructus cenſus ceſſi, factis diligentijs, ceſſio dicitur ſimpliciter facta ad commodum cedentis.*

7 *Ideòque non eſt loco ſolutionis, & periculum nominis ceſſi ſpectat ad cedentem.*

8 *Præcipuè, quando fuit facta ſpecialis promiſſio exigibilitatis, quo caſu eſt manutenendus ceſſionarius in iſta qualitate exigibilitatis.*

9 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

10 *Ceſſio, licèt importet dationem inſolutum; adhuc eſt locus regreſſui contra cedentem, quoties, tēpore ceſſionis, nomen debitoris ceſſum fuerit non ſoluendo, vel ſaltem impoſſibilis exactionis.*

11 *Is, qui dat nomina in ſolutum, & exigibilia promittit, tenetur ea exigibilia præſtare, tempore inſolutum dationis.*

12 *Ob negligentiam ceſſionarij in exigendo nomen debitoris ceſſi, cedens remanet liberatus; idque etiam ſi verſemur in ſimplici ceſſione.*

13 *Intellige, vt ob negligentiam in exigendo nomen ceſſum dicatur effectum inexigibile, probandum ex aduerſo eſſet, quòd anteà tale non fuiſſet.*

14 *Tempore ceſſionis ſi nomen debitoris iam non eſſet ſoluendo; licet ceſſionarius fuiſſet negligens, nihil ei dicta negligentia obeſſet.*

15 *Culpa non poteſt imputari alicui, ſi non fecerit, quod factum non erat pro futurum.*

16 *Culpæ non tribuitur ei, qui non fecit impenſam, quæ non fuiſſet profutura.*

17 *Non tenetur quis facere id, quod non eſt profuturum.*

18 *Promiſſio exigibilitatis nominis ceſſi non debet trahi ad perpetuitatem, ſed ſufficit, illud fuiſſe exigibile, tempore ceſſionis, & paulò poſt per aliquod temporis interuallum.*

Contrarium num. 15. & ſeqq.

19 *Intellige, quando nomen fuit ceſſum, cum ſimplici promiſſione de faciendo illud verum, bonum, reſponſale, illudque tale eſſet, tempore ceſſionis.*

20 *Secus, quando fuit ceſſum cum qualitate exigibi-*

Digitized by Google

gibilitatis, vlteriorique obligatione de proprio in
caſu contrario poſt factas diligentias; tunc enim
illa qualitas perpetuò durat.
21 *Præcipuè, quando agitur de ceſſione annui red-*
ditus, cum ſpecifica promiſſione exigibilitatis, quo
caſu tenetur cedens illud præſtare exigibile ſuc-
ceſſiuis temporibus.
22 *Quando ceditur annuus redditus, cum promiſ-*
ſione cedentis, quod ſit ſoluendo; tunc idem eſt, ac
ſi nouus redditus, nouaque obligatio in perſona
ipſius cedentis conſtituatur.
23 *Expenditur inſignis locus* Antonii Fabri *con-*
ſtituentis diſcrimen, inter ceſſionem eius, quod ſe-
mel tantùm tribui debet, & annui redditus, cuius
tradendi obligatio ſingulis renaſcatur annis.
24 *Retorquetur ponderatio adducta per* Cencium,
quòd qualitas exigibilitatis adiecta verbo intelli-
gi debeat iuxtà tempus verbi.
25 *Concluſio, de qua ſupra* num. 18. *fortiùs proce-*
dit, dum fuit promiſſa exigibilitas per verba deno-
tantia tractum temporis perpetuum, & ſucceſ-
ſiuum.
26 *Cedens obligatus ſemper manutenere verum*
creditum ceſſum, tenetur continuò, & effectiuè il-
lud verum præſtare.
27 *Reprobatur* Cenc. de cenſ. & Roc. *poſt eumdẽ,*
& in quo caſu ibidem firmata poſſint procedere.
28 *Ceſſionario imputari non poteſt, cur ſortem*
cenſus irrepetibilem non exegerit.
29 *Cedens, quando, nedum promiſit exigibilita-*
tem cenſus, ſed vlteriùs etiam ſe obligauit de
euictione, promittens cenſum verum, dicitur com-
miſſa ſtipulatio, eodem cenſu quandocumque eui-
cto.
30 *Neque in hoc caſu, dum intentatur actio pro*
euictione, eſt agendum de diligentijs.
Reprobatur contraria ſententia.

CAPVT CXXIX.

CONCEDENDVM mandatum de deli-
berando bona exequuta contra aduer-
ſarium cedentem; cum fuerit commiſ-
ſa ſtipulatio, & purificata eius obliga-
tio de ſoluendo fructus cenſus ceſſi tunc debi-
tos, caſu quo conſtiterit, prout in præſentia,
ſatis, ſuperque conſtat, de diligentijs adhi-
bitis in exequendo, quæ concludenter dicun-
1 tur probatæ, quoties, relaxatis mandatis pro
fructibus cenſus contra debitorem ceſſum,
apparet, quòd nullatenus potuerit fieri exe-
quutio ob fideicommiſſa, inibitioneſque do-
tales anteriores, quarum moderatio obtine-
ri non potuit, *Felin. in cap. venerabilis, num. 7.*
verſ. tertiò limita, de Iudic. Crauett. conſ. 270.
num. 3. Eugen. conſ. 73. num. 21. & ſeq. prout
2 ex atteſtatione exequutoris, cui in hoc eſt fi-
des adhibenda, *l. vlt. in princip. ff. ſi cert. petat.*
Bart. in l. in illa, num. 5. & 11. ff. de verbor. obli-
gat. Bald. in l. 2. num. 9. Cod. quando fiſc. vel pri-
uatus, Crauett. conſ. 77. num. 5. Soccin. conſ. 273.
num. 5. in fin. Maſcard. de probat. concluſ. 522.
num. 2. & ſeqq. Pacian. eod. tract. lib. 1. cap. 45.
num. 10. et cap. 46. num. 17. in fin. et ſeq. Cyriac.
controu. 5. num. 142. Caracius de excuſ. bonor.
part. 2. quæſt. 32. num. 2. et 3. fol. 208. Gratian.
cap. 527. num. 10. verſ. imò etiam, Salgad. in la-
byr. credit. part. 1. cap. 23. num. 87. verſ. cum per
Nuntij relationem, et num. 33. verſ. ſextò ſi pu-
blici miniſtri, Rot. in rec. dec. 25. num. 10. p. 11.
Cacheran. dec. 174. n. 6.
3 Vnde, cum non verſemur in datione cen-
ſus inſolutum, de qua loquuntur Iura in *leg.*
pupilli 96. §. ſoror, ff. de ſolut. et in l. nomen 4. ff.
de hæredit. vel action. vend. l. ſi plus 74. §. qui no-
men, ff. de euiction. l. inter cauſas 26. §. abeſſe,
ff. mandat. Sed potiùs in ſimplici ceſſione,
& aſſignatione ſolutionis cauſa ad commo-
dum cedentis, ſiue, vt cum eruditioribus lo-
quamur, in demandata actione, vt à nomini-
bus debitorum exigatur, ſibique ſoluatur,
iuxta terminos *text. in l. ſi mandauero 22. §. in-*
terdum, ff. mandat. l. decem. t 16. ff. de verbor.
obligat. Tum ex quo in dubio ita eſt præſu-
mendum, *Bald. in l. vltim. num. 5. Cod. ad leg. fal-*
cid. Alex. conſ. 173. num. 5. lib. 7. Gabr. conſil.
153. num. 20. lib. 1. Leotard. de vſur. quæſt. 39.
num. 52. Olea de ceſſion. Iur. tit. 7. quæſt. 3. nu. 19.
propè fin. verſ. in dubio tamen, Card. de Luca
de credit. diſc. 27. num. 11. et diſc. 64. num. 9. Du-
ran. dec. 266. n. 18. Archiep. Royas dec. 362.
4 Præcipuè, quia datio inſolutum nunquàm
fit, niſi expreſsè dicatur, & poſteà ſequatur
ceſſio, *Gozad. conſ. 38. per tot. Soccin. conſ. 37.*
num. 8. et ſeqq. Pariſ. conſ. 69 num. 10. et ſeqq.
Surd. conſ. 145. num. 28 Rot. Ian. dec. 2. num. 26.
Cartar. dec. 19. num. 2. Duran. dec. 266. num. 23.
5 *Archiep. Royas dec. 362. n. 5.* Idque etiam non
attentis verbis *dedit, et aſſignauit*, quæ non
ſufficiunt ad inducendam dationem inſolu-
tum, *Surd. conſ. 145. num. 21. Archiep. Royas d.*
dec. 362. num. 16.
6 Tum etiam, quia, cum cedens in caſu ine-
xigibilitatis ſe obligauerit de proprio ad fru-
ctus cenſus tunc debitos, & non ſolutos, ceſ-
ſio continet conditionem intrinſecam, quate-
nus ceſſionarius, factis diligentijs, poſſit ſo-
lutionem conſequi à debitore, quo caſu, cum
ceſſio dicatur ſimpliciter facta ad commodũ
cedentis, *l. ſi mandauero, §. interdum*, vbi Scri-
bentes, *ff. mandat. Soccin. conſ. 273. num. 6. lib. 2*
et conſ. 37. nu. 8. lib. 4. Bertrand. conſ. 217. lib. 7.
Surd. conſ. 22. nu. 14. et ſeq. lib. 1. Eugen. conſ. 73.
num. 15. Dec. conſ. 99. Graſſ. de except. except. 25.
num. 34. Maur. de ſolut. cap. 5. num. 61. Gaſp. Ro-
dtr. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 17. num. 33. Mã-
gil. de euict. quæſt. 78. num. 1. et ſeqq. et quæſt. 77
num. 7. et ſeqq. Guſman. eod. tract. quæſt. 35. nu.
145. Cancer. var. part. 2. cap. 6. nu. 184. egregiè
Salgad. in labyr. credit. par. 1. cap. 27. n. 52. et 55
7 *Oſaſcb. dec. 45. num 4.* non eſt loco ſolutionis,
neque ante ſolutionem dicitur cedere inſolu-
tum; ſed cedens omninò obligatus remanet,
donec ſequatur exactio, vnde periculum no-
minis ceſſi ex eo, quòd debitor cenſus non
eſſet ſoluendo, tempore ceſſionis, vel ex in-
ter-

Digitized by Google

teruallo ad deteriorem deuenerit fortunam,
pertinet ad cedentem, *Imol.in l.facta 63.§.ſi*
hæres ſcriptus,num.11.ad fin.verſ.vel fortè po-
teſt ſubtiliter, ff.ad Trebell.Soccin.conſ.37.n.8.
verſ.confirmatur iſta reſponſio, lib.4. Dec.conſ.
99.num.4.Surd.conſ.145.num.28.et ſeq.et con-
ſil.22.num.11.et 33.lib.1.Gratian.d.cap.527.
num.3.Cancer.var.part.2.dict.cap.6.num.183.
et ſeqq.Salgad.in labyr.credit.part.3.cap.2.nu.
45.et ſeqq.Leotard.de vſur.quæſt.39.num.51.
*Mart.in compend.deciſ.3.tom.*verbo *ceſſio,cap.*
28.et 32.Thor.vot.91.num.40.et ſeqq.Guſman.
de euict.quæſt.35.num.88.Scacc.de commerc.
§.2.gloſ.5.num.250.et ſeqq.Merlin.de pignor.
lib.5.quæſt.3.num.5.Tondut.quæſt.ciuil.cap.49
num.3.et ſeqq.lib.1. latè *Olea de ceſſion.Iur.tit.*
7.quæſt.3.num.19.Rot.Ian.d.dec.2.nu.16.Ma-
ſtrill.dec.179.num.12.et ſeqq.et n.18.et ſeq.
part.2.Marilian.dec.2.nu.8.Fontanell.dec.167.
num.1.

8 Signanter, quia fuit facta ſpecialis promiſ-
ſio exigibilitatis, quo caſu multò magis con-
ſtat, cedentem, non niſi facta ſolutione libe-
rari, & per cedentem eſt manutenendus ceſ-
ſionarius in iſta qualitate exigibilitatis, taliſ-
que promiſſio eſt adimplenda, *Fulgoſ.in l.ſi*
nomen, ff.de hæred. vel act.vendit. Surd. conſ.
441.num.7.poſt med.verſ.ſicut is conuenire po-
teſt, et num.15.in princip. lib.3. Eugen.conſ.73.
num.1.et ſeq.Becc.conſ.105.num.15.et ſeq.Go-
zadin.conſ.30.num.11. Surd.conſ.441.n.7.poſt
med.verſ.ſicuti verò is conueniri poteſt, et n.15.
*in princ.lib.3.Gratian.dict.cap.527.n.14.*quem
ſequitur *Leotard.de vſur.quæſt.39.num.52. in*
fin.Archiep.Royas d.dec.362 num.9. Surd.dec.
9 *126 num.41.et ſeqq.*quaſi tunc contractus ex
conuentione legem accipiat, *l.1.§.et ſi conue-*
niat, ff.depoſit. Natt.conſ.384.num.11. Neui-
zan.conſ.11.num.10.Gratian.cap 527.n.15.

10 Imò, quatenus ex aduerſo contendatur,
ceſſionem non fuiſſe ſimplicem; ſed loco da-
tionis inſolutum, quod nullatenus ſubſiſtit,
ex ſupra adductis; adhuc, cum, tempore ceſſio-
nis, nomen debitoris ceſſum fuerit non ſoluē-
do, vel ſaltem impoſſibilis exactionis ob fi-
deicommiſſa, inhibitioneſque dotales, ante-
riores, tempore ceſſionis, exiſtentes benè no-
tas cedenti, ignorataſque à ceſſionario, ad-
huc eſt locus regreſſui contra cedentem,
Alex.in l.ſi cum dotem, §.ſi mulier, col.3. verſ.
*non omitto etiam, ff.ſolut.matrim.*ibique *Apo-*
*ſtill.*benè *Roderic.de ann.redditibus, quæſt.21.*
*num.22.*qui allegat *text.*à contrario ſenſu in
l.promittendo, §.ſi à debitore, verſ.ſciens, ff.de
Iur.dot.Cenc.de cenſ.quæſt.72.num.23.Tondut.
quæſt.ciuil.quæſt.49.num.10.lib.1. aſſerens,
quòd hæc cōcluſio ſit notabilis, quòdque pau-
ci ad eam aduertant, *de Marin.quotid.lib.1.*
cap.42.num.1.et ſeq.Franch.dec.108.num.3.et
ſeq. ibique *de Luca num.1.*

11 Recepta eſt enim propoſitio, vt quoties is,
Epiſcop.Rocca Vol.II.

qui dat nomina inſolutū, ea promittit exigi-
bilia, talia teneatur præſtare, tēpore inſolutū
dationis, *Becc.conſ.105.lib.1. Gozad.conſ.38.*
Marian.de Iulian.conſ.15.inter cōſ.Petr.de Lun.
n.26.Menoch.conſ.778.Felic.de cenſ.to.2.lib.2.
*cap.1.nu.15.*optimè *Guzman.de euiction.q.35.*
num.59.et duob.ſeqq. Altimar.ad Rouit.conſil.
75.num.2.et 3.lib.1.Cenc.de cenſ.quæſt.72.ſub
*num.23.verſic.declaratur ſecundò,Rot.*poſt eū-
dem *dec.476.n.1.et 506.n.4.*

12 Neque poterit obijci negligentia ceſſiona-
rij in exigendo fructus cenſus, qua ſtante, ce-
dens remanſerit liberatus, etiam ſi verteretur
in ſimplici ceſſione; alterius enim culpa alte-
ri damno eſſe non poteſt, *cap.licet Epiſcopus,*
de præbend.in 6.l.periculum, ff.ſi cert. petat. &
in ſpecie *Ruin.conſ.45.num.4.in fin.et ſeq.lib.3.*
Dec.conſ.99.num.4.Eugen.conſ.73.nu.15 [illegible]
Cancer.var.lib.2.cap.6.num.187.Card.[illegible]
de tacit.lib.4.tit.13 ſub num.8.Felician.de cen-
ſib.tom.2.lib.2.cap.1.num.15. Mangil.de euict.
quæſt.79.num.11. Guſman.eod.tract.quæſt.[illegible]
num.34.et 37.in fin. Cyriac.contron.110.nu.7.
Tondut.reſol.ciuil.lib.1.cap.49.num.52.et ſeq.
latè *Olea de ceſſion.Iur.tit.7.quæſt.3.num.39.*
et ſeq.Andreol.contron.115.nu.4. Roſa conſult.
7.num.77.

13 Nam, vt ob negligētiā in exigendo nomen
ceſſum dicatur effectum inexigibile, proban-
dum ex aduerſo eſſet, quòd anteà tale non
fuiſſet, *Ruin.conſ.93.num.8.lib.5. Surd.conſil.*
228.num.16.verſ.dicens, quòd ad probandum,
Becc.conſ.37.ſub num.20.verſ.ingens, Gratian.
dict.cap.527.num.36.Olea de ceſſion. Iur. qu.7.
*tit.7.num.40 Bich.deciſ.518.num.16.*Si enim
14 tempore ceſſionis iam non eſſet ſoluendo, li-
cèt ceſſionarius fuiſſet negligens, nihil ei dicta
15 negligentia obeſſet, quia culpæ non poteſt
imputari alicui, ſi non fecerit, quod factum
non erat profuturum, *l.fin.§.ſed quid noceat,*
ff.quis ordo in bonor.poſſeſſ.ſeruat.l.ſi alius, § eſt
et alia, ff.quod vi, aut clam, vbi non tribuitur
16 culpæ non facienti, quo facto, idem erat fu-
turus euentus; Hinc dixit *Bald.conſ.145.lib.3.*
non tribui culpæ ei, qui non facit impenſam,
quæ non erat profutura, & comprobat *Cra-*
uett.conſ.115.num.16.et conſ.246. imò non
17 teneri quempiam facere id, quod eſt dubium,
an ſit profuturum, tradit idem *Cranett.conſ.*
*83.num.5.poſt Bald.*ab eo allegatum.

18 Prout, neque etiam obſtat unicum obie-
ctum, quòd promiſſio exigibilitatis trahi nō
debeat ad perpetuitatem, & quòd pro illius
implemento ſufficiat, nomen ceſſum fuiſſe
exigibile, tempore ceſſionis, & paulò poſt per
aliquot annos ex ſententia *Rot.dec.476.poſt*
*Cenc.de cenſib.*quam, ex recentioribus ſectā-
tur *Cenc.de cenſib.quæſt.72.num.23.verſ.et ad*
effectum, Olea de ceſſion.Iur.tit.7.quæſt.3.n.28.
Prat.diſcept.forenſ.lib.1.cap.21.num.67.et ſeq.
Leotard.de vſur.quæſt.80.num.41.et ſeqq.Mer

lin.de pignor.lib.5.tit.1.quæſt.21.nu.69. Poſtb. reſol.58.num.9. Thor.in ſupplem. deciſ. uerbo *debitor, qui inter cætera, Roſa conſult.7.n.54. Card.de Luca de credit.diſc.64.num.21. Epiſc. Thomat.dec.137.num.22.p.2.*

19 Siquidem obiectum poſſet fortaſsè procedere, quando nomen deditoris fuit ceſſum, cum ſimplici promiſſione de faciendo illud uerum, bonum, reſponſale, illudque tale eſſet, ceſſionis tempore; tunc enim ex uerifimilimente cedentis eſt præſumendum, noluiſſe perpetuò ſe obligare ad exigibilitatem, & in his præciſis terminis loquitur *Becc.conſil.105* in quo potiſſimùm ſe fundat dicta *deciſ.Rot. 476.poſt Cenc.de cenſ.*

20 Secus uerò, quando fuit ceſſum cum qualitate exigibilitatis, ulteriorique obligatione de proprio in caſu contrario poſt factas diligentias, prout in præſentia; nam tunc illa qualitas exigibilitatis perpetuò durat, & operatur, ut nunquàm cedens liberetur, *Caſtr.in l.pupilli 97.§.ſoror, ff.de ſolut. Fulgoſ.in l.ſi nomen, ff de hæredit.vel act.vendit. Surd.conſ.441 num.7.et 15.lib.3. Eugen.conſ.73.num.1.et ſeq. Gratian.cap.527.num.4.in fin.et ſeqq.et nu.14. Archiep. Royas dec.362. num.9. verſ.ac dicta promiſſio exigibilitatis*, & admiſit *Rot.in Tudertina cenſus 28.Martij 1658 §.non obſtat, quod promiſſa exigibilitas in fin. coram Reuerendiſſimo Melſio* impreſſa poſt *Olcam de ceſſion.Iur. dec.35.num.3.in fin.*

21 Multòque fortiùs abſque difficultate procedit conclufio, quia agitur de ceſſione annui redditus cum promiſſione ſpecifica cedêtis, quòd ſit exigibilis, quo caſu tenetur cedês illum præſtare exigibilem ſucceſſiuis temporibus, ut in ſpecie optimè *Gratian.d.cap.527. num.35.* allegans pro hac ſententia *Barz. deciſ.110.num.24.* quem ſequitur *Staiban.Iun. reſolut.67.num.10.et ſeqq.lib.1. Leotard.de vſur. quæſt.80.nu.41.* ubi rectè aduertit opinionem *Rotæ poſt Cenc.dict.dec.476.* non eſſe tutam, illamque ſibi duram uideri in ceſſione annui redditus ex ſui natura perpetui dicit, *Tondut. quæſt.ciuil.lib.1.quæſt.49.num.42.* & indubitatam ſuppoſuit concluſionem, *Hodiern.contro-uerſ.27.n.17.verſ.verùm ſuper prædictis, Andreol.contròu.115.n.10.*

22 Quæ opinio contra *Beccium*, in quo *Rota* ſe fundat, confirmatur ſatis euidenti, & iuridica ratione; quando enim ceditur annuus redditus, cum promiſſione cedentis, quòd ſit ſoluendo; tunc idem eſt, ac ſi venditor, ſeu cedens ipſe ſe ad continuationem cenſus obligaſſet; atque adeò idem præſefert, ac ſi nouũ redditum, nouamque obligationem conſtitueret in perſona ipſius cedentis, egregiè *Roderic. de ann. reddit. lib.1.quæſt.8. num.23.* quem ſequuntur *Giurb.dec.117.num.14. Staiban.Iun.d.reſolut.67.n.12.*

23 Qua ratione vtpotè validiſſima motus eruditiſſimus *Anton.Faber in Cod.lib.8.tit.31. de euict.defin.13.verſ.poſteriore verò*, maximum conſtituens diſcrimen, inter venditionem, ſeu ceſſionem eius, quod ſemel tantùm tradi debeat, & annui redditus, cuius tradendi obligatio ſingulis renaſcatur annis, in ſpecie affirmat, quòd, etiam ſi per plures annos redditus annuus fuerit per ceſſionarium exactus, ſi poſteà non potuit exigi; adhuc teneatur cedens, quaſi ſingulis annis noua tradendi naſcatur obligatio, *Staiban.Iun.d.reſol.67.n.14. & ſeq.lib.1.*

24 Atque ex hac eadem ſubtiliſſima *Fabri* ratione, omninò corruit vnica ponderatio contrariæ ſententiæ, cui potiſſimùm innititur *Cenc.de cenſ.d.quæſt.72.num.23. verſ.declaratur ſecundò*, quòd qualitas exigibilitatis adiecta verbo, intelligi debeat ſecundùm tempus verbi, neque ſit trahenda ad perpetuitatem; illa enim in ceſſione ceſus mirificè retorquetur; cum enim ſit conditionalis, & debeatur, non tempore ceſſionis, ſed futuris ſucceſſiuis temporibus, illa promiſſio exigibilitatis non poteſt intelligi, niſi iuxta tempus exactionum faciendarum; ideòque promiſſio ad illud tempus eſt referenda, vt in ſpecie optimè aducrtunt reprobando *Cenc.de cenſ.* vbi ſupra, *Staib. Iun.dict.reſolut.67.num.10. & ſeqq. & nu.14. lib.1.Tondut.lib.1.quæſt.ciuil.dict.cap 49. nu. 42.Leotard.de vſur.dict.quæſt.80.num.4.* atque adeò nullo prorsùs Iure ſubſiſtunt ponderationes contra *Ant.Fabr.* adductæ per *Roſam d.conſult.7.n.70.verſ.reſtat nunc, & ſeqq.*

25 Huiuſmodi verò ſententia eò libètiùs amplectenda, dum fuit promiſſa exigibilitas per verba denotantia tractum temporis perpetuum, & ſucceſſiuum, ibi: *Itavt, factis diligẽtijs, dictus cedens de ſuo proprio omni perpetuo tempore teneatur, prout promiſit ſoluere fructus tunc decurſos, & debitos*, quo caſu, nedum tempore ceſſionis; ſed perpetuis ſucceſſiuis temporibus exigibilitas eſt manutenẽda, *Gratian. dict.cap.527.num.35.Hodiern.controu.27.n.15 & ſeq.Olca de ceſſion.Iur.tit.7.quæſt.3.num.28. in fin.verſ.tertius caſus eſt, & ſeq.Tondut.quæſtion.ciuil.dict.cap.49.num.43.lib.1. Poſtb.reſolut.ciuil.75.à num.30. Leotard.de vſuris dict. quæſt.80.num.41.Merlin.de pignor.lib.5.q.21. num.70.& ſeq. Epiſcop.Antonell.de tempor.legal.lib.1.cap.36.num.3.& ſeq. Card.de Luca de credit.diſc.64.num.21.Barz.dec.110.nu.20. Rota in Tidurtina cenſus 28 Martij 1653. coram Reuerendiſſimo Melſio*, impreſſa poſt *Oleã de ceſſion.Iur.dec.35. num.4. & ſeq.* vbi in ſpe-

26 cie de verbis, *omni tempore*, rectèque conferunt firmata per *Duran.deciſ.404.nu 8. & 9.* vbi, quòd cedens obligatus ſemper verum manutenere creditum ceſſum, teneatur continuò, & effectiuè illud verum præſtare.

27 Atque ex his patet reſponſio ad doctrinam *Cenc.de cenſ.dict.qu.72. numer.23.& ſeqq.* qui in-

indigeſtè, articulo non examinato, ſed fretus auctoritate *Rotæ in dec.476.* poſt eumdẽ dixit, exigibilitatem promiſſam intelligi ad tempus Iudicis decernendum arbitrio: Omiſſo enim, quòd *Becc.dict.conſ.*105.*lib.*1.in quo unicè ſe fundat *decisio*, ſimpliciter loquitur in promiſſione cedentis de faciendo cenſuarios ceſſos, ueros, bonos, reſponſales, & in conſimilibus terminis loquitur *Roſa dict.conſult.7.num.54.& ſeqq.* non autem, quando, prout in hac facti ſpecie, per uerba perpetuitatem omnimodam denotantia fuit ſpecificè promiſſa exigibilitas cum obligatione de proprio poſt factas diligentias per ceſſionarium, qui caſus toto Cœlo, ex ſupra firmatis, inter ſe diſcrepant.

Adhuc, ea diligens eſt adhibenda animaduerſio, quòd firmata per *Becc. & Rot.* ubi ſupra, fortaſsè poſſent recipi, quoties debitor cenſus ceſſi, progrediẽte tempore, ob aliquod infortunium facultatibus fuerit lapſus; non enim veriſimile videtur, vt promittens exigibilitatem ad illam perpetuò ſe voluerit obligare, in qua veriſimilitudine figit potiſſimùm pedes *Becc.* in loco ſæpiùs laudato; Secus uerò aſſerendum in præſentia, cum ex fideicommiſſis, æreque alieno ratione dotis, ceſſionis tempore præexiſtentibus, fieri non potuerit exequutio; hoc enim caſu, licèt per plures annos ceſſionarius redditũ annuũ exegerit; actio tamen eidem remanet aduersùs cedentẽ, ſi ſucceſſiuis temporibus fuerit impedita exactio,
28 præcipuè, quia ceſſionario imputari nõ valet, cur ſortem cenſus non exegerit, quã in huiuſmodi redditibus non eſſe repetibilem, nemo eſt, qui ignoret, ita in ſpecie declarando dictam *dec.Rot.476.poſt Cene.* firmat *Leotard. de vſur.d.quæſt.80.n.41.*

29 Tandem ſublata prorsùs remanet quælibet difficultas; cum enim cedens, nedum cenſus promiſerit exigibilitatem; ſed ulteriùs etiam de euictione ſe obligauerit, promittens cenſum uerum, utique commiſſa dicitur ſtipulatio; nam non dicitur, cedentem præſtare nomen debitoris eſſum in ſua ſubſtantia, & cũ effectu, dum detegitur, illum non ſubſiſtere; utpotè impoſitum ſuper re alteri obligata, fuiſſeque euictum, quo caſu eſt locus promiſſæ euictioni, *Bart.in l.ſi quis aliam*, ibique *Caſtr.ff.de ſolut. Berou.conſ.46. num.10. lib.1. Surd.conſil.22.num.34 Gratian.deciſ.Marchiæ 13.num.25.& per tot.* & in his terminis *Merlin.dec.639.per tot.* præcipuè *num.5. & tribus*
30 *ſeqq.* ubi, quòd in hoc caſu dum pro euictione intentatur actio, non ſit agendum de diligentijs; quidquid in contrarium non rectè ſenſerit *Roſa d.conſult.7.num.51.& ſeq.*

ARGVMENTVM.

Promittens, cenſum eſſe verum, exigibilemque, tenetur illum præſtare legitimè creatum, adeòut illius debitor de Iure omninò obligatus remaneat, neque vlla ſe valeat exceptione tueri; ideòque tenetur cedens ad omne id, quod ceſſionarij intereſt, cenſum fuiſſe validè conſtitutum.

Ceſſionarius cenſus poteſt allegare nullitatem eiuſdem, atque inexigibilitatem de Iure ob defectum pecuniæ numeratæ, non obſtante inſtrumento cenſus eidem ceſſionario tradito, ex cuius lectura nullitatis vitium poterat innoteſcere.

Conſtitutionem Pianam reſpectu requiſiti ſuper numeratione pecuniæ in cenſu eſſe receptam in Regno Neapolitano oſtenditur. Reiecta contraria ſententia.

Promiſſio exigibilitatis annui redditus ſucceſſiuis temporibus eſt præſtanda, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem denotantia; maximum enim adeſt diſcrimen, inter ceſſionem eius, quod ſemel tantùm tradi debeat, annuique redditus, cuius tradendi obligatio ſingulis renaſcatur annis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio competit creditori, etiam contra tertios poſſeſſores, vigore ſpecialis pacti capiendi poſſeſſionem, propria authoritate, accedentibus etiam clauſulis*, conſtituti, & precarij.

2 *Promiſſio, quòd cenſus ſit verus, & exigibilis, importat, quòd ſit legitimè creatus, adeòut illius debitor de Iure remaneat efficaciter obligatus, neque vlla exceptione ſe tueri valeat*, & num.12.

Idque, etiam ſi cedens promiſerit defendere, & conſeruare indemnem ceſſionarium, quia ad veritatem nominis tenebitur.

Prout vendens nomen debitoris tenetur ſaltem facere bonum de Iure, ideſt quòd ſit obligatum.

3 *Cenſus creatus ex credito, ſeu pretio Animalium, abſque reali numeratione pecuniæ, eſt nullus ob reſiſtentiam* Bullæ Pianæ.

Adeòut pro illius fructibus debitor nullo Iure poſſit conueniri, & fortè ſoluti in ſortem imputari debeant.

4 *Cedens cenſum nullum ex defectu pecuniæ numeratæ, tenetur ad reſtitutionem pretij, omneque id, quod ceſſionarij intereſt, cenſum fuiſſe validum.*

5 *Cenſus conſtitutus ex pretio mercium eſt inualidus.*

6 Conſtiturio Piana *reſpectu requiſiti ſuper numeratione pecuniæ eſt recepta iu Regno Neapolitano.*

7 *Reprobatur contraria ſeutentia nonnullorum Authorum Regni.*

8 *Probata uullitate cenſus permutati, dieitur commiſſa ſtipulatio permutantis, factuſque eſt locus exercitio pacti capiendi poſſeſſionem propria authoritate rerum, quæ eum eodem cenſu fuerunt permutatæ.*

9 *Ceſſionarius cenſus, an poſſit allegare nullitatem eiuſdem cenſus, atque inexigibilitatem de Iure, ſtante inſtrumento eidem ceſſionario tradito, ex cuius lectura nullitatis vitium erat patens*, & num. ſeqq.

10 *Quoties agitur de maximo ceſſionarij præiudicio, ſcientia nullitatis cenſus debet eſſe certa, & indubitata.*

Adeòut præſumpta, deductaque ex ſcripturarum recenſione non ſufficiat; ſed omninò requiratur diſtincta, cum omnibus ſuis qualitatibus.

11 *Contra Iuriſperitos faciliùs ſciẽtia Iuris præſumitur.*

12 *Nomen debitoris cenſus promiſſum verum, ac exigibile, idem eſt, ac legitimè creatum, itaut debitor nulla exceptione tueri ſe poſſit*, & n. 2.

13 *Emens ſcienter rem alienam, quamuis de euictione, vel ad reſtitutionem pretij non agat.*

14 *Id tamen non procedit, quoties eſt ſpecificè promiſſa euictio, vel regreſſus fauore emptoris in caſu moleſtiarum, quibus euenientibus, dicitur commiſſa ſtipulatio.*

15 *Scientia præſumpta emptoris, rem eſſe alienã, vel alicui oneri obnoxiam, ad huuc effectum non ſufficit; ſed omninò requiritur explicita, & concludenter probata.*

16 *Idque, etiam procedit in præſumpta ſcientia ceſſionarij ſuper nullitate cenſus ob defectum pecuniæ numeratæ.*

17 *Pacto, quò ad regreſſum ad rem permutatam in caſu litis, & moleſtiarum, ſtatim fit locus poſt litem iudicialiter motam, denunciatamque cedenti.*

18 Concurſus creditorum, *ſaltem operatur, vt bona debitoris ceſſi ſint litibus obuoluta.*

Adeòut ex hoc tantùmmodò dicatur probata inexigibilitas nominis ceſſi, & ceſſionarius ab onere releuetur excuſſionis, quæ, formato cõcurſu, intelligitur facta.

19 *Ceſſionarius à ſententia graduatoria appellare non tenetur; ſed hoc onus cedenti incumbit, cui fuerunt denunciatæ moleſtiæ, qui ſibi imputare debet, ſi ceſſionarium defendere neglexerit.*

20 *Promiſſio exigibilitatis cenſus ad perpetuitatem non eſt trahenda; cum ſatis ſit, debitorem cenſus fuiſſe ſoluendo, exigibilemque tempore permutationis.*

Præcipuè, quoties non legitur ſtipulata manutentio ſemper, & in perpetuum.

21 *Contraria ſententia eſt verior, magiſque recepta; quoties agitur de ceſſione annui redditus; tunc enim debet præſtari exigibilitas ſucceſſiuis temporibus.*

Idque, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem denotantia.

Maximum adeſt diſcrimen, inter ceſſionem eius, quod ſemel tantùm tradi debet, annuique redditus, cuius tradendi obligatio ſingulis annis renaſcitur.

22 *Contraria ſententia* Rot. in deciſ. 476. poſt Cenc. de cenſ. *non videtur tuta in ceſſione annui cenſus de ſui natura perpetui.*

23 *Exigibilitas cenſus, quoties eſt promiſſa quocumque tempore in perpetuum, eſt præſtanda ſucceſſiuis temporibus.*

CAPVT CXXX.

RECEDENDVM à deciſione contraria edita in hac cauſa impreſſa poſt *Oleam de ceſſion. Iur. dec. 36.* cum enim cenſus permutatus á Iulia de Acro cum terris fratrum de Monacis fuerit promiſſus verus, exigibilis, & non exactus, cum ſpecifica conuentione inter partes inita, quòd quocumque modo, vel tempore lis fuerit mota occaſione ſortis, & fructuum eiuſdem cenſus; nec non in caſu quarumcumque moleſtiarum, poſſint ſtatim ijdem de Monacis ad prędictas terras redire, earumdemque poſſeſſionem propria capere authoritate; cumque ex infra firmandis huiuſmodi caſus euenerit.

1 Abſque dubio prædictis de Monacis vigore ſpecialis pacti capiendi poſſeſſionem, propria authoritate, accedentibus etiam clauſulis, *conſtituti, & precarij*, competit aſſociatio ad proprias terras, etiam contra tertios poſſeſſores, *l. 3.* & ibi *Gloſ.* verbo *non videatur*, vbi *Bart. num. 1 t. & ſeq. ff. de pignor. Natt. conſ. 378. num. 1. Alex. conſ. 13 t. num. 3. & 6. lib. 4. Menoch. de adipiſc. remed. 6. num 6. & ſeqq. Neguſ. de pignor. 4. part princip. num. 14. verſ. iſtud tamen, Gratian. diſcept. 926. num. 21. Afflict. dec. 326. num. 1. Viu. dec. 263. num. 1. Amat. deciſ. March. 48. num. 2. & ſeq. Magon. dec. Lucen 87. num. 14. & ſeq. Merlin. dec. 305. num. 1. & ſeq. Bich. dec. 310. num. 4. Rot. in rec. dec. 272. num. 1. & ſeq. part. 11.* & admittit contraria deciſio impreſſa poſt *Oleam de ceſſ. Iur. dec. 36. n. 1.*

2 Non poteſt autem dubitari, quin caſus inexigibilitatis cenſus permutati euenerit; ideòque factus fuerit locus exequutioni pacti prędicti; Cum enim idem cenſus fuerit promiſſus verus, & exigibilis, idem præſeferens, ac legitimè creatus, adeòut illius debitor de Iure efficaciter remanſerit obligatus, neque vlla exceptione ſe tueri valeat, *l. ſi nomen 4. ff. de hæredit. vel act. vendit.* ibi: *Si nomen ſit diſtractum, Celſ. lib. 9. ff. ſcribit, locupletem eſſe debitorem non debere præſtare, debitorem autem eſſe præſtare*, ibique *Bald.* aduertit, quòd vendens nomen debitoris, teneatur ſaltem face-

re

re bonum de Iure, ideſt, quòd ſit obligatum, l. ſi plus 74. §. qui nomen, ff. de euict. Caſtr. conſ. 170. num. 2. lib. 2. Becc. conſ. 105. num. 13. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 13. num. 5. Cenc. de cenſ. quæſt. 72. num. 23. verſ. prima eſt, Olea de ceſſ. Iur. tit. 7. quæſt. 3. num. 3. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 21. Hermoſill. in leg. 23. tit. 5. part. 5. gloſ. 4. num. 5. & ſeqq. Guſman. de euict. quæſt. 35. num. 4. Coſt. in prax. conuention. part. 1. num. 51. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 4. n. 95. Theſaur. Iun. lib. 3. quæſt. for. 73. Gratian. diſcep. 527. num. 4. Cyriac. controu. 169. num. 4. & 10. & controu. 225. num. 7. & 31. & controu. 375. num. 11. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 49. nu. 1. eruditus Altimar. ad Rouit. conſ. 75. nu. 1. lib. 1. Thor. vot. 91. num. 34. Add. ad Ludouiſ. dec. 579. num. 5. vbi, etiam ſi cedens, & vendens promiſerit defẽdere, & conſeruare indẽnẽ ceſſionarium, quia ad ueritatem nominis tenebitur, Card. de Luca de credit. diſc. 64. num. 5. Rot. Ian. dec. 156. num. 1. Surd. conſ. 452. num. 16. & dec. 326. num. 41. ibique Hodiern. num. 2. & ſeq. Ambroſin. dec. Peruſ. 25. num. 16. part. 1. Barz. dec. 110. num. 1. Giurb. dec. 87. nu. 10. Fontanell. dec. 167. num. 1. & ſeqq.

3 Talis autem abſque dubio dici non potuit cenſus permutatus, ſiue ceſsus, qui de Iure non eſt bonus, neque exigibilis, vtpotè creatus ex credito, ſeu pretio animalium abſque reali numeratione pecuniæ contra formam à Bulla Piana præſcriptam, adeòut pro illius fructibus debitor nullatenus poſſit conueniri, & fortè ſoluti in ſortem imputari debeant, Nauarr. conſ. 5. de cenſ. Lopez de contract. lib. 1. cap. 59. Cald. de empt. & vendit. cap. 23. Cenc. de cenſ. quæſt. 48. num. 34. & ſeq. Felician. eod. tract. tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 7. & latiùs tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 17. per tot. Molin. de contract. part. 2. diſp. 390. num. 2. Gratian. cap. 853. nu. 36 & ſeq. Leotard. de vſur. quæſt. 80. nu. 46. & ſeq.

4 & num. 32. vbi in ſpecie, quòd cedens cenſum nullum ex defectu pecuniæ numeratæ teneatur ad reſtitutionem pretij, & ad omne id, quod ceſſionarij intereſt, cenſum validum fuiſſe, Caren. reſolut. 201. num. 2. Andreol. controu. 226. per tot. Harmenopol. in epit. Iur. ciuil. lib. 3. tit. 3. Vacon. à Vacu. lib. 5. declar. Iur. ciuil. declar. 68. n. 6. Card. de Lug. de Iuſt. & Iur. diſp. 27. ſect. 5. num. 83. verſ. alij rectiùs, & n. 84. in fin. qui ſatisfaciendo rationi Doctorum contrariæ ſententiæ, ſignanter Surd. conſ. 162. num. 28. & ſeqq. Bellon. Iun. conſ. 92. nu. 9. lib. 1. quòd conſtitutio B. Pij, quo ad hoc caput emanauerit ad euitandas fraudes, quòdque in cenſu conſtituto ex pecunia verè anteà debita nulla poſſit conſiderari fraus, rectè aſſerens, quòd ſtantibus verbis Bullæ, decreto irritanti, & clauſula ſublata, &c. eadem Conſtitutio ſit ſicut lex ieiunij, cuius ratio licèt in aliquo particulari deficiat, non habente neceſſitatẽ ieiunij ad carnis æſtuãtis illæcebras refrenandas, manet tamen in communi, & ſicut lex irritans matrimonium clandeſtinum, in quo licèt in aliquo caſu particulari ceſſarent pericula, manet tamen ratio, communiſque neceſſitas, Rot. in rec. deciſ. 116. nu. 14. part. 6. & dec. 20. num. 17. & ſeqq. part. 9. Viu.

5 dec. 369. & in proximis terminis cenſus conſtituti ex pretio mercium, Cenc. de cenſ. qu. 48. num. 38. Gomez. de cenſ. in 4. conſiderat. nu. 18. Felician. de cenſ. lib. 1. cap. 4. num. 10. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 13. Staiban. Iun. reſol. 64. num. 14. & ſeq. lib. 1. Capyc. Latr. conſult. 70. num. 32. & ſeq. lib. 1.

6 Huiuſmodi verò Conſtitutionem Pianam etiam reſpectu requiſiti realis numerationis pecuniæ eſſe in Regno Neapolitano receptã teſtantur ijdem religioſiſſimi Authores Regni, potiſſimùm Camill. de Curtb. conſ. 90. à num. 7. vſque ad 16. Capyc. Latr. conſult. 125. num. 29. & conſult. 139. num. 62. & ſeq. lib. 2. & conſult. 70. num. 32. & ſeqq. lib. 1. Staiban Iun. dict. reſolut. 64. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Brancac. penes Laganar. ad Rouit. in rubr. de cenſ. propè fin. verſ. quæ ſi vera ſunt, fol. 132. idemque Laganar. ibid. in fin. Viu. dec. 369. num. 17. lib. 2. & pluries firmauit Rot. præcipuè in rec. dict. dec. 20. num. 28. & latè in Baren. cenſus 11. Iunij 1661. & 23. eiuſdem menſis 1664. coram Reuerendiſſimo Veroſpio. Card. de Luca de cenſ. diſc. 1. num. 9. qui optimas affert ponderationes, apud eũdẽ relegendas, ob quas pernecеſſè ſit aſſerendum, quod eadem Bulla Piana ſit in Regno recepta.

7 Quidquid in contrarium non rectè ſenſerint Conſtant. in l. 1. num. 42. & 44. C. de fiſcal. vſur. lib. 10. de Pont. conſ. 41. num. 37. lib. 2. Galeot. lib. 1 controu. 61. de Marin. lib. 2. quotid. reſol. cap. 20. num. 9. & duob. ſeqq. Cacac. penes eumdem dẽ Marin. reſol. 84. n. 6. lib. 3.

8 Probata igitur ex prædictis incontrouertibili nullitate cenſus, dicitur commiſſa ſtipulatio permutantis, factuſque eſt locus exercitio pacti capiendi poſſeſſionem propria authoritate, aliarumque actionum huic parti competentium vigore inſtrumenti, vt in ſpecie Cenc. de cenſ. quæſt. 72. num. 23. verſ. prima eſt, Amat. deciſ. March. 6. per tot. præcipuè n. 9. Gratian. dec. March. 13. num. 25. & ſeq. Rot. dec. 124. num. 6. poſt 2. vol. Poſth. de ſubhaſtat. & in rec. dec. 100. n. 2. p. 8.

9 Neque ſubſiſtit obiectum, quòd ceſſionarij non poſſent allegare nullitatem cenſus, atque adeò inexigibilitatem de Iure, dum eiſdem fuit traditum inſtrumentum cenſus, ex cuius lectura vitium erat patens; nam illud duplici tollitur reſponſione.

10 Primò, quia cum agatur de maximo ceſſionarij præiudicio, ſcientia nullitatis cenſus creati ex credito contra formam Conſtitutionis Pianæ debet eſſe certa, & indubitata, adeòut præſumpta, deductaque ex ſcripturarum

rum retentione nullo Iure ſufficiat, ſed omninò requiratur diſtincta, & ſpecifica cum omnibus ſuis qualitatibus, iuxta receptam theoricam *Gloſ. in cap. concertationum*, verbo *ſciuerit*, ibique *Gemin. num. 15. de appellat. in 6. Felin. in cap. cum contingat, col. 2. verſ. & dicit Baldus, de reſcript. & in cap. à nobis, col. 2. de except. Lancellott. de attentat. part. 1. cap. 1. nu. 84. & ſeqq. Pariſ. conſ. 47. num. 9. lib. 1. Natt. conſ. 636. num. 192. Crauett. conſ. 93. & conſil. 193.* vtrobique *num. 8. Cephal. conſ. 371. nu. 23. & ſeq. lib. 3. Roland. conſ. 36. num. 7. & ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 150. in fin. & conſ. 348. num. 28. verſ. non ſufficit, & dec. 216. num. 41. & ſeq. Roman. conſ. 403. num. 18. Becc. conſ. 37. num. 24. & conſil. 111. num. 20. Aretin. conſ. 68. Corn. conſ. 153. num. 4. lib. 4. Cyriac. controu. 278. num. 62. & controu. 289. num. 38. Tiraq. de retract. ligniag. §. 36. tit. Notifiee augreſſe apud acta.* latè *Rub. in annot. ad dec. 542. num. 92. & ſeqq. part. 4. rec. tom. 3. Oſaſch. dec. 176. in fin. Cæſar de Graſſ. dec. 9. num. 11. de reſcript. Duran. dec. 459. n. 9. Bich. dec. 500. num. 47. Rot. in rec. dec. 621 num. 1. p. 1. & dec. 593. num. 4. part. 2. & dec. 360. num. 3. & ſeq. part. 6.* & in ſpecie ſcientiæ præſumptæ ſuper nullitate cenſus, *Rot. in rec. decif. 48. n. 15. & ſeqq p. 8.*

11 Præcipuè, quia ceſſionarij non erant Iuris periti, vt gratis ex aduerſo ſupponitur, contra quos faciliùs præſumi potuerit ſcientia Iuris, *Bald. in l. ab ea, col. pen. Cod. quomod. & quand. Iudex, Innoc. in cap. per ſuos,* il ſecondo, *de ſimon. Gratian. diſcept. 289. n* 8.

12 Secundò, quia, cum in Inſtrumento ceſſionis fuerit promiſſum nomen debitoris cenſus verum, & exigibile, quod idem eſt, ac legitimè creatum; itaut debitor dici debeat efficaciter de Iure obligatus, neque vlla legitima exceptione ſe tueri valeat, *dict. l. ſi nomen, ff. de hæredit. vel act. vend. Cenc. de cenſ. d. qu. 72. num. 23. verſ. prima eſt, Olea de ceſſ. Iur. tit 7. quæſt. 3. num. 3.* cum alijs ſupra allegatis, *n. 2.* & vlteriùs legatur fauore ceſſionarij ſtipulatus regreſſus ad bona permutata in caſu quarumcumque moleſtiarum, quouis tempore, ſuper nomine ceſſo, cum promiſſione euictionis.

Hinc ſequitur, vt adhuc, admiſſa ſine veri præiudicio, ſcientia nullitatis cenſus, quæ, ex proximè allegatis non eſt præſumenda, ſatis reddatur inueriſimilis, etiam iuxtá ſuppoſitum ex aduerſo ſcribentium ob opinionem in Regno receptam ſuper ualiditate cenſus conſtituti ex credito abſque numeratione pecuniæ, adhuc ſtante inexigibilitate, non ſolùm de Iure ob dictam nullitatem; ſed etiam de facto, ex infra dicendis, competat regreſſus ceſſionarijs ad bona permutata.

13 Prout in proximis terminis eſt recepta concluſio, quòd, quamuis emens ſcienter rē alienam de euictione, uel ad pretij reſtitutionem, non agat, iuxta terminos *leg. ſi fundum ſciens 27. C. de euiction.* ibique *Gloſ.* uerbo *ſi ſciens, Bellapert. & Saliect. in fin. Bald. in l. ſi ſtatus, ff. de euict. Caſtr. in l. emptorem, §. qui autem num. 3. ff. de act. empt. Gomez. in §. ſi quis in fraudem, num. 41. Inſtit. de act. Pacian. conſ. 14. num. 33. & 38. Natt. conſ. 181. num. 8. Odd. conſil. 41. num. 103. Couarr. var. lib. 3. cap. 17. num. 2. verſ. eam quæſtionem, Cald. de empt. & vend. cap. 11. ſub num. 4. & 6. & cap. 31. num. 105. et ſeqq. Tiraquell. de retract. ligniag. §. 12. gloſ. 1. num. 11. Caballin. de euict. §. 3. num. 166. & §. 4. num. 50. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 19. num. 17. et ſeqq. & cap. 55 num. 1. & ſeqq. Eman. Suarez ad Gomez. tom. 2. cap. 2. tit. de empt. & vendit. lit. A. Facchin. controu. Iur. lib. 2. cap. 40. in princ. de Marin. ad Reuerter. dec. 170. num. 4. Card. de Luca de Regal. diſc. 31. num. 7. Surd. deciſ. 243. num. 1. Ludouiſ. deciſ. 90. numer. 9. & ſeqq.* ibique *Add. num. 16. Duran. deciſ. 341. num. 2. Card. Mantic. dec. 109. num. 8. Rot. in rec. dec. 453. num. 15. & dec. 469. num. 16. & ſeqq. part. 9.*

14 Id tamen non procedat, quoties eſt ſpecificè promiſſa euictio, uel regreſſus fauore emptoris in caſu moleſtiarum, quibus euenientibus, non obſtāte qualibet ſcientia, quód res empta ſit aliena, fauore eiuſdem emptoris, commiſſa dicitur ſtipulatio, prout diſponit idem *text. in dict. l. ſi fundum ſciens, C. de euict.* ibi: *neque quidquam de euictione conuenit,* ibiq; *gloſ.* uerbo *conuenit, & in l. ſi fratres, C. commun. vtriuſq. Iudic. Io: Franc. de Ponte conſil. 27. num. 5. & 13. lib. 1. Staiban. Iun. reſol. 100. n. 26 & ſeq. lib. 1. Surd. dec. 208 ſub n. 14. Larrea deciſ.*
15 *Granat. 74. num. 19.* qui *num. 18.* benè ad rem aduertit, quód ſcientia præſumpta emptoris rem eſſe alienam, uel alicui oneri obnoxiam, ad hunc effectum non ſufficiat, ſed omninò requiratur explicita, & concludentiſſimè probata, & in his præciſis terminis ſatisfacien-
16 do obiecto prætenſæ ſcientiæ ceſſionarij ſuper nullitate cenſus ob defectum pecuniæ numeratæ, optimè *Rot. in rec. dec. 100. numer. 6. & duob. ſeqq. part. 8. & in Bononien. cenſus 4. Februarij 1654 §. non obſtat, quòd dictus, coram Reuerendiſſimo Meltio.*

Fortiùs prædicta ſunt amplectenda, quia de inexigibilitate, impoſſibilique exactione cenſus controuerſi, illiuſque fructuum apertiſſimè conſtat, nedum ex formali concurſu Creditorū nominis ceſſi, ſed etiam ex ſententia graduatoria lata in Sacro Conſilio Neapolitano, qua ſtante Domini de Monacis omninó remanſerunt excluſi, dum pretium omnium bonorum debitoris ceſſi fuit traditum Creditoribus anterioribus, & potioribus cū
17 aſſenſu, quibus ſtantibus, abſque ulla prorsùs controuerſia factus eſt locus pacto, quò ad regreſſum ad terras permutatas, tum ratione litis iudicialiter motæ, & denunciatæ cedenti

ti

Digitized by Google

ti ſuper concurſu omnium bonorum debitoris, quod ſatis, ſuperque ſufficeret ad effectũ exercitij pacti prædicti in caſu, quo lis quouis modo, & tempore moueretur, *Mangil. de euict. ion.q.181.num.36.*

18 Tum etiam ratione eiuſdem concurſus, qui ſaltem operatur, vt bona debitoris ceſſi ſint litibus obuoluta, adeò ut ex hoc tantùmmodò dicatur probata inexigibilitas nominis ceſſi, & ceſſionarius releuetur ab onere excuſſionis, quæ, inſpecta Iuris diſpoſitione, intelligitur facta, quoties reperitur formatus creditorum concurſus, argumento *leg. à Diuo Pio, §. ſi verùm, ff. de re iudic.* ibi: *Controuerſia eſt de pignore id dimitti debere, & capi aliud, ſi quod eſt ſine controuerſia*, *Gloſ.* ſingularis in *l. decem*, uerbo *excuſſum, ff. de verbor. obligat. Caſtr. in l. inter eos, §. creditor. ff. de fideiuſſor. Menoch. conſ.667. num.11. Farinac. conſil.165. lib.2. Scacc. de commerc. §.2. gloſ.5. num.268. Caroc. de excuſſ. par.2. quæſt.34. Gabr. lib.2. tit. de fideiuſſor. concluſ.1. num.63. Molin. de primògen lib.4. cap.7. num.31. Noguerol. alleg.2. n.113 Parlador. lib.2. rer. quotid. cap. fin. 4. part. §.7. num.18. & ſeq. Larr. alleg.26. num.14. & alleg. 33. num.4. & ſeq. Salgad. in labyr. cred. p.1. cap. 23. num.8. & ſeqq. Vaſq. controu. illuſtr. part.1. lib.1. cap.4. num.2 Olea de ceſſion. iur. tit.7. qu.3 num.38. Staiban. Iun. reſol.96. num.25. lib.1.* ubi in ſpecie de nomine debitoris ceſſo litibus inuoluto, *Mangil. de euict. quæſt.78. num.15. & ſeqq. Hering. de fideiuſſor. cap.27. num.273. p.1. Capyc. Latr. conſult.148. nu.8.* *Gratian. in add. ad dec. March.35. num.11. Rota Ian. deciſ.156. nu.7. verſ fuit tamen ad hoc reſponſum, & n.8.* ubi dicit, quòd ſufficiat ad excuſſionem, quòd debitoris bona ſint inuoluta, *Gamm. dec. Luſitan.21. Theſaur. dec.40. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit.3. de pignor. defin.29. Bich. dec.518. num.2 Rot. poſt tract. Poſth. de ſubhaſtat. dec.51. nu.3. & dec.72. num.7. &* 8. & poſt *Oleam de ceſſion. Iur. dec.35. num.7.*

19 Idque, etiam ſi ceſſionarius à ſententia graduatoria non appellauerit; huiuſmodi enim onus incumbit cedenti, cui fuerunt denunciatæ moleſtiæ, ſibique imputare debet, quòd ceſſionarium defendere neglexerit, *Fulgoſ. in l. ſi per imprudentiam num.6. & ſeq. ff. de euict. Bald. conſ.460. num.4. verſ. item conſidero lib.4. Anan. conſ.38 num.4.* ibique *Add. num.5. Buratt. deciſ.381. num.5. Rot. in recent. dec.18. num.23. part.4. tom.2.* & in terminis *Caſtren. conſ.170. num.3. in fin. lib.2. Roderic. de ann. reddit. lib.2. qu.21. num.23. Bich. dict. dec.518. numer.4.*

His igitur firmatis, non ſubſiſtunt in facto ea, quæ deducuntur in contraria deciſione, quòd, nempè, non ſit commiſſa ſtipulatio ad effectum habendi regreſſum ad terras permutatas, dum pro hae parte ſatis liquidò fuerunt probatæ, nedum moleſtiæ illatæ, & lis mota, & denunciata cedenti, ſed, quod magis eſt impoſſibilis exactio cenſus, ſtante notoria decoctione debitoris ceſſi.

20 Tandem non aduerſatur id, quod aſſerit contraria deciſio, quòd promiſſio exigibilitatis trahi non debeat ad perpetuitatem, ſatiſque ſit, debitorem cenſus fuiſſe ſoluendo, & exigibilem, tempore permutationis, dum non legitur ſtipulata manutentio ſemper, & in perpetuum, *Bero. conſ.105. numer.37. & 47. Marian. de Iulian. conſ.15. inter conſ. Petr. de Lun. num.26. Felician. de cenſ. tom.2. lib.2. cap.1. nu. 15. Roderic. de ann. reddit. lib.2. qu.21. Guſman. de euict. qu.35. num 59. & duob. ſeqq. Prat. diſcept.21. num.67. & ſeq. Roſa conſult.7. num.53. & duob. ſeqq. Cenc. de cenſ. qu.72. num.23. verſ. declaratur ſecundò, Rot.* poſt eundem *dec.476. nu.1. & dec.506. nu.4.*

Nam, præterquàm quòd ex ſententia graduatoria ſatis, ſuperque remanet comprobatum, vſque tunc adfuiſſe Creditores anteriores abſorbẽtes integrum aſſem debitoris ceſſi, vel ſaltem illud reddentes valdè inuolutũ, & difficillimæ, imó impoſſibilis exactionis ex ſupra firmatis.

Adhuc ſublata remanet quælibet difficultas; non enim permutans promiſit ſimpliciter cenſum exigibilem, quo caſu fortè procedere poſſet concluſio firmata in contraria deciſione, vt ſufficiat exigibilitas nominis ceſſi, in-
21 ſpecto tempore ceſſionis, quod neque etiam tranſit ſine difficultate, quoties, prout in præſentia, agitur de ceſſione annui rèdditus; tunc enim debet preſtari promiſſa exigibilitas ſucceſſiuis temporibus, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem denotantia, cum maximũ adſit diſcrimen inter ceſſionem eius, quod ſemel tantùm tradi debeat, annuique redditus, cuius tradendi obligatio ſingulis annis renaſcitur, vt optimè ſubſtinent vtrumque caſum egregiè diſtinguentes, *Ant. Fab. in Cod. lib.8. tit.31. de euiction. defin.13. in fin. verſ. poſteriore verò, Gratian. diſcep.527. num.35. Roderic. de ann. reddit. lib.1. qu.8. num.23. Andreol. controu.115. numer.10. lib.1. Staiban. Iun. reſol. 67. num.10. & ſeq. & num.14. lib.1. Tondut. lib. 1. qu. ciuil. cap.49. num.42.* vbi, quòd opinio *Rot.* poſt *Cenc. dict. dec.476.* non videatur tuta
22 in ceſſione annui redditus de ſui natura perpetui, idemque aſſerit, *Leotard. de vſur. qu.80. num.41. Barz. dec.110. numer.22. Altimar. ad Rouit. conſ.75. n.6. lib.1.* & Nos alibi latiùs firmauimus.

23 Sed potiùs præuia exigibilitatis promiſſione, cedens ſub vnica uerborum ſtructura teneri uoluit quocumque modo, uel tempore lis moueretur, quo caſu eſt præſtanda exigibilitas quocũque tẽpore in perpetuũ propter illa uerba, ibi: *Quocumque tẽpore* perpetuitatẽ denotantia, omneque tẽpus complectentia ex adductis per *Gratian. cap.537. n.35. Oleam de ceſſ.*

*ceſſ.Iur.dict. tit.7.qu.3. num.28.in fin.verſ.tertius caſus eſt, & ſeq.Tondut.qu.ciuil.cap.49.nu. 43.lib.1. Leotard.de vſur.dict.qu.80.numer.41. Epiſcop. Antonell. de tempor. legal. lib.1. cap. 36.num.3.& ſeq.*Hodiern.*controu.27. num.15. & duob. ſeqq. Merlin. de pignor. lib.5. qu.21. num.70.& ſeqq.Card.de Luca de credit.diſc.64. num.21. Rot. in Tudertina cenſus coram Reuerendiſſimo Meltio* impreſſa poſt *Oleam de ceſſ. Iur.dec.35.num.4.& ſeq.* ubi in ſpecie de uerbis *omni tempore*, rectèque conferunt firmata per *Duran.dec.404.num.8.& 9.* affirmantem, quòd cedens obligatus ſemper uerum manutenere creditum ceſſum, teneatur continuò, & effectiuè illud uerum præſtare.

Et in omnem caſum pro regreſſu ad terras permutatas in uim ſpecialis conuentionis initæ in Inſtrumento, ſatis, ſuperque ſufficit, eueniſſe caſum litis, & moleſtiarum, ex ſupra firmatis.

Iuxta firmata fuit deciſum per Rot. in recent. deciſ.224. part.15. & dec. 393. part. 16. *cum receſſu à deciſione contraria impreſſa penes* Oleam de ceſſ.Iur.dec.36.

ARGVMENTVM.

Ceſſio cenſus, ex quibus dici debeat potiùs translatiua, quàm extinctiua, Et quoties directò à fideiuſſore fit ſolutio creditori cenſus, an ſit præſumendum, eumdem fideiuſſorem ſoluentem voluiſſe dare pecuniam in extinctionem cenſus, Vel potiùs emere cenſum, tanquàm ſpeciem fructiferam, Quidue aſſerendum, ſi contrahentes vtantur verbis retrouenditionem, retroceſſionemque præſeferẽtibus; Et an referat, quòd retrouenditio cenſus præcedat ceſſioni ſubſequenti.

Ceſſio reſpectu diuerſarum perſonarũ, an valeat diuerſos effectus operari, itaut, quò ad vnam perſonã inducat liberationem, quò verò ad aliam translationem.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cameralis effectus tranſit in ceſſionarium.*

2 *Ceſſa actione principali, cenſetur etiam ceſſum Ius exequutiuum.*

3 *Creditores poſteriores poſſunt cogi via exequutiua, ſtante cautione præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

4 *Idque, etiam procedit fauore ceſſionarij.*

5 *Via exequutiua præſcribitur ob lapſum temporis triginta annorum.*

6 *Creditori cenſus non obſtat præſcripio triginta annorum, quoties petit fructus eiuſdem cenſus decurſos ante completam præſcriptionem.*

7 *Ceſſio cenſus dicitur translatiua; non autem extinctiua, ſtantibus verbis* ceſſit, &c. tranſtulit, &c.

8 *Præcipuè, quando verbum,* ceſſit, *iungitur accuſatiuo, non autem datiuo.*

9 *Translatiua dicitur ceſſio, ſtantibus clauſulis* ponens, &c. conſtituens, &c.

10 *Iura, ſi per ceſſionem extinguerentur, nihil ſupereſſet, quod cedens ceſſionarij nomine interim poſſideret.*

11 *Idque potiſſimùm procedit, quando cum clauſula,* ponens, *eſt adiuncta clauſula,* conſtituti.

12 *Secus aſſerendum, quando ex alijs coniecturis ceſſionem extinctiuam ſuadentibus, virtus prædictæ clauſulæ,* conſtituti, *ſublata remanet.*

13 *Pro arguenda ceſſione translatiua inſpici debet veriſimilis contrahentium voluntas magis attendenda, quàm quæuis verborum formula.*

Magis verba deſeruiunt naturæ contractus, quàm natura verbis.

14 *Quoties directò à fideiuſſore fit ſolutio creditori cenſus, numquam præſumitur, eumdem fideiuſſorẽ ſoluentem voluiſſe dare pecuniam in ſolutum, & in extinctionem cenſus, ſed potiùs emere cenſum tamquàm ſpeciem fructiferam.*

Adeòut non poſſit dici extinctus, ſed potiùs in fideiuſſorem ſoluentem translatus.

Expenditur text. *ſingularis in* l.cum is, ff. de fideiuſſor.

15 *Idque, etiam ſi adſint verba* retrouendidit, & retroceſſit.

16 *Iura præſumunt, fideiuſſorem eo modo contraxiſſe, quo ſibi magis expedit; atque adeò potiùs voluiſſe ſibi acquirere cenſum, fructuſque lucrari, quàm illum extinguere.*

17 *Fideiuſſor, tamquàm tertius redimens cenſum poteſt acquirere iura translatiuè, etiam ſi inſcio debitore, ſoluat.*

18 *Reprobatur contraria ſententia.*

19 *Fideiuſſor pignus debitoris licèt emere non poſſit, huiuſmodi tamẽ legalis probibitio ad cẽſus ceſſionem, ſeu emptionem non extenditur.*

20 *Affertur ratio diſcriminis inter emptionem pignoris factam à fideiuſſore, & emptionem, ſeu ceſſionem cenſus.*

Declaratur text. in l.1. Cod. de dolo.

21 *Creditor cenſus non ſatisfacit præſtando ſuas actiones pro ſorte cenſus mortui; ſed omninò tenetur Ius ipſum cenſus viui transferre in fideiuſſorem redimentem.*

22 *Voluntas eſt metienda à poteſtate.*

23 *Cenſum translatiuè fuiſſe acquiſitum non poteſt dubitari, ſtante ſpeciali pacto inito in inſtrumento venditionis, vt ſolutiones fieri non poſſint, niſi reportata ceſſione iurium translatiua fauore emptoris.*

24 *Actus ſubſequens regulari omninò debet à præcedente, in cuius exequutionem geritur.*

25 *Cenſu extincto, fructus ampliùs non debentur.*

Sors principalis à debitore inuito ampliùs extorqueri non poteſt.

26 *Facta ceſſione ad fauorem fideiuſſoris, non ſolùm ſortis cenſus, ſed etiam penſionis, ceſſio translatiua dici debet, nam alioquin reſpectu penſionis eſſet inutilis, ſi eadem ſors remaneret extincta.*

27 *Iura*

27 *Iura futura in ſpecie ceſſa operantur effectum translatiuum.*

28 *In vno, eodemque inſtrumento, cum non detur prius, neque poſterius, ſed omnia ex Iuris cenſura eodem tempore cenſeantur conuenta.*

29 *Ideò parum refert, an retrouenditio cenſus precedat ceſſioni ſubſequenti.*

30 *Cenſus ob incompatibilitatem actionis, & paſſionis in eodem ſubiecto dici debet extinctus, neque ceſſio translatiua reportari valet ab emptore, vbi debitum ſoluitur de pecunijs debitoris.*

31 *Sed hoc caſu ceſſio translatiua, vtpotè incompatibilis, in ſimplicem reſoluitur quietantiam.*

32 *Idque, etiam procedit, quando ceſſio cenſus fuit reportata ab herede perſonam principalis debitoris repreſentante.*

33 *Secus aſſerendum, quando fuit empta res non principalis debitoris cenſus, ſed fideiuſſorum, reportata per emptorem à Creditore dimiſſo ex proprijs bonis fideiuſſorum ceſſione Iurium translatiua, primariò ad fauorem ipſius emptoris, & ſecundariò eorumdem fideiuſſorum.*

Affertur ratio diſcriminis, inter principalem debitorem, & fideiuſſorem.

34 *In Iure non eſt inconueniens, neque repugnat, quòd reſpectu certarum perſonarum, emptoris, nempè, cenſus, & fideiuſſorum, ceſſio diuerſos operetur effectus.*

Itaut, quò ad vnam perſonam inducat liberationem, translationem verò, quò ad aliam.

35 *Princeps poteſt bona vendita liberare ab hypothecis creditorum, illaſquè transfundere in multiplicum.*

36 *Quinimò Ius hypothecæ conuentionalis ex mero figmento Iuris ciuilis introductum poteſt tollere, neque ex hoc poteſt dici læſum Ius naturæ, ſeu gentium.*

37 *Potiùs attendi debet relatum, quàm referens.*

38 *Cenſus dicitur ius; ideòque, data facultate cedendi omnia Iura, poteſt etiam cedi ius cenſus.*

39 *Relatio operatur indiuiduam, propriamque expreſſionem omnium contentorũ in termino relato.*

Contenta in inſtrumento relato, dicuntur ſpecificè, & verè in referente contineri.

40 *Idque, etiam procedit in mandatis.*

C A P V T CXXXI.

PROCEDENDVM ad vlteriora in exequutione mandati relaxati pro fructibus cenſus contra Ganottos in vim obligationis Cameralis, cuius ef-
1 fectus, cum tranſierit in Nigronos ceſſionarios eiuſdem cenſus, *l. ſi hæres 7.* ibique *Gloſ.* verbo *poteſtatem, ff famil. erciſcun. Gloſ.* per illum *text. in l. 1. C. contr. Iud. tutel.* in verb. *cõuenire, Bart. in l. 1. num. 22. Cod. de act. & obligat. Aretin. in l. 1. col. pen. ff. ſi cert. pet. Bald. in l. ex legato, in fin. C. de legat.* & in *Margharit.* verbo *cedere*, tradens, quòd officium Iudicis habens paratam exequutionem cedi, & renunciari poſſit, & in *l. per diuerſas, num. 14. Cod. mandat. Caſtr. in l. poſtulante, num. 9.* ibique *Alex. num. 5. ff. ad Trebell.* Guid. *de Suzar. de inſtrum. guarantig. quæſt. 9. in fin. verſ. item, quod agit ſi nomine alieno, Gugl. de Benedict. in cap. Raynutius*, verbo *ſi abſque liberis 1. num. 2. de teſtam. Surd. conſ. 444. num. 12. & ſeq. Bero. conſ. 187. num. 28. lib. 1.* optimè *Pariſ. conſ. 107. num. 87. verſ. & procedit etiam, vſque ad num. 90. lib. 3. Roman. conſ. 42. & 143. Calcan. conſ. 18. nu. 22. Ruin. conſ. 209. num. 16. lib. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed 4. num. 254. verſ. quintò Manſon. de cauſ. exequut. ampliat. 21. nu. 1. & ſeqq.* præcipuè *num. 4. in fin. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 22. & ſeq. Coler. de proceſſ. exequut. 2. part. cap. 2. num. 20. Sch. fordeger. lib. 3. forenſ. tract. 23. num. 20. Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 21. num. 2. Staiban. Iun. reſol. 84. num. 3. & ſeq. lib. 1. Caſtill. dec. 120. num. 15. & ſeq. part. 2. Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 905. Rot.* poſt eumdem *deciſ. 146. num. 9.* & poſt *Cenc. de cenſ. dec. 490. num 2. & ſeq. Boer. dec. 10. Barz. dec. 70. num. 27. Chartar. dec. 63. num. 1. Bich. deciſ. 514 num. 1.* vbi, quòd
2 ceſſa actione principali, cenſeatur etiam ceſſum Ius exequutiuum.

3 Abſque dubio potuit exequutiuè procedi contra eoſdem Aduerſarios, ſtante cautione per ipſos præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus Balleoni fideiuſſoris in cenſu, *Gratian. cap. 115. num. 27.* benè *Salgad. in labyr. cred. part. 2. cap. 6. num. 41. Cardin. Seraphin. dec. 1233. num. 3. & deciſ. 1396.*
4 & in his terminis ceſſionarij exequutiuè agẽtis contra obligatum de reſtituendo prioribus, & potioribus, *Rot. in recen. dec. 130. n. 1. & ſeq. part. 16.*

5 Neque via exequutiua poteſt dici præſcripta per lapſum pluſquàm triginta annorum, *Innocent. in cap. fin. de præſcript.* cuius dictum notabile reputat *Bald. ibid.* idem *Bald. in rubr. num. 22. verſ. & dico, quod contra de præſumpt. Marant. in prax. part. vlt. tit. de exequut. ſentent. n. 54. Surd. conſ. 186. n. 3. Gomez. ad leg. 66. Taur. n. 1. Card. de* Luca *de credit. diſc 117. nu. 4. Tapp. in compilat. Iur. Regn. Neapol. Rubr. 41. tit. 262. Afflict. dec. 245. in fin. de Pōt. dec. 18. n. 14. Giurb. deciſ. 96. nu. 1. Achill. dec. 5. de præſcript. Rot. in recent. dec. 1. num. 4. & ſeq. part. 7. Burat. dec. 296. num. 5. Archiep. Carrill. dec. 208. nu. 5.*
6 quia Nigroni non petunt fructus, niſi pro annis viginti nouem, atque adeò ante completam præſcriptionem, vt in proximis terminis *Felician. de cenſ. tom. 1. lib. 3 cap. 1. num 7. Guttier. lib. 1. pract. quæſt. 90 nu. 5. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9 num. 69. Auendan. de cenſ. cap. 103. nu. 8. Pax. in prax. 1. tom. 4. par. cap. 3. num. 15. Conſtant. Pap. in addit. ad Caranu. Rit. 167. num. 32.* quos refert, & ſequitur *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3 diſput. 4. n. 18.*

Nullatenùs verò meretur attendi exceptio, quòd cenſus controuerſus fuerit extinctus ex rata pretij Montis Rotundi per Principem Barberinum emptorem ſoluti hæredibus Mancini creditoris eiuſdem cenſus; non autem translatiuè ceſſus.

Siquidem pro omnimoda remotione huius obiecti, tria ex aduerſo non controuertenda in facto præmittere oportet.

Primum, nempè, quòd in cenſu, de quo agitur, Vrſini, á quibus Nigroni ceſſionem reportarunt, fuerint tantùmmodò fideiuſſores, non autem principales debitores.

Secundum, quòd in venditione medietatis Montis Rotundi facta Principi Barberino ab eiſdem Vrſinis, præuio Chyrographo s.m. Vrbani VIII. legatur ſpecifica cõuentio, quòd in caſu ſolutionis æris alieni, in quo Vrſini eſſent principales debitores, neque releuatorem haberent, eſſent reportandæ ceſſiones Iurium ad fauorem ſolius Barberini emptoris. In alijs verò debitis alienis, in quibus Vrſini haberent releuatores, ceſſiones fieri deberent translatiuè, & non extinctiuè, primariò ad fauorem Barberini emptoris, & ſecundariò illorum de Vrſinis venditorum.

Tertium tandem, quòd ex rata pretij Mõtis Rotundi per Barberinum emptorem, fuerint dimiſſi hæredes Mancini creditores dicti cenſus, & fructuum, reportata ab eiſdem ceſſione Iurium translatiua, & non extinctiua, primariò fauore Barberini emptoris, & ſecũdariò fratrum de Vrſinis venditorum; idque pro exequutione præcedentis conuentionis.

His igitur in facto præmiſſis ex aduerſo nullatenus controuerſis, vtpotè euidentialibus, ceſſio Iurium reportata per Barberinũ emptorem ab hæredibus Mancini Creditoris cenſus, reputari debet translatiua; non autem extinctiua, ſiue inſpiciatur forma eiuſdẽ ceſſionis, ſiue veriſimilis, præſumptaque mens ipſorum contrahentium à Iure regulanda.

7 Attẽtis enim verbis contractus, ſatis apertè deprehenditur, cenſum fuiſſe translatiuè ceſſum, non autem extinctum, cum contrahentes non proceſſerint per viam extinctionis, ſiue retrouenditionis, de qua nullum prorsùs verbum legitur in inſtrumento ceſſionis, ſed potiùs translatiuæ ceſſionis, ponderatis verbis vtriuſque ceſſionis, ibi: *ceſſit, tranſtulit, &c.* quæ, cum veram dominij tranſlationem præſeferant, *Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 4. num. 3. & ſeqq.* potiùs translatiuam, quàm extinctiuam acquiſitionem redolent, vt omiſſis generalibus, in ſpecie ceſſionis cenſus, *Capye. Latr. dec. 16. num. 14. & 45. Brancac.* poſt eamdem *dec. num. 34. Cenc. de cenſ. quæſt. 103. num. 17. verſ. & ad demonſtrandum, & quæſt. 71. ſub nu. 15. verſ. quod autem, Rot.* poſt eumdem *dec. 359. nu. 2. & dec. 183. n. 1. & ſeq. in rec. dec. 273. n. 5. p. 9. Bich. dec. 631. numer. 6. & deciſ. 634. num. 35. Dunoz. Iun. dec. 576. num. 10. & ſeq.* Præcipuè, quando,
8 prout in præſentia, verbum *ceſſit*, iungitur accuſatiuo, non autem datiuo, *Gallerat.* plures referens, *de renunciat. cap. 4. num. 1. in fin. Bich. d. dec. 631. num. 7. & 8.*

9 Accedentibus potiſſimùm clauſulis, *ponens &c. conſtituens, &c. Cenc. de cenſ. d. quæſt. 103. num. 17. verſ. mentem autem, & quæſt. 71. n. 15. verſ. quod autem, Rota in recent. dec. 273. nu. 6. part. 9. Bich. d. dec. 631. num. 16. & duob. ſeqq.* vbi, quòd, ſi Iura per ceſſionem extinguerentur,
10 tur, nihil ſupereſſet, quòd cedens ceſſionarij nomine interim poſſideret, & admittit *Rot. in rec. dec. 232. num. 9. verſ. hinc non releuant,*
11 *part. 10.* quando, prout in themate, de quo eſt ſermo, cum clauſula, *ponens*, eſt adiuncta clauſula *conſtituti.*

12 Contraria verò procedunt, quando concurrunt aliæ coniecturæ ceſſionem extinctiuam ſuadentes, ex quibus ſublata remaneat virtus prædictæ clauſulæ, *conſtituti*, inſpecta mente contrahentium, in quibus terminis procedunt, & intelligenda ſunt deducta per *Rot.* poſt *Cenc. de cenſ. dec. 368. num. 2. & dec. 369. nu. 1. verſ. nec obſtant, Dunoz. Iun. dec. 869. num. 12.*

Si verò inſpicienda ſit præſumpta, veriſimiliſque contrahentium voluntas, quæ magis
13 attendi debet, quàm quæuis verborum formula; cum potiùs verba naturæ deſeruiant contractus, quàm natura verbis, *l. ſed & ſi poſſeſſori 11. §. item ſi iurauero, ff. de iur. iur. leg. verùm 40. ff. de furt. l. ſi quis geſtum, Cod. plus valer. quod agit, l. labeo 7. ff. de ſuppellect. legat. l. etiam 8. Cod. de iur. dot. Menoch. conſ. 47. n. 44. & ſeq. Bero. conſ. 76. nu. 80. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 9.* & in his terminis admonet *Roland. conſ. 60. nu. 40. & ſeqq. lib. 3. Caſanat. conſ. 10. Medic. conſ. 165. num. 25. Pariſ. conſ. 20. num. 62. Amat. lib. 1. reſolut. 7. n. 34. Carleual. de iudic. diſput. 35. num. 45. tom. 2. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 128. num. 12. Bellon. de iur. accreſc. cap. 5. quæſt. 446. ſub nu. 141. Maſtrill. ad Petr. Gregor. de cenſ. quæſt. 5. n. 144. & ſeqq. Cenc. de cenſ. quæſt. 103. num. 17. verſ. cæterum, Rot.* poſt eumdem *dec. 366. num. 8. & ſeq. Bich. dict. dec. 631. n. 13. Card. Celſ. dec. 116. num. 5. & duob. ſeqq.*

Abſque difficultate cenſus dici debet potiùs translatus in Vrſinos, & ab eiſdem emptus, vti viuus, & fructiferus, quàm extinctus; cum enim ijdem Vrſini, ex quorum bonis, ſiue eorum pretio fuit dimiſſus creditor cenſus, non ſint principales debitores, ſed fideiuſſores in eodem cenſu.

14 Hinc perneceſsè reſultat, vt quoties directè à fideiuſſore, vel, prout in præſentia, ab alio eiuſdem fideiuſſoris nomine, & mandato fit ſolutio creditori cenſus, nunquàm præſumitur, eumdem fideiuſſorem ſoluentem uoluiſſe dare pecuniam in ſolutum, & in extinctionem; ſed potiùs emere cenſum, tamquàm ſpeciem fructiferam; adeòut non poſſit dici extinctus, ſed potiùs translatus in fideiuſſorem ſoluentem, ut per *text*, ſingularem *in l.*

cum

Digitized by Google

cum is 36. verſ. non enim, ff. de fideiuſſor. ibi:
Nec enim in ſolutum accipit creditor, ſed quo-
dammodò nomen debitoris vendit, in ſpecie
optimè firmant Caſanat. conſ. 14 nu. 7. & ſeqq.
Cenc. de cenſ. qu. 71. num. 18. in fin. Tondut. lib. 2.
qu. ciuil. cap. 128. num. 3. & ſeq. benè Epiſcop.
Thomat. dec. 23. num. 31. Capye. Latr. deciſ. 16.
num. 28. & ſeq. Vbald. dec. 324. num. 2. & ſeqq.
& dec. 97. num. 7. Merlin. dec. 512. num. 5. 10. &
ſeqq. Rot. poſt Cenc. de cenſ. dec. 366. num. 7. &
ſeq. in recent. dec. 364. num. 1. & ſeq. part. 4. &
dec. 273. num. 21. part. 9. quæ loquitur in for-
15 tiori caſu, in quo aderant uerba retrouendi-
dit, & retroceſſit, prout ibidem nu. 13.

Et in præciſis terminis reſpectu alterius
cenſus, in quo pro certa rata Vrſini erant fi-
deiuſſores, fueratque per Principem Barbe-
rinum emptorem facta ſolutio ex pretio Mõ-
tis Rotundi reportata ceſſione Iurium ad fa-
uorem eorumdẽ de Vrſinis, articulo ad par-
tes diſcuſſo firmauit Card. Cerrus dec. 911.

16 Idque duplici potiſſimùm ratione: Tum,
quia Iura præſumunt, fideiuſſorem eo modo
contraxiſſe, quo ſibi magis expediat, atque
adeò potiùs uoluiſſe acquirere censũ, fructuſ-
que lucrari, quàm illum exinguere, pecuniæ-
que ſolutæ ſimplicem euadere creditorem,
l. ſi dubitet, ff. de fideiuſſor. l. Papinianus, ibi-
que gloſ. uerbo, & ſuo nomine, Bald. Alberic.
& alij, ff. mandati, Caſanat. conſ. 14. numer. 7.
Hering. de fideiuſſor. cap. 28. num. 44. verſ. nec
obſtat, Piſtor. obſer. 44. num. 14. Valentin. Franc.
de fideiuſſor. cap. 5. num. 486. & in ſpecie Ton-
dut. dict. lib. 2. reſol. ciuil. cap. 128. numer. 3. &
ſeq. Rot. poſt Cenc. de cenſ. dict. dec. 366. num. 8.
et ſeq. et in rec. dict. deciſ. 273. num. 21. part. 9.
quidquid in contrarium aberrantes á com-
muni ſenſerint Cancer. var. part. 2. cap. 5. de fi-
deiuſſor. numer. 5. et ſeqq. alijque adducti per
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 3.
num. 62. Olea de ceſſ. Iur. tit. 5. qu. 2.

Tum etiam, quia, quemadmodùm fideiuſ-
ſor, tamquàm Tertius redimens cenſum po-
17 teſt acquirere iura tranſlatiuè, etiam ſi in-
ſcio debitore ſoluat, iuxta magis receptam
ſententiam, quam ſubſtinent Roderic. de ann.
reddit. lib. 2. qu. 17. num. 1. et ſeqq. et num. 11. et
18. et num. 27. et qu. 13. num. 5. Felician. de cenſ.
tom. 1. lib. 3. cap. 2. d. num. 18. verſ. idemque ſta-
tuo, et num. 20. Duard. eod. tract. §. 5. qu. 23. nu.
35. & 38. Caballin. de vſur quæſt. 29. num. 245.
& quæſt. 49. num. 341. Carlenal. de iudic tom. 2.
diſput. 35. num. 23. Gratian. cap. 459. num. 19. &
ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4 gloſ.
18. part. 3. num. 70. & ſeqq. Præceptor meus
Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 9. nu. 14. & ſeqq.
Ripoll. var cap. vlt. num. 119. & poſt alios alle-
gatos aſſerens, hanc ſententiam eſſe verio-
rem, & reſpondens contrarijs Olea de ceſſ Iur.
tit. 5. quæſt. 2. num. 3. verſ. ſed cõtraria ſententia,
Capye. Latr. dict. dec. 16. num. 28. & ſeq. Rot. in
Epiſcop. Rocca Vol. II.
rec. d. dec. 273. n. 1. & ſeq. p. 9.

18 Nullatenus aduerſante diſpoſitione text.
in l. 1. Cod. de dolo, cui innituntur ſectatores
contrariæ ſententiæ, ſignanter Cancer. lib. 2.
var. cap. 5. d. nu. 5. & 24. Bellug. in ſpecul. Prin-
cip. rubr. 24. verſ. poſtremò, num. 6. Mier. tit. de
tut. part. 1. fol. 132. col. 22. num. 22. Eſcobar. poſt
tract. de ratiocin. comput. 17. Merlin. de pignor.
lib. 4. quæſt. 72. num. 9. licet enim fideiuſſor pi-
19 gnora debitoris, pro quo fideiuſſit emere
non valeat, prout reperitur ſancitum in dict.
l. 1. Cod. de dolo, & præter proximè allegatos
probat Parlador. lib. 2. cap. fin. 5 part. §. 16. nu.
17. Vander. ſignific. 89. Carlenal. de Iudic. lib. 1.
tit. 3. diſput. 24. num. 10.

Nihilòminus huiuſmodi legalis prohibi-
tio ad cenſus ceſſionem, ſeu emptionem
non extenditur, cum aliud ſit pignus emere,
aliud Ius cenſus comparare, quia fideiuſſor
20 emens pignus debitoris, magis videtur luere,
quàm emere propter fidem debitori debitam;
dum enim intercedit pro eodem debitore,
tacitè videtur promiſiſſe pro eo ſoluere, &
luere pignus ad beneficium debitoris, ideóq;
cum deindè emit, ſi recuſat reſtituere debito-
rem, cuius cauſam agit in dolo, dicitur eſſe,
& rumpere fidem, quam præſumptionem
eſſe Iuris, & de Iure affirmat poſt Gloſ. in d.
l. 1. verbo conſultus, Cod. de dol. alioſque alle-
gatos, Franch. deciſ. 69. num. 7. & ſeqq.

Secus verò aſſerẽdum, quando fideiuſſor nõ
emit rem debitoris, ſed potiùs nomen, & Ius
percipiendi annuos redditus, quod nõ eſt de-
bitoris, ſed creditoris, l. nominis venditio, C.
de hæredit. vel act. vendit. & itá ſibi poteſt
emere, cum ceſſet fidei ruptæ conſideratio,
cui potiſſimùm innititur diſpoſitio d. l. 1. C. de
dolo, ibi: Ne fidei ruptæ gratia de dolo potuit
actio exerceri, nec de hoc debitor conqueri
poterit; quæ enim debitoris inuidia, irratio-
nabilis eſſet, quod nolit permittere fideiuſſio-
ni, qui alioquin de ipſo fideiubendo fuit non
modicè benemeritus, quòd cenſus penſiones
recipiat, ſicuti creditor recipiebat, poſtquám
per eã emptionẽ non eſt debitoris Ius in ali-
quo deteriùs effectũ; atque adeò nulla ſubeſt
cauſa, propter quã fideiuſſor ab emptione an-
nui redditus arceri poſſit, prout ſatisfaciẽdo
tex. in d. l. 1. Cod. de dolo, egregiè ratiocinatur
Roderic. de ann. reddit. dict. lib. 2. cap. 17. nu. 28.
quem ſequuntur Gratian. cap. 459. num. 26. &
ſeq. latè, & benè Fontanell. de pact. nupt. cl. 4.
gloſ. 18. num. 70. & ſeq. Arias de Meſ. var. lib. 1.
cap. 10. num. 15. Felician. de Solis tom. 2. de cenſ.
lib. 3. cap. 2. num. 11. & ſeqq. Auendan. eodem
tract. cap. 100. num. 4. Olea de ceſſ. Iur. tit. 5. q. 2.
num 4. apud quos cæteri allegantur, rectèq;
conferunt pro concordia dict. l. 1. Cod. de dolo,
cum l. ſi mandato 59. §. 1. ff mandat. deducta
per Ant. Faber. de error. Pragmat. decad. 9. er-
ror. 4. Arias de Meſ. var. lib. 1. c. 9. n. 22. & ſeqq.

21 Quinimò, his firmatis, Creditor cenſus nõ
ſatisfaceret præſtando ſuas actiones pro ſor-
re cenſus mortui, ſed omninò reueretur Ius
ipſum cenſus viui transferre in fideiuſſorem
redimentem, vt in ſpecie firmat poſt latam
diſputationem, *Feliciaq. de cenſ. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 17. & ſeqq.* quem ſequuntur *Rode-
ric. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 17. & per tot. Cẽc.
de cenſ. quæſt. 71. nu. 1. & ſeqq. Duard. ad Bull.
de cenſ. quæſt. 23. num. 35. & 38.* optimè, præ
cæteris, *Olea de ceſſ. Iur. dict. tit. 5. quæſt. 2. n. 1.*
vbi, quòd hæc opinio, reiecta contraria, ſit
receptior, quòdque pro ea firmanda confe-
rant Iura in *l. ſi fideiuſſor 17. l. cum is 36. ff. de
fideiuſſ. l. Paulus, ff. eod. l. fideiuſſor, ff. de diſtract.
pignor.*

Ita metiendo uoluntatem à poteſtate *l. Lu-*
22 *cius 21. §. Imperatores, ff. ad municip. cap. d no-
bis 21. de ſent. excomm. Surd. conſ. 431. num. 41.
et ſeqq. Rot. in rec. dec. 604. num. 17. part. 5. tom.
2.* aſſerendum eſt, Vrſinos fideiuſſores uoluiſ-
ſe ex proprijs pecunijs acquirere, & emere
cenſum uiuum, & fructiferum, ſubingredien-
do in locum creditoris dimiſſi.

Potiſſimùm, quia de huiuſmodi uoluntate
23 non uidetur poſſe hæſitari, dum, ſtante ſpe-
ciali pacto inito in inſtrumenro uenditionis
Caſtri Montis Rotundi, ſolutiones per Bar-
berinum emptorem alio modo fieri nõ pote-
rant, quàm reportata ceſſione Iurium trans-
latiuè ad fauorem Venditorum, ut optimè
ponderauit *Card. Cerrus. dict. dec. 911. nu. 4.*

Atque, ita etiam ſuadet Iuris præſumptio,
24 qua inſpecta, actus ſubſequens regulari om-
ninò debet à præcedenti, in cuius exequutio-
nẽ geritur, *l. 3. § verùm, ff. de manumiſ. vindict.
Alex conſ. 156. ſub num. 2. lib. 6. Surd. conſ. 460.
num. 22. Crauett. conſ. 91. num. 9. et conſil. 106.
num. 10. Cephal. conſ. 626. num. 17. Menoch. de
præſumpt. lib. 3. præſumpt. 49. num. 2. Rot. in rec.
dec. 442. num. 7. part. 1.* & in ſpecie ceſſionis,
Rot. poſt *Cenc. de cenſ. dict. dec. 366. num. 7. Bich.
deciſ. 631. num. 9. Card. Cels. dec. 116. num. 4.*

Prædicta uerò omnia eò libentiùs admit-
tenda, non ſolùm, quia alioquin pactum tàm
enixè deſideratum à Venditoribus ſuper ceſ-
ſione translatiua per Barberinum emptorem
reportanda fauore eorumdem Venditorum,
fuiſſet ſuperfluum, & inutile; dum, cenſu ex-
25 tincto, fructus ampliùs non debentur, & ſors
principalis à debitore inuito extorqueri non
poteſt, reſiſtente *Bulla Piana, Rodriq. de ann.
reddit. lib. 2. qu. 16. num. 7. et ſeqq. Auedan. de
cenſ. cap. 106. num. 6. Cenc. eod. tract. qu. 105. nu.
13. et ſeq. Felic. de cenſ. tom. 1. lib. 4. cap. 1. num.
11. verſ. verum,* & in his terminis *Rot. in rec.
d. dec. 273. num. 2. et duob. ſeqq. part. 9.*

Sed etiam, quia à Mancino Creditore, non
ſolùm fuerunt translatiuè, & non extinctiuè
ceſſa Iura, quæ eidem Creditori tempore ceſ-
ſionis competebãt; ſed etiam, quæ competere
poſſent in futurum; atque adeò huiuſmodi
conuentio rectè congruit fructibus cenſus ui-
ui, & integri in poſterum decurrendis pòſt
obtentam ceſſionem, vt in proximis ferè ter-
minis arguit *Tondut. dict. lib. 2. reſolut. ciuil.
cap. 128. num. 12. verſ. ſecundò quia.* vbi, quòd
26 facta ceſſione ad fauorem fideiuſſoris non
ſolùm ſortis cenſus, ſed etiam penſionis, ceſ-
ſio translatiua dici debeat; nam alioquin reſ-
pectu penſionis eſſet inutilis, ſi eadem ſors
remaneret extincta, & conferunt adducta
27 per *Staib. Sen. conſ. 82. num. 44. & ſeqq. Staiban.
Iun. reſolut. 81. n. 14. lib. 1.* vbi, quòd Iura futura
in ſpecie ceſſa operentur effectum trãslatiuum.

Parumque releuat, quòd in inſtrumẽto pri-
us legatur facta ſolutio, deindèque ceſſio.

Siquidem recepta eſt Iuris propoſitio,
28 quòd in vno, eodemque inſtrumento non de-
tur prius, neque poſterius; ſed omnia ex Iuris
cenſura eodem tempore cenſeãtur conuenta,
iuxta receptam theoricam *Bart. in l. contractus
num. 5 & 6. Cod. de fid. inſtrument. Bald. in l. pe-
nult. § mulier in fin. ff. ſolut. matrim. Cagnol. in
l. lecta num. 157. ff. ſi cert. petat.* ibique *Eugen.
num. 167. Surd. conſ. 217. num. 9. & deciſ. 322.
num. 66. & ſeqq. Becc. conſ. 45. num. 34 Gratian.
cap. 175. num. 7. & ſeqq. Pacific. de Saluian. in-
ſpect. 3. cap. 3. num. 26. & ſeq. Rot. in recent. dec.
161. num. 15. & ſeq. part. 9.* & in proximis ter-
minis, quòd ob prædictam rationem parum
29 conferat, an retrouenditio præcedat ceſſio-
ni ſubſequenti. *Caſanat. dict. conſ. 10. num. 101.
verſ. neque in hoc attenditur, Tondut. dict. cap.
128. num. 9. verſ. non obſtante, quòd procedat
lib. 2. Rot. in rec. dec. 232. num. 7. part. 10.*

30 His igitur firmatis, non meretur attendi
obiectum ex aduerſo excitatum, quòd, cum
Barberinus emptor in cauſam partis pretij,
in ſe accollauerit tot debita illorum de Vrſi-
nis, inter quæ aderat cenſus controuerſus
fuerit effectus principalis debitor, ideòque
idem cenſus ob incompatibilitatem actionis,
& paſſionis in eodem ſubiecto, dici debeat
extinctus, ex *Bart. in l. Modeſtinus num. 4.* ibi-
que *Caſtren. eod. num. & ſub num. 5. verſic. nam
principal. ff. de ſolut. Franch. dec. 55. num. 7. Lu-
douiſ. dec. 68. n. 5.* alijque proximè allegandi.

31 Siquidem fortaſsè procederet obiectum,
vel quando Barberinus emiſſet rem principa-
lis debitoris cenſus, debitaque impoſita in
ſe accollaſſet, & ex pretio bonorũ ipſius prin-
cipalis debitoris ſoluiſſet Creditoribus, quo
caſu ceſſio trãslatiua, vtpotè incõpatibilis,
reſoluitur in ſimplicẽ quietantiam, in quibus
terminis procedit theorica *Bart. in dict. l. Mo-
deſtinus num. 4.* ibique *Caſtren. eod. numer. 4. &
ſeq. de ſolut. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 29. nu.
7. Andreol. controu. 348. num. 17. Adden. ad Bu-
ratt. dec. 420. num. 7. Franch. dict. dec. 55. num. 7.
Ludouiſ. dict. dec. 68. num. 5. Rot.* poſt *Cenc. de
cenſ. dec. 369. & 559. num. 13. & ſeqq. Archiep.*

Carill.

Digitized by Google

Carill.dec.166.num.13. repetita poſt *Zacch. de obligat. Cam.dec.223. num.13.& ſeq.* aliæ-
que concordantes ex aduerſo allegandæ, pro-
ut optimè declarat expendẽdo prædictas de-
ciſiones poſt *Cenc.Rot.in rec.dict.dec.273.num.
7.& ſeq.part.9.*

Vel, quando ceſſio cenſus fuiſſet reporta-
32 ta ab hærede repreſentante perſonam prin-
cipalis debitoris, in quo caſu procedunt ad-
ducta per *Dunoz.Iun.dec.858.ſub.num.4.verſ.
neque obſtat*, prout benè his, & alijs authori-
tatibus reſpondit *Rot.in Romana cenſus, ſeu re-
petitionis indebiti 2.Martij 1671.§.authoritates*
coram *Reuerendiſſimo Albergato*.

33 Secus verò dicendum, quando, prout in
præſenti themate per Barberinum fuit empta
res non Vitellij principalis debitoris cenſus,
ſed illorum de Vrſinis fideiuſſorum, & in vim
ſpecialis, expreſſæque conuentionis initæ in
ipſo contractu venditionis cum ipſis fideiuſ-
ſoribus, & reſpectiuè venditoribus, fuit re-
portata per eundem emptorem à Creditore
dimiſſo ex proprijs bonis fideiuſſorum ceſſio
Iurium translatiua, primariò ad fauorem
ipſius emptoris, & ſecundariò eorumdem
fideiuſſorum; hoc enim caſu nulla prorsùs po-
teſt conſiderari incompatibilitas; Siquidem
emptor tunc non dicitur accollatarius prin-
cipalis debitoris cenſus, ſed fideiuſſoris, cu-
ius valdè intereſt, ut pro exequutione præ-
cedentis pacti Iura cenſus viui, & fructiferi
translatiuè cedãtur, ut firmant ſpeciales au-
thoritates ſuperiùs allegatæ, & huiuſmodi
diſtinctionem inter principalem debitorem,
& fideiuſſorem expreſsè agnouit *Rot.* poſt
*Cenc.de cenſ.dict.dec.369. numer.4.circa med.
verſ.deindè multa ſpecialia*, repetita coram
*Dunozett.Iun.dec.187.n.4.verſ.ex quibus, pro-
pè med.*

Neque obijciatur, quòd ceſſiò ab empore
reportata non poſſit parere diuerſos effectus;
vt, nempè, reſpectu ipſius emptoris ſit extin-
ctiua, cum illius magis interſit, cenſum ex-
tingui, quam viuum remanere, ne ſit obno-
xius periculo euictionis, & moleſtiarum for-
taſsè inferendarum à Creditoribus Mancini
emptoris dicti cenſus; reſpectu verò fideiuſſo-
rum dici debeat translatiua.

Huic enim põderationi in ſpecie occurrit,
*Rot.in dict.Romana cenſus, ſeu repetitionis in-
debiti 2.Martij 1671.§. quo verò* coram *Reue-
rendiſſimo Albergato*, rectè aduertens, quòd
34 in Iure non ſit inconueniens, neque aliquo
modo repugnet, quòd reſpectu diuerſarum
perſonarum Barberini, nempè, emptoris, &
illorum de Vrſinis fideiuſſorum ceſſio diuer-
ſos operetur effectus, vt optimè firmat, pluri-
bus allegatis, *Caſanat. dict. conſ.14. num.102.
& ſeqq Ocian.quæſt.Acad.lib.2.quæſt.1.num.2.
Neguſan. de pignor. 6. part. memb. 3. num. 13.
Maſcard.de probat.concluſ.1078.num.41.Feli-
cian.de cenſ.lib.3.cap.2.num.19. Tondut.d.lib.
2.quæſt.ciuil.cap.128 num.9.& ſeq.* vbi, quòd
non ſit inconueniens, liberationem induci
quò ad vnam perſonam, translationem verò
quò ad aliam.

Potiſſimùm, quia ceſſat intereſſe eiuſdem
emptoris, quòd cenſus ſit extinctus; ſtante
35 enim ſpeciali Chyrographo S.M. Vrbani VIII
omnia bona vendita fuerunt liberata ab hy-
pothecis, illæque transfuſæ in multiplicum,
*Bald.conſ.36.num.1.lib.1.Alex.conſ.137.n.18.
& ſeq.lib.2.Ludouiſ.dec.511. num.31. Rot.in
rec.dec.443.num.12. part.4. et dec.329. nu.4.
verſ. vnde ead.part.4.tom.2.*& in ſpecie aduer-
tit *Card.Cerr.dec.911.n.6.*

Id autem abſque dubio fuit permiſſum
Pontifici, qui in fortioribus terminis, etiam
36 Ius hypothecæ conuentionalis à mero fig-
mento intellectuali Iuris ciuilis introducto
tollere poteſt, neque ex hoc dicitur læſum
Ius naturæ, vel gentium, prout latè firmat
*Card.de Luca de credit.diſc.5.num.21.et ſeq. et
diſc.21.num.3. et de Regal. diſc.185. num.13.*
in ſupplemento, & Nos latiùs firmauimus *di-
ſput.72.n.24.et ſeqq.vol.1.*

Atq; ex his etiam remanet ſublatum aliud
obiectum, quòd, cũ in dicto Chyrographo le-
gatur facta mentio de extinguendis debitis,
& ſatisfaciendo creditoribus, Iura non po-
tuerint translatiuè cedi.

Siquidem, cum Põtifex in eodemmet Chy-
rographo ſæpiùs relationem habuerit ad in-
ſtrumentum celebrandum, & in ſpecie, quò ad
Iurium ceſſionem præſeruauerit conditiones,
& pacta in eodem inſtrumento apponenda;
Cumque in prædicto inſtrumento legatur
ſpecificè conuentum, ut pro debitis alienis
Vrſini poſſint ſibi ſtipulare ceſſionem Iurium
translatiuam, non autem extinctiuam.

Hinc pernecesſè ſequitur, ut pro exequu-
tione dicti pacti rectè fuerit per emptorem
37 reportata ceſſio Iurium translatiua fauore
illorum de Vrſinis, cum potiùs attendi de-
beat relatum, quàm referens, *l.ſi ita ſcripſe-
ro, ff.de condit. et demonſtrat. Auth.ſi quis in
aliquo, Cod.de edend. cap. Abbati de verbor ſi-
gnific.Pariſ.conſ.94.n.22. lib.1. Surd.conſ.313.
num.50.Dec.conſ.163.num.6. Hyppol.Riminin.
conſ.382.num.93.lib.4.Burſatt.conſ.310. nu.4.
lib.3.Turrett.conſ.30.num.26.et conſ.17.nu.9.
Mazzol.conſ.111.num.37.Spad.conſ.147.n.12.
lib.3.Andreol.controu.312.nu.30.Caſtill.lib.4.
controu.cap.43.num.23.Ludouiſ.deciſ.439.n.1.*
& in his terminis *Rot.* poſt *Cenc. de cenſ.dict.
dec.366.num.6.*& in ſpecie ſatisfaciendo huic
obiecto, *Card.Cerr.d.dec.911.n.7.*

Minùs etiam urget, quòd Procurator con-
ſtitutus à Mancinis creditoribus cenſus non
habuerit facultatem cedendi Iura transla-
tiuè.

Contrarium enim habetur in mandato, in
quo

Digitized by Google

quo fuit expreſsè conceſſa facultas translati-
38 uè cedendi omnia Iura competentia ex cau-
ſa dicti cenſus, qui indubitanter dicitur Ius,
& eſt ceſſibile, *Pariſ.conſ.75.n.32.et ſeq.lib.4.*
*Foller.in prax.cenſual.*uerbo *huiuſmodi,nu.66.*
et 95.Tiraq.de retract.conuent.in fin. num.137.
Redoban.de reb.Eccleſ.non alien. tit.de conſtit.
ann.cenſ.num.61.Ceuc.de cenſ.quæſt.7.n.14. et
*quæſt.72. num.12. Duuozett.*Iun.*deciſion.576.*
num.11.

Aduertendo potiſſimùm, quód cum ceſſio
Iurium Procuratori fuerit demandata, cum
omnimoda relatione ad inſtrumentum uen-
ditionis Caſtri Montis Rotundi, & iuxta il-
lius formam, abſque dubio omnia in eodem
inſtrumento conuéta, præcipuè reſpectu ceſ-
ſionis translatiuæ per emptorem reportandæ
fauore illorum de Vrſinis, cenſeri debent de
uerbo ad uerbum repetita in prædicto man-
dato ex natura relationis, quæ operatur in-
39 diuiduam, propriamque expreſſionem om-
nium contentorum in termino relato, *l.aſſe*
toto, ff.de hæred.inſtit,l.ſi pluribus in princip.ff.
de verbor.oblig.Bart.in l.1.§.vltimo, circa fin.
ff.famil.erciſc.Rimin.Iun.conſ.652.n.14. lib 6.
ubi, quòd contenta in inſtrumento relato, di-
cantur ſpecificè, & uerè in referente contine-
ri, *Crauett.conſil.45.num.4.Menoch.conſ.1043*
num.7.Dec.conſ.47.num.1.Morot.conſ.1.nu.13.
Caſtill.lib.4.contr.cap.42.num.11.et 16.verſic.
*cæterùm; Merlin.dec.583.num.5.*Card.*Mantic.*
*dec.373. num.3.Archiep.*Royas *dec.444. nu.5.*
Rot.in recent.deciſ.162.num.10.part.11.& in
40 ſpecie, quòd concluſio etiam procedat in
mandatis, *Sebaſtian. Medic.de regul.Iur.regul.*
10.num.20.et ſeq.Caſtill.lib.4.controu.cap.43.
num.17.verſ.procedat.

Iuxta allegata fuit deciſum per Rotam in Romana Cenſus 20.Iunij 1672. coram Reuerendiſſimo Albergato.

ARGVMENTVM.

Pactum in contractu cenſuali initum, quòd onus ſoluendi collectas ſpectet ad venditorem cenſus; non autem ad emptorem, omoinò ſubſiſtit, quoties redditus cenſus, intuitu huiuſmodi oneris ab eodem venditore ſuſcepti, taxatur ad rationem quinque pro centenario; Ad intellectum, & declarationem *Bullæ S.M. B.Pij V.ſuper cenſibus in §.9.*

SVMMARIVM.

1 *Collectarum ad ſolutionem, inſpecta Iuris communis diſpoſitione, non tenetur emptor cenſus; ſed potiùs venditor rem cenſitam poſſidens.*
Declara vt num.3.

2 *Reprobatur* Capyc.Latr.dec.116.

3 *Cenſus eſt quid diuerſum à re cenſui obnoxia, cum vendatur ſolùm ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa re omninò diſtinctū, et ſeparatū à dominio, et proprietate ipſius rei.*

4 *Cenſum imponens non cenſetur vendere rem ipſam cenſitam.*

5 *Ideòque ſtatutum loquens de venditione rerum immobilium non habet locum in impoſitione cenſus.*

6 *Venditor cenſus tenetur ad onus collectarum, etiam in terminis* Conſtitutionis Pianæ *in ſententia* Gibellini, & Leotardi.

7 *Collectæ impoſitæ per Vniuerſitatem ſuper cenſibus relatis in Æſtimum, in aliquorum ſententia, ſpectant ad emptorem cenſus; non autem ad venditorem, et de ratione.*

8 *Referuntur Auctores affirmantes, onera, quæ directè indicuntur ipſis cenſibus, non poſſe ex pacto in venditorem reijci.*

9 *Intellige, quando fructus cenſus reperiuntur conuenti ad rationem decem pro centenario; ſecus ad minorem rationem quinque.*
Præcipuè, hoc ſpecificè expreſſo in contractu, quòd intuitu huius oneris cenſus imponatur in in minori redditu, quàm à Bulla Piana *taxatur.*

10 *Reprobantur* Molina, & Cardinalis de Lugo *ex eiſdem ipſorum fundamentis,* & n.13.

11 *Non eſt prohibitum emptori emere cenſum immunem à Gabellis.*

12 *Licitus eſt contractus locationis, quo Dominus fundi eum locat pro annua penſione reddenda, ſiue fundus fructus eo anno ferat, ſiue non.*
Intellige, dummodò penſio ita moderata ſit, vt compenſetur periculum, quod conductor in ſe ſuſcipit.

13 *Prout etiam licitus erit cenſus cum ſimili obligatione, vt penſio debeatur, etiam eo anno, quo res cenſui ſubiecta nullos afferat fructus, vel in minori quantitate, quàm ad ſolutionem penſionis ſufficiat, dummodò pretium ſit iuſtum ad illud periculum compenſandum.*

CAPVT CXXXII.

IVSTISSIMVM uidetur decretum mandans, ut uenditor cenſus liberet emptorem à moleſtijs illatis per Vniuerſitatem ſuper ſolutione collectarum, reiecto unico obiecto, quód pactum initum in conſtitutione eiuſdem cenſus, ut, nempè, onus collectarum ſpectaret ad uenditorem improbetur à *Conſtitutione Piana in §.9.* ibi: *Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones one-*

Digitized by Google

onerum ad eum ſpectare , ad quem aliàs de Iure ex natura contractus non ſpectarent; illud enim ex duobus potiſſimùm ſolidiſſimis fundamẽtis, nullo prorsùs Iure ſubſiſtit.

Si enim uelimus attendere prędictam Conſtitutionem, in qua Pontifex conſulendo indemnitati, tàm uenditoris, quàm emptoris, irritat pacta, quæ iniungunt ſolutionem oneris ijs, ad quos alioquin de Iure, & ex natura contractus non pertinent, & cum, inſpecta,
1 tàm diſpoſitione Iuris communis, quàm contractus cenſualis, ad ſolutionem collectarum non teneatur emptor cenſus; ſed potiùs uenditor, qui rem cenſitam poſſidet, & ex ea fructus percipit, *l. 1. §. annonas, Cod. de annon. lib.* 10. ibi: *Annonas autem ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet, et fructus percipit*, ibique *Amaya num. 4. et ſeq. et num. 48. et ſeqq. l. final. Cod. ſine cenſ. vel reliq. fund. compar. non poſſ.* ibi: *Omnes pro ijs agris, quos poſſident, publicas penſitationes agnoſcant, l. 1.* C. *de indiction. lib.* 10. *l. prædijs*, ibique *Cuiac. ff. de iur. fiſc. l. cum poſſeſſor 5. §. qui non babita, ff. de cenſ.* prout per prædicta Iura optimè in ſpecie collectarum ſoluendarum ex diſpoſitione Iuris á vẽditore cenſus, non autem ab emptore, firmãt *Nauarr. de vſur. nu. 132. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 10. cap. 15. verſ. dubiæ quæſtionis eſt, Surd. conſ. 162. numer. 25. verſ ſed emptor cenſus, & ſeqq. Peregrin. conſ. 19. num. 16. & conſ. 20. nu. 18. lib. 3.* latiſſimè *Menoch.* diſputans ad partes, & vindicans à contrarijs, *conſ. 983. per tot. lib. 10. Franc. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 15. de cenſib. num. 40. & ſeqq. Garon. de onerib. §. 1. num. 42. Coſta de portion. rat. q. 102. n. 6. Bonac. de contract. diſp. 3. quæſt. 4. punct. vnic. num. 30. Duard. de cenſib. in proem. quæſt. 24. ſub num. 27. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 14. n. 76. & ſeq. Cenc. de cenſ. quæſt. 1. numer. 26. Felic. de cenſ. lib. 1. cap. 8. col. pen. Bocer. de Iur. collect. cap. 10. num. 6 Garz. de expenſ. cap. 11. num. 45. & 50 Narbon. in l. 35. tit. 3. lib. 1. recoll. gloſ. 4. num. 23. & ſeq. Gratian. dec. Marcb 20. per tot. Milanen. dec. Sicil. 7. num. 42.* alijſque pluribus fideliter allegatis, benè *Monet.* penes *Caren. reſolut. 174. num. 20. eum ſeqq.* idem *Caren. d. reſolut. 174. n. 1. & ſeqq.*

2 Neque audiendus *Capyc. Latr. dec. 116. nu. 20. & ſeq.* ibique *Gizz. in obſer.* cum aberret à communi, præcipuè, quia falſiſſimo innititur fundamento, quòd, nempè Dominus cenſus ſit in poſſeſſione rei cenſus obnoxiæ, vt *num. 34.* ex eo deducens, quòd res
3 cenſita debeat eſſe fructifera; nam cenſus eſt, quid diuerſum á re ei ſuppoſita, cum vendatur ſolùm Ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa re omninò diſtincta, & ſeparata à dominio, & proprietate ipſius rei, *Aym. conſ. 217. num. 4. Gabr. conſ. 148. in princip. lib. 2. Couarr. var. cap. 7. num. 8. Cardin. Seraphin. dec. 794. num. 7. Cardin. Caualer. dec. 499. num. 7. Ludouiſ. dec. 281. num. 5.* ibique *Add. n. 6. Rot. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 81. num. 8.* ideóque
4 imponens cenſum non cenſetur vendere rem ipſam cenſitam, *Add. ad Ludouiſ dict. dec. 281. num. 6. Rot.* poſt *Cenc. de cenſib dec. 1. num. 2. &*
5 *d. dec. 81. n. 8.* inferens, quod ſtatutum loquens de venditione rerum immobilium, non habet locũ in impoſitione cẽſus; ideòq; meritò ſupra dictam deciſionem *Capycij Latro* reprobat *Caren. dict. reſolut. 174. num. 3. verſ. neque obſtat, & ſeq.*

His igitur firmatis reſultat, vt etiam attenta prædicta *Conſtitutione Piana*, pactum transferens ſolutionem in venditorem cenſus non poſſit dici reprobatum, dum, Iure cõmuni inſpecto, ex natura contractus venditor cenſus ad onus earumdem collectarum tenetur, ut præter ſupra laudatos in termi-
6 nis dictę *Conſtitutionis Pianæ* benè arguit *Leotard. de vſur. quæſt. 57. num. 8. Giballin. eodem tract. lib 4. cap. 6. art. 20. n. 20.*

Secundò, quatenus prædicta poſſint ali-
7 quam pati difficultatem, eo quia collectæ, de quibus agitur, forſan ſint debitę à creditore cenſus; non autem á debitore, utpote impoſitæ per Communitatem ſuper cenſibus relatis in Æſtimum, iuxta deducta per *Conſtant. in l. vltima, C. de fiſc. vſur. lib. 10. Manent. de cõtract. liuellar. quæſt. 1. part. 4. num. 44. Boccac. de cenſib. part. 2. num. 49. Lucarin. obſer. practicab. lib. 1. Aecadem 5. obſeru. 5 num. 12. Marot. de collect. cap. 20. num. 1. Thor. in ſupplem. compend. deciſ.* uerbo *creditor, ſeu emptor, & in compend. deciſ. p. 3.* uerbo *contractus, fol. 226. Capyc. Latr. d. deciſ. 116. num. 20. & ſeq.* ibique *Gizz. in obſeru.* eruditus Conſiliarius *Petra lib. 1. Comment. ſuper Rit. M. C. V. 20. numer. 12. verſ. verùm, Coſta de ration. rat. d. quæſt. 170. in fin. Rouit. in Pragmat. 4. de immunit. Neapol. num. 2. Sanfelic. dec. 121.* loquentes de collectis, quæ imponuntur, uel generaliter ratione quorumcumque bonorum immobilium, uel indefinitè ratione bonorum immobilium; nam cum poſſidentes annuos cenſus dicantur poſſidere bona immobilia, non uideatur incongruum affirmare, quód teneantur ad collectas impoſitas ratione inpſorummet cenſuum, qui cum agro cohæreant, dici poteſt, quòd ipſe quoque cenſus ſit de loco, in quo ſitus eſt ager, cui cenſus ipſe cohæret, prout arguit *Cenc. de cenſib. d. q. 1. n. 27. & ſeq.*

8 Idcòque, his ſtantibus, onera, quæ directè ipſis cenſibus indicuntur, non poſſunt pacto in uenditorem cenſus reijci, *Nauarr. de cenſ. conſ. 14. num. 1. & ſeqq. lib. 3. Honded. conſ. 35. num. 19. lib. 2. Martin. de Iure cenſ. cap. 6. n. 130 Roderic. de anu. reddit. lib. 2. quæſt. 4. num. 26.* alios referens, *Leotard. de vſur. quæſt. 64. nu. 29. & quæſt. 57. num. 13. Cenc. de cenſ. quæſt. 58. n. 1 Marott. de collect. cap. 20. nu. 1. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 116. Dom. Conſiliar. Petra in Commen-*

tar.ad Rit.M.C.V.20.n.12 verſ.verum quòd tale onus, Sanfel.dec.121.n.7.

9 Nihilòminus animaduertẽdum rogo, quòd obiectum fortè poſſet procedere, ſi fructus cẽſus, de quo agimus, reperirentur conuenti ad rationem decem pro centenario, quo caſu, abſque ulla difficultate pactum transferens collectarum ſolutionem in uenditorem, eſſet illicitum, ea potiſſimùm ratione, quia emptor cenſus, alioquin obligatus, uel à Iure, uel ex diſpoſitione ſtatuti municipalis ad ferendum onus collectarum, transferendo illud in uenditorem, conſequeretur fructus ultra taxam à *Bulla Piana* præſcriptam in perniciem ipſius uenditoris, qui, ratione prædicti oneris ſibi iniuncti plus debito grauaretur, neque conſequeretur iuſtum pretium venditi cenſus, quinimò illud augeretur, in quibus terminis procedunt auctoritates contrariæ ſuperiori loco allegatæ, ſi rectè perpendantur, præcipuè adductæ per *Conſiliar. Petra ad dict.Rit.M.C.V.20.num.12.verſ.verùm, quod tale onus.*

Secus aſſerendum, quando, prout in facti ſpecie, de qua agitur, contemplatione oneris collectarum ſuſcepti per venditorem importantis exiguam quantitatẽ dat ei maius pretium, vel minorem capit redditum, taxando fructus ad ſatis moderatam rationem ſcutorum quinque pro centenario, hoc ſpecificè expreſſo in contractu, quòd, ſcilicet, minor taxatio fructuum cenſus fuerit conuenta ratione oneris collectarum per venditorem ſuſcepti; hoc enim caſu pactum prædictum nullatenus eſt improbatum, neque etiam attenta diſpoſitione *Conſtitutionis Pianæ*, quia aliter emptor, vel non contraxiſſet, vel conueniſſet fructus ad maiorem rationem ſolitam paciſci, iuxta morem Regionis.

Eatenus enim conſtituto cenſu in annuis ſcutis decem pro centenario improbatur pactum, vt venditor cenſus ſuſcipiat in ſe onus collectarum, ad quod de Iure, vel conſuetudine non tenebatur; quatenus cenſus, vltra decem pro centenario dici debet conſtitutus ratione oneris à venditore ſuſcepti, ad quod nullo Iure tenebatur, quæ ratio omninò remanet ſublata, conſtituto cenſu ad longè minorem rationem quinque pro centenario, intuitu oneris collectarum ſuſcepti per venditorem; præcipuè, quando in contractu id legitur ſpecificè expreſſum; non enim ob aliam rationem à *Conſtitutione Piana* improbantur prædicta pacta, niſi quia vitiata remanet iuſtitia pretij cenſus; ideòque eo ipſo, quòd ſibi locum vindicat compenſatio ratione oneris ſuſcepti per venditorem ob redditum cenſus in minori quantitate conſtitutum, quàm in eadem conſtitutione præſcribitur, ceſſat iniuſtitia pretij, prout benè vtrumque caſum diſtinguentes declarant *Roderic. de ann.reddit. lib.2.quæſt.4. num.2.* qui poſtquàm antecedẽter firmauerat concluſionem, quòd non liceat emptori cenſus pacto, ſeu conuentione reijcere ad vẽditorẽ onus laudemiorum, vel ſimilium, ſtatim ſubnectit ſe, declarando per iſta ipſiſſima verba: *Fateor tamen, quòd tunc poteſt eſſe iuſtum iſtud pactum, quando emptor cõtemplatione oneris ſuſcepti per venditorem det ei maius pretium, vel minorem capiat redditũ, vel quid aliud æquipollens faciat*; idemque firmat *num.28 in fin.* ibi: *Præterquàm, ſi redditus minori pretio emeretur, putà ad rationem ſex; vel alia conditione, quæ onus compenſaret*, & relatis prædictis verbis *Roderic.* optimè *Ferdinand.Rouit.in allegat.Iur.* impreſſa penes *Rouit.Patrem in Pragmat 5.de cenſib.num.106.& ſeqq.* aduertens, quòd ſit ſatis rationabile huiuſmodi pactum, ſi cenſus emeretur cum tali onere ad vſuras minores, *Capye.Latr.dec.116.num 30.* vbi, quòd pactum translationis oneris collectarum in venditorem cenſus ſubſtineatur, non obſtante *Bulla B.Pij V.* quoties cenſus ita conſtituitur, ut, cõputatis oneribus, quibus venditor teneretur, non excedat dictam ſummam taxatam, idemque ſentiunt *Martin.de cenſ. cap.6. num.310. & 318.Molfeſ.de contract. diſput.391. num.2. Boccacc. de cenſ. part.2. num.123. Manent.de pact.linell.quæſt.1.pact 11.num.4. Auendan.de cenſ.cap.92.num.6. Intrigliol eod.tractat.lib.1. quæſt.45.num.11.& ſeq.Foller.in Pragm.1.de cenſib.num.24.*verbo *nihil vltra*, *Giballin.de vſur.lib.4.cap.6.art.20.num.21.in fin.& 22.in fin.* vbi, quòd etiam in terminis *Bullæ Pianæ*, huiuſmodi onera aliundè compenſentur, *Maſtrill.ad Petr.de Gregor.de cenſ.cap.7. n.23. Camill.de Curt.in prima part.diuerſ.Iur.feudal. cap.8.n.7.fol.24.Marott.de collect.& bonaten. c.10.nu.12.*egregiè *Io:Camill.Cacac.* eruditiſſimus ſanè vir, omnique æuo memorandus in *allegat.87.nu.46.& ſeq.* impreſſa *lib.3. diuerſ. allegat.*penes *de Marinis*, & admittit concluſionem *Duard.de cenſib.§.4.quæſt.39. artic.12. verſ.erunt tamen*, affirmans, quòd ſint licita huiuſmodi pacta transferentia onus collectarum in uenditorem cenſus, quando emptor cenſus ratione oneris ſuſcepti per uenditorẽ dat ei maius pretium, uel minorem percipiat penſionem, uel quid aliud equipollens faciat;
10 licèt idem Auctor, more ſuo, parum ſibi conſtans uideatur ſe inuoluere, ſitque ſibi aliquo modo contrarius, *quæſtion.40.num.4.*

Quidquid in contrariũ, attenta dicta *Bulla Piana* aſſerat *Molin.de contract. tract.2.diſput.391.num.2.* quem ſimpliciter refert, & ſequitur *Card.de Lugo de Inſtit.& Iur.tom.2.diſput.27.de cenſib ſect.6.§.3.num.101.* uterque enim Auctor non percutit caſum præſentem, in quo ſpecificè fuit conuentum, ut intuitu, cõtemplationeque oneris collectarum iniuncti uenditori cenſus, fuerit taxatus annuus red-

di-

ditus in longè minori ſumma, quàm a *Bulla Piana* præſcribitur.

11 Qua diſtinctione ſatis æqua, ac rationabili retenta, ſublata prorsùs remanent omnia cõtraria, & benè procedit cõcluſio firmata per *Rot dec.93* poſt *Cene.de cenſib.* quòd non ſit prohibitum emptori emere cenſum immunẽ à collectis.

12 Idque in ſimilibus terminis poterit confirmari ex eo, quod ijdem *Molin.* & *Cardin.de Lugo* affirmant in locis infra laudandis, quòd, nempè, quemadmodùm licitus fiet contractus locationis, quo Dominus fundi eum locat pro certa penſione annua reddenda, ſiue fundus fructus eo anno ferat, ſiue non ferat, dummodo tamen penſio ita moderata ſit, ut compenſetur periculum, quod conductor in ſe ſuſcipit.

13 Ita etiam licitus erit cenſus cum ſimili obligatione, ut penſio debeatur, etiam eo anno, quo res cenſui ſubiecta nullos fructus afferat, uel in minori quantitate, quám ad ſolutionem penſionis ſufficiat, ſi tamen pretium iuſtum ſit ad compẽſandum illud periculum; idque non obſtante *Bulla Piana*, in qua prohibentur conditiones directè, uel indirectè obligantes ad caſum fortuitum eum, qui aliàs ex natura contractus non teneretur, ut in ſpecie poſt *Lopez.Sot.Nauarr.* alioſque allegatos firmat pro abſoluto *Molin.de contract. to. 2 tractat.2.diſput.385.num.13. verſ.Tertiò ex natura rei. Card de Lugo de Iuſt.& Iur. tom.2. diſput.27 ſect.4 num.71.* atque adeò, his ſtantibus, idem exiſtimo affirmandum in præſenti quæſtione, etiam in terminis *Conſtitutionis Pianæ*, ſtante dicta ſpeciali conuentione ſuper annuo reddituu taxato in longè minori quantitate, ratione ſuſcepti oneris collectarum à uenditore cenſus, cum non poſſit aſſignari congrua diſparitatis ratio inter caſum ſuperiùs conſideratum à *Molina, & Cardinali de Lugo*, & præſentem, de quo diſceptamus.

Iuxtà allegata fuit deciſum per Reuerendiſſimum Bulgarinum, Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ Locumtenentem poſt acerrimas diſputationes habitas.

ARGVMENTVM.

Proxenetæ, an, & quando fides ſit adhibenda ad probandam perfectionem contractus.

Contractus emptionis, & venditionis dici debet perfectus, ſtante conuentione ſuper re, & pretio, etiam quòd fuerit expreſsè conuentum, vt confici debeat Inſtrumentum; cum illud potiùs intelligatur requiſitum ad probãdum contractũ; non autem ad illud ſubſtantiandum, ſiue perficiendum; Quidue afferendum, ſi aliqua pacta ſubſtantialia circà modum ſolutionis poſtmodùm alterentur.

Arrhę traditio inducit perfectionem cõtractus, etiam antè ſtipulatum Inſtrumentum.

Contractus emptionis, & venditionis, an dici debeat imperfectus, quouſque pars pretij ſoluenda in actu ſtipulationis ſoluta non fuerit, vel Iudicis conſenſus non interuenerit, ſi de illius interuentu fuerit actum.

SVMMARIVM.

1 *Proxenetę eſt fides adhibenda quò ad venditionem peractam.*

2 *Præcipuè, quando veritas aperta aliundè haberi non poteſt.*

3 *Multò magis, ſi eius dictum alijs adminiculetur teſtibus.*

4 *Contraria concluſio procedit, vel, quando veritas aliundè haberi non poteſt, vel, quando dictum Proxenetæ aliis teſtibus non comprobatur.*

5 *Emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur, interueniente re, & pretio.*

6 *Scriptura non requiritur ad validitatem emptionis, & venditionis; ſed ſolummodò ad probationem.*

7 *Contractus emptionis, & venditionis dicitur perfectus, ſtante conuentione ſuper re, & pretio, etiam, quòd fuerit expreſsè conuentum, vt confici debeat inſtrumentum.*

Præcipuè, quando non legitur clauſula annullatiua, quòd antè confectum Inſtrumentum contractus non valeat.

8 *Amplia, etiam ſi poſtquàm fuerit de re, & pretio conuentum, aliqua pacta ſubſtantialia circà modum ſolutionis alterentur.*

9 *Declaratur in quibus caſibus procedant auctoritates contrariæ, firmantes, ſcripturam reſpicere ſubſtantiã contractus*, & num.ſeqq.

10 *Quando fuit conuentum, vt in actu ſtipulationis inſtrumenti aliquid ſoluatur, vel impleatur, tunc ſcriptura eſt de ſubſtantia contractus.*

11 *Pactum ſpecificè initum, quòd in inſtrumento celebrando noua pacta, nouæque conuentiones perficiantur, cum dicantur pars pretij, operatur, vt ſcriptura poſtmodùm celebranda ſit de ſubſtantia contractus.*

12 *Intellige, vt concluſiò non procedat, quoties declaratio nouarum conuentionum non fuit collata in arbitrium contrahentium, ſed potiùs tertij, & de ratione.*

13 *Pretium in contractu emptionis, & venditionis non poteſt remitti in arbitrium contrahentium.*

14 *Solemnitates ſtatutariæ, quoties ſunt adhibendæ in contractu minoris, vel mulieris; tunc*

Digitized by Google

connentio ſuper inſtrumento celebrando eſt de ſubſtantia contractus.

15 *Connentio, ſen contractus, quoties habet plura capita, & pacta, de quibus difficilè inter contrahentes conueniri poſſet, niſi facta ſcriptura; tunc eſt præſumendum illam fuiſſe requiſitam ad perficiendum contractum.*

16 *Arrhæ traditio arguit perfectionẽ contractus, etiam antè ſtipulatum Inſtrumentum, adeòut non ſit ampliùs locus pœnitentiæ.*

17 *Idque, etiam procedit inſpecto Statuto Vrbis* cap.112. lib.1.

18 *Vigore eiuſdem ſtatuti, ſtante traditione Arrhæ, nemo ex contrahentibus poteſt à contractu recedere, quàmuis emptor velit Arrhã amittere, vel venditor reddere duplicatam.*

Quidquid aliud ſit, inſpecta diſpoſitione Iuris.

19 *Arrha, vbi datur in pecunia numerata, cẽſetur etiam data pro parte pretij.*

20 *Pars pretij, quoties eſt ſoluta, contractus emptionis dicitur perfectus, etiam quòd fuerit expreſsè conuentum, vt conficeretur inſtrumentum.*

21 *Contractus emptionis, & venditionis dicitur imperfectus antè ſtipulationem Inſtrumenti, quoties fuit conuentum, vt in actu ſtipulationis certa pars pretij venditori ſolui deberet.*

Intellige, quando nulla pars pretij antè ſtipulationem fuit ſoluta; ſecus ſi fuerit tradita Arrha.

Declarantur deciſ. Rotę in recent. 520. part. 2. & 199. part. 6.

CAPVT CXXXIII.

CONSTAT de uenditione Animalium
cum traditione Arrhæ in pecunia, non
ſolùm ex depoſitione Proxenetæ, cui
fides eſt adhibenda, *Gloſ in cap. quoniam*
1 uerbo *prohibitione, auth. de teſtib.* quàm ſequũ-
tur *Lanfranch. Orian. in cap. quoniam contra*
uerbo *teſtium depoſitiones num. 71. in fin. de*
probat. Socein. Iun conſ. 29. num. 16. & conſ. 31.
num. 19. lib. 2. Menoch. conſ. 92. num. 85. verſicul.
primò quòd, & ſi proxenetæ, Maſcard de probat.
concluſ. 1040. num. 4. Card de Luca de empt.
2 *diſc. 10. num. 7. Burati. dec. 775. num. 4.* ſignan-
ter, quando ueritas aperta aliundè haberi
non poteſt. *Marſil ſingul. 533. Maſcard. vbi ſu-*
pra num. 16. Menoch dict. conſ. 92. num. 87.

Sed etiam, quia eius dictum optimè admi-
3 niculatur alijs duobus teſtibus uniformiter
deponentibus de traditione arrhę in pecunia
ſtatuto priùs pretio *Ruin. conſ. 34. num. 6. lib.*
4. Menoch. dict. conſ. 92. num. 86. verſ. ſecundò
ſaltem, & contraria procedunt, uel, quando
ueritas aliundè haberi non poteſt, uel quan-
4 do dictum Proxenetæ alijs teſtibus non com-
probatur, habetque intereſſe in ſubſtinendo
contractu, in quibus terminis loquuntur ex
aduerſo allegati: *Gloſ. in auth. de Inſtrum. caut.*
& fideinſ. §. in ijs, verſ quòd ſi etiam ad nume-
ratorem ſit, Alex. conſ. 117. lib. 7. Decian. reſ-
ponſ. 55. num. 21. lib. 2. Honded. *conſ. 52. num. 10.*
lib. 1. Farinac. de teſt. quæſt. 60. illat. 16. nu. 405.
& ſeqq. & nu. 409. Ciriac. controu. 27. num. 10.
Noguerol. allegat. 29. num. 60. Gamm. *dec. 32.*
num. 1. Card *Seraph. dec. 206. num. 2.*

Nullatenus uerò aduerſatur unicum obie-
ctum, quòd teſtes prædicti non deponant de
contractu emptionis, & uẽditionis inito; ſed
potiùs ineundo, ſtante conuentione ſuper In-
ſtrumento conficiendo.

Cum enim emptio, & uenditio ſolo perfi-
5 ciatur conſenſu, interueniente re, pretio, &
conſenſu, *§. 1. inſtit. de empt. & vendit. l. con-*
ſenſu, Cod. de action. & oblig. Gomeſ. var. tom. 2.
cap. 2. num. 1. Card. Mantic de tacit. lib 4. tit. 4.
6 *in princip.* neque ſcriptura requiratur ad eius
validitatem, ſed ſolùmmodò ad probationẽ,
Gloſ. magiſtralis *in cap. 1. §. poſtquàm,* uerbo *in*
ſcriptis de cenſib. in 6. Cancer. var. p. 3. cap. 13.
de empt. & vendit. num. 10. Conciol. allegat. 61.
num. 17. & ſeq.

7 Hinc reſultat, ut dubitari non poſſit, quin
fuerit perfecta, ſtante conuentione ſuper re,
& pretio, etiam quòd fuerit expreſsè conuen-
tum, ut ſuper contractu deberet confici in-
ſtrumentum; cum illud potiùs intelligi debeat
requiſitum à contrahentibus ad probandum
contractum, non autem ad illum ſubſtantian-
dum, ſiue perficiendum, quia iam ſuam habuit
perfectionem, præcipue, quando, prout in
præſentia, non legitur adiecta clauſula an-
nullatiua, uidelicet, quòd ante confectum
inſtrumentum contractus non ualeat, ut poſt
Gloſ. communi Doctorum ſenſu receptam in
l. contractus, uerbo *in ſcriptis, verſ. ſecus ſi à*
principio, ibique *Bart. in 1. notab. Bald. ſub n. 7.*
verſ. tertiò nota, & verſ. ſecunda verò opinio, C.
de fid. inſtrum. Salicet. in auth. ſed nouo iure,
verſ. aut ille contractus, Cod. ſi cert. petat. re-
probato *Caſtr. in dict. l. contractus* firmat *De-*
cian. conſ. 64. num. 19. & ſeqq. lib 3. Dec. conſil.
340. ibique *Apoſtill. Curt. Iun conſ. 348 num. 8.*
& ſeqq. lib. 3. Burſatt. conſ. 101. ſub num. 19. &
ſeq. lib. 1. Vaſq. de ſucceſſ. in 1. part. lib. 1. §. 11.
num. 13. Menoch. lib. 3. præſumpt. 148 num. 4.
Caſtill. lib. 3. controu. cap. 26. n 3. & ſeqq. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 1. tit 10.
ſub num. 7 verſ. ſed diuerſam ſententiam, aſſe-
rens hanc opinionem communi praxi, & con-
ſuetudine receptam, ideóque non eſſe ab ea
recedendum, *Tremacinq. lib. 3. var. tit. de empt.*
reſol. 14 Hodiern. ad Surd. dec. 277. num. 11. &
ſeqq. Ciroce. diſcept. 69. num. 9. Capyc. Latr. con-
ſult. 11. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Theſaur. dec. 197.
ſub num. 4. dicens hanc eſſe communem, & ue-
riorem opinionem, & *n. ſeqq. Magon. dec. Flo-*
rent. 135. n. 14. & deciſ. Luc. 95 n. 19. Gizza-
rell. dec. 72. per tot. Burait. dec. 898. nu. 7. ubi,
quòd *Rota* nõ ſequatur opinionem *Caſtr. in d.*
l. cõtractus, C. de fid. inſtrum. niſi euidenter con-

ſtet

ſtetde contraria mente contrahentium, Puteus dec.43.lib.3.Rot.in rec.dec.681.nu.4.p.4. & dec.291.num.22.& ſeq.& dec.353.num.1. & ſeqq.p.9.

8 Quinimò, etiam ſi poſtquàm fuit de re, pretioque conuentum, aliqua pacta non ſubſtantialia; ueluti circa ſolutionis modum, fuerint alterata, dum remanet firma ſubſtātia; non tamen ex hoc cenſendus eſt contractus imperfectus; ſed potiùs aſſerēdum, quòd partes uoluerint pro illo additamento tantùm contractum reformare; prout multis cōgeſtis neruoſè firmat Burſatt.d.conſ.100.num.20.in fin.& 21.lib.1. quem refert, & ſequitur Capyc.Latr.d.conſult.11.num.5.lib.1.Hodiern. ad Surd.dec.277.n 14.

9 Neque contrarium firmant ex aduerſo allegati, Gabr.de pact.conclnſ.3.num.1. Salicet.in l.contractus,num.5. Cod.de fid.inſtrum. Cirocc. diſcept.69.num.9.ante fin.verſ.vel quando, Hōded.conſ.52.num.33.lib.1.Decian.conſ.64.n.21 lib.3.Theſaur.dec.197.in fin.verſ.limitatur hæc opinio, Rot in rec.dec.520.num.4.part.2.& deciſ.500 num.10. part.6. & dec.681. num 5. & ſeq.part.4.tom.3. repetita poſt Mangil. de ſubhaſtat.dec.20.Card.Celſ.dec.40.num.14. cum loquantur in terminis longè diuerſis.

10 Vel, quando fuit conuentum, ut in actu ſtipulationis inſtrumenti aliquid ſoluatur, uel impleatur, in quo caſu procedunt deducta per Cirocc.d.diſcept.69. num.9. ante fin. Rot.in recent.d.dec.520.num.4. verſ.maximè quando, part.2.& dec.199. num.9. & 10. part.6. Theſaur. diſſidentes opiniones concilians, deciſ. 197.num.3.

11 Vel, quoties fuit ſpecificè cōuentum, quòd in inſtrumento celebrando noua pacta, nouæque conuentiones perficiantur; cum enim iſta dicantur pars pretij, l.ſi fundi partem, ff.de contrah empt.Bald.conſ.486.num.3. verſ. in contrarium,lib.1.Alex.conſ.18.lib.1. ſequitur, quòd cōſtitutio pretij diceretur imperfecta, atque ex inde imperfecta venditio, quæ, ſine certi pretij conſtitutione, vel per ſe, vel per relationem ad tertij arbitrium, conſiſtere non poteſt, Bald.in l.1. verbo item nota, Cod.comm.de legat. Alex.d.conſ.18. in apoſtilla 14.verbo probo, lib.1.Add.ad Buratt.deciſ. 898. num.22. & in hac facti ſpecie loquitur Rot.in recent.d.dec.681. num.6. & ſeq. part.4. rec.tom.3. repetita poſt Mangil.de ſubhaſtat. dec.20.num.3 & ſeqq. vbi ſingulariter aduertitur, vt concluſio non procedat, quoties declaratio nouarum conuentionum non fuit
12 collata in arbitrium contrahentium, ſed potiùs tertij, ob eam potiſſimùm rationem, quia collatio in arbitrium tertij non excludit perfectionem conſenſus requiſiti in hoc cōtractu; etenim ex parte contrahentium nihil aliud remanet agendum; reſeruatio autem pactorum inter partes concordandorum demonſtrat imperfectum conſenſum, ex quo eſt neceſſarium, quòd partes de nouo concordent inter ſe, cumque poſſint non concordare, contractus remanet in arbitrio vtriuſque
13 partis, ideòque imperfectus, cum perfectio pendeat ab arbitrio contrahentium, quod nō licet; inſpecta diſpoſitione Iuris ciuilis, leg. quod ſæpè, §.illud conſtat, ff.de contrab.empt. ibique Gloſ.verbo emptum, l.inter ſtipulantem, §.Stichum, vbi Gloſ.ff.de verbor. obligat. Bald. in l.vendentis, num.1. ibique cæteri Interpretes, Cod.de contrab.empt. Alex.in l.à Titio,n.9 ff.de verbor. obligat. benè poſt longam diſcuſſionem Pinell. in Rubr. Cod.de reſcind. part.2. num.20. Gratian.cap.500.num.29.latè Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.lib.1. tit.12. per tot. Surd.conſ.68.num.2. & conſ.136. num.23. & dec.82.num.10.ibique Hodiern. num.2. Merlin.dec.567.num.77.& ſeq.repetita in recent. dec.172.in eiſdem num.p.6.

14 Vel, quoties requirebantur ſolemnitates in eodem inſtrumento adhibendæ, putà, quia ageretur de re minoris, vel mulieris, in quo caſu conuentio inſtrumenti erat de ſubſtātia contractus, qui erat ineundus, neceſſarijs interuenientibus ſtatuti ſolēnitatibus, Salicet. in dict.l.contractus,n.5.C.de fid.inſtrum.in quibus terminis loquitur Honded.d.conſ.52. num.33. lib.1.Decian.conſ.64.num.21.lib.3. Card.Celſ. dec.40.num.14. Rot.in recent.dec.520. num.4. part.2. prout in ſpecie eandem deciſionem declarat Rot.in recent.dec.291.num.25.par.9. tom.1.

15 Vel demum, quando conuentio, ſeu contractus, de quo agitur, haberet plura capita, & pacta, de quibus difficilè inter contrahentes conueniri poſſet, niſi facta ſcriptura; tunc enim eſt præſumendum, illā fuiſſe requiſitam ad perficiendum contractum, in qua ſpecie procedunt latè firmata per Theſaur. d.deciſ. 197.in fin.verſ.limitatur hæc opinio, Hodiern. ad Surd.d.dec.277.n.17.

16 Cæterùm, ſublata omninò remanet quælibet diſceptandi occaſio in præſentia, ſtante traditione Arrhę in pecunia numerata in partem pretij, quæ abſque dubio inducit perfectionem contractus, etiam ante ſtipulationem inſtrumenti; adeòut nullatenus poſſit eſſe locus pęnitentiæ, non ſolùm, inſpecto Iure communi, vt poſt Gloſ.in l.2.verbo recuperare, Cod.quando lit.ab empt.diſced. ibique Odofred.& alij, in ſpecie firmant Ancharan.quæſtion.famil.21.num.30.part.1.Gratian.cap.842 num.19. & ſeq. Hodiern.ad Surd. d.deciſ.277. num.15.Capyc.Latr.d.conſult.11.num.6.lib.1. vbi, quòd in hoc caſu, etiam attenta ſententia Caſtr. non ſit locus pœnitentiæ, Borgogn. Caualcan.dec.27.num.44 part.2.

17 Sed fortiùs, attento Statuto Vrbis cap.112 lib.1. in quo expreſsè reperitur ſancitum per hæc præciſa verba: Datio Arrhæ in quolibet cō-

tractu perſiciat emptionem, & contractum, Gratian.cap.748.num 23.circa med. verſ.adeſt etiam Statutum vrbis, vbi, quòd nemo con-
18 trahentium poſſit, vigore eiuſdem Statuti, à contractu recedere, quamuis emptor velit Arrhã amittere, ſeu venditor reddere duplicatam; quidquid aliud ſit, inſpecta diſpoſitione Iuris, *§.1.Inſtit.de empt.& vendit. l.contractus in fin. Cod. de fid inſtrum. Surd.deciſ.260. num.25.*

19 Idque ea potiſſimùm ratione, quia ubi Arrha datur in pecunia numerata, cẽſetur etiã data pro parte pretij, *Bald.in l.ſi fundus, n.4. ff.de leg.commiſſ. Angel.Aretin.in princip. Inſtit.de empt. & vendit. num.8. verſ.ſin autem vendidi fundum*, quos refert, & ſequitur *Fenzon.in annotat. ad dictum Statutum 112. lib.1. num.11.*

20 Quoties autem pars pretij eſt ſoluta, contractus emptionis dicitur perfectus, etiam, quód fuerit expreſsè conuentum, ut conficeretur inſtrumentum, prout argumento *text. in l.quæ de tota, ff.de rei vindicat.* in ſpecie *Felic.de cenſib. in addit.ad cap.4. num.4. verſ. idque veriſſimum eſt,lib.3.*qué ſectatur *Caſtill. lib.3.controuerſ.cap.26.num.15. ante fin. verſ. & idem erit.*

Neque alicuius releuantiæ ſunt coniecturæ ex aduerſo congeſtæ ad arguendam imperfectionem contractus ante ſtipulationem inſtrumenti; ſtante enim traditione Arrhæ in pecunia numerata pro parte pretij, utique res eſt in claris, quód contractus emptionis fuerit ſatis, ſuperque perfectus; quòdque ſtipulatio inſtrumenti potiùs fuerit conuenta ad probandum contractum, quàm ad illum perficiendum, ex ſupra firmatis; ideòque fruſtrà recurrendum eſt ad coniecturas, quarum examini ſolùm poterit eſſe locus; quando uerſaremur in dubio; Secus quando, prout in themate, de quo agitur, ob traditionem Arrhæ luculenter conſtat, contractum fuiſſe à partibus habitum pro perfecto, etiam ante confectionem inſtrumenti.

Verùm, ſi ad coniecturas contrarias examinandas eſſet deueniendum, adhuc nullo prorſus Iure merentur attendi, utpotè nimis leues; conuentio enim inter partes, quòd in actu ſtipulationis inſtrumenti ſolui deberent uenditori ſcuta centum, nullatenus arguit imperfectionem contractus ante ſtipulationẽ
21 non aduerſantibus deciſionibus *Rotæ* ex aduerſo allegatis, in *rec.520.n.2.p.2.& dec.199. n.10p.6.* in quibus allegatur *Gabr.de pact.concluſ.3.n.1.* nã poſsét fortaſsè procedere, quãdo pecunia pro implemento contractus eſſet ſoluẽda in actu ſtipulationis, nullatenus parte pretij ante ſtipulationem ſoluta, in quibus terminis expreſsè loquuntur deciſiones allegatæ; ſecus aſſerendum, quando, prout in præſentia, pars pretij iam reperiebatur uenditori ſoluta, ſtante traditione Arrhæ; tunc enim incontrouertibilis eſt perfectio contractus, etiam ante ſtipulationem inſtrumenti, ſtante ſolutione partis pretij, ex allegatis.

Quò uerò ad alteram coniecturam deſumptam ex recuſatione partis aduerſæ ſuper traditione animalium ante confectionem inſtrumenti, & uenditione alteri facta pro eodem pretio, non merentur attendi; hæc enim eſt manifeſta petitio principij; ſtante enim perfectione contractus ſatis luculenter probata ex traditione Arrhæ; ſicuti non poterat ullo Iure uenditor denegare traditionem Animalium emptori, neq; ampliùs erat locus pœnitentiæ; ita neque etiam eidem fuit permiſſum illa alteri uendere, recedendo á contractu, ex notiſſimis regulis Iuris fruſtrà allegandis.

ARGVMENTVM.

Venditio facta ad menſuram, an, & quando ante menſurationem dicatur perfecta, vel imperfecta: Quidue aſſerendum, quoties res vendita fuit tradita.

Pretij incertitudo, an, & quando dicatur adeſſe, itaut imperfectam reddat venditionem; Ad ornatum nobilis *Vlpiani* Reſponſi in *l.hac venditio 7.§.1.ff.de contrah empt.*

Statuta irritantia contractus geſtos per decoctos infra certum tempus, in quibus caſibus ſibi locum non vindicent.

SVMMARIVM.

1 *Clauium traditio, quæ pars rei dicuntur, transfert dominium rei venditæ.*

2 *Venditio ad pondus, menſuram, vel numerũ dicitur conditionalis, vt neque dominium, neque periculum tranſeat in emptorem ante ponderationem, menſuram, vel numerum.*

3 *Id tamen non procedit, ſtante traditione rei venditæ, tunc enim tranfertur dominium in emptorem, etiam ſi alioquin venditio eſſet conditionalis.*

4 *Reprobatur contraria ſententia.*

5 *Menſura, quoties non adijcitur ad rei venditæ declarationem, tunc nulla prorſus incertitudo conſiderari valet, neque reſpectu rei, neque pretij;* & num.ſeqq.

6 *Venditio, ſi fuerit facta totius fundi certis finibus deſignati, licèt poſtmodùm aſſeratur, eſſe centum Iugerum, non ita tamen ad menſuram venditio eſt dicenda.*

Secus aſſerendum, vbi centum iugera ex fundo fuerunt vendita; tunc enim ante menſurationem prorſus ignoratur, quid ſit venditum. ibid.

7 *Men-*

7 *Menſuræ quoties fuit adiecta ad qualificandam ſubſtãtiam actus, vt putà ad declarandum, quid fuerit in venditione comprehenſum, in hoc caſu, antequàm ſequatur menſuratio, remanet venditio imperfecta, periculumque ad venditorem pertinet*, & num. ſeqq.

8 *Menſura, ſi non reſpiciat ſubſtantiam actus; ſed ſolùmmodò pretij declarationem, ſeu extrinſecam certificationem, perfecta eſt venditio, & periculum eſt emptoris.*

Commendatur egregia Baldi *diſtinctio afferens huius rei exempla.*

9 *Vendito vino græco exiſtente in aliquo loco pro certo pretio conuento, menſura venditionem non ſuſpendit, periculumque ante menſurationem tranſit in emptorem.*

Secus, ſi ſint venditæ centum amphoræ vini, vel centum modia tritici, tunc menſura reſpicit ſubſtantiam actus; propterea ante ipſam dicitur imperfecta venditio, ibid. & n. 8.

10 *Pretij incertitudo tunc imperfectam reddit venditionem, cum incertum in ſe eſt pretium; ſecus ubi certũ in ſe eſt, licèt à partibus ignoretur.*

Commendatur ſingulare Vlpiani *reſponſum* in leg. hæc venditio 7. § 1. ff. de contrahend. empt.

11 *Conditionis natura, licèt ſit actum ſuſpendere in futurum; nihilòminus conditio de præſenti, vera exiſtens, non ſuſpendit actum, etiam ſi contrahentes ignorent, conditionem adeſſe.*

Expenduntur Iura in l. cùm ad præſens, cum duob. ſeqq. ff. ſi cert. petat.

12 *Venditio, ſi fiat pro certo pretio, licèt adijciatur, & pro eo pluri, quòd æſtimabitur, eſt perfecta venditio pro certo pretio.*

13 *Datis inſolutum certis functionibus Fiscalibus certi loci, pretio conſtituto ad rationem tot pro centenario, ante factam liquidationem redituum, pretijque, fuit perfectus contractus, & dominium tranſiit in accipientem.*

Commendatur deciſio Franch. 23.

14 *Emptione facta, collatoque pretio in arbitrium boni viri, perfecta eſt venditio.*

15 *Emptione facta pro iuſto pretio æſtimando, venditio eſt perfecta.*

16 *Pretium, licèt non ſit certum, & determinatum, ſufficit, quod referatur ad aliquod, ex quo poſſit certificari, vt ſi quis dicat, quòd vendit rem, quanti ipſe emit, vel quanti in tali area, vel loco ſit.*

17 *Procurator in rem ſuam quis conſtituitur ex verbis*: Seguirete l'ordine del tale.

18 *Mandatum generaliter conceptum, generaliter debet intelligi.*

19 *Procurator in rem ſuam eſt irreuocabilis.*

20 *In mandato comprehenditur ſolitum fieri in loco, vbi contractus debet celebrari.*

21 *In mandato dici debent comprehenſa ſolita apponi, etiam ſi non ſint expreſſa.*

22 *Statutum Anchonæ aliaq; cõſimilia irritantia contractus factos per decoctum intra ſex dies, non procedunt, quando alienatio fuit facta ex iuſta, rationabilique cauſa.*

23 *Statuta huiuſmodi procedunt, quando contractus fiunt de rebus decocti; ſecus quando fiunt de rebus alienis ipſi decoctori demandatis, ſibi enim imputet, qui cautiùs non contraxit.*

Commendatur deciſio Rotæ Ian. 168.

CAPVT CXXXIV.

VENDITIO totius frumenti in horreo exiſtentis ad rationem Iuliorum decem pro modio, fuit omninò perfecta, non ſolùm, quò ad obligationem per mutuũ conſenſum in Apoca, ſed etiam, quò ad Dominij translationem per
1 traditionem clauium, quæ pars rei dicuntur, *§. item ſi quis merces, Inſtitut. de rer. diuiſ.* ibi: *Item ſi quis merces in horreo depoſitas vendiderit, ſimulatque claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem, l. clauibus 74. ff. de contrah. empt. Gloſ. final. in l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. Menoch. conſ. 866. num. 1. & ſeqq. Gratian. cap. 681. n. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1184. num. 4. & 8. Poſth. de manut. obſeru. 22. nu. 8. & ſeq. Cyriac. contr. 315. num. 29.*

2 Neque aduerſari poterit, quòd venditio ad pondus, menſuram, vel numerum dicatur facta ſub tacita conditione, ſitque conditionalis, vt, nempè, neque dominium, neque etiam periculum dicatur translatum in emptorem ante ponderationem, menſuram, vel numerationem; atque adeò ante implementum conditionis dici debeat imperfecta, *leg. quod ſæpè, §. in ijs, ff. de contrah. empt. l. 2. Cod. de peric. & commod. rei vendit. Caſtr. in l. ſicut, num. 2. C. de action. empt. Cephal. conſ. 36. n. 21. & ſeq. Becc. conſ. 74. num. 2. & conſ. 121. nu. 1. lib. 1. Gomez variar. tom. 2. cap. 2. de empt. & vendit. num. 32. poſt med. verſ. ſi verò*, aſſerens, quòd menſuratio, vel ponderatio vim traditionis habere videatur, *Guttier. practic. quæſt. lib. 5. quæſt. 95. num. 15. Couarr. practic. cap. 3. num. 6. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 17. n. 2. & ſeqq.* vbi etiam ſi adſit clauſula *conſtituti, Cardin. de Luca de Regal. diſc. 118. num. 3. Capye. dec. 14.*

3 Siquidem, ſtante traditione, quæ, in præſentia, indubitanter fuit facta, ſublata remanet huiuſmodi quæſtio, & contractus transfert dominium, etiam ſi alioquin eſſet conditionalis, *Dec. in l. traditionibus, num. 6. verſ. tamen ſi traditio, Cod. de pact. & conſ. 179. num. 1. in fin. & ſeq. Angel. in l. 1. num. 1. verſ. quod intelligo verum*, ibique, præ cæteris, egregiè *Caſtr. num. 2. verſ. ſed pone*, in ſpecie exẽplificans in traditione clauium, *Corn. conſ. 50. num. 4. ad med. lib. 1. Pariſ. conſ. 59. num. 10. & 20. lib. 1. Cephal. conſ. 643. num. 3. Bertazzol. clauſ. 30. gloſ. 6. num. 9. Hermoſill. ad Gregor. Lopez tit. 5. l. 24.*

l.24.gloſ.5.num.5.Couarr.practic.quæſt.cap.3.nu.6.verſ.quæ quidem concluſio, Vrſill.ad Afflict.dec.280.num.2.verſ.& inſuper, Cardinal. Mantic.de tacit.lib.4.tit.17.num.6. de Luca ad Franch.dec.23.num.3. verſ.vnde altiùs puto, Capye.dec.14.num.10.verſ.nam vera, Franc. Marc.deciſ.58.num.2.& 5.tom.2.Beniten.deciſ.29.num.5. verſ.ſecundò fuit dictum, Theſaur. deciſ.197. n 8. Cardin. Seraph.deciſ.264.n.9.

4 Neque audiendi contrarium ſentientes, aberrantes à communi Interpretum placito, Curt.in l.quod ſæpè,§.in ijs,num.5.ff.de contrahend.empt.& conſ.244.num.10.& ſeqq.lib.3. Alex.conſ.33.num.6.lib.6. Neuizan. conſ.38. num.27.quos refert, & ſequitur Rot.in recent. deciſ.743.num.6.part.3.repetita coram Vbal. dec.315.eodem num. illi potiſſimùm innixi rationi, quòd, nempè, ante menſurationem nõ conſtet de certo pretio omninò neceſſario ad venditionem perficiendam, §.pretium, Inſtit. de empt.& vendit.l.empti fides, Cod.de action. empt.etiam ſequuta traditione, ideòque contractus uenditionis perfectus dici nõ ualeat.

Nam aſſumptũ eſt omninò falſum,etenim, ſemota traditione, ex qua quælibet ſublata remanet dubitatio, ex proximè allegatis; quoties mẽſura non adijcitur ad rei uenditæ declarationem;tunc nulla prorsùs incertitu-
5 do conſiderari ualet; Non quidem reſpectu rei, quæ per modum ſpeciei fuit uendita, nempè, totum frumentum exiſtens in horreo; illa enim quantitas ad certum locum reſtricta dicitur ſpecies quædam, uti poſt Bart.in l. talis ſcriptura in princip. per illum text. ff.de leg.1.& per text.in l.planè, ſed hoc, & l.ſi certos, ff.eod.tit. tradit Afflict. deciſ.399.num.7. totum igitur frumentum in horreo exiſtens in uenditione continetur; non eſt ergo neceſſariò adhibenda menſuratio ad reddendam certam rem uenditam, cum iam in ſe ipſa ſit certa.

6 Prout in proximis terminis, ſi fuerit facta uẽditio totius fũdi certis finibus deſignati;licèt poſtmodùm aſſeratur, eſſe cẽtum iugerũ, non ita tamen ad menſuram uenditio eſt dicenda,quia,nempè,menſura non determinet, quid in uenditione ſit comprehenſum; totus enim fundus, ſiue maior, ſiue minor, menſura expreſſa, fuit uenditus; Secus aſſerendum, ubi quis centũ iugera ex fundo uendidit;tunc enim ante mẽſurationem prorsùs ignoratur, quid ſit uenditum, iuxta diſtinctionem Oldrad.communi Interpretum ſenſu receptam, conſ.197. Bald.in Rubr. Cod.de contrah.empt. quæſt.22.num.23.Bart.in l.Iulianus, § Titius, num.1. ff.de act. empt. Caguol.in l.2.num.178. Cod.de reſcind.vendit.Corn.conſ.59.num.2.lib. 4.Menoch.conſ.337.num.7.Becc.conſ.133.n.40 Alex.conſ.133.nu.5. in fin.lib.1.Dec.conſ.347. num.1.Iaſ.conſ.79.num.1. lib.1. Curt.Iun.conſ. 131.ſignanter num.8. & ſeqq. Spad.conſ.323. num.1.lib.2.Onnate.de contract.tract.2. de emption.& uendit.diſput.68.ſect.5.num.62. Surd. dec.64.num.1.Afflict.deciſ.168. num.3. & ſeq. Ludouiſ.dec.104.n.2.& 16. ibique Add.lit.A. Card.Seraphin.dec.264.num.6. Bich.dec.111. num.20. & ſeq.repetita in recent. deciſ.135. num.23.& ſeq.p.9.

7 Minus adeſt incertitudo reſpectu pretij; vt enim egregiè ex more diſtinguit communis Præceptor Bald.in l.ſicut, num.1. verſ.ſed quid ſi dixi,Cod.de act.empt.Aut menſura fuit adiecta ad qualificandam ſubſtantiam actus, ut putà ad declarandum, quid fuerit in venditione cõprehenſum, & in hoc caſu,antequàm ſequatur menſuratio, remanet venditio imperfecta, periculumque ad venditorem pertinet.

8 Si verò menſura non reſpiciat actus ſubſtantiam;ſed ſolùmmodò pretij declarationẽ, ſeu extrinſecam certificationem, & in hac ſpecie perfecta eſt venditio, & periculum eſt emptoris, exemploque declarat Bald.huiuſ-
9 modi diſtinctionem, vt putá, ſi fuerit venditum totum vinum,quod reperitur in dolijs in Cella vinaria exiſtentibus ad rationem tot ducatorum pro qualibet amphora, vel cado, & in hoc caſu menſura venditionem non ſuſpendit; non enim ideó ponitur eadem menſura, vt ſciatur quid venditum ſit,cum totum vinum fuerit venditum, tamquàm quædam ſpecies, ſiue plures, ſiue pauciores ſint amphoræ;ſed ſolùmmodò operatur pretij certitudinem, non quidem in ſeipſo;nam cum certus ſit ſemper in ſe amphorarum numerus, certum quoque eſt in ſe pretium ſecundùm rerum naturam; ſed,quó ad nos, antequàm ſequatur menſuratio,numerum neſcimus amphorarum, ideò pretij ignoramus quantitatem, idemque probat idem Bald.in l.2.num.1. Cod. de peric. & commod. rei vendit. ex quo textu huiuſmodi diſtinctio videtur colligi,ibi: Cum autem vniuerſum,quod in horreis eſt,eamdemque Baldi diſtinctionem ſectantur, præ cæteris, Caſtr.in dict.l.ſicut,num.4. Cod.de act. empt. Cephal.conſ.36.num.22.lib.1. benè Roſa conſult.68. num.3. & ſeqq. Vrſill.ad Afflict. deciſ.280.n.2.verſ.imò dico, de Luca ad Frãch. deciſ.23.num 2. Franc.Marc.dec.58. numer.5. tom.2.Afflict.dec.399.per tot.præcipuè num.5. & ſeq. ibique Vrſill.num.1. latè probans,
10 quòd vendito vino græco exiſtente in tali loco ad rationem ducatorum ſex pro quolibet dolio, periculum ante menſurationem tranſierit in emptorem, quia, cum fuerit venditum totum vinum, quod erat in eo loco,adiectio menſuræ erat facta ad declarandum pretium, nullatenus perfectione contractus impedita.

His igitur præmiſſis in re, de qua eſt ſermo, pretium certum eſt in ſe; cum enim natura certus ſit numerus modiorum frumenti

in

in horreo exiſtentis;licèt á nobis ignoretur,
ideò certa eſt quantitas pretij iam conuenti
in Apocha, quæ in certa quantitate, iuxta
numerum menſuræ conſtituitur, quàmuis á
contrahentibus ante menſuram ignoretur;
Cum abſolutiſſimum ſit Iuris principium,
quòd tunc ex pretij incertitudine venditio-
nis reſultat imperfectio, quoties incertum in
ſe eſt pretium.

Secus affirmandum, ſi pretium certum ſit
in ſe, licèt à contrahentibus ignoretur; tunc
enim non propriè incertum eſt, ſed incogni-
tum, prout probat ſingulare *Vlpiani* reſpon-
ſum *in l. hac venditio 7.§.1.ff.de contrab.empt.*
in qua reperitur ſancitum, quòd, ſi eſt em-
ptus fundus á Titio, quanti ipſe emit, vel quã-
tum pretij in arca habeo, valeat emptio,
Nec enim, eleganter ſubdit Iuriſconſultus;
*incertum eſt pretium in tàm euidenti venditio-
ne; magis enim ignoratur, quanti emptus ſit,
quàm in rei veritate incertum eſt*, ibique *Albe-
ric.* explicando *text.* in verbo *ignoratur*, de-
clarat, ſcilicet, *à contrahentibus*, quod verbũ
à contrahentibus, repetitur in aliquibus *Di-
geſtis veteribus in dict. § 1.* idemque *Alberic.*
enucleando verba eiuſdem *textus*, ibi: *quàm
in rei veritate incertum eſt*, aſſerit, nam in rei
veritate, & in rei natura certum eſt, allegans
*text.in l.cum ad præſens, cum duobus ſeqq.ff. ſi
cert. petat.* in quibus Iuribus reperitur cau-
21 tum, quòd, licèt natura conditionis ſit actũ
ſuſpendere in futurum; nihilóminus conditio
de præſenti vera exiſtens non ſuſpendat actũ,
& ſi contrahentes ignorent conditionem ad-
eſſe; ideóque *Bald.* ibidem ſubtiliter aſſerit,
ex eo *text.* deprehendi, magis eſſe conſideran-
dam veram terminorum exiſtentiam, quàm
noſtram ſcientiam; ſunt enim talia extra
nos, & non in nobis; ideóque perficiuntur
abſque noſtra ſcientia; idemque *Bald in
lectura antiqua* dicit: obligationem huiuſ-
modi non differri, ſed ſtatim tenere; nõ enim
requiritur hominis ſcientia, ſed vera facti
exiſtentia.

Atque hinc *Capyc. in inueſt. feud.* in verbo
feudales aſſenſus, verſ. vendidit Titius, aſſerit,
quòd, ſi venditio fiat pro certo pretio; licèt
22 adijciatur, & pro eo pluri, quod eſtimabi-
tur, ſit perfecta venditio pro pretio expreſſo,
per *text.in dict. l. hac venditio 7 §.1. ff. de con-
trahen.empt Dec.conſ.648. in ſecundo caſu, Soc-
cin.Iun.conſ 47. lib.1. Maſcard. de probat.con-
cluſ.995.* quos refert *Amendol.ad Franch. dec.
23.num.4.*

Prout etiam egregiè *Franch.* per eumdem
23 *text.* in celebri *deciſ.23.num.4.& ſeq.* loquẽs
in datione inſolutum certarum functionum
Fiſcalium certi loci, pretio tamen conſtituto
ad rationem tot pro centenario, probat, an-
te factam liquidationem redditũum, pretij-
que, perfectum fuiſſe contractum, dominium-
que tranſijſſe in accipientem, referens ita
deciſum per Regiam Cameram Summariæ in
Collaterali Conſilio, in qua cauſa ſcripſit *Ca-
mill.de Medic. conſ.32.* eamdemq; deciſionem
refert *Reuerter. dec.547.* ibique *de Marinis in
obſeruat.*

Ita etiam dicimus, quòd, facta emptione,
collatoque pretio in arbitrium boni viri, vẽ-
14 ditio ſit perfecta, non ob aliam rationem,
niſi, quia quantitas in ſe certa eſt, licèt á con-
trahentibus ignoretur, *Pinel.* alios referens,
in *rub.Cod.de reſcind.vendit. part.1.cap.1.num.
1. & 3. Anan.conſ.19. Dec.conſ.648.num 1.
Camill. de Medic. dict. conſ.32. Fontanell. de
pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8. part.13.num.55. Roſa
conſult.68.num.8. Surd.dec.82.* ibique *Hodiern.
numer. 4.*

Sicuti etiam, facta emptione pro iuſto pre-
15 tio æſtimando, perfecta dici debet vendi-
tio, quia certum eſt in ſe pretium, licèt à
partibus ignoretur, ſitque à Iudice declaran-
dum, *Bald in l.ſicut, & in l.fin, Cod. contrahen.
& committ.ſtipul. Alberic.in dict. l. hac vendi-
tio, §.1.ff.de contrahend.empt.* quos refert, &
16 ſequitur *Franch dict.deciſ.23. num.7.* Regula-
re enim eſt, ut licèt pretium non ſit certum, &
determinatũ, ſufficiat, quòd referatur ad ali-
quod, ex quo poſſit verificari, *Gomeſ.var.to.2.
cap.2 de empt. & vendit.num. 9.* ubi explicat,
ſi quis dicat, quòd vendit rem, quanti ipſe
emit, vel quanti in tali arca, vel loco ſit, ex
hoc inferens, quòd poſſit fieri venditio triti-
ci, vini, olei, vel alterius rei pro pretio, quo
communiter talis res vendatur in foro publi-
co, tali die, vel tempore, rectèque conferunt
Iura in *l.ſi quis fundum, ff.de contrahend.empt.
l.ſi pater, §.fin.ff.de pact.l.certum, ff.ſi cert.petat.*

Minus etiam poteſt hæſitari de validitate
prædictæ venditionis frumenti factæ ab Hor-
tenſio, cum eidem á domino eiuſdem frumẽ-
ti fuerit iniunctum, ut ſequi deberet ordinem
Falconerij, à quo fuit demandata eadem
venditio, verba autem illa conſtituunt Pro-
17 curatorem in rem ſuam, ut in ſpecie
tradunt *Ruin.conſ.709. numer.8. lib.1. Pariſ.
conſ.107.n.45.lib.3. Surd.conſ.578. num.22.lib.
4.* ubi de verbis: *Ne ſeguirete l'ordine del tale,
Stracch.de adiect.par.4.quæſt.14.num.3.& per
tot.* aſſerens, ita fuiſſe iudicatum, *Gratian.
cap.666.num.20.*

Nullatenus verò poteſt ſubſiſtere excogi-
tata diſtinctio, ut Procurator ſequeretur or-
dinem Falconerij, ſi extra Ciuitatem An-
chonæ fuerit ſequuta venditio, ſecus, ſi in Ci-
uitate, quia mandatum eſt conceptum ſine
18 diſtinctione, ideòque generaliter debet in-
telligi, *Abb.conſ 18.num.7.verſ. item reſpectu
confirmandi, lib.2. Crauett.conſ.748. numer.12.
Rot.diuerſ.dec.33.num.3. part.2.*

Neque intrat diſcuſſio, an fuerit reuoca-
tum mandatum, quia Procurator in rem ſuã

Digitized by Google

19 eſt irreuocabilis, *l.quæ omnia 26.§.planè, l. Procuratore 55.ff.de Procurat.l. illam Cod.de donat. Bartol.in l.ſi procuratori 14. ff. de condit. ob cauſ.Dec. conſ.521.num.9. Card Mant.de tacit.lib.7.tit.21.num.14. Lotter. de re beneficiar. lib.1 qu.42.num.40.Card. Seraph.deciſ.531.*

Fruſtrà autem ex aduerſo contenditur, quòd retractari debeat uenditio ex dilatione per eumdem Procuratorem impartita ad ſoluendum pro faciliori negotij expeditione, cũ remiſſione octo pro centenario, ſi anticipata fuerit facta ſolutio, dum huiuſmodi pactum eſt ſolitum in Ciuitate Anchonæ, prout liquidò deprehenditur ex fide Mercatorum illarũ
20 partium, abſolutumq; eſt in iure, quòd comprehendatur in mandato ſolitum fieri in loco, ubi contractus debet celebrari, *Angel.in l.benè à Zenone nu.1.Cod.de quadrien præſcript. Iaſon.in l.1.§.ſi procurator num.19.ff ſi quis Iuſ. dicent.non obtemper. Barbat in cap.de præcarijs num.2.de præcar. Felin.conſ.15.nu.6. & ſeqq. Gratian.cap.950.num.13. Surd.deciſ.213.n.4.*
21 Regulareque ſit, vt ſolita apponi dici debeant in mandato comprehenſa, etiam ſi nõ ſint expreſſa, *Bald.conſ.138.num.4.lib.5. Rot. diuerſ.dec.670.num.3. part.1.in rec.deciſ.428. num.10.p.5.tom.2.*

Parumque releuat, quòd venditio fuerit
22 facta per quinque dies ante decoctionem, quòdque capitulum Anchonæ irritet geſta intra ſex dies, quia non procedit, quando alienatio fuit facta ex iuſta, rationabilique cauſa, vt dixit *Rot in Bononien. bonorum coram Orano penes Farinac poſt primum vol conſil.dec.118.num.1.ad med.& ſeq.*confirmata coram *Cardin.Sacrato ibidem dec.157. num.1. & 4.ad med.*
23 Vlteriùs huiuſmodi ſtatuta procedunt, quando contractus fiunt de rebus decocti; ſecus, quando fiunt de rebus alienis ipſi decoctori demandatis; ſibi enim imputet, qui cautiùs non contraxit, vt egregiè, latèque firmat *Rot.Ianuen.dec.168 num 16.& ſeqq.* quã meritò laudat *Surd.conſ.528 n.37.ad med.*

ARGVMENTVM.

Contractus initus cum furioſo, ſiue mente capto, eſt omninò irritandus, & de pluribus, ex quibus furor, dementiaque arguitur.

Ad effectum Irritandi contractum, à furioſo, ſiue mente capto geſtum, ſufficit, quòd probetur furor, & dementia ante, & poſt, & per continuata tempora, etiã quòd talis non fuerit, tempore contractus, cum, probatis extremis, media præſumantur.

Contractus geſtus cum eo, qui aliquando fuit furioſus, vel demens, præſumitur, eo tempore, initus, quo furor, & demẽtia durabat, etiam ſi conſtaret, illum aliquando poſt furorem, & dementiam ſanæ mentis fuiſſe; Idque, etiam ſi probetur, lucida habuiſſe interualla.

Contractus cum furioſo geſti habentes excluſionem doli, an, & in quo caſu ſubſtineri poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta à furioſo, ſiue mente capto, eſt omninò irritanda; eidemque concedenda manutentio.*

2 *Ementes res à mentecaptis non excuſandi à mala fide.*

3 *Furor, vbi adeſt, intellectus abeſt, iuxta monitum* Bartoli.

4 *Adeònt, neque etiã naturalis oriatur obligatio.*

5 *Idque non obſtante iuramento, quia quos natura non obligat, conſcientia non ligat.*

6 *Furioſus ipſo iure eſt prohibitus contrahere, ſiue ei ſit à Iudice interdicta adminiſtratio bonorum, ſiue non, cum interdictio adminiſtrationis à Iudice, & à lege æquiparentur.*

7 *Idque, etiam, ſi cum furioſo contrahens eum ſanæ mentis putaret; & in eo exuberet huiuſmodi bona fides.*

8 *Contractus cum furioſo geſtus eſt nullus; quamuis in eius vtilitatem tendat, cum in hoc differat à minore, ſiue muliere, ſiue altera inhabili perſona, quæ ad ſui vtilitatem contractum ſemper gerere poteſt.*

9 *Idque, etiam ſi contractus congruus fuerit, prudenterque geſtus, cum id à caſu profectum cenſeatur, non à voluntate, & diſcurſu agentis, cum his furioſus careat.*

Intelige vt num.33.

10 *Furor, ſiue dementia probatur ex datione Curatoris ad effectum irritandi contractus initos ſine Curatoris interuentu.*

11 *Præcipuè, quando Iudex ad dationem Curatoris cum cauſæ cognitione proceſſit.*

12 *Contraria concluſio procedit, quoties Curatoris datio eſt à Iudice decreta, nulla præcedente legitima probatione ſuper ſtatu eiuſdem furioſi.*

13 *Vel quoties ad probandum furorẽ ſola concurrit Curatoris deputatio.*

14 *Vel, quando agitur ad effectum irritandi teſtamentum.*

15 *Ex actibus, & ſermonibus fatuis reſultat coniectura furoris, cum ex ſermonibus exterioribus cognoſcatur mens interior*, & num.21.

16 *Furioſum & dementem, aliquem eſſe probatur ex communi affinium æſtimatione.*

17 *Publica opinio valdè confert ad demonſtrandum, quòd quis furioſus, vel demens exiſtat.*

18 *Furor probatur ex eo; quòd quis, Iudice ita mandante, eſt retentus ſub Cuſtodia.*

19 *Donatio bonorum ſine cauſa eſt ſpecies furoris, & dementiæ, iuxta* Baldum.

Furor probatur ex dilapidatione, donationeque bonorum.

20 Do-

Digitized by Google

20 *Donatio ſine cauſa eſt diſſipatio, quæ non cadit, neque præſumitur in homine ſanæ mentis.*

Idemque dicendum de quolibet actu damnoſo.

21 *Spernens medicinas ſibi à Medico paratas, illumque contumelijs afficiens, præſumi debet furioſus, & demens.*

22 *Dementia, & furor deprehenditur ex verbis, ſignis, & actibus factis, hominique ſanæ mentis non conuenientibus.*

23 *Teſtes, etiam ſingulares ſufficiunt ad probandum, aliquem fuiſſe mente captum in genere.*

Idque, etiam in ſpecie probandi furorem ad effectum irritandi contractum.

24 *Multòque magis, ſi ſint conteſtes.*

25 *Pro irritando contractu, ſufficit, quòd probetur furor, & dementia ante, & poſt & per continuata tempora; etiam, quòd talis non fuerit, tempore, quo contraxit.*

Probatis extremis, media præſumuntur.

26 *Contractus factus ab eo, qui aliquando fuit furioſus, præſumitur, eo tempore initus, quo furor durabat, etiamſi conſtaret, illum aliquando poſt furorem ſanæ mentis fuiſſe.*

Præcipuè, quando furor durauit per ſucceſſiuũ tempus, videlicet, per annos, & menſes.

27 *Furioſus, & demens poſt, præſumitur, etiam retro, & ſic tempore, etiam actus.*

28 *Legatum factum furioſo; donec in furore permanſerit, ad hæredes tranſmittitur ſi moriatur in furore.*

29 *Furor, & dementia præſumitur adeſſe tempore actus donec contrarium probetur, quando quis multo tempore ante actum fuit furioſus.*

30 *Idque, etiam ſi probetur, mente captum lucida habuiſſe internalla; nam adhuc actus præſumitur geſtus, tempore dementiæ, niſi concludenter probetur, eo præciſo tempore dilucida habuiſſe internalla.*

31 *Ex læſione in contractu arguitur furor, & dementia, cum non videatur, furore carere is, qui ſe enormiter lædi patitur.*

32 *Confeſſiones de recepto abſque reali numeratione pecuniæ ſunt meræ donationes, dilapidationeſque bonorum, atque adeò ſpecies dementiæ,* & numer. 34.

33 *Furor, & dementia arguitur ex multitudine alienationum.*

34 *Confeſſiones de recepto ſine numeratione pecuniæ potiùs ſapiunt dilapidationem bonorum* & num. 32.

35 *Contractus cum furioſo geſti habentes excluſionem doli, quando ſubſtineri poſſint,* & num. 8. & ſeq.

C A P V T CXXXV.

1 VENDITIO prædij controuerſi facta Aduerſarijs ab Alexandro Baccinetto furioſo, vel ſaltem mente capto, nullum prorsùs conſenſum habente, neque intelligente, quid ageret, eſt omninò irritanda, eidemque concedenda manutentio, *l. furioſi, ff. de reg. Iur. l. in negotijs,* vbi, præ cæteris, *Din. & Dec. ff. eodem, l. 1. §. furioſum, ff. de act. & obligat. l. ſi furioſo, ff. ſi cert. petat. § furioſus,* Inſtit. *de inutil. ſtipulat. Cuiac. in tit. de inutil. ſtipulat. lib. 3. cap. 19. Perez in Cod. lib. 5. tit. 70. num. 2. Cephal. conſ. 753. num. 1. & ſeq. Surd. conſ. 89. num. 26. & 30. Card. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 12. nu. 5. & lib. 3. tit. 10. num 6. Gomez Var. tom. 2. cap 14. de reſtit. minor. num. 28. verſ. ſumus in hoc principali articulo, Cyriac. cont. 329. num. 27. Arnol. Vinn. de tranſact. cap. 3. in princ. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 1. num. 86. & lib. 3. §. 22. limit. 12. nu 4. Caſtill. lib. 4. contron. cap. 28. num. 6. Ioſeph Ludon. dec. Peruſ. 1. num. 5. Magon. dec. Florent 97. num 4. Afflict. dec. 365. num. 11. Boer. decíſ. 23. num. 47.* & in præciſis terminis venditionis nulliter factæ à furioſo, latè *Rum. conſ. 67. per tot. lib. 1.* quòd reperitur etiam impreſſum inter *conſ Curt. Iun. conſ. 292. Cyriac. contr. 333*

2 *num 11.* vbi, quòd ementes res à mentecaptis difficiliter ſint excuſandi à mala fide, *Boer. deciſ. 23. num 47. Mart Medic. exam. 9. num. 11.*

3 Furor enim vbi adeſt, intellectus abeſt, iuxta monitum *Bart. in l. qui ad certum ff. locat. Bald. in cap Clerici, circa fin de vit. & honeſt. Cleric. Afflict. dec. 365. n. 2. Boer. dec. 23. n. 47.*

4 Adeò vt, neque etiam naturalis obligatio oriatur, vt tradit *gloſ. in l. Marcellus 26.* in verbo *obligato, verſ. quod autem, ff. de fideiuſſ. Iaſ. in l. is cui bonis 6. num. 7.* ibique *Bart. in ſummar. Barbat. col. 10.* cæterique Interpretes, *ff. de verbor. obligat. Monteſperell conſ. 181. n. 4 Cuiac. in comment. ad tit. de verbor. obligat. lib. 6 lit. C fol. 204. lib. 2. Valaſc. de priuileg. pauper. part. 1. quæſt. 19 num. 16. part. 2 16. Ciriac. controu. 329. num. 27.*

5 Nullatenus aduerſante Iuramento, quia, quos natura non obligat, conſcientia non ligat, *Bald. in l. 2. num. 39. in fin. Cod. de vectigal. Nauarr. conſ. 9. de empt. & vendit. num. 6. & 7. lib 3. Valer. de different. int. vtrumque for. lib. 1. ad prælud. num. 25. Foller. in prax canon. p. 2. cap. 12. num. 13. & ſeq Felic. à Sol. de cenſ. lib. 1. cap. 1. nu. 13. verſ. deinde, Groſſ. de contract. minor. inſpect. 2. quæſt. 58 num. 8. Ciarlin. controu. 33. num. 136. & controuerſ. 37. num. 106. Bonden colluct. 2. num. 22. Gobius conſult. 19. n. 35. Duran. deciſ. 18. num 14. Rot. in recent. 80. n. 13.*

6 *part. 10.* quòd indiſtinctè procedit, ſiue ei ſit à Iudice interdicta adminiſtratio, ſiue non, quia ipſo Iure dicitur prohibitus contrahere, *Fachin. contr. Iur. 63. verſ. tertium argumentum, lib. 4.* Cyriac. *controu. 330. num. 18. & ſeq.* vbi poſt *Gloſ. primam in l. 1 ff. de curat. furioſ.* quòd æquiparetur vtraque interdictio, *Boer. dict. deciſ. 23. num. 35.*

7 Idque, etiam ſi ab altero contrahente ſanæ mentis reputetur, in eoque huiuſmodi exuberet bona fides, *gloſ. in l. ſi debitor 16.* verbo *eius, ff. de dol. mal. except. Alex. conſ. 147. num. 17. lib. 7. Ceauett. conſ. 339. num. 7. Boer. d. deciſ. 23. ſub num. 47.*

8 Quinimò, quamuis contractus in eius vtilitatem tenderet, *Pichard. in dict. § furioſus,*

num.11.verſ.at furioſus, in fine, Caſtr.in l.mutum,ff.de acquir.hæredit.Gomez.var.reſol.to.2.cap.14.de reſtit. minor. num.28. verſ.quod extende, cum in hoc differat à minore, ſiue muliere, ſiue altera inhabili perſona, quæ ad ſui vtilitatem contractum ſemper gerere poteſt, *Paul.Chriſtin.dec.Belg.172.ſub num.9.lib 3*.ac
9 vlteriùs, etiam ſi idem contractus congruus fuerit, prudenterque geſtus, cum id à caſu profectum cenſeatur; non autem á voluntate, & diſcurſu agentis, cum his furioſus omninò careat, *Abb.in cap.ſicut tenor, in 2.notab. de regular. Barbat.in cap.dilectus, num.14. de reſcript. Crauett.conſ.689.num.14. Cephal.conſ. 753.num.4.Alex.conſ.141.nu.4.lib.1. & conſ. 92. num.16. lib.5.* vbi de communi, *Soccin. Sen.conſ.42.poſt num.1.lib.1.Surd conſ.89. nu. 30.& ſeq.Menoch.conſ.82.nu.220. Medic.examin.9.num.55.*Magon.*dec.Florent.97.num.11. Chriſtin.dec.Belg.172.n.9 tom.3.*

Non poteſt autem hæſitari de furore, ſiue ſaltem dementia Baccinetti, etiam tempore initi contractus, cum ſatis, ſuperque probetur ex pluribus, quæ ſaltem ſimul iuncta rem extra omnem conſtituunt controuerſiam.

10 Initio igitur nobis ſe offert, quòd anno 1659. fuerit eidem Baccinetto, tamquàm furioſo, & dementi, cauſa legitimè cognita, iuxta formam preſcriptam in *l.obſeruare,ff.de curat furioſ.* datus á Iudice Curator, idemque confirmatus anno 1667. cum expreſſa prohibitione facta Notarijs, ne illius cōtractus ſtipularent, ex qua datione Curatoris optimè probatur furor, ſiue dementia, ad effectum inualidandi contractus cum ipſo furioſo, vel demente initos ſine interuentu Curatoris, vt in ſpecie *Angel. & Salicet.in l.cum te, C.de probat. Dec.in l.furioſum,nu.10. C.qui teſtam. facer.poſſ.& conſ.87. num.7 & 448. num.14. & 35. Alex.conſ.85.num.9.* dicens, quód pro decreto ſit præſumendum, & *conſ.86.in princip.lib.2.& conſ.147.num.9.lib.7.* vbi *Apoſtilla*, verbo *præſumitur, Pariſ.conſ.88.num.34. & 70.verſ.ſi fuerit datus Curator, lib.3. Ruin. conſ.99.num.1.& ſeq.vol.4.Bertrand.conſ.48. num.22.& duob.ſeqq. lib.1. Surd.dict.conſ.89. num.19. verſ.hæc autem datio curatoris, Lap. alleg.25.num.2. verſ ſi tamquàm furioſo, Decian.conſ.53.n.4.vol.2.Honded.conſ.78. nu.73. lib.1.Farinac.in fragment.* verbo *furoris ſigna, num.274.*Menoch.*præſumpt.45.num.44. lib.6. Maſcard.de probat.concluſ.826.num.7.verſ.inditium non leue, Ciriac.contr.334.num.8. verſ. præterea, Rub.de teſtam.cap.16.nu.438. Mart. Medic.dec.Senen.17.num.10.Boer.dec.23.n.79. verſ.fuit eidem Carolo, Gamm.deciſ.Luſit.302. num.4.verſ.iuſſit curatorem dandum,Rot.in rec. dec.190.num.4 part.2.* vbi maximè, quoties
11 Iudex proceſſit, prout in præſentia, cum cognitione cauſæ, *Card.Caualer.dec.366.num.8.* & eſt propoſitio deſumpta ex *l.ſi curatorem, Cod.de in integr.reſtit.* vbi, quòd curatorem
12 habens non poſſit abſque curatoris conſenſu, & auctoritate contrahere.

Contraria verò concluſio procedit; Vel, quoties curatoris datio eſt á Iudice demandata, nulla præcedenti legitima probatione ſuper ſtatu eiuſdem furioſi, in quibus terminis vindicat ſibi locum diſpoſitio *text.in leg. obſeruare 6 ff.de curat.furioſ.* & loquuntur *Mōtan.de Tutel.cap.28.num.9.Guttier.eod.tit.cap. 19.num.7.Galganet.eod.tit. lib.3.quæſt.31. nu. 4.* alijque adducti per *Manſ.conſult.29.num.35 lib.1.*

13 Vel, quoties ad probandum furorem ſola concurrit curatoris deputatio, in quo themate intelligēdus *Fab.in §.præterea*, ibique *Aretin.Inſtit.quib.non eſt permiſſ. fac.teſtam.* alijq; allegati per *Manſ.d.conſult.29.n.38.*

14 Vel demum, quando agitur ad effectum irrirandi teſtamentum, in quibus terminis loquuntur *Io:Fab. in §.præterea*, ibique *Aretin. Inſtit.quib.non eſt permiſſ fac.teſtam.Iaſ.in l.furioſum, ſub num.2. verſ.tertiò ſingulariter limita, Cod.qui teſtam.fac.poſſ.Boer.dec.23. nu.79. Duran.dec.178.num.30. Rota in Romana hæreditatis, de Gracchis 5.Decembris 1618.coram Remboldo.*

15 Secundò, quia ex depoſitionibus vndecim teſtium omni exceptione maiorum, qui fuerunt legitimè examini ſuppoſiti, ſatis luculenter conſtat de pluribus ſignis manifeſtè furorem, ſiue dementiam ſuadentibus, inter quos, omiſſis alijs, quòd verba fatua, nulliuſque ſenſus quotidiè proferre ſit aſſuetus, vt moris eſt dementium, quòdque deridenda per Plateas, Vicoſque loquatur, ex quibus ſermonibus fatuis reſultare coniecturam furoris, vel dementiæ, inquit *Vlpianus in l.ob quæ vitia 4.in princ* ibi: *Vel, qui per vicos more inſanatorum deridenda loquantur, ff.de ædilit.edict.* ibique *Angel.* dicit notandum. *Bart. in l.apud Iulianum, §.conſtat, num.1. ff.de legat.1.Iaſ.in l.furioſum,num.4. C.qui teſtam.facer.poſſ.* ibique *Dec.num.29. Gemin.in cap.1. §. ſiue in princ.de Cleric. coniugat. Alex. conſ.86. num 6.vol.2.Corn.conſ.22.vol.3.verſ.his tamen lib.4.* vbi, quòd ex ſermonibus exterioribus cognoſcatur mens interior, *Pariſ.conſ.87 n.4. lib.3.* benè *Surd.d.conſ.89.num.23. Menoch.cōſil 82.num.230.& præſumpt.45.numer.24.& 39.lib.6.Card.Mantic.de coniect.lib.2.tit.5.nu. 10.* egregiè *Rota diuerſ.dec.107.num.5.part.2. Mari.Medic.dec.Senenſ.17.n.10.verſ.ut quando quis incedit per uias.*

16 Tertiò, quia, non ſolùm omnes affines eum pro furioſo, dementeque ſemper reputarūt. *Bald.in §.idem ſi furioſi,Inſtit.quib.non eſt permiſſ fac.teſtam.Dec.in d.l furioſum, num.30. C. qui teſtam facer.poſſ.Alex.conſ.54.nu.4. lib.1. Pariſ.dict.conſ.87.num.7.lib.3. Menoch.conſil. 82.num.231.Surd.conſ.89. num.20.* vbi, quód

ſit

Digitized by Google

ſit præſumendum, affines veram habuiſſe cognitionem alterius Affinis.

17 Sed etiam quicumque alij eius notitiam habentes, quod probat, talem eſſe, *Bertrand. conſ.48.num.22. lib.1.* vbi, quòd huiuſmodi publica opinio valdè conferat ad demonſtrãdum, quòd quis ſit furioſus, vel demens, *Dec. dict.conſ.86.nu.7.& 448.num.4. Pariſ d.conſ. 87.num.3.uol.3. Eugen.conſ.79. num.34.lib.1. Guttier.conſ.14.num.7. Surd d.conſ.89.nu.20. & ſeq.Menoch.præſumpt.45.& ſeq. lib.6. Epiſcop.Thomat.deciſ.24.num.8. Rot.diuerſ.deciſ. 107.num.5.p.2.*

18 Quartò, fuit etiam ſub cuſtodia retentus, prout adhuc retinetur à conſanguineis, id etiam mandantibus Eminentiſſimis Legatis pro tempore, quod pariter indicat, eum eſſe furioſum, vt in terminis *Bart.in l.Diuus, ff.de offic.Præſid.Bald.in l.congruit, § furioſi, ff.eodem, Roman.in l.1. in princ.num.18 ff.de uerbor.obligat.*ubi, quòd præſumatur furioſus, quem retinent affines ſub arcta cuſtodia, *Iaſ. in l furioſum, num.4 Cod.qui teſtam.facer.poſſ. Pariſ.dict.conſ.87.num 6.lib.3. Ferrett.conſil. 207.num.15.Surd.d.conſ.89.num.22. Cardinal. Mantic.de coniect.lib.2.tit.5.nu.12. uerſ.quintum eſt ſignum, Menoch.d.præſumpt.45. nu.27. & ſeq.lib.6.Mart.Medic.deciſ. Senen.17.n.10. uerſ.item quando fuit alligatus.*

19 Quintò, omnem eius diſſipauit ſubſtantiam, donãdo forenſibus ſine cauſa nummos, ueſtes, aliaque mobilia, quod eſſe ſpeciem furoris, inquit *Bald in l generaliter, ſub nu.13. Cod.de non numer.pecun.* & in ſpecie poſt multos allegatos. *Pariſ.dict.conſ 87.num.19.lib 3 Alex.conſ.147.num.12 in fin.& conſ.86.n.15. lib.2.Corn.conſ.69.num.30.lib.1*.ubi, quòd do-
20 natio eſt diſſipatio, quæ non cadit, neque eſt præſumenda in homine ſanæ mentis, *Dec. conſil.86.n.7.* & quòd idem dicendum ſit de quolibet actu damnoſo, *Menoch. d.præſumpt. 45.num.57.lib.6.*benè *Ciriac. contr.334.n.19. & trib.ſeqq.*

21 Sextò, nedum ſpreuit medicinas ſibi à Medico, & Chirurgo paratas, nolens illis obtẽperare: ſed ulteriùs illos contumelijs affecit, quæ omnia ſunt manifeſta ſigna, coniecturæque furoris, & dementiæ, iuxta originalem theoricam *Gloſ.in cap.prouidendum,*uerbo *inferas, uerſ.imò præſumo, ipſum fuiſſe furioſum, 83.diſtinct.* quam in his terminis ſequuti ſunt *Iaſ.in d.leg furioſum, n.4. uerſ.item ſi infirmus, C.qui teſtam fac.poſſ.Aleiat.in l.ſanum. num.4. Cod.de tranſact.& de præſumpt. regul.1. præſumpt 38.in fin.Menoch.d præſumpt.45.nu.37. lib.6.Card* Mantic.*lib.2.de coniect.ult.uolun.tit. 5.num.12.uerſ.ſextum ſignum.*

22 Septimò tandem accedunt quamplures alij actus ab eodem Baccinetto geſti diſtinctè numerati in facto, ſignanter equitatio per Plateas Ciuitatis nudis pedibus ſuper Aſello, quos nemo ſanæ mentis faceret, ex quibus omnibus ſatis, ſuperque remanet comprobata dementia, & furor, qui deprehenditur ex uerbis, ſignis, & actibus fatuis, hominique ſanæ mentis non conuenientibus, *Bald.in l.ſi cum dotem, § ſi maritus,* ibique *Angel.ff.ſolut. matrim.*Ruin.*conſ.67.lib.1.*ubi de illo, qui incedit nudus per uias, *Dec.conſ.448. numer.33. Pariſ.conſ.87.num.5.& ſeq.lib.3 Gerard.Mazzol.conſ.12.num.23.53.& ſeq. Grammat.conſ. crimin.16.nu.9.& ſeq.Menoch.d.præſumpt.45. num.24.uſque ad 59.lib.6. Raudenſ.de Analog. cap.30.num.143.& 156.Rot.diuerſ.d.dec.107. per tot.part.2.*

23 Cum autem ad probandum, quem fuiſſe mente captum in genere, ſufficiant etiam teſtes ſingulares, *Innocen.* & alij in *cap. qualiter & quando,*il ſecondo, *de accuſat.Marant.in l.is poteſt num.153.ff.de acquirend.hæredit.Io:Bapt. Fenett.conſ.296.num.4.Alex.conſ.147.num.20. lib.7.* Surd. *conſ.89. num 26. Gerard. Mazzol. dict.conſ.12.num.24 & ſeq.Pariſ.conſ.87.num. 8.vol.3.Ruin.conſ.67.num.9.lib.1*.vbi in puncto probandi furorem ad effectum irritandi venditionem factam á furioſo, *Maſcard.de probat. concl.827.num.7.& 1049.num.33.Pacian.eod.tract.lib.1.cap.43.ſub num 47. Ciriac. contr.334.num.9. Farinac.de teſtib quæſt.53. num 459.Caſtill.lib 4. controu.cap.381.numer. 38. Rub. de teſtam. cap.13. num.100. & ſeqq. Cyriac.controu.234.num.9.Boer.dec.4.num.44. Migon. dec.Florent.97.nu.9.Epiſcop.Thomat. dec.34.num.11.Epiſc.Ricc. dec.1. num.2. in fin. lib.2.Rot. diuerſ. dict.dec.107. num.12.part.2.*

24 Vtique fortiùs in themate, de quo eſt ſermo, remanet probata dementia, ſtantibus atteſtationibus multorum Teſtium, quæ in probandis prædictis ſignis furoris ſunt omninò conteſtes, *Cyriac. dict. contr.334. num.9. verſ.vtique fortiùs.*

25 Quàmuis autem prædictæ probationes nõ dirigantur præcisè ad tempus, quo furioſus fecit contractus, qui contenduntur nulli; cum tamen teſtes concludant de furore, & dementia ante, & poſt, & per continuata tempora, præſumitur etiam, quòd talis fuerit, medio tẽpore, quo contraxit, probatis ſiquidẽ extremis in huiuſmodi materia, media ſunt perneceſsè pręſumẽda eſt, vt in pręciſis terminis reſpõdit *Anchar.Clemẽt.vnic.ſub n.6.de homicid. & conſ.5.ſub num.5.*quem, omiſſis innumeris, qui poſſent laudari, ſequuntur *Alex. conſil. 147.num.12.vol.7.*Curt.*Iun. conſ.151. num.7. Pariſ.conſ.87.num.12.& ſeq.vol.3.* benè *Ruin. dict. conſ.67. n.9.verſ.& qui furor, & num.11. vol.1. Mazzol.dict.conſ.12. num.21. verſic.ſin autem probetur,* Menoch. *conſil.82. num.220. Ramon.conſ.74.num.14.Pariſ.conſ.87. num.12. & ſeq.lib.3.* benè *Surd. conſ. 89. n.29. & ſeq.* vbi, poſt plures allegatos, quód cõtractus factus ab eo, qui aliquando fuit furioſus, præſu-

26 ſumatur, eo tempore, factus, quo furor durabat, etiam ſi conſtaret illum aliquãdo poſt furorem fuiſſe ſanæ mentis, ſignanter, quãdo furor durauit per ſucceſſiuum tempus, videlicet per annos, & menſes, latè videndus, *Maſcard. de probat. concl. 825. num. 1. & ſeqq. Baiard. ad Clar. qu. 60. ſub num. 31. Cyriac. dict. contr. 334. num. 10. & ſeq. & numer. 28. & ſeq. Paul. Rub. de teſtam. cap. 15. num. 263. & ſeq. Sur. dec. 146. num. 16. Altimar. de nullitat. Rubr. 11. qu. 8. n. 47. 49. & ſeqq. Mart. Medic. deciſ. Senen. 17. num. 36. & ſeqq.* benè *Rot. diuerſ. dict. dec. 107. num. 25. & ſeq. & dec. 29. num. 2. part.*
27 *2.* vbi, quòd furioſus, & demens poſt, præſumatur etiam furioſus, & demens retro, atque adeò etiam tempore actus.

28 Adeòut furor, & dementia præſumatur adeſſe, tempore actus, donec contrarium probetur, quando, prout in hoc caſu quis multo tempore ante actum fuit furioſus, *Gloſ. in cap. fin.* verbo *compotem de ſucceſſ. ab inteſt. &* præter ſuper allegatos optimè firmant, *Marant. in l. is poteſt. num. 138. & duobus ſeqq. ff. de acquirend. hæredit. Dec. in l. furioſum num.* 23. ibique *Bald. num. 1.* Cod. *qui teſtam. fac. poſſ. Iaſ. in l. patre furioſo num 5. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alien Iur. Purpurat. conſ. 254. num. 12. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 376. num. 22. & ſeq. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 151. num. 7. Anguiſciol. conſ. 269. num. 3. Surd. conſ. 89. num. 28. lib. 1.* egregiè *Rum. dict. conſ. 67. num. 9. & 11 lib. 1. Burgos de Pax conſ. 11. num. 13. Simon de Prat. de interprat. vltim. volunt. interpræt. 1. dub. 1. ſolut. 4. ſub num. 19. verſ tertiò cum ſeq. Pariſ. de reſign. beneſic. lib. 3. quæſt. 8. num. 11. Mart. de ſucceſſ. legal part. 4. quæſt. 1. art. 2. numer. 11. & tribus ſeqq. Cyriac. controu. 334. nu. 11. & ſeq Mierez. de maiorat. part. 1. quæſt. 2. num. 375. & ſeqq. Tondut. lib. 1. quæſt. beneſic. cap. 53. num. 8. Reynoſ. obſeru. 32. num. 17. Barboſ. vot. 56. num. 21. Antunez de donat. part. 3. cap 15. num. 28. Add. ad Buratt. dec. 763. num. 16. Vrſill. ad Afflict. dec. 365. num. 4. Boer. dec. 23. num. 86. Gimm. deciſ. 100. num. 2. & 3. & dec. 302. num. 2. in fin. Thab. dec. 78. num. fin. Viuius dec. 337. num. 3. Seſſe dec. Aragon. 36. nu. 16. & ſeq. Epiſc. Ricc. dec. 1. num. 4. & ſeq. lib. 2.*

29 Quòdque furor inceptus præſumatur durare, comprobat *text. in l. ambiguitatem, verſ. ſin autem, Cod. de vſufruct.* in quo reperitur ſancitum, quòd ſi Teſtator leget aliquid Titio, quamdiù permanſerit in furore, ſi contigerit, illum decedere, antequàm efficiatur ſanæ mentis, legatum non reſoluitur, ſed ad hæredes tranſmittatur, quia Iuris fictione cenſetur eſſe in eo ſtatu, in quo obijt, quem *textum* in propoſito allegat *Marta de ſucceſſ. legal. d. part. 4. quæſt. 1. art. 2. num. 12.* & notat *Caſtr. conſ. 451. ante n. 9. lib. 1.*

30 Idque, etiam ſi probaretur, mente captum dilucida habuiſſe interualla, quod, neque etiã probatur in pręſentia; nam adhuc ex eo, quòd præſumatur furor durare, præſumitur etiam actus geſtus, tempore furoris, & dementię, niſi ex aduerſo concludenter probetur, eo præciſo tempore habuiſſe dilucida interualla, quo actus fuit geſtus, in quibus terminis loquitur *Ancharan. in clem. 1. numer. 6. de homicid.* ibique *Cardin. ſub num. 4. Odd. conſ. 93. num. 33. & ſeq. Flamin. Rub. conſ. 5. num. 71. lib. 2. Merlin.* ex aduerſo allegatus, *dec. 772. nu. 14. & ſeq. Vrceol. de tranſact. quæſt. 35. num. 23. & ſeqq. Manſ. conſult. 29. num. 32. lib. 1.* prout in ſpecie aduertunt *Marant. in l. is poteſt 18 num. 127. ff. de acquir. hæredit. Iaſ. in l. patre furioſo 8. ſub nu. 5.* vbi de communi, *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur. Eugen. conſ. 79. num. 25. lib. 1. Ferrett conſ. 207. numer. 13. Surd. conſ. 89. numer. 30 Menoch. conſ. 82. num. 220. & lib. 6. præſumpt. 45. num. 63. & ſeq Rimin. Iun. conſ. 376. num. 22. & ſeq. lib. 4.* & latiùs *conſ. 809. num. 4. & 32. lib. 7. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 16. ſub num. 26.* alijque adducti per *Cyriac d. controu. 334. num. 13. Caſtill. lib. 4. contr. cap. 38. num. 48 Tondut. dict. lib. 1. quæſt. beneſic. cap. 53. num. 8. Barboſ. in collect. in cap. cum inter 21. numer. 10. de elect. & in cap. fin. num. 13. de ſucceſſ. ab inteſtat.*

31 Prædictis omnibus accedit ad coadiuuandam probationem furoris, & dementiæ, nedũ enormis læſio in pretio rei venditæ; cum non videatur furore carere is, qui in aliquo contractu enormiter eſt læſus, iunctis tamen aliquibus alijs ſex ſuperioribus inditijs, vt in ſpecie arguit *Dec. conſil. 86. numer. 7. verſicolo cum ex tali contractu, Maſcard. de probat. concl. 826. num. 13 Narbon. de ætat. ann. 25. qu. 29 num. 10.*

Sed vlteriùs, quamuis in Apoca, quæ præuenit ſtipulationem, legantur in computum pretij promiſſa ſcuta 300. ſoluenda in actu ſtipulationis Inſtrumenti celebrãdi ad requiſitionem partium; nihilòminus in ſubſcriptione Baccinettus fatetur, ſe recepiſſe dicta ſcuta 300. quæ reuera non recepit, prout deponunt ijdemmet teſtes apodiſſarij, ex quibus circumſtantijs reſultat probatio furoris, & dementiæ, cum huiuſmodi confeſſiones de
32 recepto abſque reali numeratione ſint meræ donationes, dilapidationeſque bonorum; atque adeò ſpecies furoris, vt inquit *Bald. in l. generaliter, ſub num. 13. C. de non numer. pecun. Alex. conſ. 86. num. 15. lib. 2. & conſ. 147. num. 12. in fin. lib. 7. Cranett. conſ. 142. ſub n. 26. Becc. conſ. 90. ſub num. 18* & in his præciſis terminis arguit *Cyriac.* vidẽdus *dict. controu. 334. num. 17. & ſeqq.*

Atque ex hoc etiam irreleuans detegitur obiectum partis aduerſæ, quòd ab eodem Baccinetto ab anno 1659. vſque ad annum 1665. plures fuerint initi contractus.

Siquidem hoc ipſum potiùs mirificè retor-

que-

quetur ad magis probandam dementiam;

33 Tum, quia ex multitudine alienationum illa arguitur, vt in his terminis *Ruin. conſ.67. ſub num.10. verſ.nec eſt verum, & ſub numer.12. verſ.nam vt dixi, lib.1.* vbi, quód ex frequentia alienationum arguatur non ſanus intellectus, neque ſenſus perfectus, dum ex hoc apparet profuſio, dilapidatioque bonorum ad inſtar furioſi, & in ſpecie ita ſatisfacit obiecto, *Cyriac.d.controu.334.n.17.*

34 Tum etiam, quia in dictis prætenſis contractibus nō conſtat de receptione pretij, niſi ex confeſſionibus de recepto potiùs ſapientibus donationem, dilapidationemque bonorum, *Aretin. conſ.4. ſub num.1. & conſ.110. lib.2. Pariſ.conſ.47.num.92.lib.1. Curt.Iun.cōſil.95.ſub num.3.* & in ſpecie alijs adductis, *Cyriac.d.contr.334.num.18.& ſeqq.*

35 Tum demum, quia, vt plurimùm alij contractus celebrati cum Petro Baccinetto habent peculiarem rationem excluſiuam doli, ſtante declaratione emiſſa per eumdem Petrum, ſe eoſdem contractus peragere, ne bona poſt obitum Alexandri furioſi ad eumdem Petrum deuentura ex fideicommiſſo, dilapidarentur, vt in proximis terminis Cyr*iac.d. contr.334.n.23.verſ.& inſtrumenta.*

ARGVMENTVM.

Acquiſitiones factæ per filium familias an, & quando ex ſubſtantia paterna, vel potiùs ex propria eiuſdem filij induſtria proficiſci præſumantur.

Conſenſus à Patre præſtitus in contractu filij Mercatoris, an alteret ſtatum præcedentem ex coniecturis, vel præſumptionibus iam firmatum, quòd res in contractu deducta ſit propria ipſius filij.

Vſusfructus Patri competens in bonis aduentitijs filij, quando cenſeatur remiſſus, &, an alienatio eorumdem bonorum facta à filio in præiudicium vſusfructus Patri quæſiti poſſit impugnari, nedum ab eodem Patre; ſed etiam à filio poſt obitum eiuſdem Patris:

SVMMARIVM.

1 *Filius familias quidquid acquirit, præſumitur acquiſitum ex bonis paternis.*

2 *Id tamen non procedit, concurrentibus contrarijs coniecturis, ad quas potiſſimùm eſt recurrendum.*

3 *Qualitas filij eſt præcipuè attendenda in re, de qua agitur.*

4 *Filius familias induſtrioſus ex propria induſtria acquiſiuiſſe præſumitur; non autem ex ſubſtantia paterna.*

5 *Vxor præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Mariti ad euitandam turpis lucri ſuſpicionem. ſed ſi eſt induſtrioſa, vel aliundè habere potuit, ceſſat dicta præſumptio, & præſumitur de proprio ditata.*

6 *Data induſtria filij, occaſioneque lucrandi, ceſſat præſumptio, quòd bona à Patre peruenerint, tàm ſi filius cum Patre cohabitauerit, quàm ſi paterna bona adminiſtrauerit.*

7 *Illius res eſſe dicitur, cuius nomine fuit quæſita.*

8 *Nemo præſumitur in rebus ſuis negligens.*

9 *Pater, qui à filio negotiatore nullam rationem, ſeu lucrum exegit, cenſeri debet hoc actum, quia nullam habuerit pecuniā à Patre ad negotiandū.*

10 *Pater, quoties patitur, vt filius penſiones ex rebus ab eodem filio emptis percipiat, præſumitur, quòd filius ex propria pecunia comparauerit; non autem ex paterna ſubſtantia.*

11 *Dictio* ſuum *denotat dominium.*

12 *Patris confeſſio plurimùm attendi debet ad effectum probandi, rem fuiſſe à filio acquiſitam ex propria pecunia; non autem ex paterna.*

Præcipuè, quando confeſſio ex induſtria filij redditur veriſimilis.

13 *Multòque magis, quando eſt iurata.*

14 *Confeſſio non poteſt impugnari ab habente cauſam à confitente.*

15 *Confeſſio Patris, quòd res propria ſit filij, probat, quoties eſt emiſſa, altero filio præſente, de cuius agitur præiudicio.*

16 *Collatio non datur in aduentitijs.*

17 *Obſeruantia, quòd filius familias, tamquàm mercaturam exercens publicè ab omnibus pro Patre familias habebatur, plurimùm confert in hac materia.*

18 *Obſeruantia præfefert partis confeſſionem.*

19 *Filius dicitur ſeorſum habitare à Patre, quoties Pater cohabitat in domo propria ipſius filij, præcipuè, quando filius, tamquàm principalis negotiatur.*

20 *Ex ſubſequentibus declaratur ſtatus præcedens.*

21 *Veriſimilitudo, quòd filius familias ex mercimonijs potuerit facere acquiſitiones, plurimùm attendenda.*

22 *Fructus cenſus debentur loco damnorum, & intereſſe in caſu inualiditatis eiuſdem cenſus; quoties ita reperitur ſtipulatum.*

23 *Conſenſus à Patre præſtitus in contractu filij, quando dicatur adhibitus ad cautelam.*

24 *Filius in aduentitijs cōtrahere nō poteſt abſque Patris conſenſu ratione præiudicij eiuſdem Patris ob vſumfructū in eiſdem bonis,* & n. ſeqq. *vbi, ampliatur, & declaratur.*

25 *Conſenſus à Patre præſtitus in contractu filij mercatoris non alterat ſtatum præcedentem ex coniecturis, vel præſumptionibus firmatum, quòd res in contractu deducta ſit propria ipſius filij,* & num.ſeqq.

Præcipuè, quando conſenſus eſt præſtitus ex abundanti, & ad maiorem cautelam.

26 *Renunciatio filij familias beneficio,* l. quod cum eo, ac ſtatuto Vrbis *alioquin non neceſſaria, eò quòd filius publicè pro Patre familias habebatur, eidem non nocet.*

27 *Hypotheca non poteſt per filium conſtitui ſine Patris cōſenſu ſuper bonis aduentitijs, ratione vſusfructus eidem Patri quæſiti.*

28 *Adeòut alienatio facta per filium ſine Patris conſenſu, non ſolùm ſit nulla reſpectu vſusfructus fauore ipſius Patris quæſiti.*

Sed

Sed etiam, quò ad proprietatem reſpectu ipſius filij alienantis, qui etiam, mortuo Patre, poteſt alienationem renocare.

29 *Reprobatur contraria ſententia.*

30 *Idque, etiam ſi alienatio fuerit Iuramento firmata.*

31 *Filius familias, eatenus non poteſt alienare, neque hypothecare bona aduentitia, quatenus agatur de Patris præiudicio ratione vſusfructus.*

32 *Filius familias de bonis aduentitijs, in quibus Pater non habet vſũfructum poteſt liberè diſponere inter viuos abſque alio Patris conſenſu.*

33 *Vſusfructus, alioquin competens Patri in bonis aduentitijs filij, dicitur remiſſus, ſtante confeſſione eiuſdem Patris, quòd bona ad filium liberè pertineant.*

34 *Prout pariter cenſetur remiſſus vſusfructus per ſcientiam, & conſenſum eiuſdem Patris, quòd filius proprio nomine negotietur.*

35 *Nullitas alienationis, ſiue obligationis bonorum aduentitiorum filij, quoties non poteſt opponi à Patre, ita etiam non valet objici ab habente cauſam ab eodem Patre.*

36 *Conſenſus Patris in cõtractu filij familias, quoties à Iure communi, vel ſtatutario non requiritur ad integrádá perſonam filij ad contrahendum; ſed tantùmmodo ratione præiudicij ſuper vſufructu Patri quæſito, ſufficit, ſi ſubſequatur.*

37 *Attento* Statuto Vrbis cap. 152. *filius familias publicè pro Patre familias habitus poteſt contrahere ſine Patris conſenſu.*

CAPVT CXXXVI.

RECEDENDVM à decisis coram *Coccin. decis.* 1898., cum unicum fundamentum deciſionis, quòd Domus acquiſitæ per Ouidium ex cauſa permutationis, emptioniſque, viuente Christophato Patre, præſumantur profectitiæ, nullo Iure ſubſiſtat, attentis præcipuè probationibus ex recenti deductis.

1 Licèt enim regulariter quidquid filius familias acquirit, Paternum dici debeat, acquiſitumque ex rebus paternis præſumatur, *l. 2. Cod. de patr. poteſt. Bart. in l. prima § ſed nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor. Bald. in l. 1. in princip. Cod. de patr. poteſt. Alex. conſ. 1. n. 8. lib 4. Bertazzol. conſ. ciuil. 119. num. 16. Roland. conſ. 54. nu. 12. lib. 3. Becc. conſ. 113. nu. 90. Gratian. cap. 401. num. 16. & ſeqq. Cyriac. contr. 38. num. 13. et ſeq. Clementin. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 2. nu. 1. Paſchal. eod. tract. part. 1. cap. 3. nu. 24.*

Nihilòminus prædicta procedunt, non concurrentibus contrarijs coniecturis, ad
2 quas potiſſimùm in huiuſmodi materia eſſe recurrendum monet Bart. *in l. cum oportet nu. 5.* ubi alii *C. de bon. quæ liber. Becc. d. conſil. 113. numer. 9. lib. 1. Ioannes Mont. allegr. in tract. de exercit. pract. act. lib. 2. § 13. nu. 67. & ſeq. Paſchal. de patr. poteſt. d. part. 1. cap. 3. nu. 24. Clement. eod. tract. effect. 2. nu. 46. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 9. num. 8.* quæ utiquè urgentiſſimæ in præſenti concurrunt pro filio ad demonſtrandum, Domos, uti ex propria pecunia emptas, fuiſſe omnino aduentitias.

Initio igitur illa nobis ſe offert deducta ex qualitate perſonæ ipſius filij, quæ in re, de
3 qua agimus, eſt præcipuè attendenda, ut inquit *Gloſ.* receptiſſima in *d. l. cum oportet, Cod. de bon. quæ liber.* uerbo *ex eius ſubſtantia*, ubi ſignanter *Bart. num. 5. Bald. num. 11.* qui cum
4 fuerit induſtrioſus, aptuſque ad lucrandum, ut luculentiſſimè deprehenditur ex pluribus conductionibus, mercimonijs, alijſque negotiationibus, tàm ante, quàm poſt impoſitionem cenſus, præſumptio eſt prò filio, quòd bona ex propria induſtria, & pecunia comparauerit; non autem ex paterna ſubſtantia, *Gloſ. in d. l. cum oportet,* uerb. *ex eius ſubſtantia, ubi Bart. num. 5. Bald. num. 11. & conſ. 259. in fine, lib. 5. Craueit conſ. 61. num. 8. lib. 1. verſ. ſecundo proponitur. Roland. conſ 90. num. 12. & 23. lib. 4. Bertazol. conſ. ciuil 119. nu. 11. Becc. d. conſ. 113. nu 9. lib. 1. Surd. conſ 505. nu. 7. lib. 4. Aldouin. inter conſ. Peregrin. conſ. 97. n. 93. lib. 4. Menoch. conſ. 207. n. 16. Vermigliol. conſ. 489. num 2. Paſchal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 3. nu. 24. Cyriac. contr. 91. num 5.* qui in ſpecie expendit induſtriam ex Inſtrumentis conductionum Terrarum. *Peregr. de fideic. art. 44. ſub num. 21. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 12. num. 11. Vrſill. ad Afflict. dec. 396. num. 18. Surd. conſ. 339. ſub nu. 19. Merlin. decis. 383. numer. 7. repetita, in rec. dec. 226. eod. num. 7. part. 5.*, rectèque confert op-
5 timus *textus in l. Quintus mutius 52. ff. de donat. int. vir. & vxor;* vbi uxor, quæ alioquin ad euitandam turpis lucri ſuſpicionem, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti; ſi fuerit induſtrioſa, uel appareat occaſio, ex qua aliundè habere potuerit, non præſumitur ampliùs ex bonis uiri, ſed aliundè ditata.

Data enim induſtria filij, occaſio-
6 neq; lucrandi, ceſſat præſumptio, quòd bona à Patre peruenerint, tàm, ſi filius cum Patre cohabitauerit, *Roland. d. conſ. 90. num. 9. & 12. lib. 2. Surd. d. conſ. 505. num. 7. lib. 4. Aldouin. inter conſ. Peregrini d. conſ. 97. num. 6. verſic. ſextò, ſi etiam,* quàm, ſi paterna adminiſtrauerit bona *Ruin. conſ 23. nu. 27. verſ. ſed contrarium lib. 5. Becc. d. conſ. 113. nu 9. verſ. nam tunc à Patre, Surd. d. conſil. 505. num. 7.*

Secundò confert, quia, cum Domus fuerint emptæ à filio nomine proprio, & ab eodem pretium exſolutum, quemadmodùm etiam mercimonia nomine proprio, ſuoque exercebantur periculo, nulla prorſus de Patre mentione habita, quinimò, eodem Patre ſciente, & non contradicente; uehemens ex hoc oritur coniectura, quòd bona ſint aduentitia filij; non autem profectitia ex re-
7 cepta legum ſententia, qua edocemur, rem

illius

illius eſſe, cuius nomine fuit quæſita l. ſi ea
l. ſi vt proponis vbi gloſ. C. de reiuind. l. prima
C. ſi quis alteri, vel ſibi, & in his terminis,
Abb. conſ. 36. num. 2. verſ. tertiò quia, colum. 2.
in fin. lib. 2 egregiè Cranett. conſ. 61. nu. 9. verſ.
ſed inſpiciendo lib. 1. Roland. dict. conſ. 90. num.
25. Bccc. dict. conſ. 113. nu. 10. verſ. tertio additur,
& verſ. denique. Aldouin. dict. conſ. 97. num. 49.

Tertiô confirmatur; quia nullibi conſtat,
Patrem à filio aliquam rationem, ſeu lucrum
8 exegiſſe, & cum nemo præſumatur in rebus
ſuis negligens, l. ſi defunctus, Cod. arbitr. tutel.
l. 3. §. ſi ad diem, ff. de re milit. Grat. conſ. 100. nu.
14. lib. 2. Affl. dec. 13. num. 28. Cacheran. conſ.
21. num. 23. lib. 2. Card. Seraph. dec. 455. num. 3.
Buratt. dec. 484. num. 1. cenſeri debet hoc actû.
9 quia, nempè, filius nullam pecuniam à Patre
habuerit ad negotiandum, & hanc coniectu-
ram optimè expendit, Abb. dict. conſ. 36. num.
2. verſ. quarto in eo, Bccc. dict. conſ. 113. num. 10.
verſ. ſecundò conferat.

Quartò, quia Pater paſſus eſt, ut filius pen-
10 ſiones ex domibus emptis perciperet, prout
liquidò depræhenditur ex Procuratoris con-
ſtitutione ad illas exigendas, & hanc cõiectu-
ram ponderat Corn. conſ. 235. n. 8. lib. 1. Bccc.
d. conſ. 113. nu. 10. verſ. quarto adijcitur.

Cæterùm ſublata remanet omnis diſceptã-
di occaſio, & uerſamur in claris non indi-
gentes enunciatis coniecturis, quæ tamen
ſolę ſufficerent, cum habeamus expreſſam
confeſſionem in Inſtrumento ipſiuſmet Pa-
tris, & Ioſephi alterius filii, qui accedentes
impoſitioni cenſus de Mareſcottis, cum
obligatione Ouidii illos releuandi, apertiſ-
ſimis Verbis faſſi ſunt, Domum eſſe Ouidii,
& ad ipſum liberè ſpectare, ibi, Super qua-
dam Domo ſua, & ad ipſum liberè ſpectante, et
pertinente.

Quæ confeſſio, ſicuti contra Patrem con-
fitentem plenè probat, Domum eſſe aduen-
titiam, & ad filium Iure Dominij ſpectare,
11 ponderando dictionem Sua, quæ denotat
dominium, l. quintus 2. §. Argento, ibique
Bart. nu. 3. ff. de aur. et argent. legat. Roman.
conſ. 509. n. 6 Pariſ. conſ. 104. n. 90. lib. 1. Alex.
conſ. 71. nu. 3. lib. 6. Menoch. conſ. 129. num. 7.
et lib. 4. præſumpt. 162. n. 28 Pereyr. de empt.
et vendit. cap. 3. et cap. 10. vtrobique n. 2. Guid.
Pap. dec. 442. nu. 2. Ludouiſ. dec. 115. Duran.
deciſ. 82. numer. 3., præcipuè cum reddatur
12 uerisſimilis ex induſtria filii, ut in terminis
Angel. conſ. 341. prima col. in fin. verſ ſufficeret
autem, Ruin. conſ. 96. nu. 2. lib. 5. Soccin.
conſ. 61. num. 3. lib. 4. Alexand. conſ. 18. nu. 4.
lib. 3. Roland. d. conſ. 90. num. 13. et ſeq. Aldo-
uin. inter conſ. Peregr. d. conſ. 97. nu. 100. lib.
4. Tiraquell. in l. ſi vnquam uerbo donatione
13 largitus nu. 100. C. de reuoc. donat., eòque
fortiùs, cum ſit Iurata Alex. conſ. 90. num. 3.
lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 301. numer. 1.
14 Bieb. dec. 636. num. 7.; Ita etiam non poteſt
impugnari ab habentibus cauſam à Patre,
l. cum à matre C. de reiuind. Aretin. conſ. 102.
num. 1. Ruin. conſ. 50. numer. 53. lib. 1. Socein.
cõſ. 13. n. 5. verſ. et probatio lib. 3. Thob. Non. cõſ.
16. nu. 31. Ludouiſ. dec. 172. nu. 1. Buratt. dec.
781. nu. 4.

15 Eòque magis inconcuſſa redditur prædicta
confeſſio ad probandum, Domum eſſe ad-
uentitiam Ouidii; non autem profectitiam,
ex quo legitur facta à Ioſepho altero filio,
nedum præſente, & conſentiente; ſed il-
lam ſpecificè approbante, quod utiquè non
feciſſet, ſi agnouiſſet, domum eſſe profecti-
tiam, cum dicta confeſſio, quòd Domus eſ-
ſet Ouidii, & ad eum liberè ſpectaret, & per-
tineret, ad illius tenderet præiudicium, ut-
16 potè excluſiua collationis, quæ non datur
in aduentitiis, l. vt liberis C. de collat. l. ſci-
mus §. repletionẽ de inoffic. teſtam. authent. no-
uiſſim. Cod. eod. Saliect. in l. ſi emancipati in fin.
Cod. de collat. Iaſ. in l. vt liberis Cod. eod. tit.
Surd. conſ. 219. num. 7. aſſerens hanc eſſe regu-
lam in materia collationis, Bero. conſ. 54.
nu. 20. lib. 1. Pariſ. conſ. 130. num. 6. lib. 1. Soccin.
conſ. 91. n. 3. lib. 1. Ruin. conſ. 162. nu. 11. lib. 2.
Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. qu. 21. art. 2. nu.
5. Rot. in rec. dec. 169. num. 2. part. 3., & in
ſpecialibus terminis optimè arguit Ruin. d.
conſ. 96. nu. 2. in fin. verſ. ſed tantò magis confeſ-
ſio lib. 5. & conferunt notata per Aldouin. d.
conſ. 97. nu. 88. verſ. qua de re.

17 Prædicta uerò omnia remanent confirma-
ta, tum ex ſubſequuta obſeruantia, ex quo
Ouidius, tamquàm Pater familias mercatu-
ram exercens publicè ab omnibus habeba-
tur, ſic agebat, ſic contrahebat, vt vtar ver-
bis Iuriſconſ. in l. ſi quis Pater familias 3. ff. ad
Macedõ. nullo prorſus Patris accedẽte cõſẽſu,
vt conſtat ex pluribus contractibus, & Mer-
cimonijs; quinimó eadem Domina Principiſ-
ſa Roſſani pluries cum eo contraxit tãquàm
cum Patre familias, & Mercatore, abſque
vllo Patris conſenſu, quæ obſeruantia præſe-
18 fert confeſſionem partis, Bald. in leg. ſi certis
annis nu. 29. Cod. de pact. Roman. conſ. 391. ſub
num. 8. Corn. conſ. 81. num. 83. poſt med. lib. 2.
Aym. conſ. 211. nu. 12. in princip. Surd. conſil.
335. nu. 27. lib. 3. Gratian. cap. 716. n. 19. verſ.
maximè quia, Dunozett. Iun. dec. 829. num. 13.
Card. Seraphin. dec. 599. num. 6. Card. Caua-
lcr. dec. 199. nu. 6. Card. Celſ. dec. 156. n. 7. &
dec. 190. nu. 5.

19 Tum etiam quia, cum inſtrumentum rati-
ficationis legatur factû à Patre in Domo ip-
ſius Ouidij, ex hoc apertè deprehenditur, fi-
lium principaliter habitaſſe Domum pro-
priam, Patremque acceſſoriè cum eo, quo
caſu dicitur habirare ſeorſum à Patre, quàm-
uis Pater habitet cum filio in domo, quæ eſt
ipſius filij, præcipuè, ſi filius negotietur, tam-

quàm

quàm pcincipalis, vt in ſpecie *Paſchal.de patr. poteſt. part.4. cap.10.nu.22. verſ. & è contra*, *Guglielm.de Benedict.* aſſerens menti tenēdum in *cap. Rainutius* uerbo *Matrem num.25. circà medium verſ. circa quod Caſſan. ad conſuetud. Burgdun. rubr.6. §.3.* vecbo *cnſcparcnt*.

Neq; prædictis aduecſatuc replicatio contraciæ deciſionis cocā *Coccino*, quod contractus fuerint per Ouidium celebrati poſt annum 1595., quo tempoce fuit permutata Domus.

Siquidem contractus negotiationis incæperunt vſque ab anno 1591., atque adeó longè ante dictam permutationem; cumque conſtet de negotij continuatione, præſumēdum eſt, quòd anteà dictus Ouidius ſua diligentia, & induſtria, vel aliàs proſpera for-
20 tuna pecuniam comparauerit, cum ex ſubſequentibus declaretuc ſtatus præcedens, *l. ſi ſeruus plurium §.1. de legat.1. Rot. in recent. dec.191. nu.11. part.6.* & in his terminis *Abb. d. conſ.36. num.2. verſ primò quia col.2. in fin. Becc. d. conſ.113. nu.10. verſ. primo quia*.

Multòque fortiùs incontcouectibile redditur Ius noſtri principalis ſuper duabus domibus emptis in annis 1609. & 1610. vnitis cum
21 Domo permutata, cum ex pcæcedentibus, & ſubſequentibus negotiationibus nomine proprio factis ſatis veriſimile videatur, Ouidium tantum lucrari potuiſſe, quantum ad prædictas Domos compacandas ſufficeret, quæ veciſimilitudo in hac materia potiſſimū attendituc, *Cranett. d. conſ.61. ad fin. lib.1. Becc. d. conſ.113. num.10. verſ. primò quia* quarum Dominium, ſiue Ouidius fuerit aſſequutus tempoce permutationis, ſiue vnionis, ſiue quouis alio tempore poſt impoſitionem cenſus, ſufficit ad effectum inducendi hypothecam, ex qua oritur Saluianum, ſtante obligatione bonorum præſentium, & futurocum
22 pro obſeruatione contractus dicti cenſus, etiam in caſu inualiditatis ratione damnorū, & intereſſe iuxta receptam opinionem *Rot.*, de qua *Cenc. de cenſ. qu.19. nu.41. & ſeq. Rot. poſt eundem dec.58. nu.3. in fin. Adden. ad Buratt. dec.853. lit.B. Cardin. Seraphin. dec.787. nu.1. & ſeq.*

Nullatenus verò aduecſatur, quòd Chriſtopharus Pater, & Ioſeph fratec conſenſum præſtiterint venditioni dictæ Domus factę ab Ouidio, & de nouo vendiderint.

23 Nam conſenſus, cum pcæteuſa noua venditione, inſpectis verbis Inſtrumenti, apparet expreſsè præſtitus ad maiorem cautelam, firmitatemque actus, vel ad integrandam iuxta aliquorum ſententiam perſonam filij ex diſpoſitione *Statuti Vrbis cap.152.* pcohi-
24 bentis abſque Patris conſenſu contcahere, uel potiùs, ex vecioci opinione catione præiudicij reſpectu vſusfructus à Patre quæſiti, & prætenſi in bonis aduentijs filij, ſuper quibus contrahere non poteſt abſque eodem Patris conſenſu, *l. fin. §. filijs autem* ibiq; *Salicet. C. de bon. quæ liber. Bald. in l.1. num.10. Cod. qui ad mitt. Caſtr. in l. ſi cum dotem eo tempore numer.13. ff. ſolut. matrim. Riminald. Rubr. inſtit. de donat. nu.521. & ſeq. Cruſſ. in § donatio cauſa mortis qu.3. nu.1. ante med. verſ. ſed contrariam. Gabr. conſ.2. nu.3. lib.1. Gratian. cap.781. numer.7. Merlin.* alios referens *contr.99. n.48. & ſeqq. lib.2. & contr.39. n.37. lib.1. Tondut. reſol. ciuil. c.35. n.2. lib.1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ 4. gloſ.7. part.3. nu.42. & ſeq. Cancer var. part.2. cap.1. de minor. n.96. & ſeq. Vuſſembecb. in Paratlit. ad lib.26. ff. tit.8. verſ. & communiter, Card. de Luca de dot. diſc. 32. num.12.* Vnde non debet immutare ſtatum præcedentem iam firmatum, quòd, nempè, Domus ſit aduentitia Ouidij ex tot vehementibus coniecturis, & ſignantec ex aperta confeſſione ipſiuſmet Patris, *Bero conſ.176. num.51. lib.1. Rot. in rec. deciſ. 320. num.47. par.6.*, & in ſpecie ſimilis pro-
25 miſſionis factæ ſolummodò ad cautelā, quòd ex ea acgui non poſſit, dominium ſpectare ad Patrem, conſtito de induſtria filij, egregiè *Rot.* videnda in *rec. dec.125. nu.4. & præcipuè nu.7. part.7.* rectèque conferunt deducta per *Card. Caualer. dec.100. num.7. verſic.*
26 *nec viſum fuit in cap.* Regulare enim eſt, vt ea, quæ ex abundanti, & ad maiorem cautelam fiunt, non noceant, *l. Teſtamentum C. de Teſtam. Roman. conſ.343. n.7. Gabriel conſ. 71. nu.3. lib.2.* aſſecens, quòd dicatur ad cautelam appoſitum id, quod neceſſarium non erat, *Card. Caualcr. dec.121. ſub n.1. Rot. in recent. dec.319. nu.9. part.1.*, & in ſpecialibus terminis obligationis filij familias, cum renunciatione beneficij, *l.1. & 2. C. quod cum eo, ac Statuti Vrbis 152.* alioquin non neceſſaria, eò, quia filius familias publicè pro Patre familias habebatur; ac ſeorſim à Patre habitabat, optimè *Bicb. dec.568. num.6.11. & duobus ſeqq.*

Tandem non releuat obiectum nullitatis
27 hypothecæ, quæ non poteſt conſtitui per filium ſuper bonis aduentitijs ratione vſusfructus Patri quæſiti abſque eiuſdem Patris cōſenſu, tàm inſpecto Iure ſtatutario, quàm communi, *l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ liber. l.3. vbi gloſ. Cod. de patr. poteſt. Michalor. de fratr. part.1. cap.3. nu.17. Merlin. contr.99. nu 48. & ſeqq. lib.1. Tondut. reſol. ciuil. cap.35. num.2. lib.1. Afflict. dec.241. num.2.*, adcò
28 ut iuxta receptiorem ſententiam alienatio facta per filium ſine Patris conſenſu non ſolùm ſit nulla, quòad uſumfructum fauoce ipſius Patris quæſiti, ſed etiam, quòad propcietatem reſpectu ipſiuſmet filij alienantis, qui etiàm, mortuo Patre, poteſt alienationem cenocace, *Caſtr. in l. hæredi 8. §. filia fam. nu.4.* ibique *Iacob. nu.6. in prima lectura, & nu.3. in 2.*

Digitized by Google

in 2. lectur. Angel. num.2. ff. de paet. Crauett. conſ.39. nu.10. & ſeqq. Fulgoſ.conſ.87. nu.2. ad fin. Bald.conſ.295. lib.4. Gratian. cap.781. nu.1. & ſeqq. Michalor. de fratr. d.cap.3. nu.17. 63. & ſeqq. Anton. Fab. in C. lib.6 tit.35. de bon. quæ liber. de fin.1. & 4. Rot. in rec. dec.596. nu.
29 *2. par.2.* Quidquid in contrarium firmet *Crauett.conſ.84. num.16. Coſta de Iur. & fact. ignoran. centur.2. diſtinct.47. nu.6. Theſaur. Iun. in addit. ad deciſ. Patris* 150.

30 Idque, etiam ſi alienatio fuerit iuramento firmata, *Roland.conſ.89. nu.5. & ſeqq. lib. 4.* Crauett.*conſ.39. nu.3. & conſ.84. n.2.* Curt. *Iun. conſ.152. nu.6. & ſeq. Gratian. d.cap.781. nu.3. Michalor. de fratrib. d.part.1. cap.3. n.17. verſ. nec volunt. Tondut. quæſt. ciuil. cap.63. nu. 21. & ſeq. Ant. Fab. in Cod. d. lib.6. tit.35. de bon. quæ liber. d. defin.4.*

Si enim Ius commune attendatur, eatenus
filius non poteſt alienare, ſiue hypothecare
31 aduentitia, quatenus agitur de Patris præ-
iudicio reſpectu vſusfructus, pro ut firmant
Iura, authoritateſque proximè allegatæ, cum
32 alioquin ſit abſoluta Iuris propoſitio, quòd
filius fam. de bonis aduentitijs, in quibus
Pater non habet vſumfructum, poſſit liberè
diſponere inter uiuos abſque aliquo Patris
conſenſu, *Bart. in l. fin. §. in neceſſitate nu.2. Cod. de bon. quæ liber. Pariſ. conſ.157. nu.17.18.32. & ſeq. lib.2. Purpurat. conſ.102. nu.4. Crauett. conſ.92. nu.1. & ſeq. Surd. conſ.116. nu.2. Fab. de Ann. conſ.17. num.53. & ſeq. Caſtill. de vſufruct. cap.3. nu.14. & ſeq. Michalor. de fratrib. part.1 cap.10. nu.5. de Marinis in obſeruat. ad Reuerter. dec.212. nu.2. Ludouiſ. dec.391. nu.2. & ſeq.*

Cúq; huiuſmodi uſusfructus in præſentia di-
ci debeat omninò per Patrem remiſſus, Tum
ex dicta confeſſione iurata, quòd, nempe,
Domus ad Ouidium *liberè, ac pleno Iure ſpe-*
33 *ctaret*, quod uerbum *liberè, ac pleno Iure* im-
portat remiſſionem Vſusfructus, pro ut poſt
Caccialup. in l. frater à fratre numer.8. in fin. ff de condit. indeb. in præciſis terminis firmat
Surd. conſ.259. n.17.

34 Tum etiam, quia Pater per ſcientiam, patientiam, & conſenſum, quód filius proprio negotietur nomine, cenſetur uſumfructum pariter remiſiſſe, quem in bonis aduentitijs filij alioquin habebat, ut in ſpecie *Menoch. conſ.282. ſub n.31. & ſeqq. lib.3. Surd. d. conſ. 259. nu.16. Aldouin. inter conſ. Peregrini conſil. 97. nu.57. lib.4. Gratian. cap.519. n.1. & duob. ſeqq. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.7 gloſ.11. part.1. nu.3. Rot. in rec. dec.24. pa.14.*

35 His igitur firmatis, quemadmodùm hanc nullitatem hypothecæ non potuit Pater opponere; ita etiam incontrouertibile eſt, illam allegare non ualere Aduerſariam, quæ Iura Patris repræſentat uulgata *l. cum à Matre C. de reiuindic. Aretin. conſ.102. nu.1. Ruin. conſ.*
Epiſc. Rocca Vol. II.

50. nu.53. lib.1. Soccin. conſ.13. num.5. verſ. & probatio lib.3. Ludouiſ. dec.172. nu.1. Buratt. dec.781. nu.4.

36 Qui Patris conſenſus, cum requiratur, tàm inſpecto Iure communi, quàm ſtatutario, non ad integrandam perſonam filij ad contrahendum ſuper aduentitijs; ſed tantummodó ratione præiudicij ſuper uſufructu Patri quæſito ex ſupra firmatis; ſufficit, ſi ſubſequatur, ex receptiſſima diſtinctione DD., quam pró indubitata ſupponit *Gabr. conſil.2. nu.1 lib.1.* latè *Gipſius penes de Marin. lib.3. alleg.107.*

37 Cæterùm ſublata penitus remanet quælibet difficultas, & remouentur quæcumque obiecta ſuper nullitate hypothecæ in aduentitijs, attentis terminis *Statuti Vrbis cap.152.* habentis in uentre limitationem, quoties filius familias publicè pro Patre familias habetur, quæ omnes qualitates ex ſupra firmatis in Ouidio concurrunt.

Iuxtà firmata fuit per Rótam *deciſum coram Reu. Priolo prout in* deciſ.82. *inter eius impreſſas repetita in* recent.dec.335 part.12. *cum receſſu à contraria deciſione* Coccini 1898. *inter eius impreſſas.*

ARGVMENTVM.

Hypotheca prioris Creditoris habentis creditum fructiferum tranſlata in ſecundum Creditorem acquirentem, ſiue ementem, cum ampliſſima Iurium ceſſione, an ſuffragetur, non ſolùm, quò ad ſortem; ſed etiam, quò ad fructus ex eodē credito; itaut illud remaneat fructiferum penes ſecundum creditorem ceſſionarium, quemadmodùm exiſtebat penes primum creditorem cedentem; Vel potiùs hypotheca, eiuſdemque anterioritas primo creditori cedenti competens non ſuffragetur ſecundo creditori ceſſionario pro fructibus debitis ex ſecundo contractu; Quidue aſſerendum in ceſſione crediti dotalis, quod poſt ceſſionem euaſit infructiferum, ſoluto matrimonio.

S V M M A R I V M.

1 *Legalis ſubingreſſio, vt ſibi locum vindicet, tria pernecesſè requiruntur enumerata per* gloſ. in l. Ariſto, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. *de quibus in preſenti.*
2 *Primum creditum, quoties transfertur inextin-*

Digitized by Google

ctum, & adhuc viuens in ſecundum Creditorem acquirentem, ſiue euentem, tunc concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra, ſit locus ſubingreſſioni in locum prioris Creditoris.

Idque non ſolùm, quò ad ſortem, de quo non eſt controuerſia; ſed etiam quò ad fructus poſtmodùm decurrendos.

Itaut, quemadmodùm creditum erat fructiferum penes primum Creditorem, ita etiam remaneat penes ſecundum.

3 Subingreſſio procedit, non ſolùm de credito ſimplici in aliud ſimplex, ſed etiam de cenſu in censũ, ſtante ceſſione Iuris luendi obtenta per tertium ſoluentem.

4 Procedit etiam de cenſu in quolibet aliud creditum fructiferum, vtpotè eſt dos, legitima, & ſimilia.

5 Idemque de cenſu impoſito pro extinguendo debito dotis.

6 Subingreſſio, miniſterio Iuris inducta, operatur, vt ſecundus cenſus non dicatur diuerſus à primo.

Adeòut, ſi primus fuit conſtitutus cum debitis ſolemnitatibus ſuper bonis alienari prohibitis, ſecundus creditor, qui ſubingreditur in locum primi, alijs non egeat ſollemnitatibus.

7 Ex primo credito fructifero, ſi creatur nouum proueniens ex nouo contractu, hypotheca competens primo creditori dimiſſo ſuffragatur ſecundo creditori, ſiue ceſſionario pro ſorte; non autem pro fructibus poſteà decurſis.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia dicitur deberi ex primo; non autem ex ſecundo contractu, non obſtante ampliſſima Iurium ceſſione, etiam tranſlatiua.

8 Dotis creditum, quoties extinguitur, creato cenſu, fructus non poſſunt dici debiti ex contractu dotis iam ſolutæ, ſed potiùs ex contractu cenſus.

Ideòque hypothecæ anterioritas, quò ad fructus poſteà decurſos non eſt metienda à primo contractu dotis iam extincto, mediante ſolutione, ſed potiùs à ſecundo contractu cenſus de nouo creati.

9 Impoſſibile eſt, fructus deberi ex duobus contractibus fructiferis; cum alioquin duæ deberentur ſortes, ſi vterque cenſus viueret.

10 Creditum dotale, ſoluto matrimonio, remanet infructiferum, adeòut dici non poſſit, niſi merum creditum pecuniarium.

11 Hypothecæ dotales in contractum cenſus tranſlatæ, ex quibus clauſulis non remaneant extinctæ, ſed adhuc durare dicantur fauore tertij ſoluentis, quò ad prælationem, & anterioritatem, non ſolùm, quò ad ſortem; ſed etiam quò ad fructus debitos ex contractu cenſus, & num. ſeqq.

12 Subingreſſionis ad effectum tàm quò ad ſortem, quàm quò ad fructus ſufficit, quòd ſimultaneè fuerit actum cum tertio ſoluente de conſequenda ceſſione, & de ſolutione dumtaxat facienda pro ſoluendo debito ſortis creditori cenſus, à quo ceſſio fuit obtenta, non autem animo eradicandæ obligationis.

13 Pactum de cedendo ſimultaneè actum inter creditorem, & tertium ſoluentem præualet ſolutioni, adeòut ſolutio debeat intelligi iuxta pactum, non autem pactum iuxta naturam ſolutionis.

14 Contraria fortaſsè procedunt, quoties poſt ſolutionem incontinenti fit ceſſio, ſecus verò, quando adeſt pactum antecedens de cedendo, depoſitum præciſè factum ſub ea lege, quòd priùs cedatur, & demum liberetur, & tandem ceſſio, & poſt illam pecuniæ liberatio.

15 Fideiuſſor cenſus, ſi ſoluit creditori eiuſdem cenſus, ab eoque ceſſionem Iurium obtineat, non dicitur cenſus extinctus.

Idque ea ratione, quia fideiuſſor non ſoluit, neque iurium ceſſionem reportat animo extinguendi cenſum; ſed potiùs ſibi acquirendi, fructuſque lucrandi, tamquàm de re fructifera.

16 Subingreſſio ſuffragatur ceſſionario, non ſolùm quò ad ſortem; ſed etiam quò ad fructus cenſus, ſtante vniuerſalitate, & prægnantia verborum.

17 Fructus cenſus, cum ſint principaliter debiti, tamquàm ſors, ſi ſubingreſſio, & ceſſio etiam pro illis non ſuffragaretur, eſſet inanis, cum ſors cenſus ſit irrepetibilis.

18 Pecunia, quoties eſt ſoluta debitori, eiuſdemque propria effecta, ſoluendo non poteſt habere Iurium tranſlationem; ſed ſolùm liberationem, & quietantiam.

19 Extinctio crediti fructiferi, quoties præcedit, ſubſequuta ceſſio ſubingreſſionem operari non poteſt, niſi quò ad ſortem; non autem quò ad fructus de futuro.

20 Contrarium aſſerendum, quoties pecunia ſoluta ne quidem per momentum temporis tranſiuit in dominium debitoris; ſed potiùs hac lege fuit depoſita, ne alteri, quàm Creditori ſoluatur, quìdque ille in actu receptionis omnia Iura cedere debeat.

21 Examinantur authoritates contrariæ, illaſque procedere oſtenditur in diuerſis caſibus.

22 Vel, quando primus cenſus fuit extinctus, & poſteà creatus ſecundus de pecunia ſoluta in extinctionem primi.

23 Vel, quando primum creditum non eſſet fructiferum.

24 Euictio cenſus dicitur ſequuta; quoties alius creditor fructuum exactioni ex fundo cenſito ſe opponit.

25 In prædicto caſu impedimenti ex facto aduerſarij prouenientis, an poſſit ceſſionarius ad illum excludendum vigore ceſſionis ſuam exercere hypothecam, etiam pro fructibus, ſaltem per viam retentionis.

26 Euictione fundi cenſiti ſequuta, vltra repetitionem ſortis, quia contractus cenſualis euaneſcit, eſt etiam locus refectioni intereſſi.

27 Huiuſmodi intereſſe comprehenſum ſub fructibus conuentis ſortitur eamdem anterioritatem ſortis, etiam poſt ſequutam euictionem.

28 Dotis contractus in contractum cenſualẽ tranſfuſus, ſiue nouatus cenſetur cum omnibus priuilegijs, etiam anterioritatis primo contractui dotis inhærentibus, tàm pro ſorte, quàm pro fructibus debitis ex ſecundo contractu.

Contraria procedunt in alijs contractibus non priuilegiatis.

29 Mutui Inſtrumentum ex dotibus dependens eadem dotis Iura, & priuilegia identificè retinet.

30 Fructus eamdem anterioritatem cum ſorte non habent; quoties ex diuerſo contractu proueniunt, & id quomodò ſit intelligendum.

31 Prior, & potior pro ſorte eſt etiam pro fructibus.

32 Creditum dotale, ſoluto matrimonio, ſi remãnet ex poſt facto infructiferum penes cedentem creditorem dotis, quomodò poſſit perſeuerare fructiferum penes ceſſionarium.

Adeòut, impoſito cenſu pro dotis ſolutione,

fru-

fructus non debeantur ex ſolo contractu dotis iam ſolutæ; ſed potiùs ex contractu cenſus informati ab hypotheca dotali in eumdem cenſum tranſlata.

33 *Creditum dotale ad hunc effectum non eſt neceſsè, quò d omni tempore perſeueret fructiferum; ſed ſatis eſt, quòd, tempore ceſſionis, fuerit fructiferum; quinimò aptum natum parere fructus*, & num. 39.

34 *Cauſa, quoties ſuum iam produxit effectum conſumatum, & radicatum, parum refert, quòd poſteà deficiat; non enim propterea deficit effectus in eſſe productus*, & num.47.

35 *Afferuntur Authoritates id ſpecificè firmantes in dote, & legitima.*

36 *Mixturæ præcipuus eſt effectus, vt reddat ſimplex eiuſdē naturæ, & ſubſtantiæ, ſignanter magis fauorabilis.*

37 *In contractibus conſiderari debet illorum cauſa, & origo.*

38 *Promiſſio conſiderari debet, tēpore contractus, nec attenditur, quid poſteà contingat.*

39 *Fructus regulantur ab origine contractus; itaut ſufficiat, naturam illius in actu primo eſſe aptam, natam producere fructus.*

40 *Poſtquàm primus contractus reperitur in ſecundum transfuſus, fructus ſunt debiti iuxta naturam ſecundi contractus, cum priuilegijs tamen, & qualitatibus, quæ primo inhærebant, tàm pro capitali, quàm pro interuſurijs.*

41 *Secundus contractus, ſi naſcatur ex radice primi contractus, aſſumit ſibi naturam ex eadem radice, tamquàm cauſa originali, fructus tamen iuxta propriam naturam parit.*

42 *Inſertum à prima radice prouenit, & alimentum ſumit, ſed poma ſuæ ſpeciei; non poma radicis affert iuxta ſingulare dictum* Baldi.

43 *Fructus, & origo, quæ à radice ſumitur, in quolibet deriuato reperitur.*

44 *Dos eſt Ius vniuerſale.*

45 *Regula, vt, reſoluto Iure datoris, reſolui etiam debeat Ius accipientis, procedit tantummodò in ijs, quæ dependentiam habent ſucceſſiuam; non verò in ijs, quæ in ipſo inſtanti radicantur, perfectionemque habent in ſe.*

46 *Stipulatio æſtimari debet non ſecundùm futuri temporis Ius; ſed potiùs præſentis.*

47 *Cauſa, quoties non reſpicit tempus futurum, ſufficit, quòd tempore ſtipulationis adfuerit, neque, illa ceſſante, ceſſat effectus.*

48 *De radice vitis, ſi palmes propagetur, deindèque radix vetus areſceret, non proindè diceretur eadem vitis cum illa, vnde proceſſit, licèt per nouam radicem eadem vitis noua dicatur.*

49 *Titulus dotis, licèt in ſe fuerit extinctus; nihilòminus adhuc viuit in cenſu, in quem fuit propagatus; & transfuſus.*

50 *Aliquid, vt dicatur extare, ſufficit, quòd quantumcumque modicum de illo extet.*

CAPVT CXXXVII.

SVPPOSITO pacto inito inter Roſſinumemptorem cenſus, & Scottos uenditores, quòd illę pecuniæ, quæ dabantur, ſoluerentur Leonio creditori Dotis, qui in actu receptionis cedere deberet eidem Roſſino omnia, & ſingula Iura anterioritatis, quæſtio eſt, de qua in Argumento.

Super huiuſmodi articulo ſatis inuoluto ob diſſidentes hinc indè Doctorum ſententias, & ob non adhibitas in ſingulis caſibus neceſſarias diſtinctiones, concurrentibus
1 neceſſarijs requiſitis pro inducenda legali ſubingreſſione. Primò, nempè, quòd fuerit initum pactum cum debitore, ut dans pecuniam ſuccedere debeat in locum, hypothecamque creditoris dimittendi.

Secundò, quòd pecunia ſoluatur debitori præcisè ad hunc effectum ſoluendi ſuo creditori, ab eoque pignus liberandi.

Tertiò tandem, quòd reuera eadem pecunia ad primum creditorem perueniat, iuxta receptiſſimam, & celebrem *gl. in l. Ariſto ff. quæ res. pign. oblig. poſſ.*

Recepta eſt diſtinctio, quòd, aut primum creditum transfertur inextinctum, & adhuc
2 uiuens in ſecundum creditorem acquirētem, ſiue ementem, & tunc abſque dubio, concurrentibus potiſſimùm dictis tribus requiſitis, fiat locus ſubingreſſioni in locum prioris creditoris dimiſſi, non ſolùm, quò ad ſortem, ſuper qua nulla adeſt controuerſia; ſed etiam, quò ad fructus poſtmodùm decurrendos; Ita ut, quemadmodùm creditum erat fructiferū penes primum creditorem; ita etiam remaneat penes ſecundum, cum eadem anterioritate hypothecæ tranſlatę in ſubingredientē ex legis miniſterio, tàm, quò ad effectum, quàm etiam, quò ad eſſentiam, & numerum, *l.1.* ubi *gloſ., & Interpretes Cod. de his qui in prior. credit. loc. ſucced., gloſ. in d. l. Ariſto ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* & ex recentioribus *Cuyac. lib. 11. reſponſ. Papin. in l. ſi prior §. ad Titium ff. qui potior in pignor habeat, Caſanatt. cōſ. 10. nu. 75. Camill. de Medices conſ. 165. nu. 35. & 44. verſ. quintus effectus, Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 16. n. 47. & ſeqq. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſib. quæſt. 5. n. 141. & ſeqq. Amat. reſol. 7. nu. 33., & 39. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 35. num. 29. & nu. 32. Theodor. allegat. 68. nu. 10. Andreol. contr. 348. num. 23.* late eruditiſſimus Præceptor meus *Arias de Meſa Var. lib. 1. cap. 1. nu. 1., & ſeqq. de Marin. reſol. lib. 1. cap. 76. num. 16. & ſeqq. & in obſeru. ad deciſ. Reuert. 580. nu. 2. Giurba obſeru. 11. num. 4. & 43. & dec. 87. nu. 21. & 34. Thor. in ſupplem. uerbo Creditor an ſubrogari poſſit Card. de Luca de credit. diſc. 5. num. 12. & ſeqq. Staiban. Iun. reſol. Iur. 81. n. 6. & ſeqq. lib. 1. Marcian. Inn. diſp. 76. nu. 16. lib. 2. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 9. defin. 4. Milanenſ. deciſ. 8. per tot. præcipuè nu. 38., et dec. 13. n. 2., et 28. part. 1. Capyc. Latr. deciſ. 16. num. 15. et ſeqq. Ioann. Franc. de Ponte dec. 34. nu. 44. et ſeqq.*

3 Eademque ſubingreſſio procedit, non ſolùm de credito ſimplici in aliud ſimplex; ſed etiam de cenſu in cenſum, quando, nempè, tertius, qui ſoluit, ceſſionem Iuris luendi, ſeu

redimendi annuos introitus cum eorum ca-
pitali á Debitore priùs obtinuiſſet, qua ob-
tenta, ad ſui beneficium aſſequutus eſſet á
creditore retrouenditionem eorumdem in-
troituum, cum ampliſſima Iurium ceſſione,
iuxta praxim in Regno Neapolitano intro-
ductam, de qua *Theodor. de Marin. Staiban.
Inn. Ariaſ. de Meſ. et Capyc. Latr. in locis pro-
ximè laudatis*.

Nec non etiam de cenſu in quodlibet aliud
creditum fructiferum, prout eſt Dos, legiti-
4 ma, & ſimilia, cum eadem ratio militet in
utroque caſu, *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu.
16. nu. 50. Coſta Sicul. conſ. 63. nu. 4. et ſeqq.,
præcipuè nu. 17. in fin. Add. ad Molin. de Primo-
gen. lib. 7. cap. 10. nu. 25. et ſeq. in fin. verſ. et
prædictorum, Amat reſol. 7. n. 33., et 39. An-
dreol. contr. 348. nu. 23. Giurba* loquens in do-
te, & legitima *obſeru. 11. nu. 12. 16. et duobus
ſeqq., et nu. 28 36. et ſeq. Carleual. de Iudic.
tom. 2. tit. 3. diſp 35. nu. 29. 32., et duob. ſeqq.
Staiban. Iun. reſol. 81. per tot. lib. 1.* ubi etiam de
5 cenſu impoſito pro extinguendo debito do-
tis, *Thor. in compend. deciſ. part. 3.* uerbo *credi-
tores anteriores, Larrea dec. 20. per tot. ſignantèr
nu. 17. et ſeq.*

Huiuſmodi uerò ſubingreſſio miniſterio
Iuris inducta eſt tantæ efficaciæ, vt ſecundus
6 cenſus in nihilo dici debeat diuerſus à pri-
mo; ideòque, ſi primus fuerit conſtitutus cũ
debitis ſolemnitatibus ſuper bonis alicuius
Maioratus, uel alienari prohibitis, ſecundus
creditor, qui ſubingreditur in locum primi,
alijs non egeat ſolemnitatibus, quibus pro-
fectò indigeret, ſi ſecundus eſſet diuerſus à
primo, *Roderic. de ann. reddit. d. lib. 2. qu. 16.
nu. 51. Peregrin de fideicom. art. 40. nu. 31. Mo-
lin. de Primogen.* Hiſpan. *lib. 1. cap. 10. ex nu.
27. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in tract. de aſſenſ. §.
trigeſimo ſecundò quæro num. 4. verſ. nec obſtat.*
quos refert, & ſequitur *Carlenal. de Iudic. tom.
2. tit. 3. diſp. 35 n. 32. & ſeq.*

Si uerò primum creditum fructiferum ex-
tinguitur, nouumque creatur ex nouo pro-
7 ueniens contractu, & tunc hypotheca primo
creditori dimiſſo competens poteſt ſuffra-
gari ſecundo creditori, ſiue ceſſionario pro
ſorte, non autem pro fructibus poſteà decur-
ſis, qui dicuntur deberi, non ex primo, ſed
ex ſecundo contractu; idque non obſtante
qualibet ampliſſima Iurium ceſſione, etiam
translatiua, prout omiſſis alijs latiſſimè fir-
mant *Roder. de ann. redd. d. qu. 16. num. 50. &
ſeqq. Camill. de Medic. conſ 165. ſub n. 45. verſ.
quintus effectus eùm ſeq. Maſtrill. ad Petr. de
Gregor. de cenſib. qu. 5. nu. 146. Amat. reſol. 7.
num. 30. & ſeqq. Giurb. obſ. 11. nu. 25. de Ma-
rin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 76. nu. 16. & ſeqq.
Cenc. de cenſ. qu. 71. nu. 14. & ſeq. Ioan: Franc.
Marcian. diſp. 75. num. 15. & ſeqq. lib. 2. Roc-
cus reſp. 44. nu. 15. & ſeq. & reſp. 49. per tot.
lib. 2. Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. qu. 1. nu. 32. Card.
de Luca de credit. d. diſc. 5. nu. 5. & ſeqq. Ton-
dut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 21. nu. 19. Giurb. dec.
87. nu. 6. & ſeq.*, & me ſcribente *Rot. in rec.
dec. 440. part. 14* confirmata in eadem cauſa
in Romana Saluiani 14. Februarij 1667. co-
ram Reuerendiſſimo Otalora.

Hac igitur receptiſſima diſtinctione præ-
miſſa, ſatis uidetur urgere, quòd in præſen-
ti themate uerſemur in ſecundo diſtinctionis
8 membro. Creditum enim dotale Leonij cedẽ-
tis, quod erat penes eumdem fructiferum,
non legitur translatum uiuens, & inextinctũ
in Roſſinum acquirentem, ſiue ceſſionarium,
ita vt locus eſſe potuerit ſubingreſſioni in lo-
cum creditoris dimiſſi, tàm, quòad ſortem,
quàm, quòad fructus poſteà decurrendos iu-
xtà ſuperiùs deducta in primo membro di-
ſtinctionis; ſed potiùs creatus cenſus uendi-
tus Scottis debitoribus Dotis, deindeque ex
ſorte eiuſdem cenſus dimiſſus Leonius eiuſdẽ
dotis Creditor; ideòque, cum fructus dici nõ
ualeant debiti Roſſino ex contractu Dotis iã
ſolutæ, ſed potiùs ex contractu cenſus, utique
hypothecæ anterioritas, quò ad fructus po-
ſteà decurſos nullatenùs eſt metienda à pri-
mo contractu dotis iam extincto in vim
9 ſolutionis, ſed à ſecundo contractu cenſus ex
recenti creari, *Amat. d. reſolut. 7. nu. 39.*, re-
ctè aduertens, quòd ſit impoſſibile, fructus
deberi ex duobus contractibus fructiferis,
cum alioquin duæ deberentur ſortes, ſi vtr-
que contractus viueret, *de Marinis d. reſolut.
76. num. 11. lib. 1. Roccus d. reſp. 49. num. 14.
lib. 2. Thor. in compend. dec. part. 2.* verbo *cre-
ditor, qui pecuniam, Carleual. de Iudic. d. diſp.
35. ſub nu. 49. verſ. atquè item*, alijque ſupe-
riùs adducti in ſecundo membro diſtinctio-
nis.

Fortiùs augetur difficultas; quàmuis enim
creditum dotale, conſtante matrimonio, in-
ſpectoque tempore ceſſionis reportatæ per
Roſſinum à Leonio eſſet fructiferum, eodem
10 tamen matrimonio diſſoluto, remanſit om-
ninò infructiferum; adeò, vt dici non potue-
rit, niſi merum creditum pecuniarium ex no-
tiſſimis Iuris principijs; atque adeò ſubin-
greſſio non poſſit ſuffragari pro fructibus
cenſus decurſis, ſoluto matrimonio; cum
alioquin contra regulas Iuris Leonius credi-
tor Dotis, illiuſque fructuum, conſtante tan-
tummodò matrimonio, plus Iuris ceſſiſſet
Roſſino, quàm ipſe haberet, ſi dicamus, ei-
dem Roſſino ceſſionario fructus dotis, ſolu-
to matrimonio, deberi.

Verùm prædictis nullatenus aduerſanti-
bus contrariam ſententiam exiſtimo, poſſe
11 ſuſtineri, quòd, nempè, Roſſinus fuerit
ſubingreſſus in locum Leonij creditoris Do-
tis cum eadem hypotheca anteriori, non
ſolùm, quòad ſortem, de qua non poteſt du-
bita-

Digitized by Google

bitari ; ſed etiam, quò ad fructus cenſus po-
ſteá decurſos.

Licèt enim contractus dotis fuerit extin-
ctus in vim ſolutionis ; cum tamen ſecundus
contractus cenſus non aliter fuerit initus ,
quàm, expreſſo animo ſubingrediendi in lo-
cum primi contractus dotis, ad quem effectū,
non ſolùm fuerunt ſpecificè per Roſſinum
depoſitatæ pecuniæ, ſed vlteriùs, præter ſub-
ingreſſionem legalem, alioquin inductam ob
tria requiſita concurrentia, quę fuerunt ſu-
periùs recenſita, quibus ſtantibus, neque
erat neceſſaria ceſſio ; ad abundantiorem
cautelam eadem ceſſio fuit obtenta quorū-
cumque Iurium, & hypothecarum, nec non
anterioritatis, & potioritatis; adeò vt ſimul-
tanèè actum fuerit de conſequenda ceſſione,
12 & de ſolutione dumtaxat facienda ad præ-
ciſum effectum eximendi Scottos debitores à
Iudicio Leonij primi Creditoris Dotis ; non
autem animo tollendæ, eradicandæque obli-
gationis, nec non extinguendi idem debitū
dotis; Quibus ſtantibus, nullatenus poteſt di-
ci, quód hypothecæ dotales in ſecundum cō-
tractum cenſus translatæ remanſerint extin-
ctæ ; ſed adhuc durare dicantur, quò ad præ-
lationem, & anterioritatem, etiam pro fru-
ctibus debitis ex contractu cenſus, iuxtà re-
ceptam ſingularemque Theoricam *Bald. in l.*
1. *nu.*5. ibique *Salicet. nu.*4. *&* 5. *in fin. verſ.*
oppone 4. *C. de act.*, *& obligat.* vbi ait, quòd
13 pactum ſolutioni præualeat, & faciat illam
intelligi ſecundùm ſe, & non è contra, adeò
vt ſolutio debeat intelligi iuxtà pactum, non
autem pactum iuxtà naturam ſolutionis, quē
ſequuntur præ cæteris *Caſtr. in l. Modeſtinus*
*76. n.*1. ibiq; *Imol. n.*4. *ff. de ſolut. Alberic. in*
l. Papinianus 28. *ff. mandat. Caſanatt. conſil.* 10.
*num.*101. *& ſeqq. & conſ.*11. *num.*19. *& ſeqq.*,
*Roder. de ann. redd. d. lib.*2. *qu.*16. *ſub numer.*61
verſ. aduerte tamen, quòd hypotheca, optimè
videndus *Io: Franc. de Ponte conſ.*6 *num.*6. *&*
*ſeqq. & num.*10. *verſ. hæc ſint ex abundanti, lib.*
1., vbi, quòd aliqua poſſit eſſe controuerſia,
quoties poſt ſolutionem incontinenti fit ceſ-
14 ſio ; ſecus, quando, pro vt in præſenti the-
mate, adeſt pactum antecedens de cedendo,
depoſitum præcisè factum ſub ea lege, quód
priùs cedatur, & demum liberetur, & tan-
dem ceſſio, & poſt illam pecuniæ liberatio,
Carlenal. de Iudic. d. tit. 3. *diſp.*35. *num.*39. *verſ.*
ſed temperando rigorem, benè *Staiban. Iun. d. re-*
*ſol.*81. *per tot. lib.*1. *Theodor. d. alleg.*68. *nu.*14.
*& ſeq. Maſtrill. dec.*119. *num.*16. *& ſeqq. Caſtill.*
*dec.*5. *nu.*37. *& dec.*17. *n.*35. *& ſeqq. Milanenſ.*
*dec.*14. *nu.*25. *& ſeq. part.*1.

Pro ut in ſimili etiam dicitur, quòd, ſi fi-
deiuſſor cenſus ſoluat creditori eiuſdem cen-
15 ſus ab eoque obtineat ceſſionem Iurium, non
dicitur cenſus extinctus, quia fideiuſſor non
ſoluit, neque ceſſionem Iurium reportat
animo cenſum extinguendi ; ſed potiùs ſibi
acquirendi, & lucrandi fructus, tamquám
de re fructifera, vt per *Text ſingularem in leg.*
cum is 36. *verſ. non enim, ff. de fideiuſſoribus*, ibi:
Non enim in ſolutum accipit creditor ; ſed quo-
dammodo nomen debitoris vendit, in ſpecie
firmant *Cenc. de cenſ. qu.*71. *nu.*18. *in fin. Caſa-*
*natt. conſ.*14. *num.*6. *& ſeqq.* Hering *de fideiuſſ.*
*cap.*28. *num.*44. *verſ. nec obſtat, Toudut. lib* 2.
*quæſt. ciuil. cap.*128. *nu.*3 *& ſeq. Epiſc. Thomat*
*dec.*23. *nu.*31. *Capyc. Latr. dec.*16. *nu* 29. *Vbald.*
*dec.*324. *num* 2. *& ſeqq. & dec* 97 *nu.*7. *Merlin.*
*dec.*512. *num.*5. 10. *& ſeqq. Rot in recent. deciſ.*
364. *num.*1. *& ſeq. part.*4. *& dec.*273. *nu.*21. *p.*
9. *& dec.*183. *nu.*2. *& duobus ſeqq. & dec.*366.
*n.*3. *& ſeq.* poſt *Cenc. de cenſ.* & Nos alibi la-
tiori firmauimus calamo, in hoc eodem Vo-
lumine.

Quæ omnia eo magis, inſpecto præſenti
themate, remanent ex pluribus comprobata;
Primò, quia ſubingreſſio in locum prioris
creditoris ex cauſa dotis legitur conuenta,
nec non etiam facta per hæc ipſiſſima verba:
Ita & taliter, quòd Roſſinus ſemper, & quan-
docunque illius Iuribus vti poſſit ad excluſionē
quorumcumque creditorum in euentum cuiuſ-
cumque euictionis cenſuum, litium, & quarum-
cumque moleſtiarum ſuper eo quoquo modo iu-
dicialiter, vel extraiudicialiter inferendarum,
& in omnes, & quoſcunque alios caſus, & om-
ni alio meliori modo. Ex quibus prægnantiſſi-
mis, & vniuerſaliſſimis verbis, & cautelis
ſatis liquidò depræhenditur, eam fuiſſe con-
16 trahentium voluntatem, vt, nempè, ſubin-
greſſio ſuffragetur, etiam reſpectu fructuum
cenſus ; alioquin enim excluſio creditorum
in caſu quarumcumque moleſtiarum nulla-
tenus eſſet verificabilis, ſi Roſſinus ſe tueri
non poſſet anterioritate contra alios credi-
tores.

Stante igitur hac expreſſa contrahentium
voluntate de inducenda ſubingreſſione, &
reſpectiuè obtinenda ceſſione Iurium, etiam
pro fructibus cenſus, hoc caſu, adhuc pro il-
lis, quàmuis debitis ex ſecundo contractu,
ſuffragari omninò debet ſubingreſſio, ex la-
tè adductis per *Staiban. Iun. reſol* 81. *nu.*6. *&*
*ſeqq. lib.*1. *Giurb. obſer.*11. *nu.*28. *Rot. Auctio.*
*dec.*146. *nu.*1. *&* 8.

Secundò, quia, cum agatur de fructibus
cenſus, qui ſunt principaliter debiti tam-
17 quam ſors *Fab. de Anna conſ.*30. *nu.*7. *& conſ.*
48. *n.*13 *Camill. de Medic. conſ.*86. *nu.*15. *Gra-*
*tian. cap.*224. *num* 52. *& cap* 206. *nu.*19. *&*
*ſeq. Franch. dec.*254. *num* 9. *Merlin. deciſ.*663.
*nu.*10. *& ſeqq. Fontanell. dec.*705. *nu.*5. Si ſub-
ingreſſio, & ceſſio, etiam pro illis non ſuffra-
garetur, abſque dubio inſeruiret de vento,
& omninò redderetur inanis ; cum ſors eiuſ-
dem cenſus ſit irrepetibilis, & habeatur pro
demortua, *Galeot. contr.*61. *num.*50. *lib.*1. *Cri-*
nell,

Digitized by Google

*uell.dec.Dolan.*103.*num.*7. *& ſeqq. Fontauell. dec.*205. *nu.*5. *& ſeq. Bich. dec.*204. *num.*23.
quo argumenti genere in his terminis vtun-
tur *Maſtrill.ad Petr.de Gregor.de cenſ.qu.6.nu.*
94. egregiè *Giurba d. obſeru.*11. *num.*2. *Mila-
nenſ.dec.*8. *num.*369. *& dec.*13. *num.*26. *&
duobus ſeqq.* vbi reprobat Cannet.& alios cõ-
trarium ſentientes, *Caſtill.dec.*17.*num.*44.*&
ſeq.Rot.in rec.d.dec.*328. *num.*29. *part.*9.rectè
aduertens, quòd, ſtante Iuris reſiſtentia, quò
ad ſortis cenſus irrepetibilitatem, anteriori-
tas hypothecæ reſeruatæ inſeruiret de vento;
niſi etiam competeret pro fructibus.

Tertiò, quia in præſentia reuera pecunia
per Roſſinum ſoluta, neque per momentum
temporis tranſiuit in dominium debitoris.
cum fuerit ſactum depoſitum in Æde publi-
ca ſub hac expreſſa lege, ne ſolutio alteri fie-
ret, quàm creditori, quòdque idem in actu
receptionis omnia cederet Iura; Ideòque nõ
applicantur deducta per *Rotam in Romana
Saluiani* 14. *Februarij* 1667. *§ fin. coràm Re-
uerendiſſimo Otalora*, quæ forsàn in ſuo caſu
18 poſſent procedere; ibi enim pecunia fuerat
ſoluta debitori, eiuſdemque propria effecta,
& ideò ſoluendo non poterat habere Iurium
translationem, ſed ſolùm quietantiam, &
liberationem; Vnde meritò, dum præceſſe-
rat extinctio crediti fructiferi, ſubſequuta
ceſſio ſubingreſſionem operari non poterat;
19 niſi, quò ad ſortem; non autem, quò ad fru-
ctus de futuro, ex adductis per *Roder.de ann.
reddit. d.qu.*16. *nu.*52. *Amat.d.reſolut.*7.*nu.*32
& 38.*Molin.de Primog. lib.*1.*cap.*10.*num.*27.
*verſ.ſi verò, Carleual.de Iudic d. diſp.*35.*nu.*35.
*Giurb.obſeru.*11. *nu.*27. cũ alijs ſupra allega-
tis. Quæ omnia non concurrunt in præſentia,
cum pecunia, ne quidem per momentum tẽ-
20 poris in dominium tranſiuerit debitoris; ſed
hac lege fuerit depoſita, ne alteri, quàm
creditori ſoluatur, quòdque ille in actu rece-
ptionis omnia Iura cederet.

Prout, neque etiam adaptantur anthori-
tates allegatæ in eadem deciſione; ſingulas
cum breuiter percurrendo, *Capyc.Latr.d.de-
ciſ.*16. *num.*5. loquitur, quando primus cen-
21 ſus fuit extinctus, & poſteà creatus ſecundus
de pecunia ſoluta in extinctionem primi, ac
proinde, quocumque pacto non obſtante,
nullatenus poterat conſiderari ſubingreſſio
in creditum extinctum, quod non poterat
ampliùs parere fructus.

In eiſdem terminis loquitur, & eſt intelli-
gendus *de Marinis quotid.reſol.d.lib.*1.*cap.*76.
*nu.*10. *& ſeq.* alioquin enim loqueretur con-
22 tra Iura aperta, & receptas Doctorum ſen-
tentias, deciſioneſque ſui Senatus Neapoli-
tani ſuperiùs laudatas.

*Tondut.d.reſol.ciuil.*21.*num.*18.*& ſeq.lib.*1.
totam vim conſtituit in eo, quòd primum
creditum non eſſet fructiferum, ideoq; cum
fructus non deberentur ex primo, ſed ex ſe-
23 cundo contractu, rectè aſſerit, deberi ab illa
die ſecundi contractus, & potiſſimum huic
etiam motiuo innititur *Card. Celſ. deciſ.*302.
*num.*15. vnde vtraque hæc poſtrema authori-
tas potiùs mirificè retorquetur, dum primum
creditum, in quod Roſſinus fuit ſubingreſſus,
erat fructiferum, & ex illo fructus debeban-
tur.

Quartò, quia, cum fuerit conuenta, reſpe-
ctiuèque facta ceſſio Iurium dotalium, eue-
niente caſu euictionis cenſus, quæ quodam-
modò dicitur ſequuta, quoties alius creditor
24 fructuum exactioni ex ſundo cenſito ſe op-
ponit, *Ancharan.in cap. quærelam ſub num.*6.
verſ. quandoque denegat de elect. ibique *Ho-
ſtienſ.nu.*14. *Ferrett. conſ.*204. *num.*3. *Vrceol.
conſult.*2. *nu.*33. *et ſeq.Merlin. dec.*639. *nu.*5.
& ſeq. & magis indiuidualiter *Bich. dec.*204.
*num.*22. *& dec.*504.*nu.*5. quæ ſunt repetitæ in
*recent.dec.*328. *nu.*26. *p.*9. *& deciſ.*243. *nu.*6.
*& ſeq.part.*11.

Abſque dubio, cum huiuſmodi impedi-
mentum in præſentia contingat ex facto ip-
ſiuſmet Aduerſarij, poterit Roſſinus ad illum
excludendum vigore ceſſionis ſuam exerce-
25 re hypothecam, etiam pro fructibus, cum
eadem anterioritate ſortis, ſaltem per viam
retentionis, *Bich d.dec.*204.*nu.*22.*verſ.& ex-
erceri.*

Potiſſimum, quia, cum, ſequuta euictione
ſundi cenſiti, vltra repetitionem ſortis com-
26 petentem, quia contractus cenſualis euane-
ſcit, *Boccac. de cenſ. part.*2. *num.*187. *Cenc.de
cenſ qu.*116, *nu.*1. *& ſeq.Rota poſt eundẽ* 548.
*num.*2. *&* 549. *num.*1. & poſt *Merlin. de pi-
gnor.dec.*47. *num.*1. *Duran. dec.*449. *numer.*2.
ſit etiam locus refectioni intereſſe ex adductis
per *Caball.conſ. ciuil.*94. *num.*4. *lib.*1. *Mart.
Medic.dec.*30. *num.*9. *verſ.condemnati etiam
fuerunt, & nu.*10. *cum ſeqq. & dec.*31. *nu.*7.8.
11.14. *& duobus ſeqq.* iuncta vtrobique *Addi-
tione Rot.* poſt *Merlin.de pignor.dec.*133. *num.*
14. *& ſeq.* & poſt *Cenc. de cenſ. deciſ.*549.
*num.*5. huiuſmodi intereſſe comprehenſum
27 ſub fructibus conuentis, eamdem ſortitur an-
terioritatem ſortis, etiam poſt ſequutam
euictionem, prout in ſpecie firmant *de Ma-
rin d.cap.*76.*n.*13.*& ſeq.lib.*1. *Galeot.contr.*56.
*nu.*33. *verſ.quod tamen, et ſeqq. lib.*1. *Thor. in
ſupplem.* verbo *creditor anterior pro ſorte*.

Quintò tandem, quia, attento priuilegio
hypothecæ dotali competenti, quoties con-
28 tractus Dotis in contractum cenſualem trã-
ſfertur, ſiue nouatur, cenſetur de vno in aliũ
transfuſus, cum omnibus priuilegijs, etiam
anterioritatis, quæ primo contractui dotis
inhærebant, tàm pro ſorte, quám etiam pro
fructibus debitis ex ſecundo contractu, opti-
mè *Caſtill.dec.*5. *nu.*37. *et ſeqq. & dec.*17. *ſub
n.*22. *verſ.et ſuper hoc*, benè *Galeot.d.contr.*56.
*nu.*23.

Digitized by Google

nu.23. et ſeqq. lib.1. quo loci dicit, quòd po-
ties contractus dotis in mutuum transfundi-
tur, ſiuè in contractum cenſualem, ſiuè con-
ſtitutionẽ annuorũ redditũum, quòd cenſea-
tur in alium transfuſus cum omnibus
priuilegijs, & qualitatibus, quæ primo con-
tractui inerant, tàm pro capitali, quàm pro
tertijs, & interuſurijs, ex eo quòd in Iure vni-
uerſali, cuiuſmodi eſt titulus dotis, debitum
ex vno contractu poſſit in debitum ex alio
conuerti; *de Marinis* referens deciſũ per Sa-
crum Conſ. Neapolitanum *lib.2. quotid.reſol.
cap.166. num.27. et ſeqq.* eruditus *Altimar. ad
Rouit.conſ.46.num.20. & duobus ſeqq.* Contra-
ria verò procedunt in alijs contractibus non
priuilegiatis, in quibus annui redditus ex ſe-
cundo contractu dependentes non haberent
eamdem anterioritatem, quam habet ſors ex
primo contractu debita, in quibus terminis
procedunt deducta per *Carleual. de Iudic. ex
aduerſo allegatum tom.2. tit.3. diſp.35. nu.50.*
prout rectè vtrumque caſum diſtinguunt *de
Marinis, & Galeot. in locis proximè laudatis.*

Prout in ſimili etiam dicitur, quòd Inſtru-
mentum mutui ex dotibus dependens eadem
29 dotis Iura, atque priuilegia identificè reti-
neat, *Eraſm. de Ponte apud de Mariu.d.c.166.
nu.35.lib.2.*

His igitur firmatis, videtur ſatisfactum
obiecto, quòd fructus non habeant anterio-
30 ritatem cum ſorte, quoties ex diuerſo con-
tractu proueniunt; cum enim ſecundus con-
tractus cenſus informetur, & quodammodò
veſtiatur ab hypotheca primi contractus do-
tis fructiferæ translata in eumdem ſecundum
contractum. Meritò illius anterioritas in-
ſeruire debet, etiam pro fructibus dicti ſe-
cundi contractus, pro vt ſuffragabatur in
primo; cum ſit regulare, vt prior, & potior
pro ſorte, ſit etiam pro fructibus, iuxtà no-
31 tiſſimam regulam *Text. in l. Iutius ff. qui potior
in pign. habeant.* cuius diſpoſitio indiſtinctè
procedit, illamque in his terminis expendunt
*Giurb.d.obſ.11. nu.19. Maſtrill. dec.119.num.
11. & in addit. ad Petr. de Gregor. de cenſ. qu.
6. num.94. Rot. in recent. deciſ.328. numer.29.
part.9.*

Atque ex his etiam patet reſponſio alteri
obiecto, in quo potiſſimùm exiſtimo, cardinẽ
32 totius difficultatis conſiſtere, quòd, nempè,
creditum dotale, ſoluto matrimonio, reman-
ſerit infructiferum, ideóque ſubingreſſio re-
ſultans ex miniſterio legis, concurrentibus
neceſſarijs requiſitis, iuncta etiam ceſſione
obtenta à primo dotis creditore, non poſſit
eſſe operatina reſpectu fructuum ipſius do-
tis, qui, quemadmodùm nullo Iure poſſint
prætendi ab ipſo creditore dotis cedente, ita,
neque etiam ab illius ceſſionario, cum ex vul-
gatis Iuris principijs nemo plus Iuris in aliũ
transferre poſsit, quàm quòd ipſe habeat.

Siquidem eſt animaduertendum, quòd fru-
ctus, ſoluta dote, impoſitoque cenſu pro il-
lius ſolutione, reuera non debentur ex ſolo
contractu dotis; ſed potiùs ex contractu cen-
ſus, informati tamen ab hypotheca dotali in
eundem cenſum translata; quæ, ſicuti indu-
bitanter ſuffragaretur Mulieri, ſiue Marito,
ſi cauſa dotis fuiſſet conuerſa in contractum
cenſus, ex firmatis per *Caſtill. dec.5. num.37.
et ſeqq. et dec.17. ſub nu.22. verſ. et ſuper hoc,
Galeot. d. contr.56. nu.23. lib.1. de Marinis lib.
2. quotidian. reſol. d. cap.166. num.27. & ſeqq.
Altimar. ad Rouit. conſ.46. num.20. et duobus
ſeqq* adeòut competeret hypothecę anterio-
ritas pro fructibus, etiam ſoluto matrimo-
nio, poſſetque prædictum creditum dotale
alteri cedi, retenta eadem anterioritate re-
ſultante ex hypotheca legali; ita pariter idem
videtur dicendum, extincta dote, ſubrogato-
que in illius locum cenſu, licèt creato cum
tertia perſona; Non enim, meo Iudicio, va-
let aſſignari congrua diſparitatis ratio inter
vnum, alterumque caſum.

Præcipuè, quia ad effectum, de quo agitur,
non videtur neceſsè, quòd creditum Dotale
33 omni tempore perſeueret fructiferum; ſed
ſatis eſt, quòd tempore ſubingreſſionis, ob-
tentæque ceſſionis fuerit fructiferum: quini-
mo à ſui primordio aptum, natum ſuaptè na-
tura parere fructus, quod idem eſt, ac ſi di-
catur, quòd attendi debeat principium, nul-
latenùs habita ratione, quid indè ſit euentu-
34 rum; Dum enim cauſa ſuum iam produxit ef-
fectum conſumatum, & radicatum, parum
refert, quòd poſteá deficiat, quia non pro-
pterea poteſt deficere effectus ille, qui fuit in
eſſe productus, & conſumatus, *Surd. conſil.
250. nu.24. Molin. de rit. Nuptiar. lib.3. qu.25.
nu.33. et ſeq. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.7.*
35 *gloſſ.2. num.6.* pro vt in ſpecie in Dote, & in
legitima firmarunt *Maſtrill. ad Petr. de Gregor.
de cenſ. qu.6. nu.45. Giurb. obſ.11. nu.4 et 33.
Milaneuſ. dec.8. et deciſ.13. numer.21. part.1.
Thor. in ſupplem. compend.* verbo *creditor an
ſubrogari poſſit.*

Multòque fortiùs, quia, cum Dos fuerit
admixta cẽſui, quem Roſsinus non aliter vo-
luit ad ſui fauorem creare, niſi illum infor-
mando anterioritate, & potioritate Dotis;
meritò Dos, eiuſque Iurium ceſſio admixta
cenſui aſſumpſit naturam perpetuam eiuſdẽ
36 cenſus, etiam, quò ad durationem fructuum;
hic enim eſt præcipuus effectus mixturæ, vt
reddat ſimplex eiuſdem ſubſtantiæ, & naturę,
ſignanter magis fauorabilis, & vtilis, *l. quæ-
ritur ff. de ſtat. homin. Bald. in l. ſi quis Decurio
num. fin. Cod. de falſ. Gabr. conſ.2. num.17. lib.1.
Anebaran. conſ.70. ſub n.1. verſ. pro cuius eui-
dentia repetito in conſ.346. Tiraq. de retract.
conſanguin. §.30. gloſ.1. ſub num.30. Contard.
in l. vnic. limit.2. in princip. num.27. Cod. ſi de*

mo-

*mòment. poſſeſſ. fol.*84. *iuxtà Venetam Impreſ-
ſionem ann.* 1574. *Gratian. cap.*569. *num.*24.
*Card. de Luca de Iure patr. diſc.*65. *numer.*22.
*verſ. aut veniunt, Cyriac. contr.*4.*nu.*62. *Cutell.
de donat. tom.*1. *diſc.*1. *partic. vnica. nu.*67.

37 Præcipuè, quia regulare eſt, vt in contra-
ctibus conſiderari debeat illorum cauſa, &
origo, *l. nam origo ff. quod vi, aut clam, cap fa-
ctum legitimè de regul. iur. in* 6. *Gratian. cap.*43.
*nu.*32. *Peregrin. de fideicom. art.*42. *numer.*96.
verſ. ex aduerſo, atque adeò, cum tempore
contractus, vſuræ ex primo dotis credito eſ-
ſent debitæ, hoc ſolùm ſufficere debet ad in-
ducendam prælationem in ſecũdo creditore,
in quem omnia priuilegia tunc temporis Do-
ti competentia fuerunt vigore ceſſionis tran-
ſlata; cum promiſſio conſiderari debeat tẽ-
38 pore contractus, nec attendatur quid poſteà
contingat, *l. Tutor ff. de fideiuſſorib. l. id quod*
vbi *gloſ. ff. de donat. l. aduersùs* Cod. *de non nu-
mer. pecun. Gratian. d. diſcept.*43. *nu.*32. *Pere-
grin. de fideicom. d. art.*42. *nu.*96. *verſ. ex ad-
uerſo conſideratur*, Pro vt in ſimili, quód fru-
39 ctus regulentur ab origine contractus; ita
vt ſufficiat, naturam illius in actu primo eſſe
aptam, natam producere fructus, firmauit
Rot. in Fulginaten. pecuniaria 23. *Iunij* 1670. *§.
tertia demum coram Rem. Albergato.*

Prædicta verò omnia ad euidentiam con-
firmantur; ſi enim ſemper, ſucceſſiuoq; tem-
pore attendi deberet qualitas primi contra-
ctus, poſſet dari caſus, quòd dans pecunias
ad cenſum cum pactis, de quibus *gloſa in d. l.
Aristo ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* non gaude-
ret anterioritate fructuum, quia forſan ille
primus cenſus reperiebatur impoſitus ſuper
domo; quæ progreſſu temporis corruit, vel
quia Dominus cenſus effectus fuit Dominus,
fundi cenſiti; adeò ut, ſi adhuc vigeret, pro
eo fructus ampliùs non eſſent debiti; & ta-
men, ſepoſita hac conſideratione, dubitari
non poteſt, quin anterioritas ſecundo credi-
tori competat, quò ad omnes fructus; idque
40 non ob aliam rationem, niſi, quia poſtquàm
primus contractus reperitur in ſecundum
transfuſus, fructus ſunt debiti iuxta naturã
ſecundi contractus, cum priuilegijs tamen,
& qualitatibus, quæ primo inhærebant, tàm
pro ſorte, quám pro interuſurijs, vt in ſpecie
egregiè ſubſtinet *Capyc. Galeot. d. controu.*46.
*lib.*1.

41 Idque ea potiſſimum ratione, quia, cum
ſecundus contractus naſcatur ex radice pri-
mi contractus dotis, aſſumit ſibi naturam ex
eadem radice, tamquàm cauſa originali; fru-
ctus tamen iuxta propriam naturam parit,
iuxta elegans dictum *Bald. conſ.*389. *num.*1.
*lib.*2. *verſ. & primò ſic*, vbi affert ſatis con-
42 ueniens exemplum de inſerto, quod à pri-
ma radice prouenit, & alimentum ſumit, ſed
poma ſuæ ſpeciei, non poma radicis affert,
quem ſequitur *Frecc. de ſubfeud. Rubr. quis Co-
mes numer.*39. *verſic.*5. *vt filius*, vbi quòd
43 fructus, & origo, quæ á radice ſumitur, in
quolibet deriuato reperiatur.

His omnibus accedat, quòd, ſicuti poſt
quàm ex pecunijs ad cenſum acceptis fuit ſa-
tisfactum Mulieri, licèt fructus dotis ceſſent,
fructus tamen cenſus ſunt debiti cum eadem
anterioritate in vim transfuſionis primi con-
tractus in alium; Ita eodem modo aſſeren-
dum, quòd poſtquàm ceſſat titulus dotis,
eiuſque fructus per matrimonij diſſolutionẽ,
fructus debeant eodem Iure ſuam anteriori-
tatem metiri á primo contractu, cum pri-
mum debitum fuerit deuolutum in ſecundum,
44 cumque Dos ſit Ius Vniuerſale, prout fir-
mant DD. in *Rubric. ff. ſolut. matrim.* hæc de-
uolutio fit abſque nouatione Iurium, & pri-
uilegiorum ex primo contractu competen-
tium, licèt fructus debeantur ex ſecundo cõ-
tractu, pro vt limitando *textum in l. ſingula-
ria ff. ſi cert. petat.* firmat *Bart. ibidem nu.*21.
& meliùs *in l. ſi quis cum aliter num.*4. *verſic.
præterea ff. de verbor. oblig. Laderch. conſil.*
113. *num.*10. *verſ.* 2. *reſpondeo Caſtill. d. dec.*
5. *num.*39. *& ſeqq. & dec.*17. *num.*32. *& ſeq.
Surd. dec.*138. *numer.*12. *Fontanell. deciſ.*559.
*num.*11.

Neque applicari valet regula, deſumpta
ex *l. lex vectigali* 31. *ff. de pignor.* in qua potiſ-
ſimùm ſe fundat contraria ſententia, quód,
nempè, Iure datoris reſoluto, reſolui etiam
debeat Ius accipientis, ideòque, reſoluto Iu-
re percipiendi fructus in dote, ſoluto matri-
monio, dici etiam debeat reſolutum Ius, ſal-
tem reſpectu anterioritatis in creditore, qui
45 dotis lucrum obtinuit. Regula enim prædi-
cta vindicat ſibi tantùmmodò locum in ijs,
quæ dependentiam habent ſucceſſiuam; non
verò in ijs, quæ in ipſo iſtanti radicãtur, per-
fectionẽque habent in ſe, *Bald. conſ.*469. *lib.*3.
Card. Tuſcus lit. R. concluſ 272. *num.*1. alijſque
adductis *Giurb. dec.*24. *num.*33. *verſic. reſpon-
deo ſecundo*; Ideòque ijs ſtantibus, cum omnia
dotis priuilegia, inſpecto tempore contra-
ctus, fuerint transfuſa in creditorem cenſus,
& in eo radicata, parùm curandum eſt de
ceſſatione fructuum in dote, dum ab ea ſuc-
ceſſiuam non habeant dependentiam; ſufficit
enim, quòd de eo tempore hoc Ius compete-
ret, quia non ſecundùm futuri temporis Ius,
ſed potiùs præſentis æſtimari debet ſtipula-
46 tio, *l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. obli-
gat.* & licet ceſſet cauſa dotis; non tamen
ceſſat effectus anterioritatis à creditore cẽſus
translatus; cum regulare ſit, vt, quoties cau-
47 ſa non reſpicit tempus futurum, ſufficiat,
quòd tempore ſtipulationis ad fuerit, neque,
illa ceſſante, ceſſat effectus, *l. ſi quis hæredem,
Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. Dec. conſ.*24. *num.*1.
*Tiraquell. in tractat. ceſſant. cauſ. limit.*4. *num.*1.

Idque

Idque, etiam confirmatur exemplo, quia
ſicuti, ſi de radice vitis palmes propagaretur,
48 deindè radix vetus ſiccaretur, non pro-
pterea, ſi palmes propagatus areſceret dice-
retur eadem vitis cum illa, vnde proceſſit,
licèt per nouam radicem eadem vitis noua
dicatur, ad tradita, per *gloſ. in l. obligationum
ferè*, verbo *fie, & in tradendo, ff. de action. &
obligat. Odofred.* alijs exemplis comprobans
in *l. ſed ſi ex meis, §. arbor num. 3. ff. de acquir-
rer. dom. Guglielm. de Benedict. in cap. Rainutius.*
verbo *mortuo itaque Teſtatore* il ſecondo *nu.
32. de Teſtam. Socem. Sen. conſ. 252. num. 18. lib.
2. Ruin. conſ. 115. n. 16. lib. 3. Rim. Iun. cõſ. 595. nu.
74. & ſeq. Menoch. conſ. 123. num. 102. Frece. de
ſubfeud. dict. Rubric. quis dicatur Comes num.
38. Tiraquell. de Iur. primog. qu. 40. num 32.*

Ita, etiam aſſerendum in præſenti, quòd li-
49 cèt titulus dotis in ſe fuerit extinctus; ni-
hilòminus adhuc viuit in cenſu, in quem fuit
propagatus, & transfuſus; adeòut contractus
cenſualis dici debeat contractus dotis, licèt
ob nouam ſtipulationem nouus contractus
appelletur; ad hoc enim vt aliquid extare
50 dicatur, ſufficit, quòd quantùmcumque mo-
dicum de illo extet *l. ſi cui inſulæ vſus, ff. de
vſufruct.* atque adeò facta huiuſmodi com-
miſtione, & transfuſione contractuum, licèt
ſtipulationes varientur, idem tamen eſſet cẽ-
ſendus, *Roman. conſ. 198. num. 1. verſic. ſed in
caſu propoſito, Tiraquell. de Iur. primog. dict. qu.
40. num. 36.* & probat optimus *textus in l. 1. §.
belliſſimè, & §. ſi quis ſub conditione, ff. vt legat.
ſeu fideicom. nom. caueat.* vbi, quòd in ſecundo
contractu eædem cauſæ, & conditiones ineſſe
dicantur, & probat *Giurb. obſeruat. 10 nu. 16.
in fin.*

ARGVMENTVM.

Inter duos Creditores diuerſis temporibus mutuantes ad conſtructionem, ſiue refectionem Domus, vltimus debet præferri, ex cuius pecunijs Domus fructifera euaſit, Vel ſaltem, cum vtrumque creditum ex eadem cauſa, & titulo proueniat, eſt locus concurſui. Declaratur *textus ſingularis in l. Idemque 7. verſic. quæro, ff. qui pot. in pign. habeant.*

Melior eſt poſſidentis conditio inter duos Creditores contendentes, quando in eadem re Ius habent inſolidùm, ſecus verò, quando ſimpliciter eiſdem Ius cõpetit pro partibus. Ad intellectum, *l. ſi debitor 10. verſic. inter ipſos, ff. de pignor.* Quidue aſſerendum, quoties eſt præſtita cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & de concurrendo cum æqualibus.

SVMMARIVM.

1 *Domini directi cauſa potior eſt, & anterior aduersùs quoſcumque alios creditores pro conſequutione canonum.*

2 *Pecunia debet expreſsè, ac nominatim tradi ad conſtructionem Domus, adhoc vt eidem competat hypotheca potior, & priuilegiata.*

3 *Fabris, ſiue Dominis cæmentorum competit potior hypotheca ſuper Domo conſtructa.*

4 *Inter duos Creditores mutuantes pecuniam ad conſtructionem, ſiue refectionem Domus diuerſis temporibus, vltimus debet præferri, ex cuius pecunijs Domus euaſit fructifera.*

Commendatur Ripa in l. priuilegia num. 1. ff. de priuileg. creditor.

5 *Vel ſaltem, cum vtrumque creditum ex eodem titulo proueniat, non attenditur tempus, ſed cauſa, neque inter eos datur anterioritas temporis ſed eſt locus concurſui.*

6 *Inter duos ceſſionarios eiuſdem crediti eſt locus concurſui, non attento tempore, cui priùs, vel poſteriùs fuerit facta ceſſio.*

Reprobatur contraria ſententia.

7 *Declaratur* text. ſingularis, in l. Idemque 7. verſic. quæro, ff. qui pot. in pignor. habeant; *vbi de concurſu duorum Pupillorum ſuper re ex eorumdem pecunijs comparata.*

8 *Inter duos Creditores concurrentes melior eſt conditio pignus poſſidentis.*

9 *Intellige, quando plures creditores habent in eadem re Ius inſolidùm, ſecus autem, quando ſinguli in ea Ius habent pro partibus.*

10 *Cautio præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus, & de concurrendo cum æqualibus, facit extare pecuniam.*

11 *Stante cautione prædicta creditor non poteſt præferri ratione poſſeſſionis pignoris; cum reuera non poſſit dici poſſeſſor.*

12 *Potioritas ratione poſſeſſionis non prouenit ex aliquo priuilegio, ſeu ſpecialitate Iuris; ſed potiùs à regula generali, quòd, data Iuris æqualitate, potior ſit conditio poſſidentis.*

13 *Vigilantibus, & non dormientibus Iura ſubueniunt.*

CAPVT CXXXVIII.

IVNIPERA de Manfronis Creditrix Colũbi pro ſorte, & fructibus cambij in ſcutis 1700. emit ab eodem cum pacto redimendi infra octo annos Domum controuerſam pro ſcutis 4200. in quorum diminutionem compenſauit prædictum creditum, pro reſiduo verò dotalia credita eiuſdem venditoris in ſe accollauit.

Cumque poſtmodùm inſurrexiſſet Vfreduccius, cuius ego Iura tuebar, creditor in ſcutis 700. ex cauſa cenſus impoſiti per eumdem Columbum pro ſoluendis canonibus debitis Monialibus S. Silueſtri, nec non pro

ſabrica in dicta Domo iam incepta proſe-
quenda, illaque perficienda; ſuit diſputa-
tum dubium in Rota, an eidem Vſreduccio
competat prælatio, ſeu potiùs concurſus, &
pro qua rata.

Quò ad ſcuta 200. ſoluta Monialibus pro-
prietarijs pro canonibus decurſis, cum ceſ-
ſione Iurium, vtique præferendus eſt Vſre-
1 duccius Aduerſariæ, cum pro conſecutione
Canonum præteritorum exploratiſſimi Iuris
ſit, quòd Domini directi cauſa potior ſit, &
anterior aduersùs quoſcumque alios credi-
tores, *l. etiam 16. ff. qui pot. in pign. habeant. Ri-
pa in l. priuilegia num. 36. ff. de priuileg. creditor
Bald. in authent. ſi quas ruinas num. 5. in fin. Cod.
de Sacroſ. Eccleſ. Mangil. de euict. q. 124 n. 60. &
ſeq. Pacific. de Saluian Interd. inſpect. 3. cap. 2. n.
523. Salgad. in labyrint. creditor. part. 1. cap. 42.
num. 19.* & latiùs *part. 5. cap. 3. nu. 87. & tribus
ſeqq. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 10. nu. 32.
Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 43. de Iur. emphyt. defin.
59. Caſſador. dec. 3. nu. 2. verſ. ſeu ex hoc quòd res
tranſit tit. de locat. Merlin. dec. 810. nu. 4. & 7.*

Quò verò ad creditum cambij ſcut. 200.
Aduerſaria nullam poteſt prætendere potio-
2 ritatem, neque hypothecam priuilegiatam,
cum pecunia non ſuerit expreſſim, ac nomi-
natim tradita ad conſtructionem Domus,
quod eſt intercætera præcipuum requiſitum,
vt ex notiſſimo priuilegio *l. Interdum ff. qui
pot. in pign. habeant.* competat prælatio aduer-
sùs alios creditores, iuxta receptam doctrinã
*gl. in l. quod quis verbo ob nauem venditam,
verſ. ſed refert ff. de priuileg. credit.* vbi ita con-
cordat illum *text. cũ l. procuratoris §. planè ff.
de tribut. act. Morot. conſ. 54. ante num. 1. Spad.
conſ. 268. num. 6. et ſeq. lib. 2. Neguſ. de pignor. 2.
membr. 5. part. num. 15. verſ. & iſta prima fal-
lentia, Gaill. lib. 2. obſeru. 12. num. 4. Mſinger.
cent. 1. obſeru. 60. nu. 2. & ſeq. Gratian. cap. 25.
num. 22. verſ. prout dicimus, & ſeq. Theſaur. lib.
2. qu. for. 29. num. 7. Surd. de alim. tit. 8. priuil.
48. num. 6. in fin. Aſin. de exequnt. §. 7. cap. 13.
ſub num. 1. verſ. præcedens limitatio, Gait. de
credit. cap. 4 quæſit. 11. nu. 1565. Merlin. de pi-
gnor. lib. 3. tit. 1. qu. 5. num. 66. Amat. reſol. 3. n.
51. Leotard. de vſur qu. 7. num. 13. propè fin.
Thor. in compend. deciſ. verbo creditor fol. 132.
Card. de Luca de credit. diſc. 1. num. 11. Vbald.
dec. 176. num. 6. & ſeq. Peruſin. dec. 45. n. 19.*

Huiuſmodi verò concluſio fortiùs ſibi lo-
cum vindicat in concurſu cum creditore pri-
uilegiato potiorem hypothecam habente,
qualis eſt Vſreduccius, qui pecuniam expreſ-
sè, ac nominatim tradidit ad reficiendum
ædificium, conſtatque euidenter de verſione
3 cum ceſſione Iurium habita, tàm à fabris, quã
à Dominis cæmentorum, qui ratione labo-
rum, & materiæ vtique hypothecam priuile-
giatam habent, vt ex *text. in §. certè inſtit. de
rer. diuis*, diſponente idem ius ſabris compe-
tere ad ſuam mercedem exigendam, quod
domini materiarum habent, in ſpecie pro-
bant *Rodriq. de concurſ. & priuileg. creditor. art.
4. num. 37. part. 2.* ibique *Bertol. in addit. litt. I.
Herman. Meyter. eodem tract. lib. 2. tit. 9. nu. 21.
Giurba obſeru. 93. nu. 28. Gait. de credit. in ap-
pend. ad d. cap. 4. nu. 132. Merlin. de pignor. lib. 3.
tit. 1. qu. 5. nu. 25. Acoſta de priuileg. creditor.
regul. 2. ampliat. 3. num. 8. Sanfelic. deciſ. 113.
num. 5. lib. 1.* atque adeò ratione potioritatis
creditum huius partis vtique venit præferẽ-
dum dicto cambio ſcut. 200.

In reliquis verò ſcutis 300. ſubſtineri quo-
que poteſt prælatio; cum enim pecunia præ-
dicta ſuerit erogata pro perficiendo, con-
ſeruandoque ædificio, hinc eſt, vt vindicet ſi-
bi locum diſpoſitio, *Text. in d. l. Interdum ff.
qui pot. in pign. habeant.* ibi, *ad armandam eam,
vel reficiendam ego credidero*, iuncta ratione
expreſſa à Iuris conſulto *in l. huius eod. tit.*
ibi, *huius enim pecunia ſaluam fecit totius pi-
gnoris cauſam*, quod optimè adaptari poſſet
ad rem, de qua agimus, cum abſque feneſtris,
ianuis, impluuio, alijſque conſtructis ex pe-
cunia Vſreduccij, vtique Domus nullatenus
euadere potuiſſet habitabilis, atque adeo fru-
ctifera, quinimò perijſſet; Vnde meritò dici
poteſt, quòd huius partis pecunia ſaluam fe-
cit totius pignoris cauſam, ex qua indiui-
4 duali ratione rectè, ac ſingulariter docuit
omninò videndus *Ripa in l. priuilegia n. 1. pro-
pe fin. verſ. præterea. ff. de priuileg. credit.* vt ſi
duo creditores mutuauerint ad refectionem
Domus, vltimus debeat præferri, quia is
immediatè, & proximè cauſam totius pigno-
ris ſaluam fecit, quem ſequuntur commen-
dantes *Banderan. de priuileg. credit. cap. 2. in fin.
Curia Philipp. 2. part. lib. 2. cap. 12. num. 16. Car-
raſc. ad leg. Regn. cap. 11. num. 179. Acoſta* af-
firmans ab hac ſententia non eſſe recedendũ
in actu practico. *de priuileg. credit. reg. 2. ampl.
3. nu. 11. & ſeq.*

5 Vel ſaltem pro prædicta ſumma incontro-
uertibile eſt, debere noſtrum principalem
concurrere cum Aduerſaria, quæ, licèt ſit tẽ-
pore anterior, tamen hæc anterioritas tem-
poris non eſt attendenda inter duos credito-
res erogantes pecuniam pro conſtructione
eiuſdem Domus; cum enim vtrumque credi-
tum ex eodem titulo proueniat, non atten-
ditur tempus, ſed cauſa, neque poteſt dari
inter eos anterioritas, ſed eſt locus concur-
ſui; licèt enim adſit diſcretio temporis, atta-
men identitas cauſę creditores reddit æqua-
les, pro vt eſt vnanimis Interpretum ſenten-
tia, de qua in terminis *Alberic. in l. Priuile-
gia num. 1. verſ. vt in pluribus ff. de priuileg. cre-
ditor.* ibique *Ripa. eod. num. 1. verſ. niſi ad iſta
reſpondeas Rodriq. de concurſ. credit. part. 2. art.
4. numer. 40. Herman. Mayrer. de priui-
leg. credit. lib. 2. tit. 9. num. 56. & ſeq. de Ma-
rinis*

Digitized by Google

rinis reſol.260.nu.13.lib.1. Giurb. obſeru.93. num.27.Galeot.lib.1. contr.21 num.3.& duob. ſeqq. Amat.reſolut.3. num.4. Card. de Luca de Regal.*diſc.12. num.7. & de credit.diſc.3.num. 11 Io:Franc.de Ponte dec.34.num.13.*

6 Pro vt in ſimili dicitur de duobus ceſſiona-
rijs eiuſdem crediti concurrentibus, non at-
tento tempore, cui priùs, vel poſteriùs facta
fuerit ceſſio iuxta magis receptam ſententiã,
quam tuentur, reiecta contraria, *Gait. de
credit.cap.4. num.1841.verſ.& ſi grauiſſimæ, et
ſeqq. Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.fin.part.4.
§.1.ſub num.21.verſ.ſed longè magis, Carleual.
de* Iudic.*tom.2. tit.3. qu.33. num.6. Felician.
de cenſ.tom.2. lib.3. cap.5. nu.2.* Coſta *de port.
rat. qu.215. Salgad.in labyrint. credit. part.3.
cap.13. §.1. nu.84.& part.1. cap.42. num.47.*
& egregiè, ac latiſſimè præceteris aliis alle-
gatis *Olea de ceſſion. Iur. tit.6. qu.8. num.20.
& ſeqq. Cardin.de Luca de credit.diſc.3.nu.12.*
eruditus *Manſ.conſult.*107.*nu.35. lib.2.Epiſc.
Thomat.deciſ.*Macerat.*74.nu.15.verſ.ſimiliter.*
Quidquid in contrarium aberrantes à com-
muni firment *Acoſta de priuileg.credit.reg.3.
ampliat.4.num.37. et ſeqq. Merlin. de pignor.
lib.4. tit.1. qu.11.per tot. ſignanter num.3. &
6. Io: Franc. de Ponte dict. deciſ.34. num.25.
& ſeqq.*

Prædicta verò principalis concluſio apertè
7 videtur probari ex diſpoſitione nobilis *Text.
in l. idemque 7. verſ.quare ff.qui potior. in pign.
habeant.* in legibus enim antecedentibus erat
diſputatus caſus prælationum, tacitarumq;
hypothecarum, ſubdit *Textus*, quid, in re
empta ex pecunia pupillari; dicit denique,
quod idem erit; ſubdit poſteà, quid ſi duo-
rum pupillorum nummis res fuerit cõparata,
& determinat, quòd ambo in pignus concur-
rerent, qui *Textus* perneceſsè eſt intelligẽdus
in caſu, quo pupilli, diuerſis temporibus,
pretium ad emptionem dediſſent. Nam
aliàs, ſi intelligeretur de pupillis, eodem
prorſus tempore, ementibus, eſſet omninò
de indubitabili, & ſuperfluus, & aperit hunc
intellectum caſus ſubſequens in *verſ. quod ſe
res*, dum apponitur dubitatio creditoris an-
tiquioris non priuilegiati, & pecuniæ expen-
ſæ per pupillos in partem emptionis rei, ideò-
que *Text.* facit differentiam loquendo in cre-
ditoribus anterioribus, & poſterioribus, quã-
do totum de pecunia pupilli eſt emptum, vel
quando pro parte, vt ſecundo caſu attenda-
tur prioritas, primo verò ſecus, pro vt egre-
giè prædictum *Textum* explicat, & inducit
Io:Franc.de Ponte d.dec.34. n.12.

Huiuſmodi concluſio inſimul cum præce-
dentibus in hac conſultatione firmatis fuit
admiſſa per *Rotam in deciſione* in hac cauſa
edita coram *Card. Celſo* inter ſuas *deciſ.254.*
8 *num.6.* Sed illam non procedere firmauit, ex
quo, cum Aduerſaria altera creditrix poſſi-
deret pignus, melior eſſe deberet ipſius con-
ditio; eo enim ipſo, quòd poſſidet plus iuris
habet, iuxta diſpoſitionem celebris *Textus in
l.ſi debitor* 10. *verſ.inter ipſos ff.de pignor.* ibi-
que præceteris Bald. *Angel. & Caſtr.Bart.in
l.ſi fundus §.ſi duo ff.de pignor.Bald. in l.negan-
da Cod.qui accuſar.non poſſ. Surd.conſ.4.nu.11.
& ſeq. Neguſ.de pignor.2.membr.5.part. num.
31 in fin.Card.Mantic.de tacit.lib.11.tit.22.nu.
15.Aſin.de execut.§.7.cap.22.*Maſtrill.*adPetr.
Gregor.de cenſ.qu.6. num.93. verſ. quæro cum
ſeq. Coſta de portion. rat. qu.115. num.3. in
fin. & num.ſeq. Pacific.de Salu.inſpect.3. cap.
2.num.433.Olea de ceſſion.Iur.tit.6. qu.8.n.10.
Merlin.de pign.lib.4.tit.1. qu.4.num.37. The-
ſaur.lib.3. qu for.106.nu.3.Gait.de credit.cap.
4. quæſit.11.num.1834.& ſeqq.Acoſta de pri-
uileg.creditor.regul.3.in præfat. nu.89. Lazar.
de moment. cap.18. num.17. Franch. dec.260.
nu.4.* ibique *de Luca in obſeruat.de Ponte dec.
34. nu.25.& ſeq.Rot.in rec.dec.117.nu.2. part.
8. & deciſ.259. part.14. Card. Cerr. dec.345.
num.14*

Sed huiuſmodi reſponſio (pace tanti Se-
natus dixerim, cuius maximam auctorita-
tem ſummoperè ſemper ſum veneratus) non
videtur ſubſiſtere, quia ſupradicta firmata
concluſio ex lectura eiuſdem *l. ſi debitor limi-
tatur*, vt procedat ſolùm, quando plures
9 habent in eadem re Ius inſolidùm; tunc enim
melior eſſe poteſt conditio poſſidentis; ſecus
autem, quando ſinguli in ea Ius habent pro
partibus, pro ut in præſenti themate, ex re-
tectione ſingularum partium Domus con-
trouerſæ, quia vnius poſſeſſio non poteſt
tunc illud Ius roborare contra alium vltrà
ſuam ratam, vt ibidem optimè aduertit *Bart.
verſ.ſecus ſi res. Alberic. verſ.ibi pro parte, Bald
in lectur. antiq. verſ.niſi diuiſa*, *rationem red-
dens ibidem in fin.* quia quilibet in ſua parte
alteri præfertur, & videtur innuere *Rot.* licèt
ſuboſcurè *in rec.dec.117. nu.10. part.8.*

Sed quando ſuperiora controuerſiam pati
poſſent, aduerto, & hoc rogo attendatur,
quòd noſtra facti ſpecies ex alio ſolidiori Iu-
ris articulo in tuto eſt; cum enim creditrix
Aduerſaria præſtiterit cautionem, non ſolùm
de reſtituendo prioribus, & potioribus cre-
ditoribus pecuniam deindè erogatam in em-
ptionem Domus controuerſæ; ſed etiam de
concurrendo, ſiue contribuendo cum æqua-
libus, ex huiuſmodi cautione, cum pecunia
10 dicatur extare, neque dici poſſit facta ſolu-
tio, per quam pecunia irreuocabiliter effi-
ciatur de dominio creditoris, cui ſoluitur,
atque eum eiuſdem patrimonio confunda-
tur, niſi ad effectum periculi, ac fructuum,
vel commodi, donec auocationis caſus ſe-
quatur, ideòque dicitur extare in Banco Iu-
dicis, qui ita prouiſionaliter, ſeu precariò,
tanquàm per ſpeciem depoſiti, ſeu precarij

Digitized by Google

quandocumque reuocabiliter etiam conſignauerit vni ex creditoribus, qui proindè ex huiuſmodi actu nullum maius Ius acquirat, quàm prius haberet, pro vt eſt *Textus* ſingularis in *l. Procuratoris §.fin. ff.de tributor.act.* quem in his terminis expendit primus omniũ *Caſtrenſ. conſil.285. num.1. lib.1.* & in *l. prima verſ. ſed ſi plures n.6 et ſeq. ff.de tribut. act. Straceh. de decoctor. part. vlt. qui potior in bon. decoctor hab. num.35. Lanar. conſil.56. num.4. Napodan. in conſuet. quartam autem in verſic. fructus, Gaill. lib 3. pract. obſeruat.47. fol. 776. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gl.8. part. 7. num.35. et ſeqq. Salgad. in labyrint. credit. part.1. cap.10. num.68. et ſeq. Theſaur. lib.2. quaſt. forenſ. 16. num.7. in fin. Mar. Anton. Macerat. var. reſolut. lib.2. reſolut.60. caſ.15. in fin. Coſta de remed. ſubſidiar. remed.37. illat. 2. num.2. in fin. Anna ſingul.537. Amat. reſol. 51. num.12. Merlin. de pign. lib.4. tit.1. qu. 34. num.4. Franch. deciſ.75. num.9.* vbi, quòd hæc cautio ſit loco proprietatis ibique *add. et decis.200. num.4. Giurb. deciſ.40. num.40. Rot. in recent. dec.114. nu.6. part.4. tom.2. et dec.189. nu 35.* poſt *Zacch. de oblig. Camer. Dunozett. Iun. dec.650 nu.33.*

Hinc pernecesſè reſultat, vt nullo prorſus Iure dici poſſit, Aduerſariam creditricem poſſediſſe, pro vt præcisè requiritur in terminis *d. leg. ſi debitor*, vt in ſpecialibus terminis ſingulariter firmat *Card. de Luca de credit. diſc.2. nu.7. verſ. procedere, cum ſeqq.* vbi

11 quòd, ſtante cautione per creditorem præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus, vel de contribuendo cum æqualibus, idem creditor nullatenus dici poſſit poſſeſſor pignoris, nam alioquin, ſi diceretur poſſeſſor, reſultaret potioritas, quæ ratione poſſeſſionis aduersùs æqualem competit.

12 Præcipuè, quia potioritas ratione poſſeſſionis non prouenit ex aliquo priuilegio, ſeu ſpecialitate Iuris, ſed potiùs á regula generali, quòd, data Iuris æqualitate, potior ſit conditio poſſidentis, ac potiùs rei, quàm

13 actoris, eò quia vigilantibus, & non dormientibus Iura ſubueniant, vt benè aduertit idem *Card. de Luca de credit. diſc.1. nu.14.* quæ omnia ſibi locum non vindicant, ſtante dicta cautione de contribuendo cum æqualibus ex ſupra allegatis.

Contra allegata fuit deciſum per Rotam *coram Cardinali Celſo* dec.254. *inter ſuas impreſſas, ex ſimplici motiuo, quòd in concurſu creditor poſſidens ſit præferendus, cum alioquin cæteras concluſiones in præſenti diſputatione firmatas* Rota *fuerit amplexa*.

ARGVMENTVM.

Hebræis vigore hypothecæ competere immiſſionem in Saluiano ſuper bonis ſtabilibus latè oſtenditur; Nullatenus aduerſantibus Apoſtolocis Conſtitutionibus prohibentibus, ne bona immobilia valeant poſſidere.

Melioramenta facta pro maiori, & vberiori perceptione fructuum non ſunt reficienda. Reprobata contraria ſententia *Menochÿ*.

Statutum prohibens Forenſibus, ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenditur ad hypothecam, quam à dominio diſtingui oſtenditur.

Alienatione bonorum Eccleſiæ prohibita, an intelligatur interdicta generalis bonorum hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſioni in Saluiano eſt locus, probato credito cum hypotheca, poſſeſſione anteriori debitoris, tempore obligationis, & poſteriori aduerſarÿ rei conuenti litem ſubſtinentis.*

2 *Solutiones factæ à poſſeſſore conuento poſterioribus creditoribus non ſuffragantur ad impediendam immiſſionem in Saluiano à creditore anteriore petitam.*

3 *Melioramenta valent impedire immiſſionem.*

4 *Sententia à Iudice laico lata contra Clericum eſt ipſo Iure nulla.*

5 *Per citationem ad ſententiam cum affixione ad valuas non poteſt procedi contra præſentem, qui perſonaliter citari debebat.*

6 *Signanter, non adhibitis neceſſarÿs diligentÿs de reperiendo.*

7 *Citationi per edictum, ſeu proclama tantùmmodo eſt locus, quoties perſona citanda eſt incerta.*

8 Innocentiana Conſtitutio *ſanat terminos ſubſtantiales per illorum reiterationem.*

9 *Intellige, quando termini fuerunt de facto ſeruati; ſed perperàm, inculcatè, ordineque peruerſo, non autem, quando fuerunt perperàm omiſſi.*

10 *Sententia non lecta, neque publicata eſt nulla.*

11 *Examen teſtium peractum, non præuia citatione ad videndum illos iurare, eſt nulla.*

12 *Melioramenta facta pro maiori, & vberiori perceptione fructuum in plantãdis vitibus nõ ſunt reficienda in ſententia* Rotæ.

13 *Reprobantur* Menochius, *alÿque contrarium ſentientes.*

14 *Expenſa pro colendis fructibus tantùmmodo pertinentes ad præſentem rei vtilitatem, non ſunt reficiendæ.*

15 *Idque, etiam procedit in disboſcatione fundorum.*

Præcipuè, quando plus vtilitatis fuit perceptũ ex lignis inciſis & ex terris ad culturam redactis, quàm fuerit impenſum in disboſcatione.

16 *Hebræi ex conſtitutionibus Apoſtolicis ſunt in capa-*

capaces ad poſſidendum bona ſtabilia.

17 Facultas fænerandi ſuper pignoribus Hebræis conceſſa non extenditur ad hypothecas ſuper immobilibus.

Reprobatur contraria ſententia Ripæ, & Merlini.

18 Decretum conceſſum Hebræis, vt poſſint mutuare ſuper pignoribus, operatur, quòd poſſint, etiam mutuare ſuper rebus immobilibus in ſententia Felini.

19 Hebræi vtuntur iure communi, & iuxtà ciuile Ius Romanorum iudicari debent.

20 Iura inter Hebræos, & Chriſtianos ſunt communia, neque cum ipſis, quò ad tramites legum Romanorum, & Ius reddendum facienda eſt differentia, niſi in caſibus aliter expreſſis.

21 Hebræos Sancta Mater Eccleſia ob iuſtas cauſas tolerat.

22 Hebræi propter prædictam tolerantiam reſpectu fori temporalis non ſunt perſonæ odioſæ.

23 Hebræi in humanis actibus nobiſcum participant.

24 Hebræi, cum Iure communi Romanorum vtantur, omnia, quæ non reperiuntur illis expreſsè prohibita, cenſeri debent permiſſa.

25 Hebræi è gremio Eccleſiæ, & Chriſtianorum communione ſunt omninò extranei.

Intellige in ſpiritualibus, & concernentibus ſalutem animæ.

26 Hypotheca non eſt pars, neque onus intrinſecū dominij rei, aut ſubſtantiæ; ſed quoddam ius, & qualitas rei in pecunia conſiſtens.

27 Hypotheca diſtinguitur ab ipſo dominio.

28 In qualibet re duo conſiderantur præſcriptibilia dominium, ſcilicet, & hypotheca, quæ diuerſa dici debent.

Ideòque ex vſucapione vnius Iuris ad aliud, vtpotè diuerſum, non valet inferri.

29 Ex vi actionis hypthecariæ nullatenus transfertur, neque dominium, neque poſſeſſio rei hypothecatæ in creditorem.

30 Per hypothecam bona nō alienantur, ſed remanent penes hypothecantem.

31 Conſtitutiones Apoſtolicæ improbantes poſſeſſionem, & dominium bonorum immobilium in Hebræis, non debent extendi ad prohibitionem, ne poſſint acquirere hypothecam ſuper eiſdem immobilibus; ſed ſolùm, vt Iura eiuſdem hypothecæ non exerceant, ad effectum acquirendi veram poſſeſſionem.

Secus verò pro acquirenda nuda detentione in Saluiano, quę non importat translationem, neque poſſeſſionis, neque dominij.

32 Vigore Saluiani interdicti ſimplex detentio rerum obligatarum auocatur, non autem poſſeſſio; adeòut debitor immiſſionem paſſus dicatur, & remaneat verus poſſeſſor.

33 Euictioni non dicitur factus locus per ſolam immiſſionem in Saluiano, quia per Saluianū ſola detentatio auocatur, non autem poſſeſſio.

Præcipuè, non exiſtente clauſula tàm auocata poſſeſſione, quàm non auocata.

34 Creditor ex remedio Saluiani immiſſus, eum non ſibi poſſideat, ſed pro debitore, neque dominium, neque poſſeſſionem habere dicitur.

35 Immiſſus in Saluiano æquiparandus eſt colono, qui eum pro Domino poſſideat, nullam dicitur habere poſſeſſionem.

36 De Iure Gazagá apud Hebræos inuiolabili, & frequentiſſimo.

37 Ius Gazagà eſt perpetuum ceſſibile, & tranſmiſſibile.

38 Hebræi non dicuntur poſſidere Domus, ſuper quibus Ius Gazagà reperitur conſtitutum, quod nullum defert ius dominij.

39 Ius Prothomiſeos competit etiam Hebræis.

40 Hebræi competit immiſſio in Saluiano in ſententia Cardinalis de Luca reprobantis deciſionem contrariam in hac cauſa editam.

41 In lege, vel ſtatuto vbi fit mentio de poſſeſſione, intelligenda eſt de vera, & propria, quæ conſiſtit in Iure inſiſtendi rei ſuæ nomine proprio opinione dominij.

42 Verbum poſſidere ad ſolam refertur veram, propriamque poſſeſſionem.

43 Hebræi, inſpecto Iure communi, valent poſſidere ſtabilia.

44 Cōſtitutiones Apoſtolicæ prohibentes, ne Hebræi valeant poſſidere ſtabilia, vtpotè correctoria Iuris communis, debent intelligi propriè, nempè, de vera poſſeſſione; non autem de ſimplici detentione.

45 Pontifices, vbi voluerunt, quòd ſub poſſeſſione cenſeatur etiam comprehenſa ſimplex detentio, id expreſſerunt, prout in Bulla Clementis 8. ſuper Baronibus.

46 Statutum prohibens forenſibus, ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenditur ad hypothecas

47 Prohibitio Conſtitutionum s. m. Clementis 8. Vrbani 8. & Sixti V. ne alienentur bona in forenſes, non extenditur ad hypothecas.

48 Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita, etiam impropriè, & improprijſſimè accepta.

49 Non tamen intelligitur prohibita generalis bonorum hypotheca.

50 Sub prohibitione venditionis, permutationis, & donationis non comprehenditur hypotheca.

51 Reprobatur Merlinus aſſerens, quòd ſtatutum prohibens Hebræis poſſidere ſtabilia, ex facultate dandi ad vſuras ſuper mobilibus, non poſſint mutuare ſuper immobilibus, & num. ſeqq.

52 Pignus, & hypotheca in Iure promiſcuè accipiuntur.

53 Obligatio Cameralis continet hypothecam.

54 Bulla Sixtina, dum permittit Hebræis mutuare ſub obligatione Camerali; perneceſsè non excludit hypothecam ſub eadem obligatione Camerali incluſam.

CAPVT CXXXIX.

1 EST locus immiſſioni in Saluiano, cum fuerint probata omnia extrema neceſſaria ad illud remedium obtinendum, creditum, nempè, Gabrielis Hebræi cum hypotheca, pro vt ex Inſtrumento cum obligatione Camerali, nec non, tàm poſſeſſio anterior Martoli debitoris, tempore eiuſdem

dem obligationis, quàm poſterior Aduerſa-
rij rei conuenti litem ſubſtinentis, quibus
concurrentibus immiſſio denegari non ſolet,
Bart.in l.1.num.3.ff.de Saluian.interd. Menoch.
de adipiſc.remed.3. numer.161.& ſeq. Ludouiſ.
dec.491.nu.6. Card. Ottobon. deciſ.173.nu.1.
et ſeq.

Neque illam reſpectu bonorum venditorũ
poteſt Aduerſarius emptor, & poſſeſſor im-
pedire ſub prætextu nonnullarum ſolutionũ,
quæ aliquibus creditoribus fuerunt factæ.

Siquidem, excepto Equite de Aſte, He-
bræus eſt anterior, & potior, vel ratione
temporis, vel ex quo debita ſoluta proueniũt
2 ex priuatis Apocis, quo caſu ſolutiones fa-
ctę creditoribus poſterioribus nullatenus ſuf-
fragantur ad impediendam immiſſionem in
Saluiano à creditore anteriore petitam, l. eum
qui à debitore 17. ff. qui pot. in pign. habeant.

3 Prout, neque etiam pręteñſa melioramen-
ta valent Immiſſionem impedire, ex adductis
per Menoc. de recuperand. remed. 15. num. 569.
Baratt. dec. 169. numer. 11. vbi latè addentes
lit. C. nam ſententia ſuper illorum liquidatio-
ne obtenta manifeſto laborat nullitatis vi-
tio ex pluribus.

4 Primò ex defectu Iuriſdictionis Iudicis lai-
ci in Martolum, qui, vtpotè Sacerdos in Cu-
ria Laicali conueniri nullatenus poterat,
cap. decernimus 2. de iudicijs cap. Eccleſiæ San-
ctę Mariæ 10. de conſtitution. Neniz. conſ. 39. n.
9. Surd. conſ. 301. nu. 13. et ſeq. Sanchez ad præ-
cept. Decalog. tom 2. lib. 7. cap. 9. à nu. 9. et ſeqq.
Suarez de legib. lib. 3. cap. 34. à num. 1. vſque ad
4. Bich dec. 343. nu. 23. Card. Ottobon. deciſ. 149.
nu. 7. et dec. 216. nu. 13.

5 Secundò, quia fuit proceſſum per affixio-
nem ad valuas contra eumdem Martolum in
Vrbe degentem, qui ibidem perſonaliter ci-
tari debebat, Clement 2. de re iudicata, Imol.
conſ. 105. col. 1. Card. Seraphin. dec. 1276 nu. 4.
Verall. dec. 117. n. 3. part. 1. Bich. dec. 408. n. 4.
Rot. in recent. dec. 395. num. 14. part. 9. tom. 2.
præcipuè ſtante tuto acceſſu extrauag. vnic.
ibique gloſ. verbo perſonaliter. de dol. & con-
tum. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 127. et
ſeqq. Dec. conſ. 460. nu. 26. Baron. de citat. tom.
2. cap. 11. num. 456. Mandoſ de commiſſion. for-
mular. 4. uerbo etiam per edictum verſ. aduer-
uertant iuniores, Card. de Luca de Iudic. diſc. 9.
num 14. Caſſador. dec. 2. de dol. et contum. Du-
nozett. Iun. dec. 815. nu. 4. Card. Mant. dec. 232.
nu. 6. Card. Seraphin. dec. 1018 ſub num. 4. verſ.
niſi in caſu, Rot. in rec. dec. 70. num. 8. part. 7.
Buratt. dec. 943. nu. 1. eòque magis, quia
6 nullibi conſtat, fuiſſe adhibitas neceſſarias di-
ligentias de reperiendo, Bald. per illum text.
in l. vetuſtiſſimam nu. 3. Cod. de Iur. Domin. im-
petran. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 95. et
122. Veſtr. in prax. lib. 4. cap. 2. et 3. ibique add.
Ronit. in Rubr. Pragm. de citat. nu. 3.

Eademque nullitas procedit reſpectu cre-
ditorum; cum enim eſſent certi, notique ad-
uerſario, vtpotè ſpecificè nominati in Inſtru-
mento venditionis terrarũm eidem factæ, ab-
7 ſque dubio perſonaliter citari debebant; nõ
autem per edictum, ſeu proclama, cui tan-
tummodò eſt locus, quoties perſona citanda
eſt incerta, cap. final. in fin. de electione in 6.
Surd. conſ. 181. numer. 31. verſ. alij verò. & ſeq.
Ronit. in d. rubric. de citation. numer. 3. &
ſeqq.

8 Tertiò, quia non fuerunt ſeruati termini
ſubſtantiales, quæ nullitas non potuit ſana-
ri per reiterationem eorumdem terminorum
vigore Conſtitutionis Sanctæ Memoriæ In-
nocentij VIII. incipientis finem litibus, quæ
eſt in ordine 13. nouo Bullario tom. 1. Verall.
dec. 149. in fin. p. 3. Card. Mantic. dec. 254. n. 5.
Card. Seraphin. dec. 515. nu. 2. Ludouiſ. dec. 156.
num. 1. Buratt. deciſ. 126. num. 6. & deciſ. 440.
num. 7.

9 Dicta enim Conſtitutio habet locum, quã-
do termini fuerunt de facto ſeruati; ſed per-
peram, inculcatè, ordineque peruerſo, non
autem, quando, prout in præſentia, fuerunt
penitus omiſſi, Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 3. nu.
265. & pluries diſtinxit Rot. præcipuè co-
ram Verall. dec. 149. num. 6. verſ. minus obſtat,
& ſeq. part 3. Caſſador. dec. 8. de reſcript. Card.
Mantic. dec. 254. num. 5. & 6. & deciſ. 6. num. 3.
poſt Pacific. de Saluian. interdicto Card. Celſus
dec. 76. n. 10. Card. Ottobon. dec. 29. n. 24. verſic.
neque obſtat.

10 Quartò demum, quia ſententia non fuit
aliquo modo lecta, neque publicata, Bart. in
l. 3. in fin. num. 5. Cod. de ſentent. ex pericul. reci-
tand. Felin. in cap. quoniam contra 11. num. 32.
de probat. aſſerens, quòd lecta nõ præſumatur,
niſi probetur, Speculat. in tit. de ſentent. §. iuxta
num. 7. lib. 2. Scaccia de ſentent. & re iudicat.
gloſ. 16. num. 7. Card. de Luca de Iudic. diſc. 163.
nu. 10. Duran. dec. 163. nu. 2. & ſeq. Card. Otto-
bon. dec. 263. nu. 7. & ſeq.

11 Pro vt eodem vitio nullitatis laborat exa-
men teſtium factum in partibus, cum non
præceſſerit citatio ad videndum, illos iura-
re, vt notatur in cap. 2. de teſtibus, & in leg. ſi
quando Cod. eod. tit. vbi Bald. nu. 5. Salicet. nu. 2.
Soccin. in tract. de citat. art. 7. n. 11. Verall. dec.
274. nu. 3. part. 3.

Vlteriùs, præter nullitates ſupradictas, de-
tegitur etiam iniuſta ſententia, quia ijdem
teſtes periti, qui depoſuerunt in partibus, ex-
amini ſubiecti modò in Curia deponunt, non
fuiſſe impenſum pro prætenſis melioramen-
12 tis, niſi ſcuta centum, quæ, neque etiam
ſunt de Iure reficienda, attenta ſententia Ro-
tæ, vtpotè facta in plantandis vitibus pro
maiori, vberiorique fructuum perceptione,
Florian. de Sancto Petro conſ. 1. nu. 8. Tondut.
lib. 2. quaſt. ciuil. cap. 154. numer. 13. Andreol.

controu.390.nu.51. Cæſar de Graſſ.dec.5. de
rebus Eccleſ.non alienand.aliàs 136 nu.7. Rota
diuerſ.dec.312.nu.6. part.1.in recent. dec.650.
nu.5. part.2. Duran.dec.338. num.7. verſ. Rota
verò, Archiep. Royas deciſion.116. nu.8. &
13 dec.181. num.10. Quidquid in contrarium
non rectè ſeutiant Menoch.de recuper.poſſ.re-
med.15. nu.527. Ioſeph Ludouic.dec. Peruſina
24.num.18.

Idemque eſt dicendum de omnibus expen-
ſis factis, poſtquàm Terræ peruenerunt ad
manns emptoris, quæ, licèt fuerint meliùs
cultæ, non tamen expenſæ ſunt reficiendæ,
vtporè tantummodò ad præſentem rei vtili-
14 tatem pertinentes, benè Caſtr.conſ.247. nu.7.
verſ.nunc ad propoſitum lib.1. Natt. conſ.601.
Cyriac.contr.195.nu.5. Ioſeph Ludouicus deciſ.
Peruſina 24.num.2.3.& 12. & de prætenſa, vt
vulgò aſſeritur, disboſcatione, vtpotè ad cul-
15 turam Agrorum ordinata in ſpecie idem
Caſtrẽſ.cõſ.270.ſub n.3.verſ.tertiò principaliter
lib.2. aſſerens, quòd disboſcatio eſt præam-
bula ad culturam fundi, cum ſine ea fieri
nou poſſit, atque adeò idem iuris debeat eſſe
de ipſa, ſicut de expenſa facta in arando, &
ſerendo, Neguſant.de pignor.4.membro quintę
partis nu.11.in fin.

Præcipuè, quia pro vt in præſentia, ex teſti-
bus fuit lucuienter probatum, plus vtilita-
tis fuiſſe perceptum ex lignis inciſis, & ex
terris ad culturam redactis, quám fuerit im-
penſū in disboſcatione; quám rationē potiſ-
ſimùm ponderat Caſtr. loco proximè allega-
to, quibus concurrentibus, non poteſt ſibi lo-
cum vindicare contraria ſententia, Ruin.conſ.
135.ſub nu.13. verſ.dicitur autem impenſa vti-
lis lib.3.

16 Nullatenus verò àduerſatur obiectũ, quòd
immiſſio in Saluiano non poſſit competere
Hebræo ſuper bonis controuerſis, tamquàm
incapaci ad poſſidendum bona ſtabilia ex
Conſtitutione S. Mem. Pauli IV. tertia in or-
dine in Bullario nouo §.2. confirmata à Beato
Pio V. Conſtitutione 6. eodem Bullario tom.3.,
& Clemente VIII. Conſtitutione 19. tom.2.
eiuſdem Bullarij, de quibus Merlin.de pignorib.
lib.1.tit.3.qu.16. num.6 verſ.declaratur ſecun-
dò, vbi, quòd per huiuſmodi Conſtitutiones
exercitium hypothecæ remaneat Hebræis in-
terdictum, Rot.in recent.dec.194. num.6.part.
4. tom.2.

17 Siguauter, quia Hebræus nō poteſt mutua-
re ſub vſuris acquirendo hypothecam ſuper
bonis ſtabilibus; facultas enim fęnerandi ſu-
per pignoribus non extenditur ad hypothe-
cas ſuper immobilibus ex Ripa in rubric.de pi-
gnoribus, & hypothecis num.6. quem refert
Merlin.de pignor.lib.1.tit.3.qu.16. Nam obie-
ctum non ſubſiſtit in Iure, ex pluribus.

18 Primò, quia Felin. in cap. cum aliquibus 6.
nu.3. propè fin. verſic.conſului de ſentent. & re
iudic. expreſsè firmat contrarium, qnód,
nempè, decretum conceſſum Hebræis, vt poſ-
ſint mutuare ſuper piguoribus, operetur,
quòd valeant etiam mutuare ſuper rebus im-
mobilibus, vndè in huiuſmodi materia ab
hoc ſacro Auditorio potiùs eſt deferendum
authoritati Felini egregij Canoniſtæ, quàm
Ripæ, qui in proponenda ſua opinione mul-
tum videtur deferre authoritati eiuſdem
Felin. cuius doctrinam veriorem putat Mer-
lin. loco proximo allegato num.4. verſ.verùm
opinionem, Felin.puto veriorem; licèt illam
limitet ex motiuo prohibitæ poſſeſſionis bo-
norum immobilium ex aliquo ſtatuto, quod
nullo prorsùs Iure ſubſiſtere; imò neque eius
doctrinam applicari poſſe, rei de qua agimus
inferiùs demonſtrabitur.

Cum enim non reperiatur Apoſtolicis Cō-
ſtitutionibus ſancitum, vt Hebræi acquirere
non valeant hypothecam ſuper bonis immo-
19 bilibus; hinc eſt, vt illis cenſeri debeat per-
miſſum, cum vtantur Iure communi, & iuxta
Ius Romanorum Ciuile iudicari debeant, leg.
Iudæi Cod.de Iud.Felin.in cap.2. nu.5. eod. tit.
Boic.in cap.gaudemus num.4.de diuortijs, Alex.
conſ.75. nu.6. lib.5. & conſ.99. num.3. lib.6.
Corn. conſ.180.nu.5. lib.2. Becc.conſ.84. nu.7.
Roland.conſ.35. num.22.lib.2. Rimin.Iun.conſ.
653.nu.64. Surd.conſ.622. nu.24. & dec.133.
num.2.Rimin.Iun.conſ.653. nu.4. Bermund. de
publicis Concubinis tit.de Adulter.nu.34. Mar-
qua de Iudæis part.2 cap.1.num.1.& ſeq. Card.
Mantic.de tacit.& ambigu.lib.21. tit.8.num.6.
Card.de Luca de ſeruitut.diſc.70.nu.3.Maſtrill.
dec.254.

20 Iura enim inter Iudæos, & Chriſtianos sũt
communia, nec cum ipſis, quò ad tramites le-
gum Romanorum, & Ius reddendum facien-
da eſt differentia, niſi in caſibus aliter ex-
preſſis Felin.in d.cap 2.nu.5. de Iudæis, Rip. in
l.Inſulam numer.10.ff.de verbor.obligat. Surd.
21 dec.133.n.3., quia ob iuxtas cauſas Sanctæ
Mater Eccleſia illos tolerat, Felin.in cap. con-
ſuluit.n.5.de Iudæis, Roland.conſ.25.n.2.lib.3.
Natt.conſ.620.num.9. & propter dictam to-
22 lerantiam reſpectu fori temporalis, non
ſunt perſonæ odioſæ, Alex. d. conſ.99.nu.14.
lib.6. Becc.conſ.88. num.11. Natt.conſ.620. n.
21. latè Cyriac.contr.241. Farinac. in fragm.
uerbo Iudæi nu.602.& ſeq.et 621.et ſeq.Tren-
tacinq.lib.1. variar.tit.de Conſtitution. reſol.3.
Rouit.in pragm.de Iudæis num.4. Card.de Luca
de ſeruitut.diſc.70. num.3. Maſtrill.deciſ.254.
23 Sed in humanis actibus nobiſcum participāt
l.ſpadonem §.cum autem ff.de excuſat.tutor. vbi
notat Bald.Alex. d.conſil.99. numer.14.lib.6.
Riminald.Iun.conſ.275.nu.25. Roland.conſ.25.
num.32.lib.2. Bermund. de publicis concubinis
tit.de adulter.num.35. & in ſimilis per prædi-
cta ita arguit Rot.in recent.dec.269. num.1.&
ſeq. part.4. tom.2. vbi, quód, cum Hebræi

Iure

24 Iure communi Romanorum vtantur, omnia
quæ non reperiuntur illis expreſsè prohibita,
cenſeri debeant permiſſa, & quàmuis è græ-
25 mio Eccleſiæ, Chriſtianorumque Commu-
nione ſint omnino extranei, attamen id in-
telligitur in ſpiritualibus, & concernentibus
ſalutem animæ, Card. Mantic. de tacit. lib. 18.
tit. 2. num. 83. Card. de Luca de ſeruit. diſc. 70.
num. 4.

26 Vlteriùs, cum hypotheca non ſit pars, ne-
que onus intrinſecum dominij rei, aut ſub-
ſtantiæ; ſed quoddam Ius, & qualitas rei cõ-
ſiſtens in pecunia, Merlin. de pignorib. lib. 1. tit.
1. qu. 5. per tot. Gratian. cap. 955. nu. 24. & fa-
ciunt tradita à Caſtr. in l. ſi res obligata 60.
column. 3. in fin. verſ. ſed nunc oppono ff. de le-
gat. 1. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. de legatis cap.
12. num. 39. verſ. tertia difficultas, & verſic.
27 ſed nouiter, & diſtingui ab ipſo dominio cen-
ſuit gloſ. in l. Vſucapio 7. Cod. de pignorib. in
verbo Vſucapio, Bald. conſ. 477. column. 1. verſ.
quare conſidera lib. 1. vbi, quòd in qualibet re
28 duo conſiderentur præſcriptibilia, domi-
nium, ſcilicet, & hypotheca, quæ diuerſa
ſunt, atque adeò ex vſucapione vnius iuris
ad aliud, vtpotè diuerſum, non valeat infer-
ri, Balb. de præſcription. part. 4. qu. 3. num. 2.
& eſt textus celebris in l. iuſto 44. §. non mutat
ff. de vſucapionibus l. 1. §. cum prædium, vbi
Bart. ſub num. 2. ff. de pignorib. Neguſan. de pign.
part. 6. membr. 2. num. 14. Adeò vt ex vi actio-
29 nis hypothecariæ nullatenus transferatur,
neque dominium, neque poſſeſſio rei hypo-
thecatæ in creditorem, Merlin. de pignorib. lib.
1. tit. 1. qu. 3. num. 2. & ſeq. cum per hypothe-
30 cam bona non alienentur, ſed remaneant
penes hypothecantem, l. pignus Cod. de pigno-
rib. Cardin. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 22. tit.
28. num. 51. & duob. ſeqq. Rot. diuerſ. dec. 426.
n. 6. & ſeq. part. 1. in recent. dec. 167. n. 8. part. 9

31 Eò magis Conſtitutiones Apoſtolicæ
improbantes poſſeſſionem, & dominium bo-
norum immobilium in Hebręis nullo Iure de-
bent extendi ad prohibitionem, ne poſſint
acquirere hypothecam ſuper eiſdem immo-
bilibus; ſed ſolùm ne Iura eiuſdem hypothecæ
non exerceant ad effectum acquirendi veram
poſſeſſionem, & dominium rerum immobi-
lium hypothecatarum, putà per adiudicatio-
nem; ſecus verò pro acquirenda nuda deten-
tione in Saluiano, quod non importat tran-
ſlationem, neque poſſeſſionis, neque domi-
nij; cum indubitata ſit Iuris concluſio, quòd
32 vigore Saluiani interdicti ſimplex detentio
rerum obligatarum auocetur; non autem
poſſeſſio, quouſque creditor ex fructibus ſibi
integrè ſatisfaciat; adeò vt debitor immiſ-
ſionem paſſus dicatur, & remaneat verus
poſſeſſor, Caballin. de euictionibus §. 3. qu. 17.
num. 152. & §. 5. num. 44. Pacific. de Saluiano
inſpect. 4. cap. 1. num. 146. Card. de Luca de lo-
cat. diſc. 38. n. 3. Rot. in recent. dec. 49. n. 7. & dec.
407. nu. 5. part. 5. Buratt. deciſ. 240. n. 11. ibiq;
add. lit. B. ob quàm rationẽ per ſolam immiſ-
33 ſionem vigore Saluiani non dicitur factus lo-
cus euictioni, quia per Saluianum ſola detẽ-
tatio auocatur; non autem poſſeſſio, pro
vt per text. in l. ſi cum venditor ff. de euict. fir-
mãt Bart. in l. ratio n. 1. ff. de act. empt. ibiq;
Bald. idẽ Bald. in l. 1. nu. 11. Cod. de peric. & com-
mod. rei vendit. Soccin. conſil. 99. num. 8. lib. 2.
& conſ. 168. numer. 5. lib. 2. Pacific. de Sal-
uian. inſpect. 4. cap. 1. num. 146. Caballin. de
euict. §. 3. qu. 17. num. 152. & ſeqq. Buratt. d.
dec. 240. num. 11. & ſeq. ibique add. lit. B. Mer-
lin. dec. 696. num. 1. Signanter, quando non
adeſt clauſula tàm auocata poſſeſſione, quàm nõ
auocata iuxta cautelam Bart. in l. ratio num. 1.
verſ. dic vt in gloſ. ff. de act. empt. Bald. in l. 1. qu.
4. num. 17. verſ. & ideo, ibique Salic. nu. 7. in
fin. Cod. de peric. & commod. rei vendit Cabal-
lin. de euict. §. 3. nu. 152. Rot. in recent. dec. 407.
nu. 7 part. 5. repetita coram Merlin. dec. 487.
num. 6. & dec. 179. num. 17. & ſeq. part. 7.

34 Creditor enim ex remedio Saluiani im-
miſſus, cum non ſibi poſſideat, ſed pro de-
bitore, neque dominium, neque poſſeſſionem
habere dicatur, omnibus penes debitorem
remanentibus, ſolùmque dicatur rem deti-
nere, tamquàm debitoris adminiſtrator, ſeu
procurator in rem propriam, ad effectum
percipiendi fructus, quorum non eſt incapax
Bart. in l. ab emptione num. 8. ff. de pactis, Surd.
conſ. 481. num. 14. Merlin. dec. 487. nu. 5. adeò
ut per immiſſionem non tangatur ſubſtantia
rei, ſiue dominium; vt optimè aduertit Rot.
in recent. dec. 167. nu. 15. part. 9.

35 Hinc fit, vt immiſſus in Saluiano æquipa-
randus ſit Colono, qui, cùm pro Domino poſ-
ſideât, nullam dicitur habere poſſeſſionem,
gloſ. in leg. 1. Cod. communia de vſucapionibus
verbo Domino in principio, ibi: ergo Colonus
nullam omninò habet poſſeſſionem.

36 Prout in ſimili habemus in Iure Gazagà
apud Hebræos inuiolabili, & frequentiſſimo
præſeferente quoddam Ius ad inſtar inqui-
linatus perpetui, vt non poſſint expelli ex
domibus, quas inhabitant vigore Breuis s. m.
Clementis VIII. de quo Gratian. cap. 842. nu.
21. & ſeq. Epiſcop. Ricciull. de Iur. perſonar. tom.
1. lib. 2. cap. 17. Card. de Luca de locat. diſc. 33.
num. 3. & diſc. 53. num. 2. in ſupplem. part. 2.
Ludouiſ. dec. 496. num. 3. Rot. poſt Mangil. de
37 ſubhaſt. dec. 65. num. 4. quod licèt ſit Ius per-
petuum ceſſibile, & tranſmiſſibile ex dedu-
ctis per Gratian. & Ricciull. in locis proximè
laudatis; non tamen dicitur, Hebræos poſ-
38 ſidere domus ſuper quibus Ius illud reperi-
tur radicatum, quod nullum deſert Ius do-
minij, vt in ſpecie Rot. in Romana domorum 2.
Martij 1663. §. hoc præterea Ius coram Reue-
rendiſſimo Veroſpio.

39 Pro-

Google

39 Prout idē habemus in Iure prothomiſeos,
quòd cōpetere etiam Hebræis firmāt inſpecie
Marquad.de Iudæis part.2. cap.2. num.6. cum
quo etiam pertranſit Rendell. de Iure pro-
thomiſ. rubric. 21. & ſeq. dictamque doctri-
nam Marquadi referunt Gratian.cap.658. &
842. vtrobique num.30. Epiſc.Ricciull. de Iur.
perſon.lib.2.cap.16. num.2. Vrſell. in concluſ.
verbo ædificare concluſ.62. num.53.verſ.deni-
que in fin. & latè comprobat reſpondendo
contrariis Card.de Luca de ſeruitut. d. diſc.70.
per tot. ſignanter num.9. vbi in ſpecie num.10.
40 per dictas rationes aduertit, quòd Hebræis
competat immiſſio in Saluiano, reprobando
deciſionem Rotæ contrariam in hac cauſa
editam in Nepeſina Saluiani 27.Iunij 1664.co-
ram Reuerendiſſimo Veroſpio impreſſa in rec.
part.14.

Conſtitutiones itaque Pauli IV. aliæque
conſimiles ex aduerſo allegatę, cum prohi-
beant Hebræis, ne valeant poſſidere ſtabilia,
ſunt intelligendæ de vera poſſeſſione cum
admixtione Dominij; non autem de ſimplici
detentione; vbi enim in lege, vel ſtatuto fit
41 mentio de poſſeſſione, intelligenda eſt de
vera, & propria, quæ conſiſtit in Iure inſi-
ſtendi rei ſuæ nomine proprio opinione do-
minij, vt colligitur ex lege ſi quis §.1. ff. de
acquir.poſſeſſ. & l.quod 24. ff. eod. l. ſtipulatio
iſta §.hæc quoque ff.de verbor.oblig. l.1. §.quę-
ſitum ff.quorum legatorum l.cum legati 12.ff.ex
42 quib.cauſ. in poſſeſſ. eat; in quibus Iuribus
verbum poſſidere ad ſolam refertur, veram,
propriamque poſſeſſionem.

43 Fortiùs, quia prædictæ Conſtitutiones A-
poſtolicæ ſunt correctoriæ Iuris communis,
quo expræſsè reperitur ſancitum, vt Hebræi
valeant poſſidere ſtabilia, vt ſunt Iura aper-
tiſſima in cap.Iudæi il ſecondo, & cap. mul-
torum de Iudæis, cum concordantibus con-
geſtis per Epiſcop. Ricciullum de Iure perſona-
44 rum lib.2. cap.50. vnde, vtpotè correctorię
Iuris communis, debent intelligi propriè,
nempè de vera poſſeſſione; non autem de
ſimplici detentione, cóque magis, quia, vbi
voluerunt Summi Pontifices, quòd ſub poſ-
ſeſſione, cenſeatur etiam compræhenſa ſim-
45 plex detentio, id expreſſerunt, prout vide-
mus in Bulla Baronum 41.in ordine in Bullario
nouo §.3. ibi: quouis modo tentorum, & poſſeſ-
ſorum.

46 Prædicta veró omnia optimè remanent
comprobata; in ſimilibus enim terminis ha-
bemus, quòd ſtatutum prohibens forenſibus,
ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenda-
tur ad hypothecas, quam ijdem forenſes poſ-
ſunt acquirere, iuxta receptam theoricam
Baldi in l.final. num.1. verſ. & pro hoc, ibiq;
Apoſtilla, Cinus num.4. verſic.ſed contra, Sali-
cet. num.2.& ſeq.Caſtr.num.3. Alberic. num.2.
Cod.de Bon.alien.non alienand.Iaſ.in leg. final.
num.82. Cod.de Iure emphyteot. latè Aretinus
conſ.125. num. 3. Dec.conſ.645. num.6. Rimin.
Iun.conſ.765.num.14. & ſeq. Turrett.conſ.17.
num.13.& ſeq.lib.2. Sacca conſil.231. num.8.
Laderch.conſ.64. numer.1. add. ad Bertazzol.
conſ.criminal.399. benè Altograd.conſ.3.num.
2.& ſeqq.lib.1.Thomas in decad.tract.lib.2.de
incapac.cap.24.num.808. Neguſan.de pignorib.
membr.3. 2.part.n.73. Fabian.de mont. de em-
ption.& vendit.4. quæſt.principal qu.22.num.
11.Cornazan. deciſ.10. per totam, & admit-
tit. Rot. in recent. deciſ.211. numer.5. & ſeq.
& deciſ. 328. numer.4. & ſequent. part.5.
vbi, quòd prohibitio Conſtitutionis Sanctæ
47 Mem. Clementis VIII. Vrbani VIII. & Sixti
V. nè alienentur bona in forenſes, non exten-
datur ad hypothecas.

48 In idem etiam valdè confert aliud ſimile;
licèt enim bonorum Eccleſiaſticorum ſit pro-
hibita omnis alienatio, etiam impropriè, &
impropriiſſimè accepta, ex quo agitur de re
Eccleſiæ fauorabili, & amplianda, ut inquit
gloſ.& Abbas in cap nulli de reb. Eccleſ. non
49 alienand. num.13. Nihilominus non intelligi-
tur prohibita generalis bonorum hypothe-
ca, vt optimè probat Beroni in dict.cap.nulli
num.11.& ſeqq. ibique Anebaran.num.2. Io-
ann.de Anania. numer.3. optimè Reuerendiſſi-
mus Fagnan. num.30.& duobus ſeqq. Alexand.
conſ.118. num.16.& ſeq.lib.5. Altograd. conſ.
3.num.3.4.& 7. lib.1. Couarr.var.reſolut. cap.
16.num.7. Redoan.de reb.Eccleſ.non.alien.fol.
9.à num.12. vſque ad finem. Molin. de Iuſt. &
Iur.tract.2.diſp.466. in princip. Adrian. Negu-
ſant.qu.412.num.14. Altograd.d.conſ.3.num.3.
& ſeq.lib.1. Merlin.de pignorib.lib.2 qu.85.n.7
& ſeq. Ciarlin. contr.183.numer.108.& ſeqq.
Cenſal.deciſ.Lucenſ.15.nu.23.& ſeq.Epiſc.Spe-
rell.dec.74.num.1. & ſeq.lib.1.Archiep.Roys
dec.261. num.1. & ſeq.& Nos alibi latiùs ex-
plicauimus Diſput.57. nu.72.& ſeq.vol.1.

50 Idemque in proximis terminis etiam ha-
bemus, quòd ſub prohibitione venditionis,
permutationis, & donationis non compre-
hendatur hypotheca, Cyn.in l.final. in tertia
oppoſitione num.2. in fin.verſ.ſed. contra. ibiq;
Salicet. in vlt. oppoſit. Cod. de reb.Eccleſ.non
alien.Odd.de fideicomm.quod appell.prohib.in-
duc.qu.24.art.3.nu 84. Fuſar.de ſubſtit. q.695.
num.18. Felician.de cenſib. tom.1. lib.2.cap.4.
num.5.

51 Prædictis igitur firmatis, ſatis liquidò de-
præhenditur, non ſubſiſtere id, quód malè,
nemine allegato, aſſerit Merlin. de pignorib.
lib.1 tit.3. quæſt.16.nu.5. verſ. declaratur 2.
quòd, quando extaret particulare ſtatutum
prohibens Hebræis poſſidere immobilia ex
facultate dandi ad vſuram ſuper mobilibus,
non poſſint mutuare ſuper immobilibus;
cum ab Hebræis illa poſſideri non poſſint.

Siquidem, præterquàm quód eius dicta

non applicantur in præſenti, cum prædicta Bulla Sanctæ Memoriæ Sixti V. non loquatur de facultate mutuandi ſuper mobilibus; ſed
52 ſuper pignoribus, quæ in Iure promiſcuè accipiuntur cum hypothecis, vt eſt *textus ad litteram in l.hypothecaria 5.in fin. ff. de pignorib.* ibi: *inter pignus autem, & hypothecam tantam nominis ſonus differt*, ideóque dum Conſtitutio Sixti Quinti impartitur facultatem Hebræis mutuandi ſuper pignore, non excludit hypothecam ſuper immobilibus.

Adhuc ratio per *Merlinum* adducta, quód immobilia non poſſint ab Hebræis poſſideri, non ſubſiſtit ad impediendam actionem hypothecariam; ſed ſolùmmodò eius exercitiũ pro acquirenda vera poſſeſſione, & Dominio vigore adiudicationis rei hypothecatæ; non autem vigore Saluiani, quòd ſimplicem detentionem nomine debitoris importat, vt ſupra eſt firmatum.

Prædicta omnia confirmantur, nam Bulla Sixtina *in* §.21. *& ſeq.* permittit facultatem faciendi contractus ſuper mutuo ſub obligatione Camerali, quæ abſque dubio continet
53 hypothecam, *Zacch.de obligat. Cameral. qu. 31. num.8. Barz.dec.108. num.29. Buratt.dec. 905. nu 2. Bich. dec.311. nu 8. Card. Ottobon. dec.156.num.3.* ideòque dum Summus Pontifex permiſit facultatem Hebræis huiuſmodi contractus ſub obligatione Camerali peragendi, non videtur excluſiſſe hypothecam ſub eadem obligatione Camerali pernecesſè compræhenſam, modo tamen ſuperiùs explicato, vt ſcilicet per exercitium actionis hypothecariæ non deueniatur ad propriam poſſeſſionem, & dominium rei immobilis hypothecatæ, in quibus terminis poſſunt procedere ex aduerſo deducta.

Contra ſuperiùs firmata fuit determinatum per Rotam in Nepelina Saluiani 27.Iunij 1664.*coram Reuerendiſſimo Verospio, quæ legitur impreſſa* in recentior. part.14. *quæ contraria deciſio prodijt, potiùs ex motiuis prudentialibus, quàm legalibus.*

ARGVMENTVM.

Minori effecto maiori, an, & infra quantum tempus competat Ius offerendi ad effectum redimendi pignus, tàm prætorium, quàm conuentionale: Ad intellectum Iurium, in *l.2.Cod.ſi aduerſ.vendit. pign. & in l.Aemilius 38. ff. de minorib.l. fin.Cod. de tempor. in integr. reſtit. & in l. fin.Cod.ſi maior.fact.*

SVMMARIVM.

1 *Minori competit Ius offerendi ad effectum redimendi pignus, etiam ſi illius dominium irreuocabiliter fuerit translatum in deliberatarium.*

2 *Idque procedit, tàm in pignore conuentionali, quàm Prætorio.*

3 *In materia Iuris offerendi non intereſt, inter pignus conuentionale, & Prætorium.*

4 *Neque requiritur probatio læſionis, & dè ratione deſumpta ex* l.ſi creditor, ff. de diſtract. pignor. *æquiparante minorem abſenti cauſa Reipublicæ.*

5 *Paſſiua ſeruitas itineris minuit valorem Pradij.*

6 *Ius offerendi competit minori, etiam effecto maiori, nam, cum illud oriatur ex diſpoſitione Iuris, non poteſt cenſeri ſublatum, niſi præſcriptione 30. annorum.*

7 *Imò in aliquorum ſententia nullo vnquàm tempore eſt præſcriptibile, quaſi ſit quædam facultas.*

8 *Minor non reſtituitur aduerſus venditionem pignoris, quod incepit à maiore authore minoris, licèt habeat regreſſum contra Tutorem, qui paſſus eſt venundari.*

Traditur intellectus l.2.Cod. ſi aduerſ.vendit.pignor.

9 *Pignus, ſi cepit à maiore, & venditio pignoris fit à creditore ex pacto cum eodem maiore habito, nullo prorsùs geſto cum minore, tunc minor non reſtituitur.*

Idque ea ratione, quia verba edicti loquuntur de eo, quod cum minore erat geſtum.

10 *Si verò aliquid cum minore eſt geſtum, putà, quia ob moram eiuſdem minoris interpellati ad ſoluendum fuerit pignus diſtractum, & tunc minor reſtituitur.*

11 *Cum minore, quando aliquid eſt geſtum, licèt ex pacto, & conuentione præſcriptio ceperit ab authore minoris, nihilominus minor aduersùs illum reſtituitur.*

12 *Intellectus* l.Æmilius, ff. de minorib.

13 *Minor non reſtituitur aduersùs præſcriptionem conuentionalem, quoties ab eius authore maiore incepit.*

Intellige, quando nihil eſt cum minorè geſtum; ſecus verò, ſi cum eodem minore aliquid fuerit actum.

14 *Minori non ſuffragatur reſtitutio, quoties non eſt petita intra quatriennium poſt maiorem ætatem.*

15 *Sed hoc quatriennium, vtpotè ab initio vtile, non currit contra minorem; niſi à die ſcientiæ, tam facti, quá Iuris ſuper deliberatione pignoris.*

Scientia in minore eſt probanda præcipuè, quádo deliberatio fuit facta, citatis tutoribus, ignoranteque minore.

16 *Expenditur ratio* Caſtrenſis, *quòd ſi interim curreret hoc quatriennium, eſſet danda reſtitutio ex clauſula generali ob iuſtam impedimentum.*

17 *Reſtitutio non datur ad petendam reſtitutionē.*

18 *Ratificatio deliberationis non datur in minore; niſi probata explicita ſcientia tam facti, quàm Iuris offerendi eidem minori competentis.*

Quæ ſcientia requiritur explicita, adeòut generalis, & confuſa non ſufficiat.

19 Re-

19 *Regulariter ratificatio induci non poteſt, niſi in ratificante ſcientia concurrat.*

20 *Scientia Tutoris eſt ſufficiens ad præſcribendum contra Pupillum.*

21 *Reſtitutio, quando petitur, & eſt concedenda ex edicto minorum, tunc competit, etiam ſi adeſſet regreſſus contra Tutorem, vel Curatorem.*

22 *Reſtitutio in integrum datur minori, ſaltem ex capite ignorantiæ, & ex clauſula generali aduerſus deliberationẽ factam, citatis ſolùm tutoribus, & ſolùm ignorante minore.*

C A P V T CXL.

1 CVM Octauius eſſet minor tempore ſequutæ deliberationis vineæ, de qua agitur, explorati Iuris eſt, quòd eidem competat ius offerendi ad effectum redimendi pignus, etiamſi illius dominium irreuocabiliter fuerit translatum in deliberatarium, prout eſt *Text. ad litteram in l. ſi creditor 7. de diſtract. pignor.* vbi *Martianus* ait: *Si verò tempus præterijt, aut ſi non eo pacto res venierit non poteſt reſcindi venditio; niſi minor ſit annis 25. debitor, aut pupillus, aut Reipublicæ cauſa abſens, vel in aliqua earum cauſarum erit ex quibus edicto ſuccurritur, Salicet. in l. 2. num. 2. C. ſi antiq. credit. Neguſan. de pignor. membr. 3. quint. part. n. 5. verſ. ſeptimo reſtringitur,* latè *Odd. de reſtitut. in integr. part. 2. quæſt. 53. art. 4. per tot. Morot. de Iur. offerend. numer. 24. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. qu. 45. nu. 51. & ſeq. de Marinis quotid. reſol. cap. 219. num. 12. lib. 1. Merlin.* qui teſtatur deciſum in Sacro Conſilio Neapolitano *contr. forenſ. cap. 93. nu. 9. lib. 1. Arias de Meſ. variar. lib. 1. cap. 49. num. 19. Card. de Luca de credit. diſcurſ. 165. numer. 2. 7. & ſeqq. in ſupplement. part. 2.*

2 Eiuſdemque legis diſpoſitio procedit, tàm in pignore conuentionali, quàm Prætorio, prout in pignore Prætorio loquitur expreſsè *Merlin. d. contr. 93.* ſignanter *num. 9. Neguſan. de pignor d. membr. 3. quint. part. num. 5. verſic. ſeptimò reſtringitur,* qui limitando concluſionem ſuperiori loco firmatam, quòd Ius offerendi non competat ſecundo creditori, quando venditio pignoris fuit facta Iure creditoris, quod propriè intelligi debet de venditione ſubhaſta, illam limitat, ſi debitor tempore diſtractionis fuerit minor, & reuera nõ poteſt aſſignari congrua diſparitatis ratio, inter vnum caſum, & alterum, cum in mate-
3 ria Iuris offerendi non interſit, inter pignus conuentionale, & Prætorium, *Riminald. Iun. conſil. 3. nu. 10. Felician. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap. 2. ſub num. 13. verſ. quæ regula,* Caroc. *de oblat. part. 2. qu. 11. n. 62. & ſeq. Bich. dec. 95. nu. 13. & dec. 43. nu. 11.*

Idque, etiam ſi per minorem nõn probe-
4 tur magna leſio in pignoris diſtractione; nam cum in prædicta *l. ſi creditor ff. de diſtract. pignor.* ab illa regula, quód pignus venditum non valeat á debitore recuperari, eodem contextu, & pariformi determinatione, tàm Minor, quàm Abſens Reipublicæ cauſa excipiatur: Hinc eſt, ut quemadmodum in reſtitutione ex cauſa abſentiæ hoc magnum detrimentum non diſtinguitur, ſed datur ſimpliciter reſtitutio ad reuocandam alienationem in abſentia factam, quia is, qui reuerſus eſt, prætendit ſua intereſſe rem ſuam recuperare, prętio emptori ſoluto; ergo idem in minore aſſerendum argumento, *l. quamuis C. de impuber. & alijs ſubſtit. l. iam hoc Iure ff. de vulgar.* prout in ſpecie ad intellectum *d. l. ſi creditor,* egregiè aduertit *Odd. de reſtit. in integr. p. 2. qu. 53. art. 5. nu. 24.*

Præterquàm quòd in præſentia, neque etiam deficit lęſio; potiſſimum ex diminu-
5 tione valoris vineæ diſmembratæ, ſtante prępcipuè paſſiua itineris ſeruitute, *l. Mæuius §. fin. ff. famil. Erciſc. l. ſi plura mancipia 36. ff. de ædilit. edict. Rebuff. in l. vnic. in gloſ.* in verbo *ſubtilitatem num. 34. Cod. de ſentent., quæ pro eo, quod inter. Altograd. conſ. 98. num 4. lib. 2. Poſth. de ſubhaſtat. inſpect. 60. num. 46. Gratian. cap. 545. n. 19. & dec. March. 169. nu. 18. & ſeq. Card. de Luca de empt. & vendit. diſc. 24. nu. 11. Surd. dec. 155. num. 5. Buratt. dec. 538. n. 6.*

6 Quod quidem Ius offerendi competit minori, adhuc ſi maior fuerit effectus; cum enim Ius illud otiatur ex Iuris diſpoſitione fauore minorum, uel non poteſt cenſeri ſublatum, niſi pręſcriptione 30. annorum, præcipuè per creditorem contra debitorem, iuxtà *Bulgari* opinionem relatam per *gl. in l. cum notiſſimi 7. §. eodẽ Iure* verbo *opponere conatur, verſ. ſed Bulgarus dicit C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* vbi ſignanter *Bald. ſub num. 14. Angel. in §. actionum numer. 119. Inſtit. de actionib.* quam vti veriorem ſequitur *Neguſan. de pignor. 3 membr. 5. part. num. 52. Marta conſil. 65. num. 15. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 9. num. 3. Menoch. conſ. 201. nu. 80. Morot. de Iur offerend. tit. de ſecũd. credit. offer. n. 59. Guttier. de Iuram. confirmat. part. 3. cap. 1. num. 13. Pract. Papienſ. in forma libell. ſuper action. real.* verbo *præſcriptio numer. 35. fol. 54. Gabr. lib. 5. de præſcript. concl. 7. num. 1. verſic. contrariam opinionem, Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 17. num. 237. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. qu. 80. num. 23. & ſeqq. Carena reſol. 131. num. 9. Peregrin. dec. 123. num. 9. Maſtrill. dec. 201. num. 28. & ſeq. lib. 3. Theſaur. dec 157. nu. 3. Milanenſ. dec. 12. num. 123. lib. 2. Bich. dec. 43 nu. 14.*

7 Vel potiùs, attenta altera ſententia, nullo vnquàm tempore eſt præſcriptibile, quaſi ſit quædam debitoris facultas, *gloſ. in d. leg. cum notiſſimi §. eodem Iure verſ. opponere conatur,* ibique *Bart. num. 1. & 4. Salicet. num. 5.* & pluribus relatis *Gabr. de præſcript. d. concluſ. 7. num. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. d. quæſt. 80.*

nu.2.& ſeqq.Caren.d.reſol.131.num.9.Franeb.
dec.69.numer.12.& ſeq.Cacherau.dec.115.per
tot.
8 Neque prædictis omnibus aduerſatur di-
ſpoſitio l.2.C.ſi aduerſ.vendit.pignor. in qua
habetur, quòd contra venditionem pignoris,
quod incepit à maiore authore minoris, mi-
nor non reſtituatur, licèt contra Tutorem
habeat regreſſum, qui paſſus eſt venundari,
vnde cum in præſentia pignus fuerit diſtra-
ctum ex ære alieno á Patre minoris con-
tracto, non videatur concedenda reſtitu-
tio, quaſi cum minore nihil fuerit geſtum.
Siquidē pro reſponſione, & ad intellectum
d.l.2. oportet diſtinguere, quòd, aut pignus
9 cœpit á maiore, & venditio pignoris fit à cre-
ditore ex pacto cum eodem maiore habito,
nullo prorſus geſto cum minore, & tunc mi-
nor non reſtituitur, & in his terminis pro-
cedit text.in l.1.& 2.Cod.ſi aduerſ.vendit. pi-
gnor.& in l.Aemilius ff.de minor.cum concor-
dantibus, quæ minori reſtitutionem denegāt
aduersùs pignoris diſtractionem, idque ea
potiſſimùm ratione, quia verba Edicti Præ-
torij loquuntur de eo, quod cum minore erat
geſtum, atque adeò, cum in propoſita ſpecie
nihil cum minore fuerit actum, meritò eſt de-
neganda reſtitutio.
Si verò eſt aliquid cum minore geſtum,
vt putá, quia fuit à creditore interpellatus
10 ad ſoluendum, & ex mora eiuſdem minoris
fuit creditor aſſequutus à lege poteſtatem
pignus ſubhaſta diſtrahendi, & in hoc ca-
ſu aduersùs pignoris diſtractionem eſt mi-
nor reſtituendus; etiam pro paruo damno;
eſt enim cum minore aliquid geſtum; licèt
pignus à maiore inceperit, prout fuit origi-
nalis diſtinctio gl.in leg.ſi eum militaribus 6.
verbo diſtraxerint C.de reſtitut.milit.quam ſe-
quitur Bart.omninò videndus in l.2.C. ſi ad-
uerſ.vendit.pignor.verſ.ſi verò cœpit à maiore,
ibique Bald. verſ.ſed gloſ.prima, Caſtr. num.3.
verſ.prima limitatio prope fin.Fulgoſ.nu.2. An-
gel.in l.1. Cod.ſi aduerſ.vendit. pign.num.1. &
ibidem Iacob.de S.Georg. n.3.gl.additionalis in
d.l.2.Cod.ſi adu. vendit. pign. verſ. quando pi-
gnus cœpit, idem Bart. in l. Aemilius nu.5. ff.
de minor. cum aliis relatis per Odd. de reſtit.in
integr. part.2.qu.54. art.6. per tot. vbi latiſſi-
mè firmatur huiuſmodi diſtinctio, aſſerens
num.28. verſ.ego puto, quòd iſta ſit veritas,
quodque ſit communis Interpretum diſtin-
ctio.
Qua ſuppoſita, abſque dubio verſamur in
ſecundo diſtinctionis membro; licèt enim
pignus inceperit cum Patre minoris, cum ta-
men illius diſtractio fuerit facta, interpella-
to eodem Minore, vel eiuſdem Tutore, vti-
que cum minore dicitur geſtum, & per con-
ſequens competit reſtitutio in integrum ad-
uersùs pignus diſtractum, citato, & interpel-
lato minore, etiam ſi damnum ſit modicum.
11 Idque confirmari poterit ex alia receptiſ-
ſima concluſione, quòd, quando cum ipſo mi-
nore fuit geſtum, licèt ex pacto, & conuen-
tione præſcriptio cœperit ab authore eiuſdē
minoris; nihilòminus minor aduersùs illam
reſtituitur, prout ex tex.in l.at Prætor 7. ff. de
minor.firmat Odd.de reſtit.in integr.art.6.par.2.
d.qu.54.nu.25. & ita intelligendus eſt text. in
d. l. Aemilius ff.de minorib. ex quo deſumitur
12 regula, quòd minor non reſtituatur aduer-
sùs præſcriptionem conuentionalem, quan-
13 do ab eius authore maiore incœpit, quoties,
nempè, nihil eſt cum minore geſtum; ſecus
verò, quando aliquid eſt actum, prout illum
textum explicant communi ſenſu Interpre-
tes, præcipuè Bart.in d.l.Aemilius Anton.Fab.
ibid. in Rational. optimè Balb. de præſcript. 1.
part.6.& vltim.part.principal. num.32. verſ.
1. limita iſtam concluſionem. Odd.d.art.6.q.54.
nu.25.& 28.verſ.ego puto.
Minùs etiam poterit obſtare, quòd reſtitu-
tio, vtpotè non petita intra quatriennium
14 poſt maiorem ætatem à ſtatuto inductam
non poſſit ampliùs ſuffragari, l.fin.Cod. de
tempor.in integr. reſtit. quòdque, cum minor
per quinquennium tacuerit, deliberationem
ratificaſſe dicatur, l.fin.C.ſi quis maior.fact.
15 Nam, cum quatriennium ad petendam
reſtitutionem in integrum ſit ab initio vtile;
hinc eſt, vt non currat, niſi à die ſcientiæ, tam
facti, quàm Iuris ſuper deliberatione, quæ
in minore eſſet probanda, præcipuè, quia de-
liberatio fuit facta, citatis Tutoribus, mi-
noreque ignorāte, Bald.in l.falſam C. ſi falſ.
Inſtrum.Alex.conſ.89.num.10.lib.2.Dec.conſil.
36.num.9.& conſ.42.in fin.& conſ.302.nu.5.
verſ.non obſtat, Socin.Iun.conſ.128.num.168.
lib.1.Honded.conſ.83.nu.67.lib.1.Becc.conſ.50.
num.4. Trentacinq.conſ.54 lib.1. vbi maximè
quando quis ignorat rem propter mutatio-
nem perſonarum, Menoch.de præſumpt.lib.1.
qu.71 optimè Hodiern.ad Surd. dec.4. num.6.
& ſeqq.Cyriac.contr.370.nu.41. Odd.de reſtit.
in integr.qu.20.art.4.
16 Idque ea præcipua ratione, quam egre-
giè expendit Caſtrenſ.conſ.299.numer.3. lib.1.
quòd, ſi curreret interim hoc quatriennium,
opus eſſet nihilòminus dare reſtitutionem ex
clauſula generali propter iuſtam ignoran-
tiam aduersùs lapſum huius quatriennij, atq;
adeò daretur reſtitutio ad reſtitutionem pe-
17 tendam contra regulam, l.interdum cum ibi
notatis ff.de minor.
18 Prout idem dicitur de diſpoſitione l.fin. C.
ſi maior fact. nam, cum ſit innixa tacitæ, præ-
ſumptæque ratificationi, meritò non habet
locum, niſi data, & probata explicita ſcien-
tia, tàm facti ſuper ſequuta deliberatione,
quàm Iuris offerendi eidem minori compe-
tentis ex peculiari Iuris priuilegio, prout in
ſpecie

ſpecie *Natt. conſ.162. numer.3. & ſeq. Surd. conſ.49. num.29. Ludouiſ. dec.260. nu.15. Buratt.dec.410.nu.11. Rot.in recent.dec.262. nu.13. par.9.* vbi, quòd in minore requiratur explicita ſcientia, & generalis, & confuſa non ſufficiat, *Ninot.dec.3.num.11.* & eſt regulare,

19 vt ratificatio induci non poſſit, niſi in ratificante ſcientia concurrat *Surd.conſ.49.n.32. & ſeqq. Maluaſ.conſ.86.ſub.nu.26. & ſeq. Gabr. conſ.36.numer.67. verſ. nec enim ſuffien lib.1. Corn.conſ.207. ſub num.8. lib.3. Simoncell. de decret.lib.3.tit.9.num.37. & ſeqq. Rot. diuerſ. dec.102.nu.13. & ſeqq p.2. Lud.dec.473.n.20. Buratt.dec.410.n.11. Card Ottob.dec.11.n.23.*

20 Nullatenus aduerſante, quòd, quemadmodùm ſcientia Tutoris eſt ſufficiens ad præſcribendum contra Pupillum, ita pari modo ſcientia Tutoris nocere debeat Minori, *l.3.§. fin.ff.de tribut. act.l.ſi Tutoris 23. C.de admin. Tutor.Natt.conſ.492. nu.6. & ſeqq.* vbi quòd eo caſu debeat agere contra Tutorem, *Roland.conſ 10. num.18. & ſeqq. lib.2. Mandell. conſ.18. per tot.Berouſ.conſ.121.nu.19. & ſeq. lib.3. Card.Ottbob.dec.173.nu.11. & ſeq. Rot. in rec.dec.63.n.27.p.9.*

Nam aduertendum, quód, cum dicta concluſio tota fundetur in regreſſu, quem minor poteſt habere contra Tutorem, ſi reſtitutio in integrum veniret concedenda ex clauſula generali poſſet procedere obiectum, quia tunc iuxta aliquorum ſententiam illa non conceditur, quando adeſt recurſus contra Tutorem, vel Curatorem, ſed quando

21 petitur, & venit concedenda ex Edicto minorum, tunc videtur contrarium dicendum, quia ipſa reſtitutio principalis venit concedenda, etiam ſi adeſſet regreſſus contra Tutorem, vel Curatorem, vt ſunt Iura ſatis aperta in *l.etiam*, & *l.fin. C.ſi Tutor. vel Curat. interuen.* vbi ſignanter *Bart. & Salicet. Abb. in cap.ex parte nu.9. verſ. quartò limita de reſcript. Afflict.in conſtit. Regni Minorum nu.19. verſ.ſecundo caſu, Bero.conſ.12. nu.75. & ſeqq. Surd.conſ.95.num.20. & duobus ſeqq. Roland. conſ.72.num.47. Odd.de reſtit.in integr. qu.22. per tot.ſignanter nu.16. Cyriac.contr.370.n.39. Franeb.dec.473.per tot.*

22 Et in omnem caſum, cum deliberatio fuerit facta, citatis ſolùm Tutoribus, prorſuſque ignorante minore, ſaltem ex capite ignorantiæ, & clauſula generali, non eſſet deneganda in integrum reſtitutio; *Balb.de præſcript. in 4. part.principal. quæſt.29. per tot. Tiraquell. de retract. lignag. §.35.gl.4. num.43. Alexan. conſ.71.num.2. & ſeq lib.3. Pariſ.conſ.16.nu.239. vbi de communi lib.2. Spad.conſ 93.n.14. lib.3. Odd.de reſtit.in integr. qu.98. art.5. verſ. in contrarium*, latè *Hodiern.ad Surd.dec.4. Mobedan.dec.1.de reſtit.in integr. Buratt. dec.457. n.2. Rot* poſt *Cenc.de cenſ.dec.158.n.12.*

ARGVMENTVM.

Deliberatio pignoris præſumitur valida, neque poteſt irritari ratione exceſſus, eò quia res magni valoris fuerit diſtracta pro paruo credito; niſi idem exceſſus ſit maximus prudentis Iudicis arbitrio decernendus.

Negatiua defectus citationis non probatur ex proceſſu, quoties non eſt integer.

Mors mandantis, quoties non eſt nota Iudici, vel Parti; legitimè in Iudicio proceditur contra Procuratorem conſtitutum, Dominum litis effectum; Idque etiam ſi ſententia non feratur contra eumdem Procuratorem; ſed contra principalem, vel eius hæredem etiam pupillum, vel minorem; ſecus aſſerendum, quoties nullus adeſt hæres, vel hæreditas eſt iacens.

Deliberatio, quoties legitimè proceſſit, & pretium diſtracti pignoris fuit in Aede publica depoſitum, actio creditori tantùmmodò competit ad pretium, non autem ad rem, ne haſtæ Fiſcalis deludatur auctoritas; Ad ornatum doctrinæ *Bald.in authent.ei qui iurat, Cod de bon. auctor.Iudic.poſſiden.*

SVMMARIVM.

1 *Subbaſtatio, & deliberatio præſumitur valida.*
2 *Pro Iudicis decreto eſt præſumendum.*
3 *De requiſitis neceſſarijs ad hoc, vt in ea legitimè procedatur, remiſſiuè.*
4 *Conditio habetur pro impleta; quoties implementum conditionis pendet à voluntate promittentis, ſi per eum ſtat, quominus impleatur.*
5 *Præfixo debitori à Iudice termino ad implendum, illo elapſo, debitum remanet purum, rectèque fit exequtio.*
6 *Herede negligente adimplere conditionem poteſtatiuam, poteſt illi prefigi terminus.*
7 *Actus geſtus ad maiorem cautelam non nocet.*
8 *Vendere obligatus infra certum tempus, docere debet de diligentijs adhibitis in vendendo.*
9 *Negatiua defectus citationis probatur ex inſpectione proceſſus.*
10 *Intellige, ſi proceſſus probetur integer; ſecus, ſi appareat defectiuus.*
11 *Amiſſio actorum inducit preſumptionē, quòd ſolemnitas fuerit ſeruata; adeout præſumatur id, quod deficiat, in illis contineri.*
12 *Citationem ſuper præfixione termini preſumitur adfuiſſe ex proteſtatione ex aduerſo emiſſa, quòd præfixioni locus non eſſet.*
Accedente præcipuè lapſu temporis, cum enunciatiuis, fideque Notarij.
13 *Ex compenſatione crediti non oppoſita per debitorem oritur vehemens præſumptio, vel negatiue.*

Google

uę crediti, vel præſumptæ ſolutionis.
14 Creditorem, qui ſe, prætendit alienius non eſt veriſimile, quòd ſe faciat illius debitorem.
15 Soluens non oppoſita compenſatione non prohibetur petere, quod ſibi debetur.
16 Ex tarda prouectione crediti non leuis oritur ſuſpicio.
Intellige, aliis coniecturis contrariis non concurrentibus, ibidem.
Traditur intellectus text. in l. ſi cum dos, ff. rer. amotar. ibidem.
17 Compenſatio; quoties non agitur de inibendo curſu vſurarum vel pœna euitanda non inducitur niſi parte opponente.
18 Nominatio non poteſt fieri poſt annum.
Expenditur text. in l. fin. §. ſed, & ſi quis, Cod. commun. de legat.
19 Ceſſio nō poteſt retrotrahi in præiudiciū tertij.
20 Præſūptio iuſti valoris militat pro ſubhaſtatione
21 Res tanti valet, quanti in loco publico vendi poteſt, iuſtumque pretium dicitur, quòd quis licitando conſequi poteſt.
22 Exceſſus in ſubhaſtatione conſiderari debet prudenti Iudicis arbitrio.
23 Ceſſante magno exceſſu, poteſt ſubhaſtari res maioris valoris pro debito minoris ſummæ, reſtituto tamen debitori reſiduali pretio.
24 Mors principalis mandantis quoties non eſt nota Iudici, vel parti, rectè in iudicio proceditur contra Procuratorem in actis conſtitutum dominum litis effectum.
Accedit non ſufficiat ſcientia priuata Iudicis.
25 Quod eſt extrà acta, dicitur eſſe extrà mundum.
26 Clauſula releuans operatur, vt mandatum non reuocetur per mortem conſtituentis.
27 Procurator Dominus litis effectus remaneat etiam procurator hæredis.
28 Idque quàmuis ſententia non formetur contra Procuratorem quondam talis defuncti tamquam Dominum litis effectum, cum ſufficiat, ſi Procurator fuerit citatus, & ſententia lata contra principalem.
29 Contraria opinio poteſt procedere, inſpecto Iure ciuili, non autem Canonico.
30 Vel quoties nullus adeſt hæres, vel hæreditas eſt iacens, tunc enim morte conſtituentis mandatum expirat, etiam ſi procurator dominus litis fuerit effectus.
31 Comluſio principalis, de qua ſupra num. 27. procedit, etiam ſi hæres ſit pupillus, vel minor.
32 Deliberatario auctore Pratore, poſſidenti debetur manutentio.
33 Prout etiam ceſſionario eiuſdem deliberatarij.
34 Sententia lata per Iudicem criminalem ſuper falſitate Inſtrumentorum dotalium præiudicat mulieri citatæ.
35 Conſtitutum Inſtrumento falſo adiectum, vtpotè illius acceſſorium, nihil operatur, neque aliquam poſſeſſionem transfert.
36 Mulier creditrix dotium non poteſt ſibi mutare cauſam poſſidendi in præiudicium creditoris, cui iam fuerat ius quæſitum
37 Exequtio, & deliberatio facta ad effectum deponendi, & ſoluendi creditoribus anterioribus, non poteſt ab altero creditore impediri.
38 Subhaſtatio, & deliberatio pignoris, quoties legitimè proceſſit, pretiumque fuit in Aede publica depoſitum, actio creditori tantùmmodo competit ad pretium; non autem ad rem.
Idque, ne auctoritas haſtæ Fiſcalis eludatur.
39 Reprobatur contraria ſententia.
40 Conſtruens Domum ex propria materia, ſuiſque ſumptibus, & opera, habet hypothecam potiorem, & priuilegiatam ſuper eadem Domo.

CAPVT CXLI.

CONSTAT de bono Iure Dominorū de Borromeis, etiam ad effectum manutentionis, cum creditum Comenſoli eorum Auctoris, cuius vigore fuit exequuta, ſubhaſtata, & deliberata Domus, de qua agitur, mediante emptore pro perſona nominanda, ſatis liquidò conſtet ex Apoca à Dugnano debitore, teſtibuſque ſubſcripta, cum obligatione Camerali. Prout etiam omninò eſt valida, & ſuffragari debet ſubhaſtatio, & deliberatio, nedum, quia pro
1 ipſius validitate Iuris militat præſumptio, *l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties 8. ff. de verbor. obligat. Alex. in l. qui Romæ 122. §. duo fratres nu. 29 ff. eod. Crauett conſ. 188. nu. 8. Abb. conſ 41. nu. 2 lib. 1. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 49. num. 16. Card. de Luca de Iudic. diſc. 40. num. 88 Buratt deciſ. 538. numer. 2. Fontanell. deciſ. 65. numer. 1. Card. Ottobon. dec. 226. num 2. Rota deciſ. 48 num. 1.* poſt *Mangil. de ſubhaſt.* & poſt *Zacch. de oblig. Cam. dec. 197. numer. 1.*
2 eſtque præſumendum pro Iudicis decreto, *leg. ab ea parte §. vlt. ff. de probat. leg. non eſt veriſimile,* vbi gl. verbo *præſumptio ff. quod met. cauſ. gloſ. fin. in cap. præterea 1 in 7 qu. 1.* ibique *Archidiac. Abb. in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. num. 8. Felin in cap. dilectus ii primo num. 1. de reſcript. Ruin. conſ. 49 ſub nu. 11. Rub. in annot. ad deciſ. 254. nu. 288 part. 9 recen. tom. 1. Rot. in recent. dec. 76. num. 14. & dec 98. num. 8. part. 6. & dec. 245. num. 6. part. 7.* & in his terminis *Buratt. dec. 538. num. 2.*
3 Sed etiam, quia reuera apparet, in ea fuiſſe legitimè proceſſum, cum omnibus requiſitis, de quibus *Salust. Tiber. in Prax. lib. 1. cap. 41. in fin. Galleſ. de obligat. Cameral. qu. vlt. n. 31. & ſeq. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 20. num. 40. & ſeq. Rot.* poſt eumdem *dec. 64. nu. 4. & dec. 80. num. 1.* & poſt *Nigr. eod. tract. deciſ. 12. nu. 1.*

Nulla verò eſt habenda ratio de obiecto, quòd creditum, pro quo reperitur facta ſubhaſtatio non ſit purum, ſed conditionale ex promiſſione facta per Dugnanum debitorem Comenſolo creditori de ſoluēdo ſcuta 1348. ſtatim ſequuta venditione domus.

Siquidem potiùs aſſerendum, obligationem fuiſſe puram, licèt fuerit dilata ſolutio ad tēpus venditionis, vel ex quo, cum debitor, ſpatio plurium menſium, intra quod poterat ſa-
4 tis commodè vendere Domum, id ex equi neglexerit, quo caſu dicitur per eum ſtetiſſe, & contra ipſum, vti non curantem, benè agi potuit *l. hac conditio 29 ff. de cōdit. & demonſtrat.*

ſtrat. l.Iure ciuil.ff.eod. l.ſi ita ſtipulatus 14. l.
in exequutione 85.§.fin.ff.de verbor.oblig l.con-
tinuus 137. §.cum ita ff.eod. leg.Iulius Paulus
81.in fin.ff.de condit.& demonſtrat.l.labeo 50.
in fin ff.de contrab.empt.Crauett.conſ.192. nu.
17.& ſeq.et conſ.246.nu.1. Surd. dec.226. nu.
10. Cyriac.controu.167.num.2.et ſeqq.cum non
debuerit eſſe in poteſtate Dugnani debitoris
eludere creditum Comenſoli, domus vendi-
tione neglecta Peregrin. conſ.81.nu.1.et ſeqq.
lib.4. Regulare enim eſt, vt quando imple-
mentum conditionis pendet à voluntate pro-
mittenris, tunc conditio habeatur pro im-
pleta, ſi per eum ſtat, quominùs impleatur,
l.hac venditio in fin.ff.de contrab.empt. ibi, ſi
igitur rationes potuit accipere, & non ac-
cepit, vel accepit, fingit autem non accepiſſe,
impleta conditio emptionis eſt, & ex empto
venditor conueniri poteſt, Donell.in leg. ſi quis
arbitratu, num.10. & duobus ſeqq.ff. de ver-
bor.obligat. Alex.conſ.49.nu.1. verſ. ſecundò
quia lib.2. Burſatt.conſ.56.nu.28.& ſeq. Surd.
dec.182. numer.14. & ſeq. Buratt. deciſ.110.
numer.7. & ſeq. Merlin. deciſ.605. numer.18.
et ſeq. Bich.dec.11.num.11. Card.Millin. deciſ.
436.nu.4.

5 Vel ex quo, creditore cautiùs agente, fuit
eidem debitori præfixus à Iudice terminus
ad vendendum, ob cuius lapſum purificatum
fuit debitum, ſublatoque dilationis obſtaculo
rectè exequi potuit, l.ſi quis inſtituatur 23. §.
ſed ſi bonorum ff.de hered.inſtit. vbi quòd, ne-
6 gligente hærede adimplere conditionem po-
teſtatiuam, poſſit illi præfigi terminus, Card.
Millin.dec.436.n.2.

7 Nullatenus aduerſante obiecto, quòd non
conſtet, interfuiſſe citationem ad videndum
præfigi terminum. Tum ex quo præfixio ter-
mini fuit ad abundantiorē cautelam, l.Teſta-
mentum Cod.de teſtam.l.pen.Cod.de edict. Dec.
conſ.197.num.3.Roman. conſ.343.nu.7. Surd.
conſ.321.n.58.Gabr.conſ.71.n.3.lib.2.Bich.dec.
568. num.12.et ſeq.Rot.in recent. dec.173.nu.
1.et ſeqq.part.7. cum non fuerit per debito-
8 rem doctum de diligentijs adhibitis in ven-
dendo, prout tenebatur, ex adductis per Cy-
riac.d.contr.167.nu.2.et ſeqq.

9 Tum etiam quia, licèt negatiua defectus
citationis probetur ex inſpectione proceſſus,
Bart.in l.hi qui ad ciuilia.nu.4. Cod.de appellat.
Caſtr.conſ.81. num.3.lib.2.Roland.conſ.32.nu.
30. lib.1. Imol.conſ.110 num.1. Dec.conſ.483.
n.4.Vant.de nullit.ex defect. citat.n.14. & ſeq.
Afflict.dec.107.nu.5. Rot.diuerſ.dec.63.num.2.
part.1.Card.Caualer.dec.35.nu.2. Ludouiſ.dec.
416. num.5. ibique add. lit. B. Id tamen pro-
10 cedit, ſi proceſſus probetur integer, Cardin.
Seraphin.dec.1307. Ludouiſ. dec.118. num.3.
Rot.diuerſ.dec.636. nu.2.part.1.in recent. deciſ.
611.num.4. part.1.Secus verò ſi, prout in præ-
ſentia, appareat defectiuus, & aliquid in eo
deſideretur; tunc enim ceſſat illa Iuris præ-
ſumptio, quæ ſtat pro Notario exemplante,
Io:And.in addit.ſpecul.de exec.ſent.§.poſtremo,
n.6.lit.B. Card. de Luca de Iudic.diſc.34.n.32.
Rot.diuerſ.d. deciſ.636. numer.3. part.1. & in
recent.293.num.6. & 7 part.1. & dec.684.n.4.
part.2.Mart. Andr.dec.9.n.6.& ſeq.& dec.19.
num.3. & in his ſpecialibus terminis Poſth.de
ſubhaſt.inſpect.23.num.91. Rot. poſt eumdem
dec.81.nu.3. & ſeq.& dec.91.num.4.& ſeq.

11 Sicuti enim multa deficiunt in proceſſu; ità
veriſimiliter poteſt etiam deficere citatio, nā
eo ipſo, quòd aliqua ex actis ſunt deperdita,
præſumitur id, quod deficit in illis contine-
ri, quia amiſſio actorum inducit præſum-
ptionem, quòd ſolemnitas fuerit ſeruata, gl.
in cap.quoniam contra in fin.ibique Bald.nu.27.
verſ.item fallit il ſecondo, quam cęteri ſequū-
tur de probat. Gabr.de ſentent.concluſ.4.nu.13.
Corn.conſ.349. num.8. verſ.& maximè dedu-
citur lib.1. Mart. Andr. deciſ.9. n.6.et ſeq. &
dec.19. nu.3. Rot.in recent.dec.611. nu.4. p.1.
& in ſpecie arguit Rot.dec.81.nu.5.poſt tract.
Poſth.de ſubhaſt. præcipuè ſtante declaratio-
ne Aduerſariæ, quæ non obſtante oppoſitio-
ne facta pro hac parte de non integra actorū
traſportatione; nihilòminus voluit, eam ha-
beri pro integrè facta.

12 Præterquàm, quòd fuiſſe exequutam præ-
dictam citationem rectè conuincitur ex pro-
teſtatione per partem aduerſam emiſſa in
termino illius, quòd præfixioni locus non
eſſet, Buratt.dec.727.num.1. vbi addit.num.8.
accedente præcipuè lapſu tot annorum cum
enunciatiuis, fideque Notarij, Menoch.præ-
ſumpt.22. num.3. lib.2. Card. Seraphin. deciſ.
1307. num.3. verſic.imò potiùs, & in ſpecie
Rot. dec.81.num.6. & 8.poſt tract. Poſth. de
ſubhaſt.

Minus obſtat prætenſa exceſſiuitas in de-
liberatione deſumpta ex declaratione facta
per Bennatum, quòd creditum contra Co-
menſolum vigore Apocharum ſpectaret ad
Dugnanum.

Omiſſa enim maxima inueriſimilitudine
huius prætenſi crediti; nam ſi creditum ſub
nomine Bennati apparens fuiſſet reuera Du-
gnani, vtique idem Dugnanus in ſolidatio-
ne computorum, confeſſioneque obligationis
13 in Apocha veriſimiliter compenſaſſet, qua
compenſatione non oppoſita, oritur vehemēs
præſumptio, vel negatiuæ crediti, vel præ-
ſumptæ ſolutionis, Bald.in l ſiquidem ibique
Iaſ. vterque n.3.C.de tranſact. Bertazol. conſil.
ciuil.118.num.18.Pacian.de probat. lib.1. cap.
25. num.25, Andreol. contr.57. num.13. vbi
quòd præſumptio ſolutionis reſultet ex non
oppoſita compenſatione, Ludouiſ.dec.439. n.
14 8. Non enim videtur veriſimile, quòd, qui
prætendit ſe alicuius creditorem, faciat ſe
illius debitorem, Ancharan. conſ 434. nu.4.
Bur-

Burſat.conſ.72. num.5. Decian. conſ.60. nu.28. lib.2. Bimins conſ.172. num.25. lib.2. Cyriac. contron.280. num.5.

15 Contraria verò concluſio, quód ſoluens, quod debet, non prohibeatur petere, quod ſibi debetur, deſumpta ex l.ſi cum dos ff. rer. amot. ibique præ cęteris Bart.num.1. in princ. aſſerens ex dict.textu, quòd ſoluens non oppoſita compenſatione; non prohibeatur poſteà petere, quod ſibi debetur, procedere poteſt, quoties aliæ non concurrunt coniecturæ, prout poſt Aym. conſ.129. num.9. optimè aduertit Cancer. var.part.2.cap.6.num.42. verſ. vnum tamen eſt vbi, quòd alijs coniecturis concurrentibus, diſpoſitio d. l. ſi cum dos ff.rer.amot. ſibi locum non vindicet, quòdque alioquin vehemens ſit præſumptio, quòd, ſi tibi debuiſſem, non mihi ſoluiſſes.

16 Prout non leuis etiam oritur ſuſpicio ex tarda productione huius aſſerti crediti, l. ſi quis 6. §.1.ff.de pæn. ibi: nec enim debebat tam magnam rem tamdiù retinere, Caſtr.conſ.281. lib.1.Surd.conſil 473. nu.28. Caſanatt.conſ.28. num 16 Cranett.conſ.28.numer.6. & conſ.76. num.9. & conſ.134. num.30. Bertazol. conſil. 521. num 28. Plot.conſ.79. num.15. Menoch. lib.2. præſumpt.91. num.8. & lib.3. præſumpt. 122. num 94. Farinac.de falſitat. qu.153. nu. 182. Oſaſch dec.Pedemont.147.nn.9. Archiep. Royas dec 474.nn.4.

Cæterùm ſublatum remanet obiectum nō ſolùm, ex quo declaratio prædicta non poterat minuere creditum Comenſoli ex alia cau-
17 ſa; cum compenſatio, quoties non agitur de inibendo curſu vſurarum, vel de pęna euitanda, non inducatur à Iure, niſi parte opponente, l.ſi conſtat.Cod.de compenſat. vbi gloſ. Bart.Bald. cæterique ſcribentes l.2. l.ſi quid à fideiuſſore ff.de compenſat. Alex.conſ.196. n.4. lib 7. Pariſ.conſ.82. nu.83. verſ.propterea lib. 1. Surd.conſ.246. nu.27. l.b.2. & dec.191. nu. 15. Soccin.Iun. conſ.74 num.25. lib.3. Roland. conſ.87.num.28. lib.1.Burſati.conſ 408. nu.10. Peregrin conſ.107. nu.3.lib.2. Tindar.de compenſat.art 6.num.22 & 57. Graſſ. except.16. num.35. Tiraq.in l ſi vnquàm verbo reuertatur num.13 Cod.de reuoc.donat. Staiban.Iun. reſol. 80.num.7.lib.1. Andreol. controu.219 num.3. 6.& 7 Cardin de Luca de credit.diſ.46.nu.15. Franch.dec.53.nu.2. Rot.Ian.deciſ.15. num.19. Guid Pap.dec 221.num.2. Capyc Latr.dec.25. num.1. ibique Gipt in addit.num.6. & ſeq.Rot. diuerſ.dec.627.num.1. part.1. Bich. deciſ.166. num 3.

Sed etiam quia, licèt creditum eſſet compenſabile, prætenſa declaratio ſubſequuta triennio poſt perfectam ſubhaſtationem, nul-
18 lo prorſus iure potuit eam infringere, ſiue illam conſideremus per viam nominationis, quæ non poterat fieri poſt annum iuxta receptam ſententiam Bald. conſ.470. numer.2. verſ. quarta ratio lib.5. quam vti veriorem amplectitur Surd.dec.226. num.9. Gratian.dec. March.135.num.5. in add.Cenc.de cenſ. qu.67. num.14. verſ.facta autem nominatione, Epiſc. Antonell.de tempor.legal.lib.2.cap.30.num.3. rectèque confert text.in leg.fin.§. ſed et ſi quis verſ.cenſemus itaque Cod. comm.delegat. vbi, quòd, quando optio rei legatæ tertio committitur, ille debeat intra annum eligere.

19 Siue per viam ceſſionis, quæ vtique non poterat retrotrahi ad effectum conſtituendi Dugnanum creditorem, qui talis non erat, tempore factæ deliberationis, Dec.in l.pecuniam 36. ſub nu.11. verſ.ad hoc tamen ff.ſi cert. petat. Surd.conſ.426.num.27. & ſeq.lib.2. & conſ.382. num.79. Marcian.conſ 43. num.5. poſt med. Bellon.Iun.conſ.69. num.47. & conſil.38. num.13. Merlin de pignor. lib 4. qu.22.nu.72. & ſeq. Coſt.de retrotract.cap.8 caſ.2. num.10. & ſeq.Surd.dec.295. num.8. Merlin.deciſ.568. nu.28.

Minus etiam ſubſiſtit exceptio, quód pro paruo credito ſcutorum 1348. fuerit ſubhaſtata domus magni valoris ſcutorum 7000. pro pretio ſcutorum 3560.

20 Si enim aduerſaria contendat pretium oblatum redarguere de iniquitate, vtique eidē incumbit onus probandi, cum præſumptio iuſti valoris militet pro ſubhaſtatione, & ex ea iuſtum pretium colligatur, Bald. in l.2. num.63 verſ.hinc.eſt ibique Pantal.de Crem. poſt num.308. verſ. tamen ego Cod.de reſcind. vendit. Alex.in l.pretia rerum nu 8. ff.ad l falcid. Angel.in § ſi quis agens num 3. inſtit. de action. Alciat.conſ.12.num.1. lib.3. Surd.conſ. 256. num.4. verſ.tamen qui vult, Menoch.cōſ. 844. nu 35. & conſ.1263. ſub num 15. verſ. reſpondetur, Maſtrill.de magiſtrat.lib.5. cap.9.n. 17. & dec.247.l.2. num.21 part.3. Coler. de proceſſ exequut part.2.cap.9. nu.115. verſ.ideo non poteſt, latè pluribus cōgeſtis Poſt.de ſubhaſtat inſpect.49. nu.15. & ſeq. Margil. eod. tract. qu.15.nu.9 & ſeq. & qu.38.nu.1. et ſeq. Hodiern.contr 40. nu 54. Aſin. de exequt. § 6. cap.14. nn.1. & ſeq. Affl ct.de Iur.prothom. §. 2.nu.19. Nouar.de dation. in ſolut.ſect.1. qu.3. nu.5 Glutian.eod.tract. cap.27. nn.258 Gratian.cap.545. nu 29. & ſeq. & cap.926. ſub n. 16.in fin. Coſta de ration.rat qu.131. nu.14. & qu.164. nu.1. Peregr. de Iur.fiſc. lib.6. tit.4. num.8. verſ. nonnulli verò, Niger.de laudem, lib. 3. qu.22.art.16. Buratt.dec.96. nu.11. & duobus ſeqq. vbi aſſerit hanc eſſe æquiorem rationem habendæ æſtimationis, Rot. poſt Mangil. de ſubbaſt. dec.38. ſub nu.15. Card. Cerrus dec.55. nn.12. repetita poſt Zacch. de obligat.
21 Camer.dec.263.nu.13. res enim tanti valet, quanti in loco publico vendi poteſt l.ſi ſeruus ff.de condit.furt.l.3. ff.de in diem adiect. Angel. conſ.103. lib.1. Alciat. conſ.12. num.2. tom.3. Maurit.de reſtit. in integr. cap.375. ſub nn.5.

Aſin.

*Aſin.de exeqnt.§.6. cap.6. num.3. & cap.54.
num.4. Peregrin.de Iur. fiſc. lib.6.tit.4. num.8.
verſ.nonnulli verò, Gratian. cap.545. num.28.
Poſth. de ſubhaſt.inſpect.49. nnm.29. Maſtrill.
dec.33. num.8 part.1. Buratt.dec.96.num.11.*
iuſtum enim pretium dicitur, qnod quis lici-
tando conſequi poteſt *Auth. hoc ius por-
rectum Cod. de Sacroſ. Eccleſ. leg. fin. Cod. de
de adminiſtr.tntor.Iaſ. in l. qui Romæ §. cohere-
des ff. de verbor.oblig.& Peregr.*vbi proximè.

21 Si veró contendere velit, quòd res magni
valoris fuerit ſubhaſtata pro exiguo credito,
& non ſubſiſtit, cum creditum ſcutor.1348.
dici nequeat paruum comparatiuè ad ſcuta
3560. quod vtique ex allegatis erat iuſtum
pretium Domus venditæ, & tamen exceſſus
22 conſiderari debet prudentis Iudicis arbitrio
in maxima quantitate, *l magis puto §.non paſ-
ſim.in fin.ff.de reb.cor. gl.in l.qnamdiu ad med.
ff.de diſtract.pignor.* & in *l.à Diuo Pio §.in vē-
ditione* ibique *Bart.num.5. Alex.nu.4.Iaſ.n.10.
ff.de re Iudic.*Menoch. *de arbitr.caſ.182.nu.34.
Card.Ottobon.dec.70.nnm.*10.quo ceſſante,be-
nè potuit ſubhaſtari tota Domus pro debito
23 minoris ſummæ, reſtituto tamen debitori
reſiduali pretio, *Bald.in l.fin.nnm.4. verſ. &
nonplus Cod.de Iur.Domin.impetrand. Alex. in
l.iuſtè poſſidet num.23.* ibique *Soccin. nnm.13.
verſ.aliquando ff.de aqn.poſſeſſ. Ruin. conſ.160.
num.25. lib.2. Surd.de alim.tit.9. qn.32. n.83.
& ſeq. & conſ.39.n.28.Burſatt.conſ.184.n.37.
Afflict.dec.218. nn.2* Coccin.*dec.136.num.7.
Buratt.dec.49.nnm.13.* ibique *add.lit.A.*

Quo verò ad aliud obiectum nullitatis mā-
dati de deliberando, ex quo fuit obtentum,
mortuo Neapoli Dugnono debitore, non
citato Carolo eius filio, & hærede, ex plu-
ribus remanet omninò ſublatum.

24 Primò quia, cum non probetur ex aduer-
ſo, mortem fuiſſe iudicialiter notam Iudici,
vel parti, neque minus de illa fuiſſe in actis
factā aliqua oppoſitionem deliberatio legiti-
mè proceſſit, *Angel.conſ.223. ſub.nnm.2.poſt
med. verſ.concludo igitnr, Rimin.Iun.conſ.179.
nu.27. & ſeq. lib.2. Bece.conſ.110. n.2. Gaill.
obſeru.109. nu.4. lib.1.* Coſt. *de fact ſcient. &
ignorant.cent.2.diſtinct.74. num.7.Gratian.cap.
18.n.28. & ſeqq.* qui benè reprobat *Caſtrenſ.
& cap 243.nu.8.& 9. de Luca in obſernat. ad
Franch.dec.245. nnm.2. verſ. contrariam, Ru-
beus de validit.legal.controu.50.num.1.et ſeqq.
Card.de Luca de Indic.diſc.38.nn.24.Guid.Pap.
dec.86. nnm.2. Maſtrill. dec.137. num.14. &
ſeqq.lib.2. Caſtill.dec.60. num.14. Gamm. dec.
324. Buratt. decif.843.num.5. Merlin.dec.627.
num.11. & dec.809. num.1. & ſeq. Archiep.
Carill.dec.53. num.11.* vbi quod mors in du-
bio præſumatur ignorata, *Bieb. deciſ.157.
num.10. Rot.in recent.dec.210. num.16.part.8.
& dec.181. num.13. part.10.* Quidquid ſecus
aſſerendum, ſi mors collitigantis fuerit alle-
gata, & probata. *l.in ſumma §.fin.ff.de re iu-
dic. l.Paulus ff quæ ſent. ſin. appell. reſcindat.
Surd. conſ.99. numer.21.* Buratt. *dict. deciſ.
843.n.5.ibique add. lit.* C. *n.7.Gratian. d.cap.
18. nnmer.28. Merlin.d. dec.809. num.2. Ma-
ſtrill. d. dec.137. numer.13. & ſeq. lib.2. Rot.
in recent.dec.77.nu.13, & ſeq. part.11.* adeo
ut non ſufficiat ſcientia priuata Iudicis ſuper
morte, ſed de illa debeat conſtare in actis, *l.
properandum §. et ſi quidem, & §.fin. ff.de Iu-
dic.* ibi *ex geſtis apud ſe habitis*; quod enim eſt
25 extra acta, dicitur eſſe extrá mundum, vt in
ſpecie *de Luc.in obſ.ad Franc.d. dec.245.nu.2.
verſ.qnidquid tenere velit, Rubeus de validit.
legal. contron.50. num.4. et ſeqq. Archiepiſc.
Carill.d. dec.53. num.11.* vbi quod Iudici vtī
Iudici de morte conſtare debeat.

26 Signāter ſtāte clauſula *releuans* in manda-
to appoſita, quę cum extendatur in hunc. mo-
dum *releuans ab omni onere ſatis dationis de
iudicio ſiſti, & indicatum ſoluendo* operatur, vt
mandatum non reuocetur per mortem con-
ſtituentis, *l.ſi defunctus*, ibique *gloſ.* uerbo *nō
compellendus ff.de procurat.* ibique *Bald. nu 3.*
idem *Bald.in l.ſi mandatum nu.4. Cod.mandat.
Dec.in cap.relatum num.2. verſ. notandum de
offic.delegat.*, egregiè, ac ſingulariter *Rot. in
recent.dec.297. num.3. et ſeqq.part.7.dec.168.
num.2. & ſeqq. part.8. & in Romana Cambio-
rum* 26.*Martij* 1640. *§. placuit coram Cardin.
Cerro*.

27 Secundò, quia fuit facta deliberatio, ci-
tato Roboto procuratore Domino litis effe-
cto, ibi *quoniam citato D.Simeone Robuto pro-
curatore, et Domino litis effecto, prout in actis,
&c.* quod ſufficit, etiam non citato hærede,
quia Procurator Dominus litis effectus re-
manet etiā procurator hæredis, *l procuratori-
bus* 22.vbi ſcribentes *Cod.de procur.l.nulli 23.*
vbi *Bald.in fin. Alex.num.3.* Iaſ.*in fin. Cod.eod.
l.ſi defunctus 15.ff.eod.tit. Angel.in l.1. num.2.
Cod.de act.& obligat. l.non ſolùm §.morte ff.de
nou.oper.nunciat.Caſtr.in leg.ſi deceſſerit.nu.5.
in fin.verſ.licèt ff.qui ſatisd.cogant.Saluſt.Tiber.
in Prax.lib.2.cap.13.nu.28. Vant.de nullit. ex
defect.Iuriſd.ordin.nnm.106. Granat. ad Veſtr.
in prax.lib.4. cap.4. nnmer.41. Medic.in tract.
mors omnia ſoluit, ſub num.186.Surd. conſ.99.
nu.3. cap.3.et ſeqq.& deciſ.89. num.6. Facchin.
conſ.90. num.2.lib.2. Bellon.Iun.conſ.65.n.57.
et ſeqq. Valenzuol. conſ.19. nnm.9.* vbi, quòd
non ſit neceſſarium nouum mandatum hære-
dis, *Parlador. rer. quotidian.lib.2. cap. fin.
part.5. §.9. nu.27. et ſeq.Gratian.cap.18 num.
25.* Ciriac.*controu.396. nu.2. Add. ad Buratt.
dec.241. num.11. Caſſador dec.vlt. vt lit. pen-
dent. et dec.2. num.4. de appellat.Card.Mantic.
dec.213. num.4. Card.Seraphin. dec.1180. &
dec.804. num.1. Ludouiſ.dec.396. nu.1.* ibique
*Add.lit.A Merlin.dec.436.nn 18. et dec.809.
numer.4. et ſeq. Archiepiſc. Carrill. deciſ.105.*

nu.15. verſ.et in omnem euentum, et num. ſeq.
Card. Celſ. dec.343. num.7. vbi præſertim,
quando, prout in themate, de quo eſt ſermo,
cauſa fuit acerrimè defenſa.

28 Idque, etiam ſi ſententia non formetur cō-
tra Procuratorem quondàm talis defuncti,
tamquàm Dominum litis effectum; cum ſuffi-
ciat, ſi Procurator fuerit citatus, & ſenten-
tia lata contra principalem, Bart. in l.1. nu.8.
Cod. de ſentent. & interloqut. Caſtr. in l.2. circa
fin. verſ. de iſtu Cod. de procur. Abb. in cap. que-
relam nu.10. ibique Imol. nu.9. de elect. Angel.
conſ.98. num 2. Bellon. Iun. conſ.65. num.59. et
ſeqq. Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.86. Bu-
ratt. dec.440. nu.5. Merlin. dec.809. num.4.
& ſeq.

29 Neque audiendi contrarium ſenſientes,
Caſtr. et Dec. in leg. ſi deceſſerit ff qui ſatiſd.
cogunt Polidor. Rip. obſeru.23. Cancer. var. lib.
3. cap.17. de ſentent. et earum exeqution. n.323.
Gol. de procurator. part.3. cap.4. nu.45. Su-
luſt. Tiber. in Prax. d. cap 13. nu.28. Surd. conſ.
99 num.22. et 24. Franch. dec.245. quorum
ſententia poſſet fortaſsè procedere, inſpecto
Iure Ciuili, non autem Iure Canonico, pro-
ut aduertit Merlin. dec.809. n.4. et ſeq. Buratt.
d. dec.440. nu.5.

30 Vel quoties nullus adeſt hæres, vel hære-
ditas eſt iacens; tunc enim exercitium actio-
num non competit Procuratori, eiuſque mā-
datum expirat; etiam ſi Dominus litis fuerit
effectus, & in his terminis loquuntur ex ad-
uerſo allegati, Felin. in cap. relatum 19. ſub
nu.3. verſ. limita iſtam fallentiam de offic. dele-
gat Angel. in ſua diſput. incip. thema proponi-
tur col.1. verſ. quod intellige fol.39. vbi dicit ſic
uidiſſe de facto ſeruari Florentiæ. Auebaran.
conſ.383. ſub nu.4. verſ. circa iſtum, Vant. de
nullit. in tit. de nullit. ex defect. mandat. ſub num.
173. Gabriel de procurat. concluſ.2. num.37. et
concluſ.3. num.17. Sebaſt. Medic. in tract. Mors
omnia ſoluit part.2. nu.203. prout rectè præ-
dictos caſus diſtinguendo aduertit Cyriac. d.
controu.396 n.4 et ſeqq.

31 Prædictæ verò principales concluſiones
procedunt, etiamſi hæres ſit pupillus, vel Mi-
nor, l. ſed, et ſi pupillus in princip. l. ſi quis mā-
cipijs 17. §. ſi impubes vbi Bald. in antiq lect. in
fin. Alber. nu.3. ff. de inſtit. act. Alex. in l. more
num.30. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Socein. Sen. cōſ.
87. num.16. Achill. dec.14. nu.3. de procurat.
Buratt. dec.440. nu.2. Card. Cerrus dec.4. nu.4.
et ſeq. et dec.166. nu.6. et ſeq. Rot. in rec. dec.77.
nu.14. part.11.

Ex quibus omnibus optimè remanet com-
probatum bonum Ius Comēſoli auctoris no-
ſtrorum principalium, ideòq; quemadmodùm
32 deliberatario, auctore Pretore poſſidenti, de-
betur manutentio, l. iuſtè poſſidet ff. de acquir.
poſſeſſ. Ita etiam eſt concedenda Dominis de
Borromeis in vim ceſſionis, & poſſeſſionis in
33 ipſos translatæ ab eodem deliberatario, Io:
Fab. in §. retinendæ nu.9. inſtit. de interdic. Iaſ.
in l. à Diuo Pio § ſi pignora num.2. ff. de re iudic.
Pariſ. conſ.47. num.16. lib.1. Gozadin. conſ.86.
num.19. Tiraq. de retract. lignag. §.26. gloſ.3.
nu.17. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.3. nu.62.
Mureſcott. var. lib.2. cap.116. nu 9. Guid. Pap.
dec.552. nu.3. Poſth. de manut. obſeruat.12. nu.
21. verſ. atque etiam illius ceſſionarius, Rot. poſt
eumdem dec.391. num.1. Rot. in rec. dec.411.
nu.17. part.5.

Prout è conuerſo ſatis liquidò reſultat ma-
lum Ius Aduerſariæ; creditum enim dotale,
cui innititur, nullatenus eſt attendendum,
cum per ſententias Iudicis criminalis, multò
ante ſubhaſtationem, fuerit declaratum, ſcri-
pturas dotales eſſe omninò falſas, quæ ſen-
tentiæ vtique preiudicium inferunt eidem
Aduerſariæ in Iudicio citatæ Caſtr. in l. ſæpè
ff. de re iudic. et in l. cum filius ff. de verbor. obli-
gat. verſ. et aduerte vbi dicitur, quòd fecit quē-
dam Aduocatum obmuteſcere, qui oblitus
de effectu citationis contrariū dixerat Surd.
conſ.344. ad fin. et n.12. lib.3. Sucea cōſ.69 n.12.
lib.1. Caroc. de except. contra ſentent. præiudic.
except.115. Cyriac. cōtrou.258. n.7. & in ſpecie
Bart. in l.2. ff. de præuaric. Alex. in l. ſæpè n.39.
et ſeq ff. de re iudic. Graſſ. de except. exce.29. nu.
15. quos refert, & ſequitur Noguerol. allegat.
19. nu.18. Nulla prorsùs habita ratione præ-
34 tenſe abſolutionis ipſius Aduerſariæ; illa
enim emanauit reſpectu criminalitatis ex de-
fectu probationum ſuper complicitate falſi-
tatis, vſuſque ſcripturarum dotalium; firma
tamen remanente declaratione ſuper falſita-
te Inſtrumentorum, quæ ad oculum demon-
ſtratur ex actis.

Qua falſitate Inſtrumentorum præexiſten-
te, tempote deliberationis, illaque declara-
ta per ſententias, licèt citari non debuiſſet
35 Aduerſaria poſſeditrix, vigore conſtituti in
Inſtrumento falsò adiecti, quòd, vtpotè ac-
ceſſorium contractui, illiuſque ſequens natu-
ram, nihil operabatur, neque aliquam trā-
ſtulerat poſſeſſionem, Alberic. in l. pupillus
verſ. et per hanc litteram ff. de acquir. rer. Do-
min. Iaſ. in l.1. § ſi vir vxori num.15. ff. de acq.
poſſeſſ. Bald. in l. emptionem qu. vlt. Cod. plus
val. quod agit. Honded. conſ.23. num.25. lib.1. Ti-
raq de conſtit. part.3. limit.7 numer.1. Cardin.
Mantic. de tacit. et ambig. lib.1. tit.13. num.27.
Gratian. cap.483. num.2. Neguſ. reſponſ.398. n.
4. et 6. Hodiern. controu.29. numer.28. Magon.
dec. Lucenſ.31. nu.34. et ſeq. Buratt. dec.220.
num.10. vbi latè Add. num.13. Bich. dec.390.
nu.6.

Nihilòminus mandatum de deliberando
fuit exequutum ſuper Domo, & obtentum
exequatur, etiam ipſamet Aduerſaria in Iu-
dicium vocata, quæ non potuit mutare ſibi
cauſam poſſidendi in præiudicium credito-
ris,

36 ris, cuì iam fuerit quæſitum Ius per exequutionem, & *exequatur*, ipſa citata, obtentum, prout diſtinguendo firmant *Aym. conſ.*171. *num.*19. *Hippol. Rimin.conſ.*100.*num.*25.benè *Lotter.de re beneſic.lib.*3.*qu.*5.*nu.*43.*Card. Cerrus dec.*237.*num.*15.*et ſeqq.* repetita in *recent. dec.*34.*num.*15.*et ſeqq.part.*10.

37 Prout, neque etiam poterat impedire exequtionem, & deliberationem, vtpotè factam ad effectum deponendi, & ſoluendi creditoribus anterioribus, & potioribus, *l.quamuis* 6.*in princip.ff.de pignorat.act.l.à Dino Pio* 15. *§.quòd ſi res fuit pignorata ff.de re iudicat.*vbi, quòd, licèt creditor non cogatur diſtrahere illam rem, quam pignori accepit; nihilòminus in exequtione iudicati aliud ſit ſeruandum; ſi enim illa, quę capta eſt, emptorem inuenerit, qui paratus ſit, dimiſſo priore creditore, reſiduum ſoluere, admittenda eſt huiſmodi rei diſtractio, cum non videatur cōditio creditoris deterior fieri ſuum conſequturi, nec ius pignoris dimiſſuri, quàm ſi ei fuerit ſatisfactum. *Caſtr. in eadem l.à Dino Pio §.ſed &, illud, ſub num.*1.*verſ. ſecunda limitatio, Gratian.cap.*941.*num.*3.*& ſeqq.Card.Canaler.dec.*429.*nu.*3. *Merlin.deciſ.* 50.*num.*7.

38 Imò, cum Domus fuerit legitimè ſubhaſtata, & deliberata, citata Aduerſaria, ſeruatiſque ſeruandis, pretiumque fuerit in Æde publica depoſitum, ſi quæ actio eidem competeret, prout reuera non competit, eſſet tantùmmodò ad pretium; non autem ad rem ex nobili doctrina *Baldi in authent.ei qui iurat, ſub nu:*47. *in fin.verſ.ſed quid, ſi fuit proceſſum, Cod.de bon.auctor.Iudic.poſſiden.gloſ. in l.fulcinius §.*1. verbo *oportet verſ.quid ergo ff. quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat. Neguſ.de pignor.*2.*p. membr.*4.*num.*125. *Roder.Suarez.Alleg.*21.*nu.*7. *Rodriq.de execut.cap.*6.*nu.*53. Hermoſill.*l.* 56.*tit.*5.*part.*5.*gloſ.*8.*n.*22.*Guſman.de euict. qu.*34.*num.*39. *Carlenal.de Iudic. tom.*2.*tit.*3. *diſp.*24.*num.*14.*& diſp.*22.*num.*12.*Fontanell. de pact.nupt.clauſ.*7.*gloſ.*3.*part.*5.*num.*8. qui rectè conſiderat publicam auctoritatem; nam alioquin nemo auderet rem emere ſub haſta *Epiſc.Affl.contr.*33.*Ant.Fab.in* Cod.lib.8.*tit.* 19.*deſin.*4. *Mangil.de ſubhaſt. inſpect.*54.*num.* 50. *Olea de ceſſion.Iur.tit.*4.*qu.*2.*nu.*26. *Thor.* 1.*tom cōpend.deciſ.*verbo *actio an detur, Frāch. dec.*120.*num.*8. *verſ.item quod eſt fortiùs, & latiùs dec.*660.*per tot,* ibique de *Luca in obſer. Giurb.dec.*105.*num.*14.*& ſeq.* Non enim debèt tanta ſolemnitas vitiari, & tolli, prout in propoſito aduertit *Alberic.in d.l.Fulcinius verſ. aut erat tutus ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſ. eat.*neque fides haſtæ publicæ conuelli *l.ſi.hypothecas* 8. ibique *gloſ.*verbo *fides Cod. de remiſſ.pignor.Barbat. de Aſſiſten.gl.*1.*n.*116. *Carlenal.de Iudic.tit.*3.*diſp.*22.*nu.*12.

Quam *Baldi* doctrinam, non data nullita-te, vel in iuſtitia deliberationis, admiſit *Rot. in recent.dec.*282.*nu.*2.*verſ. non obſtat part.*3. *Peutinguer.deciſ.*400.*num.*6.*& ſeq.* Quidquid

39 in contrarium aberrantes omninò à communi ſenſerint *Mareſc.var lib.*2.*reſol.*50.*num.*5. *Giurb.obſeru.*55.

40 Sed reuera, neque ad pretium competit actio, ſaltem reſpectu crediti Comenſoli noſtri Auctoris, cum illud habeat potioritatem aduersùs quoſcumque alios creditores, cum ex propria materia, ſuiſque ſumptibus, & opera Domum conſtruxerit, *l.interdum ff. qui potior.in pign.habeant.§. certè inſtit de rer. diuiſ.Rodriq.de concurſ.credit.part.*2.*artic.*4.*nu.* 12.*Gait.de credito in append. ad cap.*4.*nu.*132. *Merlin.de pign. lib.*3.*tit.*1.*qu.*5.*nu.*25.*et ſeqq. Giurb.obſeruat.*93.*num.*28.*part.*1.*Acoſt.de priuileg.creditor.regul.*2.*ampl.*3.*num.*8.*Sanfelic.dec.*113.*nu.*5.*lib.*1.

Iuxta allegata fuit deciſum per Rotam coram Cardinali Celſo deciſ.325. *inter eius impreſſas.*

ARGVMENTVM.

Cedens nomen debitoris, ſi ſe obliget ſub conditione, ſi debitor ceſſus non ſoluat, dicitur impleta conditio per ſolam moram, & petitionem, abſque aliqua excuſſione ſoluere debentis, cum eadem conditio, ſi debitor non ſoluat, non reſpiciat actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi; ſed purum ſolutionis actū. Ad ornatum Iurium in *l.fideiuſſor obligari, §.fin. ff. de fideiuſſor,* & in *l. decem ſtipulatus* 116.*ff. de verbor.obligat.*

SVMMARIVM.

1 *Cedens nomen debitoris, ſi ſe obliget ad ſolutionem, ſi debitor ceſſus non ſoluat, dicitur impleta conditio per ſolam moram, petitionemque, abſque aliqua excuſſione ſoluere debentis.*

Dicta conditio, ſi debitor non ſoluat, non reſpicit actionem, potentiam, & facultatem ſoluendi, ſed purum ſolutionis actum:

2 *Cedens, quando promittit nomen debitoris ceſſi exigibile, non committitur ſtipulatio ob non factam ſolutionem, debito tempore, ſed per excuſſionem, & diligentias à ceſſionario adhibendas, etiā elapſo tempore.*

Expenditur text.in l.decem ſtipulatus 116. ff.de verbor. obligat.

3 *Quando quis ſtipulatur, ſe ſoluturum, ſi debitor poſt relaxationem mandati non ſoluat, dicitur commiſſa ſtipulatio per ſolam moram, abſque aliqua excuſſione ſoluere debentis.*

4 *Obligatio promittentis ſoluere, ſi debitor non*

ſoluat eſt ſubordinata, & acceſſoria; ideòque non eſt neceſsè, quod reus deſinat poſſe, ſed, quòd reus non ſoluerit.

Conciliatur antinomia Iurium, in l. decem ſtipulatus, ff. de verbor. obligat. & in l. fideiuſſor obligati, § fin. ff. de fideiuſſor.

5 *Promiſſio exigibilitatis nominis ceſſi, an ſit trahenda ad perpetuitatem*, & num. ſeqq.

6 *Vbi agitur de ceſſione annui redditus, promiſſa exigibilitas ſucceſſiuis temporibus eſt præſtanda, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem præſeferentia.*

7 *Multòque fortiùs, ſi adſint verba* in perpetuum, *vel ſimilia, quæ debent referri, etiam ad promiſſam exigibilitatem, vtpotè concepta ſub vnica verborum ſtructura cum cupula* Et.

8 *Exigibilitas nominis ceſſi, quoties per cedentem eſt ſimpliciter promiſſa, non poteſt dici commiſſa ſtipulatio contra cedentem, niſi factis diligentijs contra debitorem ceſſum, & de ratione.*

9 *Dictio* ita, & taliter *poteſt ſtare augmentatiuè.*

10 *Præcipuè, ne pactum cui adijcitur, reddatur fruſtratorium.*

CAPVT CXLII.

RELAXANDVM videtur mandatum contra bona hæreditaria Principis Burgheſij; cum enim in Inſtrumento ceſſionis ratę cenſus fuerit ſub obligatione Camerali ſpecificè conuentum per hæc verba: *quòd, ſi R. paceiolus ceſſionarius infrà menſem à die relaxationis mandati à debitoribus ceſſis ſatisfactus non fuerit, tunc, & eo caſu, idem D. Princeps teneri voluit ad ſolutionem fructuum, & expenſarum.*

Hinc eſt, vt, cum pro parte Monaſterij Sanctæ Lucię cauſam habentis à ceſſionario fuerit multis ab hinc menſibus obtentum mandatum executiuum contra debitores ceſſos, qui pluries interpellati, adhuc pertinaciter ſoluere renuerint; abſque dubio dicitur commiſſa ſtipulatio contra Principem, neque
1 ſunt faciendæ vlteriores diligentiæ contra debitores, quia, cum dicta conditio, ſi debitor poſt relaxationem mandati non ſoluet, non reſpiciat actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi; ſed purum ſolutionis actum.

Meritò dici debet impleta per ſolam moram, & petitionem abſque alia excuſſione ſoluere debentis, prout eſt *text.* ſingularis *in l. fideiuſſor. obligari 17. § fin.* ibi *ſi fideiuſſor hoc modo conceptus eſſet, ſi reus quatraginta, quæ ei credidi, non ſoluerit, fide tua eſſe iubes, veriſimile eſt, id actum, vt cum appellatus reus non ſoluiſſe, fideiuſſor teneretur*; vbi præ ceteris *Bart. Alber. Angel. et Imol. ff. de fideiuſſor. Iaſ. in l. decem ſtipulatus 116. numer 12. verſ. circa iſtud. ff. de verbor. obligat. Rip. in l. ita ſtipulatus num. 50. et ſeq. ff. eod. Dec in l fin. n. 5. ibique Curt. num. 2. Alciat. num. 19. & 22. Zaſ. num. 8. ff. ſi cert. petat. Gratian. cap. 164. nu. 19. Rot. in Camerinen. pecuniaria 28. Febr. 1586. § fin. coram Bubalo*, quæ non reperitur impreſſa, & in his terminis, quòd, ſi per cedentem fuerit promiſſa ſolutio, ſi debitor ceſſus, certo tempore, non ſoluerit, tunc, cum d. conditio non reſpiciat actionem, potentiam, & facultatem ſoluendi; ſed potiùs purum actum non factæ ſolutionis, commiſſa dicatur ſtipulatio contra cedentem per ſolam moram debitoris ceſſi in ſoluendo abſque alia excuſſione, ſeù diligentijs per *text. in d. l. fideiuſſor. obligari 17. § fin. ff. de fideiuſſor.* benè *Andreol. controu. 115. num. 12. & controu. 275. num. 7.* diſtinguens rectè ad propoſitum duos caſus.

2 Primus, nempè, quando cedens promittit nomen debitoris ceſſi exigibile, & tunc non cenſetur ſe obligare ſimpliciter, ſi debitor non ſolueret; adeòut ex ſola mora nominis ceſſi in ſoluendo dicatur commiſſa ſtipulatio; promiſſio enim exigibilitatis non importat, quòd nomen ceſſum ſtatim ſoluat, ſtatuto tempore; ſed quòd erit ſoluendo, & idoneum, quæ qualitas, & ſtipulatio non committitur, neque verificatur per non factam ſolutionem, debito tempore; ſed per excuſſionem, diligentiaſque à ceſſionario adhibendas, etiam elapſo tempore, prout eſt *text. in leg. decem ſtipulatus 116. ff. de verbor. obligat.* in quo reperitur ſancitum, quód promiſſio facta á Seio de ſoluendo Meuio, quantò minus conſequi poſſet à debitore, ſit conditionalis, & ex ſimplici mora, & petitione non dicatur commiſſa ſtipulatio, niſi facta excuſſione, vt enim optimè aduertit ibidem *Iaſ. num. 12. in fin. verſ. ſed hi termini*, partes conſiderauerunt impotentiam; ſed non poteſt ſciri, an, vel quantùm poſſit Titius ſoluere, niſi priùs conueniatur, & excutiatur.

3 Alter caſus eſt, in quo precisè præſens verſatur controuerſia, quando, nempè, quis fuit ſtipulatus, ſe ſoluturum, ſi debitor poſt relaxationem mandati non ſoluit; tunc enim, cum illa conditio non reſpiciat actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi; ſed purum ſolutionis actum; abſque dubio dicta conditio dicitur impleta per ſolam moram, vel petitionem poſt relaxatum mandatum, abſque aliqua excuſſione ſoluere debẽtis, iuxtà *text. in d. l. fideiuſſor obligari § fin. ff de fideiuſſor*, & optimè firmant vtrumque caſum diſtinguentes *Iaſ. in d. leg. decem ſtipulatus nu. 12. verſ contra iſtud. ff. de verbor. obligat. Rip. in l. ita ſtipulatus num 50 & ſeq. ff. eod.* qui ſatisfacit obiectio, quòd conditio ſi debitor nõ ſoluerit, tacitè dicatur ineſſe *Bald. in l. ſi plures 6. num. 24 propè fin. verſ conſidera, et verſ.*
4 *præterea Cod. de condit. inſert.* egregiè iuxtà motem aduertens, quòd obligatio promittentis

tentis

tentis ſolnere, ſi debitor non ſolluat, eſt ſubordinata, & acceſſoria; ideòque non eſt neceſsè, quòd reus non ſoluerit, vt ſunt ipſiſſima *Baldi* verba. & ita conciliari antinomiam Iurium, quæ videntur ad inuicem pugnare in *d.l. decem ſtipulatus ff. de verbor. obligat.* & *d.l. fideiuſſor. obligari §. fin. ff. de fideiuſſor*, benè aduertunt Doctores ſuperiùs laudati, præcipuè *Iaſ. in d. l. decem num. 12. prope fin. verſ. circa iſtud, Dec. in d. leg. fin. num. 5.* ibique *Alciat. n. 19. & 22. Curt. Iun. nu. 2. Zaſ. nu. 8. ff. ſi cert. petat.*

5 Præmiſſa igitur prędicta receptiſſima diſtinctione, omninò corruit vnicum contrarium obiectum, quòd, cum ceſſionarius per plures annos à debitore ceſſo fructus cēſus exegerit, promiſſio exigibilitatis non ſit trahenda ad perpetuitatem, iuxtá adducta per *Cene. de cenſ. q. 72. n. 23. et ſeqq. Rot. poſt eūdem dec. 476. Thor. in ſupplem. decis.* verbo *debitor*, qui inter cætera *Olea de ceſſ. Iur. tit. 7. qu. 3. nu. 28. Leotard. de vſur. qu. 80. nu. 40. & ſeqq. Prat. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 21. num. 67. & ſeq. Poſth. reſol. 58. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 21. num. 69. Roſa conſult. 7. num. 54. Card. de Luca de credit. diſc. 64. n. 21. Epiſc. Thomat. deciſ. 137. nu. 22. part. 2.* Idque, non obſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus: ibi *ſemper, & perpetuò fore validam*, vtpotè reſtrictis ad legalitatem cenſus, non autem reſpicientibus promiſſam exigibilitatem.

6 Siquidem, præterquàm, quòd, vbi agitur, prout in præſenti themate, de ceſſione annuorum reddituum, promiſſa exigibilitas ſucceſſiuis temporibus eſt præſtanda, etiam ſi non adſint verba perpetuitatem præſeferētia; vnicum ſiquidem fundamentum, cui contraria innititur ſentētia, vt, ſcilicèt, qualitas exigibilitatis adiecta verbo, ſit intelligenda iuxtá tempus verbi, neque trahi debeat ad perpetuitatem, potiùs eſt retorquenda, quoties verſamur in ceſſione cenſus; cum enim obligatio ſit conditionalis, & debeatur, non tempore ceſſionis; ſed potiùs futuris ſucceſſiuis temporibus de ſemeſtre in ſemeſtre, illa exigibilitatis promiſſio non poteſt intelligi, niſi, inſpecto tempore exactionum faciendarum; atque adeò promiſſio ad illud tempus referri debet, prout optimè firmant *Staiban. Iun. reſol. 67. n. 10. & ſeqq. & n. 14. lib. 1.* qui in ſpecie reprobat *Cenc.* loco proximè allegato, *Andreol. cōtr. 115. n. 10. lib. 1. Tōdut. lib. 1. quaſt. ciuil. cap. 49. nu. 42.* aſſerens, quòd ſententia *Rota* poſt *Cene.* ſit nimis dura, *Leotard. de Vſur. qu. 80. num. 41.* qui pariter aſſerit opinionem *Cencij*, & *Rota* eſſe parum tutam, *Hodiern. controu. 27. n. 17.* egregiè *Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 31. de euiction. defin. 13. in fin. verſ. poſteriore, Barz. dec. 110. nu. 22.* & Nos alibi latiùs firmauimus.

7 Præcipuè, quia verba perpetuitatem præſeferentia, ex quibus exigibilitas cenſus debet ſucceſſiuis temporibus præſtari, *Gratian. cap. 527. num. 35. Hodiern. controu. 27. nu. 15. & ſeq. & 26.* qui aſſerit ſufficere verba temporis futuri, *Tondut. quaſt. ciuil. d. cap. 49. num. 43. lib. 1. Leotard. de vſur. qu. 80 nu. 41. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 21. num. 70. & ſeq. Poſth. reſolut. 75. à num. 30. Epiſc. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 36. nu. 4. & ſeq. Olea de ceſſion. Iur. tit. 7. qu. 3. num. 28. in fin. & ſeq. Rot.* poſt eumdem *dec. 35. num. 4. et ſeq. Barz. deciſ. 110. num. 20. Duran. dec. 404. num. 8.* referri etiam
8 debeant ad promiſſam exigibilitatem, vtpotè concepta ſub vnica verborum ſtructura, per copulam *Et*, quæ qualitatem exigibilitatis adiectam præcedenti extremo attribuit ſequenti, eaque vniformiter iungit *l. ſi mihi, & Titio ff. de verbor. obligat. l. Seię §. Caio*, ibique *Bart. ff. de fund. inſtruct. Signorol. conſ. 199. ſub num. 2. verſ. primò Monoſyllaba, Alex. conſ. 100. num. 2. lib. 4. Altograd. conſ. 60. numer. 21. lib. 1. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſ. 5. part. 1. num. 4. Gratian. cap. 147. nu. 16. Ludouiſ. dec. 308. num. 3. Bieb. dec. 262. num. 10.*

Cæterùm ſublata prorsùs remanet quælibet difficultas, ea potiſſimùm animaduerſione adhibita, quia non verſamur in terminis promiſſæ exigibilitatis, in quo caſu vindicat ſibi locum quæſtio, vſque ad quod tempus debeat illa præſtari, & quæ nam diligentiæ per ceſſionarium contra debitorem ceſſum ſint adhibendæ, antequám competat regreſſus contra cedentem; ſed petimus, relaxari mandatum exequutiuum contra cedentem; quin etiam millies admiſſa exigibilitate nominis ceſſi, adhuc, ſtante ſpeciali conuentione, dicitur commiſſa ſtipulatio contra eumdem cedentem, eò ipſo, quòd, non obſtante relaxatione mandati contra debitórem ceſſum, non fuit ab eodem ſacta ſolutio, cum inter cedentem, & ceſſionarium, ſtante pacto prædicto, nullatenus fuerit habita ratio ad actionem, potentiam, & facultatem ſoluendi; ſed ad purum, abſolutumque actum ſolutionis non ſactæ, qua non ſequuta poſt relaxationem mandati, ſtatim fuit commiſſa ſtipulatio, abſque aliqua excuſſione, & diligentijs adhibendis contra debitorem ceſſum, prout optimè firmant auctoritates ſuperiori loco allegatæ fruſtrà in hoc loco repetendæ.

Contraria verò procedunt, quoties per cedentem ſimpliciter eſt promiſſa exigibilitas nominis ceſſi; tunc enim, cum fuerit habitus reſpectus ad potentiam, & facultatem ſoluendi; non autem ad ipſum actum ſolutionis, non poteſt dici commiſſa ſtipulatio contrà cedentem, niſi adhibitis diligentijs contra debitorem ceſſum, quibus factis, detegi valeat, an verè ſit exigibilis, prout in his terminis egregiè vtrumque caſum diſtin-

ſtinguit *Andreol.d.controu.125.numer.12. & controu.275. nu.7.*

Atque ex his ſublata etiam omninò remanet contraria ponderatio, quòd obligatio cedentis de ſoluendo, ſi poſt relaxatum mandatum debitores ceſſi non ſoluerint, ſtet conſequutiuè ad promiſſam exigibilitatem, ponderata dictione *Ita, et taliter*; ideòque eatenus duret obligatio de ſoluendo poſt relaxationem mandati, quatenus durabat promiſſio exigibilitatis, quę iuxtà ſenſum *Rota* non erat perpetua, ſed temporalis.

Prædicta enim conuentio potiùs eſt intelligenda augmentatiuè, & ad maiorem ſecuritatem ſolutionis fauore ceſſionarij, prout ſatis apertè colligitur, diligēter inſpecto toto tenore eiuſdem conuentionis, nullatenus ad-
9 uerſante dictione Ita, *et taliter*, quæ, cum æquiparetur dictioni Ita *quòd*, vel *Ita vt*, poteſt ſtare augmentatiuè, ſiue ampliatiuè, *Curt Sen.conſ.49. ſub nu.40.poſt med. verſ.pari modo lib.1.* latè *Soccin.Sen.conſ.49. nu.2.et 5. lib.1. Pariſ.conſ.90.num.27.lib.2. Bero conſ.77 num.16.lib.2.* benè *Ruin.conſ.18.n7.et 8.lib.1. Cened.ſingul.39.nu.2.Epiſcop. Barboſ. dict.172. num.2.Coccin.dec.267.numer.7. Rot.in recent. dec.274 num.15.part.5.*

10 Præcipuè, quia, ſi aliter diceretur pactum prædictum appoſitum ad magis cautum reddendum ceſſionarium pro ſolutione conſequenda, nihil prorsùs operaretur, & fuiſſet fruſtratorium, ſi eſſent adhibendæ diligentiæ contra debitorem ceſſum, quibus vtique, etiā ſemoto pacto, erat locus, quò ſtante, eò fortiùs dictio prædicta *Ita, & taliter* ſtare deber augmentatiuè *argum. leg. nam, & abſurdum, ff.de bonis libert. Curt. Sen.dict.conſ.49.nu.40. prope. fin. verſ. aliàs ſequeretur abſurdum, Ruin dict.conſ.18.nu.7.& 8.lib.1.*

ARGVMENTVM.

Iuramento in litem non eſt locus, niſi concurrente dolo in committendo ex parte eius, contra quem defertur, difficultateque probationis ex parte illius, cui defertur ex dolo cauſata, qui non præſumitur, ſed perſpicuis inditijs eſt ab allegāte probandus; adeòut leuis culpa non ſufficiat.

Hypotheca legalis competens in bonis Vitrici pro ratiocinijs adminiſtratæ tutelæ ad eius Vxore, eſt remedium ſubſidiarium, debetque intelligi, ſeruato ordine Iuris, excuſſa, nempè, priùs Vxore.

Contra tutorem in litem iuratur, vel, quando non fuit confectum Inuentarium de rebus pupillaribus, vel, quando rem pupilli, quam poſſidet, reſtituere recuſat; Et an ruſticitas iuſtam præbeat excuſationis cauſam.

Super intereſſe lucri ceſſantis, vtpotè incerto, non poteſt contra Tutorem iurari: Et, an certitudo reſultet ex pecunijs pupillaribus non inueſtitis: Et, an ad hunc effectum ſint probanda requiſita. *Caſtrenſis.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia laborans vitio nullitatis, & iniuſtitia numquàm tranſit in rem iudicatam.*

2 *Sed aduersùs eam eſt concedenda in integrum reſtitutio.*

3 *Peritorum relatio, donec pèndet, officium Iudicis conquieſcere debet, præcipuè ſtante partis proteſtatione.*

4 *Vel ſaltem præcedere debet Peritorum compulſio ad æſtimandum.*

5 *Iuramento in litem non eſt locus; quoties non fuit præſtitum impedimentum, ne à Peritis deueniri poſſit ad æſtimationem.*

6 *Ennunciatiua Vxoris emiſſa in Inuentario ſuper ſuſcepta tutela à Viro non probat in eiuſdem Viri præiudicium.*

7 *Hypotheca tacita legalis competit in bonis Vitrici pro ratiocinijs adminiſtratæ tutelæ ab eius Vxore.*

8 *Sed hoc remedium eſt ſubſidiarium, debetque intelligi, ſeruato ordine Iuris; adeòut Vitricus, vtpotè fideiuſſor indemnitatis, non ſit conueniendus niſi Vxore priùs excuſſa.*

9 *Fideiuſſor indemnitatis conueniri non poteſt, niſi, priùs excuſſo principali, etiam ſi renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus.*

10 *Iuramento in litem non eſt locus, niſi duobus copulatiuè concurrentibus dolo, nempè, ex parte eius, contra quem defertur, difficultateque probationis ex parte illius, cui defertur ex dicto dolo cauſata.*

11 *Neque ſufficit oſtendère verum dolum in omittendo; ſed pernecesſè eſt probandus in committendo.*

12 *Dolus non præſumitur; ſed perſpicuis inditijs ab allegante probandus.*

13 *Adeòut præſumptiones non ſufficiant, ne eodem tempore duo concurrant ſpecialia, nempè, quòd actori credatur in propria cauſa; quòdque dolus ſit præſumptus, & non verus.*

14 *Neque ſufficit lata culpa.*

15 *Contra tertium, qui dolum non commiſit, non poteſt in litem iurari.*

16 *Contra fideiuſſorem Tutoris non poteſt in litem iurari, ex quo liber rationum non fuerit confectus.*

17 *Præcipuè, quando dolus eſt præſumptus.*

18 *Vel, quando conſiſtit in omittendo.*

19 *Contra Tutores, ceſſante dolo, non eſt locus Iuramento in litem.*

20 *Ruſticitas excuſat Tutorem à confectione libri, adeòut non poſſit in litem iurari.*

21 *Qualibet cauſa, etiam minima, ad hunc effectum ſufficit.*

22 Con-

22 *Contra Tutorem in litem iuratur, vel, quando non fuit confectum Inuentarium de rebus pupillaribus., niſi tamen de ſtatu hæreditatis aliundè conſtet.*

Vel, quando Tutor rem pupilli, quam poſſidet, non vult reſtituere.

23 *Dolus excluditur, quando negans iuſtam habuit cauſam negandi, ſe eſſe Tutorem.*

24 *Negans per errorem, vel ignoratiam, eſt excuſandus; ad hoc, vt contra eum in litem iurari non poſſit.*

25 *Ruſticitas iuſtam præbet excuſationis cauſam.*

26 *Ratio à Tutore reddi poteſt, etiam ſine libris.*

Præcipuè, quando hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, ex quorum redditu facilè dignoſci poteſt, an Tutor remaneat debitor.

27 *Alteratio facta in libris rationum non valet redargui de falſitate, quia ſine illis libris ratio reddi poterat.*

28 *Fructus bonorum ſtabilium iuxta taxam legalem æſtimantur in redditu ad rationem quinque pro centenario.*

29 *Liber æſtimi probat valorem fructuum.*

30 *Alimenta præſtita per Tutorem Pupillis, ſunt ponenda in calculo; cum non ſit præſumendum, de vento vixiſſe.*

31 *Alimenta, vnà cum ætate ſunt augenda.*

Nec non pro temporum varietate, alijſque circumſtantijs,

32 *Sententia exceſſiua laborat vitio nullitatis, & iniuſtitiæ.*

33 *Idque etiam ſi exceſſus ſit in minimo.*

34 *Contrarium procedunt, quoties ſententia continet plura capita, pluresque ſummas; ſecus quando ſententia eſt omni ex parte indiuidua.*

35 *Vel quoties exceſſus non eſt in ſententia, ſeu mandato, ſed in ipſa exequtione, tunc enim non cauſat nullitatem ſententiæ; ſed ad ſummum reuocanda eſt exequtio, in eo, in quo eſt exceſſiua.*

36 *Super intereſſe lucri ceſſantis, vtpotè omninò incerto, non poteſt contra Tutorem iurari in litem.*

37 *Certitudo non poteſt deſumi ex prætenſa occaſione inueſtiendi pecunias pupillares, negligentiaque Tutoris in illis collocandis; niſi etiam probetur, bona extitiſſe venalia, quę Tutor emere potuiſſet.*

38 *Tutor non tenetur erogare in emptionem ſuper exiſtentes redditus Pupilli, quoties ſunt modici.*

Neque tenetur Pupillo ad id, quod intereſt.

39 *In vſuris Pupillaribus ad hoc, vt Tutor teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, damnique emergentis, ſunt probanda requiſita* Caſtrenſis.

40 *Iuramentum in litem, vt locum habeat, in neceſſarium antecedens, priùs probari legitimè debet, quòd res, pro qua petitur Iuramentum, ſit incontrouertibiliter, & liquidò debita.*

CAPVT CXLIII.

1 NON conſtat de re iudicata; ſed potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum; cum enim ſententia vitio nullitatis, & iniuſtitiæ laboret, vtique non fecit tranſitum in iudicatum, *leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* ſed aduersùs eam eſt concedenda in integrum reſtitutio

2 *cap. inter cæteras:* vbi, *Felin. num. 10. de re iudicata.*

Conſtat de nullitate, quia, cum poſt Inuentarium exhibitum, fuerint hinc indè electi
Periti ſuper redditione rationis, nullo Iure
potuit ferri ſententia ſuper iuramento in litem; Tum ex quo erat expectanda Peritorũ
3 relatio, & interim officium Iudicis conquieſcere debebat, præcipuè, ſtante partis proteſtatione, *l. ſiue pars, Cod. de dilat. Gubr. titul. eod. lib. 2. concluſ. 1. num. 1. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 3. num. 168. Card. Cerrus dec. 132. nu. 26.*
4 vel ſaltem præcedere debebat Peritorum cõpulſio ad æſtimandum, *Bart. & Alberic. in leg. 3 § penultimo, ff de recept. arbitr. Ayora de partit. part. 1. cap. 4. num. 4. Eſcobar. de ratioc. n. cap. 8. num. 3. & ſeqq.*

Tum etiam, quia, cum pro hac parte non fuerit præſtitum impedimentum, vt à Peritis
5 deueniri non poſſit ad æſtimationem, non erat locus iuramento in litem, vt in ſpecie *Card. Ottbob. dec. 32. n. 8.*

Secũdò, quia nullibi ex actis probatur, tu-
6 telam fuiſſe à Berardino ſuſceptam; niſi ex ſimplici enunciatiua emiſſa in Inuentario cõfecto à Lauinia eius Vxore, & Matre reſpectiuè aduerſariæ, quæ non probat tutelæ ſuſceptionem in præiudicium Viri abſentis, *leg. non epiſtolis, leg. non nudis., Cod. de probat. leg. ex his verbis*, vbi *Dec. Cod. de teſtam. milit. Aym. de antiq. temporis in principio, Rot. dec. 31. de probat. in antiquis,* Coccin *dec. 69. num. 6. Bich. dec. 449. nu. 1.*

Vel ad ſummum, ea capienda eſt interper-
7 tatio, vt tutela fuerit à Matre acceptata ſub fideiuſſione vitrici, contra quem, vtpotè fideiuſſorem indemnitatis, non potuit agi, niſi in ſubſidium, matre, ſcilicèt, non reperta ſoluendo., cum diſpoſitio *leg. ſi mater 6. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* & in *§. ſi autem tutelam auth. de nupt.* tacitam inducens hypothecam legalem in bonis vitrici pro ratiocinijs adminiſtratæ tutelę ab eius vxore, de qua pręcęteris *Gabr. de ſecund. nupt. concluſ. 9. num. 4. & 6. Soccin. conſ. 126. num. 3. verſ. imò quod fortiùs eſt lib. 3. Ancbar. conſ. 316. nu. 2. in fin. Surd. conſ. 175. num. 17. Dec. conſ. 591. num. 1. Burſat. conſ. 210. nu. 19. lib. 2. Neguſant. de pignor. part. 2. membr. 4. nu. 156. Maraut. de ordin. Iudic. part. 6. in vltim. act. num. 53. Guttier de tutel. part. 1. cap. 9. nu. 29. Spin. de teſtam. gloſ. 29. nu. 70. Caualcan. de tutor. & curat. num. 325. Marſil ſingul. 148. ſub num. 1. verſic. & teneus menti, Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 16. nu. 3. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 37. num. 1. & ſeq. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 4. nu. 500. Gaill. obſeru 90. lib. 2. Amend. ad Franch. dec. 18. num. 12. & 24 de Marinis reſolut. 264. num. 4. lib. 1.* nouiſſimè *Sadarin. conſ. 43. num. 46.* ſit remedium ſubſi-
8 diarium, debeatque intelligi, ſeruato ordine Iuris, prout admonet *Bald. in d. leg ſi mater num. 1. Cod. in quibus cauſ. pign. contrah. Eſcob.*

de ra-

Digitized by Google

de ratiocin.cap 34.num.14.qui pro hac ſenten-
tia allegat Molin de Primogen. Hiſpan. lib.1.
cap 3. num.22. ad med. Merlin.de pignor. lib.
3.tit.1. qu.37.nu.5.& 6. atque adeò Vitricus,
vtpotè fideiuſſor indemnitatis,non erat con-
ueniendus , niſi vxore priùs excuſſa , Bart. in
leg.1. nu.2.Cod de conuent.fiſc.debit.lib.10. &
in l.quæro nu.4. ff.locat. Amaia in l.1. num.7.
& ſeq. ibique Io:de Plat. & Valenzuol.Cod.de
Decurion.lib.10. Caſtrenſ.conſ.239. ſub num.1.
lib.1. Roman.conſ.211. Cornel.conſ.109.in fin.
lib.1. Larath.conſ.67.num.1.& ſeq.Rimin.Sen.
conſ.448.num.13.lib.3. Farinac.conſ.165.num.
15.lib.2.Marſil.in rubric.de fideiuſſ. num.314.
et ſeq Hering.de fideiuſſor.part.1.cap.27. num.
142.et ſeqq.et cap.4. num.61. Cyriac.controu.
490.num.22. Afflict. dec.318.num.2. ibique
Vrſill.Card.Millin.dec.275.nu.1. Gamm.deciſ.
380. ibique Florez.

9 Idque , etiam ſi fideiuſſor indemnitatis re-
nunciauerit beneficio de fideiuſſoribus, Bart.
in d.leg 1. num.2.verſ.ex his apparet, C.de con-
uen.fiſc.debit.lib.10. Bald.in l.1.num.1.verſic.
modò ego quæro,Cod.de his,quæ in fraud.credit.
Parlador.rer. quotid.lib.2. cap fin.part.4. §.7.
num.9.

Patens quoque videtur eſſe iniuſtitia ſen-
tentiæ , nam in ea condemnatur Vitricus ad
ſumma 1526.ratione fructuum perceptorum,
ex bonis adminiſtratis , & pro intereſſe lucri
10 ceſſantis. præuio iuramento in litem , cui
nullo Iure erat locus , niſi duobus copulatiuè
concurrentibus. dolo, nempe ex parte eius ,
contra quem defertur,difficultateque proba-
tionis ex parte illius , cui defertur ex dicto
dolo cauſata, leg.in actionibus 5. ibique Bart.
num 2. Bolognett. num.90.Dec.num.17. & 28.
ff.de in lit. Iurand.Iaſ.conſ.111. num.12.lib.1.
Paul.de Mont. Pico conſ.67.num.7. Purpurat.
conſ.369.num 44.et ſeq.lib.1. Spad. conſ.257.
num.3.lib.2. Menoch de arbitr. lib.2. cap.208.
num.1.Rot.in rec. dec.44.num.16.part.9. Coc-
cin.dec.2273 nu.1.et ſeqq. confirmata coram
Archiep.Royas dec.55.nu.2.et ſeq.

11 Adeòut non ſufficiat oſtendere verum do-
lum in omittendo, ſed pernecesſè ſit proban-
dus in committendo, Iaſ.in l.ſi quando nu.57.
in fine Cod.vnde vi,Cranett conſ.497 numer.3.
Menoch.de arbitrar. d.caſ.208.num.14.lib.2.
Seraph.de priuileg Iuram. priuileg.31. num.55.
verſ.cæteri, et ſeq.Rot.in rec.d.dec.44.num.21.
12 part.9.qui ad hunc effectum non præſumitur;
ſed debet perſpicuis inditijs ab allegãte pro-
bari ; ità vt præſumptiones non ſufficiant,ne
eodem reſpectu contra regulas Iuris duo cõ-
13 currant ſpecialia , alterum nempè , quòd
actori credatur in propria cauſa , alterum
verò, quòd dolus ſit præſumptus , & non ve-
rus , Phanuc.de Iuram.in litem part.2.cap.2. n.
5. Cotta in memor.in verbo Iuramentum in li-
tem , Plot.de in lit.Iuram.§.4.num.7.20.et 36.
Rimin.Iun.conſ.43. num.29. Soccin.Sen.conſil.
46.ante num.5. lib.1. Iaſ.conſ.174. num.26.lib.
2.Caball conſ.47.num.16.lib.2. Mancin.de Iu-
ram.part 2. art.8.num.3.Farinacc.in fragment.
part.2. num.1001.Seraphin.de priuileg. Iuram.
num.37. Menoch.de arbitr.d.caſ.208.num.1.&
ſeq.Cyriac.controu.123.num.12. Gratian. cap.
151.num.31.Rot.in recent.d.dec.44.nu.20. &
ſeqq.part.9.et dec.165.n.12 p.11. Coccin.d.de-
14 ciſ.2273.nu.2 & ſeq. vbi quòd non ſufficiat
lata culpa Archiepiſc.Royas dict.deciſ.55.ſub
num.3.

Neutrum autem in caſu , de quo agitur ,
concurrere videtur . Non quidem dolus , ex
eo , quòd librum rationum non confecerit ;
cum enim ex præmiſſis ſit fideiuſſor indemni-
tatis , pro tutela ab eius vxore adminiſtrata
15 dolum non dicitur commiſiſſe , neque con-
tra eum , vtpotè tertium , poteſt in litem iu-
rari , Bart.in l.1.Cod.quando ex fact.tutor. Ca-
ſtrenſ.conſil.124. num.3. lib.1. vbi in ſpecie ,
16 quòd non poſſit iurari in litem contra fide-
iuſſorem tutoris , ex quo liber rationum non
fuerit confectus , Baner.de virtut.Iuram.num.
80. Seraph.de priuileg. Iuram. priuileg.31.
17 num.63.præcipuè , quando dolus eſt præſum-
ptus, Cyriac.contron.123.n 12.et controu.180.
18 .num.23. vel quando conſiſtit in omittendo
Plot.de in litem iurando §.10. ſub num.29. et
ſeq. Regulare enim eſt, vt, ceſſante dolo, non
19 ſit locus huiuſmodi Iuramento , etiam con-
tra ipſos tutores, Rot.in rec.dec.165. num.12.
part.11.

20 Vel in omnem caſum ruſticitas illum ex-
cuſare debet à confectione libri ; adeòut non
poſſit in litem iurari , Bart. in l.ſi quando num.
251.Cod.vnde vi, Soccin. Sen.conſ.39. num.17.
lib.1 Menoch.de arbitr.lib.2. centur.3.caſ.208.
21 num.32. cum quælibet cauſa etiam minima
ad hunc effectum ſufficiat , Afflict. deciſ.360.
num.6. Rot.in recent. dict. deciſ.44. numer.23.
part.9.

22 Iura verò ex aduerſo adducta ſuper Iura-
mento in litem pręſtando contra tutorem,
procedunt, Vel , quando non fuit confectum
Inuentarium de rebus pupillaribus,in quibus
terminis loquitur text.in l.tutor., qui reperto-
rium ff.de admin. et peric.tutor. Vel , quando
tutor rem adulti , quam poſſidet , reſtituere
ei non vult, qui eſt caſus , l.tutor ff.de in litem
iurando , & in his duobus caſibus expreſsè
loquuntur adducti per Menoch.d.caſ.208. nu.
16. & ſeqq. de arbitr. Iudic.Rauden. deciſ.19.
nu.67.& ſeq.

Quinimò, neque etiam in litem iuratur cõ-
tra tutorem, qui non confecerit inuentariũ ,
quando de ſtatu hæreditatis aliundè conſtat ,
latiſſimè Palm.conſ.100.Coruaz.dec.73.

Neque poterit argui dolus ex prætenſa ne-
gatione tutelæ.Nam, omiſſo,quòd non fuerit
facta negatio per eundem noſtrum princi-
palem,

palem, ſed per eius fratrem, quòdque in ea
23 non perſeuerauerit, excluditur dolus, quan-
do negans habuit iuſtam cauſam negandi,
ſe eſſe tutorem, Bald. in l. 1. in princip. verſic.
ſed hic quæritur, Cod. qui bon. ced. poſſ. quæ rectè
congruunt in præſenti, nam reuera idem
noſter principalis non fuit tutor, cum tute-
la legatur relicta eius vxori, quæ, licèt ad ſe-
cunda vota tranſierit, non poteſt deduci, ni-
ſi, quòd ſecundus vir fuerit fideiuſſor indem-
nitatis pupillorum pro eius vxore, atque
24 adeò potuit iuſtè credere, ſe non eſſe tuto-
rem. Regulare enim eſt, vt negans per er-
rorem, vel ignorantiam ſit excuſandus, Plot.
in tract. de in litem Iurand. § 37. in fine. Iaſ. in
leg. ſed hoc §. quod autem nu. 5 ff. de rei iudic. &
in l. 1. num. 15. Cod. de tranſaction. Alciat. in l.
ſi priùs ff. de oper. nou. nunciat. Grat. conſ. 37. n.
25 21. & ſeq. lib. 2. Præcipuè, quia ruſticitas iu-
ſtam præbet excuſationis cauſam, Cornel. cõſ.
147. num. 11. lib. 2. Menoch. de retinenda poſ-
ſeſſ. remed. 3. num. 637.
26 Deficit etiam alterum requiſitum, diffi-
cultatis, nempè, probationis; cum etiam ſi-
ne libris ratio reddi valeat, præcipuè, quan-
do, prout in præſentia, hæreditas conſiſtit in
ſtabilibus, ex quorum redditu facillimè di-
gnoſci poteſt, an tutor remaneat debitor,
Calcan. conſ. 199. num. 5. Card. de Luca de Tu-
tor. diſc. 6. num. 12. Ludouiſ. dec. 196. numer. 5.
ibique addent. num. 8. Rot. in recent. deciſ. 165.
numer. 15. part. 11. Romana Tutelæ de Manſo
apud Farinac. conſ. 56. numer. 52. et ſeq. lib.
1. & in Romana legatorum 2. Decembris 1619.
coram Remboldo, vbi propterea fuit dictum,
27 quòd alteratio facta in libris rationum non
poſſit argui de falſitate, ex eo, quia ſine
illis libris ratio reddi poterat.

Cæterùm ratio ſatis ſuperque videtur red-
dita, ſiue attenta Peritorum relatione com-
muni conſenſu electorum à parte aduerſa ac-
ceptata ob ſubſequutam bonorum diuiſionẽ,
quorum proprietas fuit extimata in ſcutis
1006. eiuſq; fructus in annuis ſcutis 54. atque
28 adeò propè taxam legalem ad rationem
quinque pro centenario iuxtà opinionem
gloſ. in authent. perpetua verbo inſta Cod. de
Sacroſ. Eccleſ. quæ taxa eſt etiam conformis
29 libro Æſtimi, qui rectè probat valorem fru-
ctuum, ex adductis per Lotterium de re bene-
fic. lib. 1. qu. 43. num. 30. Ronit. in Rubr. Pragm.
de appret. num. 3. ibique Laganar. in addit. lit. A.
Monit. in §. plebiſcitum dub. 22. Menoch. de re-
tin. poſſeſſ. remed. 3. num. 570. Capyc. deciſ. 107.
num. 12. Siue attenta relatione nouiſſimè fa-
cta ab aliis peritis, inſpecto præſenti valore
bonorum in annuis, nempè, ſcutis 104. ad ra-
tionem longè plus, quàm ſeptem pro cente-
nario, & ſic vltra taxam legalem.

Ex quibus fructibus, vt ſupra calculatis,
demptis pro toto tempore adminiſtrationis
ſcutis 15. annuis elargiri ſolitis pro eleemo-
ſynis, nec non alimentis duabus puellis pre-
ſtitis, quæ indubitanter in calculo ſunt im-
putanda, Eſcobar. de ratiocin. cap. 22. num. 41.
30 cum non ſit præſumendum, Pupillas de ven-
to vixiſſe, Cordub. in l. ſi quis à liberis § item
reſcriptum numer. 67. ff. de liber. agnoſc. Surd. de
alim. tit. 7. qu. 23. num. 11. et ſeqq. eaque ad ra-
tionem ſcutorum annuorum triginta pro
qualibet vſque ad ætatem decem annorum,
deindeq; ad rationem ſcutorum quatraginta
31 vſque ad nuptias; cum alimenta vnà cum
ætate debeant creſcere DD. in leg. 2. C. de alim.
pupill. præſtand. Surd. de alim. tit. 4. qu. 18. num.
51. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. num. 55. Sal-
gad. in labyrint. credit. part. 1. cap. 25. numer. 37.
& ſeqq. Sadarin. reſponſ. 30. num. 165 verſ. inte-
rim verò auctis, Dunozett. Iun. dec. 685. nu. 3.
rectèque conferunt deducta per Rot. in recent.
dec. 31. numer. 2. et ſeqq. part. 1. vbi, quòd ali-
menta pro varietate temporis, & alijs
circumſtantijs ſint augenda; ideòque, ſtante
huiuſmodi calculo, pro toto tempore admi-
niſtrationis noſter principalis, vel nullo mo-
do remanet debitor, vel in ſatis modica
ſumma, vndè ſententia concedens Iuramen-
32 tum in litem in ſcutis 1526. detegitur iniu-
ſta, & manifeſtè exceſſiua, ideòque nulla
gloſ. vlt. in l. fin. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. ibique
Alex. num. 10. Bart. in l. ſi non fortem §. ſi cen-
tum num. 7. ibique Iaſ. num. 2. ff. de condit. in-
debit. Bald. in l. certi conditio §. quoniam num. 3.
verſ. ſecundus ff. ſi cert. petat. Florian. de S. Pe-
tro in l. hoc iudicio num. 4. ff. fam. Erciſc. Gra-
tian. cap. 3. num. 24. Caren. reſolut. 45. numer. 1.
Ludouiſ. dec. 198. num. 1. ibique add. lit. A. Bu-
ratt. dec. 216. num. 10. Card. Ottobon. deciſ. 235.
num. 8. Bich. dec. 29. numer. 24 Idque etiam ſi
33 exceſſus ſit in minimo, Iaſ. in d. l. ſi non fortem,
§. ſi centum in princip. ff. de condit. indeb. Pariſ.
conſ. 81. num. 36. lib. 2. add. ad Ludouiſ. dict. dec.
198. lit. A. Rot. penes Poſth. de ſubhaſtat. dec. 69
num. 20.

34 Contraria verò procedunt, vel quoties
ſententia continet plura capita, pluresquè
ſummas, quo caſu, tot dicuntur ſententię,
quot capita, in quibus terminis procedit tex.
ex aduerſo allegatus in leg. etiam §. 1. ff. de
minor. cui innititur Roman conſ. 281. numer. 2.
Cancer. tom. 3. var. cap. 1. num. 345. verſ quod
limitat, Rot. poſt tract. Poſth. de ſubhaſt. dec.
257. num. 1. & ſeqq. diuerſ. dec. 33. numer. 7. &
ſeqq. part. 2. Card. Caualer. dec. 484. ſub num. 2.
aſſerens, quòd tunc tot cenſeantur ſenten-
tiæ, quot ſunt capitula, Ludouiſ. deciſ. 552.
n. 1. Secus verò, quando, prout in preſenti
themate, ſententia eſt omni ex parte indiui-
dua; prout optimè diſtinguit gloſ. in d. l. etiam
§. 1. verbo audiendus verſ. dic ergo, ibique Bart.
num. 1. Alberic. nu. 3 ff. de minor. Caren. reſol.
45. num. 1. & ſeq. Scacc. de ſent. & re indic. gloſ.

10. qu.13. nu.1. Ceuall. commun. contrà commun. qu.60. num.2. Cardin.Canaltr. dec.484. num.3. egregiè Rot, in recent. dec 283. nu.20. et ſeq. par.9.

35 Vel quoties exceſſus non eſt in ſententia, ſeù mandato, ſed potiùs in ipſa exequtione puta; ſi fiat exequtio in re maioris valoris, quàm ſit debitum; hoc enim caſu non cauſat nullitatem ſententiæ, ſed ad ſummum reuocāda eſt exequtio in eo, in quo eſt exceſſiua, in quibus terminis loquntur laudati, Surd. conſil.39. nu.26. verſ. poſtremo non obſtat, & ſequent. Burſatt. conſ.184. numer.38. addit. ad Ludouiſ. dec.198. lit. A. circa med. verſ. circa quod, Cardinal. Canaler. deciſ. 484. Peutinger. deciſ.292. num.9. Rot. in recnt. dec.8. n.7. & ſeq. part.6.

36 Nullatenus verò potuit per Iudicem haberi reſpectus ad intereſſe lucri ceſſantis, quòd, cum eſſet omninò incertum, non potuit ſuper eo in litem iurari, vt in ſpecie Farinac. in fragment. part.2. verbo Iuramentum in litem num.1061. verſ. ſecundò iuramentum in litem non defertur.

37 Neque certitudo poteſt deſumi ex prætēſa occaſione inueſtiendi pecunias, negligentiaque tutoris in illis collocandis. Tum ex quo eſſet ex aduerſo probandum, bona extitiſſe venalia, quæ Tutor emere potuiſſet Bart. in l. tutor. qui repertorium §. ſi poſt depoſitionem ff. de adminiſtrat. Tutor. Crauett. conſ.22. nu.3. Alex. conſ.74. in fin. lib.6. Aretin. conſ.31. & conſ.562. num.12. Roland. conſ.49. nu.34. lib.1. & de lucr. dot. qu.64. nu.29. Ladereb. conſil.163. Peregrin. conſ.51. nu.31. lib.2. & conſ.70. n.10. lib.4. Montan. de tutel. cap.32. regul.9. nu.194. & num.201. Iodoch. in patrocin. pupillor. cap. de intereſſe pupill. num.70. Eſcobar. de ratiocin. adminiſtrat. cap.14. numer.6. Gratian. cap.931. num.7. Roderic. de ann. reddit. lib.3. qu.10. n.13 Plot. de in lit. Iurand. §.5. ſub nu.17. Mtnoch. de arbitr. Iudic. caſ.49. nu.6. Altograd. conſ.83. nu.25. lib.1. Pariſ. conſ.84. num.20. lib.1. Leotard. de vſur. qu.18. nu.35. verſ. nam et id in tutore, & qu.20. nu.19. verſ. vnde receptum eſt, Surd. de alim. tit.9. qu.28. num.15. & dec.318. nu.7. & 8. Ioſeph. Ludouic. dec.67. nume.2. Royzius deciſ. Lituan.5. nu.447. Epiſc. Sperell. dec.90. nu.13. & ſeqq.

Tum etiam, quia, cùm introitus bonorum fuerit adeò exiguus, vt vix ſuffecerit pro alimentis pupillarum, aliiſque neceſſarijs expenſis, nihil ſuperſuit reinueſtiendum, & quatenus aliquod modicum ſuperfuiſſet ex

38 fructibus, illud non tenebatur tutor in emptionem erogare, cum pro pupilli neceſſitatibus potuerit inſeruire, l.5. in princip. ff. de adminiſtrat. tutor. gloſ. ſingularis §. ſi viro tantùm ſolùmmodò, verbo neceſſitatis auth. vt ij, qui obligat. ſe haber. perhib. rer. minor. Alberic. in l. ſcio ff. de reſtit. in integr. Laurēt. de Rodulph. de vſur. part.2. qu.66. Buez. de decem tutor. cap.2. num.92. Ayor. de partition. cap.4. num.32. Molin. de Iuſt. & Iur. tract.2. diſp.224. col.5. in fin. verſ. quando ergo prædia in fin. fol.903. benè Gratian. cap.931. nu.6. Eſcobar. de ratiocinis cap.14. nu.8. 9. & 17. neque tenebatur pupillo ad id, quod intereſt, Leotard. de vſur. d. qu.20. num.20.

39 Tum, quia, etiam in vſuris pupillaribus neceſſè eſt præcisè probare omnia requiſita, Caſtrenſ. in l.3. ff. de eo, quod certo loco, Duoz. Zeu. Iun. dec.442. nu.3. Quæ omnia abſque dubio ſaltem reddunt omninò incertum, & illiquidum prætenſum intereſſe, ad hoc vt ſuper eo iurari nō poſſit ex ſupra allegatis, & eſt regulare, quòd Iuramētū in litē, vt locū habeat, in neceſſarium antecedens priùs probari le-

40 gitimè debeat, quòd res, pro qua petitur iuramentum, ſit incontrouertibiliter, & liquidò debita, leg. à poſſidentibus C. de rei vindicat. ibique gloſ. verbo impleueritis, & uerbo intentionem. Odofredus in princip. leg. qui reſtituere ff. eod. Rot. in recent. deciſ.44. numer.1. part.9.

ARGVMENTVM.

Solutio in dubio cenſetur facta pro debito antiquiori, ad quem effectum non eſt attendendus dies contractæ obligationis, ſed potiùs ſolutionis; Idque etiam ſi poſterius creditum ſit maioris quantitatis; niſi tamen quantitas ſoluta non valeret adaptari, neque eſſet proportionata vtrique debito; Et in quibus caſibus id ſit intelligendum. Ad intellectum iurium in l. in ijs, & in l. cum ex pluribus 98. ff. de ſolut.

A creditore ex pluribus, deuerſiſque cauſis, quoties coaceruatim ſit confeſſio de recepto ad computum, an, & pro quo debito, ſiue rata intelligi debeat facta ſolutio.

Hypotheca tacita non competit pro literis Cambij.

Creditor; an, & quando dicatur verſatus in dolo exigens ſuum creditum à debitore, quem proximè decocturum non ignorat, in præiudicium creditorum anteriorum: Et, an eadem actione de dolo teneatur, ſi ad hunc effectum exigendi ſummam ſibi debitam ſuaſerit debitori, vt pecuniam ab altero mutuò accipiat.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio cenſetur facta pro debito antiquiori, etiam ſi pro recentiori debito maiores ſoluerentur vſuræ.*

2 *Idque, etiam procedit in terminis Mercatoris Creditoris eiuſdem Debitoris in duabus ſummis, quarum vna erat altera antiquior.*

3 *Vnum debitum, ad hoc, vt dici debeat altero anterius, non attenditur dies contractæ obligationis; ſed dies ſolutionis.*

4 *Priùs præſumi debet ſolutum antiquius creditum, & pro reliqua rata creditum poſterius.*

5 *Idque, etiam ſi ſecundum creditum ſit maioris quantitatis.*

6 *Contrarium aſſerendum, quando quantitas ſoluta non valeret adaptari, neque eſſet proportionata vtrique debito.*

Vel, quia primum debitum eſſet ſpeciei, ſecundum verò pecuniæ, fuiſſetque ſoluta pecunia.

7 *Vel, quia ſumma ſoluta adamuſſim reſpondet alicui cauſæ, quo caſu in eamdem cauſam debet præſumi facta ſolutio.*

8 *Quoties eidem Creditori ex pluribus, diuerſiſque cauſis ſoluitur, & ab eodem coacernatim fit confeſſio de recepto, intelligi debet facta ſolutio pro rata cuiuslibet debiti.*

9 *Intellige, quando pares ſunt cauſæ, nullaque eſt grauior, vel antiquior altera; tunc enim ſolutio in vtramque pro rata cedere debet.*

10 *Secus verò, quando vna cauſa eſt anterior in tempore ſolutionis alteri credito.*

11 *Pecunia ſoluta ſemper cedit in partem anteriorem; non autem in vniuerſitatem debiti.*

12 *Pecunia redacta ex pignore nõ cedit in vniuerſum; ſed tantùmmodò pro illa parte, pro qua fuit pignus acceptum.*

13 *Ampliatur concluſio, vt procedat, non obſtantibus verbis,* ad computum. *emiſſis in receptione facta à creditore, quæ ſolùm denotant ſimplicem demonſtrationem debitæ quantitatis, nullatenus Iuris diſpoſitione alterata.*

14 *Solutio, etiam ſi ſit relatiua ad inſtrumentum, cedere debet in primam illius partem, deindèque in ſecundam.*

15 *Solutio in quam cauſam cedere debet, potiſſimùm dependet à coniecturis, illæque ſunt inſpiciendæ, antequàm deueniatur ad præſumptionem de duriori cauſa, vel antiquiori.*

16 *Hypotheca tacita non competit pro literis Cambij.*

Reprobantur Burſatus, & Paſchalis *contrarium ſentientes.*

17 *In actionibus perſonalibus omnes creditores in tributum vocantur pro rata crediti, nulla prorsùs habita ratione anterioritatis temporis.*

18 *Creditor, qui curat ſuum creditum exigere à debitore, quem ſcit, non eſſe ſoluendo, etiam in præiudicium Creditorum, ſiue anteriorum, ſiue æqualium, non dicitur dolum committere, ſuo enim vtitur iure.*

19 *Inuigilare debet creditor ad ſuum creditum conſequendum.*

20 *Limita, ſtante dolo Creditoris, vel reſiſtente Statuto particulari, prout adeſt Ianuæ, vt ſolutiones non ſint attendendæ factæ per decoctum per quindecim dies ante decoctionem.*

21 *Solutio, ad hoc, vt Creditori non ſuffragetur, eſt probandum, nedum debitorem fuiſſe proximũ decoctioni; ſed etiam Creditorem de hoc ſcientiam habuiſſe.*

22 *Creditor, quando, vt ſuum creditum exigat à debitore decocto, vel decoctioni proximo, illum hortatur, vt pecuniam mutuò recipiat ab altero, dicitur poſitiuè dolum malum committere.*

Ideòque erga mutuantem tenetur actione de dolo.

Expenditur Textus *ſingularis id comprobans in* l. ſeruus tuus 21. ff. de dolo malo.

23 *Non licèt perſuadere ad commodum propriũ rem honeſtam in detrimentum alterius.*

CAPVT CXLIV.

IN huiuſmodi controuerſia de duabus potiſſimùm inſpectionibus contingit diſceptari. Prima, nempè, an ſolutio ſcutorum mille facta per Mendex, & Lobum Mercatores Liburni DD. de Philippis ad bonum computum literarum Bononiæ maiorem cõtinentium quantitatem, altera ſcilicet ſcutorum 600. conſcripta à Beluiſis, & Razzanis anno 1666 Altera verò ſcutorum 3200. à Fantettis, & Cataneis ſub die primo Iunij proximè ſequentis; quæ fuerunt acceptatæ ab eiſdem Mendex, & Lobo, congruis temporibus, cedere priùs debeat in integram ſatiſfactionem primarum literarum Cambij ſcutorum 600. antecedenter ab eiſdem Beluiſis, & Razzanis conſcriptarum, quæ à Mercatoribus Liburni fuerunt acceptatæ, & pro reſiduo ad computum ſecundarum literarum, quæ fuerunt ſcriptæ à Fantettis, & Cataneis; Vel potiùs eadem ſolutio intelligi debeat facta, etiam pro concurrenti portione crediti earundem literarum, quàmuis poſteriorum tàm in data, quàm in acceptatione.

Secundò, an ſaltem, ſtante immediata decoctione Mercatorum Liburni, poſt factam prædictam ſolutionem, ſit locus repetitioni ſoluti pro rata fauore illorum de Fantettis, & Cataneis, qui remanent Creditores pro reſiduo dictarum literarum.

Quò igitur ad primam inſpectionem pro veritate conſultus exiſtimo, Ius potiùs aſſiſtere Beluiſis, & Razzanis; Quia cum DD. de Philippis reperirentur Creditores Mercatorum Liburni ex duobus creditis omninò diſtinctis ratione literarum Cambij; quorum vnum erat altero anterius, non ſolùm in data earundem literarum; ſed etiam in acceptatione, atque adeò in tempore ſolutio-
1 nis faciendæ; abſque dubio intelligi debet facta ſolutio pro integro debito antiquiori in primis literis contento; reſiduum verò eiuſdem ſolutionis cedere debet ad computum ſecundarum literarum, quoties, prout in præſentia, ex infrà dicendis, non concurrit contraria declaratio, vel debitoris ſoluentis, vel creditoris recipientis, neque adſunt proba-

biles coniecturæ ex facti circumſtantijs ,
vel ex veriſimilitudine deſumptæ , quæ
contrarium ſuadere valeant ; prout ſunt
Iura apertiſſima in l.ijs 5.in princ. ibi, ſi autem
nulla prægrauet; ideſt, ſi omnia nomina ſimilia
fuerint, in antiquiorem, l.ſi ex pluribus 89.in fin.
l.cum ex pluribus 98. ibi , ſi nullum horum in-
terueniat, vetuſtior contractus ante ſoluetur ff.
de ſolut.Roman.conſ.94.num.2. Decian.conſ.60.
num.21.lib.2. Corn.conſ.295.num.1. verſ.item
concurrit lib.3. Pariſ.conſ.12.num.6.& ſeq.lib.
4.Alex conſ.85.lib.3.Soccin.conſ.225,numer.2.
lib.2.Coſta de ration.rat.qu.124.num 23.pro-
pe fin.verſ.alioquin cæteris paribus, Maur. de
ſolut.cap.9.num.1. Menoch.conſ.121.num.36.
lib.2.et lib.3.præſumpt.136.nu.10.& ſeqq. &
de arbitr.cent.5.caſ.493.num.19. Gratian.cap.
105 num.13.& cap.224.num.43.Manſ.conſult.
104.num.12.vbi etiam ſi pro recentiori debi-
to ſoluerentur maiores vſuræ Altimar.ad Ro-
uit.conſ.65.num.6.lib.2.Staiban.Iun.reſolut.34.
num.29.lib.1.Adden.ad Buratt.dec.541.nu.6.
lit.A Adden.ad Ludouiſ.dec.521.num 13.Surd
dec.186.num.5.& dec.169 num.9 Medic.deciſ.
Senen.25.n 1 Magon.dec.Flor.39.nu.30. vbi in
ſpecie inter Mercatores, Rot. diuerſ. deciſ.113.
num.3.verſ.aut ſaltem, & dec.679 num.6.p.1.
in recent.dec.457.num.19.part.9.Merlin.deciſ.
773. numer.1. & duobus ſeqq. vbi ſignanter ,
quando ſoluens agnoſcebat cauſam anterio-
rem debiti , & ex illa ſe eſſe debitorem , Bich.
dec.177.num.7.& dec.306.num.30.Et in pro-
2 ximis terminis Mercatoris creditoris eiuſdē
debitoris in duabus ſummis , quarum vna
erat altera antiquior , abſque difficultate, ita
reſpondit Menoch.conſ.809.nu.18.lib.9.

Non poteſt autem dubitari , quin creditū
reſultans ex primis literis cambij ſit anterius
alteri credito prouenienti ex ſecundis lite-
ris, non ſolùm ratione datæ in tempore, quæ
non eſſet attendenda ; ſed potiùs, inſpecto
die, quo ceſſit ſolutio , ſtante præcedenti ac-
ceptatione , quæ ad effectum , de quo agitur
3 potiſſimùm inſpici debet ; ad hoc, vt vnum
debitum dicatur altero antiquius ; non enim
attenditur dies contractæ obligationis , ſed
dies ſolutionis, & exercitij actionis , d. leg.ſi
ex pluribus §.fin. ibique gloſ.ff de ſolut.Bart.in
d.l.cum ex pluribus num.2. verſ.& ſic intelligo
cauſam anteriorem ff.de ſolut.Imol.in leg.1.ibi-
que Floranant.vterque nume 4 ff.eod. Menoch.
conſ.121.num.56. l.2. & lib.3. præſumpt.136.
num.11.& de Arbitrar.centur.5.caſ.493 n.19.
Ruin.conſ.126.numer.15. verſ.nam cauſa lib.4.
Rimin Sen conſ.348.num.10.& ſeq. lib.2.Gra-
tian.d.cap.224.num.59. & 96.& cap.717.nu.
18. Adden.ad Ludouiſ. dec.521.num.3. in fin.
Add.ad Buratt.dec.541.num.7.Felic.de ſociet.
cap.15.num.33. Molin.de contract.diſp.565.nu.
5. Piſtor.lib.3.quaeſt.Iur.qu.21, num.23. Manſ.
conſult 104. num.15. lib.2. Mart.Medic. deciſ.
Senen 25.num.3.& dec.27.num.10.Surd.deciſ.
187.n.7.Altimar.ad Rou.d.conſ.65.n.6.in fin.
Card. de Luca de cred.diſc.43.n.5. Rot.diuerſ.
deciſ.176.n.2.part.2.in recent.dec.304.n.5.p.4.
Merlin.dec.507.num.3.et ſeq.et dec.741.nu.5.

Prædicta verò omnia fortiùs procedunt ,
ea animaduerſione adhibita, quòd ſolutio fa-
cta in ſcutis mille, cum receptione Creditoris
ad bonum computum literarum Bononiæ, eſt
referibilis vtrique debito earundem literarū;
ideòque vindicat ſibi locum legalis præſum-
4 ptio , vt priùs præſumi debeat ſolutum anti-
quius creditum primarum literarum, & dein-
dè pro reliqua rata creditum poſterius , benè
Magon.d.deciſ.Florent.13. num.29. & duobus
ſeqq. cum alijs proximè allegandis .

5 Idque etiam ſi ſecundum creditum ſit ma-
ioris quantitatis , Bart.in d.l.cum ex pluribus
col.2. verſ. ſextò dicitur ff.de ſolut. Menoch.de
Arbitr. lib.2.centur.5. caſ.493.nu.18.

6 Quidquid contrarium fortaſsè dici poſſit,
quādo quātitas ſoluta nō valeret adaptari ,
neque eſſet proportionata, & congrua vtriq;
debito , Vel, quia primum debitum eſſet ſpe-
ciei , ſecundum pecuniæ , fuiſſetque ſoluta
pecunia, iuxta receptam Theoricam Bald. in
l.1. in fin ff.de ſolut. Bart.in d.l.cum.ex pluribus
ff.eodem, Rimin.Sen. d.conſ.348 num.5.& ſeq.
lib.2. Soccin.Iun.conſ.85. nu.11 .lib.2.Menoch.
præſumpt.136. num.18.lib.3. Gratian. d.cap.
224. in fin.& 962. num.44. verſ. maximè Coſt.
de ration.rat.d. qu.130. num.5. Magon. d. dec.
Floren.13 num.26. Rot.diuerſ. dec.92. num.4.
in fin.verſ.quartò quia iſtæ multiplicatæ ſolutio-
nes, part.1. & dec.176.n.1 .part.2.

7 Vel, quia ſumma ſoluta adamuſſim reſpō-
det alicui cauſæ , quo caſu in eamdem cau-
ſam præſumi debet facta ſolutio , Bartol.in l.
cum ex pluribus col.2. ff.de ſolut. Aym. conſil.
149.num.5. Coſt.de ration.rat.qu.130. num.5.
Menoch.d.præſumpt.136.nu.18.lib 3. Altimar.
ad Rouit d.conſ.65. nu.13. qui materiam be-
nè declarat Magon. dec.Florent.13. Card. Se-
raphin.dec.643.num.6. Dunozett.Iun.dec.890.
num.6. Rot.in recent.dec.301.num.3. verſ.præ-
ſertim cum conueniet ſumma ſoluta. p.1.

His igitur firmatis , ſublatum videtur
obiectum , quòd , cum creditor receperit d.
ſcuta mille ad computum litterarū Cambij ,
dici debeat ex volutate eiuſdem creditoris
acceptata ſolutio indiſtinctè in cauſam , tàm
8 primarum , quàm ſecundarum literarum ;
quoties enim eidem creditori ex pluribus, di-
uerſiſque cauſis ſoluitur , & ab eodem coa-
ceruatim fit quietantia, intelligi debet facta
ſolutio pro rata cuiuslibet debiti , vt ſunt
Iura , itā communiter Interpretum ſenſu in-
tellecta in l.in ijs §. Imperator , vbi ſignanter
Bart. & in l.Illud & in l.Pupilli §. pen.ff.de
ſolut.

Siquidem concluſio eſt vera , ſed nullate-
nus

nus ad rem, de qua agitur, poteſt adaptari;
ſolùm enim procedit, & eſt intelligenda,
9 quoties pares ſunt cauſæ, nullaque eſt gra-
uior, vel antiquior altera; tunc enim ſolu-
tio in vtramque pro rata cedere debet, pro-
ut optimè explicant poſt *Bart. in d. l. cum ex
pluribus ff. de ſolut. Riminald. Sen. d. conſ. 348.
num. 6. & ſeq. lib 2. Rain. conſ. 18. nu. 11. lib. 3.
Menoch. de Arbitr. d. lib. 2. centur. 5. caſ. 493.
num. 20. Cancer. var. part. 2. cap. 6. num. 13. Al-
timar. ad Rouit. dict. conſil. 65. num. 8. lib. 2.*

10 Secus verò, quando, prout in præſenti
themate, cauſa crediti prouenientis ex pri-
mis literis antecedenter acceptatis, eſt ante-
rior in tempore ſolutionis alteri credito re-
ſultanti ex ſecundis literis, ſolùmque poſſet
eſſe locus prædictæ concluſioni, ſi, tàm pri-
mæ, quàm ſecundæ literæ, licèt diuerſis con-
ſcriptæ temporibus, vno, eodemque tempo-
re fuiſſent acceptatæ, quo caſu vna non pote-
rat dici antiquior altera; atque adeò, ſtante
cauſarum paritate, ſolutio erat intelligenda
pro rata cuiuslibet debiti ex Iuribus in obie-
cto allegatis.

Prout neque etiam releuat, quòd ſumma
ſoluta in ſcutis mille excedat creditum pri-
marum literarum, quod ſolùm erat in ſcutis
600. quòdque creditor ſimpliciter receperit
ad bonum computum totius ſummæ debitæ
literarum Bononiæ.

Huic enim obiecto occurrunt auctoritates
proximæ allegandæ, quæ aduertunt, quòd
pars ſoluta contineatur in tota, tamquam
eiuſdem portio; vndè contrahentes præſu-
mendum, ſe conformaſſe diſpoſitioni Iuris,
atque adeò erit intelligenda ſolutio ad com-
putum totius ſummæ in duabus literis con-
tentæ; Ità tamen, vt pro concurrenti quan-
titate priùs extinctum remaneat integrum
creditum anterius ſcutorum 600. in primis
literis contentum, & pro reſiduo pro rata
alterum poſterius; non autem, vt ſit extin-
ctum vniuerſum debitum pro rata, quia
cum hoc ſuppoſito alteraretur Iuris diſpoſi-
tio, qua edocemur, vt ſemper pecunia ſolu-
ta cedat in partem antiquiorem, non in vni-
11 uerſitatem debiti, ſicuti pecunia redacta
12 ex pignore non cedit in vniuerſum, ſed tan-
tùmmodò pro illa parte, pro qua fuit pignus
acceptum, ideòque verba illa *ad computum*
13 denotāt ſolùm ſimplicem demonſtrationem
debitæ quantitatis, nullateous Iuris diſpoſi-
tione alterata, prout optimè declarat omni-
nò relegendus. *Gabr. conſ. 48. num. 4. verſ. non
obſtat quod hoc caſu, lib. 2.* quem ſequuntur
*Gratian. d. cap. 224. num. 76. Hodiern. controu. 8
num. 47.* & conferunt exarata per *Magon. dict.
dec. Florent. 13. num. 29.* & in proximis, imó
fortioribus terminis *Rot. in recent. deciſ. 439.
14 nu. 43. part. 9. tom. 2.* vbi, quòd, etiam ſi ſo-
lutio ſit relatiua ad Inſtrumentum, cedere
debeat in primam illius partem, & deindè
in ſecundam; idemque firmant *Aſin. de exe-
cut. cap. 44. nu. 18. 20. & ſeqq. fol. 99. Gratian.
cap. 224. nu. 66. et 79.*

15 Prædictis omnibus accedat, quòd, cum
huiuſmodi materia, in quam cauſam ſolutio
cedere debeat, tota pendeat ex coniecturis,
factique circumſtantijs, ſi quæ adſunt, & po-
tiſſimùm illæ inſpiciendæ, antequàm deue-
niatur ad præſumptionem de duriori cauſa,
vel antiquiori, quæ procedit, quando res
eſt omninò dubia; non autem quando ad-
ſunt aliquæ coniecturæ, vel circumſtantiæ, &
ſignanter veriſimilitudines in contrarium,
*Bart. & Angel. in l. 1. num. 4. ff. de ſolut. Gratian.
cap. 962. num. 46. Add. ad Buratt. dec. 541. in
fin. Merlin. dec. 507. numer. 5.* benè *Rot. diuerſ.
dec. 92. num. 2. et ſeq. et dec. 679. num. 6. in fin,
part. 1. in rec. dec. 49. n. 39. p. 11.*

Abſque dubio, cum in præſentia non ha-
beamus aliquam declarationem debitoris;
ſed ſolùmmodò creditoris recipientis ad cō-
putum literarum Bononiæ, ſatis veriſimile
videtur, eundem creditorem recepiſſe pro
integrè ſatisfaciendis literis primo loco ac-
ceptatis, & quarum dies ſolutionis anteà ceſ-
ſerat, conformando ſe cum diſpoſitione Iu-
ris, & pro reſiduo in computum ſecundarum
literarum ex ſupra firmatis.

Ponderatio verò facta in motiuis pro Fātet-
16 tis, & Cataneis, quòd, cum in materia lite-
rarum Cambij non detur tacita hypotheca
iuxta veriorem ſententiam, de qua *Surd. conſ.
499. num. 2.* latiſſimè *Gait. de credito cap. 2.
tit. 7. num. 2458. Genua de ſcriptura priuata
tit. de literis cambij qu. 2. Merlin. de pignor. lib.
3. tit. 1. qu. 16. Rot.* poſt eundem *dec. 19. nu. 2.*
& nouiſſimè eruditus *Sadarin. reſp. 20. num. 7.
Rot. in Ianuen. ſeù Bonon. pecuniaria 27. No-
uembris 1628. coram Pirouano;* Quicquid in
contrarium male ſenſerint *Burſatt. conſ. 39. n.
37. & ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt. p. 1. c. 8. nu. 79.*
quos egregiè reprobat *Gait. loc. proximè alle-
gato*, ceſſet etiam prætenſa anterioritas, cum
verſemur in actionibus perſonalibus, in quibus
17 omnes creditores, quoties ſunt pares, in tri-
butum vocantur pro rata crediti, nulla pror-
sùs habita ratione prioritatis temporis, *leg.
Procuratoris 6. § ſi plures, & §. planè ff. de tri-
but. action. l. pro debito 6. Cod. de bon. auctor. Iu-
dic. poſſid.* ibique *Bald. num. 1. Salic. in l. ſuper
vacuum 12. num. 5. Cod. depoſit. Vermigliol. conſ.
452. num. 1. Rodriq. de concurſ. credit. part. 2.
art. 3. num. 2. Diaz de Mena Var. lib. 1. quæſt. 6.
art. 1. num. 2. Aſin. de execut. §. 7. cap. 45. &
ſeq. Gait. de credit. cap. 4. nu 2044. Carleual. de
Iudic. lib. 1. diſp. 31. Merlin. de pignor. lib. 4. tit.
1. qu. 36. nu. 1. & ſeq.*

Siquidem huiuſmodi inſpectiò non eſt ad-
aptabilis in præſenti materia; non enim
verſamur in ſolutione facienda, & in con-

curſu

Digitized by Google

curſu creditorum in actione perſonali, inter
quos non datur prioritas temporis, ſed om-
nes admitti debent in contributum; ſed po-
tiùs agitur, in quam cauſam cedere debeat
ſolutio iam facta eidem creditori ex pluri-
bus, diſtinctiſque cauſis, quarum vna erat
anterior altera, quo caſu, non facta declara-
tione à debitore, eſt attendenda declara-
tio ipſius creditoris recipientis ad compu-
tum totius ſummæ debitæ, quæ regulari de-
bet à Iure, vt priùs intelligatur facta ſolutio
in cauſam anteriorem, cuius dies ſolutionis
anteà ceſſerat, deindè verò in poſteriorem
ex allegatis.

Denique non videtur releuans, quòd poſt
factam ſolutionem ſtatim Mercatores Libur-
ni decoxerint.

18 Siquidem, etiam in fortioribus terminis
creditor, qui curat ſuum creditum exigere
à debitore, quem ſcit non eſſe ſoluendo, etiã
in præiudicium creditorum, ſiue æqualium,
ſiue anteriorum, non dicitur dolum commit-
tere, quia ſuo vtitur Iure ad celebrem *Te-
xtum in l. qui autem §. apud labeonem ff. de his.
qua in fraud. credit. Surd. conſ. 528. nu. 35. Bar-
gal. de dolo lib. 6. reg. 43. per tot. Gratian. cap.
391. num. 22. & ſeqq. Rocc. in notabil. de de-
coct. Mercat. num. 102. & ſeq. & n. 118. & 120.
poſt 2. vol. reſpõſ.* cum inuigilare debeat credi-
19 tori ad ſuum creditum conſequendum *l. ſum-
ma cum ratione* §. 1. *ff. de pecul. Peguer. deciſ.
371. num. 20.*

20 Neque aduerſantur *Turri de camb. diſp. 2.
qu. 23. num. 54. Scaccia de commerc. & camb.
§. 2. gloſ. 5. num. 445.* Nam *Turri* cum *Baldo*
præſupponit dolum in creditore, cui fuit fa-
cta ſolutio, & *Scaccia* loquitur, attentis ter-
minis particularis ſtatuti *Iannenſis*, quo ex-
preſsè diſponitur, vt non ſint attendendæ ſo-
lutiones factæ per decoctum per quindecim
dies ante decoctionem.

Præterquàm, quòd eſſet etiam probandum,
nedum Debitorem fuiſſe proximum deco-
21. ctioni; ſed etiam creditorem habuiſſe ſcien-
tiam proximæ decoctionis, quæ eſſet exad-
uerſo concludenter probanda, *Surd. d. conſil.
528. n. 37. verſ. ſecundò loco, & ſeqq. Gratian.
cap. 391. nu. 12. & ſeqq.* ſignanter *num. 18. &
ſeq. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 135. nu. 8.
verſ. declaratur tamen.*

22 Prout, neque etiam rei, de qua eſt ſermo,
congruit Reſponſum *Pauli in l. ſeruus tuus 20
ff. de dolo malo*, ibi, *Seruus tuus; cum tibi de-
beret, nec ſoluendo eſſet, hortatu tuo pecuniam
mutuam à me accepit, & tibi ſoluit Labeo ait de
dolo malo actionem in te dandam*; quia proce-
dit, quando creditor, vt ſuum creditum exi-
gat à debitore, qui, vel eſt decoctus, vel de-
coctioni proximus, illum hortatur, vt pecu-
niam mutuò accipiat ab altero; quia tunc di-
citur poſitiuè dolum malum committere,
non autem Iure ſuo vti; ideòque erga mu-
tuantem tenetur actione de dolo, vbi *Albe-
ricus* reſpondens ad rationem, quòd credito-
ri liceat ſibi conſulere, dicit, hoc non eſſe
verum alium decipiendo, ſeu alteri damnum
23 inferendo, ibique *Fulgoſ.* dicit, hinc ſumi re-
gulam, quod mihi non liceat perſuadere ad
commodum meum rem honeſtam in detri-
mentum alterius.

Ceſſatque difficultas, cum exactio ſummæ
debitæ nullo Iure dici poſſit doloſè facta à
creditore, cui etiam maior ſumma debeba-
tur; imò, adhuc, admiſſa ſcientia proximè de-
coctionis, vtile negotium geſſit, dum etiam
curauit exactionem notabilis ſummæ eidem
debitæ in vim ſecundarum literarum cambij.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius, cum repræſentet cedentem, ſuccedit, etiam in hypotheca, quæ cedenti tempore ceſſionis competebat, Idque, etiam executiuè, cum, ceſſa actione principali, cenſeatur etiam ceſſum Ius exequtiuum.

Nouatio cenſetur inducta, quoties computorum eſt facta ſolidatio, poſteàque inter partes confecta Apoca, vel creatum nouum debitum, etiam pro reſiduo,

Ceſſio ſimplex ad commodum cedentis ex quibus ſit præſumenda.

Dominij reſeruatio vſque ad integram ſatisfactionem directè aduerſatur dationi in ſolutum, vel delegationi.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius repreſentat cedentem in omnibus Iuribus.*
2 *Ceſſionarius ſuccedit, etiam in hypotheca, quæ cedenti, tempore ceſſionis, competebat.*
3 *Idque, ſiue deducatur ex generali bonorum obligatione, ſiue ex ſpeciali.*
4 *Effectus obligationis Cameralis tranſit, etiam in ceſſionarium.*
5 *Ceſſa actione principali, cenſetur etiam ceſſum ius exequtiuum.*
6 *Hæreditas dicitur adita per cedentem ex ceſſione iurium hæreditatis.*
Reprobatur contraria ſententia. Caſtr. conſ. 252. lib. 1.
7 *Quoties cedens exigit nomen ceſſum, competit ceſſionario regreſſus contra ipſum cedentem.*
8 *Computorum ſolidatio quædam compenſatio dici debet.*
9 *Compenſatio vim habet veræ ſolutionis*, & numer. 14.

10 Com-

10 *Compenſatio habet vim ſolutionis iam factæ.*

11 *Nouatio cenſetur inducta, quoties præcedit liberatio, & ſtatim ſequitur alia obligatio.*

12 *Nouatio dicitur inducta, & transfertur creditum in computationem, ſi ſit facta computorum ſolidatio, & poſteà inter partes confecta Apoca.*

13 *Idque, etiam, quando, confectis calculis, fuit de nouo creatum debitum etiam pro reſiduo.*

14 *Præcipuè, quando apoca non continet ſimpliciter ſummam in calculis liquidatam, ſed longè minorem, cum noua obligatione, quæ incompatibilitate ſtante inter computa, & Apocam, dicitur inducta nouatio.*

Declaratur, Menoch. conſ. 809. num. 16. lib. 9. Amat. reſolut. 57. num 20.

15 *Nouatio operatur effectum ſolutionis, quò ad extinctionem prioris obligationis;* & nu. 9.

16 *Simplex ceſſio non habetur loco ſolutionis; ſed ſolùm importat ſimplex mandatum ad exigendũ à debitore ceſſo.*

Adeò ut nõ contingat liberatio debitoris cedentis antè factam ſolutionem.

17 *In caſu ſimplicis ceſſionis, ſolutione non factâ, ſemper ceſſionario competit regreſſus contra cedentem.*

18 *In dubio ceſſio cenſetur ſimplex, neque præſumitur nouatio.*

19 *Nomen debitoris non poteſt dici datum in ſolutum, niſi expreſsè dicatur, quòd nomen detur in ſolutum, & poſteà ſequatur ceſſio.*

20 *Dominij reſeruatio vſque ad integram ſatisfactionem directè aduerſatur dationi in ſolutum, & delegationi, quia hæc ſtatim inducunt ſolutionem, liberationemque.*

21 *Delegatio reddit immunem debitorem delegantem, ne à creditore delegante valeat in poſterum conueniri.*

22 *Clauſula, quòd pactum cenſeatur repetitum in qualibet parte Inſtrumenti, quid operetur.*

23 *Nouatio non inducitur; niſi hoc à partibus expreſsè agatur.*

24 *Nouatio excluditur ex veriſimili.*

25 *Delegationis præcipuus effectus eſt, vt immediatè poſt ceſſionem debitor delegatus remaneat liberatus; ita ut delegans non valeat in poſterum ipſum conuenire.*

26 *Solutio, quoties fieri debet à debitore ceſſo ſub conditione, vt creditori ſoluat, certa lege præſcripta, delegans non poteſt dici liberatus, niſi ſolutione ſequuta.*

27 *Ex his, quæ poſteà ab ipſis contrahentibus fuerunt obſeruata, datur intelligi, qualis fuerit eorum intentio, nec non forma, & natura contractus.*

28 *Idque, etiam procedit, quò ad declarationem ſolutionis antecedentis.*

CAPVT CXLV.

EXEQVTIO iam facta ſubſtinetur, & omninò procedendũ ad vlteriora in ſubhaſtatione, deliberationeque Domus Martini; cum enim controuerti non poſſit, eamdem domum eſſe hæreditariam eiuſdem Martini, ideòque hypothecatam ſub obligatione Camerali pro ſcutis mille ratione reſidualis pretii pro horreo vendito eidem Martino ab Angela, Hinc eſt, vt, cum Pauo-
1 nius ſit ceſſionarius Angelæ, illamque in omnibus Iuribus repræſentet, eiuſque perſonam induat, *l. emptor 7.* vbi *gloſ.* verbo *fungitur Bald. in primo notabil. Cod. de hæred. vel. action. vendit. Barboſ. in l. poſt dotem 41. num. 58. ff. ſolut. matrim. Surd. conſil. 333. numer. 16. & conſ. 22. num. 16. Rimin. Iun. conſ. 291. num. 4. Valenzuol. conſ. 15. num. 34. Franc. Ant. Coſt. conſ. 35. n. 16. & tribus ſeqq. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 4. nu. 57. & ſeqq. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 2. gloſ. 3. num. 17. part. 1. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 26. qu. vnic. num. 5. & ſeq. Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 19. num. 5.* Cyriacus *contr511. 157. numer. 4. & controu. 208. numer. 75. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 132. num. 2. et ſequent. Bargal. de dol. lib. 5. cap. 7. num. 86. & ſeq. Hunnius in Encycloped. Iur. part. 2. tit. 5. cap. 7. n. 60. Olea de ceſſion. Iur. tit. 6 in exord. Intrigliol. dec. 1. num. 24. & dec. 8. num. 10. Gratian. cap. 149. num. 10. Fontanell. dec. 166. nu. 8. lib. 1. Rot. in recent. dec. 357. nu. 36. p. 9. tom. 2. Archiep. Rojas dec. 311. nu. 6.*

Meritò fauore eiuſdem Pauonij competit hypotheca ſuper Domo prædicta, cum abſo-
2 luta ſit Iuris propoſitio, quòd ceſſionarius ſuccedat, etiam in hypotheca, quæ cedenti, tempore ceſſionis, competebat, *Neguſant. de pignorib. 3. membr. 5. part. num. 13. Surd. conſ. 4. num. 7. Duran. dec. 401. num. 4. Dunozett. Iun.*
3 *dec. 576. nu. 12.* ſiue illa deducatur ex generali bonorum obligatione, ſiue ex ſpeciali, *Bald. l. ſi in ſolutum 6. in princip. Cod. de action. & obligat. Neguſant. de pignorib. 3. membr. 5. p. numer. 23. verſic. & iſtud procedit. Dunozett. Iun. d. dec. 576. num. 12.* & quidem exequutiuè,
4 abſque appellationis ſuſpenſiuæ admiſſione; cum etiam effectus obligationis Cameralis in ceſſionarium tranſeat, *l. creditor. Cod. de exequt. rei iudic. Pariſ. conſ. 107. num. 89. et ſeq. lib. 3. Galleſ. de obligat. Cameral. part. 2. qu. 2. in princ. & in tit. de perſon. pet. exequt. numer. 1. Gratian. cap. 459. num. 25. Fontanell. dec. 166. num. 10. lib. 1. Rot.* poſt *Zacch. de obligat. Cameral. decif. 135. numer. 9.* ceſſaque actione
5 principali, cenſetur etiam ceſſum Ius exequutiuum, *Arec. in l. prima, col. pen. ff. ſi cert. petat. Calcan. conſ. 18. nu. 22. Guid. de Suzar. de Inſtrum. Quarentig. nu. 87. Bened. Barz. de Quarentig. qu. 9 in fin. verſ. item quòd agens nomine alieno, Berous conſ. 187. num. 27. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 3. num. 23. & ſeq. Bich. dec. 514. num. 1. Rot. dec. 146. num. 9.* poſt *Pacific. de Saluian. & dec. 490. num. 2. et ſeqq. poſt Cenc. de cenſ.*

Ideòque, his ſtantibus, iuſtiſſimè fuit obtemptum mandatum exequutiuum pro credito ſcutorum mille ſuper prædicta Domo hæreditaria Martini, citatis Anna Maria, & Apollonia filiabus eiuſdem Martini, & Caſanoua Aduerſatio filio eiuſdem Annæ Mariæ,

quos

quos omnes non poteſt controuerti , eſſe hę-
redes Patris; nam dum in concordia inter eos
ſtipulata Apollonia ceſſit Iura omnia hære-
ditatis Paternæ dictæ Annæ Mariæ ſorori , &
6 & Caſanouæ eius filio ; in neceſſarium ante-
cedens dicitur adita dicta hæreditas ab ipſo
cedente , prout eſt *textus* expreſſus *l. ſi Auia*
Cod.de Iur.deliber.Corn.conſ.211. num.2.lib.2.
& conſ.110.num.4. lib.4.Aym.conſ.200. nu.1.
Soccin.Iun.conſ.107.nu.1.lib.2. Menoch. conſ.
1.num.488. & ſeq.Surd.conſ.244.nu.19. verſ.
quòd donans , & conſ.523. numer.8. Caſanatt.
conſ.10. num.79. & ſeq. Azened. in l.2. tit.3.
lib.5. recompilat. Noal.de transmiſſ.cap.8.num.
104. Hodiern.ad Surd.dec.70. num.13. Olea de
ceſſ.Iur.tit.2.qu.3.num.38.& ſeqq. Franch.dec.
89.nu.6. & dec.32.num.10.& ſeq. vbi repro-
bat *Caſtr conſ.252.lib.1.* affirmãtem, quòd il-
la aditio procedat ad finem validandi ceſſio-
nem tantùm , *Rot. in recent.dec.265. num.4.*
p.3. & dec.74. n.8.& dec.106. num.5.& ſeq.
part.7. Puteus dec.519.n.3.lib.2. & in ſpecie,
quòd ex ceſſione Iurium competentium ſuper
hæreditate paterna facta à fratre ad fauorem
alterius fratris inducta cenſeatur aditio *Rot.*
in rec.dec.41.n.4.p.11.

Non poteſt autem controuerti creditum
Angelæ cedentis, cuius vigore fuit relaxatum
mandatum exequutiuum ſuper Domo con-
trouerſa , quia Martinus emendo horreum
pro ſcutis bis mille , abſque dubio fuit factus
debitor Angelæ venditricis pro toto pretio ,
ad cuius computum , licèt in eodem inſtru-
mento emptionis ſimpliciter ceſſerit ſolutio-
nis cauſa nomen Iannotij debitoris pro rata
ſcutorum quatuorcentum . Nihilòminus ,
quia idem Iannotius debitor ceſſus , ne dum
non ſoluit Angelæ ceſſionariæ; quinimò idem
debitum fuit ab eodem Martino compenſa-
tum ; abſque dubio tenetur idem Martinus
7 ex primęua emptione ; quoties enim cedens
exigit nomen ceſſum , competit ceſſionario
regreſſus contra ipſum cedentem , *Bald.conſ.*
105.in fin verſ. & prædicta , lib.3. Ant. Fab.
in Cod.lib.4.tit.24.defin.37.

Idque , etiam ſi Martinus cedens actu non
exegerit ſummam à debitore ceſſo ; ſed illam
in computis generalibus dati, recepti com-
penſauerit ; cum enim computorum ſolida-
8 tio quædam compenſatio dici debeat , iuxtà
receptam theoricam *Cyn. in leg. ex cauſa poſt*
med. verſ.modo dicunt. Cod.de compenſat.Bu-
ratt.dec.325. num.10. & ſeq. Meritò extincta
9 remanſerunt debita hinc inde ; cum com-
penſatio vim habeat veræ ſolutionis, ſaltem
per actum fictum , *l. ſi debitor 4. ff.qui pot. in*
pign.habeant. l.dediſſe 76. ff.de verb.ſignific. l.
vel permutauit 19. ff.de liber.cauſ. Tiraq. de re-
tract.ligniag.§.3.gloſ.3.num.2.Cancer.var.cap.
3.part.2.num.59 Altograd.conſ.5. num.1. lib.
1. Medic.de compenſat.in præfat.num.2.Ciarlin
controu.forenſ.lib.1.cap.36.num.27.Gudelin.de
Iur nouiſſ.lib.3.cap.12.num.11. Ant. Fab. de
coniect.lib.12.cap.9.num.9. Roſa conſult.45.n.
5. Surd.dec.117. numer.1. & deciſ.191. in fin.
Afflict.dec.121. num.4. Rot.in recent.dec.354.
num.2. & ſeqq. part.5. & poſt *Merlin. de pi-*
gnorib.dec.41. & 80. vtrobiq; num.16. Duran.
dec.379.num.9. Card.Ottobon.dec.16. num.28.
10 *& dec.55.n.13.* Imò habet vim ſolutionis iam
factæ, *l.etiam ſi,* vbi *Bart. Cod. de compenſat.*
Medic.de compenſat.part.1. qu.47. Surd. deciſ.
186. num.9. alijſque allegatis *Roſa conſult.45.*
num.6.

Cumque poſt factam ſolidationem compu-
torum fuerit Iannotius denuò creatus debi-
tor Martini in ſcutis 266. vigore Apocæ, re-
manſit extinctum creditum ſcutorum mille
priùs debitum per compenſationem, & crea-
tum aliud in ſolis ſcutis 266. ex vi nouatio-
11 nis, quæ abſque dubio cenſetur inducta quo-
ties , prout in præſentia , præcedit liberatio,
& ſtatim ſubſequitur alia obligatio, vt in
ſpecie *Ripa reſponſ.18.num.83. de verbor.obli-*
gat.lib.2. Card.Mantic.de tacit.lib.17. tit.3.nu.
15. Epiſc.Riccius collectan.309. verſic.limita
quintò, Rocc.reſponſ.95. num.8. & ſeqq. lib.2.
Mart.Medic.examin.41. num.25. Anton. Fab.in
Cod.lib.8.tit.29. de nouat.definit.11. & in præ-
12 ciſis terminis , quòd, ſi ſit facta ſolidatio cō-
putorum , poſteáque inter partes confecta
Apoca, quòd dicatur inducta nouatio, tran-
ſfuſumque creditum in computationem fa-
ctam egregiè *Salicet. in l egfin. num.3. Cod.*
de nouat. Alex. conſ.13. numer 8. poſt *prin-*
cip. verſ. idem tenet lib.2. Pariſ. conſ.107.
num.27. lib.3. Ruin.conſ.209. num 5. lib.1. &
conſ.64. num.5. lib.2. vbi refert deciſum per
Rotam Loffred.conſ 24.col.4. Gratian.cap.509.
num.1. & ſeq. & num.22.& ſeq. Rocc. d. reſp.
95. num.3. & ſeqq.lib.2. vbi de generali ſoli-
datione computorum cum quietantia ad in-
uicem *Card.Mant.de tacit. lib.17. tit.3. nu.21.*
Zucchar.deciſ. Ciuil.Lucen.22. num.37. & 39.
13 vbi in fortioribus terminis, quando, confe-
ctis calculis, fuit de nouo creatum debitum
etiam pro reſiduo .

14. Multòque magis , quia non agitur de apo-
ca continente ſimpliciter ſummam in cōputis
ſolidatam abſque alia noua obligatione , in
quibus terminis loquuntur ex aduerſo allega-
ti *Menoch.conſ.809.num.16.lib.9. Amat.reſolut*
57.nu.20. firmantes , quòd nouatio, confectis
calculis, non dicatur facta in ſumma calcula-
ta , & liquidata , ſed potiùs partitæ ſolidatę
longè plus continent , quàm debitum in apo-
ca contentum; atque adeò, ſtante incompati-
bilitate quantitatis deductæ in apoca cū ſum-
ma in computis ſolidata agitur ex actu vlti-
mo , tamquàm renouato , non autem ex pri-
mo reformato , *Bald.in l.vlt. col.1. ad med.*
Cod.de nouat. Cephal. conſ.35.num.54.ad med.
verſ.

Digitized by Google

*verſ. vel igitur contractus lib 1. & conſ.454.
num.18.lib.4. Menoch. conſ.381. num.32. &
ſeq. lib.4. Decian.conſ.400.num.9. & conſ.564.
num.15.* Ita vt per huiuſmodi incompatibili-
tatem fiat ſtatim nouatio, etiam abſque ali-
qua expreſſione, *Gabr. conſ.81. num.3. lib.1.
Decian.conſ 21.num.39.lib.1.* & in his terminis
optimè *Gratian.cap.509. num.23. & ſeq.*

Regulare enim eſt, vt, quoties inter primũ,
& ſecundum contractum adeſt incompatibi-
litas, ſeque inuicem non compatiuntur, licèt
nullum enuncietur verbum de nouatione; ta-
men ea ſatis inducta, factoq; ipſo expreſſa
cenſeatur, *Dec.conſ.400 n 9. Gabr.conſ.4.lib.2
Amat.* plures referens *reſol.50. num.4. part.
1. Gabr. de nouat.concluſ.1. num.6. Paitel. ex-
ped.3. num.49. in add. Epiſc.Sperell.dec.40 nu.
56. Ludouiſ. dec.76. num.1.* ibique *add.num.8.
Rot. in recent. dec.462. num.7. part.2. & dec.
432. num 4 part.9.*

Ideòque, ſtante huiuſmodi nouatione, de-
bitum ſcutorum mille antecedenter ceſſum
omninò euanuit Iure ſolutionis reſultantis,
non ſolùm ex compenſatione, ſed etiam ex
nouatione, quæ operatur ſolutionis effectum
15 quò ad extinctionem prioris obligationis,
*leg.ſi rem § ſi duo ff.de nouat. Surd. conſil.142.
num.63. & ſeq. Amat.reſolut.50. num.7.lib.1.*
adeòut Iannotius remanſerit debitor Marti-
ni ex nouo contractu vigore Apocæ *leg.ſi ſti-
chum § idem Celſus*, vbi *Caſtrenſ num.2. Imol.
num.4. ff.de nouat. Alex.in l.ſolutum in princip.
ff.de pignor. action. Merlin. de pignorib. lib.5.
tit.1. qu.30. num.9. & 12.*

Nullatenus verò ſubſiſtit obiectum, quòd
Martinus remanſerit liberatus eò ipſo, quòd
in Inſtrumento emptionis horrei ceſſit Ange-
læ venditrici nomen Iannotij ſui debitoris.

Nàm huiuſmodi inſpectio eſt penitùs extra-
nea in præſenti Diſputatione, probata enim,
ex proximè allegatis, exactione facta per ce-
dentem, ſiue nomen debitoris fuerit datum
inſolutum, ſiue delegatum, ſemper tenetur
cedens reſtituere ſummam exactam à debito-
re ceſſo, pro qua ceſſionarius indubitanter
habet regreſſum contra ipſum cedentem ex
iuribus allegatis.

Præterquàm quòd obiectum, neque etiam
in Iure ſubſiſtit, dum verſamur in ſimplici
ceſſione nominis debitoris facta ad commo-
dum ſolius Martini cedentis, à quò fuerunt
ceſſa Angelę Iura ad exigendum à Iannotio
debitore ſcuta mille debita ab eodem ceden-
16 te in partem pretij horrei venditi, quo caſu
huiuſmodi ſimplex ceſſio nullatenus habetur
loco ſolutionis; ſed ſolùm importat ſimplex
mandatum ad exigendum à debitore ceſſo;
ita vt nullo modo contingat liberatio debi-
toris cedentis ante factam ſolutionem, cum
habeat tacitam conditionem, quatenùs ceſ-
ſionarius à debitore ceſſo fuerit conſequutus,
optimus *text. in l.ſi mandauero §. interdum ff.
mandat. gloſ.magn. ad fin. in l.legaui ff. de libe-
rat.legat. Alex.in l.ſi cum emptore num.4. poſt
med. verſ.vnde tenens ff.de pact.* & benè decla-
rat *Imol.in l.facto §.ſi penes ff.ad Trebell. Soc-
cin.Sen.cōſ.37.n 8.et 13.lib.4 Dec.conſ.99. ſub
num.4.Gabr.conſ.155. lib.1. Surd conſ.145.ſub
num.5. & 6.& 28. Becc. conſ.150. numer.36.
Altograd.conſ.37.num.27.lib.1. Scacc.de com-
merc.& camb.§ 2.gloſ.5. num.250.& ſeq. Gra-
tian.cap.64.nn.29.& ſeqq. Cancer. var. part.2.
cap.6.de ſolut.nu.183.Salgad.in labyrint. cred.
dit.part.3.cap.2.num.56.& duobus ſeqq.Caſtil.
lib.4.controu.cap.59.num.31. & ſeq Ant. Fab.
coniectur.lib.12.cap.8. per tot. Oraſcb.dec.62.
num.7. Fontanell.dec.167. num.1.& ſeq.& de
pact. nupt.clauſ 4.gloſ.9.part.5.num.31.Duran.
dec.266.num.16.& ſeq.Card.Ottobon dec.142
17 num.5. & ſeq.* ideòque in hoc caſu ſimplicis
ceſſionis ſemper ceſſionario competit re-
greſſus contra cedentem. *gloſ. magna ad fin in
l.legaui ff.de liberat.leg it. Dec. conſ.99 ſub nu.
4. Surd.d.conſ.145.num.6.& 28. Becc. conſil.
105.num.35. Rimin.Iun.conſ.507. nu.58.lib.5.
Altograd.conſ.37. num.27. verſ tertius, lib.1.
Scacc.de camb.§.2. gloſ.5. num.252. & ſeqq.
& 262.& 277. Gratian.cap.64. num.30. Ho-
diern.ad Surd.dec.266 num.19.et ſeq. Seſſ.dec.
Aragon.133.lib 2. Archiep.Royas d.c.362.nu.
7.& ſeq. Card. Ottobon. deciſ.142. num.5 &
ſeq.*

Non poteſt autem dubitari, quin ceſſio
fuerit ſimplex, factaque ſolutionis cauſa ad
commodum ſolius cedentis. Tum quia talis
18 in dubio cenſetur, neque præſumitur noua-
tio, *l.vltima, Cod.de nouationib.§ præterea in-
ſtit.quib.mod.tollit.oblig at. Bald.in l.fin num.5.
Cod.ad leg falcid. Gabr.conſ.155. num.20. in
fin.* alter *Gabr.de nouat.concluſ 1. num.1. Me-
noch.lib.3 præſump 134. num.12. Amat. re-
ſolut.50. num.2. lib 1.* eruditus *Altimar.ad
Ronit.conſ.75. num.26. lib.1. Maſtrill dec.140.
num.4. Theſaur.dec.125. num.9. Duran.deciſ.
266 nu.18 Rot.* poſt *Merlin de pignorib. deciſ.
146 num.5.*

19 Tum quia non poteſt dici, nomen debito-
ris fuiſſe datum in ſolutum, niſi expreſſè di-
catur, quòd nomen detur inſolutum, & po-
ſteà ſequatur ceſſio, *Gozadin.conſ.38.per tot.
Soccin.conſ.37.num.8 & ſeqq. Surd. conſ.145.
numer.28. Rot. Gen dec.2. nu.26. Duran.deciſ.
266. num.23. Archiep.Royas dec.362 nu.5.*

Tum etiam, quia ex ſpeciali reſeruatione
dominij ſuper domo vendita, quouſque An-
gelæ venditrici fuerit integrè ſolutum pre-
tium, remanſit omninò excluſa quælibet no-
20 uatio, delegatio, & datio in ſolutum; nam
reſeruatio dominij vſque ad integram ſatiſ-
factionem directè aduerſatur dationi in ſo-
lutum, & delegationi, quia hæc ſtatim ſolu-
tionem, liberationemque inducunt, *l.prima,*

ff de ſolution.l.inter §.abeſſe ff.mandati, Aretin
in §.vlt.num.3.inſtit.de legat.Bald.in l. pro de-
bito 6.in fin. ibique Salicet.num.4. verſ.vbi au-
tem, Cod.de bon. auct. Iudic.poſſidend. Surd.
conſ.145. num.7. & in ſpecie Merlin.de pignor.
lib.5. tit.1. qu.13. in fin. Rot. poſt eumdem
deciſ.146.numer.11. Archiep.Royas deciſ.362
nu.10.& ſeq.

Tum demùm ex ſubſequuta obſeruaotia
eiuſdem Martini cedentis, qui nedum poſt
ceſſionem iudicialiter pulſauit debitorem
21 ceſſum, ex quo pariter remanſit excluſa da-
tio in ſolutum, & delegatio, quę debitorem
delegantem reddit immunem, ne à credito-
re delegante valeat in poſterùm conueniri,
Caſtr. in l.ſi vſusfructus num.2.ff.de nouat. Ia-
cob.de Nigr.in repetit.legis primæ nu.66.ibique
Crot.num.42 ff.de legat.1. Pariſ.conſ.107 n.28.
lib.3.Merlin.de pignorib lib.5.tit.1.qu.13.num.
13. prope fin.Rot. poſt eumdem dec.146. nu.9.
Surd dec.23. num.2. Archiep.Royas dec.362.n.
13. ſed vlteriùs ex ſacta exactione debiti ceſ-
ſi vigore compenſationis præuia generali
computorum ſolidatione intercedentem, &
ceſſionarium ex ſupra firmatis.

Neque prædictis aduerſatur, quód in In-
ſtrumento venditionis dicatur, quòd Ange-
la venditrix bona ſecerit Martino ſcuta mille
debita à Iannotio; iſta enim bonificatio in-
telligitur, prout de Iure; quatenùs ſcilicèt
Iannotius ſolueret; idque etiam manifeſtè in-
dicant verba immediatè ſubſequentia, ibi:
ex quò dictus Iannotius ſoluere promiſit; qui-
nimo ad tollendam quamcumque difficulta-
tem fuit appoſitum pactum reſeruatione do-
minij rei venditæ vſque ad integram pretij
conſequtionem, cum clauſula, quód huiuſ-
modi pactum cenſeatur repetitum, in quali-
22 bet parte Inſtrumenti, quæ clauſula, que-
madmodùm operatur, vt pactum reſeruatio-
nis dominij cenſeatur expreſsè repetitum
etiam in ipſa prætenſa delegatione Iannotij
debitoris, Bart.in l.non ſolùm §.morte ſub nu.
24. verſ.ſi verò, ff de oper.non.nunciat.Oltrad.
conſ.132.ſub num.3. verſ.et hoc etiam inducit,
Crauett.conſ.135.ſub num.17.verſ.hoc ità prę-
ſuppoſito, Decian conſ.70. num.19. & ſeq.lib.3.
Menoch.conſ.124.num.61. verſ.nam repetitio,
Rot.in recent.dec.261. nu.6.part.9. ita etiam
omninò excludit prætenſam delegationem,
vt præter ſupra allegatos num.20. benè fir-
mant Scacc.de commerc. & camb.§.2. gloſ.5.
num.286. Hodiern.ad Surd.dec.187.numer.4.
verſ. quintò, quòd fines in fin.Gratian. cap 64.
nu.2. Surd.dec.23.nu.6.in fin.ſub nu.7. verſ.fuit
& ſub.nu.9.

Fortiùs prædicta confirmantur, excluſa-
que remanet prætenſa delegatio, quia, ne-
dum in Inſtrumento venditionis horrei nul-
23 lum legitur verbum, nec de datione inſolu-
tum, nec de nouatione, quæ hodiè non in-
ducitur; niſi hoc à partibus expreſsè agatur;
vel ſaltē reſultet ex vehemētibus pręſumptio-
nibus,& coniecturis, l.fin.C. de nouationibus,
Gabr.eod.tit. concluſ.1.num.1. Maſcard.de pro-
bat. concluſ.1112. num.1. Menoch. lib 3. præ-
ſumpt.134. num.34.et 40. Amat.reſolut.89.nu.
9. & reſolut.50. num.2. Gabr. conſ.155.nu.17.
lib.1. & conſ.170.lib.2.Honded.conſ 401. nu.
10.& ſeq.lib.2.Cyriac.controu.249.num.1.Ca-
ren.reſolut.71.num.2. Grego.Lopez.tit.14.part.
5. l.15.gloſ.6. verſ. ſed an ſaltem, Capye. Latr.
conſult.31.num.18.de Marin.reſolut.135. num.
6.& reſolut.191. num.10.lib.1.Maſtrill.dec.40.
num.4. Barz.dec.20. nu.9. Theſaur. deciſ.125.
num.9. Franch.dec.15. num.1.& dec.155.num.
10. Buratt.dec.749.nu.18. Penia dec.388.n.5.
Duran.dec.11. nu.17.

24 Sed etiam, quia nullatenus videtur veriſi-
mile, vel, quòd, Mulier venditrix renuncia-
re voluerit actioni ſibi competenti contra
emptorem pro toto pretio, vt,omiſſis gene-
ralibus, in his terminis arguit Rot.in rec.dec.
373.nu.20. & 23.part.4. vel, quòd Iudex in-
terpoſuerit ſuum Decretum permittendo, vt
eadem mulier acceptando inſolutum nomen
debitoris ceſſi, poſſet lædi, prout caſus ac-
cidit ob ſubſequutam eiuſdem nominis de-
coctionem.

Eoque magis excluſa remanet delegatio;
quia, dum in eodem inſtrumento venditionis
horrei ſuit inter Martinum cedentem, & Ian-
notium debitorem ceſſum expreſsè conuen-
tum, quòd in actu ſolutionis faciendæ per
eumdem Iannotium erogari deberent ſcuta
mille in redemptione annui cenſus, reporta-
ta ceſſione Iurium ad ſauorem eiuſdem Mar-
tini translatiuè, & non extinctiuè, cum vlte-
riori expreſſione, quód pecuniæ ſolutæ pro-
uenirent ex prætio dicti horrei.

Hinc apertiſſimè dignoſcitur, quòd, cum
fuerit à cedente præſcripta certa lex debito-
ri ceſſo ſuper ſolutione facienda, abſque du-
bio illud voluit habere obligatum, quouſquè
ſequeretur ſolutio, quod directè delegationi
repugnat, cuius præcipuus eſt effectus, vt
immediatè poſt ceſſionem debitor delegatus
25 remaneat liberatus; ita vt delegans non va-
leat in poſterum ipſum conuenire, neque
cum eo aliquid ampliùs agere, l quamuis §.
interdum, ff.ad Senat.conſult.Velleiano, l inter
cauſas 26. §. abeſſe, ff. mandati, leg. verbum
187. ff.de verbor ſignificat. gloſ.fin.in fin.in leg.
quod debetur 52. ff. de peculio, Bald.in leg.pro
debito 6. in fin.ibique Salicet. num.4. verſ. vbi
autem, Cod.de bon.auct Iudic. poſſid. Iaſ in leg.
ſingularia num.36.ibique Dec.nu.26. ff.ſi. cert.
petat.idē Dec.conſ.421.n.16. Bertazol.de clauſ.
Inſtrumentor. clauſ.33. gloſ.4. num.9. Cyriac.
contr.108. num.6. & ſeq. controu.427. num.3.
Tondut.reſolut.ciuil.part.2.cap.198. numer.9.
Bellon.de poteſt.cor.quæ fiunt incontin.cap.108

latè

latè *Surd. dec.23. num.2. & ſeq. Mart. Medic. dec. 66. num.20. Rot. dec.303. num.12. part.8. rec. Areb. Royas dec.362. n.11.*

26 Quinimò, cum ſolutio fieri debuerit à debitore ceſſo ſub conditione, vt creditori ſoluat, certa lege præſcripta; adhuc, admiſſa ſine veri præiudicio, prætenſa delegatione, quæ omninò negatur; non tamen delegans potuit dici liberatus, niſi ſolutione ſequuta, vt in ſpecie poſt *Bald. in l. pecuniam, ff. ſi cert. petat. Gratian. cap.64. nummer.25. Hodiern. ad Surd. dec.23. num.1. et ſeq. Puteus dec.124. & 126. lib.3.*

Tandem prædicta omnia optimè confirmantur ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem Martini cedentis, ex qua manifeſtè deducitur prætenſæ delegationis excluſio, dum, non ſolùm paulò poſt factam ceſſionem iudicialiter debitorem ceſſum conuenit, & cum eo compenſauit ſuum creditum in ſolidatione computorum; ſed etiam, poſt quàm cedens fuit interpellatus à venditrice prò damnis, & intereſſe, & ſucceſſiuè conuentus ad ſolutionem ſummæ ceſſæ, ſuſcepit terminum, etiam ad impediendum iudicium aſſociationis, quæ obſeruantia tollit quamcumque diſ-

27 ficultatem, eum regulare ſit, vt ex his, quæ poſteà ab ipſis contrahentibus fuerunt obſeruata, detur intelligi, qualis fuerit eorum intentio, nec non forma, & natura contractus; *Card. Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. num.5. Grattian cap.825. num.14. & ſeqq. Peregrin. dec. Patau. 53. num.6. et ſeqq. Hier de Leo dec. Valent. 19. num.3. Bich. dec.464. num.19.* ſignanter circa ſolutiones *leg. ſed Iulianus §. proinde. ff. ad Senat. conſult. Macedon. leg. quadam ſunt. ff. de reb. dub. Caſtr. conſ.361. ſub num.3. verſ. nam illa debet intelligi, lib.1. Aym. conſ.226. n.6. Surd. conſ.441. num.3. lib.3. Card. Mantic. de tacit. d. lib.2. tit.1. num.5. verſ. quarto deducitur, Honded. conſ.35. num.46. lib.2. Rot. diuerſ. dec.679. ſub num.7. verſ. quæ voluntas part.1. in recent. dec.119. num.4. verſ. quia fuit reſpectum part. 4. tom.2. & dec.74. num.3. part.10.* vbi, quòd

28 ex his, quæ poſtea geſta ſunt, declaretur intentio partium circa ſolutionem antecedentem, *Coccin. dec.77. num.4.* prout in his terminis ex actibus ſubſequentibus arguit excluſionem delegationis, *Archiep. Royas d. dec. 362. n.4.*

ARGVMENTVM.

Compenſatio non fit ipſo Iure, ſed requirit oppoſitionem partis, hominiſque miniſterium ſaltem virtualiter; niſi tamen agatur de impediendo curſu vſurarum, Idque procedit, nedum in vſuris odioſis, vtpotè ſunt illæ ex cambijs debitæ, ſed etiam in fauorabilibus, & licitis, vti dotalibus, & ſimilibus.

Hæres cogitur compenſare, cum proprio credito debitum hæreditarium.

Reprobatur contraria ſententia, quàm ſolùm poſſe procedere oſtenditur in hærede beneficiato, non autem in non beneficiato.

Compenſatio, an excludatur ex obligatione Camerali, vel Iuramento, Quidue aſſerendum, ſi vtrumque debitum ſit obligatione Camerali munitum.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio non fit ipſo iure, ſed requirit oppoſitione partis.*
2 *Poſt quàm fuit oppoſita, fit ipſo iure abſque alia exequtione.*
3 *Compenſatio, non ſolùm poteſt opponi expreſſè; ſed etiam tacitè, & virtualiter, proponendo, ſcilicet, factum, ex quo ipſa compenſationis exceptio reſultat.*
4 *Quæcumque exceptio actoris intentionem elidens non eſt opus, quòd formaliter opponatur, ſed ſufficit, quòd narretur factum, exquo oritur exceptio.*
Niſi tamen agatur de exceptione doli, quæ expreſſè eſt opponenda ibid.
5 *Compenſationi eſt locus ipſo iure, etiam antequàm pars opponat ad impediendum curſum vſurarum,* & num.12.
6 *Idque procedit, etiam in vſuris fauorabilibus, & licitis, vti dotalibus, & ſimilibus.*
7 *Aduerſus cambia inducitur ipſo iure compenſatio.*
8 *Hæres cogitur compenſare cum proprio credito debitum hæreditarium.*
9 *Reprobatur contraria ſententia, quæ ſolùm procedere poteſt in hærede beneficiato; non autem in non beneficiato, & ſeqq.*
10 *Hæres beneficiatus nò eſt verus hæres, ſed potiùs adminiſtrator hæreditatis, tamquàm iacentis, ab omni moleſtia in perſona, boniſque proprijs exemptus, ac ſi numquàm hæreditas fuerit adita.*
11 *Compenſatio dicitur ficta ſolutio.*
12 *Compenſatio non vindicat ſibi locum in credito proprio cum debito alieno.*
13 *Stante obligatione Camerali, vel iuramento, non valet opponi compenſatio.*
Declara vt num.15.
14 *Præcipuè, quando debitum iuratum eſt poſterius, & debitum, quod compenſandum opponitur, eſt anterius.*
15 *Id non procedit, quando vtrumque debitum eſt pariter obligatione Camerali munitum; tunc enim inter ſe priuilegia conquaſſantur.*
16 *Compenſatio inducitur ipſo iure ad impediendum curſum vſurarum, neque à debitoris iuramento impeditur.*

C A P V T CXLVI.

1 EXCEPTIO compenſationis obſtat parti aduerſæ; nam licèt compenſatio non fiat ipſo iure, ſed requirat oppoſitionem partis, *gloſ. in l. malè peto, ff. de compenſat.* & in *l. ſi conſtat, Cod. codē Alex. conſ. 196. num. 4. lib. 7. Soccin. Sen. conſil. 27. nu. 7. lib. 3. Burſatt. conſil. 408. num. 10 Roland. conſ. 81, num. 8. lib. 3. Honded. conſ. 38. nu. 15. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. conſ. 107. numer. 3. lib. 2. Surd. conſ. 246. num. 28. et dec. 191. num. 15. et ſeq. Altograd. conſ. 89. num. 11. et 13. lib. 1. Poſth. reſolut. 121. num. 10. et ſeqq. et nu. 19. Andreol. controu. 219. num. 3. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 6. num. 5. Fontanelſ. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 60. Coſt. de retrotract. cap. 9. caſ. 4. num. 4. Craſſ. except. 16 num. 15. Tindar. de compenſat. art. 5. num. 39. Marcian. Iun. diſp. 95. num. 16. lib. 2. Card. de Luca de credit. diſc. 46. num. 15. Franch. deciſ. 527. num. 2. et ſeq. Surd. dec. 191. num. 15. Bich. dec. 166. nu. 3. Rot. in recent. dec. 338. numer. 8. part. 5.*

2 Nihilòminus, poſtquám eſt oppoſita, fit tunc ipſo iure abſque alia excquutione, *Laderch. conſ. 164. num. 6. Afflict. dec. 121. num. 1. & ſeq. Surd. dec. 117. num. 5. Magon. deciſ. Florent. 5. num. 3.* Idque, nedum fieri valet ex-
3 preſsè; ſed etiam tacitè, & virtualiter proponendo factum, ex quo ipſa compenſationis exceptio reſultat, iuxtá ſingularem, receptámque Theoricam *Bart. in l. 1. col. 3. verſ. quæro, quid ſi non dico*, vbi *Alex. in Apoſtill.* ibique *Soccin. numer. 2. verſ. refertur, et num ſeq.* vbi *dici eſſe communem ſententiam, ff. de except.* quem in ſpecie ſequitur *Rouit. conſ. 60. num. 4. lib. 1. Theodor. alleg. 69. numer. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 117. num. 21.* referens deciſum *Rodoer. conſ. 45. num. 25. Giurb. obſeru. 106. n. 22. Franch. dec. 527. num. 7. Capy. Latr. deciſ. 25. num. 2.*

4 Idque eſt regulare in quacumque exceptione actoris intentionem elidente, vt non ſit opus, quòd formaliter opponatur, ſed ſufficiat, quòd narretur factum, ex quo oritur exceptio, cum perindè habeatur, ac ſi fuiſſet ſpecificè oppoſita, vt poſt *Bart.* loco proximè laudato, *Ripa in cap. cum Marcus Ferrarienſis in 20. notab. de cōſtit. Afflict. in Conſtit. Regn. ſpeciale quoddam ſub num. 10.* qui hoc limitat in exceptione doli, quæ expreſsè eſt opponenda, neque ſufficit narrare factum, ex quo dolus reſultet, *Laderch. conſ. 113. n. 2. Theſaur. dec. 4. nu. 8. verſ. ad tertium.*

5 Præcipuè, quia creditum ex aduerſo prætenſum conſiſtit in cambio, quòd tamquàm concernens lucrum odioſiſſimum, vindicat ſibi locum contra illud compenſatio ipſo iure, etiam antequam pars opponat, iuxtà *text. in l. ſi conſtat*, ibique *gloſ.* verbo *ipſo Iure*, & *l. etiam, Cod. de compenſat. l. cum alter 11. et l. ſeq. ff. eod. tit.* Honded. *conſ. 38. num. 4. lib. 2. Trentacinq. lib. 3. tit. de compenſat. cap. 1. numer. 24. Medic. de compenſat. part. 1. qu. 50. num. 8. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 18. num. 2. & ſeq. et qu. 19. num. 2. Coſta de rat. rat. qu. 61. num. 1. & de retrotract. cap. 9. caſ. 4. num. 13. et conſ. 60 num. 2. et ſeq. Theodor. alleg. 69. num. 6.* Card. *de Luca de credit. diſc. 46. num. 15. Poſth. reſ. 121. num. 10. et ſeqq. Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 4. num. 425. et 431. Leotard. de vſur. qu. 84. nu. 10 Rot. Ian. dec. 34. num. 8.* Capyc. *Latr. deciſ. 25. num. 21*

6 Quæ iura, & auctoritates procedunt, etiā in vſuris fauorabilibus, & licitis, vti dotalibus, & ſimilibus, *Alex. conſ. 73. num. 4. & ſeq. lib. 5. Franc. Ant. Coſta conſ. 89. num. 19. et 22. Caluin. de æquit. cap. 64. nu. 28. Fontaneld. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 61. et dec. 91. num. 30. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 42. num. 85. et ſeqq. Merlin. de pignor lib. 5. tit. 1. qu. 6. num. 9. Franch. dec. 642. num. 5. Bich. dec. 151. num. 26. Rot. diuerſ. deciſ. 53. nu. 1. part. 1.*

7 Et in terminis, quòd aduersùs cambia inducatur ipſo iure compenſatio, *Card. de Luca de camb. diſc. 2. num. 21. Rota in Romana pecuniaria de Columna 11. Decembris 1615. coram Card. Sacrato, & in Romana computorum 23. Martij 1618. Coram Coccino.*

Vndè multò magis eſt admittenda, parte opponente, & non relaxandum mandatum pro cambio per compenſationem extinguibili. Nullatenus aduerſante, quòd cambium fuerit datum ab aduerſarijs hæredibus qu. Alexandri, qui erat debitor pecuniarum ob
8 mercimonij adminiſtrationem; quia receptior eſt ſententia affirmans, vt cogatur hæres compenſare cum proprio credito debitum hæreditarium, latè *Ruin. conſ. 148. num. 2. et ſeqq. lib. 1. Amat.* alios referens *reſol. 17. ſub num. 2. et ſeqq.* qui optimè reſpondet omnibus contrarijs apud eumdem relégendis *Roec. notab. 93. de decoct. mercat. num. 270. Cantar. dec. 62. nu. 2. et ſeqq. Salgad. in labyrint. credit. p. 1. cap. 9. nu. 66.*

9 Quidquid in contrarium ſenſerint *Craſſ. de except. cap. 16. numer. 54. Gratian. cap. 948. nu. 2. Altograd. conſ. 59. numer. 29. et ſeq. lib. 2. Sabell. var. reſolut. cap. 56. num. 31. et ſeq.* quorum ſententia fortè procedere poſſet in hærede beneficiato; qui, cum non ſit verus hæ-
10 res, ſed potiùs adminiſtrator hæreditatis, tamquám iacentis, ab omni moleſtia in perſona, boniſque proprijs exemptus, perindè ac ſi nūquam hæreditas fuerit adita *de Ponte conſ. 37. num. 3. Anna. alleg. 30. num. 13. de Georg. alleg. 42. num. 6. Gratian. cap. 799. num. 44. Hodiern. controu. 31. num. 18. Card. de Luca de credit diſc. 34. num. 17. & diſc. 37. nu. 3. Capyc.* Latr. *conſult. 13. num. 2. et ſeq. Giurb. dec. 43.*

*dec.43. num.25.*Manſt.*dec.34. Card.Mant.dec.326. num.3 et 4* ideòque ſicuti ad ſoluendum de proprio cogi non poſſet; ita neque etiam
11 ſibi obijci valet compenſatio, quæ cum dicatur ficta ſolutio, vel ſaltem fictus modus ſoluendi, *leg. ſi debitor, ff. qui pot. in pign.hab.l.amplius ff.rem rat.hab.Alogr. conſ.5.nu.1. lib.1. Gratian cap.224. nu.23. Cancer. part.2.cap.3. nu.59. & 61. Card. Ottobon. dec. 16. n.28.* non poteſt plus operari fictum, quàm verum, *Gratian.d.cap.224.n.27.* cumque in iuribus proprijs fingatur perſona omninò
12 diuerſa ab illa hæredis; meritò vindicat ſibi locum certum Iuris principium, quòd à credito proprio ad debitum alienum, non habeat locum compẽſatio *l.1.& 2.ff.de compenſat. Ludouiſ.deciſ.366.n.2* ibique *Add.*Merlin.*dec.783. nu.5.* Secus verò aſſerendum prout in præſẽtia in hærede n õbeneficiato, qui validè adeundo hæreditatem, efficitur in omnibus vna, & eadem perſona cum defuncto, atque ad iſtius debita in ſolidum tenetur, iuxtà vulgatas Iuris concluſiones; ſolidamque diſtinctionem rectè in ſpecie allatam à *Cardin.dec Luca de credit. diſc.63.nu.4.*

13 Neq; prędictis omnibus aduerſatur, quòd, ſtante obligatione Camerali cum iuramento, non valeat opponi compenſatio, iuxtà *text. in cap.ad noſtram 7. de Iur.iuran.* ſecundùm communem Canoniſtarum intellectum, nempè *Innoc.Io:Andr.Butr.Anchar.* & aliorum, de quibus *Gabr. de Iur.iur. concluſ.7. n.1. Lancellott.de attent.part.3.cap.24. qu.8.num.3.tit. de reo,et except.contr.attent.part.3.Menoch.lib. 2.præſumpt.48.nu.36.Gratian. cap.129.nu.18. & dec.March.179.num.9.Marcheſ.de commiſſ. appellat.à Camer.oblig.part.1.cap.16.nu.106. et ſeqq.Mar.Anton.var.reſolut.lib.2.reſolut.36 num.6. Mareſc. var. reſolut. lib.2. cap.121. num.53. Sarmient.ſelect.interpret.lib.2. cap.1. num.11.add.ad Ludouiſ.dec.342. ſub numer.7. Seſſe dec. Aragon.90.Rot.in recent.dec.532.nu. 1. part.3.& dec.424. n.3.part.4.* Sicuti neque admittitur,ſtãte iuramẽto *Alex.conſ.9 col.2. lib.2. Seraphin.de priuileg. Iuram.priuileg.74. ſub num.30. et ſeqq.et num.129. Mancin. de Iuram.part.4. effect.36. num.1.Carol.de Graſs.de except.except.16. num.19.verſ.ſupradictus tamen,*vbi de veriori, & magis cõmuni *Mareſc. variar.reſolut.lib.2.cap.121.ſub nu.,53.verſ.& hanc opinionem,*Mart.*Medic.exam.60.num.24. & ſeqq.Viuian.de* Iur.*patronat.lib.13.cap.8.nu. 191.Afflict.dec.163. et 381.* vbi *Vrſill. Arias de Meſa var.lib.3.cap.46.num.36.et ſeq.*Capyc *dec.167.n.4. Rot. in rec.dec.532. nu.1.part.3.*

14 Præcipuè,quando debitum iuratum eſt poſterius, & debitum,quod compenſandum opponitur, eſt anterius. *Pariſ.conſ.121. num.40. lib.1.Grat. conſil.121.num.3.Alban.conſ.128. num.1.et 3.Rimin.Iun.conſ.122. num.26.lib.2. Honded.conſ.18.num.25.Silnan.conſ.40. nu.22. Monald.conſ.62.num.14.Surd.*aſſereus indubitabile *conſ.246.ex num.15.lib.2. Burſatt.conſ. 106. num.1.in fin. Couarr.in cap. quamuis pactum in 1.part.relect.§.4.num.6. et ſeq.de pact. lib.6.Gabr.commun.concluſ.tit.de Iur iuran.cõcluſ.7.num.5. et duobus ſeqq. Graſs. except.16. num.22.Gratian.cap.129. num.20. Galleſ. de obligat.Camer. qu.18. num 9.* ibique *Zacch. in addit.tit.18.Seraph.de priuileg.Iuram. priuileg. 34.num.130. Intrigliol.ſuper Bulla de Cenſ.qu. 22.num.8. Mareſc.var.lib.2. cap.121.num.54. Salgad.* alios referẽs *in labyrint.credit.part.3. cap.6.§.vnic.num.10.Conciol.allegat.23.n.53. Add.ad Buratt. dec.717. num.7. Card.de Luca de credit.diſc.46.num.4. Capic. dec.167.num.4 verſ. mihi viſum eſt,* ibique *Maſull.Oſaſch.dec. Pedemont.92.num.33.et 34.Canalcan. deciſ.9. n.11.lib.1.Afflict.dec.381.num.3. Duran. deciſ. 404.n.11. Rot.in rec. deciſ.424. num.3 par.4.*

Prædicta enim nou procedunt, quando vtrumque debitum eſt pariter iuratum, vtpotè obligatione Camerali munitum; tunc
15 enim priuilegia inter ſe conquaſſantur, & admittitur exceptio compenſationis, vt benè declarant *Ger. Spin.conſ.83.num.14. lib.1. Burſatt.conſ.106. Medic.de compenſat. qu.25. num.26.Pacific.de Saluian inſpect.2.cap.2.num 322.* eruditus *Alderiſ.de Symbol. contract. cap.10. tit.2.num.30. Zacch.de obligat,Camer. qu.18. num.20. Rot.* poſt eumdem *tract. dec. 89.nu.4. Oſaſch.dec.35.Duran.dec.32. numer.1. et ſeqq.*

16 Sicuti etiam non procedit, quando prout in præſenti themate agitur ad effectum impediendi curſum vſurarum; tunc enim compenſatio inducitur ipſo Iure, quæ non impeditur à iuramento debitoris, vt in ſpecie *Ger.Spin. d.conſ.83. num.6. & ſeqq.lib. 1.* ſicuti etiam in alijs caſibus, in quibus ipſo iure inducitur à lege, quòd non impediatur ex iuramento debitoris, docuerunt *Soccin.in l.Iulianus num.14. poſt princip. ff.de condit.& demonſtrat.* ſubiungens,aliud eſſe, quando debitum pro compenſatione ab homine extinguitur, aliud, quando à lege, alijſque allegatis, *Medic.de compenſat.part.1. qu.25. nu.27.*

Iuxtà prædicta fuit decretum per Reu. Arioſtum, Signatura Iuſtitia approbante.

ARGVMENTVM.

Compenſatio non vindicat ſibi locum in præiudicium creditoris anterioris; Reprobatur contraria ſententia, cuius fundamenta procedere oſtenditur in cõpẽſatione inter ipſum creditorem, & debitorem

torem; non autem in tertij detrimentum.

Compenſatio multò fortiùs non eſt admittenda cõtra patrimonium debitoris decocti.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis includit iuramentum, etiam ſi ſit appoſita in Apoca priuata.*

2 *Compenſatio excluditur, ſtante obligatione iurata ſuper credito præexiſtente, tempore eiuſdem obligationis.*

3 *Retentio non eſt admittenda in præiudicium creditoris anterioris.*

4 *Compenſatio non vindicat ſibi locum in præiudicium creditoris anterioris.*

*Reprobatur contraria ſententia,*n.15 .& ſeqq.

5 *Compenſandi facultas à Iure creditori tributa procedit duntaxat, inter creditorem, & debitorem, ſecus in præiudicium tertij.*

6 *Compenſatio non eſt admittenda, vbi non admittitur ſolutio.*

7 *Solutio fieri non poteſt in bonis communis debitoris creditoribus poſterioribus in præiudicium anteriorum.*

8 *Compenſatio eſt ficta ſolutio, vel ſaltem vera per modum fictum.*

9 *Fictio non poteſt operari in caſu ficto, pluſquàm veritas in caſu vero.*

10 *Contra naturam fictionis eſt, vt operetur in tertij præiudicium.*

11 *Ficta ſolutio ex compenſatione reſultans fuit à Iure inducta ex quadam æquitate.*

12 *Aequitatem numquàm lex fuit aſſueta admittere in tertij præiudicium.*

13 *Moræ purgatio aliquando ex æquitate admittitur à Iure.*

14 *Moræ purgatio non eſt admittenda, vbi creditor paſſus fuit damnum ob moram debitoris, cum legis beneficium nõ debeat admitti in alterius præiudicium.*

15 *Reprobatur ſententia affirmans, compenſationem eſſe admittendam in præiudicium creditoris anterioris.*

16 *Ponderationes, quibus eadem ſententia innititur procedere poſſunt in compenſatione inter ipſum creditorem, & debitorem; non autem in præiudicium tertii, & huiuſmodi diſtinctio ſatisfacit omnibus obiectis.*

17 *Compenſatio contra patrimonium debitoris decocti abſque controuerſia non eſt admittenda & de ratione.*

18 *Declarantur* deciſiones Rotę in recent. 183. part 9. & Card. Otthoboni 55 & num. ſeqq.

19 *Compenſationis exceptio reſultat ex contra poſitione partitarum.*

20 *Ad effectum inducendæ compenſationis in præiudicium creditoris anterioris, oportet, quòd illa à creditore fuerit clarè, apertèque oppoſita, antèquàm creditor anterior ageret.*

21 *Compenſatio, exceptis quibuſdam caſibus priuilegiatis, nempè, ad euitandam pœnam, impediendumq; curſum vſurarum, non fit ipſo iure, ſed requiritur oppoſitio.*

22 *Compenſatio non fit ipſo iure ad damnum euitandum.*

23 *Præcipuè in detrimentum tertij creditoris anterioris, cuius præiudicium comparatiuè ad damnum debitoris compenſare volentis potentius eſt, & prælatiuè attenditur ad impediendam compenſationem.*

CAPVT CXLVII.

EXPEDIENDVM omninò mandatum contra Nunez debitorem Sabbatini, nullatenus attentis exceptionibus compenſationis, ſiue retentionis pro prætenſis creditis ratione cambiorum; cum enim Nunez ſub obligatione Camerali, quæ includit
1 Iuramentum, etiam ſi ſit appoſita in Apoca priuata, vt in ſpecie *Zacch. de oblig. Camer. qu. 27. num. 24. & duob. ſeqq.* ſe obligauerit fauore Sabbatini debitoris huius pauperrimæ Viduæ; cumque prætenſum creditum pro cam-
2 bijs, tempore eiuſdem obligationis præexiſteret, abſque dubio, ſtante obligatione iurata, excluditur compenſatio iuxta, receptã diſtinctionem *Canoniſtarum in cap. ad noſtrum de Iur. Iuran.* quam reprobato *Bart. in l. ampliùs, ff. rem rat. hab* ſectantur *Surd. conſ. 246. num. 15. Gabr. de Iur. Iur. concluſ. 7. num. 1. & ſeqq. Craſſ. de. except except. 16. num. 28. verſ. ſupradictis tamẽ, Salgad. in labyr. credit. part. 3. cap. 6. §. vnic. num. 10.* Hodier. *ad Surd. dec. 117. num. 6. Capyc dec. 167. num. 4.* ibique *Maſull. in add. Afflit. dec. 381. num. 3.* ibique *Vrſill. nu. 4. Duran. dec. 404. num. 11. Card. Ottob. dec. 108. num. 13.* cum aliis fruſtrà repetendis in præcedenti diſputatione allegatis *num. 13.*

3 Fortiùs prædicta procedunt abſque ulla difficultate, quia prætenſa compenſatio, ſeu retentio deducitur contra creditorem hypothecarium anteriorem, in cuius præiudicium, ſicuti non eſt admittenda retentio *Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 188. num. 22. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 11. num. 18. Duran. dec. 412. num. 1* vbi, quòd concluſio ſit indubitata *Rot. in recent. dec. 40. num. 45. & ſeqq. part. 9. & dec. 257. num. 14. part. 11.*

4 Ita etiam multò minus vindicat ſibi locum compenſatio in præiudicium tertij creditoris anterioris habentis ius, & hypothecam in ipſo nomine debitoris, cuius præiudicium comparatiuè ad damnum debitoris compenſare volentis, potentius eſt, & prelatiuè attenditur ad impediendam compenſationem, prout egregiè, præcæteris aduertit *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 19. num. 2.* & eſt receptiſſima ſentẽtia, de qua, omiſſis alijs, *Angel. conſ. 259. num. 1. ad fin Cuman. conſ. 172. Guttier. conſ. 19. Larat. conſ. 39. num. 11. & ſeqq. Anna. allegat. 80. num. 8. Caſtill. tom. 4. controu. cap. 40. num. 117. Seſſe de inhib. cap. 5. num. 7. & ſeqq. Aſin. de exequt § 7. cap. 65.* latè *Salgad. in labyr. credit. part. 2. cap. 28. num. 25. & ſeqq. & part. 2. cap. 3. num. 32. & duob. ſeqq. & num. 31. et. 45. Pellicc. ad conſuet. Auerſ. cap. 7. num. 166.* Cyriac. *controu. 224. num. 13. Nogue-*

rol.

rol.allegat. 11.num.139.Staiban.Inn.reſolut 80. num.9.lib.1. Tondut.lib.2.quæſt.emil.cap.168. num20.verſ.contrarium,vbi,quòd,neque etiam fieri poſſit retentio, quòdque in hac ſententia reſideat Rota Thor.in compend.deciſ.verbo compenſatio, Acoſt.de priuileg.credit.in Præfat. ad Regul.3.num.66. verſ.iungè prædictis, Andreol.controu.219.num.2. & ſeqq. Roceus in notab.100.de decoct. mercat.num.300. & ſeq. Gipt. ad Capyc.Latr.dec.25.num.2. Poſtb. reſolut.ciuil.121 nu.27. et ſeq.de Marin.ad Reuert. dec.443. num.5. aſſerens, quòd huic opinioni ſit omninò adherendum Rot. Gen.dec.190. num.19. verſ.ſecundò reſpondetur, Magon.deciſ. Lucenſ.1. num.25. Franch. in famigerata deciſ. 53.num.10. & hanc ſententiam vti veriorem perpetuò amplexa eſt, Rota ſignanter in rec. in celebri dec.703. part.3. quam eſſe mirabilem in hac materia, & præoculis ſemper habendam, teſtantur Salgad.in labyrint. credit. d. part.2 cap.3.num 35. qui illam refert per extenſum Noguerol.dict.alleg.11. numer.139. in fin.

5 Huiuſmodi verò ſententia duplici potiſſimùm innititur ſatis iuridico fundamento; Tum quia compenſandi facultas à Iure debitori tributa procedit dumtaxat, inter creditorem, & debitorem, ſecus in præiudicium tertij, vt optimè aduertit Roderic.de ann.reddit.lib.2. qu.19.nu.2.

6 Tum etiam quia, cum compenſatio non ſit admittenda vbi non admittitur ſolutio, iuxtà theoricam Bald in leg.fin.num.12. verſ.ſed hodie dubitatur, in fin. ibique Bellapert. Cod. de compenſat. quem præceteris ſectantur Imol.in l.1. num 9. ad med. verſ. et quod dixi de compenſatione ff.de ſolut. Surd.conſ.246. numer.12. Ladercb.conſ.164. num.10. Gratian. cap.515. num.46.et ſeq.Cene.de cenſ.qu.88 ſub nu.6.verſ. hic autem, Cancer.var.part.2. cap.3. num.59. Salgad. in labyrint. creditor. part.2. cap.29. num.37.

7 Quemadmodùm ſolutio fieri non poſſet in bonis communis debitoris creditori poſteriori in præiudicium creditorum anteriorũ; prout ſunt iura apertiſſima in leg.debitorem, C.de pign.action.auth. hoc ita, C.eod.tit.l.ſicut §.non videtur ff.quib.mod.pign.vel hypoth. ſoluat.leg.1. Cod.debit.vendit. pignor.imped. non poß. Valenzuol.conſ.56.num 49.lib.1.10.Ant. Bellon. conſ.36.num.6.Guſman.de euict qu.34. num.45 & 49. Felician. de cenſ. tom.2. lib.3. cap.2. à num.14 latè Fontanell de pact. nupt. clauſ.5 gloſ.8.part 7.num.19 57.& ſeqq.Salgad.in labyrint. credit.part.1.cap 10. num.43. & ſeqq. & part.2. cap.12. numer.22. & ſeq. Giurb.dec.24. nu.4. et dec.61. nu.21. et deciſ. 104.nu.5.

8 Ita etiam in præiudicium creditoris anterioris apud ipſum debitorem non eſt admittenda compenſatio, quæ cum ſit ficta ſolutio, vel ſaltem vera iuxtà ſuppoſitum contrariæ ſententiæ per modum nihilòminus fictum, Surd.conſ.142.num.12.et conſ 82. nu.4. lib.1. aliis allegatis diſp. præced. regulareque ſit, vt fictio in tertii præiudicium non ſit admittenda, leg.ſtipulatio de dote, ff.de Iur. dot. gloſ.in cap.quia noſtra de priuileg Guttierez. de Gabell.qu.88.num.22.Cardin.Mantic.de tacit. lib.15.tit.6.nu.15. et ſeq. Cancer. var.part.2. cap.3.nu.61.

9 Meritò fictio non poteſt operari, in caſu ficto, pluſquã veritas in caſu vero, iuxtà vulgata iuris principia, de quibus Tiraq. de retract. ligniag.§.3. gl.3. n.6. Graſſ except.16.n. 10. prout optimè in his terminis arguit Franch.dec.53. num.10. vbi, quòd contra na-
10 turam fictionis ſit, vt operetur in tertij præiudicium, Roderic.de ann.reddit. lib.2. qu.19. num.2.Salgad.in labyrint.credit.part.2.cap.28. n.37.et ſeqq. alijque ſuperiori loco pro hac ſententia laudati.

11 Præcipuè, quia cum huiuſmodi ficta ſolutio ex compenſatione reſultans fuerit à Iure inducta ex quadam æquitate, l.rem.18. ff. de compenſat. leg.inter tutores 36. ff. de adminiſtr. tutor. rectèque aduertit eruditiſſimus Donell. lib.16.commentar.cap.15. Grat.conſil.21.n.12. & ſeq.lib.1. Ripoll.var.reſult.cap.vlt. nu.148. Gratian.cap.528. nu.15.

12 Hinc oritur, vt numquàm lex æquitatem admittere fuerit aſſueta in tertij præiudiciũ; prout per text.in l impuberi, ff.de adminiſtrat. tutor. docet Alex. in leg ſi inſulam, numer 9. ibique Iaſ.num 10. ff de verbor. obligat. Mareſcott. var.reſolut.lib.2.cap.125.num.8 et trib ſeqq & in ſpecie Salgad in labyr.credit.par.2. cap.27.num.24.et ſeq.

13 Ob quam rationem in proximis terminis habemus; vt quãuis moræ purgatio ex æquitate aliquando admittatur à Iure, l.ſi ſeruum §.ſequitur ff.de verbor.obligat. nihilòminus nõ
14 videatur æquum, eam admittere, vbi creditor paſsùs fuit damnum propter moram debitoris, cùm legis beneficium non debeat admitti in alterius præiudicium, l ſi cum dies § fin.cum leg.ſeq.ff.de recept.arbitr.gloſ.2 in d. l.ſi inſulam, ibique Bart. in prima oppoſit.ff.de verbor.obligat.Mareſcott.var reſolut.lib.2 cap 125.nu 8.9.et 10.Salgad.in labyrint. creditor. part.2.cap.24.nu.25.et ſeq.

15 His igitur firmatis, ſatis apertè remanet deſtructũ fundamentũ cõtrariæ ſententiæ, in qua reſident ex aduerſo allegati, Gratian.cap. 948.n.1. Scace.de comment.et camb.§.2 gloſ.5. num.425. Carleual.de Iudic.lib.1. tit.3. diſput. 38. Gail de credit.cap.4.qu.7. nu.355. Epiſc. Afflict. controu.28. num.49. & controu.41. & 42. latè eruditus Rodoer. conſ. 45. numer. 40. & ſeqq. Capyc. Latr. dec.25. num.27. & ſeq. quòd, nempè, per compenſationem, quam ipſi perperàm fieri poſſe contendunt,

fuerit

fuerit extinctum nomen, & per conſequens
hypotheca priorum, anteriorumque credito-
rum; cum enim ex ſupra firmatis mordicùs
denegetur compenſatio in præiudicium an-
teriorum creditorum, qui ius hypothecæ an-
terius quæſitum iam habebant in illo nomi-
ne debitoris tunc exiſtente in bonis commu-
nis debitoris, ei per factum debitoris, ne-
que creditoris reciproci detrahi non potuit;
atque adeò adhuc ſemper creditum, nomen-
que ipſum viuit, & per conſequens hypothe-
ca, quæ durat, durante nomine, & eo non-
dum extincto; omniaque contraria per *Scacc.*
& Gait. deducta à quibus *Carlenal. Epiſc. Af-*
flict. Rodoer. & Capyc. omninò mutuarunt, pro-
16 cedere poſſunt in compenſatione inter de-
bitorem, & creditorem, non autem in præ-
iudicium tertij, & creditoris anterioris, quę
eſt vera diſtinctio reſpondens omnibus con-
trarijs, prout ſupra latè fuit comprobatum.

Prædicta verò omnia eò libentiùs admit-
tenda abſque vlla controuerſia, quando,
prout in hoc themate, compenſatio opponi-
tur contra patrimonium debitoris decocti;
17 tunc enim in præiudicium creditoris
anterioris non admittitur compenſatio, ſeu
retentio, quia debitor patrimonii decocti
tenetur integrum debitum ſoluere, & re-
ſpectu ſui crediti debet illud exigere ſuo lo-
co, & gradu, *Salgad. in labyrint. credit. part. 3.*
cap. 6. § vnic. num. 55. & ſeq. *Roccus* referens
deciſum *notab.* 100. *de decoct. mercator. n* 305.
lib. 2. *Poſth. reſolut. ciuil.* 121. *num. 31. & ſeq.*
Rot. Gen. dec. 8. *Rot.* poſt *Cenc. de cenſ. dec.* 160.
num. 11. et ſeq. & admittit concluſionem, ſtā-
te decoctio. e *Rodoer d. conſ.* 40. *num.* 45. *et ſeq.*
Card. de Luca de Regal. diſc. 26. num. 7. Quid-
quid contrarium aſſerat *Scacc. de commerc.*
& camb. § 2. gloſ. 5. numer. 436. Epiſc. Afflict.
controu. 41. num. 26. & ſeq.

18 Neque contrarium firmant deciſiones ex
aduerſo allegatæ in *recent.* 183. *numer. 3. &*
ſeqq. part. 9. Card. Ottobon. dec. 55. num. 13. Pri-
ma enim deciſio *in rec.* 183. *part. 9.* loquitur
de compenſat. admittenda inter ipſos Merca-
tores creditores, & debitores, hinc indè, ſtan-
19 te contrapoſitione partitarum, ex qua re-
ſultat cōpenſatio ex adductis per *Ludouiſ. dec.*
366. *n. 3.* ibique *add. n.* 8. *Bich. dec.* 214. *n.* 25.
ideòque non peretit articulū, an ſit admit-
tenda compenſatio in præiudicium tertij.

Altera verò *deciſio Card. Ottobon.* 55. *nu.* 13.
loquitur etiam inter Mercatores, inter quos,
præſupponendo compenſationem ex contra-
poſitione partitarum, prout ibidem *nu.* 2.
firmat, quòd potuerit fieri compenſatio in
prejudicium creditorum anteriorum, ex quo
ipſi fecerunt ſequeſtra poſt iam factam com-
penſationem, atque adeò præſupponit com-
penſationem iam inductam ex partitarum
contrapoſitione, qui caſus eſt toto Cœlo di-
uerſus ab illo, de quo in pręſentia agitur;
cum nullibi conſtare poſſit de compenſatio-
ne iam inducta in præiudicium creditoris an-
terioris.

Quinimò, attentis facti circumſtantijs, il-
la remanet omninò excluſa, ſi attendantur
verba Apocæ ibi: *di ſomminiſtrar denaro di*
mano in mano, che ſi andarà lauorando al detto
Capo maeſtro, e finito, che ſarà, lo dourà ſo-
disfare intieramente di quello; che auanzerà,
quæ ex allegatis excludit in Nunez debitore
quemlibet animū compēſandi cum prætenſo
credito cambiorum; nullatenus, attentis ex-
traiudicialibus atteſtationibus duorum te-
ſtium ſingularium nouiſſimè in actis produ-
ctis, & mendicatis poſt plura decreta rela-
xationis mandati fauore huius partis; quia
20 ad effectum inducendæ compenſationis in
præiudicium creditoris anterioris oportet,
quòd illa á creditore fuerit clarè, apertèque
oppoſita, antequám creditor anterior age-
ret, quod in præſentia non concurrit *Poſth.*
reſolut. ciuil 121. *num.* 18. *et ſeq. Rot diuerſ. dec.*
627. *part.* 1. cum compenſatio, exceptis qui-
21 buſdam caſibus priuilegiatis, nempè, ad
euitandam pęnam, impediendum curſum
vſurarum, purgandamque moram non fiat
ipſo iure, ſed debitore volente, atque adeò
ad eam inducendam requiratur factum ho-
minis, hoc eſt, vt opponatur, vel compen-
ſandi voluntas expreſsè declaretur, aliás,
ſi actor, tempore actionis ab eo intentatæ,
reperiat, prout in præſentia, nomen debito-
ris exiſtens, & non exactum rectè petat ſu-
per illo ſibi obligato ſatisfieri, *leg. 2. ff de cō-*
penſat. gloſ. in l. ſi conſtat; Cod eod. tit. Andreol.
controu. 219. *num. 3. & ſeq. et num. 8. Poſth. d.*
reſolut. 121. *nu.* 10. *Surd. dec.* 117. *per tot. ſign.*
num. 4. & ſeq. et de alim. tit. 1. qu. 42. num. 87.
et ſeq. nouiſſimè eruditus *de Luca in labyrint.*
ceſſion. Iur. via 38. *num. 9. verſ. tandem commu-*
nis diſtinctio, Rot. in recent. dec 703. *numer. 1.*
part. 3. et dec. 338. num. 8. part. 5. Romana pe-
cuniaria, ſeu mercium 5. Iunij 1613. *coram*
Sacrato penes *Marcheſan. de commiſſ. part. 1.*
fol. 777. num. 4. neque in hoc caſu vindicat ſi-
bi locum compenſatio in præiudicium credi-
toris anterioris, prout admittunt omnes ex
aduerſo allegati, ſignanter *Capyc. Latr. d. dec.*
25. *nu.* 28. *Giurb. d. dec.* 106. *nu.* 12.

Atque hinc etiam ſublatum remanet obie-
ctum, quòd compenſatio fiat ipſo iure, ſtan-
te damno, quód Nunez pati poſſet, quia an-
teriores creditores omnia auferrent. Nam,
22 præterquàm, quòd non eſt uera concluſio,
quòd compenſatio fiat ipſo iure ad dam-
num euitandum, ex adductis per *Andreol. d.*
controu. 119 *nu. 6. et ſeq.* qui teſtatur de com-
muni, adhuc poſſet fortaſsè illa procedere
inter ipſos dumtaxat debitorem, & credito-
rem, non tamen reſpectu tertij creditoris
ante-

rioris, habentis ius, & hypothecam in ipſo nomine debitoris anterioris, cuius præiudicium comparatiuè ad damnum debitoris cõpenſare volentis potentius eſt, & prælatiuè attenditur ad impediendam compenſationem, prout egregiè declarant *Roderic. de ann. redd. lib. 2. qu. 19, num. 2. Salgad. in labyr. credit. part. 2. cap. 18. nu. 28. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Contractus nominatus, ad hoc vt reſoluatur ex capite inobſeruantiæ, requiritur culpa, neque ſufficit non implementum in minima parte contractus, eademque reſolutio cenſetur remiſſa ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem contractus, poſtquàm caſus reſolutionis euenit.

Pactum reſolutiuum non operatur, niſi volente, & declarante eo, cuius fauore fuit appoſitum, præcipuè, quando non legitur conuentum verbis directis, ſed potiùs obliquis.

In generali mandato, *etiam cum libera*, Procuratoribus, ſiue Miniſtris, nunquàm intelligitur conceſſa facultas, per quam Dominus in pœnam reſolutionis contractus incidat, vel de fide rupta argui valeat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio dicitur contractus nominatus, etiam ſi à promiſſione incipiat.*

2 *Locationis contractus dicitur, quoties faciendum aliquid datur, ſiue promittitur pro certa mercede.*

3 *Locationis contractus dicitur nominatus.*

4 *In contractibus nominatis ob contrauentionem non eſt locus reſolutioni; ſed agendum ad implementum.*

5 *Idque, etiam procedit in terminis donationis.*

6 *Nec non in contractu locationis.*

7 *Defectus implementi, quoties reſpicit cauſam finalem contractus ob non implementũ, reſolutio eſt etiam permiſſa in contractibus nominatis.*

8 *Intellige, vel, quando pactum appoſitum iuxta contractum ſuaptè natura nominatum facit illum tranſire in innominatum, qui permutationem ſapiat.*

Vel, quando contractus nominatus adeò permiſcetur, cum innominato, vt idem contractus nominatus celebretur, ob aliquam cauſam extrinſecam extra ſubſtantiam ipſius contractus nominati.

9 *In contractibus nominatis, pretio non ſoluto, nõ eſt locus reſolutioni, ſed agendum ad implementũ, ſeu intereſſe.*

10 *Adimplere, quis dicitur ad implenda, quoties per ipſum non ſtetit, quin impleretur.*

11 *Culpa requiritur, ad hoc, vt contractus reſoluatur ex capite in obſeruantiæ, & contrauentionis.*

Imò, neque etiam culpa ſufficeret; ſed requiritur dolus.

12 *Ob non implementum in minima parte contractus, non eſt locus reſolutioni.*

13 *Miniſtris non cenſetur data facultas faciendi actus, per quos dominus in pœnam reſolutionis contractus incidat.*

14 *In mandato generali, etiam* cum libera, *non intelligitur tributa facultas remittendi Ius ipſius principalis; vel indebitum recipiendi.*

15 *Prout non dicitur aliquod contineri, ex quo mandans argui poſſit de fide rupta.*

16 *Scientia debet eſſe certa, & diſtincta; adeòut præſumpta non ſufficiat, quoties agitur de præiudicialibus.*

17 *Nemo præſumitur velle ſuum iactare.*

18 *Mandatum, etiam prægnantibus verbis conceptum numquàm intelligitur continere facultatem donandi, & dilapidandi.*

19 *Subſcriptio operatur approbationem omnium in ſcriptura ſubſcripta contentorum.*

20 *Subſcribens ſe alicui ſcripturæ cenſetur habere notitiam omnium in ea contentorum.*

21 *Reſolutio contractus cenſetur remiſſa ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem, poſtquàm reſolutionis caſus euenit.*

22 *Pactum reſolutiuum, non operatur, niſi volente, & declarante eo, cuius fauore legitur appoſitum.*

23 Idque, *etiam ſi pactum contineat clauſulã* ipſo Iure, *vel* abſque alia declaratione.

24 *Præcipuè, quando non fuit conceptum verbis directis ipſo iure reſolutionem importantibus; ſed potiùs obliquis.*

25 *Reſolutioni intelligitur renunciatum, ſi poſt ſcientiam commiſſæ contrauentionis ab altero ex contrahentibus, alter obſeruat contractum.*

26 *Reſolutioni contractus, quoties eſt locus, reſolutio procedit ex nunc à die factæ declarationis, non autem à die initi contractus.*

27 *Reſoluto contractu, quilibet recuperat, quod in contractu contulit.*

CAPVT CXLVIII.

MANDATVM non eſt exequendum; cum enim conuentio, de qua in apoca ex aduerſo danda, plures contractus contineat nominatos, ſiue inſpecta promiſſione Guidotti ſuper rogitu inſtrumentorum Ducis Cæſarini, & copijs in forma publica dandis, nulla recepta mercede, nec etiam pro illorum productione,
1 quæ procul dubio ſapit donationem, quæ dicitur contractus nominatus, etiam ſi incipiat à promiſſione, præſertim interueniente ſtipulatione, *Gloſ. in l. in ædibus*, *§. primo* verbo *ex rebus, ff. de donat. & in l. 2. ff. de condit. ob cauſ. Bart. in l. final.* Cod. de *reuocand. donat. & in leg. Iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. Angel. in repet. Nouell. 119. item, & ſuper auth. de*

 non

non alien.§.lex itaque numer.8.Surd.de alimen.
tit.9.qu.23.num.8.Card.Mantic. de tacit.lib.13.
tit.3.n.5. in fin. & ſeqq. Clarus in §.donatio qu.
1. numer.2. eruditiſſimus Ant.Faber.de error.
Pragmat.decad.44. error.8.Antunez.de donat.
Reg.lib.1.prælud.1.num.35.verſ.verùm, Cutell.
de donat. contemplat. macrim.diſc.1.part.vnic.
num.51.& ſeqq.Buratt.dec.640.nu.13.

Siue etiam, attenta conuentione facta cum
eodem Notario, tàm pro extractis, & regi-
ſtris conficiendis, reſpectiuèque tranſportan-
dis, quàm pro mandatis expediendis, certa
mercede conſtituta; quæ, cum non poſſit du-
bitari, quin ſit locatio, quia ſemper talis eſt,
2 quoties faciendum aliquid datur, ſiue pro-
mittitur pro mercede certa, l. item ſi pretio,
ff. locat. ibi: quoties autem faciendum aliquid
datur, locatio eſt, ibique, Gloſ. verbo locatio
explicat, interueniente pecunia, Zacch.de ſalar.
qu.55. num.18. eruditus Pacion.de locat.cap.
1. num.24. & in terminis Notarij, Bart.in leg.
argentarius 10.num.3.verſ. vndè poſſet agere
vtili ex locato, ff.de regul.Iur.Caroc.de locato
part.1.tit.de fructib.& lit. expenſis qu.8.num.
35. ideóque, cum ſit contractus locationis,
3 pariter dicitur nominatus, Bart.in l.ſi merces,
§.uis maior, ff.de locat. Ciarlin. contron.52.nu.
41.lib.1.Ludouiſ.dec.130.num.1.

4 Hinc eſt, vt admiſſa prætenſa contrauen-
tione Ducis, ad huc non poſſit Guidottus
agendo reſolutionem prætendere dicti con-
tractus nominati; ſed ad ſummum eidem
competat actio ad implementum, ſeu inte-
reſſe paſſum, l.ſicut, Cod. de action. empti, leg.
in commodato, § ſicut, ff. comod.l.in ciuile, vbi
Odofred.Bart.& alii, Cod.de rei vindicat. Bart.
in l.fin.num.13 ff.de cond.ob cauſ.& in l.2.Cod.
eod.tit.Surd.conſ.38.num7.& dec.220.num.17.
Riminal.Sen. conſ.212. num.36. Bece.conſ.45.
num.1.& ſeqq Bellon Iun.conſil.13.numer.39.
Mandell.conſ.626. num.4.lib.4. Ruin.conſ.128.
num.9.lib.5.Graſſ.de except.except.13.num.57.
Pedroch.conſ. quando licet ab empt.diſcedere.n.
37.Curt.Iun.conſ.331.num.20.et ſeqq.Gab.conſ.
549.num.1.lib.1.Mareſcott var.lib.1.cap.90.nu.
3.Card.Mantic. de tacit. et ambig. lib.13.tit.3.
num.7 Cyriac. contron.55. num.70. Noguerol.
allegat.22. num.28. Arias de Meſa var. lib.1.
cap.40.num.20. Afflic. deciſ.180. num.6.Card.
Millin.dec.162.num.1.et ſeq.Duran.dec.9.num.
3.Card.Seraph.dec.1275.num.1. & in terminis
5 donationis, Cutell.de donat.tract.2.diſc.1.ſpe-
cial.7.per tot. præcipuè num.14. et ſeqq. Giz-
zarel.dec.11.num.21 Buratt.dec.640.num.13.
et ſeq. et Rot.poſt tract. Poſth. de manut.deciſ.
300.num.7. & Nos latiùs diximus diſpu:105.
6 hoc eod. vol. & in ſpecialibus terminis loca-
tionis, Ciarlin.contron.52.num.41.et ſeq.lib.1.
Ludouiſ.d.dec.130. num.2.

7 Neque obſtat, quòd, cum defectus imple-
menti, & inobſeruantiæ contractus circa præ-
tenſam aditionem pro nonnullis negotijs ad
Officia aliorum Notariorum conſiſtat in cau-
ſa finali ipſius contractus, ſine qua Guidottus
non contraxiſſet, etiam in contractibus no-
minatis ob non implementum ſit permiſſa
reſolutio vulgata, l. cum te fundum cum ibi
notat.Cod.de pact.int.empt.et vendit.

8 Nam concluſio non eſt ita ſimpliciter ad-
mittenda, vt benè aduertunt inferiùs alle-
gandi; ſed poſſet fortè procedere in duobus
caſibus; Vel, quando pactum appoſitum iux-
ta contractum ſuaptè natura nominatum
facit eum tranſire in innominatum, qui ſa-
piat permutationem; Vel, quando contractus
nominatus, ita permiſcetur cũ innominato;
ita vt idẽ cõtractus nominatus celebretur ob
aliquã causã extrinſecã extra ſubſtantiã ip-
ſius cõtractus nominati iuxta receptã theo-
ricã Bart.ita diſtinguentis in l.fin.ff.de condit.
cauſ.dat. ſignãter n.14.verſ. et breuiter vbicũ-
que contractus celebratur ob aliquam cauſam
extrinſecam, quam ſequuntur Altograd.conſ.
1.num.2.et ſeqq. lib.1. Adden.ad Buratt. deciſ.
640 n.29.verſ.verum hac concluſio, et ſeq.Card.
Seraph.dec.591.n.10.verſ.et hoc caſu, & Nos la-
tiori calamo firmauimus d.diſ.105.hoc eod.vol.

Qua diſtinctione præmiſſa, cum pactum
contractui nominato adiectum, nempè, quòd
Dux Cęſarinus non poſſit adire alios Nota-
rios, non ſit quid extraneum extra ſubſtan-
tiam ipſius contractus nominati locationis
operarum; ſed potiùs ſimpliciter, & abſolu-
tè ſe habeat, tamquàm quid correſpectiuum
ad pretium, ſeu mercedem locationis ipſa-
rum operarum: Meritò non poteſt dici, quòd
ex huiuſmodi pacto contractus locationis
operarum ex ſui natura nominatus trãſiuerit
in innominatũ; nam aliàs, etiam pretiũ dice-
retur cauſa finalis emptionis, & tamen in cõ-
tractibus nominatis, pretio non ſoluto, non
9 eſt locus reſolutioni, ſed agitur ad imple-
mentum ſeu intereſſe, ptout optimè arguit
Bart.in d. leg fin.num.5.et 13.verſ.ſed quare
magis reſcinditur, ff.de condit. cauſ.dat. ibique
etiam Bald.col.pen.verſ.vltimo diſtinguo, An-
gel.num.1.Iaſ.num.15.idem Bald. in d. l. cum
te fundum 1. C. de pact.inter vendit.et emptor.
ibique Caſtrenſ.num.2.Surd. conſil.38.num.3.
Altograd. dict.conſ.1. num.3.et ſeq lib.1.Tira-
quell. in tract. ceſſante cauſa, limit.36. Adden.
ad Buratt.dec.640.num.29.verſ.verum hac cõ-
cluſio, & in proximis terminis, quòd obli-
gatio de remmittendis inſtrumentis, & ſcrip-
turis, vtpotè correſpectiua ad pretium, non
faciat contractum mixtum, itaut, obligatio-
ne non adimpleta, ſit locus reſolutioni con-
tractus; ſed ſolùm competat actio ad imple-
mentum, ſeu intereſſe egregiè Bellon. Iun.
conſ.13. n.44. verſ.ſed hic non eſt caſus noſter.

Quæ omnia in præſentia, eo libentiùs ad-
mittenda, quia, cum nõ poſſit conſiderati in-
obſer-

obſeruantia Ducis reſpectu cauſæ concurſus
creditorum introductæ ab eodem Duce per
acta Guidotti, licèt poſteà per menſarium,
partibus contradicentibus, fuerit declara-
tum, illam ſpectare ad Lollium; ideòque, quò
ad prædictam litem indubitati iuris eſt, Du-
cem adimpleuiſſe contractum, cum per ipſum
10 non ſteterit, quin adimpleret, dum cauſam
introduxit per acta Guidotti, *cap. cum non
ſtet. per eum de regul. Iur. in 6. cap. Iure ciuili de
condit. et demonſtrat. Rot. in rec. dec. 142. num 2.*
11 *part. 2.* Neque aliqua culpa poteſt eidem Du-
ci imputari, quæ omninò requiritur, ad
hoc, vt contractus reſoluatur ex capite inob-
ſeruantiæ, & controuentionis, *Cravett. conſ.
204. num. 25. Cephal. conſ. 24. num. 13. verſ. ter-
tiò moneor, lib. 1. Graſſ. de except. except 13. nu.*
58. vbi, quòd neque etiam culpa ſufficiat; ſed
requiratur dolus.
12 Meritò prætenſa obſeruantia, quò ad reli-
qua reſpicit minimam partem totius contra-
ctus, quo caſu non eſt locus reſolutioni, *Bald.
in l. enm qui, §. in popularibus, ff de Iur. Iur.
Iaſ. in l. ſciendum num. 7. ff. qui ſatiſdar. cogan.
Alciat. in l. cum proponas* la ſeconda *num. 16.
ad fin. verſ. ſed id ego non ita ſcrupuloſè, Cod. de
pact. Iaſ. in l. ſciendum nu. 7. ff. qui ſatiſd. cogant.
Corn. conſ. 67. col. 2. lib. 2. Caſtren. conſil. 377.
n. 1. in fin. lib. 1.* optimè *Buratt. dec. 110. n. 20. et
ſeq.* vbi, quòd propter non implementum in
minima parte res inempta fieri non debeat.
Vlteriùs ceſſat quęlibet difficultas, quia,
quatenus (illeſa veritate) locus eſſe poſſet prę-
tenſæ reſolutioni contractus; adhuc ex illa,
vel non potuit dici illatum præiudicium Du-
ci, vel ſaltem reſolutio cenſetur per Guidot-
tum remiſſa ex pluribus.
Primò, quia omnes actus ex aduerſo con-
geſti ad arguendam prætenſam contrauen-
tionem contentorum in Apoca non fuerunt
facti à Duce, qui tanquàm abſens ab Vrbe
illos omninò ignorabat; ſed potiùs ab eius
Miniſtris, quibus numquàm cenſetur data
13 facultas faciendi actus, per quos Dominus
in pœnam reſolutionis contractus incidat, *l.
ſi Procurator in princip.*, ibique latè *Fulgoſ.
num. 8. & ſeqq. Bartol. num. 7 ff. de cond. indeb.
l. litigatores, ff. de arbitr. gloſ. in cap. dilectio*,
ibique notat *Imol. nu. 21. de præben. Curt. Inn.
conſ. 49. in fine,* Burſatt. *de communi conſil. 369.
num. 32. Aemilian. conſ. 124. ſub num. 1. Bero
conſ. 25. nu. 3. et duob. ſeqq. lib. 3. Roman. conſil.
241. num. 11. Alex. conſ. 73. nu. 8. lib. 6. Paſeth
conſil. 194. num. 14.* pulchrè *Rimin. Inn. conſ.
369. num. 32. Card. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 16.
num. 8. et ſeq.* benè *Cyriac. contron. 554. num. 9.
& ſeqq. Magon. dec. Lucen. 51. num. 1. & pluri-
bus ſeqq. et num. 18. Ioſeph Ludouic. dec. Lucenſ.
50. num. 13. Franc. Marc. dec. 480. nu. 6. tom. 1.
Cappell. Tholoſ. dec. 477. Fontanell. dec. 4. nu. 9.
Barz. dec. 68. nu. 9. & dec. 76. nu. 13. Rot. in rec.
dec. 261. num. 8. part. 1. et deciſ. 378. num. 13.
part. 9.*
14 Prout in ſimili etiam habemus, quòd in
mandato generali, etiam *cum libera* non in-
telligatur cõtineri facultas remittẽdi Ius ip-
ſius principalis, *l. contra Iuris, §. vlt.* vbi *DD. ff.
de pact. Menoch. lib. 3. præſumpt. 140. n. 5. Hon-
ded. conſ. 66. num. 8. lib. 1. Altimar. in celebri
Tract. de nullit. rubr. 11. qu. 26. num. 206. &
ſeqq.* vel in debitum recipiendi *Card. Mantic.*
15 *de tacit. lib. 7. tit 16. n. 16.* & in proximis ter-
minis, quòd in generali mandato non dicatur
contineri aliquid, ex quo mãdans argui poſ-
ſit de fide rupta, vtpotè contraueniens initis
conuentionibus, benè *Ancharan. conſ. 366.
num. 4. in princip. verſ. & quod non venit,* &
meliùs *conſ. ſeq. 367. nu. 2. Cravett. conſ 54. nu.
6. lib. 1. Menoch. conſ. 296. nu. 3. lib 3. Alti-
mar. in d. Tract. de nullit. qu. 26. nu. 1.*
16 Neque poterit ex aduerſo obijci de ſcien-
tia præſumpta Ducis, cum enim agatur de
præiudicialibus, faciendo, nempè, cadere
Ducem à commodo contractus, ſcientia de-
bet eſſe certa, indiuidualis, & diſtincta; adeò
vt præſumpta non ſufficiat, iuxtà doctrinam
gloſ. in cap. concertatione, uerbo *ſciuerit de ap-
pellat. in 6. Felin. in cap. quo ad conſultationem
num. 32. de re iudic. Alex. conſ. 114 num. 4. verſ.
accedit, lib. 1. Natt. conſ. 636. num. 192. Tiraq.
de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. num. 30. & de
leg. connubial. gloſ. 8. num. 183. Gratian. cap.
707. num. 15. Cæſar de Graſſ. dec. 9. nu. 11. verſ.
vbi tractatur de reſcript. Surd. dec. 216. num. 42.
Oſaſch. dec. 176. num. 3. Rubeus in Annot. ad dec.
542. num 98. part. 4. recent. tom. 3. Rot. in rec.
dec. 95. num. 2. & dec. 111. numer. 7. part. 1.
& dec. 360. num. 3. & 4. par. 6. Ludouiſ. deciſ.
425. num. 5. Duran. dec. 426. n. 16. & 18. Card.
Ottobon. dec. 156. n. 14. & ſeq. Arch. Royas dec.
257. nu. 9. et dec. 175. nu. 7.*
Fortiùs, quia, ſi quæ coniectura poſſet vr-
gere ad arguendã ſcientiam Ducis, illa pror-
ſùs eliditur, ac deſtruitur, non ſolùm, quia,
cum eſſet iam diù abſens ab Vrbe, immedia-
tè poſt habitam notitiam, quòd Lilius Magi-
ſter Domus adiuerit alia Notariorum officia,
contra eumdem litem mouit.
Sed etiam, quia vehementior militat præ-
ſumptio pro excluſione prætenſę ſcientiæ, cũ
nulli emunctæ naris videri poſſit veriſimile,
17 voluiſſe Ducem iactare ſuum, demandando
Miniſtris, vt rigoroſè ſoluerent expeditio-
nes Scripturarum alijs Notarijs, quas, vel
gratis, vel ſatis minori pretio poterat conſe-
qui in Officio Guidotti, *l. cum de indebito in
princ. ff. de probat. Barboſ. in l. quæ dotis num. 17
& ſeqq. ff. ſolut. matrim. Federic. de Sen. conſil.
54. nu. 2. Alex. conſ. 83. num. 1. lib. 1. Surd. conſ.
7. num. 44. & conſ. 80. Tiraq. in l. ſi vmquam,*
verbo *donatione largitus num. 206. et ſeqq. Cod.
de reuoc. donat. Menoch. lib. 6. præſumpt. 27.*

num.15. & de arbitr. lib.2. caſ.88. in princip. Ambroſin.deciſ. Peruſin.15. num.20. Bich. dec. 74. nu.10. & dec.556.nu.5.

18 Idque, etiam ſi ijdem Miniſtri haberent mandatum pregnantiſſimis verbis conceptũ, quia nunquàm intelligitur continere facultatem donandi, dilapidandique, Honded. conſ.66.nu.81.lib.1. Valenzuol.conſ.185.n.27. lib.2. Paleaz.de Maiorat. part.1. qu.5. nu.17. verſ.quod procedit, lib.2. Card.Mantic.de tacit. lib.7.tit.16.nu.38. Sebaſt.Medic.dec.128. n.2. verſ.quod procedit, lib.2

Secundò, quia, quatenus, ſine veri præiudicio. contractus eſſet reſoluibilis; adhuc, cum Guidottus habuerit ſcientiam contrauentionis Miniſtrorum Ducis, ſignanter, quia in eius Officio fuerunt ſtipulata inſtrumenta inter Ducem, & Arigonios, in quibus enunciabantur lites in alijs Officijs agitatæ; nec non exhibita inſtrumenta per acta alterius Notarij rogata; quinimò ab eodemmet Guidotto fuerit ſubſcriptum ſumptum inſtrumenti per eius acta rogati, in quo fit ſpecifica mentio iudicij per acta Lollij pendentis, inter Ducem, & Iacominum, quæ ſubſcriptio Guidotti operatur, vel approbationem omnium eorum, quæ in ſcriptura ſubſcri-
19 pta continentur, l.ſi ità ſtipulatus 126.§.Chryſogonus ibique Angel.nu.1. verſ. & ſic, nota Imola.numer.10. verſ.item nota, Alex.num.2. verſ. in textu ff. de verb. obligat. leg. emptor. §.lucius, vbi Bart. numer.2. ff.de pact. Bald. conſ.175. nu.2. verſ.item premiſſio lib.1. Caſtren.conſ.209. nu.1. lib.1. Cranett.conſ.73. nu. 20. Decian.conſ.29.nu.30. vol.2. Menoch.præſumpt. 66. nu.7. lib.3. Maſcard. de probat.concluſ.1342. nu.12. Afflict.dec.104.nu.3. Verall. dec.360. nu.7. part.2. Duran. dec.136.num.4. Rot.in recent.dec.187. num.5. part.7. & in terminis ſubſcriptionis Notarij Innoc.in cap.quoniam contra col.1. verſ. quod ſcribant pro eo, de probat. Roland.conſ.44.nu.30.lib.1. Anchâran. conſ.241. ſub num.3. verſ.item aduertendum, Alex.conſil.14. nu.13. lib.6. Ludouiſ.deciſ.38. num.3.

20 Vel ſaltem ſatis liquidò arguit illorum ſcientiam, notitiamque, Bart.in l ſicut. §.non videtur, in primo notab.ff. quib. mod. pign. vel hypotheca ſoluat. Iaſ.in l.ſi ità ſtipulatus, §.Chryſogonus, nu.14.ff.de verbor.obligat. Alex. conſ. 147. nu.5. lib.2. Ruin.conſ.193. num.1. vol.2. Crauett.conſ.25.n.13.lib.1.vbi, quòd ſola ſubſcriptio impediat allegationem ignorantiæ, Gabr.tit.de præſumpt.concluſ.3. num.29. & ſeq. Duran.dec.136.nu. 6.

21 Hinc fit, vt, cum Guidottus poſt ſcientiam contrauentionis, nedum non reclamauerit, acceptando reſolutionem contractus, ſed potiùs in eo perſeuerauerit vſque ad tempus litis motæ, indubitanter remiſſa cenſetur reſolutio, ſaltem pro præterito ex voluntate eiuſdem Guidotti leg.2.leg.de lege,§.fin. l.poſt diem,ff.de leg.commiſſoriæ, ibique Cyn.num.4. circa fin. ibique Bart. & Angel.num.1. Cod.de pact.int.empt. & vendit. Albert.in l. Aemilius num.4.ff.de minor.Surd.conſ.136.nu.44. Tiraq. in leg.ſi vmquam, verbo reuertatur, num.10. Cod.de reuoc.donat.Ruin. conſ.35 nu.31. lib.1. & conſ.151. ſub nu.3. & 6. verſ. videtur ergo, lib.3. Gratian. cap.302. nu.17. & dec.March. 159. num.13. & ſeq. Bich. dec.616. nu.15. Buratt.deciſ.54. ſub num.13. & ſeq. verſ.ſed præſentes ibique add.litt.C. Rot.in rec.dec.447.ſub num.6.verſ.non obſtat proteſtatio part.2.et dec. 353.n.34.et ſeq.part.9.

22 Prout idem dicitur de pacto reſolutiuo; quod, cum non operetur, niſi volente. & declarante eo, cuius fauore fuit appoſitum, l. poſt diem, ff. de leg.commiſſor.Surd.conſ.98. & 365.Card.Mantic.de tacit.lib.4.tit.19.num.9.et ſeqq.Olea de ceſſ.iur.tit.5.qu.13 num.23.in fin. Leotard.de vſur.qu.80.nu.30. Merlin.de pignor. lib.5.tit.1. quæſt.7. numer.3. Cardin. de Luca de Regal.diſc.196.nu.5.in ſupplem.part.1. & de feud.diſc.57.num.3. Ludouic. dec. Peruſ.33. num.5.Card.Canaler.dec.70. nu.4.Card.Millin. dec.183.num.8. Card. Seraph. dec.650.num.1. Buratt.dec.54.nu.14.et ſeq. & dec.110. nu.13. Rot.in rec.dec.109.nu.6. part.7. & dec.353. n. 34.p.9. & dec.330.n.35,part.11.

23 Idque etiam ſi pactum contineat clauſulã Ipſo Iure, Card.Mantic.de tacit.d. lib.4. tit.19. num.14. Merlin.de pignor.lib.5. tit.1:qu.7.nu. 4. Rot.in rec.d.dec.422.nu.4.par.4.& dec.330. nu.36.par.11. Vel etiam, ſi ſint vlteriùs addita verba abſque aliqua declaratione. Tiraqu.in l.ſi vmquã n.10.& ſeq.Cod.de reuoc. donat.Merlin.& Card.Mant. in locis proximè citatis, Rot.in rec.d.dec.422. nu.4. part.4.in fin. verſ.
24 & licèt. Præcipuè, quando, prout in hoc caſu, non eſt conceptum verbis directis, reſolutionem ipſo Iure præſeferentibus, Io. Lup. in l.2.nu. 8. C.de pact. int.empt. & vendit. Tiraq. de retract.conſuet.§.1 gloſ.7.nu.14. & ſeq. Rot. in rec. dec.1. num.4. p.2. ſed potiùs obliquis, Couar.var.lib.3.cap.8.nu.1. latè Caſar Mantic. conſ.129.n.14.& ſeqq.Card.Mantic de tac.lib.4. tit.28.num.12.& ſeq. Bich.dec.616. numer.6. & ſeq.

25 Si tamen vnus ex contrahentibus poſt ſciẽtiam commiſſæ contrauentionis ab altero obſeruet contractum, intelligitur reſolutioni renunciatum, quò ad omnia in eodem cõtractu aliàs reſoluibili contenta, l. de leg.6.in fin.verſ poſt diem, ibi, ſed partem reliquæ pecuniæ accepit, ff.de leg. commiſſ. l. commiſſoriæ, ibique præ cæteris Cynus nu.4. C.de pact. int. empt.& vendit.Ruin.conſ.35.nu.31. verſ.quia eſt nulla, lib.1.& conſ.151.ſub nu.3.et 6. verſ. videtur ergo, lib.3. Aretin.conſ.149. n.11.verſ. aliquando, latè Surd.conſ.135. nu.42. & ſeqq. & Latius de alim. tit.6. qu.2.à n.62. vſq; ad 69.

Gra-

Digitized by Google

Gratian. diſcept.302.nu.18. et cap.301.nu.51. Staiban.Iun.reſolut.180. n.6.& ſeq.lib.2.Card. Mantic.de tacit.lib.4.tit.29.nu.18. et dec.270. num.14.Buratt.dec.54.nu.14. & ſeq. vbi *Add. lit.C. et dec.640.num.17.& 19. Bich. dec.616. nu.15.Rot.diuerſ.dec.631.nu.4.par.1.* & latiſſimè *in rec.dec.353.nu.34.et ſeq.par.9.*

26 Tandem in omnem caſum, quatenus contractus eſſet reſoluibilis, vel reſolutio procederet ex nunc, à die, nempè, factæ declarationis per Guidottum; non autem ex tunc à die initi contractus, *Gratian. diſcept.559. nu. 64 et ſeq.Merlin.dec.267.nu.2.*

27 Vel ſaltem non teneretur Dux ad aliud, quàm ad reſtitutionem eorundem inſtrumẽtorum, quæ à Guidotto fuerunt tradita; cum reſoluto contractu, quilibet recuperet, quod in contractu contulit, *l.1.Cod. quando lic. ab empt. diſced.Surd.conſ.179.num.37.Rimin.Iun. conſ.430.nu.8.Cyriac.contron.55.nu.33. Card. de Luca de Regal.diſc.187.nu.11.*

Iuxtà firmata fuit deciſum per Rotam in Romana Pecuniaria 4. Iuly 1666. coram Reu. Bourlemont.

ARGVMENTVM.

Pactum reſolutiuum mutuo contrahentium conſenſu cenſetur remiſſum ex obſeruantia, exequutioneque contractus, tempore elapſo.

In præſcribendis annuis præſtationibus ex contractu debitis, quot ſunt termini, tot requiruntur præſcriptiones cadentes in ipſis fructibus, ſeu Iure exigendi, neque vlla datur præſcriptio pro decurrendis in futurum.

In iuribus incorporalibus, non conſtito de præcedenti petitione, & denegatione, cum ſubſequuta acquieſcentia, lapſuque longiſſimi temporis, non datur præſcriptio.

Negatiua ſolutionis non factæ non dicitur probata ex librorum reuolutione; niſi ſit coarctata, ita vt alibi adnotari non potuerit.

Priuilegium centenariæ præſcriptionis cõceſſum per Imperatorem alicui Eccleſiæ inferiori, & à Pontifice poſtmodùm ſpecificè confirmatum, ſuffragatur aduerſùs Eccleſiam Romanam contra eamdem Eccleſiam inferiorem præſcribere contendentem; Quidue in hoc caſu operetur ſpecifica Pontificis confirmatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex Inſtrumento reſultat probatio probata, apparens, & manifeſta.*

2 *Pactum reſolutiuum non operatur, niſi volentibus, & declarantibus ijs, quorum fauore fuit appoſitum.*

3 *Idque, etiam ſi fuerit conuenta reſolutio contractus ipſo Iure.*

4 *Pactum reſolutiuum concordi conſenſu à contrahentibus dicitur remiſſum, quoties, elapſo tempore, contractum obſeruarunt, de eodem pacto reſolutiuo nulla ratione habita.*

5 *Venditionis contractus dicitur exequutus, ſtante vẽditione rei emptæ poſtmodùm facta per emptorem.*

6 *Pactum reſolutiuum cenſetur remiſſum ex venditione poſtmodùm facta de bonis emptis, tamquàm proprijs.*

7 *Pacti reſolutiui ea eſt virtus, vt contractus habeatur pro non facto, & omnia in priſtinum reducantur.*

8 *A pacto reſolutiuo cenſetur receſſum, eò ipſo, quòd quis recepit vigore contractus, in quo fuit adiectum.*

Præcipuè, quando ſolutiones nominatim fuerunt factæ vigore illius contractus.

9 *Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandam voluntatem, ſignanter ſuper exercitio pacti reſolutiui.*

10 *Dictio* forſan *dubitationem inuoluit.*

11 *Reſeruatio aſſenſus Apoſtolici, quoties non eſt munita cum clauſula,* non aliter, nec alio modo; *ſed potiùs adeſt dictio* fortè *dubitationem inuoluens, intelligi debet adhibita ad cautelam, quatenus opus ſit.*

Ideòque, ſi aſſenſus detegitur non neceſſarius, non facit contractum conditionalem, & reſolubilem.

12 *Stante aſſenſu Principis ſuper alienatione rei, ceſſat inferioris auctoritas.*

13 *Per exequtores omnia ritè, rectèque fuiſſe geſta præſumendum eſt.*

14 *Actus, eiuſdemque confirmatio potiùs eſt tribuenda mandanti, quàm exequenti.*

15 *Fructus recompenſatiui debentur venditori, qui non debet carere re, & pretio.*

16 *Negatiua ſolutionis non factæ, præcipuè, quãdo agitur de iuribus incorporalibus, annuiſque præſtationibus, eſt probanda ab actore; quoties eſt fundamentum ſuæ intentionis.*

17 *Quinimmò negatiua debet eſſe coarctata, nempè, quòd aliter eſſe non poſſit.*

18 *Vlteriùs eſt probandum, quòd creditor voluerit exigere; debitor autem denegauerit, denegationique idem creditor longiſſimo acquieuerit tempore, aliàs non releuat.*

19 *In actionibus negatorijs numquàm poteſt incipere poſſeſſio ad præſcriptionem neceſſaria; niſi, etiam concurrat ſcientia, & patientia illius, de cuius agitur præiudicio, quæ loco poſſeſſionis ſtare dicitur.*

20 *Poſſeſſio amiſſa dici debet, eò ipſo, quòd quis ſcit, eſſe ab alio occupatam, & nihilominus tacet, etiã ſine temporis lapſu.*

Vel vbi de hoc non conſtat, per lapſum decem annorum, per quem præſumitur poſſeſſionis obliuio, vel deſertio.

Digitized by Google

21 *Intellige, vt id non procedat, vbi agitur de annuis præſtationibus, vel iuribus incorporalibus, in quibus non conſtito de præcedenti petitione, & denegatione, cum ſubſequuta acquieſcentia, neque lapſus triginta, vel quatraginta annorum obſtat ad poſſeſſionem amittendam.*

Affertur ratio concluſionis.

22 *Negatiua ſolutionis non probatur ex inſpectione librorum, nam defectus adnotationis potuit euenire ex negligentia Officialis, quæ tertio non præiudicat*, & num. 25.

23 *Aſſignatio alicuius ſummæ ſuper certis redditibus præſtandæ importat ſpecialem eorumdem redditnum obligationem, cum dicto* ſuper *præſeferat hypothecam.*

24 *Idque, etiam procedit in annua præſtatione aſſignata à Principe ſuper certis redditibus Fiſcalibus.*

25 *Negatiua ſolutionis non poteſt dici probata ex librorum inſpectione, illaque excluditur ex ſola poſſibilitase in contrarium, quòd, nempè ſolutio alibi adnotari potuerit.*

Sufficit, aliquid eſſe poſſibile, ne probatio negatiuæ non exiſtentiæ concludat.

26 *Negatiua ſolutionis tunc probatur ex librorum inſpectione, quando ex eiſdem libris affirmatiua pernecesſè eſt probanda.*

27 *Ex reuolutione librorum Aeſtimi non probatur quis accataſtratus; niſi etiam probetur, nullos alios adeſſe libros, in quibus potuerit fieri accataſtratio.*

28 *Cenſus reſeruatiuus dicitur, quando titulo emptionis transfertur aliqua res in alium, reſeruata annua preſtatione in perpetuum ſoluenda.*

29 *Cenſus reſeruatiui, quorum frequens erat vſus antè* Bullam B. Pij V. *ſunt ex ſui natura irredimibiles, tam ex parte creditoris, quàm debitoris.*

30 *Signanter, ſtante dictione* in perpetuum.

31 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*

32 *Cenſus conſignatiui antè* Bullam Pianam *conſtituti ſunt irredimibiles, accedente præſertim dictione* in perpetuum.

33 Bulla Piana *in cenſibus futuris; non autem in præteritis inducit redimibilitatem.*

34 *Conſtitutiones nouæ futuris tantùm negotiis legem imponunt, non autem præteritis.*

35 *Idque, etiam ſi adſit aliquis caſus præteritus, qui expectat perfectionem in futurum reſpectu exequtionis.*

36 *In annuis preſtationibus debitis ex contractu, in quibus vnica de omnibus ſolutio fieri non poteſt, quot ſunt termini, tot requiruntur præſcriptiones cadentes in ipſis fructibus, ſeu annalitatibus; non autem in cauſa productiua, ſeu Iure exigendi.*

Nulla datur praſcriptio pro decurrendis in futurum, quorum dies ſolutionis adhuc non ceſſit, ſed ſolùm pro decurſis à triginta annis, vel vltra.

37 *Idque, etiam procedit in annuis præſtationibus ab vna Eccleſia alteri debitis.*

38 *Mala fides præſcriptionis impedit initium.*

39 *Etiam, ſi vna Eccleſia contra aliam preſcribère intendat.*

40 *Reuerenda Camera Apoſtolica non poteſt dicere, ſe ignorare ſcripturas in eius Archiuio conſeruatas.*

41 *Mala fides cuius libet præſcriptionis impeditiua dicitur reſultare eò ipſo, quòd quis in ſuo Archiuio conſeruat ſcripturas contrarias rei, ſuper qua præſcribere intendit.*

Mala fides dicitur probata, quoties conſtat de ſcientia rei alienæ, imò ſola ſcientia rei alienæ impedit præſcriptionem ibid.

42 *Mala fides auctoris nocet ſucceſſioribus vniuerſalibus, etiam, ſi ex propria perſona velins incohare præſcriptionem.*

43 *Negligentia prædeceſſorum non poteſt parere præſcriptionem in prejudicium ſucceſſorum independenter Iure proprio venientium.*

44 *De Priuilegio Eccleſiæ Rauennaten. conceſſo per Imperatores Federicum, & Otthonem poſtmodùm ſpecificè confirmato à s. m. Leone X. quòd cõtra eam nulla poſſit obijci præſcriptio, niſi Centenaria.*

45 *Eodem Priuilegio inſpecto, contra ipſam Eccleſiam Rauennaten, tempore centum annorum non dum elapſo, nulla poteſt obijci præſcriptio.*

46 *Eccleſia Romana eſt priuilegiata in genere Cẽtenariæ preſcriptionis, tàm Iure Canonico, quàm Ciuili inſpecto.*

47 *Eccleſia inferior priuilegiata in centenaria præſcriptione, an poſſit ſe tueri dicto Priuilegio aduersùs Eccleſiam Romanam præſcribere contendentem*, & num. ſeqq.

48 *Priuilegium Eccleſiæ Romanæ, quò ad Centenariam præſcriptionem in ſententia* Cyni *eſt intelligendum de paſſiua; non autem de actiua praſcriptione;*

49 *Eccleſia priuilegiata inferior, ſtante Priuilegio Imperiali à Papa ſpecificè cõfirmato, poteſt ſe tueri, quò ad Centenariam preſcriptionem, non ſolùm contra aliàs Eccleſias.*

50 *Sed etiam aduersùs Eccleſiam Romanam præſcribere intendentem.*

Expeditur ſingulare conſilium Abbatis 101. e 102. lib. 1.

51 *Latiſſima eſt facienda interpretatio cõtra Principem Priuilegiantem, ſiue confirmantem Priuilegium Imperiale alicui Eccleſiæ conceſſum.*

52 *In ſententia ſapientis debet quis pati legem, quam tulit.*

53 *Idque, etiam procedit, inſpecto Iure communi, quo reperitur ſancitum, vt quod quiſque Iuris in alium ſtatuit, eo debeat ipſe vti.*

54 *Papa poteſt preſcribere contra Eccleſia inferiorem ſpatio quatraginta annorum.*

Cumque hoc tempus habeat Eccleſia inferior ex Iure ſpeciali per Papam approbato, ſeu inducto, ergo idem aſſerendum in priuilegio centenariæ preſcriptionis à Papa confirmato.

55 *Præſcriptio eſt odioſa, & quantum fieri poteſt reſtringenda.*

56 *Dicitur impium, & iniquiſſimum præſidium.*

57 *Ideòque, quando res agitur in ſupræmis Tribunalibus, quantùm fieri poteſt excludi debet, & contra eam in dubio iudicandum.*

58 *Præſcriptio eſt naturali æquitati contraria, cum per eam locupletetur præſcribens, cum aliena iactura.*

Quinimò aduerſatur Iuri naturali, adeòut, qui ſe fundat in tempore, videatur ſe ſuadere in circumuentione.

Ideòque eſt odioſiſſima contra quoſcumque inducatur, etiam contra Hebraos.

59 *Agens de damno euitando præferri debet.*

Idque, etiam vindicat ſibi locum, quoties vna Eccleſia contra aliam præſcribere intendit.

60 *Eccleſiæ competit reſtitutio in integrum aduerſùs*

Digitized by Google

ſiis præſcriptionem completam ob negligentiam Anteceſſorum.

65 *Fiſcus malam cauſam non habet, niſi ſub bono Principe, teſte* Plinio ad Traianum.

CAPVT CXLIX.

CONSTAT de credito Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Alterij Archiepiſcopi Rauennaten. ex publico Inſtrumento venditionis Molendini ad Menſam Archiepiſcopalem ſpectantis factæ à Cardinali Farneſio Archiepiſcopo ãno 1563 Theſaurario Generali in exequtionem ſpecialis Chyrographi s. m. Pij IV. promiſſa, & conſtituta eidem Archiepiſcopo venditori, & in Archiepiſcopatu ſucceſſoribus in perpetuum annua præſtatione ſcutorum 700. auri ſuper redditibus, & prouentibus Theſaurariæ Romandiolæ, ex quo Inſtrumento venditionis reſultat probatio probata, & veritas ap-
1 parens, & manifeſta ſuper credito, *gloſ. in l. fin.* verbo *manifeſtum C. de rebus credit. Bald. in leg. quoties in fin. Cod. de Iudic.* cum alijs vulgatis.

Prædictę verò venditionis exequtio eſt pariter incontrouertibilis; quia, nedum in plena Reu. Camera Apoſtolica fuit ſolemniter confirmata; ſed etiam demandata exequtioni, tum ob plures ſolutiones per Theſaurarios factas, tàm dicto Cardinali Farneſio venditori, quàm Cardinali de Ruuere ſucceſſori.

Tum etiam, quia poſteà Reuerenda Camera in exequtionem alterius Chyrographi eiuſdem Pij IV. idem Molendinum vendidit Communitati Rauēnæ in pręſentia illud poſſidenti, à qua pretium exegit.

Neque aduerſatur obiectum, quòd prædictum Molendinum fuerit venditum per Cardinalem Farneſium ſub pacto reſolutiuo, quòd in caſu, quò Pontifex per menſem Iulij proximi per cedulam Motus proprij eius manu ſignatam prædictam venditionem non approbet, ſeu confirmet, eò ipſo contractus ſit nullius roboris, & momenti.

2 Cum enim pactum reſolutiuum non operetur, niſi volentibus, & declarantibus ijs, quorum fauore fuit appoſitum, *leg. 1. & 2. ff. de leg. commiſſ. leg. 1. §. idem quæritur ff. de nou. oper. nunciat. l. ſi ſponſus §. ſi quis rogatus ff. de donat. int. vir. & vxor. Ruin. conſil. 35. numer. 31. lib. 1. Merlin de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 7 nu. 4. & ſeqq. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 19. num. 13 Tiraquell. in l. ſi vmquàm* verbo *reuertatur nu. 10. Cod. de reuoc. donat. Caſtracan. de ſociet. cap. 69. num. 10. et ſeq. Leotard. de vſur. qu 80. num. 30. in fin. Card. de Luca de feud. diſc. 57. num. 3. et de Regal. diſ. 196. num. 3. in ſupplem. part. 1. Ludouic. dec. Peruſ. 33. num. 3. Card. Seraphin. dec. 209. num. 1. & 3. et dec. 1150. nu. 1. Card. Millin. dec. 183. num. 8. Card. Caualer. deciſ. 70. num. 4. Buratt. dec. 110. num. 13. Rot. in rec. dec. 109. num. 6. part. 7. & dec. 353. nu. 34. & ſeq. part. 9. tom. 2. et deciſ. 330. numer. 35. et ſeq. part. 11.*

3 Idque, etiam ſi fuerit conuenta reſolutio contractus ipſo iure, vel ſine aliqua declaratione, *leg. ſcimus in princip.* ibique *gloſ.* uerbo *ipſo iure, Cod. de inoffic. teſtam. Tiraquell. in l. ſi vmquam,* verbo *reuertatur num. 10. et ſeq. Cod. de reuoc. donat. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. nu. 14. Merlin. de pignor d. qu. 7. nu. 4. lib. 5. Rot. in rec dec. 422. nu. 4. in fin. p. 4. et dec. 330. n. 36. p. 11.*

Hinc reſultat, vt, quoties, prout in præſentia, contrahentes non declararunt, velle
4 habere contractum pro reſoluto; ſed concordi potiùs conſenſu, elapſo etiam tempore conuento, illud fuerint exequti, & obſeruauerint; tunc pacti illius virtus, & effectus cõquieſcit, & ex voluntate partium cenſetur remiſſum, à qua voluntate, altero poſtmodùm ex contrahentibus inuito, recedi non poteſt, *leg poſt diem 7.,* ibiq, *Bald. ff. de leg. commiſſ. l. commiſſoria, Cod. de pactis int. empt. & vendit.* ibique præceteris *Bald. nu. 10. et conſ. 35. num. 31. lib. 1. Ruin. conſ. 151. ſub nu. 3. & 6. verſ. videtur ergo, lib. 3. Manent. conſil. 129. nu. 14. Rouit. conſ. 37. num. 4. et ſeq lib. 2.* latè *Surd. conſ. 135. nu. 42. et ſeqq.* & latiùs *de alim. tit. 6. qu. 2. nu. 62. vſque ad 69. Gratian. diſcept. 302. nu 18. Buratt. dec. 54. nu. 13. et ſeq. Rot diuerſ. dec. 631. nu. 4. part. 1. in rec. dec. 447. nu. 6. p. 2. et dec. 353. nu. 34. et ſeqq. p. 9. Card. Seraph. dec. 1150. nu. 1.*

Obſeruantia verò, & exequtio prædicti cõtractus videtur incontrouertibilis, nam Reu. Camera Apoſtolica, nedum illum confirmauit; ſed ſucceſſiuè pro exequtione ſecundi Chyrographi S. M. Pij IV. vendidit prædictum Molendinum vetus irreuocabiliter, & in perpetuùm Communitati Rauennæ, recepto prætio; ideòque, cum de re vendita diſpo-
5 ſuerit, dicitur abſque difficultate exequtus, obſeruatuſque contractus; nam alioquin eadem Camera vendere non potuiſſet, niſi priùs conſentiendo, & ratificando prædictam venditionem; ad hoc, vt poſſet, quod ſuum erat, vendere, *l. ſi filius fam.* vbi *Bart. ff. ad Senat. Conſult. Maced. Iaſ. in l. quæ dotis, num. 90. & ſeq. ff. ſolut. matrim. Pariſ. conſ. 21. nu. 33. vol. 4. Cæſar de Graſſ. dec. 3. nu. 13. de fideiuſſor.* & in terminis pro inducenda approbatione cõtractus ponderauit *Card. Caualer. dec. 100. n. 5.*
6 & magis in ſpecie pro receſſu à pacto reſolutiuo *Cyni in l. commiſſoriæ num. 4. circa fin. Cod. de pact. int. empt. et vendit.* ibique *Bart. & Angel. vterque num. 1. Albert. in l. Aemilius num. 4. ff. de minor. Aym. conſ. 106. nu. 2. verſ. ſed magis, Surd. conſ. 136. num. 44. Rouit. conſ. 37. num. 4. & ſeqq. lib. 2. Bich. deciſ. 616.*

num,

Digitized by Google

num.15. vbi in ſpecie, quòd pactum reſolutiuum cenſeatur remiſſum ex venditione poſtmodùm facta de bonis emptis, tamquàm proprijs.

Præcipuè, quia, poſtquàm Reu. Camera irreuocabiliter, & in perpetuum Molendinũ controuerſum Communitati vendiderat, vtique illud non poterat ampliùs Cardinali Farneſio venditori reſtituere; & nihilóminus
7 ea eſt præcipua virtus pacti reſolutiui, vt contractus habeatur pro non facto, omniaque in priſtinum reducantur, perinde, ac ſi non fuiſſet celebratus, leg. neceſſariò 8. §. 1. ff. de peric. et comod. rei vendit. leg. pecuniam 36. ibique Alex nu. 4. ff. ſi cert. petat. l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. Menoch. conſ. 26. nu. 4 & 33. lib. 1. Caſtrenſ. in leg. qui abſenti §. 1. vol fin. verſ. nepotes, ff de acq. poſſeſſ. vbi quod æquiparetur legi commiſſoriæ, Morot. reſp. 6. num. 24 et ſeq Eugen. conſ. 29. ſub nu. 32. verſ. ſecundò mouet, & ſeq. lib. 1. Peregrin conſ. 77. nu. 7. lib. 3. Gratian. diſcept. 307. nu. 4. Cyriac. contron. 240. nu. 20. & ſeqq. & controu. 500. nu. 31. et ſeq. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 3. Mareſcot. var. lib. 1. reſolut. 90. numer. 1. et ſeq. Giurb. deciſ. 24. num. 9. et ſeqq. Penia deciſ. 224. nu. 2. Card. Ottobon. dec. 159. nu. 19. Rot. in rec. dec. 1. nu. 8. part. 2. et dec. 199. num. 11. et ſeq. part. 6.

Multòque magis, quia, licèt dictum pactũ reſolutiuum fuerit ſtipulatum, inter Cardinalem Farneſium, & Minalem Theſaurarium; nihilominus poſt annum idemmet Theſaurarius nomine Reu. Cameræ ſoluit, eidem Cardinali ſcuta 233. auri ex annuis ſcutis 700., quæ ſoluit Reu. Camera Menſæ Archiepiſcopali; quinimò exhibentur tres aliæ ſolutiones annuorum ſcutorum 700. auri factæ Archiepiſcopis, ex quibus omnibus ſolutionibus in executionem venditionis factis, longè poſt elapſum tempus pacti reſolutiui, peruecefſè reſultat receſſus ab eodem pacto, & perſeue-
8 rantia in contractu, vt ſunt iura apertiſſima in l. poſt diem 7. ibique Bald. l. de lege §. fin. ff. de leg. commiß. idem Bald. in l. Commiſſoriæ num. 10. Cod. de pact. int. empt. et vendit. Aretin conſ 128. num 6. vbi ait, quem cenſeti confirmare, ratumque habere contractum; ſi ex eo ſoluat, vel ſolutionem recipiat, & conſ. 149. num. 11. et ſeq. Alex. conſ. 117. nu 2. lib 5. Cranett. conſil. 166. numer. 2. verſ. ſed magis, latè Surd. conſ. 135. nu. 42. et ſeqq. Salon. de Pac. conſ. 33. nu. 20. Dec. conſ. 463. nu. 19. Ruin. conſ. 155. nu. 5. lib. 1. Cancer. part. 2. var. cap. 6 nu. 101. et ſeqq. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. numer. 18. et ſeq. Menoch. de recuper poſſeſſ. remed. 15. n. 119. Gratian. diſcept. 302. nu. 18. Surd. dec. 317. Rot. diuerſ. dec. 631. num. 4. part. 1. Buratt. deciſ. 54. num. 16. vbi quód cenſeatur receſſum à pacto reſolutiuo, eò ipſo, quòd quis recepit vigore contractus, & deciſ. 640. nu. 17. & 19. Rot. in rec. dec. 422. num. 9. part. 4. Præcipuè, quando, prout in præſentia, ſolutiones nominatim fuerunt factæ vigore illius contractus; Surd. conſ. 14. nu. 7. et ſeqq. Soccin Iun. conſ. 145. nu. 25. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 10. nu. 2. Gratian. cap. 302. nu. 17. Rot. in rec. dec. 95. num. 4. p. 10. Bic. dec. 184. nu. 16.

Neque objiciatur, quòd abſque ſpeciali mandato Pontificis non potuerit recedi á dicto pacto reſolutiuo.

Cum enim ex ſupra firmatis illud non ſit operatiuum, niſi volente, & declarante eo, cuius fauore appoſitum legitur, ſufficit, Papam numquàm dediſſe mandatum ad declarandam eius voluntatem ſuper reſolutione,
9 quod omninò ſpeciale requiritur, gloſ. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de lib. agnoſ. Caſtr. in l. pupillo §. qui procuratorio, ff. de nou. oper. nunciat. Rip. in l. fin. num. 131. Cod. de reuoc. donat. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 10. num. 94. Pariſ. conſ. 108. nu. 48. lib. 2. & conſ. 31. num. 122. lib. 1. Beron. conſ. 151. num 18. lib. 1. Natt. conſ. 230. num. 8. Roland. conſ. 19. nu. 2. lib. 3. Oldrad conſ. 199. num. 11. Roman. conſ 60. nu. 2. Fulgoſ. conſ. 219. nu. 2. Imol. conſ. 84. in fine, Alex. conſ. 73. num. 8. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 249. num. 7. Surd. conſ. 225. num 2. et dec. 181. n. 16. Rot. in rec. dec. 93. num. 29. & ſeq part. 10. Ludouiſ. dec. 520. nu. 7. Arch. Royas dec. 257. n. 7. & in his terminis Rot. in rec. dec. 336. num. 22. part. 4. tom. 2.

Quinimò conſtat de contraria voluntate Pontificis nolentis contractum haberi pro reſoluto, dum expreſsè mandauit, vt Camera Molendinum, quód à Cardinali emerat, venderet Communitati Rauennæ.

Prædicta verò omnia eò libentiùs admittenda, dum non aliã ob cauſam fuit conuentum, quòd venditio haberetur pro infecta; niſi, quia Theſaurarius Generalis credidit, in celebratione huius contractus forſan in aliqua parte exceſſiſſe fines mandati ſibi per Chyrographum Papæ iniuncti, quos reuera non exceſſit; ideòque, cum reſeruatio confirmationis Pontificis non ſit munita clauſula, & non aliàs, aliter, nec alio modo; quini-
10 mò inuoluat dubitationem ſtante prædicta dictione forſan, l. Gallus, §. forſitan, ff. de lib. & poſthum. leg. 1 §. ſi quis neſciat, ff. de Iur. & fact. ignor. l. Iulia, ff. de ritu nupt. Menoch. conſil. 759. num. 4. Rot. in rec. dec. 533. num. 3. in fin. part. 4. intelligi debet exhibita ad cautelam;
11 quatenus opus fuerit, neque facit contractum conditionalem, & reſoluibilem, ſi alioquin neceſſaria non ſit. Gabr. conſ. 92. num. 7. lib. 1. Add. ad Ludouiſ. dec. 192. nu. 3. Card. Seraphin. dec. 1027. n. 6. et ſeq. Rot. in rec. dec. 218. n. 13. verſ. non autem cum ſeq. p. 7.

Vlteriùs, ſtante ſecundò Chyrographo Papæ mandantis Reu. Cameræ, quòd poſtquàm

Theſau-

Theſaurarius fecerit emptionem Molendini iuxtà modum præſcriptum, illam approbet, & confirmet, non fuit iniunctũ eidem Cameræ, vt abſque aliqua cauſæ cognitione confirmaret dictam emptionem; id enim non erat neceſſarium, quia ſtante primo Chyro-
12 grapho eiuſdem Pontificis; eiuſque aſſenſu ſuper emptione facienda, ceſſabat inferioris auctoritas, *cap. veniente de Iur. iuran. Abb. conſ.41. num.3. lib.1. Pariſ. conſ.24. nu.4. lib. 4. Ruin. conſ.64. num.1. lib.1. Rebuff. de rebus Eccleſ. non alien. n.15. verſ. fallit quãdo Papa, Card. Seraph. dec.1027. nu.8.*

Sed potiùs, vt poſtquàm agnouerit, fuiſſe ſeruatos fines mandati in emptione, procedat ad confirmationem, quæ, cum fuerit facta à plena Camera, dici omninò debet, fines
13 mandati fuiſſe ſeruatos, cum ſit præſumendum, per Executores omnia fuiſſe ritè, rectèque geſta, *Abb. d. conſ.41. lib.1. Dec. conſ. 341. num.12. Capyc. dec.16. nu.4. Seraph. deciſ. 1125. num.2. Puteus dec.356. numer.4. lib.1. in correct. Rot. in rec. dec.71. nu.7. p.6.*

Quinimò confirmatio facta per Cameram
14 eſt potiùs tribuenda Papæ mandanti, quàm Cameræ exequenti, *l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniu. nom. l. hæres teſtamento, ff. de act. empt. cap. cum aliquibus 4. de reſcript. in 6. Bald. cõſ.368. cir. med. lib.1. Surd. conſ.301. nu.38. Crauett. conſ.144. nu.3. Rimin. Iun. conſ.250. nu.19. Cyriac. contron.207. n.39. Rot. diuerſ. dec.167. nu.2. p.2. Ludouiſ. deciſ.252. n.9. Arch. Caril. dec.159. nu.24.*

Probata igitur ex prædictis exequtione, perfectioneque venditionis Molendini controuerſi; abſque dubio debentur Archiepiſcopis Rauennæ annua ſcuta 700. auri in perpetuum loco pretij promiſſa, ſaltem, tam-
15 quàm fructus recompenſatiui, qui regulariter ſunt debiti venditori, qui non debet carere re, & pretio, iuxtá vulgatam diſpoſitionem, *text. in l. curabit, C. de action. empt. Leotard. de vſur. qu.27. per tot*

Huiuſmodi verò creditum clarum fruſtrà nititur Reu. Camera tollere exceptione præſcriptionis, vel ſaltem præſumptæ ſolutionis; hoc enim obiectum ſublatum omninò remanet ex quinque potiſſimùm ſolidiſſimis fundamentis.

Initio igitur primum nobis ſe offert, quia, cum agatur de Iuribus incorporalibus, annuaque præſtatione, non ſolùm conſtare debet de negatiua ſolutionis de facto in præſentia concludenter non probata, prout re-
16 quiritur, per Reu. Cameram, quæ in ea eſt actrix, illamque pro fundamento ſuæ intentionis allegat *Bart. in l. illa ſtipulatione num.5. ff. de verb. obligat.* & in *l. actor. nu.6. Cod. de probat. in antiq. lectur.* & in *l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius vocat. Innoc. in cap. ſuper his nu.10. de accuſat.* ibique *Butr. nu.3. Felin. nu.13. in 3. concluſion. Gabr. de probat. concluſ.6. Bero conſ.19. n.9. lib.2. Aym. conſ.112. nu.6. Caſtr. conſ.171. n.1. in fin. Dec. conſ.649. nu.9. Menoch. conſ.722. nu.46. et conſ.284. nu.11. Spad. conſ.42. nu.6. lib.2. Pariſ. de reſignat. lib. 1. qu.5. nu.16. Surd. de alim. tit.1. qu.48. nu.56. Gratian cap.793. nu.9. Larr. alleg.9. num.20. lib.1. Caſtill. lib.6. de tertijs debit. cap.13. n.17. tom.7. Card. de Luca de Regal. diſc.14. n.3. add. ad Buratt. dec.10. num.30. Oſiſch. dec.108. nu. 3. Card. Caualer. dec.315. nu.5. Rot. in rec. deciſ. 351. nu.4. par.10.*

17 Sed vlteriùs negatiua debet eſſe coarctata, nempè, quòd aliter eſſe non poſſit, *gloſ. in §. hinc nobis*, quam dicit ibi *Angel.* communi Doctorũ ſenſu approbatam *auth. de hæred. et falcid. Bart. in l.1. §. hoc. interdicto nu.8. ff. de itinen. act. priuat. Rip. in cap. cum Eccleſia ſub n. 88. verſ. ratio autem de cauſ. poſſ. & propriet. Bald. in l.1. nu.7. verſ. & tenera Cod. de bon. poſſeſſ. Secund. Tabul. Caſtr. in l.1. nu.22. ff. ſi cert. petat. Rip. in cap.1. ſub nu.9. verſ. et licèt dicat, & conſ.136. nu.21. verſ. item dictus lib.2 Dec. conſ.101. num.2. verſ. debuit enim dicere, Ruin. conſil.145. num.1. lib.5. Purpurat. conſil. 440. nu.13. Alex. conſ.109. nu.8. Card. Seraph. dec.1102. nu 8. Ludouiſ. dec.325. nu.5. et deciſ. 510. nu.1. Card. Caualer. dec.268. num.3. & dec.417. nu.3. Card. Ottobon. dec.185. numer.2. Card. Celſ. dec.44. nu.6.*

18 Quinimò probandum, quòd creditor voluerit exigere; debitor autem denegauerit, denegationique idem creditor longiſſimo tempore acquieuerit; aliás non releuat in huiuſmodi enim actionibus negatorijs numquàm poteſt incipere poſſeſſio omninò ad
19 præſcribendum neceſſaria; niſi etiam concurrat ſcientia, & patientia illius, de cuius agitur præiudicio, quo caſu negatio, ſeu contradictio, cum ſubſequuta patientia, & acquieſcentia, dicitur ſtare loco poſſeſſionis, *leg. quoties §. vlt. ff. de ſeruit. gloſ. in leg. qui luminibus*, verbo *formam, ff. de ſeruit. vrban. prædior. Angel. in leg. cum notiſſimi, §. imò, & illud numer 6. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor. Bart. in leg.1. §. in hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. Bald. in l. malè agitur numer.4. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. annor.* vbi quòd, qui vult præſcribere annuam præſtationem in futurum, non ſufficiat, quòd ipſe ceſſauerit à ſoluendo, niſi interpellatus, vt ſoluat, recuſet ſoluere, quia ex tunc interrumpit poſſeſſionem Domini *Innoc. in cap. bonæ de poſtulat. Prælator. Abb. in cap. illud numer. 21. de præſumpt. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina, numer.68. de cauſ. poſſeſ. et propriet. Io. Fab. et Iaſ. in §. æquè, inſtit. de action. Afflict. in conſtit. Regni quadragenalem numer.11. Couarr. in reg. poſſeſſor. in 2. part. §.4. nu.6. verſ. huic ſanè obiectioni, Caſtr. in l.2. nu.5. Cod. de ſeruit.*

*ſeruit. & aqu. Abb.in cap.illud. nu.21. de præ-
præſcript. Alex.conſ.108. num.4. & conſ.136.
n.19. lib.2.* ibiq;latè *Roueſcal.in addit. in ver-
bo item ad hoc, Crauett.conſ.973. num.23. &
ſeq. Io.de amic. conſ.50.nu.8.et conſ.56.num.7.
Gallia conſ.25 num.46. & ſeqq.Bardellon.conſ.
94.num.18. Roland.conſ.53.nu.28.& ſeq. lib.
2. Rimin.Iun.conſ.10.nu.29.et 34.et conſ.589.
nu,14. Menoch conſ.887. num.48.et ſeq. Spad.
conſ.141.num.4. et 14.lib.2. Caſtill.lib.6. con-
trou.cap.29.de Tert.debit.num.4.et ſeqq.tom.7.
Noguerol.alleg.39. nu.43. Larrea alleg.16. nu.
24.lib.1 .Fontanell.de pact.nupt. tom.2.clauſ.7.
part.9. nu.55. verſ.cumque, Poſth. de manut.
obſeruat.58. nu.9.et ſeqq. Ant.Fab.in C. lib.7.
tit.8 de long.temp.præſcript. defin.2. Caualcan.
lib.5. dec.4. num.55.& dec.7.nu.15 .Ioſeph Lu-
douic.dec.Peruſ.106.* ſignanter *num.15.* benè
Rovit. *dec.97.nu.4. et ſeqq. Reuerter. dec.328.
num.2. in fin.Card.Serap.d.dec.1102.nu.8.Bu-
ratt.dec.572.nu.13. Archiep. Royas deciſ.387.
num.8.Card.Caualer.dec.91.nu.12.Card.Otto-
bon.dec.185. nu.3.et ſeq. Card.Celſ.dec.44.n.8.
Rot.in rec.dec.31.nu.2. p.8.*

Idque adeó verum eſt, quòd, quámuis poſ-
20 ſeſſio amiſſa dici debeat eo ipſo, quòd quis
ſcit, eſſe ab alio occupatam, & nihilòminus
tacet, etiam ſine lapſu temporis, vel vbi de
hoc non conſtat, per lapſum decem annorum,
per quem, vel præſumitur obliuio, vel poſ-
ſeſſionis deſertio, *Bart.in l.ſi de eo, §.ſi fortè
nu.4. ff.de acq.poſſ et in l.1. § huius autem n.3.
verſ quarto modo, ff vti poſſid. DD. in l.1. §. ſi
ſeruus, & in l.ſi rem mobilem, ff.de acq.poſſeſſ.
Alex.conſ.235. nu.1.Crauett.conſ.235. num.1.
Gionagn. cap.170. num.1. et 18.lib.2. Add.ad
Ludouiſ.dec.327. nu.26, verſ. verùm, Buratt.
dec.730.nu.6. Merlin.dec.18. n.1.et ſeqq.Card.
Mant.dec.95.Bich.dec.655.n.4.*

Nihilòminus, vbi agitur de huiuſmodi an-
nuis præſtationibus, vel ſimilibus Iuribus in-
21 corporalibus, non conſtito de præcedenti
petitione, & denegatione, cum ſubſequuta
acquieſcentia, neque lapſus 30. vel 40. an-
norum, obſtat *Bart.in l.1. §.huius autem inter
dicti num.3. verſ.ſed ſi non obſtante,* ibique cæ-
teri, *ff.vti poſſid. Bald.in l.2.nu.44. & 50.Cod.
de ſeruit.et acq.& in cap. querelam n.3.*ibique
*Abb.nu.2. Innoc.nu.3.de elect. Ruin.conſ.165.
num.4. lib.5. Roland. conſ 9. nu.47. lib.3. Co-
uar.in reg poſſeſſor.2.p. §.1. verſ. conſtat. Gra-
tian.cap.113. nu.21. et ſeqq. Lambertin.de Iure
patronat.1. part.2.lib. qu.3.princip. art.15.n.3.
Guid.Pap.dec.619. Put.dec.258. num.2. lib.1.
Card.Mant.dec.172. nu.5. Buratt. dec.347. nu.
10.et dec.604. nu.1.et ſeqq.* vbi *add.n.21.Rot.
in rec.dec.45.num.12.et ſeqq.part.10. Rot dec.
86. numer.8. poſt tract. Poſth. de manut.* Id-
que ea potiſſimũ ratione, quia in incorpora-
libus poſſeſſio, non niſi per denegationem de-
bitoris dicitur interrupta, ſoloque animo
retinetur, *Rip.in cap. cum Eccleſia Sutrina
num.11.in fin.de cauſ.poſſ. & propriet. Rot. in
rec.d.dec.45.n.14.p.10.*

Nullum autem ex prædictis requiſitis præ-
ciſè neceſſarijs ad præſcribendam libertatem
non ſoluendi dictam annuam præſtationem
probatur per Cameram.

Neque huiuſmodi probatio negatiuę ſolu-
tionis poteſt reſultare ex inſpectione libro-
rum Theſaurariæ, in quibus ſolutiones adno-
tatę non reperiuntur.

Omiſſo enim, quòd de huiuſmodi diligen-
ti perquiſitione nullibi docetur; adhuc tacta
non ſuffragatur. Tum quia defectus adnota-
22 tionis in libris potuit euenire ex negligen-
tia Officialium, quæ tertio non præiudicat,
vt in ſpecie *Bardellon.conſ.94.nu.36.*

Tum fortiùs, quia, cum ſolutiones fieri
potuerint, vel per publica Inſtrumenta, pro-
ut accidit in illis in præſenti Iudicio produ-
ctis, vel directè, & immediatè per ipſammet
Reu.Cameram obligatam ad huiuſmodi an-
nuam præſtationem, quàmuis ipſius ſolutio-
nem aſſignauerit ſuper redditibus Theſaura-
23 riæ Romandiolæ, cum id ſolùm ſpecialem
eorumdem reddituum hypothecam præſefe-
rat, *l.codicillis §.inſtituto, ff.de legat.1.* ibique
præceteris *Bart. et Caſtrenſ. Alex. in l. re-
ſcriptum §.ſi pacto ante fin ff. de pact. Rip. in
Rubr.ff.de pignor.nu.5. Bald.conſ.182. nu.2.lib.
5. Roman.conſil.388. nu.2.et conſ.508. num.2.
Caſtrenſ. conſil. 106. ſub numer. 3. lib. 1.
Natt. conſ.109. nu.10.et conſ 341. nu.6. lib.2.
Surd.conſ.162.nu.10.Neguſ.de pign.4. membr.
2.part.num.164. verſ. vigeſimus tertius caſus,
Pacific.de Saluian.inſpect.3.cap.4. nu.602. Af-
flict.dec.162. nu.6.Rot.in rec. dec.458.num.4.
part.4.* et in terminis annuæ præſtationis aſ-
24 ſignatæ à Principe ſuper certis redditibus
Cameralibus, *Bald.conſ.182. nu.2. lib.5.Natt.
conſ.341.nu.6.lib.2.*

25 Meritò ex inſpectione librorum nullo iure
poteſt dici probata negatiua ſolutionis, quæ
excluditur ex ſola poſſibilitate in contrariũ,
quòd, nempè, ſolutiones factæ potuerint ali-
bi, quàm in libris Theſaurariæ adnotari, *l.
neque, Cod.de probat. l.non hoc, Cod. vnde legit.
Bardellon.d.conſ.94. nu.36. Caſſador.dec.4.n.5.
de cauſ.poſs.et propriet.Rot.in rec.dec.323.n.4.
verſ.ſufficit enim part.2. et dec.29.nu.70.par.7.
Ludouiſ.dec.353. nu.2.Bich.dec.400.nu.17. &
ſeq.*vbi, quòd ſufficiat aliquid eſſe poſſibile,
nè probatio negatiuæ non exiſtentiæ con-
cludat.

26 Regulare enim eſt, vt tunc negatiua ſolu-
tionis probetur ex inſpectione librorum,
quando ex eiſdem libris affirmatiua de neceſ-
ſitate probari debet, iuxta receptum monitũ
*Bald.in l.fin.nu.7. Cod.de reb.credit. Ruin.conſ.
35.numer.19. lib.1. Pacian. de probat. lib.1.
cap.44. numer.14. Cyriac. controu.451.n.42.
& ſeq.*

& ſeq. Rot. diuerſ. deciſ.5. ſub num.4. part.4.
27 Prout in ſimili dicitur, quòd ex reuolutione librorum æſtimi non probetur quis non accataſtratus, niſi etiam probetur nullos alios adeſſe libros, in quibus potuerit fieri accataſtratio, *Fulgoſ.conſ.140.nu.3. verſ.ſed cum huius negatiua*.

Secundò excluditur præſcriptio, quia, cum Cardinalis Farneſius anno 1563. vendiderit Cameræ Molendinum, eademque Camera loco pretij ipſi Cardinali, aliiſque Archiepiſcopis ſucceſſoribus promiſerit, & aſſignauerit in perpetuum annua ſcuta 700. auri, ſubſiſtit validiſſimum, & ineuitabile dilegma, quòd, vel iſta promiſſio importat cenſum reſeruatiuum; vel conſignatiuum.

Si eſt cenſus reſeruatiuus, prout abſque dubio talis eſt dicendus contra-
28 ctus, de quo agitur, dum Cardinalis Farneſius dominium Molendini penes Menſam Archiepiſcopalem reſidens tranſtulit titulo emptionis in Cameram, reſeruata ſibi tantùm modò annua præſtatione in perpetuum ſoluenda, *l.fin.Cod.de rer.permut.cap.conſtitutus, verſ.cum autem*, ibique *gloſ.* verbo *iuxtà ratam, cæterique, Canoniſtæ de Relig.domib. & cap.ad audientiam extrà de præſcript. Bart. in l.1.§.1.ff.de publican. Iaſ.in auth.qui rem nu. 10. Cod.de Sacroſ.Eccleſ.* Connan. *commentar. Iur.ciuil.lib.7. cap.12. num.11.in fin. Cranett. conſ.217.num.4.Surd. conſ.162. num.4. Ruin. conſ.160.num.3.6.et ſeq. lib.1. Socein.Sen.conſ. 167. ſub nu.6. verſ.tunc dicitur contractus cenſualis lib.2. Iaſ.conſ.63. num.1. lib.1.* Couarr. *var.lib.3.cap.7. num.1.verſ.ſic, et cenſus dicitur, Sot.de Iuſt.& Iur.lib.6.qu.5.art.1.* Gomez *ad leg.Taur.68.num.2. et ſeq.Molin.de contract. diſp.381.nu.2. et 383. Menoch.lib.1. præſump. 107.n.4. et conſ.983. num.12. et ſeq. Frideric.* Martin.*de* Iur.*cenſ.cap.2. nu.18. Argentar. ad conſuet.Britann.art.73.notab.2. Felician. de cenſ.in præfat.lib.1.nu.9. et 17. Seacc. de commerc.§.1.qu.1. numer.200 & 248. Vrſill. ad Afflict.dec.80. numer.5. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.11.in princip Leotard. de vſur. qu.41. num.2.* aliiſque allegatis, *Cenc.de cenſ. qu.1. num.5. et ſeq.*

Cumque huiuſmodi cenſus reſeruatiui,
29 quorum frequentiſſimus erat vſus ante Bullam B. Pij V. ſint omninò ex natura contractus irredimibiles, tám ex parte creditoris, quàm debitoris, *Couarr.var.cap.10. numer.5. verſ.primum illud*, & *verſ.tertio deprehendi poteſt*, & *verſ. quoties, lib.3.* latè *Auendan. de cenſ.cap.14 nu.6. Duard.eodem tract. in proœmio qu.19. nu.3. et ſeqq. Molin. de contract. diſput.382. num.2. verſ.ſecundus contractus, Boetac.de cenſ.part.2. num.188. Roderic. de ann. reddit.lib.1. qu.15.nu.43. Leotard. de vſur. qu. 41. nu.22. Rot.in recent. dec.8. num.6. & ſeq. part.9.*

30 Ponderando præſertim in caſu, de quo agitur, verbum illud *in perpetuum, ibi de quadrimeſtre in quadrimeſtre in perpetuum ſoluendum*, quod denotat, cenſum reſeruatiuum etiam ex conuentione partium fuiſſe ſine vlla temporis perfinitione conſtitutum, eumque ſemper duraturum, *l.purè §.fin.ff de dol.except. l.ſeruitutes 4.ff de ſeruit. Pinell.in l.1. part.3. num.67. Cod.de bon.mater. Barboſ. in leg.qui tale num.7. ff. ſolut.matrim. Calderin. conſ.17. de verbor ſignific. Bald. conſ.372. ſub num.2. lib.4. Surd.conſ.123. nu.2. Molin. de primog.Hiſpan.lib.1. cap.5. num.33.* & in terminis prædictæ dictionis *in perpetuum* appoſitæ in cenſu reſeruatiuo conſtituto ante Bullam B. Pij V. latè *Gratian.cap.985. à nu.10. & ſeq. ſign. num.16. & ſeqq. Molin. de contract. diſp.391. num.6. Nauarr.de vſur. num.98. in fin. Rot.in rec.d.dec.8.nu.8.et 9.part.9.* & poſt *Cenc.de cenſ.dec.394.nu.1.*

His ſtantibus reſultat, vt, cum non fuerit vnquàm permiſſum Eccleſiæ Rauennaten. agere ad pretium, & redemptionem cenſus,
31 vtique non potuit currere præſcriptio dicti cenſus extinctiua ex notiſſimo Iuris principio, quòd non valenti agere non currat præſcriptio, neque etiam centenaria, quæ negligentiæ pœna eſt, *l.1. in fin. Cod. de annal. except. Alex.conſ.106. num.2. & 4. Natt conſ. 437. nu.5. Caſtr. conſ.467. nu.11. et ſeq. lib.2. Gabr.conſ.163.ſub nu.17. lib.1. Dec. conſ.498. ſub num.22. Menoch.conſ.904. nu.6.et ſeq.Corn conſ.22. nu.16. lib.3. Spad. conſ.342. num.12. lib.3.Leotard. de vſur.qu.54. numer.8.* Cyriac. *controu.321. nu.71. Peregrin.de fideic.artic.41. num.16. et ſeq.& conſ.28. num.16. lib.1. add. ad Molin. de primogen. Hiſpan. lib.4. cap.10. num.10. verſ.neque in hoc, Epiſc.Thomat. dec. 26. nu.29. Rot.in rec.dec.28.num.38. part.8. & dec.291. num.12.et ſeqq. part.16.* Hier. *de Leo dec.Valent.83.nu.15.*

Si verò aſſeramus, cenſum fuiſſe conſignatiuum ſine certo pretio, & pariter erat irre-
32 dimibilis, accedente præſertim dictione *in perpetuum*, ex adductis per *Gratian. diſcept. 985. num.12. Cenc.de cenſ.qu.59.nu.18. verſ. quod tamen, Rot.* poſt eumdem *dec.394.num.1. & ſeq.* Bulla enim B. Pij V. in cenſibus futu-
33 ris; non autem in præteritis inducit redimibilitatem, vt ex verbis eiuſdem Bullæ aduertunt *Molin. de contract. diſp.391. num.6. verſ. ſecundò in fin. Nauarr.de vſur.nu.98 in fin.Gratian. diſcept.985. num.16. Rot.* poſt *Cenc. dict. dec.394. num.4.diuerſ.dec.286.numer.3. & 4. part.4. & dec.154.* poſt *lib.2. conſ.* Farinac.
34 Cum paſſim nouæ conſtitutiones futuris tantùm negotijs legem imponant; non autem præteritis, *l. leges,Cod.de legib. Felin.in cap. vlt.de conſtit. Ruin. conſ.49. num.1. lib.3. Cephal.conſ.51. num.29.lib.1. & conſ.461. n.28. & ſeqq, Rimin.Iun.conſ.56. nu.78, lib.1. Bieb.*

dec.109. n.8.Card.Seraph.dec.1001.nu.2. Idq;
35 procedit, quamuis adſit aliquis caſus præte-
ritus, qui expectat perfectionem in futurum
reſpectu exequtionis, gloſ. in Clem.1. verbo
in poſterum de ætat. & qualit. Bart. in l. omnes
populi nu.44. verſ.aut actus perfectus, ibique
Bologn.num.168.Caccialup.nu.151. Crot. num.
131.ff.de Iuſt.& Iur. Abb. in d.cap vlt. n.11.
ibique Felin.in 4.ampliat.Dec.nu.60. de conſtit.
Iaſ.in l.Iubemus nu 8. Cod.de teſtam. Honded.
conſ.16. nu.16. & ſeq. lib.1. Collegium Bono-
nien. apud eumdem Honded. conſ.14. numer.
20. 40. & ſeqq. Mandell. conſil.185. numer.
25..Calcan. conſil.15. numer. 12. et ſeqq. Becc.
conſil.3. numer.77. Cardin.Seraph. deciſ.1001.
num.3.

Ideoque militant ſuperiùs firmata, quòd
propter naturam inredimibilem non poſſit
currertere præſcriptio contra non valentem
agere.

Tertió, ſublata remanet præſcriptio, quia
in præſenti themate non eſt quæſtio ſuper an-
nuis præſtationibus preteritis; ſed tantùm-
modò in futurum preſtandis Cardinali Ar-
chiepiſcopo; ideóque in iſtis annuis præſta-
36 tionibus, etiam debitis ex contractu, in qui-
bus non datur actio pro decurrendis in futu-
rum, neque vnica de omnibus fieri poteſt ſo-
lutio, quot ſunt termini, tot requirũtur præ-
ſcriptiones cadentes in ipſis fructibus, ſeu an-
nualitatibus; non autem in cauſa productiua,
ſeu Iure exigendi, neque vlla datur præſcri-
ptio pro decurrendis in futurum, quorum
dies ſolutionis adhuc non ceſſit; ſed ſolùm
pro decurſis à 30. annis vltra, iuxta receptam
ſententiam Martin gloſatoris in l.cum acutiſſi-
mi,§.in ijs ibique Bald.& Salic.in princip.Cod.
de præſcript.30.vel.40.annor, quàm ſequuũtur
Caſtr.in l.plures 18.nu.6.poſt.med.verſ.breuiter
opinio, C.de fid. Inſtrum. ubi: de commun.Butr.
in cap.penult.n.7.de cenſ.& ex recentioribus,
Surd.conſ.302.num.8.Cenc.de cenſ.qu.118.num.
17.& ſeq.Gratian.cap.399.num.29.490.num.
1.& 883.num.14. Balb.de præſcript.4.part.4.
part.princip.ſub.num.5. verſ.hoc eſt, Bocace.de
cenſ.part.3.nu.67. Gaill.pract.obſeru.lib.2.ob.
ſer.73. num.1. Aym.de antiq. tempor.part.4.§.
materia nu.34.verſ.ſed vbi ageretur, Andreol.
controu.52.num.13.Conciol.allegat.5.num.34.
Boer.dec.366.Guid.Pap.dec.406.ad fin. Epiſc.
Thomat.dec. Marchiæ 26. num.28. illamque
vti veriorem, reprobata contraria ſententia
Bart.& Citramontanorum, perpetuó amplexa
eſt Rota, relatis antiquis deciſionibus, Putei
259.num.2.& ſeqq.lib.1.& Mohedan.dec.226.
poſt Merlin. de pignor.dec.35.nu.24.poſt Cenc.
de cenſ.dec.302.num.3.dec.230. nu.12.& 304.
num.2.in recen. dec.373.num.14.& duob.ſeqq.
part.9.tom.2. & in terminis annuæ præſtatio-
37 nis, quam vna Eccleſia debet alteri, Card.
Celſ.dec.70.nu.9.

Quartò non eſt locus præſcriptioni ratio-
ne malæ fidei, quæ impedit initium præſcri-
38 ptionis cap.fin.de præſcript.in 6.Abb.conſ.19.
lib.2. Felin.conſ.2.num.6. Put. dec.385. lib.3.
39 idque, etiam ſi vna Eccleſia contra aliam
contendat præſcribere cap. ad aures de præ-
ſcript. Abb. conſ.54. num.1.lib.2.Balb.de præ-
ſcript.2 par.3.par.princip.§.ſextò quero.num.9.
Rot. in recent.dec.208.nu.6.part.1.Duran.dec.
426.nu.22.& ſeq.

De mala autem fide Cameræ Apoſtolicæ
non videtur poſſe dubitari, ſtante ſupradicto
publico Inſtrumento venditionis Molendini,
illiuſque effectuatione cum realibus ſolutio-
nibus, quorum omnium, cum eadem Came-
ra non valeat ſe dicere ignaram, dum in ſuis
40 Archiuijs diligentiſſimè cuſtodit Chyrogra-
pha Pontificia, Inſtrumenta, & libros occa-
ſione percipiendi computa iuxta famigera-
tum conſil.Gemian.96. num.4.

Meritò ex his omnibus probata remanet
41 mala fides impeditiua cuiuslibet preſcriptio-
nis, quæ dicitur abſque dubio refuitare, eò
ipſo, quód quis in ſuo Archiuio habet ſcrip-
turas contrarias rei, ſuper qua præſcribere
intendit Verall. dec.24. num.2.& ſeq. part.2.
Card.Caualer.dec.77.num.7.et dec.91. num.10.
Rot.in recen.dec.3.num.27.et.ſeq.part.7. Regu-
lare enim eſt, vt, quoties conſtat de ſcentia
rei alienæ, dicatur probata mala fides, Bald. et
Angel. in l. ſi quis, Cod. de præſcript.30. vel
40.annor.Felin.in cap.illud de præſcript.Soccin.
conſ.187.col. fin.lib.2.Balbus de præſcript.in 2.
part. 3. part. princip. quæſt.15. imò ſola
ſcientia rei alienæ impedit præſcriptionem
iuxtà monitum, gloſ.in l. nec creditoris verbo
longi ibique Bald. Cod. de pignor. act. Felin.in
cap illud num.1. et in cap.ſi diligenti num.5.de
præſcript.

Idque procedit, nedum reſpectu primi de-
bitoris, qui debitum conſtituit, dictamque
annuam preſtationem perſoluit; ſed etiam
reſpectu ſucceſſorum, quia mala fides aucto-
42 ris nocet ſucceſſoribus vniuerſalibus, etiam
ſi ex propria perſona velint inchoare præ-
ſcriptionem, quidquid ſit in ſingulari ſucceſ-
ſore cap.fin. de præſcritpt. Balb.de præſcript.4.
part.6.part.princip.qu.5.nu.2.fol.325. Roderiq.
de ann.redd.lib.1.qu.17. num.3.verſ.quod tu li-
mita, Decian. conſil.2.num.190. Valaſc.conſult.
49.num.11.Caſtill. tom.1.controuer.de vſufr.
cap.67.num.34.Rot.dec.35.nu.25. poſt Merlin.
de pignor.

Prout è conuerſo negligentia prædeceſſo-
43 rum, ſi quæ fortè adſuit, in exigenda huiuſ-
modi annua præſtatione, quæ neque etiam
probatur, non potuit nocere, neque parere
præſcriptionem in præiudicium Cardinalis
Archiepiſcopi ſucceſſoris indepẽdenter ab il-
lis iure proprio venientis, Bald.in authen.niſi
triennal.col.1.Cod.de bon. matern. ibiq; Pinell.

num.

num.49. & 55. Alex.conſ.18.num.3.lib.5.Fer.
rett.conſ.134.num.12. Caſtr. conſ.466. num.2.
& 3.lib.2.Natt.conſ.437.ſub. numer.5. verſ.ſin
autem, Rimin.Iun.conſ.514.num.43.verſ. tertiò
tãto minus, Menoch.*cõſ.904.n.60.verſ.& cer-*
tum eſt, Spad.conſil.103 numer.10.lib.3.Molin.
*de primog.*Hyſp.*lib.1.cap.24.num.31. Gratian.*
cap.577.numer.41. & ſeq.Peregrin. de fideic.
art. 41. num.16. Ciarlin. controu. 107. numer.
61.& ſeq.Cocin.dec.144. num.5.Rot.in recen.
dec.99.nu.5.part.11.

44 Quintò tandem ceſſat præſcriptio, ſtante
Priuilegio Eccleſiæ Rauennaten. conceſſo per
Imperatores Federicum, & Otthonem poſt-
modùm ſpecificè confirmato à S.M. Leone X.
quòd contra eam nulla poſſit obijci præſcri-
ptio præteriti temporis, niſi centum annorũ,
quòd, eum in præſentia non fuerit elapſum,
45 vtique nulla obſtat præſcriptio, prout de hu-
iuſmodi priuilegijs, *Rodriq. quæſt. Regular.*
tom.3.qu.35. art.6. Tamburin. de Iur. Abbat.
tom.1. diſp.16. qu.14.nu.4.Caren. reſolut.210.
num.4. Fontanell. *dec.586.nu.10. Epiſc. Spe-*
rell.dec.121.n.52.lib.2. Vbald deciſ.117.n.2.

Neque meretur attendi reſponſio ex ad-
uerſo data, quòd nempè Eccleſia Romana
46 ſit pariter priuilegiata in genere centenariæ
præſcriptionis, *cap.ad audientiam, cap. cum*
nobis, vbi *Abb. nu.14.* cæterique Canoniſtæ,
& nouiſſimè *Formoſin. num.5.& 6. de præſcri-*
ption. Auth.quas actiones, Cod. *de Sacroſ. Ec-*
cleſ. auth.vt Eccleſ.Roman. cent. annor. gaud.
præſcript.Pinell.in auth. niſi nu.57. Cod. *de*
bon.matern. Couar. in cap.poſſeſſor part.2. § 2.
numer.9. Balb *de præſcript.part.2. 3.part.prin-*
cip.qu.11.nu.4. & part.1.5.part.princip.qu.4.
n.2. inter tract.diuerſ.vol.17. Molin.de Iuſt.&
Iur. tract.2. diſp.72. num.4.verſ.ſecunda, Pap-
pon. lib.12.tit.13.arreſt.1.Spad.conſ.13. nu.13.
lib.1.Epiſc.Sperell. dec.135. num.22. & deciſ.
121.num.51. lib.2. Boer. dec.264. numer.24.
Afflict.dec.67.Guid.Pap.dec.161.Rauden ſ.dec.
47 117. atque adeò, quòd Eccleſia Rauennaten.
vti inferior non poſſit ſe tueri dicto priuile-
gio aduersùs Eccleſiã Romanã præſcribentẽ.

Præter quàm, quòd enim priuilegium
48 Eccleſiæ Romanæ eſt intelligendum de paſ-
ſiua præſcriptione; non autem de actiua, iu-
xtà ſingularem theoricam *Cyn.in d. authent.*
quas actiones in 4.qu. ibique *Bart.n.6.* qui dicit
perpetuò notandum *Iaſ.nu.13.Cod de Sacroſ.*
Eccleſ.Caſtr.in l.ſi quis 3.n.4.ff.quodquiſque Iur.

Adhuc ſublata remanet quælibet difficul-
49 tas, nam, cum S.M. Leo X. dictum priuile-
gium Imperiale ſpecificè confirmauerit, qui-
nimò illud denuò conceſſerit, abſque dubio
ex vi dictæ confirmationis Eccleſia Rauen-
naten poterit ſe tueri dicto priuilegio centi-
nariæ præſcriptionis, nedum contra alias
Eccleſias, *Felin.in d.cap.ad audientiam nu.28.*
in fin. verſ. niſi Papa de præſcript. Archidiac. in
cap.quo Iure nu.19. diſtinct.8. ibique *Gemin.*
nu.15. Balb.de præſcript.part.1. partic. prin-
cip.qu.5.nu.2. in fin.

50 Sed etiam aduersùs Eccleſiam Romanam
præſcribere intendentem, prout in terminis,
diſcuſſo ad partes articulo, & reſpondendo,
omnibus contrarijs, egregiè firmat omninò
perlegendus, *Abb. conſ.101.num.9.& ſeqq.*
præcipuè in fin. verſ.item præſuppoſito, et conſ.
102. num.2. in fin. verſ. & numquid Monaſte-
rium, et ſeqq. lib.1. qui in ſpecie priuilegij
centenariæ præſcriptionis conceſſi ab Impe-
ratoribus Federico, & Henrico Monaſterio
Sanctæ Crucis poſtmodùm confirmati per
Papam Honorium, optimè ſubſtinet, quòd,
ſtante prædicto priuilegio Imperiali à Papa
confirmato, nullo iure poſſit Eccleſia Ro-
mana contra Eccleſiam inferiorem ſic priui-
legiatam præſcribere.

Idq; ea potiſſimùm ſolidiſſima ratione, vt.n.
optimè inquit *Abb.* in locis proximè laudatis,
cũ Papa ſpecificè confirmauerit, ſeu conceſſe-
rit d. priuilegiũ Imperiale; huiuſmodi confir-
matio locum habere debet indiſtinctè, etiã ſi
51 Papa velit pręſcribere contra eamdem Ec-
cleſiam priuilegiatam; latiſſima enim facien-
da eſt interpretatio contra Principem priui-
legiantem, ſiue confirmantem Imperiale pri-
uilegium alicui Eccleſiæ conceſſum, *l.fin.* vbi
Interpretes ff.de conſtit.Princip.Bart.in l. fin.ad
finẽ n.11.C.de ſentẽt.paſſ.Boſſ.in tit.de remed.ex
52 *ſola clem.Princip.n.5.* adeòut vindicet ſibi lo-
cum illud Sapientis, *patere legem, quàm ipſe*
53 *tuleris*, & illud *Iuris conſulti toto ſit; quòd quiſ-*
que Iuris in alterum ſtatuit, eo ipſo debeat vti,
cap. *cum omnes de conſtitut.*

Quod ſatis apertè confirmat idem *Abb. d.*
conſ.101 et 102. vtrobique *in fin.lib.1.* ex do-
ctrina *Anton. de Butr.in cap.cum nobis de præ-*
ſcript. vbi firmat, Papam poſſe præſcribere
54 contra Eccleſiam inferiorem, ſed ſpatio 40.
annorum, & tamen hoc tempus habet Eccle-
ſia inferior ex priuilegio, & Iure ſpeciali per
Papam approbato. ſeu inducto, ergo idem
dicendum in iſto priuilegio Imperiali centũ
annorum, ſi Papa illud confirmet.

Quæ omnia eò libentiùs admittenda. Tum
quia, vt aduertit *Abb.* vbi ſupra, præſcriptio
55 eſt odioſa, & reſtringenda, *cap. cum contin-*
gat de decim. eſt enim impium præſidium, te-
56 ſte *Iuſtiniano, in auth.vt Eccleſia Romana cen-*
tum annor.gaudeat præſcript. circa med. ibi *nec*
iniquis hominibus impium remaneat præſidium,
gloſ. & Ang. in leg.1. ff.de negot.geſt.Fulgoſ.
conſ.122.num.1. verſ.quinimò, & iniquiſſimum
remedium eſſe affirmant; *Roman.conſ.149.n.3.*
Alex.conſ.77.num.3. lib.6. Soccin Sen.conſ.86.
num.10.lib.1. Rimin.Iun. conſ.258.nu.27. Cy-
riac.contr.321. num.80. ideòque, quando res
in ſupremis agitur Tribunalibus, vbi ſola
facti veritas attenditur, quantùm fieri po-
teſt,

teſt, excludi debeat, *Roland.conſ.68. nu.15.*
57 *et ſeq.lib.3.* aſſerens, quòd in Conciſtorio
Principis nulla præſcriptionis ratio habeatur
Rouit.conſ.40. num.14.lib.2. Vrſill. ad Afflict.
dec.13.num.4. Caren. *reſolut.233. nu.1. Petra*
de fideic. qu.14.nu.230. Guid.Pap. dec.483. &
contra eam in dubio pronunciandum, *Becc.*
conſ.90. num.23. et ſeq. Cyriac. controu.321.
num.80. & ſeqq.Rot.in rec.dec.4.nu.10.et ſeq.
58 *part.9.* Eſt enim naturali æquitati contraria,
cum per eam locupletetur præſcribens cum
aliena iactura, *Crauett.conſ.201 nu.37.& 39.*
quinimò eſt contra Ius naturale, itant qui ſe
fundat in tempore, videatur ſe fundare in
circumuentione, teſte *Vrſill.ad Afflict.dec.13.*
nu.1. & ſeq. ideòque eſt odioſiſſima contra
quoſcumque inducatur, etiam contra He-
bræos *Laurent.dec. Auenion.44.n.7.*

Tum etiam, quia Eccleſia Rauennaten.
agit de damno vitando, qno' caſu eius priui-
59 legium præferri debet, *Ludouiſ.dec.473.n.13.*
& in terminis Eccleſiæ contra aliam præſcri-
bere contendentis dixit *Roman. conſil.166.*
num.14.

Tum demum, quia in omnem caſum ſem-
60 per Eccleſiæ Rauennaten. competeret reſti-
tutio in integrum aduersùs præſcriptionem
completam ob negligentiam anteceſſorum,
Odd.de reſtit.in integr. qu.4. art.6. Cabed. decis.
Luſitan.51.nu.8.part.1. Rot.dec.35.nu.26. poſt
Merlin.de pignor.

Poſtremò his omnibus accedit, quòd, cum
agatur de conuentione omninò oneroſa cum
Camera ſuper iſta annua præſtatione pro re-
compenſa Molendini diſtracti, quod erat de
incontrouertibili Dominio Eccleſiæ Raneu-
naten, atque adeò de re merè correſpectiua;
abſque dubio ſors dictę aunnę præſtationis, ſi
fuiſſet redempta, vel per Cameram quouis
modò ſoluta, cum permutatione aliorum
bonorum, non poterat liberè dari Archiepi-
ſcopis ad perdendum, ſed perneceſsè erat fa-
ciendum Inueſtimentum in alijs bonis ſtabi-
libus ex notiſſimis Iuris principiis. Vel ap-
pareret æquiualens permutatio, ſuper qui-
bus, cum per Cameram poſt accuratiſſimas
diligentias ferè biennij ſpatio factas non po-
tuerit dari, neque etiam fumns imaginarius,
dum omnia bona, quæ per hanc Eccleſiam
poſſidentur, ſint antiquiſſima; igitur, vel
reſtituendum eſt Molendinum, vel ſaltem
deneganda non videtur æquiualens annua
præſtatio; non enim videtur æquum, iurique
conſonum, vt dum res agitur cum Eccleſia
Romana, quæ, vtpotè cultrix iuſtitiæ, & ve-
ritatis alienum cum mala fide retinere non
poteſt, debeat Eccleſia Rauennaten. adeò
benè merita cum Sede Apoſtolica carere,
vtroque, cum tàm ingenti præiudicio, quod
nullatenus eſt permittendum ſub iuſtiſſimo
Pontifice, cuius inter cætera ea precipua
61 gloria eſt, *vt ſæpè vincatur fiſcus, qui malam*
cauſam non ſolet habere, niſi ſub bono Principe,
teſte *Plinio in Panegyrico ad Traianum.*

Iuxtà allegata fuit deciſum per Rev. Cameram Apoſtolicam, licèt reſolutio non fuerit exequtioni demandata ob ſcripturas Fiſco Apoſtolico fauorabiles poſtmodùm repertas.

ARGVMENTVM.

Creditor hypothecarius anterior renunciens prelationi non dicitur renunciaſſe hypothecæ, iurique pignoris, cum in eodem Creditore diuerſa ſint Iura, nempè, Ius pignoris, Ius prælationis, & creditum ipſum, Secus aſſerendum, ſi Creditor Ius pignoris in totum renunciet, quia, etiam prælationem amittere intelligitur, quæ eſt qualitas ei inhærens: Ad ornatum nobilis *Martiani* Reſponſi *in l.creditor. qui prior 12.§.qui tecum, ff. qui potior.in pignor. habeant.*

Conſenſus præſtitus per Creditorem remiſſioni anterioritatis hypothecæ, quò ad vnam rem non præiudicat, quò ad alias deſtinctas; Præcipuè, quando remiſſio anterioritatis, ſiue prælationis fuit facta in gratiam debitoris, & fauore certorum creditorum eiuſdem.

Exceptio cedendarum actionum non cõpetit tertio poſſeſſori rei hypothecatæ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hypothecarius anterior renuncians anterioritati ſuper parte pretij tantùm, non dicitur renunciaſſe hypothecæ, Iurique pignoris.*
Expenditur ſingulare Mariani *Reſponſum in* l.creditor qni prior 12.§.ſi tecum. ff. qui potior.in pign.habeant.
2 *In creditore hypothecario anteriori tria diuerſa Iura concurrunt, Ius, nempè, pignoris, Ius prælationis, & ipſum creditum.*
3 *Prælationi, licèt cedat creditor anterior, adhuc remanet creditor hypothecarius.*
4 *Creditor Ius pignoris in totum renuncians, etiã prælationem amittere intelligitur, quia pręlatio cauſatur à pignore, & eſt qualitas ei inhærens.*
5 *Pactum initum ſuper ceſſione, ſiue renunciatione vnius rei, ad aliam non porrigitur.*
6 *Ceſſio limitata, limitatum producit effectum, ſolùmque capit expreſſa, & quæ non ſunt expreſſa, remanent in dominio cedentis,*
7 *Renunciatio eſt ſtrictè interpretanda in caſu, de quo loquitur, neque comprehendit, niſi expreſſa, mul-*

multòque minus virtualiter excepta, ſtante dictione taxatiua.

8 *Renunciatio, quoties aliquid eſt operata, tunc reſtringi debet, vt minus lædat renunciantem, quàm ſit poſſibile.*

9 *Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei*

10 *Idq; in actione hypothecaria eſt receptiſſimum, vt pretium redactum ex venditione rei mihi obligatæ, cum mihi non dicatur obligatum, neque veniat in actione hypothecaria.*

11 *Conſenſus præſtitus per creditorem remiſſioni anterioritatis hypothecæ, quò ad vnam rem, non præiudicat, quòad alias diſtinctas.*

12 *Præcipuè quando remiſſio anterioritatis, ſiue prælationis fuit reſtricta ad pretium rei hypothecæ obnoxiæ in gratiam debitoris, & in fauorē certorum creditorum.*

13 *Exceptio cedendarum actionum non competit tertio poſſeſſori rei hypothecatæ, & de ratione.*

14 *Exceptio cedendarum actionum non poteſt opponi per tertium poſſeſſorem contra creditorem conſentientem alienationi, ſiue remiſſioni pignoris.*

15 *Beneficium cedendarum actionum competens poſſeſſori conuento à debitore non procedit ex aliquo contractu præcedenti, prout accidit inter creditorem, & fideiuſſorem, ſed potiùs ex quadam æquitate, & vrbanitate.*

Expenditur tex. in l. Mulier 20. ff. qui potior. in pign. habeant.

16 *Prædictæ exceptionis vrbanitas, & æquitas legis venit poſſeſſori communicanda, eo modo, quo poteſt ab ipſo creditore nullum pactum habente ſuper hoc cum tertio poſſeſſore bonorum ipſius debitoris.*

17 *Exceptione cedendarum, tunc creditor in caſibus à iure permiſſis poteſt repelli, quando iura, quæ habebat dimiſit, non autem, quando eadem iura non curauit acquirere,*

CAPVT CL.

RETENTIO domus controuerſæ competit Zanardo, donec ſit integrè ſatisfactus de ſorte, & fructibus ſocietatis Officij debitæ per fratres de Zittis qu. Chriſtopharo Faccialetæ, à quo fuit ceſſa eidem Zanardo, non obſtantibus duobus obiectis ex aduerſo deductis. Alterum, nempè, renunciationis anterioritatis ſuper rata pretij dictæ domus ad fauorem creditorum poſteriorum. Alterum verò exceptionis cedendarum obſtantis Zanardo, ex quo non poſſit cedere Iura Aduerſario ſuper dicto pretio in Æde publica depoſito, ſtante predicta anterioritatis renunciatione.

1 Quó enim ad primum, cum Faccialeta renunciauerit anterioritati ſuper parte pretij tantùm; abſque dubio non poteſt dici renunciatum hypothecę, iurique pignoris ſuper domo, vt expreſsè probat ſingulare *Martiani* Reſponſum *in l. creditor qui prior 12. §. ſi tecum, ff. qui potior. in pignor. habeant.* vbi creditor, qui permiſit, vt res ſibi pignorata alteri obligetur; & iſto priùs ſoluto, quæritur an pignus priori remaneat obligatum; diſtinguit Iuriſconſultus, inter abſolutam pignoris remiſſionem, ſolamque ordinis ceſſionem, conſenſum, & permiſſionem, vt ſunt verba *text.* ibi: *Pecunia autem ſoluta, ſecundo, an rursùs teneatur tibi, rectè quæritur; erit autem facti quæſtio agitanda, quid inter eos actum ſit: vtrum vt diſcedatur ab hypotheca in totum prior conceſſit creditor alij obligari hypothecam: an vt ordo ſeruetur, & prior creditor ſecūdo loco conſtituatur*, per quē *text.* in his pręciſis terminis, quòd, ſi prior creditor prælationem, & gradum dumtaxat cedat alteri inferiori creditori; adhuc remaneat creditor hypothecarius, neque dicatur renunciata hypotheca, firmat egregiè videndus *Salgad. in labyrint. creditor. part. 3. cap. 13. §. vnico num. 46. cum pluribus ſeqq. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 9. num. 48.* ſubdens, hanc eſſe veritatem, *Hodiern. ad Surd. dec. 163. nu. 3.*

2 Idque, ea potiſſimùm ratione ex ſolidiſſimis Iurium principijs deſumpta, quia in creditore anteriori, & hypothecario tria Iura diuerſa concurrunt, nempè, ius pignoris. ius prælationis ob temporis, vel priuilegij anterioritatem, & creditum ipſum, quorum duorum priorum quodlibet poteſt dimittere, aut renunciare, & cedere, alijs duobus remanentibus; nempè iure ad creditum,

3 & iure ad pignus; ſi ſolam prelationem cedat; ſi verò ius pignoris in totum renunciet,

4 etiam prelationem amittere intelligatur, quia prælatio cauſatur à pignore, & eſt qualitas ei inherens, quo ſublato, prelationem extingui neceſsè eſt; prout apertè adnotat *Salgad. in labyrint. credit d. part. 3. cap. 13. §. vnic. nu. 46. et ſeqq.*

Parumque releuat, quòd, cum illa pars pretij domus controuerſæ, ſuper qua cadebat renunciatio Faccialetæ, fuerit ſoluta creditoribus, qui licèt poſteriores, fuerunt nihilóminus etiam effecti anteriores ex vi prædictæ renunciationis: hinc reſultet, vt pro dicta rata, & pro parte prætij ſoluta dictis creditoribus effectis anterioribus, competat Andoſillæ emptori retentio domus emptæ.

Siquidem creditores anteriores, ſtante dicta renunciatione anterioritatis fuerunt ſolùm effecti anteriores tātūmodò ſuper pretio domus, vt expreſsè fuit cōuentū in Apoca, ibi: *Non oſtante l'anteriorità de' noſtri crediti. alla quale ſopra detto prezzo ſolamente renūciamo*; nō autem poteſt dici eiſdē creditoribus alioquin poſterioribus fuiſſe quæſitam anterioritatem hypothecæ ſuper domo, ob quàm emptori poſſit competere retentio aduersùs

5 alios creditores venditoris, Tum, quia, cum pactum initum ſuper ceſſione, ſiue renunciatione vnius rei ad aliam non porrigatur, *leg. quidquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig. l. ſi*

vnus

vnus, §.ante omnia, ff.de pact. leg. et quidem,
verſ. & ſi certę ſummæ. vbi Interpretes ff. de
hæred.vel act. vendit l.ſi ex pluribus 8.§ lucius
Titius, ff.de ſolut. Odofred in l.qui filius fami-
lias in fin.verſ.videamus expoſitionem,ff.de he-
red.vel act.vendit. Specul.p.2.tit.deceſſion.act.
§.1.ſub nu.28. verſ.eum in contract. ibique Io.
Andr. in addit. verbo quidquid circa princip.
verſ.hic autem quaritur, Incertus Auctor de
ceſſion. ſub nu.18. verſ.nam ceſſio eſt ſtricti Iu-
ris, tract.diuerſ. tom.3. part.2. Alex.conſ.15 ad
fin.lib.2. Surd.conſ.452.num.3. in fin. & ſeqq.
Bertazzol.clauſ.27. gloſ.2. ſub nu.5. verſ. cau-
ſa enim, Card.Mantic.de tacit. lib.3. tit.11. nu.
14. Card.Seraphin. dec.658. ſub n.2. et ſeq. Rot.
in rec. dec.45. nu.18. part.11. Duran. dec.183.
6 nu.3. & ceſſio limitata limitatum ſolùm pro-
ducat effectum, Caren.reſolut.228. nu.2. eru-
ditus Altograd. Iun. contron.11.nu.12. vnde
ſolùm capiat expreſſa, & quæ non ſunt ex-
preſſa, remaneant in dominio cedentis, ſeu
renunciantis, Poſth reſolut.ciuil.133.num.24.
Altograd. Iun. controu.11.nu.13. Duran.d.dec.
183.nu.3.

Meritò renunciatio anterioritatis reſtri-
cta ad pretium domus tantùm, nullo Iure
videtur poſſe extendi ad acquirendam ante-
rioritatem hypothecæ ſuper eadem domo ex
ſupra allegatis.

7 Signanter, quia renunciatio eſt ſtrictè in-
terpretanda in caſu, de quo loquitur, neque
comprehendit niſi expreſſa; multòque minus
virtualiter excepta, ſtante dictione taxatiua
Surd.conſ.46.num.22.et conſ.431. nu.32. et ſeq.
Purpurat. conſ.372. num.4. Gratian. cap.565.
num.63. Rot.in recent. dec.782. num.1. & ſeqq.
part.1. et dec.543.num.10. et ſeq.par.5.tom.2.
8 & quoties aliquid eſt operata, tunc reſtringi
debet, vt minus lędat renunciantem, quàm
ſit poſſibile, iuxtà monitum gloſ in l.ſi domus,
ibique Bart. & alii ff.de ſeruit. vrban. prædior.
Curt Iun.conſ.23. nu.1. Burſatt.conſ.347. nu.9.
Menoch. conſ.282. nu.9. Hodiern. in l. hac edi-
ctal.qu.11. n.110.

Tum fortiùs, quia, cum pretium domus
ſit quid omninò diſtinctum ab ipſa domo
vendita, neque poſſit dici ſubrogatum loco
9 eiuſdem domus, cum verſemur in particula-
ribus in quibus prætiũ nõ ſuccedit loco rei, l.
qui vas 49.§.fin.ff. de furt.l.idẽq;§.ſi tibi ff.qui
potior.in pign.habeãt.l.venditor ex hæreditate,
ff.de hæred.vel act.vendit.l.ſi rem,& pretiũ,vbi
Interpretes ff.de petit.hæred.Neguſ.de pignor.in
5.membr.1.part.nu.48. & ſeq. Bald. in l. pro
debito Cod.de bon.auct.Iudic.poſſid.Iſern.in cap.
1.§ plauſtrorum, quæ ſint regalia, Bald.in leg.
mater num.6. Cod.de rei vindicat. Tiraq.de re-
tract.ligniag.32. nu.20. Alex.conſ.58. num.13
lib.3. Gabr.conſ.37. lib.1. Lanar.conſ.26.nu.14
Valenzuol.conſ.39.nu.52.Surd.conſ.26.nu.2.et
de alim. qu.113.num.3.tit.1. Menoch.conſ.330.
num.19. Loffred.conſ.11.num.10. Anna ſingul.
204. Io Andr. de Georg.alleg.39.num.27.Car-
din.Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.4.tit.
11.num.11. & lib.12. tit.3.num.24.Molfeſ.ad
conſuet.Neapolit.tit.1. part.2. tit.de bonis,q.3.
& qu.5. Ant.Fab. in Cod.lib.3.tit.22. defin.5.
Schrader.de feud.part.7.cap.2. num.34. & ſeq.
Marcian.Iun.diſp.74. num 7. Amat. reſolut.4.
num.10. Milaneſ.dec.9. num.112.lib.2.Franch
dec.64. num.2. 13.Reuerter.dec.202. ibique de
Marinis in obſeruat. Rot.in recent. dec.51.nu.4.
part.10. Idque in hypothecaria apud omnes
10 eſt receptiſſimum, vt pretium redactum ex
venditione rei mihi obligatæ mihi obligatũ
non dicatur, neque veniat in actione hypo-
thecaria, prout eſt text. in l.1. vbi ſignanter
Bart. ff.de diſtract.pignor.de Marinis ad Reuer-
ter. d.dec.202. nu.1. verſ. id quod in hypothe-
caria.

Hinc neceſſariò ſequitur, vt renunciatio
anterioritatis ſignanter limitata, & omninò
reſtricta ad pretium domus nullo Iure ſit ex-
tendenda ad effectum acquirendi anteriori-
tatem hypothęcę ſuper eadem domo; defi-
ciente prout in pręſenti ſubrogatione pretij
loco ipſius domus reſultante, vel ex ſpeciali
Chyrographo Pontificis, vel ex conuentione
partium expreſſa cum ſuis neceſſariis requi-
ſitis.

11 Regulare enim eſt, vt conſenſus præſtitus
per creditorem remiſſioni anterioritatis hy-
pothecæ, quòad vnam rem, non præiudicet
quò ad alias diſtinctas l.ſi vnus §. ante omnia,
ff.de pact. l.ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff.
de verb. obligat.l.1. §.Iulianus,ff. de min.actuq;
priuat.l.voluntariè,Cod.de excuſ.Tutor.Roman.
conſ.168.in princip. Surd.conſ.513. Dec.conſil.
551.num.9. & conſ.697. nu.4. Pacific.de Sal-
uian. inſpect.3. cap.2. nu.388. Altograd. Iun.
contron.11.num.11. Franch.dec.114 numer.4.
Rot.in Meleuitana pecuniaria 30. Ianuar.1651.
§. quia huiuſmodi coram Card.Cerro.

12 Præcipuè, quando, prout in hoc caſu, re-
miſſio anterioritatis, ſiue prælationis reſtri-
cta ad pretium domus hypothecæ obnoxiæ
fuit facta in gratiã debitoris, & in fauorẽ cer-
torum creditorum eiuſdem, quo caſu non
poteſt ſuffragari aduerſario, qui debet con-
ſiderari, tamquàm tertius, gloſ. in l.Paulus,
verbo remiſiſſe, quæ ità reſtringit illum textũ,
qui videtur generaliter loqui, ff. quib. mod.
pignor. vel hypothec. ſoluat. & in leg. ſi ven-
ditor, § 1. ff.eodem tit. & in leg.3. verbo non
læſit. vbi ſignanter Saliceт. numer.2. & ſeq.
Cod. de remiſſione pignor. Bartol. in leg.
ſicut 8. §.debitor fortè, ff.quib. mod.pignor.vel
hypothec.ſoluat. Iaſ.in l.ſi vnus, §.ante omnia,
ff.de pact. Maſcard.de probat. concluſ.1178.nu.
41. Bece.conſ.74. nu.23. Papon. conſ.41. nu.33.
& ſeqq.Grat.diſcept.281.nu.7.Surd. dec.163.n.
5. ibiq; Hodiern. Cyriac. controu.344.num.2.
& ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. vbi quod hæc opinio ſit verior *Surd. dec. 163. num. 19. Rot. in recent. dec. 373. nu. 79. part. 4.*

Minùs etiam obſtat alterum obiectum exceptionis cedendarum.

13 Nam recepta eſt Iuris propoſitio,
quòd tertio poſſeſſori rei hypothecatæ hoc
beneficium, ſeu exceptio cedendarũ nõ competat,
cum ipſe poſſeſſionem á debitore non
eo animo acceperit, vt Iura ſibi cedantur,
ſed hoc veniat extra per conſiderationem
intellectus; prout omiſſis innumeris, qui poſſent
allegari, firmant, *Bald. in l. iubemus 21. in fin. Cod. ad Velleian.* ibique *Bart. num. 4. Salicet. num. 15. verſ. in contrarium Cyn. verſ.* iuxtà
hoc quęritur, idem *Bald. conſ. 109. et conſ. 189. n. 4. lib. 3. de Ponte conſ. 64. n. 1. & ſeq. et conſil. 110. lib. 2. & de poteſt. Proreg. tit. 7. § 9. n. 19. Teſtaij allegat. 12. num. 105. et ſeqq. Tepat. var. tit. 103. cap. 13. Theſaur lib. 4. qu. forenſ. 39. num. 9. Roder. de ann. redd. lib. 2. qu. 9. nu. 11. 13. 22. & tribus ſeqq. Neguſ. de pignor. in 4. part. 3. membr. in 2. quæſt. Saluſt. Tiber. in Prax part. 3. cap. 18. nu. 19. et ſeqq. Amat. Panor.* plures alios
referens *reſolut. 37. num. 20.* optimè *Olea de ceſſ. Iur. tit. 5. qu. 2. num. 39. & 41. in fin.* vbi
ex *Gratian. dec March. 215. nu. 18* ſolùm limitat,
ſi dolo malo crediror liberaſſet, *Pacific. de Saluian. inſpect. 2. cap. 2. num. 356.* & deciſum
teſtãtur *Giurb. dec. 57. n 4. Frãch. dec. 427. nu. 3. Vzu. dec. 100. nu. 2. Milanenſ. dec. 13. n 48.*
14 *lib. 2.* et in ſpecie, quòd contra creditorem
conſentientem alienarioni, ſiue remiſſioni pignoris
non poſſit opponi exceptio cedendarum
per tertium poſſeſſorem, *Gratian deciſ. Mareb. 215. nu. 13. & quatuor ſeqq.* vbi, quòd
15 cum beneficium cededarum competens poſſeſſori
conuenro á creditore, iuxtá *text. in l. mulier. 20. ff. qui potior in pignor. habeant.* non
procedat ex aliquo contractu præcedenti,
prout accidit inter creditorem, & fideiuſſorem;
ſed potiùs ex quadam benignitate, &
vrbanitate, *dict. leg. mulier* ibi: *reſpondit, poſſe videri non iniuſtum poſtulare*, rectèque ponderat
Bald. conſ. 109. lib. 3. hinc fit, vt credi-
16 tor, qui conſeuſit alienationi alicuius rei,
& non poteſt iura cedere, non repellatur per
exceptionem cedendarum; vrbanitas enim,
& æquitas legis venir poſſeſſori communicãda
eo modo, quo poteſt ab ipſo creditore
nullnm pactum habente ſuper hoc cum tertio
poſſeſſore bonorum ipſius debitoris, prout
benè conſiderat *Salicet in d. l. iubemus num. 5. in finalibus verbis, Cod. Velleian.* quem refert
Neguſ. de pignor. part. 5. membr. 3. n. 30. idemque
firmat *Merlin. de pignor. lib. 4. titul. 2. qu. 68. num. 5. vſque in fin.* ſignanter *n. 10. et ſeq.*

Ceſſarq; omninò quælibet difficulras; quia
tũc creditor in caſibus à Iure permiſſis poteſt
exceptione cedendarũ repelli, quando, nem-
17 pè, Iura, quæ habebat dimiſit, non autem
quando Iura non curauit acquirere, prout accidit in pręſentia, nam Faccialeta, qui potuit acceptare depoſitum proueniens ex pretio domus ſibi hypothecatæ, id agere noluit, ex quo erat vinculatum, ideòque inſubſiſtens detegitur prætenſio aduerſarij, vt à Zanardo ſucceſſore ſibi cedantur Iura ſuper dicto depoſito, quæ idem Faccialeta numquàm habuit, cum depoſitum noluerit acceptare.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius, adhoc vt poſſit habere regreſſum contra cedentem, ne dum ſunt probandæ exactiſſimæ diligentiæ cedenti denunciandæ pro exactione à nomine ceſſo, ſingulis aduenientibus temporibus; ſed vlteriùs eſt obtinenda Iudicis declaratio, quòd nomen ceſſum fuerit excuſsum, & non ſoluendo repertum.

Stante idoneitate nominis ceſſi, inſpecto ceſſionis tempore, periculum eiuſdem nominis ob diligentias modo ſuperiùs expreſſo non adhibitas in exigendo, ad ceſſionarium pertinet; ſecus aſſerendum, quoties nomen ceſſum, tempore ceſſionis, fuerit omninò inexigibile, vel ius ceſſum ex ſui natura perierit.

Culpæ non poteſt adſcribi ſi quis nõ fecerit, quod factum non erat pro futurum. Expenduntur plura Iura ſatis ſingularia idipſum comprobantia.

Diſpoſitio nobilis *textus in leg. hæreditatum* 68. apud eruditiores incipit *computationi, ff. ad leg. falcid.* eiuſdemque computatio in æſtimanda vita hominis, ſibi locum vindicat, non ſolùm in vltimis voluntatibus, & in caſu *legis falcidiæ*, ſed indiſtinctè in omnibus contractibus, & in quacumque materia, vbi de vita hominis æſtimanda agitur; Reprobatur contraria ſententia *Afflict.*

Si quid annuum à paupere fuerit donatum, liberabitur donans ſemel ſoluendo pro annis quindecim. Ad ornatum celebris *textus in leg. ſi quis argentum 35. §. ſin autem, Cod. de donat.* cuius decidendi ratio affertur.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius, adhoc, vt habent regreſſum contra cedentem, probare debet, exactiſſimas feciſſe diligentias in exigendo contrà debitorem ceſſum.*

Idque etiam in caſu, quo ſit promiſſa exigibilitas, vel ſit renunciatum beneficio excuſſionis, vel agatur de ceſſione ſolutionis cauſa. ibid.

Amplia num. 16.

Refertur dictum Alphij *fœneratoris dicere ſolentis, ſæpè euenire, vt bona nomina, non appellando, mala fiant.*

2 *Diligentiæ ſunt faciendæ per ceſſionarium ſingulis aduenientibus temporibus, quibus cedit dies ſolutionis.*

3 *Imò obtinenda Iudicis declaratio, quòd debitor ceſſus fuerit excuſſus, & non ſoluendo repertus.*

Neque ſufficiunt diligentiæ vſque ad ſententiam, imò neque vſque ad excuſſionem; niſi ſuper eadem excuſſione feratur interloquutoria.

4 *Diligentiæ ſunt omninò denunciandæ cedenti, quatenus videat, ipſum ceſſionarium ſatisfactionem conſequi non poſſe.*

5 *Periculum nominis ad eum pertinet, cuius culpa deterius factum ſit.*

Expenditur text. in l. periculum 35. ff. ſi cert. petat.

6 *Stante idoneitate nominis ceſſi, inſpecto ceſſionis tempore, abſque dubio periculum eiuſdem nominis, illiuſque deterioratio ob diligentias non adhibitas in exigendo ad ceſſionarium pertinet.*

7 *Secus aſſerendum, quando conſtat, nomen debitoris ceſſum ab initio, tempore ceſſionis, fuiſſe omninò inexigibile.* & nu. ſeqq.

Culpæ non poteſt alicui adſcribi, ſi non fecerit, quod factum non erat profuturum. ibid.

8 *Periculum, & interitus rei non imputatur moroſo, ſi res, quàmuis diligens fuiſſet, eodem modo eſſet peritura.*

9 *Iniuriæ, aut damni, licèt teneatur, qui, vt arceret incendium à ſuis ædibus, vicinas deſtruxit; tamen, ſi æquè vicinæ ædes eſſent perituræ, ceſſat obligatio.*

Expenditur text. in l. ſi alius 7. § eſt, & alia ff. quod vi, aut clam.

10 *Maritus, qui tenetur pro damno, ſi non fulſerit domum dotalem, ab obligatione eximitur, ſi domus dotalis deuſta ſit, quia, & ſi domum reficeret, ſimiliter periret.*

Examinatur text. in l. & in totum 4. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. ibid.

11 *Magiſter Nauis, etiam ſi in conuentione deficeret, & in alia Naui, quàm electa, merces vehendas inuexerit, etiam ſi obligatus ſit ad damnum, ſi merces amittantur, tamen ſi in effectu, etiam ſi adimpleret, merces eodem modo perirent, non tenetur.*

Perpenditur textus in l. ſi vehenda; §. ſi ea conditione, ff. ad leg. Rhod. de iact. ibid.

12 *Depoſito in reſtituendo, ſi moram fecerit depoſitarius; nihilominus, ſi poſt moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, vt depoſitarius non teneatur.*

Expenditur text. in l. ſi plures 14. §. ſiue autem. ff. depoſit.

13 *Cedentis denunciatio à ceſſionario facienda, an ſit neceſſaria, quando non agitur de euictione, ſed potiùs de regreſſu ceſſionarii contrà cedentem in caſu inexigibilitatis nominis ceſſi.*

14 *Ius ceſſum, quoties ex propria natura deficit, non eſt neceſſaria moleſtiarum denunciatio à cedente ceſſionario facienda.*

15 *Declaratur* Rota in rec. dec. 49. num. 17. & duob. ſeqq. part. 12.

16 *Ceſſionarius tenetur adhibere diligentias in exactione nominis ceſſi, etiam ſi in ceſſione fuerit adiectum pactum à cedente de ſupplendo, ac reficiẽdo debitum in omnem controuerſiam impedimenti, ceſſationiſque à ſolutione.*

17 *Diſpoſitio* l. hæreditatum 68. *aliàs* cõputationi ff. ad leg. falcid. *computans vitam hominis, illamque æſtimans, ſibi locum vindicat, non ſolùm in vltima voluntate, & in caſu* legis falcidiæ, *ſed etiam indiſtinctè, vbi agitur de vita hominis æſtimanda.*

18 Reprobatur *contraria ſententia* Afflict. *& aliorum affirman, diſpoſitionem* d. l. hereditatũ, ff. ad l. falcid. *ſolũmodò procedere in caſu* legis falcidiæ.

19 *Prædicta ſententia ſolùm recipi poteſt in æſtimatione rei à paupere donatæ; nam ſi quid annuum fuerit donatum, liberabitur donans ſemel ſoluendo pro annis quindecim.*

Expenditur textus in l. ſi quis argentum, 35 §. ſin autem donator, Cod. de donat. *& de ratione, cui innititur.*

20 *Reprehenduntur diuinationes* gloſæ in leg. ſi quis argentum, §. ſin autem, Cod. de donat.

21 *Refertur ſententia minus vera, & in* Rota *non recepta, affirmans, æſtimationem vitæ hominis Iudicis arbitrio relinquendam, inſpecta ætate, valetudine, aliiſque circumſtantiis.*

22 *Exceptio enormiſſimæ læſionis, vtpotè altiorem requirens indaginem, non valet retardare exequtionem obligationis Cameralis.*

23 *Exceptio requirens altiorem indaginem non dicitur, quoties in mero Iuris articulo conſiſtit, nam facto firmato, ius ſemper dicitur certum.*

24 *Secus aſſerendum, quoties verſamur in exceptione Iuris dubii, & controuerſi, quæ aſſimilatur dubio facti.*

CAPVT CLI.

ABSOLVENDVS Vanninus, quia ad hoc, vt Aduerſario, cui fuit facta ceſſio commoditatis exigendi fructus penſionis à Canonico Titulari, poſſit competere regreſſus contra eũdem Van-
1 ninum cedentem, nedum ſunt probandæ exactiſſimæ diligentiæ ceſſionarij contra debitorem ceſſum, etiam in caſu, quod ſit promiſſa exigibilitas, *l. ſi mandauero tibi* la ſeconda, *§. interdum. in fin. ff. mandati, l. decem ff. de verbor. obligat. Rum. conſ. 45. nu. 41. in fin. & ſeq. lib. 2. Becc. conſ. 105. ſub numer. 25. & ſeqq. Soccin. Sen. conſ. 273. num. 6. verſ. confirmatur, lib. 2. Dec. conſ. 99. nu. 4. Gozadin. conſ.* 38. *num.* 11. *Rimin. Iun. conſil.* 507. *numer.* 57. *& ſeq. Menoch. conſ. 778. num. 3. & ſeq. Eugen. conſ. 73. num. 15. lib. 1. Altograd. conſ. 37. num.*

29. &

29. & ſeqq. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 13. numer. 8. & 11. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. numer. 15. Theſaur. Iun. quæſt. forenſ. 10. nu. 8. lib. 4. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. numer. 263. Guzman. de euict. quæſt. 35. numer. 34. & 37. Mangil. eodem tract. qu. 78. nu. 1. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 17. num. 33. Caren. reſol. 143. num. 11. Prat. diſcept. 21. num. 73. lib. 1. Hodiern. contron. 27. num. 18. & ſeq. vbi num. 19. etiam ſi nomen debitoris ceſſum eſſet duræ exactionis, & num. 21. quàmuis interuenerit Iuramentum, De Mariu. reſolut. 42. nu. 5. lib. 1. Olea. de ceſſion. Iur. tit. 7. qu. 3. num. 37. & 39. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 49. nu. 44. Leotard. de vſur. qu. 39. num. 53. referens illud Alphij fœneratoris dicere ſolentis, ſæpè euenire, vt bona nomina, non appellando, mala fiant, Cyriac. contron. 110. nu. 7. aliiſque pluribus congeſtis Andreol. contron. 275. num. 1. aſſerens id procedere, etiam ſi fuerit renunciatum beneficio excuſſionis, & contron. 115. num. 4. 7. & 11. de Marin. ad Reuerter. dec. 430 num. 2. in fin. verſ. qui ſubdit. Staiban. Iun. reſol. 190. num. 77. & ſeqq. lib. 2. firmans, quòd probetur negligentia, eò ipſo, quòd quis habuit poteſtatem agendi, & non egit, Galeot. contron. 14. num. 21 lib. 2. vbi etiam in ceſſione ſolutionis cauſa, Epiſc. Antonell. de tempor legal. lib. 1. qu. 36. num. 8. & ſeq. Roſa conſul. 7. num. 77. Add. ad Buratt. dec. 476. nu. 17. Card. de Luca. de eredit. diſc. 64. & de dot. diſc. 7. vtrobique num. 10. & deciſum teſtantur Maſtrill. dec. 240. num. 10. Surd. dec. 326. num 42. Barz. dec. 119. num. 22. Franciſ. Marc. dec. 411. part. 2. Epiſc. Tomat. dec. 29. num. 18. & ſeqq. Merlin. dec. 639. num. 7. Rot. in rec. dec. 45. num. 12. part. 11. repetita poſt Oleam de ceſſion. Iur. dec. 15. nu. 10.

2 Eædem diligentiæ ſint faciendæ, ſingulis aduenientibus temporibus, quibus cedit dies ſolutionis, nam alioquin non dicitur, ceſſionarium nominis præſtitiſſe, quod in ſe ſuit, vtendo iuris remediis opportunis, Becc. dict. conſ. 105. poſt num. 25. Prat. d. diſcept. 21. nu. 39. & ſeq. lib. 1.

3 Quinimò obtinenda Iudicis declaratio; quòd debitor ceſſus fuerit excuſſus, & non ſoluendo repertus; non enim ſufficiunt diligentiæ vſque ad ſententiam, imò neque vſque ad excuſſionem incluſiuè, niſi ſuper eadem excuſſione feratur interloqutoria, prout in terminis poſt Ruin. conſ. 44. nu. 6. & ſeqq. lib. 1. firmant Altograd. d. conſ. 37. n. 30. lib. 1. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 256 Mangil. de euict. qu. 78. n. 3. & ſeqq. Caren reſolut. 143. num. 12. Hodiern. contr. 27. num. 22. Harthman. Piſtor. qu. 212. numer. 14. Andreol. contron. 115. in fin. & contron. 275. num. 1. in fin. Add. ad Buratt. dec. 476. nu. 17. Epiſc. Antonell. lib. 1. qu. 36. & ſeqq. numer. 9. Epiſc. Thomat. dec. 29. num. 18. verſ. verum & ſeqq.

4 Sed vlteriùs prædictæ diligentiæ ſunt omninò denunciandæ cedenti, quatenus videat, ipſum ceſſionarium ſatisfactionem conſequi non poſſe, vt in ſpecie Becc. d. conſ. 105. n. 20. & 26. Cyriac. contron. 375. num. 18. & tribus ſeqq.

Huiuſmodi verò diligentiæ, tàm reſpectu
declarationis obtentæ à Iudice ſuper excuſ-
ſione debitoris ceſſi, quàm etiam ſuper inter-
pellatione cedentis, cum non fuerint factæ
per ceſſionarium, abſque dubio nullus eidem
poterit competere regreſſus contra ceden-
tem, ſed potiùs ipſius ceſſionarii negligentia
in prædictis omnibus peragendis, ob quam
nomen debitoris ceſſum fuit effectum dete-
rius, ipſius ceſſionarij damno cedere debet;
prout eſt textus in l. periculum 35. ff. ſi cert.
5 petat. ibi: Periculum nominis ad eum, cuius
culpa deterius factum probari poteſt, pertinet,
Becc. d. conſ. 105. num. 19. & 25. Ruin. conſ. 45.
num. 4. et ſeq. lib. 2. Gozad. conſil. 38. num. 11.
Eugen conſ. 73. num. 15. lib. 1. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 3. ſub num 8.
Felic. de cenſ. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 15. Hyp-
pol. Maya conſult. 9. per tot. Olea de ceſſ. Iur.
tit. 7. qu. 3. nu. 39. Andreol. contron. 115. nu. 4.
& ſeq. Cyriac. contron. 110. nu. 7. Barz. deciſ.
110. nu. 12.

6 Præcipuè, quia non eſt hæſitandum de idoneitate nominis ceſſi; tàm, inſpecto ceſſionis tempore, quàm poſteà, ſtante exactione facta à ceſſionario per plures annos immediatè poſt eandem ceſſionem obtentam, in quo caſu indubitanter procedunt ſuperiori loco firmata; prout præter ſupra laudatos, comprobant, Ruin. conſ. 93. num. 8. lib. 5. Surd. conſ. 228. num. 16. verſ. dicens, quòd ad probandum, Becc. conſ. 37. num. 20. quos refert, & ſequitur Bieb. dec. 518. nu. 16.

7 Licèt ſecus ſit aſſerendum, quoties liqui-
dó conſtat nomen debitoris ceſſum, tempo-
re ceſſionis, fuiſſe omninò inexigibile, cum
culpæ non poſſit alicui adſcribi; ſi non fece-
rit, quod factum non erat profuturum, re-
8 gulareque ſit, vt periculum, & interitus rei
non imputetur moroſo; ſi res quàmuis dili-
gens fuiſſet, eodem modo eſſet peritura, pro-
ut comprobant quatuor iura ſingularia in
leg. ſi aliàs 7. §. eſt & alia, ff. quod vi, aut clam.
vbi, & ſi teneatur iniuriæ, aut damni, qui, vt
9 arceret incendium à ſuis ædibus, vicinas de-
ſtruxit, tamen ſi æquè vicinæ ædes eſſent pe-
rituræ, ideò, quàmuis aliàs teneretur, ceſſat
obligatio, ibi: quoniam nullam iniuriam, aut
damnum dari videretur, æquè perituris ædibus,
& melior textus in l. & in totum 4. ff. de im-
penſ. in reb. dotal. fact. vbi maritus, qui tene-
10 tur pro damno, ſi non fulſerit domum do-
talem, ab obligatione eximitur, ſi domus

dotalis deuſta ſit, quia, quò ad effectum nul-
lum damnum fuit illatum ex negligentia,
quia, & ſi domum reficeret, ſimiliter periret,
ibi: *Itaque, ſi fulſerit Inſulam ruentem, eaque
exuſta ſit, impenſas conſequitur; ſi non fece-
rit deuſta ea, nihil præſtabitur, l. ſi vehenda §.
ſi ea conditione ff. ad leg. Rhod. de iact.* vbi, etiã
11 ſi Magiſter Nauis in conuentione deficeret,
& in alia Naui, quàm electa, merces vehen-
das inuexerit, etiam ſi ex hoc obligatus ſit
ad damnum, ſi merces amittantur, tamen
ſi in effectu, etiam ſi adimpleret, quod pa-
ctum eſt, merces eodem modo perirent, non
tenetur, ibi: *Habet ex conducto locato eum
priore nauta actionem. Paulus. imò contrà; ſi
modò ea nauigatione vtraque nauis periit tam
id, ſine dolo, & culpa nautarum factum eſſet,
l. ſi plures 14 §. ſine autem ff. depoſit.* nam, ſi in
12 reſtituendo depoſito, putá ſerui, moram
fecerit depoſitarius, in eum omninò trasfer-
tur periculum depoſiti, *l. in Aſia 12. §. fin. ff.
depoſiti*, & nihilominus, ſi poſt moram res
naturaliter perierit, attenditur effectus, &
non obligatio, vt depoſitarius non teneatur,
ibi: *Sabinus, & Caſſius abſolui debere eum,
cum quo actum eſt, dixerunt, quia æquum ſit,
naturalem interitũ ad actorem pertinere. vtique
cum interitura eſſet ea res, & ſi reſtituta eſſet
actori, Hermoſill. in l. 9. tit 2. part. 5. gloſ. 6. per
tot. & in l. 8. tit. 1. par. 5. gloſ. 3. num. 13. Anton
Fab. de error. Pragmat. decad. 18. nu. 10. Luna
conſ. 13. num. 8. & in add. num. 8. Trentacinq.
lib 3. var. tit. de ſolut. reſol. 11. num. 13. & ſeq.
Noguerol. alleg. 7. nu. 46. Maſtrill. dec. 179. nu.
11. Larrea dec. Granat. 14. nu. 13.*

Et in his terminis nominis debitoris exi-
ſtentis non ſoluendo tempore ceſſionis, ex-
preſsè loquuntur ex aduerſo allegati, *Olea de
ceſſ. iur. tit. 7. qu. 3. num. 40. Guſman. de euict.
qu. 35. num. 35. Mangil. eodem tract. qu. 78. nu.
1. & ſeqq. Gratian. cap. 525. nu. 37. Paribel. ex-
pedit. 42. nu. 2. & ſeqq. Galeot. controu. 32. nu.
12. & ſeqq. lib. 1. de Marinis lib. 1. reſolut. 41.
& in obſeruat. ad Reuerter. dec. 430. nu. 2.* no-
uiſſimè *de Luca in labyr. ceſſ. Iur. via 26. nu. 1.*
& Nos latiùs materiam declarauimus *diſp.
129. num. 13. & ſeqq.* in hoc eodem volumi-
ne.

Atque ex prædictis remanet omninò ſub-
latum obiectum, quòd denunciatio, ſiuè in-
13 terpellatio cedẽtis, modo ſuperiùs expreſſo,
non fuerit neceſſaria, quando non agitur de
euictione, ſed potiùs de regreſſu ceſſionarij
contrà cedentem in caſu inexigibilitatis no-
minis ceſſi, ex adductis per *Rotam* ex aduerſo
allegatam *in recent. dec. 49. nu. 17. & duobus
ſeqq. par. 12.*

14 Siquidem in prædicta deciſione firmata
procedunt in terminis toto Cęlo diuerſis; ibi
enim ſatis liquidò conſtabat, ius Regale ſuper
Gabellis ceſſum Monaſterio omninò ex pro-
pria natura defeciſſe ob tẽporum, bellorũq;
deplorandas calamitates, ideòq; optimè *Ro-
ta* reſpondit, non fuiſſe neceſſariã moleſtia-
rum denunciationem in exactione gabellæ
ceſſæ faciendam cedentibus, à quibus, neque
etiam ipſæ moleſtiæ remoueri potuiſſent, ſtã-
15 te omnimoda deficientia prædicti Iuris Re-
galis ceſſi, factoque notorio inexigibilita-
tis, licèt omnes poſſibiles diligentiæ per
ceſſionarium fuerint adhibitæ, in quibus ter-
minis expreſsè loquuntur auctoritates in prę-
dicta *deciſione* laudatæ, nempe, *Dec. conſ. 102.
num. 2. Gratian. cap. 527. nu. 10. Epiſc. Thomat.
dec. 62. num. 11. Rot. in rec. dec. 666. num. 9. &
ſeqq. part. 4. tom. 3.* quæ omnia nullo prorsùs
iure conueniunt in præſencia; ſi enim cedens
congruis temporibus fuiſſet interpellatus à
ceſſionario ſuper difficultate exactionis à de-
bitore ceſſo, vtique pro ſolutione habenda
neceſſarias adhibuiſſet diligentias, quàm
facilè conſequi poterat, præcipuè, quia re-
periebatur actu inſeruiens S. M. Clementi IX.
in munere ſatis conſpicuo, eidem Pontifici
ſummoperè gratus, prout toti Curiæ eſt no-
tiſſimum.

Minùs etiam aduerſatur pactum in ceſſio-
ne appoſitum, quòd in caſu moræ debitoris
nominis ceſſi in ſolutione annuę penſionis,
tunc vnica tantùm præcedente citatione, &
intimatione contra debitorem ceſſum, li-
citum eſſet ceſſionario contrà cedentem ha-
bere regreſſum.

16 Nam huiuſmodi pacto non obſtante, ad-
huc cedens omninó tenebatur adhibere præ-
dictas diligentias contrà debitorem ceſſum,
illaſq; cedenti denũciare, prout in fortioribus
terminis pacti adiecti in ceſſione per cedentẽ,
qui promiſit ſupplere, ac reficere debitum,
& quæcumque perſoluendi in omnem con-
trouerſiam impedimenti, ceſſationiſque à ſo-
lutione, ſingulariter *Ant. Mornacius* ſanè qui
ſic refert deciſum in *in Senatu Pariſienſi in leg.
vlt. num. 2. ff. ſi cert. petat. fol. 336.* quem re-
fert, & ſequitur *Hodier. d. contr. 27. n. 26 & ſeq.*

Prædictis verò omnibus accedat pro re-
tardanda expeditione pręſentis mandati ex-
ſceptio enormiſſimæ lęſionis ex eo reſultans,
nam pro pretio ſcutorum 162. in pecunia
numerata integrè non ſoluto, ſed in parte,
per ſolam confeſſionem de recepto probato,
fuit ceſſum ius percipiendi annuam penſionẽ
ſcutorum 18. auri de Camera, quod pretium
abſque dubio fuit iniquiſſimum, cum enim
Vanninus cedens in optima exiſtens valetu-
dine tempore ceſſionis eſſet annorum 25. il-
lius ætas erat calculanda vſque ad annos 25.
iuxtà nobilem computationem, quam *Marcia-
nus* ex *Vlpiano* tradidit in *l. hæreditatum 68.*
aliàs *computationi ff. ad leg. falcid.* ibi: *ab
annis 25. vſque ab annos 30. annorum. 25.* cu-
17 ius diſpoſitio ſibi locum vindicat, non ſolùm
in

in vltima voluntate, & in caſu leg. faleidiæ, ſed etiam indiſtinctè in omnibus contractibus, & in quacumque materia, vbi agitur de vita hominis ęſtimanda, dijudicandaque lęſione, prout poſt gloſ. communi Interpretum ſenſu receptam in leg. cum hi, §. nihil autem, verbo Iuuene ibique Bald. ff. de tranſact. & in leg. omnium la ſeconda ff. de vſufruct. Salic. in leg. ſi ea pactione. numer. 3. Cod. de vſur. Larr in leg. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, numer. 109. & ſeq. ff. de liber. agnoſ. Lup. in rubr. de donat inter vir, & vxor, §. 25. num. 4. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 3. C. de inoffic. teſtam. Alciat. præſumpt. 44. regul. 1. Gabr. conſ. 168 num. 97. lib. 1. Rolan. conſil. 29. num. 25 lib. 4 Marcabrun. conſ. 75. num. 27. & ſeq. Bero conſ. 40. col. vlt. lib. 2. Surd. conſ. 451. n. 37. & de alim. tit. 9. quæſt. 11. nu. 26. verſic. & aduerte, & ſeqq. & tit. vlt. quæſt. 41. nu. 16. & ſeqq. Couarru. variar. lib. 3. cap. 9. num. 8. Cauale. de vſ. fruct mulier. relict. num. 228. Valaſch. conſ. 188. num. 29 Vrſil. ad Afflict. dec. 34. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. ſub num. 476. verſ. primus caſus eſt, Cancer. var. lib. 2. cap. 11 de treg. & pac. num. 78. & lib. 3 cap. 2. n. 179. Gratian. cap. 756. num. 29. & ſeq. aſſerens, quòd ſit veriſſima ſententia, & cap 55. nu 2. latè, & benè Hodiern. in l. hac edictali qu. 31. num. 10. & ſeq. Franch. dec. 86. num. 2. 3. & 8. in fin. Add. ad Ludouiſ deciſ. 186. lit. B. in fin. Hieron. de Laurent. deciſ. Auenionen. 95. num. 5. & ſeq. & hanc opinionem perpetuò amplexa eſt Rot. coram Cardinali Caualerio dec. 387. nu. 4. in qua fuit declarata læſiua deliberatio penſionum domus fideicommiſſo ſubiectę facta pro ſcutis 270. contra ſenem ſeptuagenarium, qui poterat viuere per quinque annos, Martin. Andr. dec. 69. num. 9 Romana reſciſſionis tranſactionis 16. Iunij 1651. §. tertiò conuenit propè finem coram Cardinali Corrado impreſſa poſt Salgad. in labyr. credit. deciſ. 27. num. 26. vbi, quòd diſpoſitio dictæ legis in quacumque materia ſeruetur, Romana nullitatis ſubhaſtationis penes Marcheſan de commiſſ. part. 1. fol. 1245. ſub num. 5. & in Romana Palatij 17. Maij 1669. §. neque ſuffragari coram Reu. Albergato.

18 Ideòque omninò cauendum á contraria ſententia firmante, diſpoſitionem d. l. hæreditatum 68. ff. ad leg. falcid. ſolùmmodò ſibi locum vindicare in caſu legis falcidiæ, quàm poſt nonnullos antiquiores ſubſtinere ex recentioribus conantur, Ceuall. commun. contra commun qu. 552. Guttierez lib. 3. pract. qu. 17. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. num. 4. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. qu. 5. nu. 17. & ſeq. Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap 9. num 8. Card. de Luca de donat diſc. 54. nu. 12. Afflict. deciſ. 34. Anton. Fab. in Cod lib. 4. tit. 2. ſi cert. petat. defin. 2. Criuell. dec Dolan. 25. num. 17. & ſeqq. Rot. dec. 414. nu. 8. poſt Cenc. de cenſ. cum illam frequentiori Interpretum ſenſu eſſe reprobatam teſtentur auctoritates ſuperiùs laudatæ in ſpecie reprehendentes Afflict. dict. dec. 34.

19 Solumque eiuſdem Afflicti, & ſequacium ſententia recipi poſſet in æſtimatione alicuius rei à paupere donatæ; ſi enim quid annuũ fuerit donatum, liberabitur donans ſemel ſoluendo pro annis quindecim, ità vt tradi poſſit fundus illius æſtimationis, quàm capiunt fructus quindecim annorum; quod procedit ſpeciali fauore donantis, qui cum ex ſua liberalitate conueniatur, meritò debet in aliquo compenſari, iuxtà ſingularem diſpoſinem celebris textus in l ſi quis argentum 35. §. ſin autem donator, Cod. de donat. ibi, In reditibus autem in quindecim annos æſtimationem præſtet; prout in ſpecie tradunt Iaſ. in leg. 2. §. mutui datio, col. pen. limit. 17. ff. ſi cert. petat. et in l. non ampliùs, §. cum bonorum, ff. de legat. 1. & poſt Bald. Fulgoſ. & Salic. Pinell. in leg. 2. part. 3. cap. 4. num. 32. Cod. de reſcind. vendit. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap 9. num. 5. in fin. Tiraq. de retract. conſang. gloſ. 6. num. 20 §. 1. Cancer. lib. 2. var. reſol. cap. 11. nu. 75. Lup. de vſur. comment. 2. §. 2. num. 75. & ſeq. Gerard. ſingul. 34. Cotta in memorab. incip. ſolui non poteſt, Gratian. cap. 55. nu. 5. Vrſill. ad Affl. d. dec. 34. Surd. de alim. tit. 9. qu 41. ſub nu. 16. verſ. mihi igitur pro concluſione placet, Rodriq de ann. reddit. lib. 1. qu. 6. nu. 28. vbi pluribus

20 reſpondet contrariis, ſubdens miſerè erraſſe gloſ. in d. l. ſi quis argentum, § ſin autem, verbo præſtet, plures adducendo diuinationes cõtra textum, benè Hodiern. in l hac edictali qu. 31. num. 12. & ſeq. Ant. Fab in Cod. lib. 4. tit. 2. ſi cert. petat. defin. 2. & 3. & lib. 3. tit 23. de vſufruct. defin. 10. referens hanc ſententiam ſuum Senatum fuiſſe ſequutum.

21 Cæterùm in omnem caſum, quatenus eſſet ſequenda altera ſententia minus vera, & à Rota non recepta affirmans, vt Iudicis arbitrio id totũ ſit demandandum, inſpecta ętate, valitudine cedentis, ſeu vendentis, quantitate pretii, aliiſque circumſtantiis, iuxta deducta per Couar. lib. 3. var. cap. 9. num. 7. & 8. Molin. de Primog Hiſpan. lib. 1. cap. 19. n. 30. verſ. ſed quamuis, Surd. de alim. tit. 9. qu. 11. num. 19. & ſeq. Lup. de vſur. comment. 2. §. 2. num. 54. Molin. Theolog. diſp. 388. nu. 7. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. qu. 1. nu. 298. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. qu. 5 Molfeſ. de contract. cap. 66. num. 66. Card. de Luca de donat. diſc 54. nu. 13. Leotard. de vſur. qu. 49. num. 6. abſque dubio, prædictis circumſtantijs inſpectis, potiſſimùm iuuenili ætate, optimaque valetudine cedentis, ſatis iniquum, ſatiſque læſiuum detegitur dictum pretium ſcutorum 162.

22 Parumque releuat, quòd huiuſmodi exceptio læſionis, vtpotè altiorem requirens inda-

indaginem, non valeat retardare executionem obligationis Cameralis, *Galleſ. de oblig. Camer. part. 4. qu. 1. Caſſador. dec. 1. de mut. petit. Rot.* poſt *Zacch. de oblig. Camer. dec. 98. num. 2.*

23 Nam talis dici non poterit, quoties, prout in præſentia, in mero Iuris articulo conſiſtit; cum enim facto firmato, ius ſemper dicatur certum; iuxtá monitum *Bald. in l. ancilla num. 2. Cod. de furt.*, *& in l. poſtquam nu. 6. Cod de pact.* hinc eſt, vt exceptio incontinenti dicatur probata, vbi non adeſt diuerſitas facti, ſed tantùm Iuris articulus diſcutiendus, *Franch. in cap. ad decimas nu. 11. de reſtit. ſpoliat. & in cap. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Natt. conſ. 502. num. 10. Soccin. Iun. conſ. 67. nu. 9. & ſeq. lib. 4. Amat. conſ. 100. num. 38. Menoch. de arbitr. qu. 53. numer. 4. Graſ. de except. cap. 13. Gratian. cap. 740. num. 47. & 48. Card. de Luca de feud. diſc. 104. num. 10. & de Iudic. diſc. 42. num. 11.* Capyc. *Latr. conſult. 77. n. 25. verſ. & dicitur incontinenti, Pacific. de Saluian. inſpect. 2. cap 2. numer. 85. & ſeqq. Rota* poſt eumdem *dec. 63. num. 13. Tappia. dec. 1. numer. 33. Puteus dec. 233. lib. 3. Card. Seraphin deciſ. 430. nu. 4. & dec. 183. nu. 6.*

24 Contraria verò procedunt, quoties verſamur in exceptione Iuris dubii, & controuerſi, quæ aſſimilatur dubio facti, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *gloſ. in l. 3. §. ibidem*, verbo *ſi obſcurior. ff. ad exibend. Bart. Bald. & alij in l. 1. Cod. de ordin. Iudic. Ang. Aretin. in §. in bonæ fidei inſtit. de act. verſ. quæro etiam, Curt. Iun. conſ. 276. num. 34. lib. 3. Peregrin. de fideic. art. 46. nu. 35. verſ. & adde ante fin.* Capyc. *Latr. conſult. 78. num. 33. Poſth. de manut. obſer. 42. numer. 72. Chriſtoph. Pax. de tenut. cap. 38. num. 5. 24. & ſeq. Card. de Luca de benefic. diſc. 73. num. 31. & de Iudic. diſc. 42. num. 12. Capyc. dec. 10. num. 19. & ſeq Put. dec. 233. num. 3. part. 3. Card. Seraph. dec. 271. ſub num. 6. verſ. ideò ſuccedit. Bich. dec. 386. nu. 31. & dec. 297. nu. 29.*

ARGVMENTVM.

Ceſſio, quando ex interuallo poſt peractã ſolutionem obtineri valeat contra correos iam liberatos. Ad intellectum, limirationemque nobilis *textus in l. Modeſtinus 76. ff. de ſolution.* cuius rigoroſam diſpoſitionem, vtpotè ſubtilitatibus, Iuriſque ambagibus innixam, dignamque Ethnico, non pio Legislatore, in multis caſibus in præſenti diſputatione enumeratis, temperandam, quãtumque fieri poteſt eſſe declinandam oſtenditur.

Mandati fines à Procuratore diligentiſſimè ſunt ſeruandi; nam alioquin Dominum non obligat; cum aliud egiſſe negotium videatur; adeò vt actus à Procuratore geſtus contrà, vel præter formam mandati; non ſolùm in exceſſu; ſed etiam in totum irritetur ratione formæ indiuiſibilis. Ad declarationem, & ornatum *textus in l. eleganter 5. ff. mandati.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio ex interuallo poſt peractam ſolutionem obtenta à creditore contrà correos debendi, eſt inefficax; cum per eamdem ſolutionem iam remanſerint liberati.*

Expenditur text. in l. Modeſtinus 76. ff. de ſolution.

2 *Procurator excedendo fines mandati nulliter agit, neque dominum obligat, cum aliud negotium egiſſe videatur, ad quod mandatum non habet.*

Paria ſunt non habere mandatum, vel illius formam non ſeruare. Ibid.

3 *Mandati fines, neque etiam in modico Procurator poteſt excedere.*

4 *Actus geſtus à Procuratore contrà, vel præter finem mandati, non ſolùm eſt nullus in exceſſu, ſed in totum vitiatur ratione formæ, quæ eſt indiuiſibilis.*

Examinantur iura in l. diligenter 5. ff. mandat. & in l. 1. in princip. verſ. Celſus ait ff. de except. rei vendit. Ibid.

5 *Reprobatur contraria ſententia* Caſtrenſ. *&* aliorum.

6 *Contractus nullus, quoties ex nouo conſenſu ſuperueniente, vel quolibet alio reſpectu conualidatur, tunc conualidatio non retrotrahitur, ſed valet tantum ex nunc, non autem ex tunc.*

Expenditur textus in l. obſeruare 4. in fin. ff. de offic. Proconſul.

7 *Mandati fines, licèt Procurator exceſſerit, nihilòminus ab eo geſta ſubſiſtunt, ſtante ſcientia, & acquieſcentia Domini.*

8 *Ratihabitio, ſignanter in præiudicialibus, inducta dici non valet, niſi probata ſcientia actus cum omnibus ſuis qualitatibus, tàm facti, quàm Iuris.*

Scientia eſt de ſubſtantia ratihabitionis. Ibid.

9 *Præcipuè, quando agitur de tacita ratihabitione, quidquid ſit in expreſſa.*

10 *Ratihabitio; vt ex facto inducatur neceſſe eſt, vt factum æquipolleat verbis, & ſit tale, quòd fieri non poſſit, niſi actus ratus habeatur.*

Secus, ſi factum ratihabitionem neceſſariò non arguat, ſed illud ob aliam cauſam præſumi valeat geſtum.

11 *Mandati fines non eſt præſumendum Procuratorem excedere voluiſſe.*

12 *Ratihabitio Domini, vt inducta dicatur, neceſſaria eſt probatio, quòd Procurator fines mandati exceſſerit, tempore, quo actus per Procuratorem geritur.*

13 Ra-

Digitized by Google

13 *Ratihabitio actus nulli, nihil aliud eſt, quàm nouus actus.*

14 *Ratihabitio actus requirit eaſdem ſolemnitates, quas actus ipſe expoſcit, & ſeqq.*

15 *Ratihabitio reconciliat ea, quæ pendent ab animo, non autem ea, quæ pendent ex aliqua forma, vel alia exteriori potentia.*

16 *Ratihabitio minoris, non valet ſine ſolemnitate neceſſaria, quia in eius contractu certa requiritur forma.*

17 *Solutio quoties à correo eſt facta creditori; ea conditione adiecta, vt actiones contrà alios correos cederentur, tunc reſeruatæ cenſentur actiones cedendæ, adeòut eo tempore ceſſio facta cenſeatur, quo de ea facienda conuentum, actumque fuit.*

Idque etiam ſi conuentio de actionibus cedendis fuerit facta ante ſolutionem.

18 *Ad hunc effectum ſufficit ſignificatio contrariæ voluntatis, vt extincta actio creditoris non remaneat contra correos illius, qui ſoluit, adhoc, vt etiam ex interuallo poſſint actiones cedi.*

19 *Affertur ſententia affirmans, vt Fiſcus potiatur priuilegio cedendi actiones, correo, etiam poſt factam ſolutionem, nullaque præcedente proteſtatione.*

20 *Adducitur altera opinio affirmans, vt Fiſco ſoluens in eius iura ſine ceſſione ſuccedat.*

21 *Refertur contraria ſententia.*

22 *Vbicumque ſuadet æquitas, & Epicheia, etiam ex interuallo, implorato Iudicis officio, fieri poteſt ceſſio.*

23 *Diſpoſitio* legis Modeſtinus ff. de ſolut. *ſolùm ſubtilitatibus, iuriſque ambagibus nititur, dignaque eſt Ethnico, non pio Legiſlatore.*

24 *Sobriè in ea eſt procedendum, & quantùm fieri poteſt declinanda.*

25 *Cedere quis cogitur iura ſua, quando ei non nocet, & alteri prodeſt.*

26 *Circuitus inutiles euitandi, præcipuè in ſupremis Tribunalibus.*

27 *Ceſſio contra hæreditatem poteſt obtineri, etiam ex interuallo, quoties ab hærede beneficiato eſt facta non ex pecunijs hæreditarijs, ſed ex proprio ære, tamquam tertio.*

CAPVT CLII.

CESSIO Iurium obtenta à Reuerenda Camera Apoſtolica ſuffragari omninò debet Maiolo, nullatenus aduerſante vnico obiecto, quòd fuerit inefficax,
1 vtpotè obtenta ex interuallo contra alios correos debendi, poſtquàm fuerant liberati per ſolidationem computorum, contrapoſitionemque partitarum cum eadem Reuerenda Camera ex vulgata diſpoſitione *leg. Modeſtinus 76. ff. de ſolut. Rouebegal. in l. reos nu. 54. & ſeq. ff. de duob. reis, Trentacinq. conſ. 17. num. 29. & ſeqq. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 19. num. 11. Theſaur. quæſt. forenſ. 39. num. 5. lib. 4. Ant. Fab. coniect. lib. 11. cap. 9. & ſeq. & lib. 15. cap. 5. Menoch. lib. 3. præſump. 143. num. 4. Borrell. in ſumm. deciſ. lib. 3. tit. 13. num. 308. Franch. dec. 55. num. 11. Amat. dec. Mareh. 31. num. 18. Crinell. dec. Dolan. 80.* & in præciſis terminis de pluribus pro officio Theſaureriæ obligatis fauore Cameræ, quorum vnus poſt ſolutionem ex interuallo ceſſionem ab eadem Camera reportauerat, *Surd. dec. 308. num. 8. & ſeq.*

Siquidem huiuſmodi ceſſio, inſpectis facti circumſtantijs, vel dici non poteſt obtenta ex interuallo, vel quatenus incontinenti facta non dicatur, ſubſtineri debet, vtpotè à Fiſco obtenta, ad hoc, vt ad vlteriora in exequtione procedi valeat.

Quò enim ad primam partem, cum Maiolus conſtituerit procuratorē Cocchum, impartita facultate contraponendi ad creditum Cameræ ſcuta 27311. quę ab eadem ſibi nomine proprio debebantur, ſpecifica lege eidem Procuratori iniuncta reportandi incontinenti ceſſionem Iurium, nedum contrà obligatos, ſed etiam contrà ipſammet hæreditatem Dominici ſui Patris cum beneficio legis, & Inuentarij aditam, cumque contrapoſitio fuerit facta cum Camera, non obtenta incontinenti ceſſione iurium iuxtà aſſumptum partis aduerſæ; abſque dubio pro-
2 curator excedendo fines mandati, & non ſeruando formam ſibi præſcriptam, nulliter egit, neque potuit Dominum obligare, cum aliud negotium egiſſe videatur ad quod mandatum non habebat, *l. diligenter. 5. ff. mandat.* ibi, *nam qui exceſſit, aliud quid facere videtur*, ibiq; *gloſ.* verbo *aliud, l. ſi procurator. Cod. de procurator. l. tranſactiones, Cod. de tranſact. l. ſed ſi antè, ff. ad Trebell. l. ſi itaque, ff. de Iur. Iurand. Bald. conſ. 402. num. 3. lib. 1.* vbi, quòd paria ſint non habere mandatum, vel illius formam non ſeruare, *Decian. conſ. 493. per tot. Menoch. conſ. 296. num. 2. Pariſ. conſ. 47. nu. 43. lib. 1. Iaſ. conſ. 200. numer. 2. lib. 2. Peregrin. conſ. 93. num. 1. lib. 2. Bim. conſ. 115. num. 7. Neguſ. Iun. qu. 328. num. 8. Morot. conſ. 25. nu. 1. in fin. Cyriac. controu. 278. num. 3. & 6. & controu. 452. num. 1. & ſeqq. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 5. num. 22. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 14. num. 12. & tit. 15. n. 1. & ſeqq. Card. de Luca de credit. diſc. 84. num. 3. Capyc. Galeot. controu. 29. num. 66. lib. 2. Gregor Lopez in l. 19. tit. 5. part. 3. Rot. Ian. deciſ. 174. num. 6. Surd. dec. 209. num. 6. Rot. in. recent. dec. 145. n. 16. & ſeq. p. 9.* vbi, quòd nec etiā in
3 modico mandati fines poſſint excedi, *& dec. 79. num. 3. part. 6. & dec. 423. n. 3. & duob. ſeqq. part. 5. tom. 2.*

4 Adeòut, non ſolùm actus geſtus contrà, vel præter fines mandati, etiam in modico ſit nullus in exceſſu, ſed in totum vitietur; itaut mandans ad nullius partis obſeruantiam teneatur; prout probatur *in d. l. diligenter 5. ff. mandat.* ibi, *nam qui exceſſit, quid aliud facere videtur*, rectèque comprobat alter *text. in l. 1. in princip. verſ. Celſus ait, ff. de except. rei vendit.* ibi *Celſus* ait, *ſi quis rem meam vendidit*

Google

dit minoris, quàm ei mandaui, non videtur alie-
nata , Bald.in l.2.num 6.& ſub num.9.Cod.de
hæredit.action. aſſerens, quòd forma, & man-
datum ſit quid indiuiſibile , *Brun.in tract. de*
forma in tit.de potent. & effect. formæ, verſic.
quartus effectus ex prædictis, fol.45 . col.1. &
fol.52.col.3. verſ.ſecundò ampliatur, Pariſ.cõſ.
47.num.45. lib.1. Lancell. Gall.conſ.53. nu.21.
Borrell.conſ.47.num.29 & 35 .benè *Pedroch.in*
ſuo vnic.reſponſ. de interpret. & reſolut. con-
tract.num.119.& ſeqq.& 131.132. 154. 176.
& 348. Cyriac.controu.278.nu.8.& ſeqq. Ga-
leot.controu.29.nu.68.lib.2. latè plures alios
referens *Conciol.allegat.33.nu.56.*quidquid in
contrarium aberrantes à communi , non re-
5 ctè ſenſerint *Caſtr.in l.ſi aliena, §.1.ff.de negot*
geſt.Cremenſ.ſingul.72.Burſatt.conſ.395.n.19.
*lib.4.*Mandoſ.*in Reg.Caucell.de annal.qu.68.n.*
*7.*quos refert, & ſequitur *Capyc.Latr.conſult.*
108 *nu.21.lib.2.*

Atque adeó, cum ex defectu mandati non
adimpleti, creditum Maioli contrá Camerã
non remanſerit extinctum ; tunc dici debet
compenſatum, quando à Camera fuit obten-
ta ceſſio, quæ idcircò incontinenti facta di-
citur , & non ex interuallo , & operatur effe-
ctum ſuum ex nunc; non autem ex tunc;ſtan-
te enim nullitate contrapoſitionis partita-
rum abſque ceſſione reſultante ex defectu cõ-
ſenſus mandantis , nullo prorſus iure ad eã-
dem contrapoſitionem fieri poteſt retrotra-
6 ctio cum regulare ſit, vt, quoties contractus
nullus conualidatur ex nouo conſenſu ſuper-
ueniente , vel quolibet alio reſpectu , tunc
conualidatio non retrotrahatur ; ſed valeat
tantùm ex nunc , non autem ex tunc, *leg.ob-*
ſeruare 4. in fin. ibi, *ſed ſi antè fecerit , & in-*
greſſus Prouinciam in eadem voluntate fuerit .
credendum eſt videre legatum habere iuriſdi-
ctionem, non exindè, ex quo Prouinciam Pro-
conſul ingreſſus eſt, ff.de offic. Proconſul.& le-
gat. ibique Bart.*ſub.num.4.* admonet, quòd ſi
actus fuerit omninò nullus , itá, quòd aliquo
Iure non poſſit valere ab initio , tunc rati
habitio validet tantùm ex nunc , non autem
ex tunc ; ibique etiam latè *Bald. in §. poſt hæc*
num.7. idem *Bald. in l fin. ſub num.2.* Cod *ad*
Macedon.Dec. in l.ſemper, qui non prohibet,nu.
*16.ff.de reg.*Iur.*Abb.in cap.eum nos , per illum*
textum ſub numer.5. verſ.aut actus non tenet ,
ibique *Butr.num.5.verſ ſed eſt differentia extrà*
de his , quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit.
Aretin.conſ.128.nu.2. Alex. conſ.78. num 24.
lib.5. Pariſ.conſ 49. nu.12.& 61.& conſ.100.
*num.6. lib.1.*Honded.*conſ.38. num.19.& ſeq.*
lib.1. Anguil.conſ.51.num.134. & num.167. &
175.Surd.conſ.318.num.26.lib.3.Gratian. cap.
508.num.25. Cyriac.controu.452. num 40. &
ſeqq.Coſta de retrotract. caſ.4. cap.8.num.16.
Trentacinqu.lib.2.var.reſol.tit de minor.reſ.10
num.2. Giurb.obſeru.85. num.22.Aetolin.reſol.
100.num 49. & ſeq. Altograd.Iun.controu.10.
num.47. Merlin.controu. num.7. & ſeqq. lib.1.
Capon.diſcept.86.n.13. nouiſſimè alijs allega-
tis eruditiſſimus *D.Frãciſcus Romaguera in add.*
ad Conciol.in annot ad ſtatut.Eugubij in Rubr.56
de cõtract.minor.n.60.Car.de Luca de dot. diſc.
78.nu.9. & de credit.diſc.13.n.10.Surd.dec.70.
*n.16.*ibique *Hodiern.nu.2.& dec.245.n.5. &*
ſeqq Oſaſch.dec.119.numer.26. Theſaur.dec.7.
num.2.Ludouiſ. dec.395. num.12. ibique *add.*
num.16. Rota in recent.dec.318. numer.33. &
duob.ſeqq.part.5. & dec.34.n.37.p.8.

7 Neque videtur ſubſiſtere , quòd , quàmuis
Procurator fines exceſſerit mandati , non re-
portando incontinenti demandatam Iurium
ceſſionem ; adhuc tamen ab eodem Procura-
tore geſta dici debent per Dominum ratifi-
cata ſtante eius ſcientia , & acquieſcentia ,
quam ex aduerſo contenditur reſultare ex
deſcriptione contrapoſitionis partitarum *in*
libris Theſaurariæ, *c.cũ olim* il primo *iuncta*
*gloſ.*verbo *protinus de offic.delegat.cap.fin. de*
Iur.Iuran.in 6. Felin.in cap.1.num.12. in fin. vt
lit.non conteſt.Dec.conſ.437. nu.1.Brun.conſ.16.
num.21.Surd.conſ.105.num.38.Cancer. part.2.
cap.14. de procurat.nu.13. Rot.diuerſ.dec.132.
num.6.part.2.

8 Omiſſis enim concluſionibus generalibus ,
ſatiſque notis, quòd, nempè , ratihabitio ſi-
gnanter in præiudicialibus, inducta dici non
valeat , niſi probata ſcientia actus cum om-
nibus ſuis qualitatibus , tàm facti , quàm Iu-
ris , *l.cum teſtamentum, l.non idcirco,* Cod. *de*
*Iur.& fact.ignorant.*Caſtr.*conſ.465.nu.5. verſ.*
reſtat nunc, vol.1.Oldrad.conſ.329.numer.10.
Bald.in l.mater col.2.Cod de rei vindic.& conſ.
*176. circa med.lib.2.*aſſerens , quòd ſcientia
ſit de ſubſtantia ratihabitionis , *Crauett.conſ.*
197.num.14. Aleiat.conſ.164. num.12.Cephal.
conſ.441 numer.93. & ſeq.lib.3. Surd.conſ.28.
num.118. & conſ.105.num.36. & duob.ſeqq.
& conſ.328.num.27.& conſ.425 num.59. Me-
noch.conſ.205. num.37.Altograd.conſ.9.n.22.
li 2.Canc. var.lib.2.tit.6.de ſolut.n.103.Galle-
rat.de renunciat.lib.3.cap.9.num.5.verſ.ſciẽ-
tia igitur, Cyriac.*controu.604.nu.26.& ſeq.&*
controu.289.numer.40. Card.de Luca de feud.
diſc.24. ſub num.8. Caren. reſolut.79. num.12.
Rota in recent.dec.95.nu.4.part.1. & dec.109.
num.1.part.4.Ludouiſ.dec.311.num.15. & poſt
Cenc.de cenſ.dec.278.num.24.Card.Seraph.dec.
477.num.10. & in ſpecie ſcientiæ ſuper ex-
ceſſu mandati *Rot.in recent.dec.298.numer.5.*
part.8.

9 Præcipuè, quando , prout in præſentia ,
agitur de tacita ratihabitione , quidquid ſit
in expreſſa , *Menoch.conſ.561.num.40. Pariſ.*
conſ.100.num.71.lib.1. Gallerat. de renunciat.
d.lib.3.cap.9.num.5.propè fin. verſ. & quam-
uis .

10 Sublata omninò remanet quælibet difficul-

tas ,

tas; Tum quia pro excludenda ratihabitione
ſatis, ſuperque ſufficit, quòd ſcientia contra-
poſitionis partitarum neceſſariò non inferat
ad ſcientiam non factæ ceſſionis; ad hoc enim
vt ex facto iuducatur ratificatio neceſsè eſt,
vt factum æquipolleat verbis, & ſit tale, quòd
fieri non poſſit, niſi actus ratus habeatur;
ſecus ſi factum ratihabitionem neceſſariò nō
arguat, ſed illud ob aliam cauſam præſumi
valeat geſtum, *Bart. & Caſtr. in l. Paulus. ff. rem
rat. haben. Aretin. conſ. 128. nu. 6. Gabr. conſ. 36.
num. 57. propè fin. verſ. cum leuiſſima, & n. 59.
in fin. et ſeq. lib. 1. & conſ. 180. num. 17. lib. 2.
Ludouiſ. dec. 311. num. 17. Rot. in rec. deciſ. 137.
num. 6. part. 8.* & poſt *Cenc. de cenſ. deciſ. 278.
num. 25.* repetita poſt *Vbald. dec. 160. n. 13.*
11 Tum etiam, quia, cum non ſit præſumen-
dum, Procuratorem mandati fines excedere
voluiſſe, cum delictum præſeferat, *Merlin.
dec. 17. num 1. et ſeq. Rot. in rec. dec. 106. nu. 12.
part. 7. & in Romana cenſus 4. Iulij 1657 ſub §.
illius, coram Epiſc. Meltio,* Iuſtiſſimè Maiolus
potuit, imò debuit credere, compenſatio-
nem fuiſſe ſequutam cum Camera, præuia
ceſſione Iurium iuxtà formam in mandato
ſpecificè præſcriptam, prout optimè arguit
*Surd. conſ. 105. nu. 38. propè fin. verſ. potuerunt
enim credere*; atque adeó ad effectum indu-
12 cendæ prætenſæ ratihabitionis, eſſet ex ad-
uerſo concludentiſſimè probandum, Domi-
num ſciuiſſe, quòd Procurator fines exceſſe-
rit mandati, tempore, quo actus geritur per
Procuratorem; tunc enim tacendo, & non
contradicendo, cenſetur factum Procurato-
ris ratum habere, *Alex. in l. ſæpè nu. 87. verſ.
non obſtat, ff. de re iudic. Felin. in cap. cum olim
num. 7. in fin. de offic. delegat. Abb. in cap. nonne
numer. 4. de præſumpt.* quos refert, & ſequitur
*Cancer. var. part. 2. cap. 14. de procurat. nu. 13.
& ſeq. Rot. diuerſ. dec. 132. n. 6 p. 2.*
Tum demùm, quia, etiam ſi probaretur
ſcientia indiuidualis, exceſſus mandati; ad-
huc non releuaret; quemadmodùm enim Iu-
dex de partibus non aliter voluit interponē-
do ſuum decretum, adhibitiſque ſolemnita-
tibus ſtatutariis conſenſum præſtare conſti-
tutioni procuratoris factæ à Maiolo, tunc tē-
poris minore, ad compenſandum cum Came-
ra; quám ea lege expreſsè in mandato præ-
ſcripta, vt, nempè, incontinenti obtineri
deberet ceſſio Iurium à Camera contrà coo-
bligatos, quia alioquin minor conſtituens
remanſiſſet omninò læſus, compenſando cre-
ditum proprium in extinctionem debiti al-
terius, cum repetitione ſoluti facienda via
ordinaria actione negotiorum geſtorum.
Ita etiam non potuit ſine eiſdem ſolemni-
tatibus idem Maiolus adhuc in minori ætate
exiſtens per actus ex aduerſo prætenſos taci-
tè ratificare contrapoſitionem partitarum
nulliter factam à Procuratore, qui mandati

fines exceſſit, ob non habitam incontinenti
13 ceſſionem Iurium; cum enim ratihabitio
actus nulli nihil aliud ſit, quám nouus actus,
*l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. l. obuenire, ff. de ver-
bor ſignif. Soccin. conſ. 92. n. 11. lib. 3. Menoch.
conſ. 80. n. 66. Ludouiſ dec. 395. num. 11.*
14 Meritò omnis forma, & ſolemnitas, quæ
interuenire debuit in actu conſtitutionis Pro
curatoris, vt valeat, adeſſe etiam debebat in
ratificatione ſiue tacita, ſiue expreſſa eiuſdē
actus nulliter geſti à Procuratore conſtituto,
*Bart. in l. 1. §. 1. ff. de legat. 3. & in l. hæredes
palam, §. ſed quid poſt ff. de teſtam. Bald. in leg.
mancipia, Cod. de reb. alien.* egregiè admonens,
15 quòd ratificatio conciliet ea, quæ pendent
ab animo, ſed non quæ pendent ex aliqua
forma, vel ex alia exteriori potentia, infe-
16 rens, quód ratificatio minoris non valeat,
ſine ſolemnitate neceſſaria, quia in eius con-
tractu certa reperiatur forma, *Roman. conſ.
12. num. 6. Aretin. conſ. 127. Corn. conſ. 124. nu.
18 lib. 4. Calcan. conſ. 57. col. 2. verſ. tertio, quia
ratificatio, Menoch. d. conſ. 80. nu. 66. Bellon. Iun.
conſ. 61. num. 6. Roland. conſ. 9 nu. 49. et ſeq. lib.
1. Mandell. conſ. 45. nu. 7. Aldouin. conſ. 77. nu.
33. Surd. conſ. 128. num. 120. & ſeq Gratian.
cap 981. numer. 44. Auendan. de exequ mandat.
part. 1. cap. 4. nu. 34. verſ. hic nota. Lambertengh
ſup. ſtatut. de contract. mulier. in fin. qu. 57. nu.
182. & ſeqq. Muta dec. 98. num. 38.* benè *Ludo-
uiſ. d deciſ. 395. num. 11. & duob. ſeqq.* vbi, quòd
ſtante nullitate actus non fiat retrotrac-
tio, ibique *add. num. 17. & dec. 473. nu. 9 Rota
in rec. dec. 137. num. 8. part. 8. & dec. 324. nu.
17. part. 11. Card. Seraph. dec. 1242. nu. 1. Bich.
dec. 157. nu. 6.*
17 Vlteriùs, neque etiam ceſſio dici poteſt
facta ex interuallo; cum enim procurator
fuerit conſtitutus ab hac parte ad contrapo-
nendum partitas cum Camera, hac conuen-
tione ſpecificè adiecta, vt actiones cederen-
tur; abſque dubio conſeruatæ remanſerunt
actiones cedendæ; itá vt vtiliter cedi potue-
rint per Cameram; quia conuentio prædicta
efficit, vt ceſſio eo tempore facta cenſeretur,
quo de cedendo conuentum, actumque fuit,
idque etiam ſi conuentio de actionibus ce-
dendis fuerit facta ante ſolutionem; prout
diſponitur in eadem *l. Modeſtinus*, ibi, *quòd ſi
ante ſolutionem hoc factum eſt, vel cum conue-
niſſet, vt mādarētur actiones*, ibiq; *gloſ.* ab om-
nibus recepta uerbo *conueniſſet, Bart. nu. 1. &
4. Ronchegal. in l. reos, numer. 56. ff. de duob. reis,
Menoch. lib. 3. præſumpt. 143. num. 6. Gratian.
cap. 286. num. 5. Amat. reſol. 37. nu. 11. Bellon.
de his, quæ fiunt incontin. cap. 50. num. 3. verſ.
vel vbi in ſolutione, Caluin. de æquitat. cap. 77.
num. 15. lib. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 308. nu. 3.
& ſeq. Andreol. controu. 360. numer. 15. Criuell.
dec. Dolan. 80. Rot. diuerſ. dec. 153. num. 2. part.
2.* & in terminis, quód ad hunc effectum ſuf-

Digitized by Google

18 ficiat ſignificatio contrariæ voluntatis, vt
extincta actio creditoris non remaneat con-
tra correos illius, qui ſoluit, ad hoc, vt etiam
ex interuallo, poſſint actiones cedi, egregiè
Noguerol.allegat.11.nu.54.

Cæterùm, etiam ſi admittere velimus iuxtà
contrarium ſuppoſitum, ceſſionem ſuiſſe ob-
tentam á Camera ex interuallo; adhuc illa
19 omninò ſuffragari debet. Non ſolùm, quia
in aliquorũ grauiſſimorũ virorum ſententia
Fiſcus potitur priuilegio cedẽdi actiones, etiã
poſt factam ſolutionem, nullaque præceden-
te proteſtatione, l.in fraudem 45. §. qui pro
alio, ff.de Iur.fiſc., ibi: in quo etiam adiuuari
per officium ſolet, Arias de Meſa egregius
præceptor meus variar.lib.1.cap.23. numer.
21. Alfar. de offic. fiſcal. gloſ.16. priuileg.
36. numer.146. & ſeqq. Noguerol. alleg.11.
nu.60.

20 Quinimò fiſco ſoluens in eius iura ſine ceſ-
ſione ſuccedit, Surd.conſ.444.lib.3. Paſchal.
de patr.poteſt.part.1.cap.8 num.179. Caluin.de
æquit.lib.1.cap.77.num.17.Bellon. de his, quæ
fiunt incontin.lib.1.cap.50.nu.6.& ſeq. Noguc-
rol.d.allegat.11.nu.58.ergo multò magis ceſ-
ſio etiam ex interuallo à fiſco obtenta ſuffra-
gari debet.

21 Sed etiam, quatenus prædicta ſententia
aliquam poſſet pati difficultatem, ex addu-
ctis per Ant.Fab.lib.11.coniect.cap.10. in fin.
Cuiac.lib.18.obſeruat.cap.18.Schifordeger.lib.
2. qu.forenſ.tract.8.qu.4.Olea de ceſſ.Iur.tit.5.
qu.4.num.33.& ſeq. cum qua Nos pertranſi-
uimus diſp.71.num.17.vol 1.

22 Adhuc vbicumque ità ſuadet æquitas, &
Epicheia, etiam ex interuallo, implorato
Iudicis officio, fieri poteſt ceſſio, Surd.conſ.
536. num.5. lib.4.Coſta remed.ſubſidiar.33.nu.
15.& ſeq.Gratian.cap.793.nu.20. & 22. Cal-
uin.de æquit. lib.1. cap.77.nu.11. Bellon.de
poteſt.eor.quæ incontin. vel ex internallo fiunt
cap.50.num.3. Merlin.de pignor.lib.4. tit.2.qu.
75.nu.6.& duob.ſeqq. egregiè Rota coram
Merlin.dec.512.num.18.vbi num.16.in fin.ad-
uertit poſt Molin.de contract.diſ 544. n.8.verſ.
ſatiùs, quòd diſpoſitio d.leg.Modeſtinus. ff.de
23 ſolut. ſolùm ſubtilitatibus, & Iuris ambagi-
bus nitatur, dignaque ſit Ethnico, non pio
Legiſlatore, & ſobriè in ea ſit procedendum,
24 & quantùm fieri poteſt declinanda, rectèque
cõferunt ponderata per Car.de Luca de credit.
diſc.104.n.16.

In præſenti verò themate maxima adfuit
æquitas, qua motus Reuerendiſſimus The-
ſaurarius, conſulta priùs Congregatione
computorum, ceſſionem Iurium Maiolo con-
ceſſit contrà alios coobligatos, etiam poſt
factam ſolutionem, quia huiuſmodi ceſſio eiſ-
dem coobligatis non nocet, neque ipſis quid-
quám deperit, cum in iudicio ordinario vti-
lis actionis negotiorum geſtorum omninò
ſuccumbere debeant, & nihilominùs mul-
tùm proderit huic parti ad repetendum
via exequutiua, & cum fiſci priuilegio pecu-
nias ſolutas Cameræ, abſque defatigatione
inutilium expenſarum in obtinendis tribus
ſententijs conformibus; ideóque faciliùs ceſ-
ſio obtenta ſuffragari debet, Surd.d.conſ.536
25 numer.7. rectèque conferunt firmata per
Franch.dec 55. num.5.tcat.in leg. creditore, ff.
de euict. quòdquis cogi poteſt ad ceſſionem
Iurium, quando ceſſio alteri prodeſt, & ei
non nocet.

26 Signanter ad euitandos inanes circuitus
à quibus Iure abhorrent Clem. Auditor de re-
ſcript. l.Dominus teſtamento, ff.de condit.indeb.
leg. cum fundus, §. ſeruum ff. ſi cert. petat.
Surd.conſ.248.nu.18. & conſ.201.nu.13.Gabr.
conſ.18.num.11.lib.1.Capyc.Latr.conſult.29.n.
14.lib.1. Roſa conſult.32.num.28.Olea de ceſs.
Iur.tit.1.qu.6. num.32. Rot. poſt eumdem decíſ.
54.num.18 & ſeq. in recent.dec.167. numer.8.
part.7.& dec.116.num.3. verſ.& hoc ad eui-
tandos part.3.Franch.dec.527. num.13.Fonta-
nell.dec.71.num.22.Magon.dec.Florent.28. nu.
9. Caualcan.dec.5.numer.42.part.4.latè Giurb.
dec.79. num.12. aſſerens, quòd id maximè
procedat in Supremis Tribunalibus.

27 Multòque magis, quia quoties prout in
præſentia, ſolutio fuit facta à Maiolo non
ex pecunijs hæreditarijs, ſed ex proprio ære,
tamquàm tertio, & animo acquirendi ceſſio-
nem Iurium contrá hæreditatem paternam
cum beneficio legis, & Inuentarii aditam,
ceſſio poteſt obtineri ex interuallo, Bonden.
plures allegans apud eumdem relegendos col-
lectat.33.

ARGVMENTVM.

Legitimatio perſonæ, parte opponente, eſt neceſſaria in quocumque Iudicio, quã-uis exequtiuo, & ſummario, aliàs dicitur nullum.

Contra tertium poſſeſſorem exequtiuè procedi non valet, niſi tamen in Iudicio moto contrà principalem debitorẽ fuerit in quolibet actu citatus pro ſuo Iure, & intereſſe, neq; vnquàm de ſuo titulo docuerit.

Via exequtiua dicitur vulnerata per ſententiam, ſignanter, quando tangit merita cauſæ, neq, Iudex ob aliquod extrinſecum declaret, non eſſe locum exequtioni.

Creditor immiſſus in Saluiano, an & quando poſſit in Iudicio exequtiuo agere.

In

In ſubhaſtatione ſtylus Curiæ potiſſimùm attēdendus circa ſolemnitates adhibendas, etiam ſi Iuri communi aduerſetur, idemq; ſtylus, vtpotè ordinatoria Iudicij reſpiciens, probatur etiam per extraiudiciales atteſtationes.

Diſpoſitionem celebris *textus in leg. & qui ſub imagine, Cod.de diſtract.pignor.* procedere oſtenditur in pignore conuentionali, non autem Iudiciali, & Prætorio, ideoq; admittendus creditor ad licitandum tàm per ſe ipſum, quàm per alium.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio perſonæ, parte opponente, eſt neceſſaria in quocnmque Indicio, quamuis exequtiuo, & ſummario, aliàs redditur nnllnm.*

Non anteà Iuris ratio, quàm perſona quærenda eſt. Ibid.

2 *Idque, etiam ſi cauſa agatur coram Principe.*

3 *Quoties in Inſtrumento non legitur clauſula* conſenſit relaxationi mādati vnica citatione, *non poteſt contra debitorem relaxari mandatnm ſnb vnica citatione ad ſoluendnm, ſed omninò requiritnr citatio ad videndum extendi formam obligationis Cameralis, nec non alia ſnbſequens ad videndum, decerni mandatum.*

4 *Contra tertios poſſeſſores non poteſt exequutiuè procedi,*

5 *Tertins poſſeſſor allegans, bona, quæ olim ad communem debitorem ſpectabant, modò ad ſe pertinere titulo plenæ proprietatis, & dominij impedit, ne exequtiuè ad ſubhaſtationem, deliberationemque procedi valeat.*

6 *Idque, etiam ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta habeant exequtionem paratam, quia non intelligitur contrà tertium.*

7 *Tertius poſſeſſor poteſt exequtiuè conueniri, qnando in Indicio modo contrà principalem debitorem fuit in quolibet actu citatus pro ſno inre, & intereſſe, neque vmquam docuit de eius titulo.*

Declaratur Caſtr. in l. cum filius fam. ſub n. 3. ff. de verb. obligat.

Explicatur deciſ. Rotæ 150. 167. & 224. penes Poſth. de ſubhaſt.

8 *Via exeqntiua dicitnr vulnerata per ſententiā in quo caſu, non ampliùs exequtiuè, ſed per tres conformes ſententias eſt omninò procedendum.*

9 *Signanter, quando ſententia tangit merita cauſæ, in quo caſu dicitur vnlnerata via exequutiua.*

Secns, quando Iudex ob aliquod extrinſecum ſolummodò declarat, non eſſe locum exequtioni.

10 *Immiſſus in* Saluiano *adhnc exequtiuè poteſt agere contra debitorem, neque id eſt incompatibile, aut contrarinm, vti tendens ad eumdem finem ſatisfactionis debiti.*

11 *Id tamen non procedit, quando exequutio iam conſumata trahit ſecnm effectum liberationis per ſolutionem à debitore factam, in qno caſu non eſt licita variatio.*

12 *Agens in Indicio* Saluiani, *qui ſnccubuit, non poteſt obtinere mandatum exequtiuum illiuſq; exeqnutionē petere contra eadem bona debitoris poſſeſſa à tertijs, qui à Iudicio* Saluiani *ſententiam obtinnerunt abſolutoriam.*

13 *Clauſula* ſi quid exequendum *non vulnerat viam exeqntiuam, ſed potiùs illam præſeruat.*

14 *Clauſnla exeqntiua intelligi debet, prout de Iure.*

15 *Clauſula apposita in commiſſione*, quòd procedatur ad exequtionem obligationis Cameralis, quatenus de Iure, *non ſanat vulnus illatum de Iure eidem obligationi per ſententiam.*

16 *In ſubhaſtatione pacificè obſeruata per ſpatium longiſſimi temporis eſt præſumendum, omnes neceſſarias ſolemnitates interueniſſe.*

Imò lapſus triginta annorum ſufficit.

17 *In ſubhaſtatione tres licitatores requiruntur de ſtylo Cnriarnm Vrbis.*

18 *Subhaſtatio facta, omiſſis quibuſdam ſolemnitatibus à Iure communi requiſitis; omninò ſubſiſtit, quoties probatur ſtylus, ſeu ſtatntum illius Cnriæ in contrarium; tnnc enim cenſetur huiuſmodi ſolemnitatibus derogatum.*

19 *Forma ſtatnti eſt ſeruanda, etiam, quòd Iuri commnni aduerſetur.*

20 *Stylns, quoties reſpicit ordinatoria Iudicii probatur ex atteſtationibus extraiudicialibns Curialinm.*

21 *Secus aſſerendum, quando ſtylus reſpicit deciſoria, tunc enim requiritur probatio, quòd fuerit obtentum in contradictorio Iudicio.*

22 *Frnctus dotales, neqne etiam ratione alimentorum poſſnnt peti à filio Matris hærede.*

23 *Fructns dotis pars eiuſdem dotis dicuntur, & veniunt in Iudicio moto pro dote conſequenda.*

24 *Sub promiſſione damnornm, & intereſſe contenta ſnb obligatione Camerali veninnt fructus dotales.*

25 *Fructus dotis, quoties petuntur ex contractu, obligationeqne promiſſoris, eadem competit prioritas temporis, quam habet ipſe contractns pro ſorte dotis.*

26 *Diſpoſitio* textus in l. et qui ſub imagine *C. de diſtract. pignor. procedit in pignore conuentionali, non autem* Iudiciali, *ſeù Prætorio.*

27 *Creditor, vel etiam alius pro eo admittitur ad licitandum, ſicut alius extraneus.*

28 *Creditor poteſt etiam alium ſupponere, qni pro eo ſnb haſta offerat; cnm non videatur æquum, vt fiat differentia inter creditorem, & tertium, ſeù extraneum licitatorem, qnando vtriuſque par eſt conditio.*

29 *Creditor admittitur ad licitandum in pignore Prætorio, ſeù Iudiciali, alio emptore non exiſtente, vel exiſtente, ſed non dignum pretium offerente.*

30 *Traditur diſcrimen inter pignus conuentionale, in quo procedit diſpoſitio* leg. & qui ſub imagine, Cod. de diſtract. pignor. *& pignus Iudiciale, ſeù Prætorinm,* & ſeqq.

31 *Creditor dicitnr procurator, ſeù adminiſtrator debitoris, ſignanter reſpectu conſeruationis pignoris conuentionalis.*

32 *Creditori à Iure interdicitur emptio pignoris* con-

conuentionalis, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam, ne alioquin pro viliſſimo pretio pignus vendat ad proprium commodum, decipiendo debitorem.

33 *Secus aſſerendum in pignore Prætorio, ſeù Iudiciali, & de ratione.*

34 *Diuerſa eſt venditio, quæ fit iure creditoris ab ipſo creditore in vim priuatæ auctoritatis, quæ à lege, vel ab homine eſt tributa, ab ea; quæ fit per Iudicem publica auctoritate ſubhaſta fiſcali.*

35 *Creditor fortiùs admittitur ad licitandum, ſicuti alius extraneus, ceſſante fraude, iuſtoque pretio interueniente, in quo caſu non eſt locus diſpoſitioni* textus in leg. et qui ſub imagine, Cod. de diſtract. pignor.

36 *Declaratur* deciſio Rot. in recent. 289. n. 20. part. 13.

37 *Subhaſtatio, habita fide de pretio eſt nulla, cum oporteat fieri pecunia præſenti.*

38 *Conditionalis oblatio in ſubhaſtatione non eſt admittenda in debito puro.*

39 *In ſubhaſtatione non valet conſtitui cenſus, annuuſque redditus, quia hoc eſt habere fidem de pretio.*

40 *In ſubhaſtatione poteſt haberi fides de pretio ſtante conſenſu creditoris, qui ſuum liberauit debitorem.*

41 *Præcipuè, quando confeſſio creditori de recepto, debitoriſque liberatio emanauit in ipſo deliberationis actu.*

Secus, ſi ex interuallo.

42 *Actus, qui non habuit effectum, non eſt habendus in conſideratione.*

C A P V T CLIII.

MANDATVM relaxatum contrà bona hæreditaria Ennij, & Camilli de Androſijs pro fructibus cenſuum non videtur exequendum; ſed potiùs confirmanda ſententia Reuerendiſſimi Arioſti, qua fuit declaratum, Antonio Mariæ Blancho, à quo Aduerſarius cauſam habet, nullum ius, nullamque actionem competere pro dictis cenſibus ſuper bonis qu. Ennii Andreotii pro credito dotis deliberatis.

Quò enim ad mandatum, executionem
nullo iure meretur ob apertiſſimas nullitates,
inter quas, omiſſis alijs duæ potiſſimùm ſunt
magni faciendæ; Altera, nempè, reſultans
1 ex defectu legitimationis perſonæ, quæ, par-
te opponente, eſt omninò neceſſaria in quo-
cumque Iudicio, quamuis executiuo, &
ſummario, aliàs redditur nullum, *arg. text.
in l. non ignorat 9. Cod. qui accuſar. non poſſ. l. ſi
quæramus 4 ff. de teſtam.* non enim anteà Iu-
ris ratio, quàm perſona quærenda eſt, *l. qui-
dam referunt 14. in princip. verſ. eſſe enim de-
bet, ff. de Iur. codicill.* & eſt *textus* expreſſus in
l. licet 24. C. de procur. & ita per prædicta iura
tradunt *Bart. in l. 2. in fi. C. de edic. Diu. Adr. toll.
Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu inhabilit.
ſeù mãdati n. 3. & 59. Marant. in Prax. p. 4. diſt.
9. nu. 38. Raudenſ. conſ. 15. num. 52. lib. 2. Pariſ.
conſ. 11. num. 2. lib. 2. Burſatt. conſ. 129. num. 7.
& conſ. 125. eodem num. lib. 7. Ruginell. pract.
quæſt. & prima part. num. 87. & 88.* aſſerens,
2 id habere locum, etiam ſi cauſa ageretur co-
ram Principe, *Graſſ. except. 4. n. 88. & 95. Vir-
gil. de legit. perſon. in prælud. num. 1. & ſeq. Cy-
riac. controu. 384. num. 1. & 4. Caren. reſolut.
51. num. 1. Caeberan. dec. 1. numer. 35. Maſtrill.
dec. 258. num. 3. part. 2. Ludouiſ. dec. 223. num.
3. Add. ad eumdem dec. 264. nu. 5. Rot. in rec.
dec. 388. nu. 13. p. 12.*
3 Altera verò, quia in præteuſis inſtru-
mentis cenſuum non legitur clauſula,
*conſenſit relaxationi mandati vnica cita-
tione*; ideòque non poterat relaxari manda-
tum ſub vnica citatione ad ſoluendum, ſed
omninò requirebatur citatio ad videndum
extendi formam obligationis Cameralis, nec
non alia ſubſequens ad videndum decerni
mandatum, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 1. capit.
27. num. 1. & ſeqq. Ridolphin. in Prax. part. 1.
cap. 6. numer. 27. & ſeqq. Buratt. deciſ. 683.
num. 5.*

Concurrente præſertim iniuſtitia; cum
enim Flaminius noſter principalis poſſe-
derit bona hæreditaria qu. Ennij ex titulo le-
gitimæ deliberationis pro credito anteriori,
eademque bona per ipſum Flaminium fuerint
in dotem tradita Iulio Salæ, vtique, cum tàm
4 Flaminius, quàm Iulius ſint tertij poſſeſſo-
res, neque ſint hæredes Ennij communis de-
bitoris, non poterat contrà eoſdem executi-
uè procedi, iuxtà celebrem, receptamque
theoricam *Alexand. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſu-
per rebus nu. 28. verſ. & benè facit,* ibique *Bart.
num. 3. Caſtr. num. 2. Iaſ. numer. 9. ff. de re Iudic.*
idem *Bart. in leg. ob maritorum, verſ.
quæro numquid pendente, Cod. ne vxor pro ma-
rit. Felin. in cap. cum ſuper num. 5. eodem tit. A-
retin. conſ. 86. Ruin. conſ. 87. num. 1. et ſeq. lib. 4.
Parlador. var. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5.
num. 1. & ſeqq. Galleſ. ad formam. Cam. in 2.
part. quæſt. 2. numer. 3. Zacch. de oblig. Camer.
part. 5. numer. 36. add. ad Ludouiſ. deciſ. 362.
numer. 12. Rot. deciſ. 171. numer. 1. penes ſe-
cundum volum. additionale, Poſth. de ſubhaſt.*
5 *& num. 21.* vbi, quòd tertius poſſeſſor alle-
gans, bona, quæ olim ad communem debi-
torem ſpectabant, modò ad ſe pertinere,
titulo plenæ proprietatis, & Dominii, im-
pediat, ne executiuè ad ſubhaſtationem, de-
liberationemque procedi valeat, *Ludouiſ.
dec. 22. n. 1. & ſeq. Bich. dec. 288. nu. 1.*
6 Idque etiam, ſtante ſtatuto, quòd Inſtru-
menta habeant executionẽ paratã, quia nõ
intelligitur contra tertium, *Alex. conſ. 83.*

num.

unm.13.lib.2.Ruin.conſ.87.num.1. & ſeq.lib. 4. Berouſ.conſ 47.num.6. lib.1. eruditus *Altimar.de nullit.Rubr.4.qu.4.num 6. & Rubr.12. qu.22.num.53. & ſeqq. Manſ.conſult.34. n.7. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.27. num. 33.* doctus *Romaguera in addit. ad annot. Conciol.ad ſtatut.Eugub.Rubr.3.de mod.proced. in cauſ.ciuil.num.62.* ibique idem *Conciol.num 46. Duran.dec.37.num.8. Ludouiſ. deciſ.362. num.6.*

Quód fortiùs procedit contrà Iulium, qui litem non ſubſtinuit, ſed tantummodò denunciauit Flaminio moleſtias ſibi illatas, qui litem in ſe ſuſcepit, adeòut Iudicium contrà eumdem Flaminium ſemper fuerit agitatum, qui ſententiam fauorabilem à Reu. Arioſto obtinuit, nullatenus comprehenſis in commiſſionibus ex aduerſo exhibitis dicto Iulio, eiuſque vxore, prout liquidò ex earum lectura colligi poteſt.

7 Atque hinc patet, nullo prorſus Iure aduerſari deciſiones penes *Poſth.de ſubbaſt.150. num.3. & 4.167.num.13. & 224. numer.12.* quæ ſolùm procedunt, quando, nempè, tertius, in quolibet actu fuit citatus pro ſuo Iure, & intereſſe in Iudicio moto contrà principalem debitorem, neque vmquàm docuit de eius titulo, in quo caſu contrá eumdem tertium poſſeſſorem exequtiuè procedi potuit, prout in *d.dec.167.num.3. & dec.224. numer.4. verſ. ceſſat etiam difficultas*, penes *Poſth. de ſubbaſt.* cui potiſſimùm inſpectioni eędem deciſiones innituntur, & in eiſdem terminis loquuntur ex aduerſo adducti *Caſtr. in l.cum filius fam. ſub num.3. verſ. ex quibus ſimiliter, ff.de verbor.obligat.Dec.conſ.69.num. 32.lib.2.Ruin.conſ.34.in fin.lib.5. Surd. conſil. 334. num.12. Mareſcott. var. lib.1. cap.86. nu. 51. & lib.2. cap.121. num.7. Altimar. de nullit*, plures allegans *Rubr.12.qu.22. numer 64. Romaguera in addit.ad annot.Conciol.ad ſtatut. Eugub. Rubr.3.de modo procceden.in cauſ.ciuilib.nu.63.*

Secus aſſerendum, quando prout in præſentia, Iudicium exequtiuum non fuit motum contrà debitorem; ſed potiùs contra Iulium tertium poſſeſſorem docentem de titulo dotis, qui poſt moleſtias Flaminio denunciatas, à quo cauſam habebat, non fuit ampliùs citatus pro ſuo iure, & intereſſe in quolibet actu, prout ad hunc effectum præciſè requiritur, ex adductis per *Rotam* ex aduerſo allegatam *d. deciſ.224. num.12.* penes *Poſth.de ſubbaſt.* confirmata *in recent.dec.40. nu.12. part.11.* ſed potiùs iudicium fuit proſequutum contrà Flaminium, qui non erat debitor, ſed tertius poſſeſſor ex titulo valido præcedentis deliberationis; hoc enim caſu incōtrouertibilis eſt cōcluſio, quòd contrà eumdem tertium nullo modò exequtiuè procedi potuerit ex ſupra firmatis.

Vlteriùs, ſi quæ fortè via exequtiua in vim obligationis Cameralis Aduerſarijs competere poſſet, quod eſt allegatis nullo prorſus iure ſubſiſtit, abſque dubio illa dici debet vulnerata per dictam ſententiam iam pro hac

8 parte obtentam contra Blanchum, & Brolium, à quibus Aduerſarius cauſam habet, qua fuit declaratum. nullum Ius, nullamque actionem in Iudicio *Saluiani* competere pro dictis cenſibus ſuper bonis deliberatis a tertio poſſeſſis, ideóq; non ampliùs exequutiuè ſuper eiſdem bonis deliberatis, ſed per tres ſententias conformes omninò erat procedendum, *Mareſcott.var.reſolut.lib.2. cap.121.nu. 37. Gratian cap.765.num.42. et ſeq.Gonzal.ad regul.8.Cancell.gloſ.6. num.222.* & *235. Rot. diuerſ.dec.123. poſt princip.part.2. in recent. dec.156. n.4.part.7. & dec.85.num.1. & ſeqq. & dec.110. n.6. & ſeq.part.12.* & poſt *Zacch. de obligat.Camer.dec.76.num.1. & deciſ.256. num.2. Penia dec.677.numer.5.Coccin.dec.78. Card.Millin.dec.28.num.2.Card. Canaler.dec. 574.nu.3. & dec.611.nu.2.*

9 Signanter, quia eadem ſententia tangit merita cauſæ, dum declarat, nullum Ius, nullamque actionem competere ſuper bonis deliberatis fauore Flaminij pro eius credito anteriori, illum abſoluendo, quo caſu abſque vlla difficultate vulnerata dicitur via exequtiua, Quidquid ſit, quando ob aliquod extrinſecum Iudex ſolummodò declarat, non eſſe locum exequtioni, iuxtà receptiſſimam diſtinctionem, de qua, *Gratian.cap.103. num.10 & ſeq.* quàm pluries amplexa eſt *Rota* ſignanter *coram Put.dec.700.num.3. & ſeqq. iuxtà Venetam impreſſionem*, Coccin.*dec.78. numer.11. Buratt.dec.329. num.5. Merlin.dec.449.num.4 Card.Celſ.dec.306. nu.2.*

Neque ſubſiſtit reſponſio ex aduerso allata, quòd, cum Aduerſarius, omiſſo Iudicio *Saluiani*; in quo ſuccubuit, inſteterit pro mandato exequtiuo contra bona hæreditaria debitorum, illudque à Reuerendiſſimo Auditore Cameræ obtinuerit, Signatura reſcribēte cū clauſula; *ſi quid exequendum*; Non enim ex hoc euitatur obiectū ſuper iniuſtitia mandati exequtiui, cum non potuerit exequtiuè procedi, dum via exequtiua, ſaltem quó ad bona hæreditaria debitoris per tertios poſſeſſa reperiebatur iam vulnerata per ſententiam abſolutoriā ab hac parte obtentam ex ſupra firmatis.

10 Tum quia, quàmuis regulare ſit, vt immiſſus in *Saluiano*, adhuc poſſit exequtiuè agere contrá debitorem, neque id ſit incompatibile, aut contrarium, vti tendens ad eumdem finem ſatisfactionis debiti, *Merlin. de pignor. lib.4. tit.3. qu.107. nu.13. & ſeqq.Rota in rec. dec.161.num.16. & ſeqq.part 6.* & poſt *Zacch. de oblig.Camer.dec.197. num 3.et ſeqq. & in Romana dotis 4. Iulij 1635. coram Pirouano*,

quod

quod neque etiam procedit, quando exequ-
11 tio iam conſumata trahit ſecum effectum
liberationis per ſolutionem à debitore factã,
in quo caſu non eſt licita variatio, in quibus
terminis loquũtur, & intelligẽdi *Bart. in l. eum
qui certarum, §. 1. numer. 4. ff. de verbor. obli-
gat. Iaſ. in l. ſerui electione in princip. num. 2. ff.
de legat. 1. Crot. conſ. 11. num. 2. Surd. conſ. 413.
num. 18. Capyc. dec. 33. num. 3. verſ. ſecundò fa-
cit*; prout declarãt ità intelligendo prædictas
auctoritates, *Merlin. de pignor. lib 4. tit. 3. qu.
107. num. 15. & ſeq. Rot. in recent. dec. 161. n. 23
& ſeq. part. 6.*
12 Non tamen poterit agens in *Salniano*, qui
ſuccubuit, mandatum exèqutiuum obtinere,
illiuſque exequtionem petere contra eadem-
met bona debitoris poſſeſſa á tertijs, qui à
Iudicio *Saluiani* ſententiam obtinuerunt ab-
ſolutoriam, quidquid ſit, quò ad alia bona
hæreditaria debitoris, prout diſtinguit *Rot.
in rec. d. dec. 161. numer. 19. verſ. nam contra
part. 6.*
13 Tum etiam, quia clauſula *ſi quid exequen-
dum*, quemadmodùm non vulnerat viam
exequutiuam, ſed potiùs illam præſeruat ex
latè adductis per *Lotter. de re beneficiat. lib. 3.
qu. 11. num. 18. & duobus ſeqq. Grattan. cap.
968. num. 3. & ſeqq Rot. in rec. dec. 607. num. 2.
part. 4. tom. 3. Card. Millin. dec. 362. nu. 3. Card.
Celſ. dec. 63. num. 4. repetita in recent. dec. 302.
num. 3. part.* 10. & poſt *Zacch. de obligat. Cam.
dec. 12. num. 4.*
14 Ità è conuerſo, ſi attenta diſpoſitione Iu-
ris, via exequtiua per præcedentem ſenten-
tiam abſolutoriam obtentam reperiatur iam
vulnerata, eadem clauſula nihil operatur;
eſt enim intelligenda prout de Iure, quate-
nus, nempè, mandatum exequtiuum relaxa-
tum de Iure exequi debeat, *Marcheſ. de com-
miſſ. part. 1. §. 1. num. 150. fol. 707. Theodoſ Rub.
clauſ. 775. num. 11. Rot. in rec. dec. 166. num. 5.
part.* 10. & in proximis terminis poſt *Zacch.
de oblig. Camer. dec. 76. num. 5. verſ. nec clauſu-*
15 *la*, vbi, quòd ex clauſula appoſita in com-
miſſione, *quòd procedatur ad exequtionem
obligationis Cameralis, quatenus de Iure*, non
ſanetur vulnus illatum de Iure eidem obliga-
tioni per ſententiam.

Quò verò ad eamdem ſententiam eſt con-
firmanda, vti valida, & iuſta.

Neque videntur obſtare nullitates aduer-
sùs deliberationem vſque ab anno 1618. ſe-
qutam fauore Equitis Boſſij, cum enim aga-
16 tur de deliberatione pacificè obſeruata per
ſpatium longiſſimi temporis quinquaginta
annorum, eſt præſumendum, omnes neceſ-
ſarias ſolemnitates interueniſſe, & nihilòmi-
nus lapſus triginta annorum ſufficeret, prout
omiſſis generalibus, in ſpecie *Ancharan. conſ.
40. num. 2. Dec. con. 375. num. 3*, Mangil. *de
ſubhaſt. qu. 200. num. 5. & 17. verſ. & gene-
raliter, & num. ſeq. & qu. 147. num. 1. & ſeq.
Poſth. eodem tract. inſpect. 67. num. 50. & ſeqq.
Mart. conſ. 65. num. 13. Gratian. cap. 375. nu. 7.
Put. dec. 246. lib. 2. Afflict. deciſ. 178. num. 5. et
368. num. 2. Card. Seraphin. dec. 242. & deciſ.*
984. vtrobique *num. 4. Rota diuerſ. deciſ. 143.
num 9. et ſeq. p. 2.* aſſerens, quòd non ſit præ-
ſumendum, illum contra quem mandatum
fuit exequtum, illiuſque hæredes tamdiù Ius
ſuum indiſcuſſum remiſiſſe.

Quòd, ſi ſingulas nullitates percurrere ve-
limus, illæ non merentur attendi. Quò enim
ad primam ſuper deficientia trium licitato-
rum, quidquid ſit, an huiuſmodi ſolemnitas
præcisè requiratur, inſpecta Iuris communis
17 diſpoſitione, vel potiùs de ſtylo Curiarum
Vrbis, de quo teſtatur *Saluſt. Tiber. in prax.
lib. 1. cap. 42. num. 12. Poſth. de ſubhaſt. in-
ſpect. 33. num. 58. Conciol. in annot. ad ſtatut.
Eugub. Rubr. 19. de contumac. & tenut. dand.
num. 11. & ſeq.* ſublata remanet difficultas,
attenta diſpoſitione ſtatuti loci, in quo fuit
facta deliberatio, quòd ſolùm requirit tria
bannimenta ante deliberationem, non au-
tem tres licitatores; prout ex particula ſta-
tuti nouiſſimè producta, ideòque ſubhaſta-
tio facta, omiſſis quibuſdam ſolemnitati-
bus à iure communi requiſitis, omninò ſub-
ſiſtit, quoties probatur ſtylus, ſeù ſtatutum
18 illius Curiæ in contrarium; tunc enim cen-
ſetur huiuſmodi ſolemnitatibus derogatum,
*Pappon. de arreſt. lib. 13. tit. 4 de vectigal. con-
duct. & licitat. arreſt. 1. Mangil. de ſubhaſt. q. 59.
num. 12. & ſeq. & qu. 23. numer. 1.* latè *Poſth.
eod. tract. inſpect. 24. num. 1. & ſeqq. Card. de
Luca de Iudic. diſc. 40. num. 58. Conciol. in an-
not ad ſtatut. Eugub. Rubr. 19. de cõtumac. n. 32
& ſeq. Rot.* penes *Poſth. de ſubhaſt dec. 34. n. 17.
& ſeq. & dec. 73. num. 8. in fin. & dec. 94. n. 6.
& dec. 52. num. 9.* aſſerens, quòd forma ſta-
19 tuti ſit ſeruanda, etiam quòd Iuri communi
aduerſetur *Guid. Pap. dec. 23 num. 1. in fin. verſ.
ſed contrarium. Bich. dec. 477. num. 3 & ſeq.
Duran. dec. 445. num. 18. & ſeqq. Rot. in rec.
dec. 64. numer. 18. & duobus ſeqq. part. 11.
Fontanell. dec. 420. num* 13. Cumque huiuſmo-
di ſtylus reſpiciat ordinatoria Iudicii, proba-
20 tur ex atteſtationibus extraiudicialibus Cu-
rialium *Alex. conſ. 138. num. 5. in fin. lib. 1. O-
ſaſch. dec. 20. num. 15. & ſeq. Caſar. de Graſſ.
dec. 7. num. 1. de probat. Add. ad Ludouiſ. dec.
484. num. 8. Merlin. dec. 39. 391. num. 2. et dec.
309. nu. 12. Coccin. dec. 141. nu. 2. Dunozet. Iun
dec. 608. num. 4.* & in his ſpecialibus terminis
*Rot. in rec dec. 64. nu. 18. et ſeqq. part. 11. et dec.
34. num.* 18. penes *Poſth. de ſubhaſt.* quidquid
21 ſit aſſerendum, quando ſtylus reſpicit deci-
ſoria; tunc enim requiritur probatio, quòd
fuerit obtentum in contradictorio Iudicio,
in quibus terminis loquntur ex aduerſo alle-
gati *add. ad Ludouiſ. dec. 484. num. 8. Fontanell.*

dec.

dec.420. num.13. Card.Mant.dec.357. Rot.in rec.dec.259. num.5. part.1. & dec.215. nu.2. poſt 2. volumen.conſ.Farinac.

Minus aduerſatur ſecunda nullitas, non .n. cõſtat de aliquo exceſſu in deliberatione, vtpotè facta, nõ ſolũ pro ſorte dotis maternę, ſed etiam pro fructibus, qui non debentur filio hæredi matris, ſoluto matrimonio, ex diſpoſitione textus in cap. ſalubriter de vſur. Neque ſunt motiendi, cum eadem anterioritate ſortis eiuſdem dotis, à tempore celebrati Inſtrumenti dotalis, ſed à die moræ in ſoluendo, qua attenta Flaminius erat poſterior aduerſario, vtpotè creditori ab anno 1591.

Siquidem pro remotione obiecti eſt animaduertendum, quòd ex aduerſo non probatur, Flaminium non petiiſſe interuſuria dotalia poſt mortem Matris, quo caſu
22 procedunt, ea quæ dicuntur, vt filius matris hæres non poſſit petere fructus dotales, neque etiam ratione alimentorum, in quibus terminis procedit textus in d. cap. ſalubriter de vſur. & Nos latiùs exarauimus diſp.118. in hoc eodem vol. Quinimó excluditur petitio fructuum dotalium poſt obitum matris, ſtãte paruo temporis interuallo vnius ſcilicèt anni, inter dictum obitum matris, obtemptumque mandatum, ſed potiùs præſumendum, fuiſſe petitos fructus dotis non ſolutos, conſtante matrimonio, decurſos, qui
23 pars dicuntur dotis, & veniunt in indicio moto pro dote conſequenda, vt in ſpecie ſatisfaciendo obiecto prætenſi exceſſus in deliberatione, egregiè reſpondit Rot. in recent. dec.64. num.1. & ſeqq. part.11. vbi, quòd ſaltem ſufficiat, prętẽſum exceſſum reddi turbidum.

Cumque in Inſtrumento dotali adſit promiſſio damnorum, & intereſſe contenta in clauſula alids, &c. in forma obligationis Ca-
24 meralis, ſub qua promiſſione damnorum, & intereſſe veniunt fructus dotales, Rot. poſt Zacch. de oblig.Camer. dec.244. num.4. vti-
25 que, quia fructus dotis petuntur ex contractu, obligationeq; promiſſoris, eadem competit prioritas temporis, quam habet contractus ipſe pro ſorte dotis, prout in terminis optimè arguit Rot. in rec. dec.206. num.8. & plurib. ſeqq. part.10. repetita coram Peutinger. dec.331. nu.6. & ſeqq.

Minus etiam eſt habenda ratio de tertia nullitate, eó quia Flaminio eadem die ſequutæ deliberationis fuerit facta retroceſſio per Boſſium deliberatarium; ideòquæ idem Flaminius per ſuppoſitam perſonam eiuſdem Boſchii prædium ſibimetipſi iure creditoris vendiderit contra diſpoſitionem textus in l. et qui ſub imagine, Cod. de diſtract. pignor.

26 Nam præterquám quòd iuxta veriorem ſententiam diſpoſitio eiuſdem legis procedit in pignore conuentionali, in quo ſpecificè loquitur, non autem Iudiciali, ſeu Prætorio Sard. coſ.256. num.5. lib.2. Pancirol. conſ.58. n.55 Neguſant. de pignor. part 6. memb.1. nu.26. verſ. item nec ipſe creditor, aliiſque allegatis Poſth. de ſubhaſt. inſpect.32. num.11. Card. de Luca de credit. diſc.31. num.9. Coccin. dec.109. num.10. in fin. verſ. nec reſiſtit, Rot. dec.67. nu.5. & trib. ſeqq. & dec.68. num.8. penes Poſth. de ſubhaſt.

27 Sublata remanet quælibet difficultas, quia creditor, vel etiam alius pro eo admittitur ad licitandum, ſicut alius extraneus, vt eſt text. ad literam in leg.2. Cod. ſi in cauſ. iudicat. ibique præcęteris Bald. in fin. idem Bald. in l. ordo n.1. ibiq; Salicet. in princip. Cod. de exequt. rei iudic. Iaſon. in leg. à Diuo Pio. §. ſi pignora nu.8. in fin ff. de re iudic. Surd. conſ.256. num.5. lib.2. Mart. conſ.95. num. 3. Mangil. de ſubhaſt. qu.154. num.10. circa medium, verſ. & in caſu, quo creditor, latiſſimè innumeris laudatis Poſth. eod. tract. inſp. ct.32. num.8. et ſeqq. ſignanter num.35. et 46. aſſerens, quód cre-
28 ditor poſſit etiam alium ſupponere, qui pro eo ſub haſta offerat, Gratian. cap.7. num.7. et ſeq. rectè aduertens, quòd non videatur æquum, vt fiat differentia inter creditorem, & tertium, ſeù extraneum licitatorem, quãdo vtriuſq; par eſt conditio, add. ad Ludon. dec.12. n.3. Scac. de Iudic. li.1. c.97. n.40. Car. Milin. dec.206. nu.8. vbi, quòd creditor admittatur ad licitandum, ſicut alius extraneus, Coccin. dec.109. num.11. verſ. minus facit, affir-
29 mans, quòd creditor poſſit licitari in pignore iudiciali, alio emptore nõ exiſtente, vel exiſtente quidẽ, ſed non dignum pretium offerente, Card. de Luca de emption. diſc.21. num.26. & latiùs diſc.31. nu.6. & ſeqq. Vrſell. in exam. Apum concluſ.52. n.12. in apoſtill. Concciol. in annot. ad Statut. Eugub. Rubr.19. de contumac. nu.26. & ſeq.

Idque, ea potiſſimùm ratione à Iuris
30 principiis deducta; maximũ enim adeſt diſcrimen in re, de qua eſt ſermo, inter pignus conuentionale, in quo ſpecificè loquitur diſpoſitio d. l. & qui ſub imagine, C. de diſtract. pignor. & pignus Iudiciale, ſeù Prætorium, quia, quoties creditor in vim facultatis ſibi à debitore, vel à Iure tributæ pignus priuata diſtrahit auctoritate, tunc, cum legalis, vel conuentionalis adminiſtratoris, ſeù procuratoris perſonam gerat; prout in ſpecie re-
31 ſpectu conſeruationis pignoris conuentionalis aduertit per illum text. Bart. in l. ſi pignori ibiq; Florian. ff. fam. erciſc. Pinell. in leg.2. part.2. cap.2. num.2. Cod. de reſcind. vendit. Roman. conſ.441. num.4. Franch. dec.345. num.4. in fin. verſ. item dicebatur, ibique de Luca nu.5. Rouit. dec.29. num.4. æquum, rationique con-
32 ſonum videtur, vt ſibi tàm per ſe ipſum, quã per interpoſitam perſonam, præcluſa remaneat via emendi; nè alioquin ad proprium

com-

commodum pro viliſſimo pretio pignus vendat, decipiendo debitorem ſub eius adminiſtratione viuentem; atque adeò prohibitum eſt à Iure indirectè emere ſub ſimulato alterius nomine; quia directè, ac per ſe ipſum eſt prohibitus id agere, iuxtà deducta per *Bald. in l. ordo, Cod. de exequt. rei Iudicat. Duran dec. 445. nu. 35.*

Sed vbi iſta ratio non conuenit, quia,
33 nempè, creditor velit renunciare Iuri ſibi alioquin competenti diſtrahendi propria auctoritate pignus conuentionale, ſed illud eſſectum Prætorium ponitur ſub publica Iudicis adminiſtratione, demandantis, illud ſubhaſta Fiſcali vendi, quod à Iure ſibi eſſe permiſsũ tradunt *Bald. in leg. 2. in 10. qu. Cod. de ſeruit. & aqu. Alex conſ. 130. num. 12. lib. 4. Ruin. conſ. 57. num. 12. lib. 4. Bero. conſ. 54. num. 12. lib. 3 Caſtill. dec. 51. num. 19. Duran. deciſ. 445. num.* 50. in hoc caſu, cum directè, ac immeditatè receptum ſit creditorẽ, tamquàm tertium licitari poſſe, ex ſupra firmatis, non videtur, quæ lex, vel ratio prohibeat, id fieri poſſe, mediante perſona fiduciaria, prout rectè arguit *Card. de Luca de credit. d. diſc. 31. num. 8. & ſeqq.* quòdque diuerſa ſit venditio,
34 quæ fiat Iure venditoris ab ipſo creditore in vim priuatæ auctoritatis, quæ à lege, vel ab homine tributa eſt, ab ea, quæ fiat per Iudicem publica auctoritate ſubhaſta, patet ex latè, ac ſatis eruditè deductis per *Duran.* in celebri *dec. 445.*

35 Prædicta verò omnia libẽtiùs admittenda, ceſſante fraude, iuſtoque pretio interueniente, neq; exiſtente, qui maiorem offerat oblationem, his enim, prout in præſentia, concurrentibus, abſque dubio creditor admittitur ad licitandum, ſicuti alius extraneus, neque in prædicto caſu vindicat ſibi locum diſpoſitio, *d. leg. & qui ſub imagine, Cod. de diſtract. pignor.* latè *Poſth. de ſubhaſt. d. inſpect 32. num. 10. Rot.* penes eundem *dec. 16. num 5 & ſeq.* vbi in ſpecie reſpondetur dictæ diſpoſitioni *textus in leg. et qui ſub imagine, Cod. de diſtr. pignor. Card* Millin. *dec. 206. num. 9. Coccin. dec. 109. num. 13. Rot. in rec. dec. 507. num. 7. circà med. verſ ſecundo fuit nulla part. 3. Cardin. de Luca de empt. diſc. 21. n. 6.* vbi, quòd diſpoſitio *d. l. & qui ſub imagine* procedat, vbi captioſè, & fraudolenter creditor pignus ſibi ipſi vendere velit, *& diſc. 31. num. 6. & ſeqq.*

36 Atq; hinc patet reſponſio *deciſioni Rotæ* ex aduerſo allegatæ *in rec. 289. nu. 20. part. 13.* quam non approbat *Card. de Luca* in eadem cauſa ſcribens *de empt. diſc. 31.* ibi enim ex facti circumſtantiis conſtabat de enormi læſione in prædio vendito, & de apertiſſima creditoris fraude, quæ qualitates deſiderantur in Themate, de quo eſt ſermo, cum prætium fuerit iniuſtiſſimum, quinimò auctum ad ſcuta 300. vltrà oblationem à tertio factam,

37 Quarta nullitas reſultans ob non interuentum actualis numerationis pecuniæ. Neque etiam vrget; licèt enim regulare ſit, vt ſubhaſtatio facta, habita fide de pretio, ſit nulla, cum oporteat fieri pecunia præſente, *leg. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor,* ibi *oportet res captas pignori, & diſtractas præſenti pecunia diſtrahi,* vbi *Angel. nu. 2 Iaſ. num. 5. & Alex. nu. 5. ff de re Iudic. Surd. conſ. 168. num. 14.* vbi quòd res aliter vendita poſſit reuocari, latè *Salgad. in labyr. credit. part. 3. cap. 2. num. 2. & ſeqq. Gratian. cap. 326. nu. 3. & cap. 7. nu. 6. Vrſill. ad Affl. dec. 358. n. 4. Muſcatell. de appell. 3. part. gloſ. vendantur n. 19. & ſeqq.* ibiq; *Prat. n 19. fol 499. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 37. n. 1. et ſeqq. & reſolut. 12. num. 46.* vbi, quòd non traſferatur, neque dominium, neque poſſeſſio, *Oſaſch. dec. 109 num. 10. Ludouiſ. deciſ. 23. num. 1. et ſeq.* ibique *Add. Conciol. in annot. ad ſtatut Eugub. Rubr. 19. de contumace, & tenutis dandis n. 13.* vbi etiam ſi ab oblatore eſſent accollata debita, ibique *Romaguera* alios referens *in addit. num. 61.* eruditiſſimus *Altimar. in ſuo celebri tract. de nullit. part. 2. Rubr. 13. qu. 29. nu. 96. & in obſeruat. ad conſ. 40. Rouit. num. 5. lib. 2. Roſa conſul. 25. num. 13. Autunes de douat. Reg. part. 3. cap 38. numer. 59.* doctus *Brilla ad Conſuetud. Neapolit. tit. 24. cap. 14 numer. 102. et ſeq. Epiſc. Borgia inueſtig. contra Fabr. tom. 1. lib. 5. cap. 16. numer 7. Duran. deciſ. 275. numer. 10. Archiepiſc. Royas dec. 175. num. 1. Iutrigliol. dec. 15. num. 14. & 58. Arch. Carill. dec. 277 n. 7. Rot. in rec. dec. 95. nu. 22. p. 9.*

38 Adeòut ob hanc eamdem rationem conditionalis oblatio in ſubhaſtatione non ſit admittenda in debito puro, *Alex. conſil. 78. num. 29. lib. 7. Grat conſ. 93. numer. 75. lib. 1. Neuizan. conſ. 78. num. 14 Gratian. cap. 7. nu. 4. et cap. 326. num. 13.* Hermoſill. *in l. 52. gloſ. 7. num. 5. tit. 5. part. 5. tom. 2. fol. 352. Salgad. in labyr. credit. d. p. 3. cap. 2. nu. 5.*

Prout neque etiam valear conſtitui cenſus,
39 annuuſque redditus, quia hoc eſt habere fidem de pretio, *Couarr. lib. 3. var. cap. 11. nu. 5. Ludouiſ. dec. 513. num. 9.* & in ſpecie *Salgad. d. part. 3. cap. 2. nu. 6.*

Nihilòminus ſupradicta non procedunt
40 ſtante conſenſu Flaminii creditoris, qui ſuũ liberauit debitorem; diſpoſitio enim *text. in d. leg. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iudic.* prohibens, debitoris bona non aliter ſubhaſtanda, quàm præſenti pecunia, & non habita fide de pretio, in vtilitatem, fauoremque creditorum fuit introducta, quibus pecunia ex bonis debitoris ſubhaſtatis perſoluenda eſſet, ideò iure meritò è conuerſo per creditoris conſenſum dictæ *legis* diſpoſitio ceſſare debet; prout in ſpecie firmant *Maſuer. in prax. tit. de ſubhaſtat. num. 36 Cauagnol ad decret. Montis Ferrati 72. §. 4. nu. 2. Apoſtill.*

ad In-

ad Intrigliol.ſingular.173.num.64. declarat.2. Hermoſill.in l.52. gloſ.7. num.6. tit.5. part.5. tom.2. fol.352. add.ad Ludwiſ.dec.23.numer.5. Salgad. in labyr.credit.part.3. cap.2. num.7.& ſeqq.Mangil.de euict.qu.45. num.19.& de ſubhaſt.qu.13. num.17. et qu.18. num.2. Gratian. cap.7.n.6.& cap.321. n.3. Conciol.*in annot. ad ſtatut.Eugub.rubr.19. de contumace, & tenutis dandis nu.19.Poſth. reſol.Ciuil.78.n.23.et de ſubhaſt.inſpect.37.num.47. & ſeqq. et nu. 64.et ſeq.* aſſerens, quòd ſufficiat, ſi verè debitor ſuam fuerit conſequtus liberationem reſpectiuè ad pretii quantitatem, qui eſt finis, ad quem eſt directa ſubhaſtatio; *Giurb. dec.53.num.7. et ſeq. Caſtill.dec.77.nu.8. Rota in rec. dec.232.num.4. part.3. et dec.257.n.5. et ſeq.part.*4. & poſt *Gilian.ad ſtatut Peruſ.dec. 5.num 4.*

41 Præcipuè, quia confeſſio creditoris de recepto, debitoriſque liberatio emanauit in ipſo deliberationis actu, quidquid ſecus ſit aſſerendū, ſi ex interuallo interuenerit, in quibus terminis procedunt cōtraria deducta per *Nouar. in l.ſi tempora n.21.C.de fid.Inſtrum. et Iur.haſt.fiſcal lib.10. Antonell.conſ.80. num.7. Salgad.in labyr.credit.part.3.cap.2. num 8. in fin. Poſth.de ſubhaſt.obſeruat 37. num.94.Mangil.eodem tract. quæſt.13. num 18. Rota* penes eumdem *dec.12. num.4. Add.ad Ludouiſ.deciſ. 23. num.6.Duran. dec.257.num.13. Rota in rec.dec.411. num.14. part.5. Aſculana Pradij 22.Iunij* 1609. *coram Cardin. Sacrato*, quæ habetur apud *Marcheſan. de Commiſſ. part.3. fol.46.num.3.*

Tandem non aduerſatur, quòd à Flaminio fuerint agnitæ nullitates deliberationis, dum anno 1621. inſtetit, denuò bona deliberari; cum enim huiuſmodi inſtantia aliquem non habuerit effectum, neque fuerit proſequuta, dum ex poſt facto agnouit, delibera-
42 tionem ritè, rectèque proceſſiſſe, non eſt habenda in aliqua conſideratione *l. nihil §.1.ff. de inoffic.teſtam. l.ſi quis à Senatore, l. eius qui ff. de rit.nupt. leg.fin. Cod.ſi non compet.Iudic. Surd.conſil.3.num.29. et ſeq. et conſ.359.num. 10 Gabriel.conſ.149.numer.52.lib.2.Bolognett. conſ.25. ſub nu.24. Cyriac.contron.310. num. 134. Verall.dec.11.num.4. part.1. Card. Seraphin.dec.1073.num.7.Ludouiſ.dec.386.num.3. Rot.in rec.dec.275. nu.9.part.7.*

ARGVMENTVM.

Manutentio eſt concedenda debitori in poſſeſſione rei nulliter deliberatæ, quoties non habuit ſe pro ſpoliato. Præcipuè, quando nullitas deliberationis eſt patens, & notoria ex eiſdem actis; ſecus ſi in controuerſiam deduci valeat, in quo caſu eſſet agendum ordinarijs nullitatis, vel appellationis remediis.

Statuta, quæ dant inſolutum creditoribus bona ſubhaſtata cum lucro, ſeù augmento tertiæ partis, dicuntur rationabilia, ideòque omninò ſeruanda, quia in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium conquieſcit, donec tempus dilationis effluxerit.*

2 *Deliberatio facta, nondum elapſo termino ſtatutario ad reluendum, eſt nulla.*

3 *Deliberatio, ſi fuerit facta pro perſona nominanda, facta denominatione alicuius, eidem vſque ab initio dicitur facta deliberatio.*

4 *Dominium aliàs quæſitum nominanti, ſequuta nominatione, reſoluitur, & cenſetur ab initio quæſitum nominato.*

5 *Forma ſtatuti demandantis, vt pignus contrà debitorem exequtum debeat æſtimari, deindeque cum tertia parte pluris adiudicari creditoribus, ſi non fuerit ſeruata deliberatio, eſt nulla.*

6 *Statuta, quæ dant in ſolutum creditoribus res ſubhaſtatas, cum lucro, ſeù augmento tertiæ partis, dicuntur rationabilia; atque adeò præciſè ſeruanda, quia in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent.*

7 *Deliberatio, quoties eſt nulla, eſt danda manutentio debitori in rei nulliter deliberatæ poſſeſſione, quæ numquàm habuit ſe pro ſpoliato.*

8 *Iudex nulliter procedens, non quidem ordine Iudicij ſeruato, ſed potiùs de facto inſtar priuati, non priuat poſſeſſione, ſi pars non habuit ſe pro ſpoliata.*

9 Rota *aduersùs factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis ſolet concedere manutentionem.*

10 *Præcipuè, quando nullitas deliberationis eſt patens, & notoria ex eiſdem actis,*

Secus, ſi in controuerſiam deduci valet, in quo caſu eſſet agendum ordinarijs nullitatis, vel appellationis remedijs.

Declaratur Menoch.de recuper. poſſeſſ. remed.8.nu.27.& ſeq.

11 *Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij adeundo hæreditatem, poteſt ſibi ipſi ſatisfacere de bonis hæreditarijs, fructuſque ab ea die ſuos facit ratione dominij.*

12 *Imò poteſt in ſatisfactionem ſui crediti ſibi tot bona adiudicare, & inſolutum recipere, etiam ſine aliquo Iudicis decreto; quando id bona fide fuit geſtum.*

13 *Huiuſmodi concluſio abſque difficultate procedit, quando non adſunt alij creditores anteriores.*

In quo caſu ficta hæc ſolutio per legē inducta habet vim Iudicialis ſolutionis, cum auctoritate Iudicis.

14 *Iniuſta eſt deliberatio bonorum, quæ in dominium hæredis beneficiati ſibi ſoluentis ex Iuris miniſterio tranſierunt.*

Digitized by Google

15 Hæres, qui legitimum confecit Inuentarium, nihil penitùs de ſua ſubſtantia poteſt amittere.

16 Hæres beneficiatus, ſi obtulit ſe paratum ſuper redditione rationis bonorum hæreditariorum, eadem rationis redditione pendente, ad deliberationem eorundem bonorum procedi non poteſt.

17 Hæres, ad hoc, vt beneficio priuetur Inuentarij ob omiſſam deſcriptionem aliquorum bonorum; ſola non ſufficit omiſſio, ſed vlteriùs requiritur, quòd dolo, vel fraude omiſerit.

18 Quod malo animo non fit, pænam non meretur.

19 Dolus ad effectum priuationis beneficij iam ex Inuentario quęſito non præſumitur, ſed liquidò eſt probandus.

20 Iuris præſumptio ſtat pro hærede, quòd potiùs ignoranter, & bona fide, quàm ex dolo, res, quæ deficiunt in Inuentario, fuerint omiſſæ.

21 Inuentarium non vitiatur ex omiſſa deſcriptione nominis debitoris; præcipuè, quando non adeſſent Inſtrumenta inter bona hæreditaria, & ſeq.

22 Tutor non tenetur deſcribere in Inuentario nomina debitorum Pupilli, ſi de eis in hæreditate non extant inſtrumenta.

23 Clauſula in Inuentario apposita ſaluo Iure addendi, nedum excludit omnem doli ſuſpicionem, ſed vlteriùs operatur. vt heres non priuetur beneficio inuentarij, quamuis poſteà, ſuperueniente notitia, non addiderit.

C A P V T CLIV.

1 CVM prætenſa deliberatio fuerit facta, nõdũ elapſo termino ſtatutario
ad reluendum, indubitanter eſt nulla, quia donec tẽpus dilationis effluxerit, officium Iudicis conquieſcit, *l.ſiue pars, Cod.de dilation.cap.ſignificante de appellat. Iaſ.in l.2. num.38.ff.de re Iudic.& conſ.44.*
2 *lib.3* & in his terminis *Mangil.de ſubbaſt. qu.12.num.1.& 3. Poſth. eodem tract.inſpect.23 numer.168. Rota diuerſor. deciſ.60. numer.1. part.4.*

Præcipuè quia, cum Portus ſibi deliberari curauerit fundum pro ſe, & perſona nomi-
3 nanda, facta demum nominatione Aduerſariorum, eiſdem vſque ab initio dicitur facta deliberatio, *Alex.conſ.325. num.14.& 18. Bertazzol.conſ.crimin.399.Mart.conſ.143.Ancharan.conſ.127. num.1. circa med. Alb. conſ.172.* ibique *add. lib.3.* Coſta *de retrotract. caſ.26.cap.8.* Cald. *de nominat. lib.2. qu.10. Gratian.cap.132.num.32. & in add.ad dec.Mareb.136. Card.Mant.de tacit. lib.4. tit.22.numer.9.*
4 aſſerens, quòd Dominium, quod aliàs eſſet acquiſitum nominanti, ſequuta nominatione reſoluatur, & cenſeatur ab initio quæſitum, nominato *Valaſc.de Iur.emphit. qu.18.nu.26.* optimè *Surd.dec.182. num.16.& duob.ſeqq.et dec.226. num 1.* ibique *Hodiern.in addit. nu.1. & duob.ſeqq. Rot.in rec.dec.615.num.1.par.2. & dec.164.num.1. & 14. part.8. Magon. dec. Florent.37.n.16.*
5 Idque contra formam à ſtatuto præſcriptam, quod expreſsè præcipit, vt pignus cõtrà debitorem exequutum debeat æſtimari, deindeq; cum tertia parte pluris adiudicari creditoribus, quæ forma non potuit omitti citrà vitium ineuitabile nullitatis, *gloſ.in leg. fin.*verbo *recuperare,Cod.de Iur.Domin.impetr. Bald.in l.ſi ordo Cod.de exequt.rei Iudicat. Pariſ.conſ.98.num.10.lib.1. Marta conſ.95.num.8. Aldobrand. conſ.116.num.2.lib.2. Iadoch. in ſummul.ſubbaſt.cap.2. nu.3. & 6. Coler. de proceſſ.exequt.pare.3. cap.9.num.92. Muta ad conſuet.Panormit. cap.52.numer.65.Rebuff.de præconilitat. & ſubbaſtat.in præfat. num.14. Carpan.ad ſtatut.Mediol.lib.1.cap.248.num.3. Marant.de ordin.Iudic.part.6. act.vlt.num.10. Papon.de arreſt. lib.18. tit.6. arreſt.43.Gratian cap.7. num.2.3.et 13. & cap.545.nu.3. & 20. Gilian.ad ſtatut.Peruſ.*verbo *ſubbaſtatio num.1 Rot.*poſt eumdem *dec.5.num.2. & dec.6.nu.3 Fenzon.ad ſtatut.Vrbis cap.194.num.45.et ſeq. & cap.195.num.22.Gaballin.ad conſtu.Aegid. lib.5.cap.6. in* verbo *ſubbaſtatione nu.2. Mangil.de ſubbaſtat. qu.11.num.8.& ſeqq. & qu.24.num.1.& ſeqq. Poſth.eod.tract.inſpect.24. num.5.& ſeq. Ant.Fab.in Cod.lib.8. tit.16. de diſtract.pignor.definit.3.Roc.* penes *Nigr.de ſubbaſt.dec.32.n.9.et dec.33.nu.4.et ſeqq.*

Præcipuè, quia huiuſmodi ſtatuta, quæ dant inſolutum creditoribus res ſubhaſtatas
6 cum lucro, ſeu augmento tertiæ partis, dicuntur ſatis rationabilia, quia in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent, *Pantal. de Crem.in leg.2.num.308. Cod. de reſcind.vendit. Luc. Pet. in prax.lib.8.cap.2. nu.52. Surd.conſ.139. Mangil.de ſubbaſt.quæſt.56. num.7. Franch.deciſ 54. numer.10. Rota* penes *Poſth.de manut. dec.323. num.7.* atque adeò præcisè ſeruanda ne detur occaſio fraudibus, & ne plus cõſequatur exactor ex gratia, quã debitor ex pretio *l.ſi quos 16.C.de reſcind.vẽd* & in ſpecialibus terminis *Gilian.ad ſtatuta Peruſin.* verbo *adiudicatio num.11. Poſth. de ſubbaſt. inſpect.51. num.1. & ſeqq. Cyriac.controu.393.num.19.& 20. Scacc.de commerc. & camb.§.1. quæſt.7.part.2. ampliat.6. numer.8. & de Iudici lib.1. cap.96. numer.29. Conciol. in annot. ad ſtatut.Eugub. in Rubr. de contumac. & tenutis dandis Rubr.19.n.1.Card Seraph. dec.1478.nu.2.*
7 Hinc meritò, attentis prædictis nullitatibus. iuſtiſſimè fuit per Reu.Bulgarinum impartitum mandatum de manutenendo Belo noſtro principali in poſſeſſione ſuæ rei nulliter deliberatæ, qua numquàm habuit ſe pro ſpoliato, vt in ſpecie *Poſth.de manutent. obſeruat.12.nu.108.* & latiſſimè *de ſubhaſt. inſpect.58. num.1. & ſeqq.* Mangil.*eodem tract. qu.51. nu.5. qu.93. nuo.1. & qu.153. num.18. Gratian. cap.939.nu.25.& cap.926. num.2. Duran.dec.257. num.1. & ſeq.Card.Caualer.dec.48. Buratt.dec.91.*

8 Id-

8 Idque ea potiſſimùm ratione, quia Iudex
nulliter procedens, non quidem ordine Iudi-
cij ſeruato, ſed potiùs de facto inſtar
priuati, non priuat poſſeſſione, ſi pars non
habuit ſe pro ſpoliata, gloſ. in cap. in ſumma 3.
qu. 1. Hoſtienſ. in tit. de reſtit. ſpoliat. §. quando
facienda in princip. Abb. in cap. conquerente n.
12. de reſtit. ſpoliat. Felin. in cap. dilectus il pri-
mo ſub num. 1. verſ. fallit ſecundo de reſcript.
Bald. conſ. 357. lib. 2. Rolan. conſ. 6. numer. 34.
lib. 2. Aym. conſ. 18. num. 8. & conſ. 140. nu. 2.
Corn. conſ. 193. nu. 4. lib. 3. latiſſimè Poſth. de
manuten. obſeru. 12. nu. 36. et pluribus ſeqq. &
de ſubhaſt. inſpect. 58. num. 4. Gratian. cap. 926.
num. 2. Mangil. de ſubhaſt. qu. 93. in fin. & qu.
153. num. 18. Ludouiſ. dec. 307. num. 6. & dec.
46. num. 5. Card. Caualer. dec. 539. num. 9. Mer-
lin. dec. 151. num. 4. Rot. diuerſ. dec. 802. num. 2
ad med. part. 1. & dec. 56. num. 4. poſt tractat.
Viman. de Iure patronat. vbi, quòd paſſim
9 Rota aduersùs huiuſmodi factum Iudicis nul-
liter, & iniuſtè procedentis concedat manu-
tentionem, & poſt Nigr. de ſubhaſtat. dec. 32.
num. 4. & dec. 33. num. 1. Durau. dec. 257. nu. 4.
Bich. dec. 339. num. 14. Cardin. Ottobon. dec. 41.
nu. 4. et dec. 141. nu. 27.

10 Huiuſmodi verò concluſio abſque vlla
controuerſia procedit, quando, prout in
præſentia, nullitas deliberationis eſt noto-
ria, & patens ex eiſdem actis; quidquid ſe-
cus, quando in controuerſiam deduci valet,
in quo caſu eſſet agendum ordinarijs nullita-
tis, vel appellationis remediis, quibus hu-
iuſmodi grauamina, ſi quæ fuerint, á præce-
denti Iudice illata, congruè reparentur, nè
alioquin nimis facilè ex promiſcuo huius ex-
traordinarij remedij vſu iuſtus Iudiciorum
ordo ſubuertatur, in quibus terminis loqui-
tur ex aduerſo allegatus Menoch. de recuper.
remed. 8. à num. 27. vſque ad 31. prout ſe-
piùs diſtinxit Rota ſignanter dec. 9. num. 19.
& ſeqq. poſt tractat. Poſt. de manuten. in rec.
dec. 229. num. 4. part. 5. & dec. 67. num. 22. et
ſeq. part. 10. Peutinger. dec. 376. n. 13. et duob.
ſeqq.

Accedit inſuper notoria iniuſtitia delibe-
rationis; cum enim noſter principalis ex per-
ſona quomdam Alexandri Beli ſit hæres be-
neficiatus qu. Hieronymi Beli ſenioris, &
creditor anterior Aduerſarii ex perſona
eiuſdem Alexandri hæredis Doralicis in ſcu-
tis mille, & tercentum, quod creditum lon-
gè ſuperat valorẽ aſſis hæreditarii dicti qu.
11 Hieronymi, vtique, tamquàm hæres cum
beneficio legis, & Inuentarij adeundo hære-
ditatem potuit ſibi ipſi ſatisfacere per imagi-
nariam ſolutionem de bonis hæreditariis,
fructuſque ab ea die ſuos fecit ratione domi-
nij, Bartol. in l. ſi ei cui 41. §. 1. num. 1. ff. de
emction. & in l. peculium la ſeconda, ff. de pe-
cul. ibiq; Caſtr. num. 2. Soccin. Iun. conſ. 170.
ſub num. 9. lib. 2. Alciat. conſ. 572. ad fin. Me-
noch. conſ. 183. num. 35. Giouagn. conſ. 73. num.
66. & ſeq. lib. 2. Morot. conſ. 81. num. 10. Pe-
regrin. de fideicom. art. 35. num. 15. et ſeqq. Ma-
reſcott. reſolut. 37. num. 1. & 9. lib. 1. Surd. conſ.
7. num. 31. & dec. 224. num. 8. et. 20. & deciſ.
92. num. 2. Magon. dec. Florent. 59. num. 6. Lu-
douiſ. dec. 67. num. 10. Rot. in rec. dec. 2. num.
11. & ſeqq. par. 6. Card. Ottobon. dec. 47. n. 8.
& ſeqq. Dunozett. Iun. dec. 637. nu. 12. & Nos
latiùs explicauimus diſp. 51. nn. 61. & ſeqq.
in 1. volum.

12 Imò potuit in ſatisfactionem ſui crediti
ſibi tot bona adiudicare, & in ſolutum re-
cipere, etiam ſine aliquo Iudicis decreto,
quando id bona fide fuit geſtum, leg. ſi ei §. 1.
ff. de euict. Bart. et Caſtr. in leg. peculium. la ſe-
conda ff. de pecul. Bald. in l. fin. §. in computa-
tione ſub num. 4. verſ. ex hoc ſequitur, Cod. de
Iur. delib. Soccin. Iun. conſ. 170. numer. 5. lib. 2.
Card. Seraph. dec. 1284. num. 1. Ludouiſ. dec. 67.
num. 10. Card. Caualer. dec. 367. num. 3. Rota di-
uerſ. dec. 71. num. 4. part. 4. in recent. dec. 127.
num. 10. & ſeq. part. 7. & dec. 303. numer. 15.
p. 19. & Nos hanc eandem concluſionem la-
tiùs declarauimus diſp. 51. num. 67. & ſeqq. in
1. volum. quæ concluſio procedit abſque con-
13 tradictore, quando non adſunt, prout in
præſentia, alij creditores anteriores, quo
caſu ficta hæc ſolutio per legem inducta ha-
bet vim Iudicialis ſolutionis, cum auctorita-
te Iudicis, Menoch. dict. conſ. 183. num. 35. lib.
1. Morot. conſ. 81. num. 10. Peregrin. de fidei-
com. artic. 35. num. 5. Surd. conſ. 7. num. 31. &
dec. 92. num. 2. 170. num. 1. et 224. num. 7. Ma-
gon. dec. Florent. 59. num. 6. Rota in recent. dec.
2. n. 11. et ſeqq. part. 6.

14 Hinc eſt, vt iniuſtiſſimè fuerit proceſſum
ad deliberationem bonorum, quæ in domi-
nium hæredis beneficiati ſibi ſoluentis ex Iu-
ris miniſterio tranſierunt, l. fin. § et ſi præfa-
tam, Cod de Iure deliber. Surd conſ. 7. num. 31.
Rot. in recent. d. dec. 2. num. 15. verſ. nec profe-
runt, part. 6. vbi; quòd de ſua ſubſtan-
15 tia hæres, qui legitimum inuentarium confe-
cit, nihil penitus poſſit amittere.

16 Præſertim, quia coram Reu. Melchiorio
noſter principalis, ne dum luculenter docuit,
ſe eſſe hæredem beneficiatum qu. Hieronymi
Senioris ex perſona qu. Alexandri, verùm
etiam obtulit ſe paratiſſimum ſuper reddi-
tione rationis bonorum hæreditariorum, qua
pendente, ad deliberationẽ nullo iure procedi
poterat, Alex. conſ. 19. in fin. lib. 5. Menoch. conſ.
89. n. 157. Gabr. cõſ. 125. n. 12. lib. 1. Card. Ottob
d. dec. 47. n. 4. & ſeqq.

Quo verò ad legitimã cõfectionẽ Inuẽtarii
de ſea nullatenus heſitari poteſt, cum fue-
rint ſeruatæ omnes ſolennitates requiſitæ
à Iure in leg. fin. §. ſin autem, Cod. de Iure
deliberan.

Neque illud vitiatur ex non facta deſcriptione nominis debitoris, nempè, cenſus in ſorte ſcutorum 800.

17 Nam, præterquàm quod, adhoc, vt hæres beneficio priuetur Inuentarii ob omiſſam deſcriptionem aliquorum bonorum ſola non ſufficit omiſſio; ſed vlteriùs requiritur, quòd dolo, vel fraude omiſerit, ac celauerit, iuxtà receptiorem ſententiam, de qua *Bald. in leg.fin. §. cum igitur num.8. Cod. de Iur. delib. Angel.in l.1. §.hæc ſtipulatio num.23. verſic. et ſi dictus hæres,ff. ſi cui plus*, quàm per *leg. falcid. Menoch. conſ.471. num.1. et ſeq. lib.5. Dec.conſ.633. num.10. Roman.conſ.276. nu.8. Ferrett.conſ.5. num.7. Bellon. conſ.30. num.6. Honded. conſ.59. num.15. et 31. lib.1. Pruſman.conſ.47.num.51. Gratian. cap.797.nu.15. et ſeqq. et cap.998. num.11. et ſeqq. Cyriac. controu.326.num.14. et ſeq. Staiban.Iun.reſol. 95. num.13. lib.1. Hodiern.controu.5. num.35. 38. et 46. Surd. deciſ.222. numer.10. verſ. tertio dicebat*, quam, vti æquiorem ſæpiſſimè amplexa eſt, *Rota Achill. dec 3. de teſtam. Penia dec.1447. num.11. verſ. ſed fuit reſponſum, Ludouiſ.dec.169. num.3. Duran.dec. 387 num.17. et ſeq. in rec. dec.747. numer.4. part.2. et dec.321. num.21. part.5. et dec.181. num.2. part 6. et deciſ.202. numer 7. part.11.*

18 quod enim malo animo non fit, pœnam non meretur, vt inquit *gloſ.in l.ſi ſeruus, §.prætor ait*, verbo *non videri, ff. de acquir. hæred. Hodiern.contr.5. num.35. et ſeq.*

Qui dolus non præſumitur, *l. dolum. Cod. de dolo l. ſi creditum, Cod. de pignor. act. Alciat. regul.3. præſumpt.4. num.1. lib.7. Ludouiſ. dec. 169. num.1.* ſed ad effectum priuationis be-

19 neficij iam ex Inuentario queſiti eſt liquidò probandus, prout eſt *text. in l.fin. §. licentia*, ibi, *poſtquàm fuerint conuincti, Cod. de Iur. delib. Alex. in eadem leg.fin. num 2. verſ. quæ vltima reſponſio, Cod. de iur. delib. Bald. conſ. 250. num.1. lib.1. Honded.conſ.35. num.12. lib 1. Peregrin.conſ.19. nu.33. lib.4. Hodiern.controu.5. num.38. et ſeq. et num.46. Surd. deciſ. 222. nu.11. et 14. Ludouiſ.dec.169. num 1. et ſeq. Priol.dec.83. num.34. Rot. in recent. deciſ. 181. num.13. et ſeq. part.6.* cum Iuris præ-

20 ſumptio in dubio ſtet pro hærede, quòd potiùs ignoranter, bonaque fide, quàm ex dolo, res, quæ deficiunt in Inuentario, fuerint omiſſæ, *Alex. in d. leg fin. §. licentia num. 2. verſ. quæ vltima reſponſio, Cod. de Iur. delib. Bart. in l. Tutor, qui repertorium num. 20. in fin. ff. de admiuiſtrat. Tutor. Bellamer. conſ. 30. num.6. Menoch. conſ.471. num.1. et ſeq. lib.5. Gratian.cap.352. num.14. et ſeq. Cancer. var. part.3 cap.2. de Inuentar. num.58. Herculan. de probat. negat. ſub num.69. verſ. quarta concluſio, Manſ.conſul.1. num.12. Surd. dec.222. num.11. et ſeq. et 216. num.39. Rota Ian.dec.35 Ludouiſ.dec.169. nu.2. et ſeq. Penia dec.1447. num.14. Rota deciſ.199. num.11. et ſeq. poſt.2. vol.conſ.Farinac.*

Adeòut requirantur perſpicuę coniecturæ *Bald. d. conſ. 250. nu.1. circà med. lib.1. Phanuc. de Inuent. part.3. num.50. Surd. deciſ.222. num.11. Ludouiſ.dec.169. num.1. et duob ſeqq* nec nō probationes ex neceſſitate dolū præſeferentes, ſi enim referri poſſent ad bonum, & malum, verus dolus non diceretur probatus, *Alex.conſ.103. num.13. lib.1. Rimmald. Iun.conſ.184. numer.9. lib.1. Honded. conſ.35. nu.2. lib.1.*

Cæterùm ſublata remanet in præſentia quælibet difficultas, quia iuxtà veriorem

21 ſententiam, omiſſio deſcriptionis nominum debitorum nullatenus vitiat Inuentarium; præcipuè, quando, prout in præſentia, non probatur ex aduerſo, quòd adeſſent inter bona hæreditaria Inſtrumenta, ex receptiſſima Theorica *Bart. in l. Tutor, qui repertoriū n.10. in fin. verſ. ſecundo concludo, ff. de adminiſtr.*

22. *Tutorum*, vbi ait, quòd Tutor non teneatur deſcribere in Inuentario nomina debitorum Pupilli, ſi de eis in hæreditate non extant Inſtrumenta, quia talia nomina debitorum non dicuntur in hæreditate inuenta, nec manibus tangi poſſunt; dicitur enim Inuentarium ab inueniendo, & in eo deſcribuntur ſolùm bona, quę inueniuntur in hæreditate, quàm ſectantur *Phanuc. de Inuent part.3. n.63. verſ. ſed ſi omittantur, Grattian. cap. 532. num.27.* qui teſtatur deciſum per *Rot. Cãcer. var. part.3. cap.2. de Inuent. n.39.* benè *Hodiern. controu.5. num.44. Manſ. conſult.1. num.12. Surd.dec.222. num.8. et ſeq.* & hanc ſententiam perpetuò amplexa eſt *Rota* ſignãter coram *Penia dec.1447. num.9. Duran.dec. 212. num.11. repetita in rec.dec.310. num.10. part.5.*

Neque erat deſcribendum creditum poſt factam exactionem, nam ſtante clauſula in

23 Inuentario appoſita *ſaluo Iure addendi*, illa nedum excludit omnem doli ſuſpicionem; ſed vlteriùs operatur, vt hæres non priuetur beneficio Inuentarij, quamuis poſteà ſuperueniēte notitia nō addiderit, ex doctrina *Bald. in leg. final. §. cum igitur. num.8. Cod. de Iure deliber.* quam ſectantur *Gratian.cap.720. nu. 9. et cap.998. num.13. Staiban.Iun.reſolut.93. num.16. et ſeq. lib.2.* egregiè præceteris *Surd. dec.222. num.21. et ſeq. Cardin.Caualer. deciſ. 508. num.8. Penia d.dec.1447. ſub numer.13. in rec.dec.181. ſub num.21. part.6.* prout hæc omnia latiori calamo fuerunt á Nobis firmamata *diſp.47. in 1. volum.*

* * * * * *
* * * * *

A R-

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus coniecturis ſit præſumenda.

Soluenti, non oppoſita compenſatione, licèt non ſit interdictum poſteà petere, quod ſibi debetur: Nihilòminus, id non procedere oſtenditur, quoties concurrunt vrgentes coniecturæ ſolutionem ſuadentes. Ad intellectum *Pompony Reſponſi in leg. ſi cum dos* 8. *ff. de act. rer amot.*

Remiſſio debiti præſumenda ex tribus requiſitis enumeratis in *l. Procula* 26. *ff. de probat.* valde differt à præſumprione ſolutionis eiuſdem debiti ex coniecturis reſultante, cum fortiores requirantur præſumptiones ad arguendam debiti remiſſionem, quàm eiuſdem ſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Exeipiens compenſationem, debitum ſateri videtur.*

2 *Solutio optimè comprobatur ex coniecturis.*

3 *Solutionis præſumptio, ſeù coniectura reſultat, ſi creditor, longo temporis interuallo, ſuum creditū petere diſtulerit.*

4 *Eadem coniectura ex temporis lapſu reſultans fortiùs vrget; ſi creditor à debitore adhuc inter viuos exiſtente creditum non petit, ſed potiùs ab hæredibus de ſolutione non informatis.*

Huiuſmodi coniecturam Interpretes vrgentiſſimam, fortiſſimamque appellant.

5 *Solutionis præſumptio oritur, quoties creditor inops à debitore diuitijs affluente tamdiù creditum petere diſtulerit.*

6 *Præcipuè, ſi creditor erat Mercator non aſſuetus pecunias tenere otioſas.*

7 *Vel diligeas exactor.*

8 *Mores Patriæ Ianuenſis ſummam in exigendo diligentiam ſuadent, adeòut valeat conſequentia, Ianuenſis, ergo Mercator.*

9 *Solutionis præſumptio reſultat ex non oppoſita compenſatione.*

10 *Non videtur veriſimile, vt qui ſe creditorem alienius contendit, fateatur, ſe illius debitorem.*

11 *Soluenti, non oppoſita compenſatione, non eſt à Iure interdictum poſteà petere, quod ſibi debetur.*

12 *Expenditur* text. in l. ſi cum dos 8. ff. de act. rer. amotar.

Quinimò competit conditio indebiti ad repetendum ſolutum.

13 *Intellige, vt quàmuis ſoluens, non oppoſita compenſatione, valeat petere, quod ſibi debetur. Nihilòminus concluſio non procedat, quoties concurrunt vrgentes coniecturæ ſolutionē ſuadentes*

Commendatur Cancerij diſtinctio part. 2, cap. 6. de ſolut. nu. 42

14 *Sanguinis coniunctio, diuturnitas temporis, & ſæpius calculata ratio ſunt requiſita enumerata in* l. Procula 26. ff. de probat. *ex quibus ſit præſumenda debiti remiſſio.*

Referuntur plures Auctores agentes ſuper intellectu, & materia eiuſdem legis Procula.

15 *Diſpoſitio* d. leg. Procula, ff. de probat. *procedit in præſumenda remiſſione debiti, neque requiſita ibidem enumerata ſunt de forma, ſed ſufficiunt aliæ æquipollentes, vel vrgentiores, ex quibus eadem remiſſionis præſumptio colligi valeat.*

16 *Ad præſumendam ſolutionem non requiruntur coniecturæ enumeratæ* in d. l. Procula. ff. de probat. *cuius diſpoſitio ſolùm procedit in remiſſione debiti, ſed ſufficiunt aliæ leuiores.*

17 *Fortiores requiruntur præſumptiones ad præſumendam debiti remiſſionem, quàm eiuſdem ſolutionem.*

18 *Remiſſio debiti, & præſumptio ſolutionis ſunt termini inter ſe omninò diuerſi.*

CAPVT CLV.

RELAXANDVM videtur mandatum, quia de credito DD. de Ceulis
ſatis liquidò conſtat ex depoſitionibus teſtium ſuper ſolutione ex propriis pecuniis facta Teribio in cauſam fideiuſſoriam, illudque manifeſtum redditur
ex prætenſa compenſatione, cum de ea exci-
1 piens debitum fateri videatur, iuxtà monitū *Bald. in l. cum Papinianus n.* 8. *Cod. de ſentent. et interloq. Aretin. in l. decem num.* 5 *propè fin ff. de verbor. obligat. Dec. in l. nam videtur num.* 4. *ff. de reg Iur.* Roman. *conſ.* 77. *num.* 3. *verſic. & quòd hoc ſit verùm, Boer. conſ.* 14. *nu.* 5. *Natta conſ.* 134. *nu.* 2. *Carol. de Graff. except.* 15. *nu.* 39. *Poſth. reſol.* 102. *num.* 9. *Surd. dec.* 24. *numer.* 7. *Medic. inter deciſ. Senenſ. exam.* 60. *nu.* 2. *Magon. dec. Florent.* 44 *nu.* 8. *Chriſtin. dec. Belg.* 40. *num.* 5. *lib.* 3. *Bich. dec.* 166. *num.* 2. *Rot. diuerſ. dec.* 626 *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. *in rec. dec.* 33. *nu.* 2. *part.* 5. *& in Romana pecuniaria, ſeù mercium* 5. *Iunij* 1613. *coram Card. Sacrato.*

Cum igitur de credito huius partis non poſſit dubitari, nullo Iure videtur admittēda exceptio prætenſæ compenſationis, ſeù retentionis, quia pecuniæ exactæ à Sacro Monte Pietatis anno 1650. à Ioanne tamquàm Procuratore Aduerſarij, præſumuntur eidem ſolutæ, id apertiſſimè ſuadentibus infrà recenſendis vrgentiſſimis coniecturis, ex qui-
2 bus ſaltem inſimul ponderandis optimè remanet comprobata ſolutio, quamuis ſit quid facti, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1324. *nu.* 26. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 135. *Maur. de ſolut. cap* 4. *num.* 8. *Gratian. cap.* 739. *numer.* 38. *&* 860. *num.* 5. *Felic. allegat.* 41. *num.* 3. aſſerens, quòd duæ ſufficiant coniecturæ, *Caren. reſolut.* 108. *num.* 2. *Galeot. controu.* 14. *nu.* 2. *lib.* 2. *Surd. dec.* 105. *numer.* 6. 11. *& ſeq. Magon. dec. Florent.* 2. *num.* 2.

num.2. & ſeq.Medic.dec.Senenſ 84. nu.7.Cenſal.dec.Lucenſ.3. nu.18.& ſeqq.

3 Initio illa nobis ſe offert ex lapſu temporis
annorum ferè ſexdecim deſumpta, cum à
veriſimili ſatis aberrare videatur, Aduerſa-
rium tanto temporis internallo, ſui crediti
petitionem diſtuliſſe, ſi illud re vera non fuiſ-
ſet ſolutum, *Crauett.conſ.148. num.13.Pariſ.
conſ.137.numer.12.verſ. aduertendum inſuper
lib.4. Anell.Amat conſ.43.Gozadin.conſ.8.nu.
46.in fin.Lancellott.Gallia conſ.48.num.19. &
conſ.86.num.13 Altograd.conſ.53. num.33.lib.
2.Cyriac.controu.516.num.14. Prat.diſcept.8
num.6.lib.3.Theodor.alleg.78.num.19. Nouar.
quæſt forenſ.136. num.4.lib.1.Galeot.controu.
14.nu 7.& ſeq. num.11.lib.2.* aſſerens, hanc
coniecturam ex temporis lapſu deductam
eſſe magni faciendam, *Merlin.controu.37 nu.
12 lib.1.Andreol.controu.57.nu.1.& ſeq. &
318.num.13. Surd.dec.105.num.4.Medic.deciſ.
Senenſ.84.num.2.Epiſc.Thomat.dec.143.nu.16
Caracciol.dec.* Curiæ *Prætoriæ Panorm.19.nu.
28.Card.Mant.dec.266.num.5.Ludouiſ.dec.521
num.1.Merlin.dec.246.num.3.Card.Celſ.dec.40
num.6.* repetit. in *recent.dec.196. nu.6. part.
10. Rot.* poſt *Zacch. de oblig.*Camer. *deciſ.59.
num.4.*

4 Secundò eadem coniectura ex temporis
lapſu reſultans fortiùs vrget; Tum, quia Ad-
uerſarius petitionem ſui crediti diſtulit poſt
obitum Ioannis debitoris illud petendo, etiā
poſt plures annos ab hæredibus de ſolutione
non conſciis, & poſtquàm diu acerrimè in
Iudicio ſubſtinuerat, pecunias Teribio ſolu-
tas fuiſſe proprias; prout in ſpecie pro ſo-
lutione præſumenda hanc coniecturam ex-
pendunt, B*arboſ.in l.quæ dotis n.43. ff. ſolut.
matr. Alciat.de præſumpt.reg.1.præſum.32.n.
3.Sim.de Petris conſ 68.num.1.& ſeqq.Soccin.
Iun. conſ.89.num.5.lib.3. Rimin.Iun.conſ.407.
num 14. Pariſ.conſ.103 num.27.lib.1.& conſ.
137.num.14.lib.4. Menoch.lib.3.præſum.135.
num.19.& ſeq. & lib.2. præſumpt.92. num.7.
& de arbitrar.caſ.88.nu 17.& ſeq. Cyriac.cō-
trou.614.in fin Merlin.controu.87.num.12.lib.
1. Eſcob de ratiocin.cap.37. num.10.* aſſerens,
eſſe fortiſſimam, vrgentiſſimamque præſum-
ptionem, *Andreol.controu.318. nu.14.Prat.
diſcept.8 n.7.& ſeqq.li.3.Theodor.allegat.78.
num.9. Afflict.dec.13.numer.21.& ſeq. Gram-
mat.dec.103. num.39. in fin. Medic.dec.Senenſ.
85. num.9. Monach.dec Florent.2. num.13.Ca-
raccio l.dec.29.num.19. Cenſal.dec.Lucenſ.3.nu.
25.Merlin.dec.124.num 23. Rota* poſt *Zacc.de
oblig.Camer.dec.59.nu.5.*

5 Tum etiam, quia Aduerſarius nimis indi-
gebat, & de eius proxima decoctione aderat
rumor, & debitor diuitiis affluebat; atque
adeò eò magis inueriſimile videtur, quód à
debitore diuite creditor inops tamdiù exige-
re diſtulerit, *Bertazzol. conſ.ciuil.118.nu.13.
Pariſ conſ.83.num.27. lib.1. & conſ.137.num.
12.lib.4. Menoch.conſ.715.num.4.lib.7. Alto-
tograd.conſ.53. num.34. lib.2. Cyriac controu.
516.num.18. Andreol. controu.57. numer.12.
Surd. dec.105. num.3. Merlin.dec.714.num.24.
Card.Mant.dec.266.n.5.Rot.in rec.dec.225.nu.
13.et ſeq.p.10.*

6 Signanter, quia Aduerſarius, nedum erat
Mercator, nō aſſuetus detiuere pecunias otio-
ſas, prout in ſpecie hanc creditoris qualita-
tem expendit *Magon dec.Florent.2. num.5. &
12.* ſed etiam diligentiſſimus exactor, in
7 quo caſu faciliùs ſolutionis vrget præſum-
ptio, *Pacian.conſ.113. Cyriac.controu.516 nu.
17. Surd.dec.105. num.2. Afflict.dec.13. n.19.*
qualis præſumi debet Aduerſarius, vt potè Ia-
nuenſis, vt in ſpecie creditoris Ianuenſis,
Dunozett.Iun.dec.962. num.7 affirmans, quòd
8 mores Patriæ Ianuenſis ſummam in exigendo
diligentiam ſuadeant, prout experientia ſa-
tis ſuperque edocet, idemque teſtatur *Rot.
Ian.dec.139. num.9.* aſſerens, quòd valeat
conſequentia, Ianuenſis, ergo Mercator,
Merlin.dec.714.n.22.

Tertió prædictis omnibus accedat, quòd poſt
ſequutam exactionem, nedum Aduerſarius
perſoluit nonnullas pecuniarum quantitates
Teribio; ſed vlteriùs ab hac parte requiſitus
ad ſatisfaciendum eidem Teribio, reſpondit,
ſe non habere paratas pecunias; ideòq; ſol-
uere non poſſe; quinimò ſuſcepit terminum
ad ſoluendum huic etiam parti ſcuta quin-
quaginta, ex qua reſponſione, terminique
ſuſceptione ſatis liquidò conuincitur, pecu-
nias à Sacro Monte Pietatis exactas fuiſſe in
continenti eidem Aduerſario ſolutas; nam
alioquin, vel oppoſuiſſet compenſationem,
vel demandaſſet, vt, ex eiſdē pecuniis exactis
9 Teribio fieri deberet ſolutio, cum ſolutio-
nis præſumptio reſultet ex non oppoſita cō-
penſatione, *Bald. in leg. ſi quidem,* Cod. de
tranſact. ibique *Iaſ. vterque num.3.Bertazzol.
conſil.ciuil.118. num.18. Pacian.de probat.lib.
1.cap 25. num.25. Andreol.controu.57. nu 13.
Cyriac. controu.280. numer.15.* aſſerens poſt
Decian.Burſatt. & Bim. ab eo laudatos, quòd
10 non videatur veriſimile, vt qui creditorem
ſe alicuius contendit, fateatur ſe illius de-
bitorem, *Ludouiſ.dec.439.nu.8.*

Neque ad elidendam hanc coniecturam
alioquin vrgentiſſimam aduerſatur contra-
11 ria concluſio, quòd, nempè, ſoluenti, non
oppoſita compenſatione, non ſit á Iure in-
terdictum poſteà petere, quod ſibi debetur,
*l.ſi cum dos 8.ff.de act.rer.amotar.*ibi: *Si cum
dos ſolueretur mulieri, aut ſatis doti fieret di-
ctum non eſſet, actum iri rerum amotarum;* Ni-
*hilòminus agi poteſt, nam & cum dos nulla
eſt: eadem actio datur,* quem *textum* ibidem
Bart. ſummat, qui ſoluit, quod debet non
prohibetur petere, quod ſibi debetur, *Maur.*
de

de ſolut. cap.4. per tot. Gratian. cap.356. num. 42. Cancer. var. part.2. cap.6. de ſolution. num. 41. Quinimò eidem competat conditio inde-
12 biti ad repetendum ſolutum, *l. ſi ambo §. ſi quis igitur, ff. de compenſat, l. qui inuicem* 30. *l. qui exceptionem* 40. *§. ſi pars ff. de condict. in debit. l. quod dicitur, § pen. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Anton. Fab. lib.12. coniectur. cap.9. Olea de ceſſion. Iur. tit.6. qu.11. nu.31.*

13 Huic enim obiecto egregiè poſt *Ancharan conſ.434. num.4.* ſatisfacit idemmet *Cancerius* ex aduerſo laudatus *d. part.2. cap.6. de ſolut. num.42.* eam adhibens animaduerſionem, quòd, quàmuis ſoluens, non oppoſita compenſatione, poſſit petere, quod ſibi debetur; nihilòminus, concurrentibus, prout in præſentia, alijs coniecturis ſolutionem ſuadentibus, non procedat diſpoſitio dictæ *leg. ſi cum dos 8. ff. de action. rer. amotar.* ex quo *textu* deſumitur coutraria concluſio, cum ex non oppoſita compenſatione ex doctrinis ſuper laudatis, vehemens reſultet præſumptio non factæ ſolutionis, atque adeò doctrina *Cancerij* in re, de qua eſt ſermo, potiùs mirificè retorquetur,

14 Minus etiã aduerſatur, quòd, cum in præſentia non concurrant tria vulgata requiſita enumerata per *Iuriſconſultum in leg. Procula 26. ff. de probat* ſanguinis nempè coniunctio, diuturnitas temporis, & ſepiùs calculata ratio, de quibus latè præ cæteris agunt *Barboſ. in l. quæ dotis num.43. ff. ſolut. matrim. Alciat. reg.1. præſumpt.32. Maſcard. de probat. concl. 1371. num.101. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ.88. lib.2. & lib.3. præſumpt.135. Cyriac. controu.412. Eſcob. de ratiocin. cap.37. Caren. reſolut.108. Andreol. controu.318. Epiſc. Ricc. collect.3660. Merlin. controu.87. lib.1. Theodor. alleg.78. Nouar. quæſt. forenſ.8. part.1. Afflict. dec.13.* ibique *add. Gamma deciſ. Luſit. 144. Marc. Medic. dec. Senenſ.85.* & latiùs inter eaſdem *deciſ. examin.53. num.53. & ſeqq. Zucchar. dec. Lucenſ.69.* non valeat agi de præſumpta ſolutione ex coniecturis reſultante.

Siquidem, (ne incidamus in æquiuoca, quæ in hac noſtra legali ſcientia frequentiſſimè accidere ſolent, ob non rectè adhibitam caſuum diſtinctionem) eſt diligenter ani-
15 maduertendum, quòd in præſenti themate nullatenus opponit debitor creditori, debitum præſumi ſibi remiſſum, vel donatum, in quibus terminis propriè verſatur diſpoſitio *dict. leg. Procula, ff. de probat.* ibi *quaſi tacitè fratri fideicommiſſum fuiſſet remiſſum*, quo caſu tria illa requiſita, neque etiam præciſè ſunt probanda, cum non requirantur pro forma ad remiſſionem debiti præſumendam; ſed ſufficiant aliæ coniecturæ æquipollentes, vel vrgentiores, ex quibus eadem præſumptio colligi valeat, prout in terminis *dict. leg. Procula*, præ cæteris aduertunt *Barbos. in leg. quæ dotis 44. ff. ſolut. matrim. Caren. reſolut.108. num.1. verſic. arbitrati enim ſunt, Theodor. allegat.78. num.18. Andreol. controu.318. num.12. Cyriac. contr.412. n.7. & ſeqq. et n.15. Menoch. de arbitr. caſ.88. nu.19. Merlin. controu. 87. num.10. lib.1. Franc. Marc. dec.273. n.3. part.2. Io. Decher. dec. Curiæ Belg. 12. num.16. verſ. ego equidem lib.2 Grammat. dec.103. n.39. Mart. Medic. dec. Senenſ.85. num.3. verſ. & idcircò.*

16 Sed potiùs agitur de ſolutione præſumenda, vel probanda ex coniecturis, quod valdè differt à materia *d. leg. Procula de probat*, cuius requiſita nullatenus in hoc caſu ſunt neceſſaria, ſed ſufficiunt aliæ leuiores probationes, quod ſecus eſt, quando eſt probanda remiſſio debiti in terminis *leg. Procula*; hoc enim caſu, vel ſunt probanda requiſita dictæ *legis*, vel requiruntur aliæ concludentiores præſumptiones, coniecturæque æquipollentes, prout vtroſque terminos optimè præcæteris diſtinguunt, *Mart. Medic.* inter *dec. Senenſ. exam.53. verſ. ſed aduerte*, admonens, terminos dictæ *leg. Procula* longè diſtare à præſumenda ſolutione; ſi enim ageretur de ſolutione coniecturata, non faceret ad propoſitum ſanguinis coniunctio, cum potiùs contrarium operetur effectum ex eo, quòd ſepè credita à coniunctis non petantur propter reuerentiam, aut amorem erga illos, & *num.54.* ſubdit, fortiores re-
17 quiri præſumptiones ad præſumendam debiti remiſſionem, quàm ad præſumendam eiuſdem ſolutionem, egregiè *Caren. reſolut. 108. num.1. & duobus ſeqq.* aſſerens, quòd remiſſio debiti, & præſumptio ſolutionis ſint
18 termini omninò diuerſi, *Andreol. contr.318. nu.15. verſ. & quando agitur.*

Iuxta firmata fuit decretum per Reuerendiſſimum Fanum.

ARGVMENTVM.

In ſocietate officij apponi valent quæcumque pacta, quoties directè ſubſtantiæ, naturæque eiuſdem ſocietatis non aduerſantur.

Promiſſio cedulæ banchariæ, vel præſtandi fideiuſſores in cenſu, eueniente mora in ſoluendis fructibus, an, & quando aduerſetur Conſtitutioni *Pianæ*. Et ſemel fideiuſſore præſtito, illoque effecto non ſoluendo, an alius ſit dandus, vel potiùs debitor liberatus remaneat.

Ad

Ad intellectum Iurium *in l. ſi is à quo, §. ſi ſemel ff. vt in poſſeſſ. legat.* & in *leg. ab arbitrio, in fin. ff. qui ſatiſd. cogant.*

Exceptio non implementi in præſtandis fideiuſſoribus impediens lucrum fauore debitoris, an, & quando cenſeatur per creditorem remiſſa in ſocietate Officij, ſtante perceptione fructuum. Plures afferuntur diſtinctiones.

Periculum vitæ in ſocietate Officij, an ſemper, & quandocumque valeat transferri; ſtante ſpeciali facultate tributa creditori, ſi tunc temporis reperiatur infirmus is, ſub cuius vitæ periculo erat contracta ſocietas.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor cuicumque obligationi accedere valet, atque adeò etiam ſocietati Officij.*

2 *In ſocietate opponi valent quæcumque pacta ſocijs benè viſa, quoties directè ſubſtantiæ, naturæq; ſocietatis non aduerſantur.*

3 *Idque etiam ſi pacta in alijs ſocietatibus fortaſsè apponi non ſint ſolita.*

4 *Fideiuſſores, etiam pro fructibus ſocietatis apponi valent.*

5 *Lucrum quis conſequi non valet ex contractu, quē adimplere neglexit etiāſi allegetur impedimētū.*

6 *Siue defectus ſit in ſubſtantialibus, ſiue accidentalibus, aut naturalibus, & ſiue in minimo, ſiuè in magno.*

7 *Lucrum ex ſocietate officij conſequi non poteſt, non adimplens.*

Idque non obſtante impoſſibilitate, quę excuſat à pœna, non autem, vt poſſit agi ad lucrum.

8 *Cenſus, ab initio conſtitui poteſt cum cautione cedulæ bancharie, etiam in caſu moræ in ſoluendis fructibus.*

9 *In ſocietatibus Officij admitti conſueuerunt quælibet ſtipulationes, & pacta, quæ ad maiorem ſecuritatem, facilioremque fructuum exactionem pertinent.*

Idcòque valet conuentio de præſtando fideiuſſore in caſu moræ, quæ non aduerſatur ſubſtantiæ, naturæque contractus eiuſdem ſocietatis.

10 *Promiſſio Cedulæ Bancharie, vel præſtandi fideiuſſorem in cenſu, eueniente caſu moræ in non ſoluendis fructibus, nullatenus aduerſatur Conſtitutioni* Pianæ.

Idque etiam cautum reperitur alia Conſtitutione Piana *edita anno* 1570.

11 *Reprobatur diſtinctio* Cencii, & Duardi, *an pactum concipiatur in pœnā, an verò appareat additū, vt prōptior, & expeditior ſit exactio cenſus.*

12 *In cenſu, quando, ſemoto ſpeciali pacto præſtādi, ſiue renouandi fideiuſſores, fuit ſimpliciter præſtitus fideiuſſor demum effectus non ſoluendo, tunc debitor cenſus fideiuſſorem magis idoneum præſtare non cogitur, & ſeqq.*

13 *Secus aſſerendum in fideiuſſione Prętoria, & Iudiciali.*

Expenduntur Iura huiuſmodi diſtinctionem comprobantia.

14 *In Conſtitutione* Piana *reprobantur omnia pacta, quæ quouis modo venditori cenſus grauamen, ſiue onus iniſciunt.*

15 *Fideiuſſores nouos præſtare, ſolet eſſe debitori valdè onerosum.*

16 *Pactum de præſtandis fideiuſſoribus, eueniente caſu moræ in ſoluendis fructibus ſocietatis, non poteſt dici eliſum per aliud pactum immediatè ſubſequens, quòd in caſu moræ debitor ad nihil aliud teneatur, præter quàm ad ſolutionem fructuum decurſorum, & non ſolutorum.*

Prædictum pactū debet intelligi appoſitum, ne contingat dubitari, an eueniente caſu lucri, fructus præteriti deberentur,

17 *Fructus in ſatis exceſſiua quantitate in ſocietate officij, non niſi ratione periculi ſortis admittendæ licitè percipiuntur.*

18 *Mora, (quidquid ſit ad effectum pænæ) reſpectu lucri captandi, contrahitur, etiam abſque aliqua interpellatione.*

19 *Non ſic fauendum lucro inhiantibus, vt damna moræ vitantibus.*

20 *Non eſt incompatibile, vt fructus ſocietatis debeantur ad rationem conuentam pro ſemeſtri anticipato, quòdque pro eodem tempore creditor non ſubeat periculum amittendæ ſortis, & ſeqq.*

21 *Fideiuſſore non præſtito in caſu non ſolutionis fructuum, adhuc dicitur durare ſocietas ad fauorem creditoris, qui ex parte ſua adimplenit, licèt in damnum debitoris implere negligentis lucro locus eſſe non valeat.*

22 *Lucro non eſt locus in ſocietate officij, contractu non impleto, non ratione reſolutionis eiuſdem contractus ſed potiùs deficientis implementi.*

23 *Exceptio non implementi in præſtandis fideiuſſoribus, impediens lucrum fauore debitoris, dicitur remiſſa in ſocietate officij, ſtante receptione fructuum facta à creditore.*

24 *Intellige, vt id non procedat in receptione fructuum anticipata primi ſemeſtris, quæ ad lucrum debitori non ſuffragatur, cum impoſſibile ſit, eodem temporis in momento oriri obligationē, & moram.*

25 *Rurſus intellige, vt fructuum perceptio ſit ſolùm operatiua, quòad remiſſionem implementi, ſi caſus periculi contingat in eo ſemeſtri, & durante illo termino, pro quo in toto, vel in parte fuerunt fructus recepti, vel ſaltem petiti, non autem influit in tempus ſequens.*

26 *Contraria procedunt, quoties ex coniecturis poteſt deprehendi præſumpta remiſſio, non implementi, etiam in futurum.*

27 *Exceptio non implementi; quoties non agitur de damno euitando; ſed de lucro captando, non tantùm intereſſe alterius innititur, quàm violationi fidei ex parte non implentis.*

28 *Idque, etiam procedit in non implemento in ſocietate officij.*

29 *Creditor, licèt alioquin ſit tutus propter alios coobligatos in ſocietate officij, nihilòminus excluditur lucrum contrà debitorem non implentem.*

30 *Reſeruatio dominij alicuius rei, vtpotè conuenta, nedum pro maiori cautione creditoris, & faciliori conſequtione fructuum ſocietatis, ſed etiam durante ſocietate pro repetitione ſortis in caſu diſdictæ, non debet in eiſdem creditoris odiū retorqueri.*

31 *Stante ſpeciali pacto, & facultate ſemper. & quan-*

Digitized by Google

quandocumque transferendi periculum vitæ; illud poteſt transferri, etiamſi tunc temporis reperiatur infirmus, is, ſub cuius vitæ periculo extabat ſocietas.

32 *Contraria procedunt, ſemoto pacto ſpeciali, in quo caſu intelligenda Reformatio* S.M. Pauli *V. demandans, translationem periculi debere fieri per quindecim dies antè.*

33 *Facultas transferendi periculum vitæ eſt conſueta reſeruari, ad effectum ponendi pecunias in capite alterius, de cuius longiori vita ſit magis confidendum.*

34 *Ad euitandum debitoris præiudicium ſatis ſuperque ſufficit, vt euenire potuerit caſus, quod perſona, in quam fuit translatum periculum, prædecederet.*

35 *Creditor ſocietatis ob translationem periculi non dicitur remiſiſſe promiſſionem ſibi factam de præstando fideiuſſores, & de ratione.*

36 *In dubio pronunciandum pro excluſione lucri in ſocietate officij.*

CAPVT CLVI.

DE tribus inſpectionibus in præſentia
pro veritate diſceptari contingit:
Primò, an pactum, quód Boſius in
euentu moræ in ſoluendis internſuriis
ſocietatis Officij, teneatur præſtare fideiuſ-
ſorem, de iure ſubſiſtat, adeòut, illo non
impleto, debitor nō poſſit conſequi lucrum,
vel potiùs naturæ aduerſetur ſocietatis.

Secundò, an reſeruatio dominij, vel ſpe-
cialis hypothecæ ſuper pretio fauore Simo-
netti creditoris, lucrum impediat eiuſdem
ſocietatis.

Tertiò, tandem, an idem creditor potue-
rit transferre periculum vitæ in perſonam
Cardinalis Azzolini, dum Clar. Mem. Tho-
mas Roſpiglioſius, ſub cuius vitæ periculo
erat contracta ſocietas Officij, reperiebatur
infirmus.

1 Quó ad primam igitur inſpectionem; cum
certa ſit Iuris regula, quod omni obligatio-
ni fideiuſſor accedere valeat; prout ſunt ip-
ſiſſima Iuriſconſulti verba *in l.prima ff. de fi-
deiuſſorib. § primo iſtit. eodem tit. Ceue.de cenſ
q.52. num.1.* Ità etiam idem in contractu ſo-
cietatis aſſerendum, vt, nempè, ſit omni Iu-
re valida conuentio, vt fideiuſſores in caſu
moræ in ſoluēdis fructibus dari debeant; Tum
2 quia in ſocietate apponi valent quæcumque
pacta ſociis benè viſa, quoties directè ſub-
ſtantiæ, naturæque ſocietatis non aduerſan-
tur, *Dec.in l.ſi paciſcenda in ſecundo notabili,
Cod.de pact.* & in ſpecialibus terminis ſocie-
tatis officii *Spada conſ 40.num.23. lib.1.* vbi,
3 etiam ſi pacta in aliis ſocietatibus ſortaſsè
apponi non ſint ſolita.

4 Tum etiam, quia non eſt nouum, vt fide-
iuſſores ſpecificè dari valeant, etiam pro fru-
ctibus ſocietatis, *Zacch.de ſociet.offic.nu.450.
Gratian.cap.301.num.17.& ſeq.Marcheſan.de
commiſſion.appellat.in cauſ. Cameral. obligat.
part.1. num.15. Rota* penes eumdem *Marche-
ſan. in Romana ſocietatis officij 2. Iunij 1608.
coram Card. Lancellotto, tom.1.fol.838.* quæ
eſt repetita poſt *Zacch.de ſociet. offic. decïſ.5.*
& poſt *Pacific. de Saluian.dec.307. & in rec.
dec.183.p.3.*

Tum demùm; quia, ſicuti abſque difficul-
tate frequentiſſimè contrahi ſolent ſocieta-
tes ſub pacto dandi, vel renouandi fideiuſſo-
res in euentum mortis, deteriorationis, vel
abſentiæ, quo non impleto, non poteſt à de-
bitore prætendi, factum fuiſſe locum lucro
5 ſocietatis, cum regulare ſit, vt quis conſe-
qui non valeat lucrum ex contractu, quem
adimplere neglexit; *l.Iulianus 14.§.offerri,ff.
de act. empt. cap.prouenit*, vbi *Abbas*, cæteri-
que *Canoniſtæ de Iur.Iuran. Dec.in l. cum pro-
ponas num.4. in tertio notabili*, ibique *Inter-
pretes, Cod.de pact. Aym.conſ.151.nu.10.verſ.
eſt adeò fauorabilis & ſeq.& conſ.192.num.15.
& 20.Iaſ.conſ.41. numer.1.et 2. lib.3. Roland.
conſ.69. num.8.lib.4.Becc conſ.45,num.6.10.et
12.* aſſerens, agentem ſola exceptione inob-
ſeruātię cōtractus repelli, quia malè agit, cū
actione careat, *Surd.conſ.186.n.11.et 563.n 4.*
idem ſeruari aſſerens, ſi allegaretur impedi-
mentum, *Ioſeph Ludouic.concluſ.14. verſ. in-
fertur nonageſimo quarto, Rot.in rec.decïſ.192.
num.12. & ſeq. part.5.* qui omnes latiſſimè
comprobant hanc concluſionem in quocum-
6 que contractu, ſiuè defectus ſit in ſubſtan-
tialibus, ſiuè accidentalibus, aut naturali-
bus; & ſiuè in minimo, ſiue in magno, *Card.
Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.3. tit.16.
num.18.Rot.in rec. dec.192. num.12. & ſeq.
part.5.*

7 Et in ſpecie lucri ex ſocietate officij conſe-
quendi, *Zacch.de ſociet.offic. n.445. Gratian.
cap.301.num.8.18.& ſeq. & cap.143.n.49.&
ſeqq. & cap.725.num.2.& ſeq.*vbi, quòd hoc
procedat, etiam ſtante impoſſibilitate imple-
menti, quæ excuſat à pœna, & damno, non
autem, vt poſſit agi ad lucrum, *Card. de Luca
de ſociet.offic. diſc.2. num.2. & de cenſ. diſc.9.
num.4. & 7. Rubeus in annot.ad dec.542.n.32.
& ſeqq. part.4. recent. tom.3. Epiſc. Sperell.
dec.107. num 86.& ſeqq. lib.2. Card. Seraph.
dec.225.num.3.& ſeq.* & *dec.673. Buratt.dec.
674.num.3.& ſeqq.* ibiq; *add.nu.10. Merlin.
dec.290.num.4.& ſeq. Duran.dec.9.numer.6.
& ſeq. Card.Ottobon.dec.131.num.2. & ſeqq.
Archiep.Royas dec.64. per tot.Bich.decïſ.341.
num.2. Rota* poſt *Zacch.de ſociet. offic. decïſ.5.*
repetita poſt *Pacific. de Saluian. Interd. de-
cïſ.307.*

Ita etiam legitimo iure potuit apponi pa-
ctum, quòd fideiuſſores in caſu moræ præ-
ſtentur, quo non impleto à debitore, neque

etiam poſſit conſequi lucrum; non enim va-
let aſſignari congrua diſparitatis ratio inter
vnum caſum, & alterum, prout in proximis
terminis, quòd, ſicuti, cenſus poteſt ab ini-
8 tio conſtitui cum cautione cedulæ Banghariæ;
ità pariter ſit validum pactum, quòd cedu-
la dari debeat in caſu moræ in ſoluendis fru-
ctibus, optimè ad rem, de qua agimus, æqui-
parando vtrumque caſum firmauit *Rot. in rec.*
dec. 218. n. 16. et ſeq. p. 5.

9 Idque ſatis manifeſta ſuadetur ratione,
dum in huiuſmodi ſocietatibus Officii ad-
mitti conſueuerunt quælibet ſtipulationes, &
pacta, quæ ad maiorem ſecuritatem, faci-
lioremque fructuum exactionem pertinent,
qualis eſt conuentio de præſtando fideiuſſo-
rem in caſu moræ, quæ nullatenus aduerſa-
tur ſubſtantiæ, naturæq; contractus eiuſdem
ſocietatis; prout in ſimili dicitur de cedula
Bancharia, vel fideiuſſore præſtando in cen-
10 ſu, eueniente caſu moræ in non ſoluendis
fructibus, quæ nullatenus aduerſatur Conſti-
tutioni *Pianæ*, iuxtà receptam ſententiam,
de qua, omiſſis alijs *Felician. de cenſ. lib. 1. cap.*
4. num. 3. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 12 nu. 9.
Theſaur. Iun. lib. 1. qu. 32. nu. 14. verſ. non inſi-
cior tamen, Scorcia theorem. 260. verſ. poſſunt
tamen, Duard. de cenſ. §. 3. q. 13. num. 10. & 18.
Bonac. de contract. diſp. 3. qu. 4. punct. vnic. num.
29. Molin. eodem tract. diſp. 391. num. 1. Scacc.
de commerc. & camb. §. 1. qu. 7. part. 2. am-
pliat 8. num. 295. Gratian. cap. 301. nu. 6. Card.
de Lugo de Iuſt. & Iur. diſp. 27. nu. 69. Leotard.
de vſur. qu. 67. num. 24. aſſerens, id cautum
reperiri ex alia Conſtitutione *Piana* edita an-
no 1570. in §. 8. & *num. 27.* reprobat diſtin-
11 ctionem *Duard.* & *Cencij*, an huiuſmodi pa-
ctum ità concipiatur, vt ſonet in pœnam, &
ſit illicitum, an verò appareat additum, vt
promptior, & expeditior ſit exactio cenſus,
& ſubſiſtat, quam eſſe potiùs verbalem, quàm
realem rectè aſſerit; cum vtriuſque formulæ
idem ſit effectus, & quibuſcumque verbis hu-
iuſmodi conuentio concepta reperiatur, il-
lud vnum creditor agat, vt ſibi rem gerat,
Cenc. de cenſ qu. 52. num. 1. et ſeqq. et n. 30. Rota
poſt eumdem *dec. 285. num. 3. & dec. 286. nu.*
4. et ſeq. in recent. dec. 118. num. 16. part. 5. &
dec. 172. num. 17. part. 10. Peutinger. dec. 424.
num. 1.

Contraria verò deducta per *Auendan. de*
cenſ. Hiſpan. cap. 97. num. 2. 4. & ſeq. à com-
muni ſententia aberrantem procedere poſ-
ſunt, quando, nempè, in cenſu, ſemoto ſpe-
12 ciali pacto præſtandi, ſiue renouandi fide-
iuſſores, fuit ſimpliciter præſtitus fideiuſſor,
qui demum fuerit effectus non ſoluendo; tunc
enim debitor cenſus fideiuſſorem magis ido-
neum præſtare non cogitur; ſatisfecit enim
ſuæ obligationi, præſtando fideiuſſores ex re-
gula *leg. bones, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign.*

Licèt ſecus ſit aſſerendum in fideiuſſione
13 Prætoria, ſeu iudiciali, prout per iura in
leg. ſi is, à quo, §. ſi ſemel, & ſeq. ff. vt in poſſ. ſ.
legat, l. ab arbitrio in fin. ibique *Iaſ. in 8. no-*
tab. ff. qui ſatiſdar. cogant. diſtinguit inter fi-
deiuſſionem conuentionalem, & Prætoriam
Bart. in l. Prætoria la ſeconda, ibique cæteri
Interpretes ff. de Prætor ſtipulat. Angel. & Ca-
ſtrenſ. in l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogant. Surd. cōſ.
18. num. 13. lib. 1. Marſil. in rubr. de fideiuſſor.
numer. 74. Gomez. var. lib. 2. cap. 13. de fide-
iuſſor. num. 7. Cancer. var. part. 2. cap. 5. de fide-
iuſſor. num. 157. & ſeq. Gratian. cap. 8. num. 2.
de Marinis reſolut. 133. num. 16. lib. 1. Franch.
dec. 480. num. 5. & ſeq. ibique *add.* & in his præ-
ciſis terminis aduertunt *Duard. de Cenſ. q. 13.*
num. 23. Cenc. eod. tract. qu. 52. num. 26. & ſeqq.
rectè aſſerens, huiuſmodi concluſionem con-
14 firmari ex eadem Conſtitutione *Piana* in
qua reprobantur omnia pacta, quæ quouiſ-
modo venditori cenſus grauamen, ſiue onus
inijcere valent, atque adeò, cum nouos
15 præſtare fideiuſſores ſoleat eſſe debitori val-
dè oneroſum, *l. ſi is, à quo, §. fin ff. vt in poſ-*
ſeſſ. legat. Bald. in l. 2. num. 6. ibique *Salic. nu. 5.*
Cod. de hæred. vel act. vend. Surd. conſ. 18 nu. 13.
verſ. tertium quoque, & dec. 279. num. 13. er-
go aſſerendum, non eſſe cogẽdum venditorem
cenſus ad nouos fideiuſſores præſtandos.

16 Prædictum verò pactum de præſtandis fi-
deiuſſoribus, eueniente caſu moræ, in ſol-
uendis fructibus ſocietatis, nullo prorsùs iu-
re poteſt dici eliſum per aliud pactum im-
mediatè ſubſequens, quòd nempè in caſu mo-
ræ Boſius ad nihil aliud teneatur, præter-
quàm ad ſolutionem fructuum decurſorum,
& non ſolutorum.

Siquidem nulla omninò adeſt incompati-
bilitas, quòd Boſius teneretur ad ſolutionem
fructuum præteriti ſemeſtris, & nihilòminus
lucrum conſequeretur ſocietatis; prædictum
enim pactum intelligi debet appoſitum, ne
contingeret dubitari, an, eueniente caſu lucri,
fructus præteriti deberentur; prout in ſpe-
cialibus terminis *Gratian. cap. 301. num. 32.*
Marcheſan. de commiſſ. appellat. in cauſ. Camer.
oblig. part. 1. § 2. num. 16. Zacch. de ſociet. offic.
num. 451. Rota poſt eumdem *dec. 5.* repetita
poſt *Pacific. de Saluian. Interd. dec. 307.* vtrobi-
que *n. 11. verſ. neque contrarium* eadem *Rota*
diuerſ. dec. 15. n. 2. p. 1.

Prout, neque etiam releuat contraria pon-
deratio, quòd ex prædicto pacto præſtatio-
nis fideiuſſoris in caſu non ſolutionis fructuũ,
auferatur debitori facultas lucrandi ſortem;
cum ſint inter ſe incompatibilia, quòd debi-
tor teneatur ſoluere fructus anticipatè pro
ſemeſtri decurrendo, quodque creditor no-
lit pro d. tempore ſubire periculum amittẽdæ
ſortis ſocietatis, quæ eſt principium neceſ-
ſariò productiuum ipſorum fructuum; qui in
ſatis

ſatis exceſſiua quantitate, non niſi ratione
eiuſdem periculi licitè percipiuntur, *Scacc.
de commerc.& camb.§.1.q.1.num.377.Caſtra-
can.de ſociet.cap.69.* il primo *num.32.in fine,
& ſeq.& num.33.& cap.69.* il ſecondo *ſub nu.
8. verſ.hoc enim, Gratian.cap.301.num.51. &
57. & cap.302. num.6. & ſeq.Card.de Luca
de ſociet. diſc.12.num.14. Rot.diuerſ. dec.332.
num.1.par.4.in rec.dec.192.n.11.p.5.Bich.dec.
341.n.12.in fin.*

17 Non enim à creditore contenditur, non
fuiſſe factum lucrum ob fructus non ſolutos,
ſed potiùs ob fideiuſſorem non præſtitum, in
quo caſu incontrouertibilis eſt concluſio to-
ties à *Rota* firmata; ità vt ampliùs de ea du-
bitari non valeat, quód,eatenus debitor poſ-
ſit prætendere lucrum ſocietatis, quatenus
promiſſa adimpleuerit, fideiuſſores præſtan-
do, vel ſoluendo fructus, tempore conuento,
quæ omnia,ſi fuiſſent impleta, vtique habuiſ-
ſet facultatem lucrandi fructus, *Gratian.dict.
cap.301.n.8.18.& ſeq. Card.Scraph.dec.225.
& dec.673. num.1.Merlin dec.198.nu.1. Card.
Ottobon.dec.131.nu.1.& ſeq.Arch.Royas dec.
64.per tot.* cum aliis ſuperiori loco allegatis.

18 Idque,etiam ſi non interceſſerit creditoris
interpellatio ad præſtandum fideiuſſorem,
quia mora (quidquid ſit ad effectum pœnæ)
reſpectu lucri captandi contrahitur, etiam
abſque aliqua interpellatione, *Dec.in leg.cum
proponas* la ſeconda *num.4.Cod.de pact.Alex
in l.ſi inſulam 16. fallent.ff.de verbor.oblig.&
Ripa in leg. quod te num.48.in 7. declarat. ff.
ſi cert.petat. Scacc.de commerc. & camb. §.1.
qu.1. num.374.Forcatul.de mora part.3.num.2.
verſ.ſanè verò tom.6.tract.diuerſ fol.429.* rectè
aſſerens, quòd non ſic caueamus lucro inhi-
19 antibus, vt damna moræ vitantibus, & in
his ſpecialibus terminis *Zacch.de ſociet. offic.
num.445.Boccac.eod. tract.num.143.Gratian.
cap.137.num.8.& cap.143.numer.49.& ſeqq.
& cap.301.num.11.& ſeq.Add.ad Buratt.dec.
674.num.12.& ſeqq. Card. de Luca de ſociet.
diſc.2.num.6. verſ.primo quia. Card.Seraphin.
dec.225.num.1. Duran.dec.9. nu.11.Arch.Ro-
yas dec.64.nu.11.*

20 Atque ex his etiam remanet ſublatum
obiectum; quòd ſit incompatibile, vt fru-
ctus ſocietatis debeantur ad rationem con-
uentam pro ſemeſtri anticipato, quòdque
pro eodem tempore creditor non ſubeat pe-
riculum amittendæ ſortis, cuius ratione ex-
ceſſiua fructuum taxatio toleratur.

21 Nam,non præſtito fideiuſſore in caſu non
ſolutionis fructuum; adhuc ſocietas durare
dicitur ad fauorem creditoris, qui ex parte
ſua adimpleuit; quámuis in damnum debito-
ris implere negligentis lucro locus eſſe non
valeat, ne ex mora in ſoluendo commodum
conſequatur; atque adeò, ſi durat adhuc ſo-
cietas, debentur fructus; prout optimè di-
ſtinguentes vtrumque caſum inter creditorē,
& debitorem firmant *Zacch.de ſociet.officij nu.
451.& ſeqq. Scacc.de commerc.& camb. §.1.
qu.1. num.343.* vbi, quòd hæc ratio ſit clara,
& naturalis, quòdque ità in praxi ſeruetur,
& *qu.7. part.2. ampliat.8. num.126.* & egre-
giè *Rota coram Buratt.dec.674.per tot.* & poſt
Zacch de ſocietat. offic. deciſ.5. repetita
poſt *Pacific.de Saluian. dec.307.* vtrobique
num.12. & Nos in Diſputatione ſequenti la-
tiùs agemus.

22 Ideòq;deciſiones ſuperiori loco laudatæ fir-
mantes, debitorem non ſuperlucrari ſocie-
tatem officij, quando non fuit præſtitus, ſi-
ue renouatus fideiuſſor, vel cætera pacta non
impleta, non ſe fundant in reſolutione con-
tractus; ſed potiùs in defectu implementi,
quæ ſunt inter ſe omninò diuerſa, prout in
ſpecie aduertit *Buratt. d.dec.674 num.3.* aſ-
ſerens, quòd hæc ſit vnica concluſionis ra-
tio.

23 Parumque releuat obiectum remiſſionis
dicti implementi, & contrariæ voluntatis
continuandi in contractu, non obſtante fide-
iuſſione non præſtita, ſtante receptione fru-
ctuum facta à creditore ex adductis in ſpecie
per *Honded.conſ.38. ſub num.5. lib.1. Gratian.
cap.301. num.36. & ſeqq. & cap.302. nu.14.
& ſeqq.Caſtrac.de ſociet. offic. cap.57 ex num.
15. Zacch.eodem tract. num 25. Scacc.de com-
merc.& camb.§.1.qu.1. num.376. Rota diuerſ.
dec.113. num.6. part.1. Buratt.dec.674. nu.7.
Merlin.dec.290. num.8. Bich. dec.341. num 3.
& ſeq. Card.Celſ.dec.156. nu.3.repetita in rec.
dec.289.nu.2.part.11.*

24 Præcipuè, quia non agitur de receptione
fructuum anticipata primi ſemeſtris, quæ ad
lucrum debitori non ſuffragatur, quàmuis
perſona, ſub cuius vitæ periculo erat con-
tracta ſocietas intrà primos ſex menſes dece-
dat, eum enim dans pecunias paciſcendo,
quòd debitor fideiuſſorem præſtet, voluerit
ſibi in futurum tempus præcauere, vt ſcili-
cet, adueniente ſecundo ſemeſtre,eſſet tutus,
aliàs non contracturus, cumque fructus pri-
mi ſemeſtris anticipatè receperit in ipſo cō-
tractus limine, atque adeò tempore, quo
nondùm Officialis, ſeù debitor dici poterat
moroſus in adimplendo, cum implementum
poſt contractū ſequi debeat,impoſſibileq;ſit,
vt eodē tēporis momēto oriatur obligatio,&
mora,iuxtà doctrinā *Bart. in l. enim qui §. ſi
iurauero num.3. verſ. inconueniens, ff. de Iur.
Iuran. Ruin. conſ.113. numer.1. circà fin. lib.1.
Puteus dec.259.num.4.lib.1.in correct.Cardin.
Seraphin.dec.1427. num.4. Grammat.dec.103.
num.165.* nullatenus ex huiuſmodi receptio-
ne fructuum poteſt reſultare remiſſio im-
plementi, nondùm purificati, & moræ ha-
ctenus non contractæ.

Sed potiùs agitur de receptione fructuum

in ſequentibus ſemeſtribus; in quo caſu re-
ſultat remiſſio non implementi, prout benè
vtrumque caſum diſtinguunt *Scacc. de com-
merc. et camb. §.1. qu.1. num.364.367.& 369.
Gratian. cap.301. nu.17.18.31.& 53.* egregiè
Bich. dec.341. nu.5. & ſeqq.

25 Siquidem fructuum perceptio eſt ſolùm
operatiua, quòad remiſſionē nō implementi,
ſi caſus periculi contingat in eo ſemeſtri, &
durante illo termino, pro quo in toto, vel
in parte fuerunt recepti, vel ſaltem petiti,
non autem influit, prout in præſentia,
in tempus ſequens, ut in ſpecie contra-
riam concluſionem limitant, & declarant
*Scacc. de commerc. & camb. d. §.1. qu.1. num.
378. Gratian. cap.301. num.53. & cap.312. nu.
12 & cap.515. nu.54. Card. de Luca de ſociet.
diſc.3. numer 7. Add. ad Buratt. deciſ.674.
numer.17. Rubeu. in annot ad dec.542. numer.
39. & ſeq. part.4. tom.3. Archiep. Royas dec.
64. num.8. Card. Celſ. dec.290. num.3 Card. Ot-
tobon. dec.131. n.20.*

26 Contraria verò procedunt, quoties ex
coniecturis poteſt deprehendi præſumpta re-
miſſio nō implementi, etiam in futurum, quæ
non concurrunt in re, de qua eſt ſermo; in
quibus terminis procedunt deducta per *add.
ad Buratt. dec.674. num.13. & ſeq. Card. de Lu-
ca de ſociet. diſc.3. nu.5. Rot. in rec. dec.192. nu.
18 p.5. Dunozet. Iun. dec.742. nu.9.*

Quó verò ad ſecundam inſpectionem, etiā
admiſſa ſiue veri præiudicio indemnitate, &
cautione Simonetti creditoris ſuper conſe-
qutione ſui crediti, ob reſeruationem domi-
nii, ſiue ſpecialem hypothecam ſuper prędio;
non tamen id prodeſſe poterit Aduerſario
debitori ad conſequendum lucrum ſocietatis
27 ex contractu non impleto; exceptio enim nō
implementi; quoties non agitur de damno
euitando, ſed de lucro captando, non tan-
tùm intereſſe alterius innititur, quàm viola-
tioni fidei ex parte non implentis, cum alio-
quin creditor fortaſsè, non contraxiſſet, *l.
in conuentionalibus, ff. de verbor. obligat. Bart.
in leg. cum proponas, Cod. de pact. Gratian. cap.
725. num.23. & cap.301. num.15. Rot. diuerſ.
dec.210. num.2. part.1. in recent. dec.373. nu.
84. in fin part.4. Penia dec.637. num.6. & ſeq.*
quàmuis etiam in minimo non fuerit adim-
pletum *Bald. in leg. fin. Cod. de compenſat. et in
leg. cum proponas* la ſeconda *ſub num.5. verſic.
quarto applicatur, Cod. de pact.* ibiq; *Dec. num.5.
Iaſ. in auth. qui rem num.16. Cod de Sacroſ. Ec-
cleſ. Roland. conſ.53. num 29. lib.1.* Bero. *conſil.
15. num.14. lib 1. Dec. conſ.102. num.9. lib.5.
Bece. conſ.45. num.10. Menoch. conſ.1. nu.368.
& conſ.55. num.6. Surd. conſ.101. nu.2. et conſ.
369. num.36. lib.3. Burſatt. conſ.144. num.30.
lib.2. Graſſ. de except. cap.13. num.45. Cardin.
Mant. de tacit. & ambig. lib 3. tit.16. num.18.
Put. dec.357. in fin. lib.3. Ludouiſ. dec.261. n.3.*

28 Et in his terminis ſocietatis Officii *Grat. cap.
301. nu 15. Marcheſan. de commiſſ. part.1. §.2.
num.23. Epiſc. Sperell. dec.107. num.86. et duob.
ſeqq. Duran. dec.9. num.13. & ſeq. Archiep. Ro-
yas dec.64. num.12.* vbi creditor erat tutus
29 propter alios coobligatos in ſocietate, &
nihilòminus *Rota* reſoluit pro excluſione lu-
cri contra debitorem non implentem,

30 Signanter, quia reſeruatio dominij dici
debet conuenta pro maiori creditoris cau-
tione, non ſolùm pro faciliori conſequtione
fructuum ſocietatis, illa adhuc durante; ſed
fortiùs repetitionis ſortis, poſtquám fuerit
ſequuta diſdicta eiuſdem ſocietatis; ideóque
cum hoc reſpiciat creditoris vtilitatem, eiuſ-
demque maiorem cautelam, non debet in
eius odium retorqueri; prout in proximis
terminis obſeruat, *Scacc. de commerc. & camb.
§.1. qu.1. num.343. verſ. tum quia illa promiſ-
ſio, & qu.7. part.2. ampliat.8. num.126. propè
fin.*

31 Tandem, quòad tertiam inſpectionem, cū
Simonettus creditor ſocietatis ſpecificè ſibi
reſeruauerit facultatem transferendi pericu-
lum vitæ D Thomæ Roſpiglioſij, *ſemper, &
quandocumque, & toties, quoties ſibi videbitur*;
prout ſunt ipſiſſima verba Inſtrumenti; po-
tuit eādem facultatem quandocumque exer-
cere, idque etiam ſi tunc temporis Thomas
reperiretur infirmus; prout per *textum in
leg. quòd ius, ff. de act. & obligat. leg. ſtipulatio
iſta, §. inter certam, ff. de verb. obligat.* in ſpecie
Rota dec.10. num.1. et ſeqq. poſt *Zacch. de ſo-
ciet. offic.* vbi, quòd, qui ſuo vtitur Iure, ne-
mini iniuriam faciat.

32 Solùmque contraria circá ſuperuinentiam
perſonæ, ſub cuius vitæ periculo extabat, ſo-
cietas per decem, aut quindecim dies, iuxtà
reformationem S.M. Pauli V. ubi locum vin-
dicant, ſemoto pacto, quòd translatio fieri
poſſit quandocumque, in quibus terminis lo-
quuntur *Felic. de ſociet. cap.35. nu.20. et ſeqq.
Rot. dec.64.* poſt *Zacch. de ſociet. offic.* ſecus ve-
rò, ſtante ſpeciali facultate, periculum quan-
documque transferendi, *Saluſt. Tiber. in prax.
lib.1. cap.13. in fin. verſ. aduertat tamen No-
tarius.*

Neque dicta translatio dici poterit facta
in fraudem imminentis lucri ob infirmitatem
eiuſdem Thomæ; quia huiuſmodi facultas
33 transferendi periculum vitæ eſt conſueta re-
ſeruari ad effectum ponendi pecunias in ca-
pite alterius, de cuius longiori vita ſit ma-
gis confidendum, vt dixit *Rota dec.10. nu.12.*
poſt *Zacch. de ſociet. offic.*

34 Signanter, quia ad euitandum debitoris
præiudicium ſatis ſuperque ſufficit, vt eue-
nire potuerit caſus, quòd perſona, in quam
fuit translatum periculū, prædecederet Tho-
mæ, prout in ſimilibus terminis translatio-
nis penſionis *Buratt. dec.638. num.18. Rota in*

Vero-

Digitized by Google

Veronen. penſionis 14. Ianuarij 1613. coram Veroſpio penes *Marchcſan. de Commiſſ. tom. 2. fol. 556. numer. 4.* repetita *in recent. dec. 119. part. 4.* rectèque conferunt firmata in his terminis translationis periculi per *Card de Luca de ſociet. diſc. 14. in ſupplem. p. 2.* vbi ſatisfacit Reformationi S.M. Pauli V.

35 Satiſque leue eſt obiectum, quòd creditor ob translationem periculi remiſerit promiſſionem ſibi factam de præſtãdo fideiuſſorem; ſunt enim hæc inter ſe omninò compatibilia, quód, nempè creditor tranſtulerit quidem periculum, & nihilòminus, quòd reſeruatum remanſerit Ius, quod eidem creditori competebat circà fideiuſſorem præſtandum, & adhuc durauerit ſuſpẽſio perfectionis cõtractus, quàmdiù fuerit præſtitus fideiuſſor; ità vt, cum huiuſmodi periculi translatione rectè tranſierit, etiam dicta promiſſio fideiuſſorem præſtandi, vt in ſpecie optimè arguit *Merlin. dec. 290 nu. 8. & duob. ſeqq.*

36 Quæ omnia ſatis ſuperque excludunt prætenſum lucrum ſocietatis, pro quo euitando, etiam ſi res eſſet dubia, eſt pronunciandum, *Boccac. de ſociet. offic. num. 35. in fin. Zaccb. eod. tract. n. 29. Poſtb. reſolut. ciuil. 21. n. 34. Gratian. cap. 161. num. 18. Card. de Luca de ſociet. diſc. 1. in fin. & diſc. 3. num. 9. in fin. Cardin. Caualer. dec. 220. et dec. 239.* vtrobique *in fin. Rot. dec. 41. nu. 16. & dec. 58. num. 6.* poſt *Zaccb. de ſociet. offic.*

ARGVMENTVM.

Lucrũ ſortis ex contractu ſocietatis Officij non impleto, licet debitor conſequi non valeat; non inde tamen creditori, qui contractum ex parte ſua adimpleuit, fructus ſocietatis percipere eſt à Iure interdictum, neque contẽdi poteſt, cumdem claudicare contractum, cum in re, de qua eſt ſermo, diſpar ſit creditoris, debitoriſque conditio. Ad ornatum, & intellectum nobilis Voti *Cardinalis Seraphini* impreſsi inter *deciſ. Rota diuerſ. 332. part. 4.*

In ſocietatibus Officij, licèt non vindicet ſibi locum ſortis lucrum, quotieſcumque debitor non impleuit pacta in contractu conuenta; Id tamen ſibi locum non vindicat, quando id, quod non fuiſſe impletum contenditur, fuit in ſeparato Inſtrumento inter Officialem, recognitoremq; bonæ fidei; non autem in Inſtrumento ſtipulato inter dantem pecuniam, & Officialem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus claudicare non debet, cum ſemper ea ſit facunda interpretatio, vt par ſit vtriuſque contrahentis conditio.*

Declara vt num. 21. & ſeqq.

2 *Semper eſt attendenda ea ſententia, quæ ſit magis conformis conſuetudini, & per quam lites minuantur.*

3 *Nullitas obijci non valet, quando indè magna Inſtrumentorũ ſtrages ſequeretur, fieretque ſeminariũ litium, cũ maximo Reipublicæ detrimento.*

4 *Lucrum ex contractu ſocietatis non impleto, licèt debitor conſequi non valeat.*

Non indè tamen creditor, qui contractum ex parte ſua adimpleuit; fructus ſocietatis percipere prohibetur.

5 *Licet non fuerit præſtitus fideiuſſor à debitore, nihilòminus ſocietas adhuc durat ad fauorem creditoris, qui impleuit, atque adèò debentur fructus.*

6 *Referuntur plures* Rotæ *deciſiones, & reſolutiones Tribunalis Auditoris Cameræ.*

7 *Debitor non ſuperlucratur ſortem ſocietatis, quando non fuit facta conuenta fideiuſſoris renouatio ratione reſolutionis contractus, ſed potiùs ob defectum implementi.*

8 *Valdè differunt inter ſe reſolutio contractus & defectus implementi.*

9 *Ad examen reuocatur celebre Votum* Card. Seraphini *impreſſum inter* dec. diuerſ. 332. p. 4 *in quò aſſeritur, quòd in primo ſemeſtri, in quo non fuit præſtitus fideiuſſor, quamuis debitor pecuniam ſuperlucrari non valeat, nihilòminus teneatur creditor bonificare, vel reſtituere fructus anticipatè perceptos, &* num. ſeqq.

10 *In eodem Voto firmata fortaſsè procedere poſſunt, ſtante expreſſo pacto reſolutiuo.*

11 *Ex clauſula* aliàs *cæterata non reſultat pactum reſolutiuum, cum ex Notariorum formulis extendi ſoleat,* aliàs ad omnia damna.

12 *Pactum reſolutiuum reſultat ex clauſula* non aliàs, aliter, nec alio modo.

Reprobatur Rota in recent. dec. 192. nu. 8. part. 5. *aſſerens, ex clauſula* aliàs *cæterata reſultare pactum reſolutiuum.*

13 *Impoſſibile videtur, vt eodem temporis momẽto oriatur obligatio, & mora.*

14 *Creditor, quoties duo habet remedia, vno electo, alterum ceſſat.*

15 *Societatem Officij ad conſtituendam, quæ requirantur.*

16 *Renouatio, ſiue præſtatio fideiuſſoris, non eſt ſolemnitas intrinſeca ſocietatis Officij, quæ eſt perfecta, quamuis fideiuſſores non acceſſerint.*

17 *Fideiuſſoris renouatio in ſocietate Officij, cum reſpiciat creditoris vtilitatem, non debet in eius odium retorqueri.*

18 *Debitor ſocietatis ex duplici mora in non renouando fideiuſſores, & non ſoluendo fructus anticipatè, iuxtà præciſam eius obligationem, commodum conſequi non debet.*

19 *Per receptionem fructuum ſocietatis intelligitur tantummodò remiſſum onus renouandi fideiuſſores, pro eo ſolùm tẽpore, quo illi fuerunt percepti.*

20 *Limita, quando aliqua concurrit coniectura, vt creditor, etiam pro tempore futuro, remittere voluerit.*

21 Con-

Digitized by Google

21 *Contractus ex conuentione partium poteſt claudicare.*

22 *Prout quando lex non reſiſtit.*

23 *Vel, quando diuerſa adeſt ratio inter creditorem, & debitorem.*

24 *In ſocietatibus Officij, licèt non intret lucrum, quotieſcumque debitor ex parte ſua non impleuit contractum.*

Id tamen non procedit, quando id, quod contenditur non impletum, vel illius promiſſio, fuit in ſeparato Inſtrumento inter Officialem, & recognitorem bonæ fidei; non autem in Inſtrumento ſtipulato inter dantem pecunias, & Officialem.

25 *Societas officij reuera intelligitur contrahi ſolummodò inter dantes pecuniam, & Officialem.*

26 *Societatis naturæ repugnat, illam inire cum non habente rem, & Officium.*

27 *Exceptio non implementi nullatenus obſtat, quando oritur ex diuerſo contractu ab illo, de cuius exequutione agitur.*

28 *Idque, etiam procedit, ſi agatur de exequtione vnius capituli ſeparati in eodem contractu.*

CAPVT CLVII.

TRADENDÆ ſunt pecuniæ Melanis, nullatenus aduerſante vnico
obiecto, ad quod præſens controuerſia reperitur reſtricta, quòd, nempè,
ob omiſſam renouationem fideiuſſorum, nec
non poſticipatam fructuum perceptionem,
licèt anticipata fuerit conuenta, ſicuti debitor non poterat lucrari ſortem ſocietatis Officii; ſi forrè eueniſſet caſus obitus perſonæ,
ſuper cuius vitæ periculo erat contracta eadem ſocietas, ex firmatis in præcedenti Diſputatione fruſtrà in præſenti repetendis;
Ità, neque etiam creditor poſſit conſequi
1 fructus ex ſocietate non impleta, ne contractus claudicet contrà regulam *textus in leg.
Iulianus, §. ſi quis colludente*, ibi, *aut ſtetur
emptioni, aut diſcedatur, ff. de act. empt.* quàm
præcæteris latè exornant *Corn. conſ. 167. num.
19. lib. 2. Alciat. conſ. 77. numer. 2. lib. 8. Nonius conſ. 112. num. 8.* aſſerens, quòd ſemper
ea fieri debeat interpretatio, vt par ſit vtriuſque contrahentis conditio, *Burſatt. conſ. 237.
num. 6. Rimin. Iun. conſ. 199. num. 14. Menoch.
conſ. 92. num. 41. Cioff. conſ. 75. n. 2. & conſ. 50.
nu. 8. li. 2. Car. de Luca de fideicom. diſc. 177. n. 8.
Surd. dec. 264. nu. 30.*

Siquidem in prædicto obiecto Iuris aſſiſtentia omninò deſideratur, ſiue attendere
velimus obſeruantiam, tàm extraiudicialem,
quàm iudicialem, ſiue etiam Iuris fundamẽta, quibus inſpectis, ſatis liquidò demonſtrabitur, fructus ſocietatis eſſe debitos creditori, nullatenus aduerſante omiſſa fideiuſſorum renouatione, nec non poſticipata eorumdem fructuum perceptione.

Nam ſi de obſeruantia extraiudiciali ſit
ſermo habendus, abſolutum eſt, quòd in
omnibus ferè inſtrumentis, licet legatur appoſita huiuſmodi obligatio fideiuſſores renouandi, numquàm iſta conuentio exequi
conſueuit, ſicut etiam certum eſt, quòd fructus vix poſticipatè ſoluantur: adeòut ſi cõtraria ſententia eſſet amplectenda, irritandæ prorsùs eſſent omnes ſocietates Officii,
quæ per longiſſimum temporis interuallum
in Vrbe fuerunt celebratæ; eſſetque pernecesſè declarandum, quòd fructus venirent
in ſortem imputandi; ſemper autem ea eſt
2 ſequenda opinio, quæ ſit magis conformis conſuetudini, & per quam lites minuantur, *Zammar. de offic. Iudic. & Aduocat. par. 1.
qu. 3. num. 15. iuncto num. 50.* ob quam po-
3 tiſſimùm rationem nullitas obiici non valet, quãdo inde magna Inſtrumentorum ſtrages ſequeretur, fieretque ſeminarium litium,
cum maximo Reipublicæ detrimento, *Bald.
conſ. 292. per tot. lib. 5. Franc. Ant. Coſta conſ.
54. num. 13. et ſeq. Hering. de Molend. qu. 11. nu.
112. Gratian. cap. 756. num. 59. Mohedan. dec. 5.
de teſtam. et dec. 4. de conſtit. Achill. dec. 4. in
fin. de conſtit. Rota* poſt *Zacch. de ſociet. offic.
dec. 31. num. 16.*

4 Si verò agatur de Iudiciali obſeruantia,
hæc ſententia apparet recepta; articulo enim
ad partes maturè diſcuſſo, ità fuit per
Rotam deciſum coram *Buratt. dec. 674* in qua
fuit egregiè ſolidiſſimis comprobatum fundamentis, quòd, cum non implementum ſtet
ex parte debitoris, qui ex lege contractus
tenebatur dare fideiuſſores, illoſque non præſtitit: Meritò ex contractu non impleto lucrum conſequi non valeat, quod non poteſt
procedere, neque vllo iure congruit reſpectu
creditoris, qui, cum contractum ex parte
ſua adimpleuerit, & quò ad ipſum ſit omninò
perfectus; ideò fructus ſocietatis eidem legitimo iure ſunt debiti; alioquin enim ſatis
eſſet iniquum; ſi debitor ob propriam moram, & non ſequutum implementum, commodum retinendi, lucrandique pecunias in
creditoris detrimentum conſequi deberet,
idemque firmauit *Rota in Romana ſocietatis
officij coram Card. Lancellotto* impreſſa poſt
Zacch. de ſociet. offic. dec. 5. num. 11. verſ. neque, & num. 12. repetita poſt *Pacific. de Saluian. interd. dec. 307. & in recent. dec. 183. part.
3.* vbi, quòd, non præſtito fideiuſſore à de-
5 bitore, ſocietas adhuc duret ad fauorem
creditoris, qui impleuit, atque adeò, ſi durat ſocietas, debeantur fructus; idemque
tradit *Zacch. de ſociet. offic. num. 451. & ſeq.
Scacc. de commer. & camb. §. 1. qu. 1. num. 343*
aſſerens, quòd hæc ratio ſit clara, & naturalis, quodq; ità in praxi ſeruetur, & *qu. 7.
part. 2. ampliat. 8. num. 126.* & Nos adnota-

uimus

nimus *diſput. præcedenti num.*21. & huiuſmo-
di ſententia fuit pariter comprobata in Tri-
bunali Auditoris Cameræ à *Ren. Arioſto in*
vna Peruſina ſocietatis officij, confirmata po-
ſteà in gradu appellationis, & ab eodem *A-*
rioſto in vna Romana pro Horatio de Abba-
tibus, contrà Nicolaum Creſcentium per
acta Simoncelli, Signatura Iuſtitiæ appro-
bante, quæ in hac cauſa ſuperſeſſoriã dene-
gauit.

6 Huic etiam ſententiæ optimè ſuffragantur
plures aliæ *Rotæ deciſiones*, inter quas præci-
puè *Card Seraphin. dec.225. num.1. & deciſ.*
673. per tot. Duran. dec.9. num.7. Arch. Royas
dec.64. num.6. Card. Ottobon. dec.131. num.2.
in qua concordantes laudantur, firmantes
7 debitorẽ non ſuperlucrari ſortem ſocietatis,
quando non fuit renouatus fideiuſſor ratione
reſolutionis contractus, prout non rectè ex
aduerſo contenditur; ſed potiùs ob defectum
implementi; prout in ſpecie aduertunt *deci-*
ſiones proximè allegatæ, & ſignanter *Car-*
din. Ottobon. d. deciſ.131. num.3. Merlin. deciſ.
290. num.1. Buratt. d. dec.674. num.3. aſſerens,
quòd hæc ſit vnica ratio huius concluſionis.
8 Valdeque differunt inter ſe reſolutio contra-
ctus, implementique defectus; prout in ſpe-
cie aduertit *Buratt. d. dec.674. num.3. Rota in*
rec. dec.182. in fin. part.3. repetita poſt *Zaceb.*
de ſociet. offic. dec.5. & poſt *Pacific. de Saluian.*
interd dec.307. Si enim contractus eſſet re-
ſolutus, neque ampliùs exiſteret ſocietas,
abſque dubio non eſſet locus lucro pecunia-
rum, fruſtraque fieri deberet fundamentum
in defectu implementi, cui potiſſimùm præ-
dictæ Rotales deciſiones innituntur.

9 Neque prædictis aduerſatur celebre Votũ
Card. Seraphini impreſſum inter *deciſ. diuerſ.*
332. part.4. vbi aſſeritur, quòd in primo ſe-
meſtri, in quo non fuit præſtitus fideiuſſor,
quàmuis debitor pecuniam ſuperlucrari non
valeat, nihilòminus teneatur creditor boni-
ficare, vel reſtituere fructus anticipatè per-
ceptos.

10 Nam ibidem aderat expreſſũ pactum reſo-
lutiuum, in quo caſu poſſent fortaſsè proce-
dere in eodem Voto firmata, & videtur ad-
mittere, quamuis dubitatiuè loquatur *Bu-*
ratt. dec.674. num.4. ibi. *quidquid ſit, ſi in In-*
ſtrumento appoſitum eſt pactum reſolutiuum.

11 In præſenti autem Inſtrumento ſocietatis
nullibi legitur pactum reſolutiuum, neque
illud deduci poterit ex clauſula ceterata *aliàs*;
hæc enim, vt eſt notorium in formulariis
Notariorum, extendi ſolet, *aliàs ad omnia*
damna; ſolùmque pactum reſolutiuum reſul-
12 tat ex clauſula *non aliàs, aliter, nec alio mo-*
do, Gabr. conſ.185. num.1. lib.1. Gratian. cap.
532. nu.21. Mart. de clauſ. clauſ.76 num.7. Ca-
pyc. Latr. dec.30. num.9. Rot. in recen. dec.313.
num 1. part.11.

Quidquid in contrariũ nõ rectè dixerit *Rot.*
in recent. dec.192. num.8. part.5. vbi perfun-
ctoriè, & abſque vlla auctoritate aſſeritur,
quòd ex clauſula *aliàs* cæterata reſultet pa-
ctum reſolutiuum.

Vlteriùs eam exiſtimo adhibendam ani-
maduerſionem, quòd in themate, de quo di-
ſceptatur, termini ſunt omninò diuerſi; in
prædicto enim Voto *Cardinalis Seraphini*, cũ
receptio fructuum in ipſo limine creatæ ſo-
cietatis non potuerit inſeruire pro remitten-
da mora in renouandis fideiuſſoribus, in
13 quam debitor adhuc non incurrerat, cum
inſpecta Iuris diſpoſitione, impoſſibile videa-
tur, vt eodem temporis momento oriatur
obligatio, & mora, iuxtà ſingulare monitum
Bart. in l. eum qui, §. ſi iurauero n.3. verſ. incon-
ueniens, ibiq; *Caſtr. ff. de Iur. Iurand. Ruin. conſ.*
113. nu.1. circà fin. lib.1. Pet. dec.259. num.4.
lib.1. in correct. Card. Seraphin. dec.1427. nu.4.
Grammat. dec.103. num.165. & in his ſpeciali-
bus terminis aduertunt *Scacc. de commerc. &*
camb. §.1. qu.1. num.364. 367. et 369 Gratian.
cap.301. num.17. 18. 31. & 53. egregiè *Bich.*
dec.341. num.5. & ſeqq. non eſt mirum, quòd
non ſibi vindicet locum ſocietatis lucrum,
cumque creditor vti voluerit pacto ad ſui fa-
uorem appoſito, non eſt dubium, quód, ſi
in præiudicium aduerſarii nolit ſocietatem
ſubſiſtere, meritò etiam non poſſit petere
fructus; in hoc enim caſu creditor duo habet
remedia contraria, agendi nimirum, vel pro
14 reſolutione, vel pro confirmatione, & per
conſequens, primo electo, alterum ceſſat,
l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. act. Ga-
briel. de act. concluſ.1. num.1. & 18. et con-
cluſ.2. in princip. & in ſpecie *Rot. in recent. dec.*
192. nu.9. part.5.

At in præſenti themate contrarium eſt aſ-
ſerendum, dum creditor, relicto impugna-
tionis remedio, ad alterum conuolauit, &
ob perceptiones fructuum onus renouandi fi-
deiuſsores remiſit, adeòut re vera pro nul-
litate ſocietatis non afferatur in hoc caſu vl-
la auctoritas in contrarium.

15 His omnibus accedat, quòd omnia con-
currant requiſita pro ſocietate Officii conſti-
tuenda, Officium, nempè, vacabile, nomina-
tio periculi, cæteraque in Apoſtolicis Conſti-
tutionibus præſcripta; atque adeò fructus
omni prorsùs Iure ſunt debiti, *Buratt. d. dec.*
674. num.4. Et quàmuis conuenta fideiuſſo-
16 ris renouatio deficiat; nihilòminus hæc non
eſt æſtimanda ſolemnitas ſubſtantialis; Non
quidẽ ex natura contractus, quia ſocietas eſt
perfecta, quàmuis fideiuſſores nõ acceſſerint;
prout in terminis aduertunt *Caſtracan. de ſo-*
ciet. offic. cap.69. num.4. et per tot. Rota poſt
Zaceb. de ſociet. offic. dec.1. num.8. & 9. Buratt.
dec.674. num.4. Bich. dec.341. nu.3. vbi, quòd
præſtatio fideiuſſoris non ſit de ſubſtantia

con-

contractus ſocietatis, *Merlin. deciſ.306. numer.11.*

Minùs etiam ex partium conſenſu, quia cum ſolùm eadem fideiuſſoris renouatio fue-
17 rit requiſita ad vtilitatem, maioremque creditoris cautionem, ipſe quidem poteſt ad ſui fauorem allegare, quòd huiuſmodi defectus impediat effectum contractus, non autem valet debitor contrà ipſum creditorem inuitum eumdem defectum allegare; cum enim abſque dubio hoc reſpiciat creditoris vtilitatem, non debet in eius odium retorqueri, *leg.quod fauore, Cod.de legib.* & in his terminis rectè obſeruat *Scacc.de commerc. & camb.§.1. qu.1. num.343.& qu.7.p.2.ampliat. 8. nu.126.*

Atque ex prædictis ſequitur creditorem ex natura contractus ſocietatis ſubire periculum ſortem principalem amittendi; ſolùmque debitor non obſeruando pactum ſe reddit indignum conſequendi lucrum vigore eiuſdem contractus debitum, ex ſuperiori
18 loco firmatis, nam alioquin ex duplici mora, tàm in non renouando fideiuſſores, quàm etiam in non ſoluendis fructibus anticipatè, iuxtà præciſam eius obligationem, commodum conſequeretur, quòd nullo prorsùs Iure eſt permittendum, prout in ſpecie optimè aduertit *Buratt.dec.674.num.6. Scacc.de commerc.& camb.§.1.qu.1.nu.343.*

19 Præterea pro prædictorum omnium maiori comprobatione addi poterit, quòd, licèt ſit vera concluſio, quòd per receptionem fructuum ſocietatis intelligatur ſolùm remiſſum onus renouandi fideiuſſores pro eo tantùmmodò tempore, quo illi fuerunt recepti; prout in terminis *Scacc. de commerc. et camb. d.§.1. qu.1.num.378. Gratian.cap.301. nu.53. & cap.312 num.12. & cap.515. nu.54. Add. ad Buratt.dec.674. num.17. Card.de Luca de ſociet.diſc.3.num.5. & diſc.12. num. 21. Rub. in annot. ad dec.542.num.39. et ſeq.part.4. recent.tom.3. Archiep. Royas deciſ.64. numer.8. Card. Celſ. dec.290. numer.3. Cardin. Ottobon. dec.131. nu.*

20 Nihilòminus, prædicta concluſio eam recipit limitationem, quando aliqua concurrit coniectura, vt creditor etiam pro tempore futuro remittere voluerit, *Add.ad Buratt. d. dec.674. num.13.et ſeq. Gratian.cap.301.num. 46. & ſeqq.Card.de Luca de ſociet.diſc.3. nu.5. Dunozett. Iun. dec.742. num.9. Rot. in recent. dec.192. num.18.part.5.* in qua ad hunc effectum fuit admiſſa ſola creditoris declaratio informiter per duos teſtes ſingulares probata; quorum vnus erat de auditu ab ipſo principali, alter verò de publica voce, & fama; in caſu verò, de quo eſt ſermo fortior videtur vrgere coniectura, dum non concurrit fructuum receptio pro duobus, vel tribus terminis; ſed continuata per ſpatium quindecim annorum, adeòut veriſimile non videatur, vt ſi creditor habuerit ſuſpectas facultates debitoris, et noluerit, ſocietatem ſubſtineri, tamdiù diſtulerit petere fideiuſſoris renouationem, vel repetere ſortem, ſubeundo periculum illam amittendi.

His igitur firmatis, nullo iure aduerſatur obiectum claudicationis contractus initio
21 præſentis diſputationis excitatū: Tum, quia ex conuentione partium contractus poteſt claudicare, *l.ſicut §.1. cum.l.ſeq.ff.locat. Dec. in cap.1.& 3.de probat.Menoch.conſ.697.nu.2. Cyriac.controu.592.n.51. & ſeq.*
22 Tum quia lex non reſiſtit *Curt.Iun. in l.ſingularia nu.27 ff.ſi cert.petat. Cyriac. d. controu. 592. num.53.* Tum demum, quia in re, de qua eſt ſermo, cum diuerſa adſit ratio inter
23 creditorem, & debitorem, ex ſuperiori loco ponderatis, claudicatio contractus eſt rectè admittenda, *Caſtr.* poſt *gloſ.in l.Iulianus, §. ſi quis colludente num 4. ff.de act. empt. Cagnol.in l.ſingularia nu.150. & ſeq ff.ſi cert. petat.Surd.dec.187.nu.11. verſ.propterea, Card. de Luca de benefic.diſc.93.num.11. Martin Andrea dec.110.nu.14.Rot.in rec.dec.299.n.6. et ſeq.part.10.*

Hæc omnia, quàmuis ſatis ſuperque videantur ſufficere pro victoria; attamen ex nouiſſimè in facto deductis poſt hæc ſcripta exarata, ſublata omninò remanet quælibet diſceptandi occaſio, ſi duo diſtinguātur tempora, quibus durauit ſocietas; Alterum, nempè, ab anno 1647. vſque ad annū 1656. quo tempore eadem ſocietas remanſit diſdicta ob reſignationem Officialis. Alterum verò ab anno 1656 quo fuit renouata, vſque ad annum 1665. quo fuit diſdicta per obitum eiuſdem Officialis.

Si primum tempus inſpicere velimus, abſque dubio fructus per creditores fuerunt legitimè percepti, neque vindicat ſibi locum obiectum initio excitatum; cum in Inſtrumento ſocietatis celebrato cum Officiali, & Sociis nulla prorsùs legatur conuentio præſtandi fideiuſſores infrà ſex menſes.

Et quamuis fideiuſſores, qui poſtmodùm eidem Inſtrumento ſocietatis acceſſerunt, ſeſe obligauerint ad præſtādum fideiuſſores infrà ſex menſes, non exindè inferri poteſt, quòd contractus initus cum Officiali non fuerit perfectus, dum in eo pactum præſtandi fideiuſſores non aderat, quòdque creditores non ſubierint periculum amittendæ ſortis; attendi enim debent adhuc effectum pacta cum Officiali conuenta in creatione ipſius ſocietatis, non autem ea, quæ ex interuallo fuerunt conuenta cum fideiuſſoribus; prout in terminis limitando concluſio-
24 nem, quòd in ſocietatibus officii non intret lucrum, quotieſcumque debitor ex parte ſua non impleuit omnia, quæ in contractu adimplere

plere promiſit, de qua ſupra *numer.4.* latiùs in Diſputatione præcedenti quòd illa ſibi locum non vindicet; quando id, quod contenditur non impletum, vel illius promiſſio fuiſſet in ſeparato Inſtrumento, inter ipſum Officialem, & recognitorem bonæ fidei, non autem in Inſtrumento ſtipulato, inter dantem pecunias, & Officialem; tunc enim non implementum non operatur, quòd ſocietas non dicatur ſuperlucrata, prout in terminis *Card. de Luca de ſociet. diſc.12. nu.21. verſ. prout eadem Rota, & diſc.3. ſub nu.9. Dunozet. Iun. dec.742. nu.5. & trib. ſeqq.*

Idque duplici potiſſimùm ratione; Tum
25 quia ſocietas reuera intelligitur contrahi ſolummodò, inter dantem pecuniam, & Officialem, *Felic. de ſociet. offic. cap.29. numer.66. Zacch. eod. tract. num.14. Rota* poſt eumdem *dec.15. num.9. Card. Mant. de tacit. lib.6. tit.2. ſub num.18. Ludouiſ. dec.167. num 3.* ibique *Add. num.9. Merlin. dec.29. num.3.* cum repu-
26 gnet naturæ ſocietatis illam inire cum non habēte rem, ſiue Officium, *Gabr. conſ.63. nu.5.* & *per tot. lib.2.* atque adeò, his ſtantibus, ſubſtantia contractus conſtituatur in primo Inſtrumento ſocietatis initæ cum Officiali, cuius vigore fit lucrū; ſecundùm antè eſt ſolùm ad probationē, quòd ſocietatis cōmodū ſit, & incōmodum ſolius recognitoris bonæ fidei.
27 Tum etiam, quia eſt regulare, vt non implementi exceptio, nullatenus obſtet, quando oritur ex diuerſo contractu ab illo, de cuius exequtione agitur *Felin. in cap. peruenit* il ſecondo *num.5.* ibiq; *Abb. num.2. verſ. quandoque de Iur. Iuran. Alex. in l. cum proponas nu.2 verſ. quod vltimum. Cod. de pact. Surd. conſ.101. num.25. Natt. conſ.133. num.5. Cephal. conſ.48. num.42. Ludouiſ. dec.541. nu.1. Card. Mantic. dec.238. num.2. Rot. in rec. dec.389. nu.3. p.2. et 78. num.9. part.4. tom.2.* Idque etiam procedit, ſi agatur de exequtione vnius capituli ſeparati in eodem contractu, *Dec. in leg. cum proponas, num.6. Cod. de pact. Gabr. conſil.49. num.1. lib.2. Natt. conſ.133. num.5. add. ad Ludouiſ. d. dec.541. Card. Mant. d. dec.238. num.2. verſ. imò nec ſi agatur, Bich. dec.391. num.16. Rot. in rec. dec.207. n.9. p.9.*

Si verò attendatur ſecundùm tempus renouationis eiuſdem ſocietatis ab anno 1656. res pariter carere videtur difficultate; cum enim creditores poſt lapſum primū ſemeſtre egerint contrà Auguſtinum Alponte, & Hieronymum Benignum fideiuſſores pro prẹſtatione fideiuſſoris promiſsi, mandatumque exequutiuum à Camerario obtinuerint, cuius vigore Auguſtinus fuit in carceribus detentus, & poſtmodùm relaxatus ſub fideiuſſione vxoris, & filii ſub pẹna debiti de ſe repreſentando poſt Feſta Natalitia; cumque deindè iidem creditores iudicialiter egerint contrá vxorem, & filium debitoris pro habenda repreſentatione, mandatumque exequtiuum obtinuerint, ex his omnibus dici debet remiſſum pactum præſtandi fideiuſſores, & electa via obſeruationis contractus in poſterum, cum ex cōiecturis deprehendi valeat, creditorem voluiſſe remittere onus renouandi fideiuſſores, etiam pro tempore futuro ex doctrinis allegatis ſuprá *num.20.* quas repetere neceſſitas non expoſtulat.

ARGVMENTVM.

Societas omnium bonorum inter fratres inita, duratura, quouſque viuerent, ſubſtinetur; præcipuè, quando pactum eſt iuramento firmatum. Ad intellectum *text. in leg.1. ff. pro ſocio.*

Pœna conuentionalis in totum exigi valet, idque, etiam ſi intereſſe non probetur, ſignanter, quoties eſt appoſita facto, vel non facto, non autem quantitati, accedente potiſſimùm Iuramento, quod operatur, vt pœna conuentionalis efficiatur legalis, neque in hoc caſu vindicat ſibi locum æquitas Canonica in magnis Tribunalibus ſeruari conſueta, vt pœna conuentionalis non debeatur, niſi quatenùs cum intereſſe concurrat.

A ſocietate, an ſit licitum recedere, quoties ab altero ex ſociis pacta conuenta non ſeruentur, vel inter ſocios ſint ortę rixæ, diſcordiæque.

SVMMARIVM.

1 *Sententia eſt nulla, quoties eſt lata, præuia citatione vaga, & incerta, abſque expreſſione diei.*

2 *Idque procedit, non obſtante clauſula in citatione adiecta,* & deinde cum continuatione, *quia, vel non ſubſiſtit.*

Vel ſaltem poteſt protrahi citatio, & ferri ſententia ad ſummum poſt duos, vel tres dies ſequentes.

3 *Nullitas, quoties ſpecificè eſt oppoſita, antè omnia, parte inſtante, ſuper illa eſt pronunciandum, non aggrediendo merita cauſa.*

4 *Parum eſſet omnia in communi retinere; ſi poſteà vnuſquiſque rationem reddere deberet de fructibus, lucris, damnis, & expenſis.*

5 *Arbiter excedens fines compromiſſi nulliter procedit.*

Declara, vt num.7.

6 *Aeſtimatores electi pro exequtione, obſeruantiaq; laudi, nō poſſūt illud ſubuertere, & immutare.*

7 *Arbiter poteſt pronunciare ſuper connexis, & dependentibus, ſine quibus non poſſunt ſibi expreſsè commiſſa commodè explicari.*

8 *Societas omnium bonorum inter fratres conuenta, duratura vſque ad vitam eorumdem fratrum ſubſtinetur.*

Expenditur text. in l. 1. ff. pro ſocio.

9 *Præcipuè, quando pactum eſt iuratum, in quo caſu non procedit contraria ſententia improbans ſocietatem modò quo ſupra conceptam.*

10 *Pœna conuentionalis exigi poteſt aduerſùs contrauenientes.*

11 *Idque etiam ſi intereſſe non probetur; quòties agitur de pœna appoſita facto, vel non facto.*

12 *Eſt valida ſtipulatio pœnalis appoſita in contractu ſocietatis.*

Expenduntur Iura id comprobantia.

13 *Pœna conuentionalis, attenta æquitate Canonica, præſertim in magnis Tribunalibus, non debetur, niſi quatenus intereſſe concurrat.*

14 *Id tamen non procedit, ſtante Iuramento; præcipuè, quando pœna conuentionalis eſt adiecta facto.*

Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quoties eſt adiecta quantitati.

15 *Pœna conuentionalis, ſtante Iuramento, efficitur legalis.*

16 *A ſocio, ſi promiſſa non ſeruentur, licet à ſocietate recedere, cum id ſit ſpeciale in ſocietate.*

Expenditur textus in l. ſi conuenerit 14. ff. pro ſocio.

17 *Inter ſocios, quoties ſunt ortæ rixæ, & diſcordiæ; licitum eſt à ſocietate recedere.*

18 *Manutentio, quoties dependet à deciſione articuli principalis, non eſt concedenda; ſed potiùs eſt decernendus idem articulus principalis.*

19 *Portiones, quoties ſunt confuſæ per communionem, ſiue ſocietatem, manutentio non eſt concedenda, niſi pro indiuiſo.*

Vel priùs eſt decernenda Peritorum electio pro noua diuiſione facienda.

20 *Stante incertitudine, ſicuti certa non datur poſſeſſio; ità, neque etiam manutentio.*

CAPVT CLVIII.

1 SENTENTIÆ ſunt infirmandæ, tamquàm nullæ ex defectu citationis, quæ non debet eſſe vaga, & incerta abſque expreſſione diei, *Franch. in cap. cum parati num. 22.* ibiq; *Præpoſ. num. 13. Imol. num. 2. de appellat. Card. Seraphin. dec. 597. n. 6. Card. Caualer. dec. 376. nu. 5.*

2 Parumque releuat clauſula, *& deinde cum continuatione*; quia, vel citatio ad ſententiã hoc modo concepta non ſubſiſtit, iuxtà *conſ. Bald. 268. lib. 1.* ſepiùs receptum in *Rota*, vt teſtatur, *Vbald. dec. 198. num. 2.* vbi de citatione ad ſententiam ad primam diem cum continuatione.

Vel ſaltem poterat protrahi citatio, & ferri ſententia ad ſummum poſt duos, vel tres dies ſequentes, *Cæſar de Graſſ. dec. 6. de ſent. & re iudic. Rot. in recent. dec. 486. num. 6. in fin. part. 2. Buratt. dec. 727. num. 3.* non autem poſt ſeptem dies; prout in puncto *Card. Caualer. d. dec. 376. nu. 6. in fin.* aſſerens, quòd nullibi caueatur, citationem vagam, etiam cum clauſula, *& ſucceſſiuè* ſubſtineri ad ſex dies.

3 Cumque ſpecificè fuerit in actis oppoſita huiuſmodi nullitas; ſuper illa ante omnia, ac parte inſtante, eſt pronunciandum, non aggrediendo merita cauſæ, *Bart. in l. cum quærebatur, num. 4. ff. de re iudic. Vant. de nullit. tit. quod, & in fin. quod tempus num. 11. add. ad Ludouiſ. dec. 176. num. 16. Rot. in recent. dec. 572. num. 2. verſ. & quando non fuit oppoſitum p. 2. Cæſar. de Graſſ. dec. 9. num. 13. de ſentent. & re indic. & dec. 9. num. 8. de cauſ. poſſeß. et propriet. Coccin. dec. 206. num. 1. Rot. in recent. dec. 219. num. 9. part 4. & dec. 180. numer. 20. & ſeq. part. 8.*

Quòd, ſi merita cauſæ aggredi velimus, abſque dubio ſententiæ deteguntur iniuſtæ, dum confirmant declarationem nulliter factam ab Epiſcopo Potentino, quód, nempè, liceat fratribus de Melatiis adminiſtrare bona eiſdem in diuiſione obuenta ad lucrum tamen, damnumque commune, cum obligatione rationis reddendæ in fine anni; quod nulla Iure poterat ab eodem Epiſcopo arbitro electo declarari, cum illi ſolùm fuerit impartita facultas interpretandi, augendi, & diminuendi ſibi benè viſa, ad magis firmandam ſocietatem omnium bonorum inter eoſdem fratres initam poſt diuiſionem, ea lege conuenta; vt bona adminiſtrari deberent ab Abbate Melatio noſtro principali, vti natu maiore; atque adeó, cum prædicta Arbitri declaratio ſuper adminiſtratione facienda ab vno quoque ex fratribus de ſua portione ſit omninò deſtructiua ſocietatis nimis rationabiliter inter fratres initæ cum dicta cõ-
4 ditione, vt natu maior adminiſtrare deberet;
parum enim eſſet omnia in communi retinere; ſi poſteá vnuſquiſque rationem reddere deberet de fructibus, lucris, damnis, & expẽſis *Michalor. de fratrib. p. 2. cap. 13. nn. 13.* meritò
5 Arbiter excedendo fines compromiſſi nulliter
proceſſit, *leg. non diſtinguemus 35. §. de officio, ff. de recept. arbitr. l. ſi cum dies §. ſi intrà, l. quia arbitrer,* ibique *gloſ. ff. eod. cap. cum dilectus extrà eod. tit. Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſione num. 3. Cod. de tranſact. Alex. conſ. 119. num. 7 verſ. non obſtat etiam, lib. 2. Surd. conſ. 452. nu. 72. Bald. conſ. 309. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 24. num. 100. lib. 2. Corn. conſ. 168. n. 3. lib. 1. Valenz. conſ. 11. num. 19. Menoch. conſ. 381 nu. 11.*

lib. 4.

lib.4.Celſ.Vgo conſ.51.n.30.Valenz.conſ.11.n.
19.et ſeq.eruditus Altimar in ſuo celebri tract.
de nullit.Rubr.12.qu.5.num.2.et Rubr.9.qu.
16.num.43. Hunnius in Encycloped.Iur.part.
2.tit.40.cap.33.numer.5.Cancer.var.part.3.
cap.17.num.34.Baron.de effect.minor.ętat.ef-
fect.19.numer.41.Romaguera in addit. ad
annot. Conciol. ad ſtatut. Engub. Rubr.27.de
compromiſſ.numer.53. add.ad Buratt dec.14.
num.47.Gratian.dec.March.6.num.1.& ſeqq.
part.3. rectèque conferunt firmata per Du-
ran.dec.200.num.8.verſ.Prætered, & ſeqq.
6 vbi, quòd ęſtimatores electi pro exequtione,
obſeruantiaque laudi, non poſſint illud ſub-
uertere, & immutare.

7 Contraria verò procedunt, quando Arbi-
ter pronunciauit ſuper connexis, & depen-
dentibus, ſine quibus non poſſunt ſibi expreſ-
sè commiſſa commodè explicari, in quibus
terminis loquuntur auctoritates ex aduerſo
allegatæ, ſignanter gloſ.in l.non diſtinguemus
§.de officio in verbo cautum, ff de recept.arbitr.
& in cap cum dilectus in verbo de his, extrà
eod.tit. Bald.in l.1.num.3.Cod.ſi à non compet.
Iudic. Iaſ.in l. Aquiliana ſub num.6.ff.de tran-
ſact. Federic. de Senis conſ.216.ſub nu.2.verſ.
quinimò, Abb.conſ.62.num.5.part.2. Rebuff.
de Conſtit.Regn.tom.3 tit de arbitr.art.1.gloſ.
14.num.7.& ſeq.Gratian.dec.March 6.nu.16.
& ſeqq. eruditus Scoppa ad Gratian.obſernat.
6.numer.1.10.& ſeq. Hunnius in Encycloped.
Iur.part.2.tit.40.cap.6.num fin. Romaguera
loco proximè laudato num.54.Rot. in rec.dec.
640.num 6.part.1. & deciſ.59.nu.15.p.8.

Quò verò ad alteram ſententiam ſuper re-
ſciſſione Inſtrumenti communionis omnium
bonorum, eſt pariter infirmanda, dum nul-
8 lo Iure poterat reſcindi ſocietas omnium bo-
norum inter fratres inita, quæ de Iure ſubſti-
netur, etiam ſi fuerit conuenta, prout in prę-
ſentia, duratura vſque ad vitam eorumdem
fratrum; prout eſt textus in leg.1.ff. pro ſo-
cio, ibi, ſocietas iniri poteſt, vel in perpetuum,
ideſt, dum viuant, Florian.de S.Petro in leg.hoc
§.ſi conueniat.ff.communi diuid.Gomez.variar.
tom.2.cap.5.de ſociet.num.1.Felic.de ſociet.cap
39.num.69. vbi teſtatur de communi Gratus
conſ.66.num.12.lib.2. ſignanter, quando pa-
9 ctum eſt iuratum, Roland conſ.6.nu 55.lib 1.
Seraphin.de Iuram.priuileg.66 num.18.& pri-
nileg.58.num.6.& ſeqq.Felic.de ſociet.d.cap.
39.nu.72.Guttierez de Iuram.cap.58.num.16.
et ſeq. aſſerens, quod hæc opinio in puncto
Iuris ſit verior, in quo caſu non eſt admitten-
da contraria ſententia, improbans pactum
obligans fratres ad permanēdum in commu-
nione bonorum vita durante, quam ſubſti-
nent Surd.conſ.264.nu.41.Gabr.conſ.62.n.18.
lib.2.Magon.dec.Lucenſ.25.n.69.

10 Multòque magis, quando eſt ſtipulata ſo-
cietas ſub pœna conuentionali ſcutorum mil-
le de non recedendo à communione bonorū,
durante vita contrahentium, quæ, vtpotè
promiſſa ob pactum non impletum exigi po-
teſt contrà aduerſarios contrauenientes, l.
Prædia, ff.de act.empt.l.lucius, ff.eod.tit.l.& ſi
quis §.vlt.ff.ſi quis caut.l.4.§ Cato vbi Interpre-
tes ff.de verb.obl.l.2.§.item ſi in facto, ff eod.l.ro
gaſti, § ſi tibi, vbi Purpurat.nu.29.ff.ſi cert pe-
tat.Bero.in cap cum dilecti num.8.de arbitr.Re-
buff.in l.1 gloſ.vlt.nu.35.& ſeqq.Cod. de ſent.
quæ pro eo, Gratian.cap.721.num.24.vbi ſi-
gnanter, quando pœna eſt adiecta facto,
tàm affirmatiuo, quám negatiuo, Leotard.
de vſur.qu.38.nu.8.Caren.reſolut 92.nu.5.Ro-
der.de ann.reddit.lib.3.qu.5.nu.5. Andrel.con-
trou.285.nn.19.& ſeq.Molin.de contract.diſp
317.num.2.Surd.dec.252.n.9.Comnneul.deciſ.
Bonon.22.n 6.& ſeqq.Rot.in rec.dec.170.n.1.
2.6.& 15.part.11. vbi ſignanter, quando pę-
na conuētionalis eſt appoſita in contractu iu-
rato, repetita corā Bich.dec.470. inter ſuas
impreſſas.

11 Idque etiam ſi intereſſe non probetur, quo-
ties, prout in hoc caſu, agitur de pœna appo-
ſita facto, vel non facto, l.2.§.item ſi in facto
l.ſtipulatio iſta, §.alteri, ff.de verb.oligat. Ca-
ren.reſolut.92.nu.5.Card.Mant.de tacit.lib.14.
tit.37.nu.4.& 6. latè Andreol.d.controu.285.
nu.19.& ſeq.Carleual.de Iudic.tit.3.diſp.3.nu.
23. Sarmient. ſelect. interpret. lib.3. cap.6.
nu.11. rectè aſſerens, non opus eſſe quatenus
interſit probare, nam alioquin fruſtrà pœ-
næ conuentionales imponerentur.

12 Et in ſpecialibus terminis, quòd ſit vali-
da ſtipulatio pœnalis appoſita in contractu
ſocietatis, ſunt iura in l.ſi quis à ſocio, et leg.
ſeq.l.duo ſocietatem, ff.pro ſocio, Bart.in l.ità ſti-
pulatus, ff.de verb.oblig.& in l.ſingularia, ff.ſi
cert.petat.& in l.prædia, ff.de act.empt. Corn.
conſ.2.ſub nu.14.lib.3.Alex.conſ.10.lib.7.Ri-
min.Iun.conſ.89.lib.1.Felic.de ſociet.cap.29.n.
2. & magis in puncto de duobus fratribus,
qui bona communicauerant, & inſimul quie-
tè, & pacificè viuere promiſerunt, ſub pœna
dupli bonorum communicatorum, Corn.conſ.
266.lib.3.Felic.de ſociet.d.cap.29.n.3.

13 Neque obiiciatur, quód, attenta æquitate
Canonica, pœna conuentionalis non debea-
tur, niſi quatenus intereſſe concurrat, iuxtà
ſolemne conſ.Ant.de Butrio 34.nu.2.Corn.cōſ.
2.nu.3.lib.3.Rimin.Iun.conſ.89.n.9.10.& 24.
Loffred.conſ.41.nu.8.Angel conſ.376 in fin.aſ-
ſerens, quod in Ditione Eccleſiaſtica id ſit
præcipuè ſeruandum, Cancer.var.part.3.cap.
11.nu.163.in fin.Garz.de expenſ.cap.9.nu.63.
Merend.controu.Iur.lib.11.cap.14.nu.13.vbi,
quòd ità ſeruetur in magnis Tribunalibus Car
leual.de Iudic.tit.3.diſp.3.n.22.Maſſin.de con-
fiſc.Bonor.qu.22.nu.34.Conciol.in annot.ad ſta-
tut. Engub. rubr.61. de pœn. conuentional.
numer.3. ibique Romaguera in addit. num 7.

Foutanell.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.18. part.3.
nu.61. Valeron.de trauſact.tit.6.qu.1.v.18.Fra-
goſ.de regim.Reip.Chriſtiau.par.1.lib.5.diſp.13.
§.8.n.187. Epiſc.Borgia.Inueſtigat.contrà Ant.
Fabr.tom.1 lib.3.cap.7.nu.10. Pilaia dec. Ca-
nou.tom.1.lib.2.dec.9.nu.27. Afflict. dec.135.
n.3.ibiq;latè Vrſill.n.3.ceteriq;add. Epiſc.Spe-
rell.dec.131.n.32.lib.2. Card.Seraph.dec.819.
n.8.Pena dec.845.n.3.Rot.diuerſ.dec.371. u.3.
p.1.in rec.dec.170.n.4. & ſeq.p.11.

14 Si quidem, id non procedit, ſtante iura-
mento, quód in receptiori ſententia efficit, vt
pœna conuentionalis in totum exigi valeat,
etiam, quòd non interſit, & non obſtante æ-
quitate canonica, præcipuè, quando, prout in
præſenti themate, eſt adiecta facto permanē-
di. ſcilicèt, in communione, quidquid ſecus
ſit aſſerendum, ſi reperiatur adiecta quanti-
tati, in quibus terminis pœna exigi non va-
let, attenta æquitate Canonica, niſi quatenus
cum intereſse concurrat, iuxtà receptiſſimā
diſtinctionem traditam à Caſtr. in l. eum alle-
gas nu 4. ibiq; eruditiſſimus Donellus Cod. de
Vſur. quam præ cæteris, omiſſis aliis, qui poſ-
ſent allegari, ſectantur Farinac.de carcer. qu.
38 nu 75.et ſeq.Leotard.de vſur.qu.38.num.8.
aſserens, quòd id procedat, etiam de Iure
Canonico Card.Mant.de tacit.lib.4 tit.37.n.4.
Andreol.controu.285 n.19.optimè Comuncul.
dec Bonon.22.nu.6.& ſeqq. qui pluribus argu-
mentis id comprobat Rot.diuerſ.dec.275. n.5.
p.2.in rec.dec.106.nu.10.& ſeqq. part.4.tom.2.
& dec.170.nu.1.et ſeq.& nu.15.p.11.repeti-
ta coram Bich. dec.470.num.1.& ſeq. & nu.
14. aſſerens poſt plures laudatos apud eum-
15 dem relegendos, quod, ſtante iuramento pę-
na conuentionalis efficiatur legalis.

16 Fruſtrà autem obiicitur, quòd non liceat á
communione recedere, ſtante contumacia
ſocii adminiſtratoris in reddenda ratione, ad
quam ſe adſtrinxerat ſingulis annis; cū regu-
lare ſit, quòd ſi à ſocio promiſsa non ſeruen-
tur, liceat à ſocietate recedere, l. ſi conuene-
rit 14. ibi, Nec tenebitur pro ſocio, qui ideò re-
nunciauit, quia conditio quædam, qua ſocietas
erat coita, ei non præſtatur, vbi Bart.et Bald.ff.
pro ſocio Ancheran.qu.54.nu.11.& ſeqq.lib.1
& qu.68.n.7 & ſeqq.lib.2. Menoch.conſ.121.
nu 99.lib.2.Rimin.Iun conſ.175.lib.1.Felic. de
ſociet cap.35.nu.28.Card. Mant.de tacit. lib.6.
tit.23.nu.13.19.et ſeq. Vbald.de duob. fratrib.
part.11.ſub n.1.verſ.quarto infertur, Michalor.
de fratrib.lib.2. cap.36.nu.22. vbi, quòd hoc
ſit ſpeciale in ſocietate.

Siquidem Abbas Melatius frater natu ma-
ior ex lege contractus, ſolùm tenebatur ſin-
gulis annis conficere, vt vulgò aiunt Bilan-
cium, illiuſque participes reddere fratres
minores, idque fuit adamuſſim impletum,
quod, cum præſeferat rationis redditionem,
quam denuó reddere eſt paratiſſimus, nulla
poteſt conſiderari culpa, neque contumacia
conſocii adminiſtratoris in non reddenda
ratione, quam ex prædicto textu in l. ſi con-
uenerit, ff. pro ſocio perneceſsè ſupponunt An-
charan.Felic.Car.Mãt.Michalor. & alii ex ad-
uerſo laudati.

17 Minus etiam congruit altera concluſio,
quòd, quoties ſunt ortæ rixæ, diſcordiæque
inter ſocios, liceat diſsoluere ſocietatem, d. l.
ſi conuenerit, vbi Interpretes ff. pro ſocio, Bart.
in l.cum ſatis ſub n.6.Cod de agric.& cenſit. lib
10.Ruin.conſ.23.nu.22.verſ quia ſuperueniente
lib.5 Alex.conſ.18. nu.4. lib.2. ibique Apo-
ſtilla.Grat.conſ.15.nu.48.lib.1.Felic.de ſociet.
cap.35.nu.32. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.
gloſ.9.part.2.nu.103.& ſeq.Vbald.de duob.fra-
trib.part.11 ſub n.1.verſ. quia vnus ex fratri-
bus Mancin.de Iuram.p.4 qu.15. effect.160.n.4.
et ſeq.Michalor.de fratrib.part.2.cap.36. n.23.
Viuius dec.294.n.3. & ſeqq.

Tum quia aduerſarii ſatis irrationabiliter
cauſam dederunt rixæ, dum poſt factam cō-
munionem contrá legem in contractu conuē-
tam intendebant eorum portionem admini-
ſtrare. Tum etiam, quia, in eodem ſocieta-
tis Inſtrumento fuit ſpecificè conuentum, quò
ad fratres rixoſos, quòd poſſint ſe à commu-
nione liberare, præuia amiſſione pœnæ con-
uentionalis, quæ abſque dubio ſolui deberet
à fratribus cōtrauenientibus ad commodum
fratris natu maioris, quæ obſeruantiam petit
contractus, ex ſuperiori loco firmatis.

Quò verò ad mandatum de manutenendo
illud pariter detegitur iniuſtum, non ſolùm
ex ſupra deductis; ſed etiam, quia, cum ma-
18 nutentio omninò dependeret ab articulo va-
liditatis, vel inualiditatis pacti iurati initi
ſuper ſocietate duratura, quouſque fratres
viuerent, nullo iure eadem manutentio erat
concedenda, ſed potiùs aggredi oportebat
diſputationem, quó ad merita cauſæ prin-
cipalis; Lancellott. de attentat. p.3.cap.24.qu.
19.num.8. Ludouiſ.dec.283.num.5.ibique add.
num.5. Garz.de benefic.part.5.cap.1.num.230.
Card.Seraphin. dec.1278. latè Poſth.de manut.
obſeruat.43.nu.1.& ſeqq. Rot.poſt eumdem
dec 9.nu.31.dec.579.n.2.& dec.645.nu.2.

19 Fortiùs eadem iniuſtitia manutentionis eſt
euidens, quia fuit conceſsa Aduerſariis in
eorum portionibus iam per communionem
confuſis; ideòque, vel illa erat concedenda
pro indiuiſo, vel priùs erat decernenda Peri-
torum electio pro noua diuiſione facienda;
nam alioquin, ſtante incertitudine, ſicuti cer-
ta non datur poſseſſio, itá, neque etiam ma-
nutentio, l.3. §. incertam, ibique Bart. & alii
ff. de acq poſſeſſ. Dec.conſ.126.n.3.

* * * * * *
* * * * *

A R-

ARGVMENTVM.

Fructus recompenſatiui omni Iure ſolui debent, quoties agitur de venditione mercium in vniuerſum exiſtentium in Taberna, ſeù Apotheca, cuius auuiamentum, vt vulgò Noſtrates aſſerunt, eſt in fructu, pretioque ęſtimabile ob concurſum hominum ad emendum; Secus aſſerendum, quoties agitur de rebus omninò infructiferis. Reprobatur contraria ſententia *Baldi*.

Dilatio ad ſoluendum pretium, quoties à venditore non eſt ſimpliciter emptori impartita, ſed cum ſpecifico onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos, illi abſque dubio ſunt debiti, & poſſunt ab initio in certa, determinataque quantitate decerni, quæ ſit commenſurabilis, & proportionata cum quãtitate, quæ ex re vendita percipi valeat; adeò vt videatur inter venditorem, emptoremque inita quędam tranſactio, vt difficultas probationis ſuper fructibus liquidandis ſublata remaneat: Ad ornatũ nobilis Reſcripti Imperatorum Diocletiani, & Maximiani in *l. curabit.* 5. *Cod. de act. empt.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus recompenſatiui, aliòquin debiti ex æquitate* leg. curabit. Cod. de act. empt. *non debentur, quoties agitur de rebus mobilibus ſuaptè natura infructiferis, &* nu. 26.

Declara, vt num. 8 & ſeqq.

2 *Reprobatur contraria ſententia* Bald. *affirmantis; quòd, cũ fructus recompenſatiui debeantur ob perfidiã emptoris in pretio ſoluẽdo, cũ vẽditor ex parte ſua adimpleuerit, ſint debiti, etiam ſi agatur de venditione rei aliòquin infructiferæ,* & num. 7.

3 *Vſuræ, iure ciuili inſpecto, veniunt ex mora in contractibus bonæ fidei, etiam ſi nihil creditoris interſit.*

4 *Secus, attento Iure Canonico, à quo Iura ciuilia fuerunt omninò abrogata, neque vltrà ſortem quidquàm capere licet, ſiuè ex contractu bonæ fidei, ſiuè ſtricti Iuris pecunia debeatur.*

5 *Non eſt permiſſum venditori ex mora emptoris quidquàm vltrà ſortem capere, vel pendente dilatione ſtipulari, niſi illius aliunde interſit.*

6 *Vſuræ recompenſatiuæ, eatenus ſunt admittendæ, quatenus ſunt compenſatiuæ damni, quod venditor ob rei traditionem patitur, ex qua tantumdem percipere potuiſſet.*

Atque adeò non debentur ex venditione rei ſterilis, & infructuoſæ, ex cuius traditione nihil venditori abeſt, & emptori, vltrà rem ipſum, nihil adeſt.

7 *Referuntur auctoritates in ſpecie reprobantes* Baldi *doctrinam.*

8 *Fructus recompenſatiui ſunt debiti venditori, quoties agitur de veditione auuiamenti, vt vulgò aſſerunt Tabernæ, ſiuè Apothecæ cum eius mercibus ibidem exiſtentibus in vniuerſum; cum dictum auuiamentum ſit fructiferum, pretioque ęſtimabile ob lucrum ex illo proueniens propter concurſum hominum ad emendum.*

9 *Super fructibus recompenſatiuis eſt licita conuentio per viam tranſactionis, quoties fuit facta renunciatio Apothecæ cum mercibus ibidem exiſtentibus.*

Commendantur deciſ. Rotæ in recent. 330. & 232. part. 13.

10 *Reprobatur* Vermigliol. con. 289. *cuius ſententia poteſt ſolùm procedere, quoties agitur de venditione mercium ſingularium abſque vlla vniuerſitate, quæ annexum habeat Tabernæ auuiamentum.*

11 *Fructus recompenſatiui debentur, & conueniri valent, quouſque ſoluatur pretium animalium venditorum, ſiuè eorundẽ gregis, cum ſint in fructu.*

12 *Intellige, vt fructus recompenſatiui non debeantur ad rationem, que ex Animalibus, ſiuè Grege ante venditionem percipiebatur, ſed potiùs moderatè; habita, ſcilicet, ratione ceſſantis periculi interitus.*

13 *Fructus recompenſatiui Officij vacabilis venditi non debentur ad rationem fructuum, qui ante venditionem percipiebantur, ſtante, quòd periculum vacationis fuit ſublatum, cum ſortis aſſecuratione.*

14 *Fructus recompenſatiui non debentur, quando venditor ſimpliciter fuit impartitus dilationem emptori, ſtatuto certo, determinatoque tempore ad ſoluendam.*

Nam in ſimplici, gratuitaque dilatione ad ſoluendum tempus illud immune eſt ab vſuris.

15 *Dilatio cũ cenſeatur tantũmodò conceſſa in fauorem emptoris, nullus fauor eſſet eiuſdem emptoris; ſi interim vſuræ, ſiù fructus recompenſatiui deberentur.*

16 *Dilatio conceſſa ad ſoluendum pretium dici debet pars eiuſdem pretij, quod præſumitur eſſe maius ratione eiuſdem dilationis.*

17 *Ager, ſi fructibus pendentibus fuerit diſtractus, etiam fructus emptoris commodo cedunt, niſi eos venditor ſpecificè exceperit.*

18 *Fructus pendentes pars agri fuiſſe putantur, & ob illos pluris ager veniſse.*

19 *Dilatio, quoties à venditore non fuit ſimpliciter conceſſa, ſed potiùs ſecundùm quid, & cum onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos, tunc illi abſque controuerſia debentur.*

Ideoque non videtur venditorẽ Iuri ſuo renunciaſſe, qui conuentionem hanc ſuper fructibus compenſatiuis adhibuit.

Fructus compenſatiui non dicuntur lucratiuæ acceſſiones, ſed potiùs reſtauratiuæ illius commodi, quod venditor ex re ſua percepiſſet.

20 *Reprobatur contraria ſententia* Theologorum, & Moralium.

21 *Conuentio ſuper fructibus recompenſatiuis, data dilatione ad ſoluendum, ita demum ſubſtineri valet, ſi emptor ſit perſona diligens, qui pe-*

cuniam

cuniam venditori debitam non retinuit otioſam, & vlterius venditor non reperijt emptorem, qui præſente pecunia rem emerit.

22 *Reijcitur huiuſmodi ſententia, & de falſo fundamento, cui innititur.*

23 *Fructus recompenſatiui poſſunt licitè ab initio taxari in certa quantitate commenſurabili, & proportionata cum quantitate, quæ ex re vendita percipi poteſt.*

Adeo vt videatur inter contrahentes inita quędam tranſactio, inſpecto futuro euentu, vt difficultas probationis tollatur ſuper fructibus liquidandis.

24 *Præſumptio ſtat pro taxa conuentionali ſuper fructibus compenſatiuis.*

25 *In omnibus caſibus, in quibus vſuræ ſunt permiſſæ, & debitæ, valet etiam ab initio certa deducti quantitas, quæ attentis circumſtátiis appareat eſſe verum intereſſe.*

26 *Fructus recompenſatiui non debentur, quando emptor non potuit ex re vendita fructus percipere.*

27 *Fructus recompenſatiui indebitè recepti per emptorem miniſterio legis, & abſque alio facto hominis imputantur in cauſam ſortis.*

28 *Idq; etiam, ſi ſcienter, & ſpontè fuerint ſoluti, quia lex in ſoluente vſuras præſumit coactam voluntatem, ne, ſcilicet, vexetur pro reſtitutione ſortis principalis.*

CAPVT CLIX.

QVÆSTIO eſt in præſentia pro veritate ad iuridicum examen reuocanda; an, ſcilicet, contracta ſocietate ſuper negotio artis lanæ inter Tarquinium, Ioannemque, in quo Tarquinius pro ſua parte poſuit capitale in pecunia, facta poſtmodùm venditione eiuſdem Capitalis cum Taberna pānaria, omnibuſque ad ſocietatem pertinentibus per eumdem Tarquinium dicto Ioanni pro pretio ſcutorum termille, in quo capitali fuerunt comprehenſa ſcuta ſex centum in tot nominibus debitorum inexigibilibus, conuenta dilatione ad ſoluendum pretium infrá quinquennium, cum ſpeciali pacto interim ſoluendi fructus recompenſatiuos ratione lucri ceſſantis, damnique emergentis ad rationem ſcutorum quinque pro centenario, quo quinquennio tranſacto; ſi emptor fortaſsè non valeat dictum pretium reſtituere; prorogari debeat à venditore eiuſdē pretii reſtitutio ad duos alios annos, cum obligatione in dicto bienuio de ſoluendis interuſuriis ad rationem ſcutorum ſex pro centenario; an, inquàm, dicti fructus recompenſatiui fuerint debiti, tàm pro tempore durantis quinquennij, quàm etiam ſubſequentis biennij, & an dictus contractus de Iure ſubſiſtat.

1 Quò ad fructus recompenſariuos durante quinquennio, res eſt extrà omnem controuerſiam, quòd illi debeantur, quòdque omni prorsùs iure ſint permiſſi, inſpecta æquitate, *l. curabit, Cod. de act. empt.* quæ, licèt regulariter locū ſibi non vindicet; quoties agitur de rebus mobilibus, ſuaptèque natura infructiferis, & pecuniæ æquipollentibus iuxtà originalem ſententiam *Cyno* tributam *in leg. minorum, Cod. in quib. cauſ. reſtit.* quam præcæteris ſectantur *Salic. in l. 2. Cod. de vſur. Cagnol. in d. leg. curabit. num. 26. & 29. Corn. conſ. 145. lib. 2. Roland. conſ. 14. in fin. lib. 2.* aſſerens, quòd hæc ſententia nullam recipiat dubitationem, illique ſit inhærendum, *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. qu. 7. num. 84. & ſeq.* vbi ait, deficientibus fructibus conuentionem hanc non valere, *Cyriac. controu. 502. num. 10. Coſta de clauſ. cap. 148. in fin.* affirmans; huiuſmodi res non eſſe capaces conuentionis ſuper fructibus recompenſatiuis, *Card. de Lugo de iuſt. & Iur. diſp. 25. ſect. 8. n. 142.* optimè *Leotard. de vſur. q. 27. n. 36. Card. de Luca de vſur. diſc. 15. num. 3.*

2 Nullatenus attenta contraria ſententia, in qua reſidet *Bald. in leg. 2. num. 3. Cod. de vſur.* quam ibid. ſectantur *Caſtr. num. 1.* idem *Caſtr. in leg. curabit num. 2. Cod. de act. empt. Anan. in cap. conqueſtus n. 2. de vſur.* aliique relati per *Lupum de vſur. comment. 1. §. 7. n. 141.* ei potiſſimùm rationi innixi, quòd, cum huiuſmodi vſuræ non debeantur ratione proportionis fructuum, ſed ob perfidiam ēptoris in pretio ſoluendo, cū vendior impleuerit ex parte ſua; meritò, ſint debitæ, etiam ſi agatur de vēditione rei alioquin infructiferę.

3 Id enim rectè procedere poſſet iure ciuili inſpecto, ex quo in contractibus bonæ fidei ex mora, perfidiaque debitoris veniunt vſuræ, etiam ſi nihil creditoris interſit; *l. mora 32. §. in bona fidei, l. vſura 34. ff. de vſur. l. 2. Cod. depoſ. l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vendit.*

4 Secus autem attento Iure Canonico, à quo prædicta Iura ciuilia fuerunt omninò abrogata, neque vltrá ſortem quidquàm capere licet, ſiue ex contractu bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris pecunia debeatur; prout reperitur ſancitum in *cap. primo*, & in *cap. in Ciuitate 6. de vſur.* & comprobant plures, pulcherrimæque auctoritates ex *Concilio Niceno, Arelathenſi, ex Diuo Auguſtino, Ambroſio*, & *Hieronymo*, reſcriptiſque Pontificum relatæ *in 14. qu. 3.* & apud *Ant. de Auguſt. in Epithom. Iur. Pōtific. lib. 25. tit. 6.*

5 atque adeò non eſt permiſſum venditori ex mora emptoris quidquàm vltrá ſortem capere, vel pendente dilatione ſtipulari, niſi illius aliundè interſit; cum enim huiuſmodi

6 vſurę recompenſatiuę eatenus ſint admittendæ, quatenus ſunt compenſatiuæ damni, quod venditor ob rei traditionem patitur, ex qua tantumdem percipere potuiſſet; conſequens eſt, nòn eſſe recipiendas in venditione rei inutilis; & infructuoſæ, ex cuius traditione nihil venditori abeſt, & emptori vltrà rem ipſam

ipſam nihil adeſt, cum compenſatio extremorum exigat relationem, quæ in venditione rei ſterilis, & quæ nullos refert fructus, intelligi non poteſt.

7 Atque adeò ex prædictis iure optimo rationem à Baldo adductam reiiciunt vti erroneam, & inſubſiſtentem Couar. var. lib. 3. cap. 4. num. 3. Corn. conſ. 19. numer. 5. lib. 3. Roland. conſ. 54. numer. 3. & conſ. 54. in fin. lib. 2. Facchin. controu. Iur. lib. 2. cap. 32. verſ. contrariam ſententiam, Lupus de vſur. loco proximè laudato, Leotard. eod. tract. qu. 27. nu. 36. Benitend. dec. 29. nu. 7. & ſeqq. Epiſc. Sperell. dec. 118. num. 67. Rot. in rec. dec. 453. nu. 3. & ſeq. part. 4. tom. 2.

Nihilòminus ſuperiori loco firmata non procedunt, quoties, prout in themate, de quo diſceptatur, agitur de rebus mobilibus, ſeù
8 mercibus cōſtituentibus Vniuerſitatem, Tabernam, ſcilicet pannariam, ſeù mercimonium; tunc enim ratione auuiamenti, vt vulgò aſſerunt, quod eſt pretio æſtimabile ob lucrum ex illo proueniens propter concurſum hominum ad emendum; vt in ſpecie aduertunt Petr. Vbald. de duobus fratrib. part. 11. princip. num. 73. Cephal. conſ. 328. num 5. & ſeq. lib. 3. Gratian. cap. 547. nu. 17. & ſeq. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 199. num. 8. & ſeq. Rot. in recent dec. 540. n. 7. part. 2. repetita coram Vbald. dec. 193. n. 7. Coccin. dec. 159. num. 1. verſ. quòd in omnem euentum, Archiep. Carrill. dec. 302. num. 9. huiuſmodi tabernæ reputantur fructiferæ fructuſque recompenſatiui, quouſque pretium integrè ſoluatur venditori, licito iure conueniri poſſunt; prout in ſpecie fructuum recompenſatiuorum cadentium ſuper pretio huiuſmodi Tabernarum, vel ex conuentione, vel ex diſpoſitione iuris, ne emptor retineat rem, & pretium, iuxtà terminos textus in d. leg. curabit, Cod. de act. empt. optimè præ cæteris firmant Rimin. Iun. conſ. 177. num. 16. & ſeqq. Card. de Luca de vſur. diſc. 15. num. 3. & diſc. 16. nu. 2. & ſeqq. & diſc. 42. num. 2. & ſeqq. in ſupplem. part. 2. Borgnin. dec. 13. nu. 61. & 66. part. 2. Rot. dec. 189. nu. 3. poſt 2. vol. conſ. Farinac. vbi de originalibus ſcripturis Notarii in recent. dec. 540. n. 7. et 11. p. 2. repetita coram Vbald. dec. 193. nu. 7. & 11.

9 Et in fortioribus terminis, quòd facta renunciatione auuiamenti Apothecæ cum mercibus ibidem exiſtentibus per viam tranſactionis ſit licita conuentio ſuper fructibus recompenſatiuis, Card. de Luca de vſur. diſc. 15. num. 3. & diſc. 42. num. 2. in ſupplem. part. 2. Rota in recent. dec. 330. nu. 8. & dec. 232. nu. 2. & ſeqq. part. 13. quæ deciſiones vti magiſtrales circumferuntur; & in eiſdem fuit receſſum à deciſ. Card. Celſ. dec. 177. & 291. rectèque conferunt deducta per Leotard. de vſur. qu. 41. num. 32. vbi de venditione Cymbæ piſcatoriæ cum retibus, ex qua pretii vſuræ debentur.

10 Neque audiendus Vermigliol. contrarium firmans conſ. 289. cuius ſententia ſolùm poteſt procedere, quoties agitur de venditione mercium ſingularium abſque vlla vniuerſitate, quæ annexum habent auuiamentum; tunc enim, cum agatur de pretio rei omninò infructiferę, nulli fructus, vel interuſuria debentur, neque in conuentionem deduci valent, niſi legitima adſint requiſita lucri ceſſantis, vel damni emergentis, eo modo, quo in quolibet indifferēti credito quantitatis proceditur ex rationibus ſupra firmatis, rectèq; diſtinguit Card. de Luca de credit. diſc. 42. nu. 2. in ſupplem. part. 2.

11 Atque ex prædictis etiam oritur, vt fructus recompenſatiui debeantur, & conuchiri valeāt, quouſque ſoluatur pretium animalium venditorum, ſiue gregis eorumdem, cum ſint in fructu; prout in ſpecie tradunt Crauetta conſ. 145. num. 8. & 9. Pancirol. conſ. 147. ſub numer. 18. Caroc. de locat. tit. de vſur. qu. 7. num. 6. & per tot fol. 225. in magna impreſſione, Silueſt. in ſumma verbo ſocietas il ſecundo num. 4. in fin. Lopez de contract. lib. 1. cap 67. num. 2. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. qu. 7. num. 89. ea tamen animaduerſione di-
12 ligenter adhibita, quòd fructus recompenſatiui non debeantur ad rationem, quę ex animalibus, ſiue grege ante venditionem percipiebatur; ſtante enim periculi, interituſque ceſſatione, non debent ab emptore perſolui ad rationem exceſſiuam; ſed potiùs moderatam, habita, ſcilicet, ratione ceſſantis periculi interitus; prout ſingulariter ponderat Cyriac. controu. 259. num. 23. rectèque
13 confert ſimile adductum per Card. de Luca de Regal. deciſ. 17. num. 10. quód fructus recompenſatiui Officii vacabilis venditi non debeantur ad rationem fructuum, qui ante venditionem percipiebantur, ſtante, quòd periculum vacationis fuit ſublatum cum ſortis aſſecuratione.

14 Et licet, quando venditor ſimpliciter fuit impartitus dilationem emptori ſtatuto certo, determinatoque tempore ad ſoluendum pretium, fructus recompenſatiui non debeantur ex æquitate d. leg. curabit, Cod. de act. empt. data enim dilatione, videtur venditor iuri ſuo renunciaſſe, eò quia in ſimplici, gratuitaque dilatione ad ſoluendum tempus illud immune ſit ab vſuris, prout firmāt poſt gloſ. in cap. conqueſtus verſ. de ſeudo de vſur. Cagnol. in d. leg. curabit num. 51. Bero in cap. 1. num. 125. de vſur. Dec. conſ. 119. num. 7 Soccin. conſ. 109. num. 3. verſ. et quòd emptor lib. 1. Gabr. conſ. 57. num. 5. lib. 1. alter Gabr. de empt. & vendit. concluſ. 4. numer. 21. Honded. conſ. 44. num. 31. lib. 1. Couarr. var lib. 3. cap. 4. num. 5. Gutierez. canonic. quæſt. cap. 39. num. 19.

num.19. lib.1. Molin.de contract.diſp.368. nu. 17. Trentacinq.var.tit.de empt.reſolut.2.num. 15 Cald.cod.tract.cap.23.num.32. Paitel.Iun. annot.58.num.34. ad expedit. Paitel. Senioris, Cyriac.controu.502.num.11. Leotard. de vſur.qu.27.num 21. 31. & ſeq. & numer.34. Capyc Latr. conſult.59.num.13. lib.1.Card.de Luca.de vſur.diſc.16.num.2. & diſc.22 num.7. Add. ad Ludouiſ.dec.297.nu.10. & dec.204. num.32. Ludouic.dec. Peruſ.53.Epiſc.Thomat. dec.136.num.15. & ſeqq.lib.1. Epiſc.Sperell. dec.118.num 19.& ſeqq. Rot. in rec. dec.370. nu.5.& dec.424.p.3.

15 Idque duplici ex ratione: altera, quia dilatio cenſetur tantùmmodo conceſsa in fauorem emptoris, *l.eam, qui Calendis, ff. de verbor.obligat l. quod quis 10. ff. de obligat. & action. l.cum tempus 17.ff.de regul.Iur.* at qui nullus fauor eſſet emptoris, ſi interim vſuræ, ſeù fructus recompenſatiui deberentur, *Bero in cap.1.num.125. de vſur. Cagnol. in leg.curabit num.152. Cod de act. empt.* vbi quòd, ſi ſecus fiat, vſura ſit, & contrà conſcientiam, & ità inquit, ſe aliàs conſuluiſſe, *Dec.conſ.119. num.6. Gabr.conſ.57. num.54. lib.1. Gratian.cap.243.num.34 & ſeqq.& cap. 911.num.7. Molin.de contract. tract.2. q.168. nu.14. Card Mant.de tacit.& ambig. conuent. lib 4.tit.24.ſub num.15.verſ. ſed aduerte, Leotard.de vſur.qu.27.num.31.& ſeq. Epiſc. Sperell.dec.118.nu.21.Coccin.deciſ.120. n.3. Rot.in rec.dec.13.nu.23.& ſeq.part.5.*

16 Altera, & quidem congruentior; quia veriſimile videtur, quòd à contrahentibus habita fuerit ratio medij temporis; pluriſq; res vendita æſtimata, quàm, ſi præſenti pecunia fuerit diſtracta; adeòut dilatio re uera dici debeat pars pretii, quod intuitu fructuum interim, ſolutione pendente, percipiẽdorum, præſumitur eſſe maius. quam rationem potiſſimum, præ cæteris expendunt *Nauarr. conſ.21.num.8.verſ non inquàm id obſtat lib.5.de vſur.* vbi, quòd dilatio tanquàm pars pretii appoſita cenſeatur, *Honded. conſ.44. num 31.lib.1. Pariſ. conſ.81. nu.30. lib.2. Menoch.conſ.1011. num.15. & ſeq.lib. 12. Merend. controu.Iur. lib.6.cap.28.nu.12. Gratian.cap.588. num 26.* Mangil.*de euict.qu. 148.num.37. Scacc.de commerc.& camb.§.1. qu.7.part.2. ampliat.8. num.153. Card.de Lugo de iuſt.& Iur.diſp.25.ſect.8.num.143. Filliuc. moral.quæſt.tom.2.tract.35.cap.8. nu. 177. Leotard de vſur.q.27.num.32.Epiſc.Sperell.dec.118. nu.22. Rot.in recent.dec.370.n.5. in fin.verſ.ratio differentiæ part.3. & dec.13. num.23 et ſeq.part.5.*

17 Prout in ſimili dicitur, quòd, ſi ager, fructibus pendentibus, fuerit diſtractus, etiam fructus emptoris commodo cedant; niſi eos venditor ſpecificè exceperit, *l. Iulianus, §.ſi fructibus, ff.de act.empt.*, quia pars agri fuiſ-

18 ſe putantur, & ob illos pluris ager venijſſe, *leg.vlt.§.fructus* ibique optimè *Cuyacius ff. quæ in fraud.credit.l.44.ff. de rei vindic. l.9.ff. ad leg.falcid.Nauarr.d.conſ.21.num.8.lib.5. de vſur. Molin.diſp.368. in fin. Card. de Lugo de iuſt.& Iur. diſp.25.ſect.8.nu.143. Leotard.de vſur.qu.27. num.32. verſ. eo modo, quo dicimus.*

19 Attamen, quando, prout in præſentia, dilatio non fuit ſimpliciter conceſſa; ſed potiùs ſecundùm quid, & cum onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos, tunc abſque controuerſia illi debentur, & conuentio omni iure ſubſiſtit; hoc enim caſu perindè eſt, ac ſi dilatio conceſſa non fuerit; proindeq; nõ videtur, vẽditorẽ iuri ſuo renũciaſſe, qui conuentionẽ hanc ſuper fructibus recompenſatiuis adhibuit, ne iuri ſuo renũciaſſe videatur, adeòut illæ non dicantur lucratiuæ acceſſiones, ſed potiùs compenſatiuæ, ſeù reſtauratiuæ illorum fructuum, quos aliàs venditor ex re ſua percepiſſet, iuxtà ſententiam origiualem *Caſtr.in l.Iulianus 14.§.ex vendito ſub num.3.ff.de act.empt.* licèt nonnulli non rectè eumdem *Caſtr.*pro cõtraria opinione adducere ſoleãt, *Imol. in leg. in Inſulam §. vſuras num.7.ff.ſolut.matrim. Dec.in cap.cum venerabilis, num.63.de except. Cagnol in leg.curabit numer.52 57.& ſeq.& num.61.Cod.de act.empt.Alciat.in l.ſi quis nec cauſam col.3.ff.ſi cert petat. Lup.de vſur. ad l. curabit. comment.1.§ 7.num.145. Pariſ.conſ. 60.num.21.lib.1.* rectè aſſerens, quòd, in hoc caſu perinde ſit, ac ſi dilatio data non fuerit, *Gozadin. conſ.55 num.11. Crauetta conſ.179.num.7. Soccin.conſ.176.numer.1. & ſeqq.lib.1 Ruin.conſ.73.num.3.lib.1 Honded. conſ 44.num.31.lib.5. Card.Mant.de tacit.lib. 4.tit.24.num 15.19.22.& ſeq Ioſeph Ludouic. comment.concluſ.lib.1.concluſ. Maſcard. de probat.concluſ.930. num.4.& 5. Mangil. de euict. qu.159. nu.10. Leotard.de vſur. qu 27. num 21. verſ ſed in hac ſpecie, & numer.34. verſ.an verò actum ſit, Scacc.de commerc.& camb.§.1. qu.7.part.2. ampliat.8.nu.152.& ſeq.Ancharan.Regens qu.33. Merend.controu. Iur.lib.3.cap.28 n.15.& ſeq. Facchin.*reſpondens contrariis,*controu.Iur.lib.2.cap.32.dub. 3.Roder.de ann.redd.lib.3. qu.8. nu.5. Farinac. in repert.de contract.qu.35.§.2.nu.3.& 5.Lugdunenſ.ad conſuet. Pariſien.§.1. gloſ 9. nu.17. & de contract.qu.74.num.544. Mexia ad leg. Tolet.part.2.fundam.2. num 12. Capyc. Latr. conſult.59.num.14 lib.1. Card.de Luca de vſur.diſc.16.num.4 diſc.18.& diſc.26.*vtrobique *nu.5.* latiſſimè *Epiſc Sperell.dec.119.num. 27.& ſeqq.lib.2 Duran. dec.34. num.11.*rectè poſt *Nauarr.d.conſ.21. num.4. de vſur. lib. 5.* aduertens, quòd intereſſe non cenſeatur promiſſum propter dilationem, ſed potiùs propter fructus, quos venditor interim percipere

pere poterat; ſi enim, non data dilatione, fructus debentur; nulla eſt ratio, quare ea conceſſa, non valeant in pactum deduci, vt debeantur, ne dilationis beneficium datum emptori aduersùs venditorē, qui illud dedit, contrà notiſſimas regulas Iuris retorquea-
30 tur; quidquid contrarium non rectè ſentiant nonnulli Theologi, & Morales, inter quos *Lopez de contract. & negotiat. lib. 1. cap. 36. Turrian. diſp. 58. dub. 8. num. 7. & ſeq.* quos meritò reprehendit *Leotard. de vſur. d. qu. 27. nu. 3. & ſeqq.*

Atque hinc falſiſſimam arbitror contrariā ſententiam, in qua licèt ſubdubius reſidet *Soccin. Sen. conſ. 176. ſub num. 9. verſ. quinta difficultas lib. 2.* quem ſimpliciter ſequitur *Crauetta conſ. 189. ſub num. 7. verſ. ſed iſta opinio & ſeqq.* affirmantes, vt conuentio ſuper
21 fructibus recompenſatiuis, data dilatione ad ſoluendum, ità demùm ſubſtineri valeat, ſi emptor ſit perſona diligens, qui pecuniam venditori debitam non retinuit otioſam; ſed ex illa emolumentum percepit, & vlteriùs venditor non reperiit emptorem, qui præſente pecunia rem illam emerit, atque adeò potiùs neceſſitate ductus, quàm animo deprauato, vel auiditate percipiendi vſuras, dilationem cum pacto prædicto ſuper fructibus recompenſatiuis ſoluendis fuit imparti-
22 tus; falſiſſimo enim innititur fundamento, quòd huiuſmodi vſuræ debeantur in recompenſationem lucri per emptorem ex pretio ſoluendo percepti, cum potiùs ſoluantur in recompenſationem, tàm fructuum quos venditor interim percipere poterat, quàm illorum, quos idem emptor ex eadem re vendita percepit, ideòq; meritò *Crauettā* in loco proximè laudato, in ſpecie reprehendunt *Lupus in commentar. de vſur. num. 22. & ſeqq. inter tract. diuerſ. tom. 7. fol. 121. num. 7. verſ. ſextus caſus, Epiſc. Sperell. dec. 119. num. 3. & duob. ſeqq. lib. 2. Duran. dec. 31. nu. 11.* aliique ſuperius laudati.

23 Huiuſmodi verò fructus recompenſatiui potuerunt licitè ab initio taxari ad rationē quinque pro centenario; iſta enim quantitas videtur commenſurabilis, & proportionata cum quantitate, quæ iuxtà veriſimiles coniecturas ex auuiamento Tabernæ venditæ percipi potuiſſet, adeòut videatur inter contrahentes inita quædam tranſactio, inſpecto futuro euentu, vt difficultas probationis tollatur ſuper fructibus liquidandis, *Dec. in cap. Venerabilis n. 65. verſ. putarem tamen de except. Barboſ. in leg. de diuiſione 5. nu. 72. ff ſolut. matrim. Cagnol. in l. curabit nu. 57. 58. 65. & 69.* Cod. *de act. empt. Ruin. conſ. 73. num. 5. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 60. num. 29. 33. & 34. lib. 1. Burſatt. conſ. 11. numer. 16. & 26. lib. 1. Couarr. lib. 3. var. cap. 4. num. 5. Gratian. cap. 387. num. 14. Cardin. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 22. & ſeq. Leotard. de vſur. qu. 27. num. 3. Facebin. contron. Iur. lib. 2. cap. 32. qu. 3. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. qu. 7. num. 78.* vbi refert hanc ſententiam communem eſſe, *Vrſill. ad Afflict. dec. 20. num. 6. Anna allegat. 42. Caneer. var. part. 3. cap. 7. num. 60. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 8. ſect. 5. nu. 48. & 52. Paitell. Iun. annot. 58. num. 36. ad exped. Paitell. Sen. Scacc. de commerc. & camb. §. 1 q. 7. 2. p. ampliat. 8. n. 33. & ſeqq. Galeot. contr. 61. num. 47. lib. 1. Card. de Luca de vſur. diſc. 21. num. 4. & 7.* Vbi quòd præſumptio ſtet
24 pro taxa conuentionali, *Surd. dec. 259. n. 16. Bich. dec. 552. nu. 9. Rot. in recent. dec. 331. n. 4. part. 1. & dec. 13. num. 13. part. 5.* repetita coram *Duran. dec. 34. num. 12. Cæſar de Graſſ. dec. 1. num. 4. aliàs 187. num. 3. & duob. ſeqq. de vſur.*

25 Regulare enim eſt, vt in omnibus caſibus, in quibus vſuræ ſunt permiſſę, & debitę, valeat etiam ab initio in pactum certa deduci quantitas, quæ attentis circumſtantijs prudentis Iudicis arbitrio examinandis, appareat, eſſe verum intereſſe, *Lupus in d. l. curabit comment. 1. §. 6. num. 126. Bald. in l. rogaſti, §. ſi tibi ff. ſi cert. petat. & in l. 1. Cod. de diſtract. pignor. Medin. de contract. qu. 38. Alex. conſ. 31. num. 13. lib. 6. Pariſ. conſ. 60. num. 31. lib. 1. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 6. qu. 1. art. 3. Menoch. conſ. 110. num. 53. & ſeqq. Duran. dec. 34. num. 12. & ſeq.* repetita *in rec. dec. 13. nu. 14. part. 5.*

Quò verò ad fructus recompenſatiuos, qui fuerunt conuenti elapſo quinquennio ad rationem ſex pro centenario, cum prorogatione ad biennium; adhuc exiſtimo, illos deberi; militant enim eædem prorsùs rationes ſuperiori loco ponderatæ, quò ad fructus recompenſatiuos conuentos, durante adhuc quinquennio.

Verùm, quia ex Inſtrumento emptionis deprehenditur, in pretio capitalis Tabernæ venditæ vnà cum mercimonio fuiſſe incluſa ſcuta 300. in tot debitorum nominibus, re vera inexigibilibus, vtpotè liquidò decoctis; abſque dubio pro dicta rata ſcutorum 300. ſuppoſito, quòd exigi non potuerint, fructus recompenſatiui non debentur, ex recepta
26 concluſione, quòd illi non debeantur; quando emptor non potuit ex re vendita fructus percipere, *Cagnol. in d. l. curabit num. 26. 28. & 29. Cod. de act. empt.* aſſerens, quòd in hoc caſu nō vindicet ſibi locum æquitas dictę legis *curabit Salicet. in l. 2. C. de vſur. Lupus in leg. curabit comment. 1. §. 7. nu. 141. Cyn. in l. in minorum nu. 16.* ibique *Salic. nu. 3. Caſtr. n. 3. in fin. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar. Alex. in l. de diuiſione num. 13.* ibique *Seyſell. ſub num. 12. ff. ſolut. matrim. Aretin. in l. ità ſtipulatus num. 3. in fin. verſ. ſecundo caſu ff. de verbor. oblig. Roland. conſ. 14. in fin. lib. 2.*

num.19. lib.1. Molin.de contract.diſp.368. nu. 17. Trentacinq.var.tit.de empt.reſolut.2.num. 15. Cald.eod.tract.cap.23.num.32. Paitel.Iun. unnot.58.num.34. ad expedit. Paitel. Senioris, Cyriac.controu.502. num.11. Leotard. de vſur.qu.27. num 21. 31. & ſeq. & numer.34. Capyc Latr. conſult.59. num.13. lib.1. Card.de Luca.de vſur.diſc.16.num.2. & diſc.22 num.7. Add. ad Ludouiſ.dec.297. nu.10. & dec.204. num.32. Ludouic.dec. Peruſ.53. Epiſc.Thomat. dec.136. num.15. & ſeqq.lib.1. Epiſc.Sperell. dec.118.num 19. & ſeqq. Rot. in rec. dec.370. nu.5. & dec.424. p.3.

15 Idque duplici ex ratione: altera, quia dilatio cenſetur tantùmmodo conceſsa in fauorem emptoris, l.eam, qui Calendis, ff. de verbor. obligat. l. quod quis 10. ff. de obligat. & action. l.cum tempus 17. ff.de regul.Iur. at qui nullus fauor eſſet emptoris, ſi interim vſuræ, ſeù fructus recompenſatiui deberentur, Bero in cap.1.num.125. de vſur. Cagnol. in leg.curabit num.152. Cod de act. empt. vbi quòd, ſi ſecus fiat, vſura ſit, & contrà conſcientiam, & ità inquit, ſe aliàs conſuluiſſe, Dec. conſ.119. num.6. Gabr. conſ 57. num.54. lib.1. Gratian.cap.243.num.34 & ſeqq. & cap. 911.num.7. Molin.de contract. tract.2. q.168. nu.14. Card Maut.de tacit. & ambig. conuent. lib 4. tit.24. ſub num.15. verſ. ſed aduerte, Leotard.de vſur.qu.27. num.31. & ſeq. Epiſc. Sperell.dec.118. nu.21. Coccin.deciſ.120. n.3. Rot.in rec.dec.13.nu.23. & ſeq.part.5.

16 Altera, & quidem congruentior; quia veriſimile videtur, quòd à contrahentibus habita fuerit ratio medij temporis; pluriſq; res vendita æſtimata, quàm, ſi præſenti pecunia fuerit diſtracta; adeòut dilatio re uera dici debeat pars pretii, quod intuitu fructuum interim, ſolutione pendente, percipiẽdorum, præſumitur eſſe maius, quam rationem potiſſimùm, præ cæteris expendunt Nauarr. conſ.21. num.8. verſ non inquàm id obſtat lib.5. de vſur. vbi, quòd dilatio tanquàm pars pretii appoſita cenſeatur, Honded. conſ.44. num 31. lib.1. Pariſ. conſ.81. nu.30. lib.2. Menoch.conſ.1011. num.15. & ſeq.lib. 12. Merend. controu. Iur. lib.6. cap.28. nu.12. Gratian.cap.588. num 26. Maugil.de euict.qu. 148. num.37. Scacc.de commerc. & camb.§.1. qu.7. part.2. ampliat.8. num.153. Card.de Lugo de iuſt. & Iur.diſp.25. ſect.8. num.143. Filliuc. moral.quæſt. tom.2. tract.35. cap.8. nu. 177. Leotard.de vſur.q.27. num.32. Epiſc.Sperell dec.118. nu.22. Rot.in recent.dec.370.n.5. in fin.verſ. ratio differentiæ part.3. & dec.13. num.23 et ſeq.part.5.

17 Prout in ſimili dicitur, quòd, ſi ager, fructibus pendentibus, fuerit diſtractus, etiam fructus emptoris commodo cedant; niſi eos venditor ſpecificè exceperit, l. Iulianus, §.ſi fructibus, ff.de act.empt., quia pars agri fuiſ-

18 ſe putantur, & ob illos pluris ager veniiſſe, leg.vlt. §.fructus ibique optimè Cuyacius ff. quæ in fraud.credit.l.44. ff. de rei vindic. l.9. ff. ad leg.falcid. Nauarr.d.conſ.21. num.8. lib.5. de vſur. Molin.diſp.368. in fin. Card. de Lugo de iuſt. & Iur. diſp.25. ſect.8. nu.143. Leotard.de vſur.qu.27. num.32. verſ. eo modo, quo dicimus.

19 Attamen, quando, prout in præſentia, dilatio non fuit ſimpliciter conceſsa; ſed potiùs ſecundùm quid, & cum onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos, tunc abſque controuerſia illi debentur, & conuentio omni iure ſubſiſtit; hoc enim caſu perindè eſt, ac ſi dilatio conceſſa non fuerit; proindeq; nõ videtur, vẽditorẽ iuri ſuo renũciaſſe, qui conuentionẽ hanc ſuper fructibus recompenſatiuis adhibuit, ne iuri ſuo renũciaſſe videatur, adeòut iſtæ non dicantur lucratiuæ acceſſiones, ſed potiùs compenſatiuæ, ſeù reſtauratiuæ illorum fructuum, quos aliàs venditor ex re ſua percepiſſet, iuxtà ſententiam originalem Caſtr.in l.Iulianus 14. §.ex vendito ſub num.3. ff.de act.empt. licèt nonnulli non rectè eumdem Caſtr.pro cõtraria opinione adducere ſoleãt, Imol. in leg. in Inſulam §. vſuras num.7. ff. ſolut. matrim. Dec.in cap.cum venerabilis, num.63.de except. Cagnol in leg.curabit numer.52 57. & ſeq. & num.61.Cod.de act.empt. Alciat.in l.ſi quis nec cauſam col.3. ff.ſi cert.petat. Lup.de vſur. ad l. curabit. comment.1. § 7. num.145. Pariſ.conſ. 60. num.21. lib.1. rectè aſſerens, quòd, in hoc caſu perinde ſit, ac ſi dilatio data non fuerit, Gozadin. conſ.55 num.11. Crauetta conſ.179. num.7. Soccin.conſ.176.numer.1. & ſeqq. lib.1. Ruin conſ.73. num.3. lib.1 Honded. conſ 44. num.31.lib.5. Card.Mant.de tacit.lib. 4.tit.24.num.15.19.22. & ſeq.Ioſeph Ludouic. comment.concluſ.lib.1.concluſ. Maſcard. de probat concluſ.930. num.4. & 5. Maugil. de euict. qu.159. nu.10. Leotard.de vſur. qu 27. num 21. verſ ſed in hac ſpecie, & numer.34. verſ.an verò actum ſit, Scacc.de commerc. & camb.§.1. qu.7.part.2. ampliat.8. nu.152. & ſeq. Ancharan.Regens qu.33. Merend. controu. Iur.lib.3.cap.28 n.15. & ſeq. Facchin.reſpondens contrariis, controu.Iur.lib.2.cap.32.dub. 3. Roder.de ann.redd.lib.3. qu.8. nu.5. Farinac. in repert.de contract.qu.35. §.2.nu.3. & 5.Lugdunenſ.ad conſuet. Pariſien.§.1. gloſ 9. nu.17. & de contract.qu.74.num.544. Mexia ad leg. Tolet.part.2.fundam.2. num 12. Capyc. Latr. conſult.59. num.14. lib.1. Card.de Luca de vſur.diſc.16.num.4 diſc.18. & diſc.26. vtrobique nu.5. latiſſimè Epiſc Sperell.dec.119.num. 27. & ſeqq.lib.2 Duran. dec.34. num.11. rectè poſt Nauarr.d.conſ.21. num.4. de vſur. lib.5. aduertens, quòd intereſſe non cenſeatur promiſſum propter dilationem, ſed potiùs propter fructus, quos venditor interim perci-

pere

pere poterat; ſi enim, non data dilatione,
fructus debentur; nulla eſt ratio, quare ea
conceſſa, non valeant in pactum deduci, vt
debeantur, ne dilationis beneficium datum
emptori aduersùs venditorē, qui illud dedit,
contrà notiſſimas regulas Iuris retorquea-
20 tur; quidquid contrarium non rectè ſen-
tiant nonnulli Theologi, & Morales, inter
quos *Lopez de contract. & negotiat. lib. 1. cap.
36. Turrian. diſp. 58. dub. 8. num. 7. & ſeq.* quos
meritò reprehendit *Leotard. de vſur. d. qu. 27.
nu. 3. & ſeqq.*

Atque hinc falſiſſimam arbitror contrariā
ſententiam, in qua licèt ſubdubius reſidet
*Soccin. Sen. conſ. 176. ſub num. 9. verſ. quinta
difficultas lib. 2.* quem ſimpliciter ſequitur
*Cranetta conſ. 189. ſub num. 7. verſ. ſed iſta opi-
nio & ſeqq.* affirmantes, vt conuentio ſuper
21 fructibus recompenſatiuis, data dilatione ad
ſoluendum, ità demùm ſubſtineri valeat, ſi
emptor ſit perſona diligens, qui pecuniam
venditori debitam non retinuit otioſam; ſed
ex illa emolumentum percepit, & vlteriùs
venditor non reperiit emptorem, qui præ-
ſente pecunia rem illam emerit, atque adeò
potiùs neceſſitate ductus, quàm animo de-
prauato, vel auiditate percipiendi vſuras, di-
lationem cum pacto prædicto ſuper fructi-
bus recompenſatiuis ſoluendis fuit imparti-
22 tus; falſiſſimo enim innititur fundamento,
quòd huiuſmodi vſuræ debeantur in recom-
penſationem lucri per emptorem ex pretio
ſoluendo percepti, cum potiùs ſoluantur in
recompenſationem, tàm fructuum quos ven-
ditor interim percipere poterat, quàm il-
lorum, quos idem emptor ex eadem re ven-
dita percepit, ideòq; meritò *Cranettā* in loco
proximè laudato, in ſpecie reprehendunt
*Lupus in commentar. de vſur. num. 22. & ſeqq.
inter tract. diuerſ. tom. 7. fol. 121. num. 7. verſ.
ſextus caſus, Epiſc. Sperell. dec. 119. num. 3. &
duob. ſeqq. lib. 2. Duran. dec. 31. nu. 11.* aliique
ſuperius laudati.

23 Huiuſmodi verò fructus recompenſatiui
potuerunt licitè ab initio taxari ad rationē
quinque pro centenario; iſta enim quantitas
videtur commenſurabilis, & proportionata
cum quantitate, quæ iuxtà veriſimiles conie-
cturas ex auuiamento Tabernæ venditæ
percipi potuiſſet, adeòut videatur in-
ter contrahentes inita quædam tranſactio,
inſpecto futuro euentu, vt difficultas proba-
tionis tollatur ſuper fructibus liquidandis,
*Dec. in cap. Venerabilis n. 65. verſ. putarem ta-
men de except. Barboſ. in leg. de diuiſione 5. nu.
72. ff ſolut. matrim. Cagnol. in l. curabit nu. 57.
58. 65. & 69. Cod. de act. empt. Ruin. conſ. 73.
num. 5. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 60. num. 29. 33.
& 34. lib. 1. Burſatt. conſ. 11. numer. 16. & 26.
lib. 1. Conarr. lib. 3. var. cap. 4. num. 5. Gratian.
cap. 387. num. 14. Cardin. Mant. de tacit. lib. 4.
tit. 24. num. 22. & ſeq. Leotard. de vſur. qu. 27.
num. 3. Facchin. controu. Iur. lib. 2. cap. 32. qu. 3.
Roderic. de ann. reddit. lib. 3. qu. 7. num. 78.* vbi
refert hanc ſententiam communem eſſe,
*Vrſill. ad Afflict. dec. 20. num. 6. Anna allegat.
42. Cancer. var. part. 3. cap. 7. num. 60. Carle-
ual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 8. ſect. 5. nu. 48.
& 52. Paitell. Iun. annot. 58. num. 36. ad exped.
Paitell. Sen. Scacc. de commerc. & camb. §. 1 q.
7. 2. p. ampliat. 8. n. 33. & ſeqq. Galeot. contr.
61. num. 47. lib. 1. Card. de Luca de vſur. diſc.
21. num. 4. & 7.* Vbi quòd præſumptio ſtet
24 pro taxa conuentionali, *Surd. dec. 259. n. 16.
Bich. dec. 552. nu. 9. Rot. in recent. dec. 331. n. 4.
part. 1. & dec. 13. num. 13. part. 5.* repetita
coram *Duran. dec. 34. num. 12. Cæſar de Graſſ.
dec. 1. num. 4. alids 187. num. 3. & duob. ſeqq.
de vſur.*

25 Regulare enim eſt, vt in omnibus caſibus,
in quibus vſuræ ſunt permiſſę, & debitę, va-
leat etiam ab initio in pactum certa deduci
quantitas, quæ attentis circumſtantijs pru-
dentis Iudicis arbitrio examinandis, appa-
reat, eſſe verum intereſſe, *Lupus in d. l. cura-
bit comment. 1. §. 6. num. 126. Bald. in l. roga-
sti, §. ſi tibi ff. ſi cert. petat. & in l. 1. Cod. de
diſtract. pignor. Medin. de contract. qu. 38. Alex.
conſ. 31. num. 13. lib. 6. Pariſ. conſ. 60. num. 31.
lib. 1. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 6. qu. 1. art. 3. Me-
noch. conſ. 110. num. 53. & ſeqq. Duran. dec. 34.
num. 12. & ſeq.* repetita *in rec. dec. 13. nu. 14.
part. 5.*

Quò verò ad fructus recompenſatiuos, qui
fuerunt conuenti elapſo quinquennio ad ra-
tionem ſex pro centenario, cum prorogatio-
ne ad biennium; adhuc exiſtimo, illos de-
beri; militant enim eædem prorsùs rationes
ſuperiori loco ponderatæ, quò ad fructus re-
compenſatiuos conuentos, durante adhuc
quinquennio.

Verùm, quia ex Inſtrumento emptionis
deprehenditur, in pretio capitalis Tabernæ
venditæ vnà cum mercimonio fuiſſe incluſa
ſcuta 300. in tot debitorum nominibus, re
vera inexigibilibus, vtpotè liquidò decoctis;
abſque dubio pro dicta rata ſcutorum 300.
ſuppoſito, quód exigi non potuerint, fructus
recompenſatiui non debentur, ex recepta
26 concluſione, quòd illi non debeantur; quan-
do emptor non potuit ex re vendita fructus
percipere, *Cagnol. in d. l. curabit num. 26. 28.
& 29. Cod. de act. empt.* aſſerens, quòd in
hoc caſu nō vindicet ſibi locum æquitas dictę
legis *curabit Salicet. in l. 2. C. de vſur Lupus in
leg. curabit comment. 1. §. 7. nu. 141. Cyn. in l. in
minorum nu. 16.* ibique *Salic. nu. 3. Caſtr. n. 3.
in fin. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt
neceſſar. Alex. in l. de diuiſione num. 13.* ibique
*Seyſell ſub num. 12. ff. ſolut. matrim. Aretin. in
l. ità ſtipulatus num. 3. in fin. verſ. ſecundo caſu
ff. de verbor. oblig. Roland. conſ. 14. in fin. lib. 2.*

Corn.conſ.145.nu.7.& ſeq.lib.2. Odd.conſ.87. num.18. Soccin.Sen.conſ.109.num.3. lib.1. Rimin.Iun.conſ.177. art.2.lib.2. Rodcric. de anu. reddit.lib.3. qu.7. num.84. & ſeq. Card. Mant. de tacit. ambig. conuent. lib.2. tit.24. nu.14. verſ.neque obſtat, Conar.var.lib.3.cap 4. nu.3. Ciarlin.contron.157. nu.53.lib.2 Cyriac contr. 502. n.10. Leotard de vſur. qu.27. nu.36. & ſeqq. Add.ad Ludouiſ.dec.297. nu.11. Card.de Lugo de iuſt.& Iur.diſp.25. ſect.8. nu.142. Paitel.Iun.in annot.58. num.38.ad exped. Paitel. Sen. Crinell.dec.Dolan.98. nu.3. Benitend. dec. 29. num.6. Epiſc.Sperell.dec.118. num.69. Ludouiſ.dec.347.nu.5.Rot.in rec.dec.424. num.4. & latiùs 453. nu. 2. & ſeq. part.4.tom.2. cum alijs inito allegatis.

27 Ideòque fructus recompenſatiui indebitè pro dicta rata recepti per emptoré miniſterio legis, & abſque alio facto hominis imputãtur in cauſam ſortis, *l.indebita 18. Cod.de vſur. leg. ſi non ſortem 26. in princip.* ibique *Bart.num.4. ff.de condit.indebit.leg.& poſt rem iudicatam 7. §.1. verſ.ſi tamen, & verſ.vſque adeo ff.de tranſact. Caſtr.conſ.446.n.10.lib.1. Aretin.conſ.151 Roman. conſ.328. de Ponte conſ.70. num.25.& ſeq. Surd.dec.328.num.14. & 17. Franc.Ant.Coſta conſ.9. num.4. Cyriac. contron.540.num.55. & ſeq. Card. de Luca de vſur.diſc.12. Milanenſ.dec.2. nu. 65. in fin. Viuius dec.373. nu.1. Ludouiſ.dec.80. nu.9. Bich. dec.151. nu.21. & ſeq. & dec.130. num.7. & ſeq. Merlin.dec.409. num.29. & ſeq.* & in his præciſis terminis *Card.Ottobon. dec.2. num.3. & ſeqq Card.Celſ.dec 277.nu.2.*

28 Idque etiam ſi ſcienter, & ſpontè fuerint ſoluti, quia lex in ſoluente vſuras præſumit coactam voluntatem, ne, ſcilicet, vexetur pro reſtitutione ſortis principalis, *Bart. in leg. ſi non ſortem 26. § ſi quis falsò ff. de condit.indeb. Iaſ.in l.1. nu.12. verſ. quinto limita eod tit. Dec. in leg. cuius per errorem n.3. ff. de reg.Iur. Ruin. conſ.66. num.11. verſ. nec obſtat lib.4. Menoch conſ.300. num.13. & lib. 3. præſumpt.31. num.11. Rimin.Iun. conſ.399. num.70. & ſeq. Alex.conſ.80. nu.10. & ſeqq. lib. 3. Surd.conſ.327. num.51. Noguerol.alleg. 10. num 24. in fin. Rot.in rec.dec.301. nu.29. part.5. Bich. dec.16 nu.21. & dec.74.num.18. repetita in rec.dec.69. n.17. par.9.* & poſt *Zacch. de ſociet.offic. dec.4. num.7.* & in ſpecie *Card. Ottobon. dec.2. num.4. Cardin.Celſ. deciſ.277. num.4.*

ARGVMENTVM.

Conſors in emptione rei communis non præfertur extraneo emptori, inſpecta Iuris communis diſpoſitione; Reprobata contraria ſententia: Ad ornatum, *l. dudum 14.Cod. de contrahend. emption.*

Conſtitutio Friderici Imperatoris, quæ incipit *Sancimus* ſub titulo *de Iure Prothomiſeos*, an deroget prædictæ *l. dudum, Cod. de contrahend. emption.* & an eadem Conſtitutio ſit lex Imperialis, vel potiùs Regia, ſeù Municipalis ſeruanda in Regnis vtriuſque Siciliæ.

Statutum laicale tribuens in retractu prælationem conſorti non afficit Clericum emptorem, Reiecta diſtinctione, an verba Statuti dirigantur in Clericum emptorem, vel in venditorem Laicum, quam eſſe verbalem oſtenditur.

Retractus non competit conſorti, attenta diſpoſitione *Bulla Gregoriana*; niſi in re communi diruta vendenda, & de ratione diſcriminis inter Domum dirutam, & non dirutam.

Retractum contendens, ſi tàm diù agere abſtinuerit, donec cura, ſollicitudineq; actoris res eſt melior effecta, an debeat à retractu repelli, ſi ſuprus non offerat, pretiumq; operarum; Quidue aſſerendum, ſi emptor ad reddendum difficiliorem retractum, expenſas fecerit exceſſiuas, vel rem comparatam ſtatim demoliri curauerit.

Pretij incertitudo, an, & quando liberet retrahere volentem à depoſito in æde publica faciendo.

SVMMARIVM.

1 *Conſors, inſpecto Iure communi, non præfertur in emptione extraneo emptori* & num. ſeqq.

Expenditur text. in l. dudũ 14. Cod. de contrahenda emptione.

Reprobatur contraria ſententia num. 25. & ſeqq.

2 *Rigor ſcriptus præferri debet æquitati non ſcriptæ.*

3 *Iudices æquiores lege eſſe non valent.*

Deciſiones Rotæ coram Durano *affirmantes, prælationem eſſe concedendam conſorti, reprobantur.*

5 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 105. *tribuens prælationem conſorti non afficit, tamquàm Laicale, Clericum emptorem.*

6 *Reijcitur diſtinctio, inter ſtatutum dirigens verba in Clericum emptorem, vel in venditorem*

Lai-

Laicum, illamque eſſe omninò verbalem oſtenditur.

7 *Statutum prohibens, bona alienari in non ſubditum, licet in verbis venditorem tantùm, eiuſque bona afficere videatur; non tamen comprehendit alienationem factam in Clericum.*

8 *Idque procedit, etiam ſi ſtatutum loquatur in rem, non autem in perſonam.*

Reprobatur contraria ſententia ibid.

9 *Vel etiam ſi agatur de Clericis forenſibus.*

Refellitur contraria opinio.

10 *A prædicto ſtatuto prohibente, bona alienari in forenſem, rectè argui poteſt ad ſtatutum concedens prælationem conſorti.*

11 *Statuta Vrbis condita de ordine Papæ, ab eoque confirmata, non comprehendunt Clericos, niſi de eis expreſſa, vel ſaltem æquipollens mentio facta fuerit.*

Confirmatio roborat, non extendit confirmatũ.

12 *Statutum Laicale concedens viam exequutiuam non comprehendit Clericos, quàmuis ſit rationabile.*

13 *Diſpoſitio qualibet à ſubiecta materia interpetrationem recipit.*

14 *Statuta Vrbis fuerunt à Papa confirmata, non tamquàm Papa, ſed vti Principe temporali Vrbis Romæ.*

15 *Confirmatio regulariter non ampliat confirmatum, ſed tantùm ſtrictiùs ligat.*

Confirmatio ſolùm robur addit confirmato; non autem illud, ad ea, quæ in confirmato non includebantur, extendit.

16 *Expenditur*, textus in cap. cum inter vniuerſas de elect. *firmans diſtinctionem, quod aliud ſit, vt Papa conſenſiat, tamquàm Papa, aliud tamquàm Rex.*

17 Conſtitutio ædita à Cardinali Ægidio, *licet à Papa confirmata, non comprehendit cauſas, perſonaſque eccleſiaſticas.*

Legem vbi habemus, manis eſt vlterior diſputatio.

18 *Diſpunguntur contrariæ auctoritates firmantes, prælationem competere conſorti in emptione rei communis de Iure, illaſque, vel non applicari, vel loqui in locatione pluribus comprobatur*, & num. ſeqq.

19 *Habitantes in communi non poſſunt inducere in Domum perſonam turpem.*

20 *Magis ſtandum Doctori in lecturis, quàm in conſilijs.*

21 *Socius in locatione rei communis, eſt præferendus, quando alter ſocius vult locare partem in damnum, odiumque alterius ſocij.*

22 *Socius vti poteſt re communi, abſque damno alterius.*

23 *Socio competit prælatio in locatione Domus communis, vbi vult inhabitare, ſecus, ſi habitare nolit.*

24 *Fiſcus habens rem communem poteſt vendere partem Socij ex peculiari priuilegio.*

Socius conſors cum Fiſco non cogitur partem ſuam dimittere, ſi ipſe offerat emere partem Fiſci, & de ratione.

25 *Reprobatur ſententia firmans, conſorti de Iure competere prælationem in emptione rei cõmunis.*

26 Gratianus *in eodem articulo non meretur attendi, cum Doctores ab eo allegati, vt plurimùm de locatione loquantur.*

27 Deciſio Rotę 65. *poſt* Mangil. de ſubhaſtationib. à Rota moderna *fuit reprobata.*

28 *Conſtitutio Friderici Imperatoris, quæ incipit* Sancimus de Iure *prothomiſeos fuit ab eodem prolata, non tamquàm Imperatore Occidentale, ſed vti Rege vtriuſque Siciliæ.*

Ideòque eſt attendenda tamquàm lex Regia, ſeù potiùs vti municipalis in Regno Neapolitano, non autem tamquàm Imperialis, & vniuerſalis vbique locorum vigens.

29 *Eadem Conſtitutio, cum inter alias ab eodem Friderico editas, vel compilatas non reperiatur; idcircò in ſententia* Afflicti, *& aliorum in eodẽ Regno, neque etiam vim legis habet, ſed ſolùm pro conſuetudine, vbi recepta eſt, attendenda.*

30 *In Germania eadem Conſtitutione vtuntur, tamquàm conſuetudine recepta; non autem tamquàm lege Imperiali.*

31 *Conſtitutio prædicta fuit vltima, quam* Fridericus *edidit circà finem ſui Regni, vel Imperij.*

32 Fridericus Imperator, *cum fuerit Sedi Apoſtolicæ, Eccleſiaſticæque libertati infeſtiſſimus; paulò ante eius obitum ſub* s. m. Innocentio. 4. *in Cõcilio Lugdunenſi fuit excommunicatus atque ab Imperiali dignitate depoſitus.*

Eius mors fuit ſequuta in Caſtro Florentino in Prouincia Capitanatæ, non ſine ſuſpicione, quod dum ægrotaret, fuerit interfectus à Manfredo *eius filio naturali, puluinari in os impoſito.*

33 *Diſpoſitio* l. dudum, Cod. de contrahend. empt. à dicta Conſtitutione Friderici *non fuit abrogata.*

34 Conſtitutio Friderici *non habet locum in Vrbe, & in locis ditioni Eccleſiaſticæ ſubiectis.*

Quid aſſerendũ in Caſtro Epiſcopi in Regno exiſtente, quod eſt de directo dominio Regis ibid.

35 *Dicta Conſtitutio in ſententia* Afflicti, & Theſau. *extra materiam feudalem non eſt trahenda.*

36 Conſtitutio Gregoriana *ſuper retractu emanauit ad fauorem vicini; non autẽ conſortis.*

37 *In conſortibus ceſſat ratio publici ornatus, cum non poſſint ornare vnicam Domum, in qua habent conſortium.*

Ob quam rationem eadem Gregoriana *non admittat vicinum ad retrahendum, quoties in vna tantùm Domo eſſet ædificaturus.*

38 Gregoriana *poſt vicinos admittit Inquilinos ad retrahendum.*

39 Gregoriana *in ratione publici ornatus eſt fauorabilis, in reliquis reputatur odioſa, vtpotè Iuris communis correctoria.*

Ideò non recipit extenſionem ex identitate, vel maioritate rationis.

40 *Ius prothomiſeos nimiæ aſperitatis nota arguitur, vtpotè Iuris communis correctorium.*

41 Gregoriana *præfert cõſortẽ vicino in cõmuni re diruta vendenda ex officio per viarum Magiſtros; Ideòque non extendenda ad alios caſus.*

42 *Præcipuè, cum loquatur per dictionem* hoc caſu, *quæ denotat reſtrinctionem.*

43 *Statutum aliquid omittens cenſetur noluiſſe includere.*

44 *Referuntur nonnullæ reſolutiones Cameræ Apoſtolicæ firmantes, conſorti non competere prælationem in retractu, non ſolùm, inſpecto Iu-*

re communi, ſed etium Gregoriana.

45 *Aſſertur ratio diſparitatis, inter prælationem competentem conſorti in communi Domo diruta, & non diruta.*

46 *Conſors, ſi communem rem reficiat, altero conſorte recuſante, illam ſibi acquirit, inſpecto Iure communi,*

47 *Ideòque in hac parte* Gregoriana *præſeruat conſorti priuilegium de Iure competens; non autem nouum attribuit.*

48 *Retractus prælatiuus, neque vigore Statuti Vrbis, neque etiam* Gregorianæ *competit in venditione facta ſubhaſta.*

49 *Vicinus vigore* Gregorianæ, *volens retrahere cogitur ædificare ad Vrbis ornatum, tàm in propria; quàm in retrahenda Domo.*

Ita vt ex vtraque ædificatione fiat vnica ornatior.

50 *In re communi non licet ſocio, altero ſocio inuito ædificare.*

51 Gregoriana *reſpicit Vrbis ornatum, potiſſimùm in ædificiis inſignis, ampleque ſtructuræ.*

In quo eſt conformis Iuri communi, hunc eumdem Vrbium ornatum expoſcenti.

52 *Ideòque eadem* Gregoriana *non procedit in Domunculis exiſtentibus in viculis, locisque ignobilibus Vrbis.*

53 *Retractui non eſt locus, non facto depoſito pretij rei retrahendæ intra legitima tempora à* Gregoriana *conſtituta.*

54 *Idque, non obſtante peſtis, vel belli impedimento, cum in iſtis materijs non detur reſtitutio in integrum.*

55 *Retractum prætendens, ſi tam diù agere abſtinuerit, donec cura, & ſollicitudine actoris res eſt longè melior effecta, debet repelli à retractu, niſi offerat ſumptus, pretiumq; operarum.*

56 *Niſi tamen in fraudem volentis retrahere, eſſent factæ expenſæ nimis exceſſiuæ.*

Quo caſu eſt adhibenda cautela intimandi, ne fiant, quia vult retrahere.

57 *Iudicis arbitrio ſtandum, an impenſæ ſint factæ in fraudem retrahere volentis.*

58 *Interpellatione non facta expenſæ ſunt reficiendæ à volente retrahere,*

59 *Emptor, ſi immediatè re empta fecerit illam demoliri, vt affligat eos, qui ſunt retracturi, puniri debet.*

60 *Pretium, licèt ſit illiquidum, debet volens retrahere deponere partem, quam credit iuſtam, & pro reſiduo cautionem præſtare.*

CAPVT CLX.

NEQVE conſortium in Horreo, neque vicinitas in Domuncula tribuunt aduerſario prælationem; ratione enim conſortii triplici Iure illam contendit æquitatis, Statuti *Vrbis*, & *Gregorianæ* Cõſtitutionis; ſed nullum ex his ſuffragatur.

1 Non æquitas; quia ſententia affirmans, quòd ſaltem ex æquitate conſors præferatur extraneo, eſt contra *text.* expreſsũ *in l. dudum 14. Cod. de contrah. empt.* vbi *Imperatores Theodoſius, Valentinianus, & Archadius* huiuſmodi æquitatem, qua extranei emptores à Conſortibus excludebantur; grauem iniuriam inanis honeſtatis colore velatam, eleganter appellant, illamque reprehendũt, rectèque ponderat, *Corn. conſ. 29. nu. 3. et conſ. 151. num. 1. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 20. num. 8. lib. 1. Menoch. conſ. 666. num. 1. et duobus ſeqq. lib. 7. Caſtill. de vſufruct. cap. 74. num. 5. in fin. Rot. in recent. dec. 547. num. 2. & ſeq. part. 2.* & reſpondendo doctrinis ex aduerſo allegatis, quibus ſingulis inferiùs ſatisfaciam, ponderauit *Coccin dec. 2229. num. 16. & ſeqq. Merlin. dec. 386. num. 21. & duob. ſeqq.* rectè aduertens, quòd, cum talis æquitas in Iure ſcripta non reperiatur, addi poteſt, imò ex-
2 preſsè diſpuncta, diſpoſitio dictæ *legis dudum* ſit omninò ſeruanda; rigor enim ſcriptus præferri debet æquitati non ſcriptæ *gl. & Interpretes in l. 1. ff. de legib. leg. placuit, Cod. de iudic. Dec. in leg in omnibus nu. 10. ff. de regul. Iur. Riminald. Iun. conſ. 115. nu. 57. & ſeq.*
3 neque Iudices eſſe poſſunt æquiores lege, *leg. proſpexit, ff. qui, & à quib.* eamdemque ſententiam, quòd, inſpecto Iure communi, conſorti non competat prælatio, firmant *Bart. in l. vnic. num. 1.* ibique *Odofred. nu. 1. et 3. Io. de Plat. n. 1. Cod. de vendit. rer. fiſcal. cũ priuat. comm. lib. 10.* idẽ *Odofredus in l. alienationes num. 1. ff. fam. ercisc. Bald. num. 1. in l. cum diuiſionem, Cod. de Iur. Emphyt. & in l. 1. in 1. notabil. Cod. commun. diuid.* latè *Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. num. 15. & ſeq. Speculat. in tit. de empt. & vendit. in princip. num. 67. in 4 part. Ancharan. conſil. 370. num. 1. & conſ. 371. num. 1. Roman. conſil. 107. num. 1. et conſ. 484. num. 1. Alex. conſ. 173. ante num. 1. lib. 6. Corn. conſ. 151. num. 1. et ſeq. lib 3* vbi quòd hoc ſit indubitatum *Rim Sen. conſ. 330. num 2. lib. 2. Pariſ. conſil. 81. num. 1. et ſeqq. lib. 3. Decian. conſ. 46. numer. 22. lib. 5. Menoc. cõſ. 666. n. 1. et ſeqq. lib. 7. Felic. alleg. 93. num. 1. Marant. diſp. 8. num. 4. & 54. Gutierrez practicar. lib. 2. cap. 152. num. 4. Sarmient. ſelect. interp. lib 3. cap. 7. nu. 2. Iacob. Vuernber. de Gubern. Caſtrorum. diſc. 7. num. 28. & per tot. Gratian. cap. 546. num. 1. & ſeqq. Portol. de conſort. cap. 9. Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. 39. n. 4. et duob. ſeqq. Franch. dec. 17. n. 10. Coccin dec. 2229. num. 4. & ſeqq.*

Vnde *deciſiones Rotæ* ex aduerſo allegatæ poterant omitti; dum *Rota* more maiorum
4 ſuam in melius non erubuit mutare ſententiam, præterquàm quòd in *dec. Durun. 52. nu. 10.* & poſt *Cẽc. de cẽſ. dec. 306. n. 3.* nullũ poteſt conſtitui fundamentum, quia allegant tantùm N*auarr. de vſur. qu. 44. ſub. num. 123.* qui non dicit competere conſorti prælationem de æquitate, ſed tantùm, vbi particulare adſit ſtatutum, vel conſuetudo.

5 Minùs etiam ſuffragatur *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 110.* tribuens conſorti prælationẽ, quia, tamquam laicale non afficit Clericum

empto-

Digitized by Google

emptorem, vt eſt vnanimis, & recepta Canoniſtarum ſententia, quam præ cæteris latè firmant Card. Zabarella in cap Eccleſiæ ſub nu. 9. verſ. ad contraria de conſtitutionibus, & in cap. conſtitutus nu. 2. de in integr. reſt. vbi Abb. num. 4. Imol. num 6 et Butr. num. 10. & ſectātur ex Ciuiliſtis Afflict. de Iur. Protbom. §. vlt. num. 15. et duob. ſeqq. Bald. conſ 300. numer. 3. et 4. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 1. ex num. 9. lib. 2. Iaſ. conſ. 152. num 9. lib. 4. Rimin. Iun. conſ. 449 num. 35. Surd conſ. 2 per tot. Vermigliol. conſ. 96. numer. 3 et ſeqq. Belletti diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de exempt. Clericor. à ſtatut. ſecular. § 4. num. 41. et ſeq. Epiſc. Sperell dec. 11. num. 11. quidquid in contrarium non rectè ſenſerint aberrantes à communi opinione Hermoſ. ad leg. Hiſpan. tit. 5. leg 55 gloſ. 4. num. 34. de Marinis lib. 1. reſol. 55. numer. 3. 7. et ſequent. et reſolut. 44 lib. 2. Giurb. dec. 25. nu. 10. Triuiſan. dec. 34 part. 2

6 Abſque eo, quod releuet in præſenti themate agi de venditione facta à Laico, verbaque ſtatuti non dirigi in emptorem, ſed in venditorem ſibi ſubiectum, prout diſtinguūt ex aduerſo laudati Honded. conſ. 3. nu. 7. lib. 1. Marant. diſp. 8. Graſſ. de effect. Clericat. effect. 2. num. 395. Guttier. practic. lib. 2. qu. 156 num. 4. verſ. nihilòminus, Tiraq. de retract. lignag. §. 1 gloſ. 13. nu. 8.

Siquidem huiuſmodi ſtatuta quacumque verborum ſtructura concepta legantur, tàm prohibent, venditorem liberè vendere quàm emptorem liberè emere, cum illi onus imponant retrocedendi, ideòque negari non poteſt, quin in effectu, etiam contra Clericum emptorem dirigantur, vndè diſtinctionem illam tamquàm verbalem meritò in ſpecie reiiciunt, Soccin. Iun. d. conſ. 1. à num 9 ad 15. lib. 2. Mart. de iuriſdict. part. 4. Centur. 1. caſ. 30 à num. 9. ad 13. Duard. in Bull. Cœn. Can. 15 qu. 17. num. 10. latè Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. part. 1. cap 8. dub. 17. numer. 12. & 7. Dian. alios referens, reſolut. Moral. part. 3. tract. 1. reſolut. 43. ad med. Squillante de priuileg. Clericor. cap. 7. numer. 96. Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 71. num. 6. verſ. qui termini.

7 Idque optimè remanet comprobatum ex réceptiſſima concluſione, quòd ſtatutum prohibens, bona alienari in forenſes, ſiue non ſubditos, licèt in verbis venditorem tantùm, eiuſque bona ſibi ſubiecta afficere videatur; non tamen comprehendit alienationem factam in clericum, cap fin. ibique gloſ. verbo libertatis de immunit. Eccleſ. in 6. ibique præ cæteris Io. Andr. num. 1. et ſeq. Gemin. n. 3. Franc. nu 2. Ant. de Butr. in cap. tua 25. num. 4. de decem. Felin. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ 10. numer. 81. et 89. de conſtitut. ibique Dec. num. 249. Barboſ. num. 29. et ſeqq. Card. Zabarell. in cap. perpendimus de ſentent. excommunic. Bart. poſt Oldrad in l. fin. num. 18. et 19. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. et in l. dudum 14. Cod de contrah. empt. & in leg fin. num 4. Cod. de exact. tribut. lib. 10. & in l. filius fam. 114. alias 117. §. diui n. 12. ibique Angel. num. 4. Alex. numer. 12. Iaſ. numer. 72. & 83. in prima lectura, & in 2. lectura num 107 & ſeqq. Ripa num. 81. & ſeq. Crot. nu. 80. Soccin. Iun. nu. 166. Loacz nu. 82. 157. et 206. Opizon. nu. 84 ff. de legat 1. Io. de Plat. in l. 2. ſub nu. 1. verſ. non autem valeat, Cod. de præd. nauicul. lib. 11. Angel. in l. 1. §. quæ onerandæ ſub nu. 3. ff. quar. rer. act. non dat. Federic. de Senis conſ. 85. alias 86. nu. 5. Cuman. conſ. 85. Ancharan. conſ. 154. Ripa in reſponſ. num 5. tit. de Iur. gent. & ciuil. Cornel. conſil. 145. ſub nu. 4. aſſerens, quod alienans, neque etiam arctetur ad petendam licentiam à laico, Menoch conſ. 878. num. 10. & conſ. 165. num. 8. & de recuper. remed. 14. num. 56. Redenaſch. conſ. 67. à nu. 13. vſque ad 27. & conſil. 69. per tot Honded. conſ. 3. num. 22. lib. 1. Surd. conſ. 2. nu. 34. et conſ 38. nu. 11. lib 3. & conſil. 560. n 11 lib. 4. & dec. 20. Rimin. Iun. conſil. 89. et ſeqq. lib. 1. et conſ. 878. nn. 10. Io. Franc. de Ponte in ſuo conſ. pro cenſur. Venet. Clar. in prax qu 82. ad ſtatut. 5. circa alienationem nu. 16 & ſeq. Craſſ. verbo ſtatutum lib. 2. qu. 12. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. nu. 340. Carpan. in § Collegijs nu. 2. de pen. Redoban. de rebus Eccleſ. non alien. qu. 10. nu. 7. & qu. 52. num. 120. & ſeqq. Marta de Iuriſd. part 4. cent. 1. caſ. 6. nu. 16 Epiſc. Genuenſ. in quæſt. practicabil. 379. in fin. Cyriac. controu. 529. numer. 38. reſpondens contrariis Andreol. controu. 385. nu. 4 et ſeqq. latè Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 8. dubit. 11. ſect. 1. nu. 10. & ſeqq. Dian. reſolut. moral. part 6. tract. 3. reſolut. 3 Epiſc. Sperell. dec 12. n. 52. et ſeq. vbi quod concluſio procedat fauore Clerici, tàm in actiua, quā paſſiuè alienatione Bich. d. 466. n. 20. et duob. ſeqq. Card. Caualer. dec 658. nu 1. vbi euitatur obiectum, ex eo, quód ſtatutum eſſet Eccleſiaſticum.

8 Idque procedit exploſa diſtinctione Bald. conſ. 174. lib. 5. cum qua pertranſeunt Surd. conſ. 521. nu. 2 ad fin. et ſeq. Gabr. conſ. 169 nu. 57. Cyriac. controu. 530. nu 64. et ſeqq. an ſtatuta ſint concepta in rem, vel in perſonam, quam communi Interpretum ſenſu reprobari teſtantur Auctores proximè laudati, ſignanter Redenaſch. d. conſ. 66 ſub num. 34. & conſ. 69. ſub num. 8. & ſeqq. Marta de Iuriſd. ad part 4. caſ. 6. nu. 31. Andreol. d. controu. 386. n. 16. Bich. dec. 466. n. 20. et duob. ſeqq. ſemperque diſtinctionem loquutionis in rem, vel in perſonam ad effectum, ne ſtatutum comprehendat perſonas ſtatuentibus non ſubditas reiecit Rot. in rec. dec. 177. nu. 13. et ſeqq. part. 5.

Prout, neque etiam meretur attendi ſententia affirmans, communem concluſionem ſuperiori loco firmatam procedere tantùm

quò

quòad Clericos territorii ſtatuentis, quos
9 vti non ſubiectos Iuriſdictioni ſeculari, in-
quiunt, non ligari dicto ſtatuto.

Secus verò; quò ad Clericos Forenſes, quã
diſtinctionem primus omnium firmauit *Bald.
conſ.174.lib.5.Ripa in l.filius fam.§ Dini n.83.
ff.de legat.1. Surd. conſ.521. num.3. Rebuff.in
proem.conſtit. Franc. gloſ. 1. numer.76. Car-
pan. in cap.Collegijs num.152.*

Siquidem prædicta ſententia non videtur
vera; nam *Bart.in d.l filius fam.§.Dini, ff.de
legat.1.* quem omnes ſupra adducti ſectantur,
loquitur expreſsè de Clericis forenſibus; &
hoc apertiſſimè ſuadet ratio, qua ipſi mo-
uentur; quia nempè huiuſmodi ſtatuta re-
ſtringunt Eccleſiaſticam libertatem, quæ ra-
tio abſque controuerſia ita militat in Cleri-
cis forenſibus, ſicuti in Ciuibus; prout opti-
mè aduertit *Cyriac.d.controu.529.num.44.&
ſeq.*

10 Statutum verò prædictum de non alienan-
do in forenſes, non differt ab iſto concedente
prælationem conſorti, niſi in verbis,
proindeque de vno ad aliud rectè arguunt
*Soccin.Iun.conſ.1.num.2.Mart.de Iuriſd.part.4.
cent.1.caſ.30.nu.9.*

11 Neque ex quo ſtatuta Vrbis cõdita fuerint
de ordine Papæ ab eodemque confirmata,
vndè Papalia dicuntur, valent comprehen-
dere Clericos, niſi vbi expreſſam, vel æqui-
pollentem de eis mentionem faciant, qua-
rum vtraque deeſt in præſentia; tali enim
caſu non ex defectu poteſtatis ſtatuentium,
quem confirmatio in forma ſpecifica ſubſtu-
liſſet; ſed voluntatis, quem illa non ſupplet,
cum roboret, non extendat confirmatum,
ad Clericos non porriguntur, prout declarã-
do deciſiones antiquas ex aduerſo allegatas
firmauit *Rota* penes *Picum ad ſtatuta Vrbis
dec.38.* & poſt *Fenzon.ad eadem ſtatuta deciſ.
69. in recent.dec.58. à numer.27. vſque ad 37.
part.6.* egregiè *Merlin dec.901. nu.1. & ſeqq.
impreſſa poſt in decem. Bich.dec.288.num.35 et
& ſeq. et dec.402. num.44.* rectèque conſert
Viuius dec.326. num.3. vbi in proximis termi-
nis ſtatuti Laicalis concedentis viam exequu-
12 tiuam non complectentis Clericos, ampliat
contra ſententiam *Bart.* id procedere, quàm-
uis ſtatutum aliàs eſſet rationabile.

Idque *Rota* firmauit hac præ cæteris vrgen-
tiſſima ratione ex ſubiecta materia elicita,
13 à qua quælibet diſpoſitio interpetrationem
recipit, *l.ſi ſtipulatus, ff.de vſur.Corn. conſil.
239. nu.5. lib.1. Bero conſ.106. nu.26. lib.1.*
quia nempè, ſtatuere ad iuriſdictionem per-
14 tinet temporalem, ideòque; dum Papa man-
dauit, condi ſtatuta, vel condita confirma-
uit, id fecit, vt Princeps temporalis Vrbis
Romæ non vti ſpiritualis Dominus, caput-
que viſibile Eccleſiæ, atque adeò non intel-
lexit comprehendere res, perſonaſque Ec-
cleſiaſticas, niſi in expreſſis. prout benè ad-
uertit *Merlin.dicta dec.901. num.2.* & meliùs
*Rota in recent. deciſ.682. num.27. & duobus
ſeqq. part.4. tom.3.* Præcipuè, quia confir-
15 matio regulariter nõ ampliat confirmatum,
ſed tantùm ſtrictiùs ligat *cap. cum dilecta,
verſ. volentes autem de confirmat.vtil.vel inu-
til. Dec.in Rubr.eiuſdem tit. num.2.* Solùmque
robur addit confirmato, non autem illud
ad ea, quæ in confirmato non includeban-
tur, extendit *Dec.in l.merè num.3. ff. de Iu-
riſd.omni Iud.Bero conſ.3. num.37. lib.3. Me-
noch.conſ.75.num.32. lib.1.* & in his terminis
rectè aduertit *Rot.in rec.dec.58.nu.29. et ſeq.
part.6.*

Huiuſmodi verò ratio optimè remanet
comprobata textu, & exemplo.

16 *Textu*, quia in *cap.cum inter vniuerſas de
elect. S.Mem. Innocentius Tertius* mandauit,
in electione Epiſcopi Capuani peti à ſe aſ-
ſenſum, tamquam à Rege, confirmationem-
que Apoſtolicam; tamquàm à Papa, ibique
gloſ.vltima aduertit, aliud eſſe, quòd Papa
conſentiat, tamquàm Rex, aliud tamquàm
Papa, ideòque duplicem conſenſum requiri,
vt ſpiritualia comprehendi valeant.

17 *Exemplo*, quia *Conſtitutio Cardinalis Ægi-
dij* miſſi in Italiam ad regendam Ditionem
Eccleſiaſticam, fuit à Papa ampliſſimè con-
firmata, & nihilòminus eſt apud omnia Vrbis
Tribunalia, abſq; vlla prorsùs controuerſia
receptũ, quòd non comprehendat cauſas, per-
ſonaſque Eccleſiaſticas, *Card. de Luca de Iu-
riſd.diſ 61. nu.2* & ponderat *Rota in rec. dec.
682. num.33 p.4.tom.3.et dec.472.p.2. et dec.
441.n.2.p 9.tom.2.*

Agnoſcens pars aduerſa ſibi non ſuffraga-
ri ſtatutum de prælatione conſortis, quia
ex ſupra firmatis non afficit Clericos, recur-
rit ad Ius commune, aſſerens, inſpecta illius
diſpoſitione, competere conſorti prælatio-
nem.

Sed hoc nullo prorsùs Iure ſubſiſtit; ſtat
enim in contrarium *textus* expreſſus initio
allegatus in dicta *l.dudum 14.Cod.de contrab.
empt.* ibique præ cæteris *Bald. in princip. &
num.1 in fin. verſ.ſecundò quod intendit.Salicet.
n.1.Aloyſ.de* Leo *n.2.* idẽ *Bald.in l.falſo,Cod.de
comm. rer.alien.* & licèt hoc ſatis ſuperque
eſſet pro reſponſione omnibus ex aduerſo
adductis, vbi enim legem habemus, inanis
eſt vlterior diſputatio, *leg.Ancilla* vbi *gloſ.*
verbo *quæſtio*, ibique *Bald.in 2. notab.Cod.de
furt.Surd.conſ.53 nu.6. et conſ.58. num 3. Ma-
gon.de c.*Lucent.*12.num.18. Seſsè dec.Aragon.
153. num.25.* accedente potiſſimùm receptiſ-
ſima Doctorum ſententia, qui ſuperiori lo-
co fuerunt allegati, *num.3.* quibus addi poſ-
ſent plures alij relegendi, penes Coccin *in ce-
18 lebri dec.2229. num.5. & ſeq.* Nihilóminus
diſpunctis ſingulis doctrinis in contrarium

alla-

allatis patet, eas non probare partis aſſum-
ptum. maleque fuiſſe intellectas.
Exordior igitur à *Bald in l. 1. nu. 6. Cod. qui
teſtam. facer. poſſunt*, aſſerente, quòd ſi duo
fratres habeant Domum communem, &
vnus cum alio indignatus recedit, & locat
partem ſuam cuidam ſtipendiario, alter non
vult, quòd ille ſtipendiarius ſtet in domo,
quia ipſe inhabitat cum familia ſua, quærit
Baldus, an poſſit illum expellere, dicit, quòd
ſic, quia non eſt honeſta perſona per regu-
lam *leg. ſi non aliter. ff. de vſu, & habitat.*
19 quód habitantes in communi, non poſſint
inducere in domum perſonam turpem; ſanè
doctrina iſta non facit ad rem, neque vllo
modo præſentem percutit quæſtionem.
Ripa in l. quominus nu. 114. ff. de flumin. in
meo Codice de hac re non agit, niſi fortè ex
Amanuenſis conſueta, ſemperque timenda
incuriæ corruptè locus fuerit allegatus.
Rum. conſ. 143. num. 16. lib. 4. præterquàm
quòd loquitur in locatione, quando alter
vult habitare iuxtà caſum *Bald.* ſupra pon-
deratum, non meretur attendi, quia con-
trarium ſcribit *in leg. ſeruis electione, §. Labeo
num. 20. verſ. ſed contrarium ff. de legat. primo*,
quem rogo videri, quia reſpondet omnibus
argumentis contrariis; magis autem ſtan-
20 dum eſt Doctoribus in lecturis, quàm in
conſiliis, cum in illis pro veritate, in his
autem pecunia conducti ſcribant *Neuizan. in
ſylua nupt. lib. 5. n. 26. in princ. Coraſ. de elect.
opin. tit. qui Doctor. fac. opin. commun. inſpect. 2.
nu. 47. et ſeq. & 62. int. tractat. diuer. amp. 18.
fol. 231. Epiſc. Sperell. dec. 146. num. 76. lib. 2.
Card. de Luca de fideicom diſc. 1. nu. 20.*
Surd. conſ. 43. non loquitur in venditione,
ſed in locatione, & neque in hac dicit, ſo-
cium, ſimpliciter præferendum, ſed cum
diſtinctione, quando, ſcilicet, vnus vult lo-
21 care partem in damnum, odiumque alterius,
qui vult habitare; dicit enim, hunc tali
caſu eſſe præferendum ex regula, quòd ſo-
22 cius vti poſſit pro ſe ipſo re communi, abſq;
damno alterius, vt ſub *nu. 5. & 11. in fine*,
eamdemque diſtinctionem, quòd, ſcilicet,
prælatio in locatione competat tantùm, vbi
ſocius vult inhabitare; ſecus ſi habitare
23 nolit, latiùs proſequitur *Soccin. conſ. 48. n. 4.*
Iſtæ doctrinæ non applicantur, quia non ſu-
mus in locatione facta in damnum, & ad
æmulationem conſortis, neque aduerſarius
inhabitat, aut inhabitare vult Horreum.
Idem *Surd. conſ. 225. n. 3.* perfunctoriè lo-
quitur, & intelligendus iuxta doctrinam
Bald. quem allegat *in leg. 2. Cod. de comm. rer.
alien.* qui non dicit, generaliter competere
conſorti prælationem, ſed in terminis dictę
24 *legis ſecundæ*, nempe conſorti cum fiſco, ex
quo .n. fiſcus habens rem communem poteſt
vendere etiam partem ſocii ex ſpeciali pri-
uilegio, dicit *Bald.* æquum videri, quòd ſo-
cius non cogatur partem ſuam dimittere, ſi
ipſe offerat emere partem fiſci; hæc nihil
commune habent inter priuatos, quia ne-
mo ex ſociis poteſt vendere partem alte-
rius.
*Bard. de Iur. Prothomiſ. fol. 18. verſic. de
quinto* non diſcutit articulum, & allegat do-
ctrinas, quæ loquuntur in locatione iuxta
textus ſupra ponderatos.
25 *Michalor. de fratrib. cap. 36. num. 24. lib. 3.*
allegat tantùm *Gratian. dec. Marchiæ 169. n. 8.
& Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. nu. 4.* quos
fortè non vidit, ſed laudauit in fide, quia
id non firmant.
26 *Gratian. cap. 526. num. 2. & cap. 842. nu. 23.*
allegat doctrinas, vt plurimùm de locatione
loquentes iuxta terminos prædictos.
27 De *deciſione Rotæ 65. num. 2. apud Mangil.
de ſubhaſt.* non eſt habenda aliqua ratio,
dum *Rota* moderna, articulo maturiùs di-
ſcuſſo, in contrariam ſententiam abijt, pro-
ut initio fuit firmatum.
Neque aduerſatur, quod in ſpecie diſpo-
ſitionis *d. l. dudum, Cod. de contrah. empt.* vi-
deatur derogare Fridericus Secundus Impe-
rator in Conſtitutione ſua *de Iure Protho-
miſeos* incipiente *Sancimus*, quæ extat apud
Cuyac. de feud. lib. 5. & refertur à *Gothifredo
in lib. 5. feudor. tit. 14.* quam etiam recenſet
Iacob. Vuernher. de Gubern. Caſtror. *d. diſc. 7.
num. 21.*
Nam facilis eſt reſponſio, quod, cum di-
cta Conſtitutio inter leges, quibus Nos vti-
mur, numquàm relata, neque recenſita ſit,
28 cum fuerit prolata ab eodem Friderico non
tamquàm Imperatore Occidentali, ſed vti
Rege vtriuſque Siciliæ, adeòut ſit attenden-
da, tamquàm lex Regia, ſeù potiùs vti Mu-
nicipalis, in Regno Neapolitano, non autem
tamquàm Imperialis, & vniuerſalis vbique
locorum vigens, vt in ſpecie aduertit *Ma-
rant. diſp. 9. in fin. Rouit. dec. 24. num. 20. Ca-
pyc. Latr. conſult. 98. num. 11. Card. de Luca
de ſeruit. diſc. 68. num. 6. et 11.* quinimó, cum
29 dicta Conſtitutio inter alias ab eodem Fri-
derico editas non reperiatur, idcirco in eo-
dem Regno, neque vim legis habere, ſed
ſolùm pro conſuetudine, vbi recepta eſt, eſſe
ſeruandam, intrepidè dixerit *Afflict. in cap. 1
§. porro numer. 36. in fin. qualiter olim feud.
alien. poter.* vbi quòd hæc Conſtitutio ſit Grę-
ca, & non inſerta in volumine Conſtitutio-
num Regni, ideòque non vniuerſalis, ſed
localis, vbi fuit recepta, aliique penes *Tappia
lib. 4. Iur. Regn. tit. de Iur. Prothomiſ. ex num. 1.
& ſeqq. fol. 81.*
30 Idemque firmant ipſimet DD. Germani,
qui eadem Conſtitutione vtuntur tamquàm
Conſuetudine ibidem vigente, non autem
tanquàm lege Imperiali, ſignanter *Roſental.*

de

de feud.cap.19. concl.87. num.2. et ſeq. Gaill. obſer.19. in princip. Balthaſar. pract. reſol. tit.10. reſolut.1.nu.6.Reitiſingh.de retract.q.1. n.23. & ſeqq.

31 Præcipuè, quia cum eadem Conſtitutio fuerit vltima, quam Fridericus edidit circá finem ſui Regni, vel Imperii, non poſſet apud Catholicos dici illam vim legis vniuerſalis, vbique locorum vigentis habere, cum vnicuique notum ſit; iſtum Imperatorem

32 Sedi Apoſtolicæ, Eccleſiaſticæque libertati fuiſſe infeſtiſſimùm, & paulò ante eius obitum ſequutum in Caſtro Florentino Capitanatæ Prouinciæ ſine Sacramentis, anathemate irretitum, non ſine ſuſpicione, quòd à Manfredo eius filio naturali dubitante, ne conualeſceret, puluinari ſuper os impoſito, fuerit ſuffocatus, vt teſtatur *Aluar. de pac.zenen. nu.3.* quem refert eruditiſſimus Conſiliarius Petra in eius luculentiſſimis Commentariis *ad Rit.M.C.V.270.nu.20. verſ.quos etiam adducit lib.3.* fuiſſe ſub *S.M. Innoc.IV. in Concil. Lugdunenſi* excommunicatùm, Imperialiq; dignitate depoſitum, prout in *cap.ad Apoſtolicæ 2.de re Iudic. in 6.* de quo etiam meminit *Horat. Scoglius* eruditus conciuis meus in eius *Chronologia circa ann.* 1254 *fol.766.* & de eodem Friderico peſſimè ſentiit *Iſern.* in pluribus locis, & præcipuè *in Conſtit.Regni Quantò de decim. num.50.* ſub illis verbis: *De illis non vult Eccleſia Decimas, tanquàm de malè ablatis, quæ impoſita fuerunt per illam contra Deum, & Iuſtitiam per quod videtur ille Fridericus quieſcere in pice, & non in pace; multum debent cauere Principes mundani in hoc, quia etiam hoc Deus retribuit, ſicuti patet in illo Friderico, cuius hæredes non ſunt hodie.* Idemque *Iſern.in Conſtit.Regn. Si damna clandeſtina num.*80. aſſerit *hic Fridericus Imperator, quòd fuerit Tirannus, patet in decreto ſuæ depoſitionis.*

33 Meritó non poteſt derogare diſpoſitioni *d.leg. dudum*, prout rectè obſeruat *Iacob. Vuernher d.diſc.76.nu.23. Coccin.d. dec.2229. nu.3.et ſeq.*

34 Multòque magis eadem Friderici Conſtitutio non vindicat ſibi locum in Vrbe, locisque Eccleſiaſticæ Ditioni ſubiectis; vt in ſpecie *Afflict.de Iur.Prothomiſ.in princip.leg. n.3.verſ ſed iuxtà hoc quæro*, qui ſolū limitat in Caſtro Eccleſiæ in Regno exiſtente, cuius Rex eſt Dominus directus, in quo ius prothomiſeos ex eadem Conſtitutione inductum ſeruari debet, *Bald.de Iur. prothomiſ. in princip.num.280.Gratian.cap.475.num.88.Card.de Luca de ſeruit. diſc.70. nu.19.* & comprobat celebre Votum *Biſetæ Viarum Præſidis impreſſum in rec.dec.783.nu.7.p.2.*

35 Et in omnem caſum eadem Conſtitutio extra materiam feudalem non procedit, *Theſaur.lib.1. qu.forenſ. qu.39.* vbi, quòd in feudis extet ratio ſpecialis propter agnationem, & ius ſanguinis, cum ab eodem ſtipite feudū deſcendat,& dicatur paternum, idemque obſeruat in prædicta *Conſtitutione Friderici Afflict. in.3. notab. & in §. ſed etiam res num.8. & 10.de alien.feud. patern.Coccin. d.dec.2229.nu.8.*

36 Tandem non ſuffragatur *Conſtitutio Gregoriana* ſuper retractu comprehenſiua etiam Eccleſiaſticorum, quia illa emanauit ad fauorem vicini non conſortis; ceſſat enim in conſorte ratio finalis publici ornatus, non vnius tantùm Domus, ſed duarum, tetrahentis, ſcilicet, & retrahendæ, quas per in-

37 corporationem in vnicam ampliorem redigi vult *Conſtitutio in §. 8. & 9.* adeòut, ſicuti neque ipſos vicinos ad retrahendum admittit, quoties in vna tantùm eſſent ædificaturi, iuxta deducta per *Rotam in celebri dec.Merlin* 437.*num.22.& ſeq.* & Nos alio in loco latiùs diximus, Ita perneceſsè fatendum ſit, non admittere conſortes, qui ornare non poſſunt, niſi vnicam, in qua conſortium habent.

38 Et quamuis eadem Conſtitutio poſt vicinos in §.11.admittat Inquilinum, qui non tenetur ædificare, non tamen inde educi poteſt argumentum pro comprehēſione Conſortis.

39 Siquidem, excluſa ratione publici ornatus, in quo conſiſtit fauor, *Gregoriana* in reliquis eſt odioſa, neque recipit extenſionem ex idētitate, vel maioritate rationis ad caſus litteraliter non expreſſos, vt diſtinguendo firmatur, tàm *in deciſ.Cardinalis Camerarij, & Magiſtrorum* viarum impreſſa *in recent. deciſ.* 184. *numer.11. p.1.* quàm *Rota in eiſdem rec. dec.501.nu.3.& 4. part 2.Gratian.cap.947. n. 15.* Præcipuè, quia eſt correctoria iuris communis in *d.leg.dudum, Cod.de contrabend. emptione*, vt ſcribunt *Luc.de Penn.in l.Curiales, Cod. de prædijs Curial. lib.10.* Vbi hoc Ius

40 Prothomiſeos nimiæ aſperitatis nota arguit *Dec.conſ.222. num.1.Caſtrenſ.conſ.249.num.1 lib.2. Corn.conſ.166. nu.8. et ſeqq. lib.2. Pariſ.conſ.82.n.4 & ſeqq.lib.3.Menoch.conſ.666. nu.3. & ſeqq. Tiraquell.de retract. in præfat. num.60. Rendell.de Iur.Prothomiſ.in Rubr.27. Rummus in addit ad Afflict.de Iur.Prothomiſ. in Rubr.nu.2. et ſeq. Rouit. dec.24. nu.29.* & in ſpecie *Gregorianæ, Gratian. d. cap 947.nu.15. Card.de Luca de ſeruitut.diſc.71. nu.11. Merlin.d.dec.437. nu.28.Coccin. dec.2. n.3.*

41 Neque obiiciatur, quód *Grigoriana* preſerat conſortem uicino; nam in *§.3. in fine* non præfert illum in retractu, de quo ibi non loquitur, ſed illum præfert in re communi diruta vendenda per viarum Magiſtros ex officio; vnde non ſequitur, quòd in alijs caſibus illum præferat; maximè, quia ibi loqui-

42 tur per verbum *hoc caſu*, quod denotat prælationis priuilegium ad illum caſum fuiſſe

reſtri-

reſtrictum *Alciat. conſ. 44. n. 27. lib. 9. Menoch. conſ. 1024. n. 12.*

Cumque Conſtitutio, quando agit de re-
tractu, tàm exactè proſequatur materiam
prælationis per omnes caſus pro vicinis, &
Inquilinis, nulla prorsus facta conſortis mẽ-
43 rione, dicendum eſt; ideò illum omiſiſſe,
quia nolebat includere *argum. leg. vnicæ, §. ſin autem, Cod. de caduc. tollend.*

44 Eumdemque Conſtitutionis intellectum
amplexa fuit *Camera in Romana retractus 13. Maij 1652. coram Cardinali Franzono, & 8. Iunij 1654. coram Cardinali Corſino* tunc tem-
poris Cameræ Apoſtolicæ Clericis, quód
etiam non obſcurè ſentit *Rota in rec. dec. 303. n. 10. & duob. ſeqq. p. 5.*

45 Et ſanè diuerſa militat ratio in communi
Domo diruta, ac in non diruta. Primò enim
caſu, ſi vnus ex conſortibus portionem ſuam
reficere renuat vt in dicto §. 3. ſupponit *Gre-*
46 *goriana*, poteſt alter illam reficere, & reficien-
do ſibi eam acquirit, *leg. ſi vt proponis, Cod. de ædific. priuat. leg. cum duabus § idem reſpondit ff. pro ſocio. Marſil. ſingular. 369. n. 3.*

Ideòque non mirum, quòd in vendenda
re diruta, & poſt moram vnius ex conſorti-
bus in reficiendo, alter non moroſus præfe-
47 ratur; in hoc enim caſu *Gregoriana* præſer-
uat priuilegium conſorti, alioquin de Iure
communi competens; non autem nouum at-
tribuit.

Verùm, & ſi ſtatutum Clericos, aut *Gre-
goriana* conſortes comprehenderet; non ta-
men aduerſario competeret prælatio, cum
portio iſtius horrei fuerit in noſtrum princi-
palem translata non ſpontè, ſed per ſubha-
48 ſtationem; Tali enim caſu neque intrat di-
ſpoſitio ſtatuti loquentis de voluntaria ven-
ditione per illa verba *vendere voluerit, Roman conſ. 107. per tot. Alex. conſ. 52. num. 4. lib. 1.* & in terminis huius ſtatuti *Fenzon. in annot. num. 15. Rot. in recent. dec. 378. numer. 7. & 8. part. 5.* Neque etiam *Gregoriana* pariter ad
ſpontaneam venditionem reſtrictæ, vt in *d. deciſ. Cardinalis Camerarij* 184. *numer. 8. & ſeqq. part. 1. recent.* latè *Gratian. cap. 544. à n. 21. vſque ad 34.* & Nos alibi latiori cala-
mo ſuper hoc articulo egimus.

49 Quò verò ad Domunculam pariter non
competit prælatio ratione vicinitatis; debet
enim vicinus, tàm in propria, quàm in re-
trahenda domo ad Vrbis ornatum ædificare;
itaut ex vtriuſque incorporatione vnica or-
natior, & amplior fiat, illudque Ciuitati
decus præſtetur, quod in ſingulis Domibus
diuiſis, ſtructuraquæ inæqualibus fieri non
poteſt, *Merlin. d. dec. 437. num. 12. & ſeq.* &
in conſimili *Bulla S. M. Sixti IV.* dixit *Bard. de Iur. protbomiſ. §. 3. nu. 2. & §. 4.* verbo *vnde lex.*

Id autèm aduerſarius præſtare neque po-
terat tempore venditionis Domunculæ,
neque poteſt in præſentia, ex quo, cum non
ſit inſolidum Dominus horrei, ſed conſors
cum pluribus alijs, à quibus noſter princi-
50 palis cauſam habet, ipſi neque licebat; ne-
que licet in dicto Horreo cõmuni fabricare,
nimuſque cum Domo contigua illud incor-
porare, *leg. parietem, ff. de ſeruit. Vrban. præd.* vbi notat *Baldus, & Angelus num. 1. Alberic. in leg. altiùs ad med. Cod. de ſeruit. & acq. Natt. conſ. 215 num. 7. Surd. conſ. 38. num. 11. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 36. tit. ne luminibus officiatur num. 10. verſ. ſeptimò quæro*, &
conſequenter admittendus non eſt ad retra-
ctum vigore *Gregorianæ*, quam adimplere
non poteſt, prout in ſpecialibus terminis
firmauit *Merlin. dec. 465. nu. 5. & ſeq.* repetita
in recent. dec. 378. n. 5. & duob. ſeqq. p. 5.

51 Ex alio etiam capite non eſt locus retra-
ctui, quia *Gregoriana* potiſſimùm reſpicit
ornatum Vrbis poſitum in ædificiis inſignis,
amplæque ſtructuræ, ex quibus verè reſultat
decor, publicuſque ornatus, inhærendo di-
ſpoſitioni Iuris communis, qua huiuſmodi
decens Vrbium cultus, & ædificatio præci-
pitur, *leg. penultima, ff. de via public. l. Præſes, ff. de offic. præſid. leg. 2. Cod. de ædific. priuat. leg. præſcriptio, Cod. de operib. publicis,* &
monuit etiam *Ariſtotel. lib. 6. Polit. cap. vltimo*, prout obſeruat *Ioannes de Platea in leg. 2. Cod. de præd. & alijs reb.* atque in hac potiſ-
ſimùm ratione fundata eſt tota *Gregoriana Conſtitutio*, vt habetur in proęmio, ibi *quæ publicè vtilia, & decora eſſe Vrbi, &c.* ex
quibus deprehenditur mens Legiſlatoris, &
finis Conſtitutionis *leg. fin.* ibique *Bart. num. 3. ff. de hæred. inſtituend. Surd. conſ. 224. num. 12. & 241. num. 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 21. nu. 38. lib. 1.* & in his terminis *Bard de Iur. protbom. in princip. num. 6. & ſeq. §. 7. num. 2. verſic. ratioque*, & in ſpecie *Bulla Gregorianæ, Gratian. cap. 947. num. 13. Merlin. d. dec. 437. nu. 5. &*
52 *duob. ſeqq.* Vndè non vindicat ſibi locum in
viculis, neque in Domunculis, qualis eſt iſta
admodùm anguſta, quæ propterea non eſt
capax ornatus, neque etiam illum exigit,
cum poſita ſit in loco ignobili, nempè inter
portas Clauſtri Hebræorum, vt ſequendo ce-
lebre Conſilium *Aldobrandini* paſſim in *Camera*, & in *Rota* acceptum firmat *Merlin. dec. 386 nu. 42. & duob. ſeqq.*

53 Tandem non eſt locus retractui, quia
pars aduerſa non adimpleuit adimplenda,
neq; depoſitum fecit iuxta formam à *Grego-
riana* præſcriptam, *Ludouiſ. deciſ. 470. num. 1.*
non obſtante Peſtis impedimento, nam in
iſtis materijs non datur de Iure reſtitutio in
integrum, vt dicunt poſt alios *Lancellott. Gall. conſ. 36. num. 9. Muta ad Conſuet. Panor-*
54 *mit. cap. 26. n. 96. & ſeqq. Giurb. deciſ. 77. n. 7*
& ita iudicauit *Parlamentum Pariſien.* vt re-

fert *Pappon.lib.11.tit.7. Arreſt.22.* vbi contra infantem, & *Arreſt.31.* dictum fuit non eſſe concedendam reſtitutionem, non obſtante bello, & tumultu, & gratiam á Rege ſuper reſtitutione conceſſam non ſuffragari.

Neque excuſatur à depoſito ſub prætextu incertitudinis prætij, quaſi quòd ex aduerſo non eſſet ſoluendum, niſi ſolùm prætium eiuſdem domunculæ antecedenter emptæ, non autem expenſæ in ea factæ poſt petitū retractum; Cum enim æedem expenſæ fuerint erogatæ, tā ob neceſſariam refectionem, quám etiam ob tollendum proſpectum nimis præiudicialem, prout innotuit in Iudiciali acceſſu, non poteſt dubitari de bona fide expendentis, prout in proximis terminis *Bald.in l 2. nu.51. Cod.de reſcind. vendit.*
55 vbi, quòd, ſi retractum prætendens tamdiù abſtinuerit agere, donec cura, & ſollicitudine actoris res eſt longè melior effecta, debet repelli, niſi offerat ſumptus, pretiumque operarum per *text.in l.intra vtile 40. §. vendentibus ff. de minorib.* vbi in retractu agnatitio hoc firmat *Alberic.* niſi in fraudem
56 volentis recuperare eſſent factæ impenſæ nimis magnæ, & exceſſiuæ, & dat cautelam denūciandi, ne fiant, quia vult retrahere, & eſt recepta opinio, & laudata à *Tiraquell. de retract. conuent.§.7. gloſ.1. nu.5. poſt med.* vbi ſubiungit arbitrio Iudicis remitti, an ſint factę in fraudem, *Bocr.dec.47.nu.8.*

57 Et in ſpecie, quòd in illis terminis ſtetur arbitrio Iudicis ad dignoſcendum, an impenſæ ſint factæ in fraudem contra retrahere volentem, benè explicat *Garzias de expenſis, & melioram. capit.6. numer.8.* dicens ita intelligendos eſſe Doctores Gallos, dum dicunt, geſta in fraudem retrahentis non eſſe reficienda, & ita etiam tradunt Bouguec. *ad conſuet.Burgund. tit.13. §.1.* verbo, *& los fraties num.21. Chriſtin. ad leg. Michilin. artic.22. ſub nu.21 fol.556.*

58 Vnde illa interpellatione non facta, eſſe expenſas omninò reficiendas dixerunt etiam *Azeued.ad lib.5.Recompilat.tit.11. lib.7.n.85 poſt med. verſ.& inſuper Hermoſill. partit.5. tit.5.leg.55.gloſ.8. nu 43. ad med. verſic. & nota.*

59 Neque aduerſatur theorica *Ignei in leg.dudum num.23. propè finem verſic. caueant igitur emptores, Cod. de contrahenda emptione.* loquitur enim in terminis longè diuerſis cōtra illos, nempè, emptores, qui immediatè, re empta, faciunt Domos, & ędificia demoliri, vt affligant eos, qui ſunt retracturi res venditas; cumque hoc faciant in fraudem ad reddendum difficiliorem retractum, debent in eo puniri, quòd nihil commune habet cum caſu, de quo in præſentia diſceptatur.

Incertitudo igitur pretij nulla aderat, ſed debebat aduerſarius ſoluere, vel deponere integrum pretium totius primæ emptionis prædictæ Domus, & vlteriùs refundere expenſas neceſſariò erogatas pro refectione, vt retractum conſequi poſſit.

60 Verùm dato, numquàm conceſſo, quòd eſſet illiquidum pretium, tamen debebat pars aduerſa deponere partem, quam iuſtam credebat, & pro reſiduo cautionem dare, vt in terminis tradunt *Alex.conſ.24.nu.9.lib.4. Matthienz.ad nou.recompilat.lib 5.tit.11. l.9. gloſ.4. numer.15. fol.386.* vbi etiam *Azeued. num.8. Hermoſill. ad partit.5. leg.55. gloſ.8. num.18. fol.261. Parlador. different. cap.109. §.5. num.14. Papon. lib.11. tit.15. Arreſt.2. Molpheſ. ad conſuetud. Neapolit. tom.3. p.12. qu.45. nu 21.*

A R G V M E N T V M.

Retractus prælatiuus, cui potiùs ex duobus vicinis ſit concedendus, tàm inſpecto Iure communi, quàm *Conſtitutione Gregoriana*; Et an ſit præferendus vicinus in petitione præueniens.

Retractus potiùs eſt dandus inferiori contrà ſuperiorem, quàm ſuperiori contrà inferiorem: Idque, etiam procedit, ſi adſint tria ſolaria domus ſibi inuicem ſuperimpoſita; ſi enim venditur media, inferior ſuperiori præfertur.

In depoſito pretij perneceſsè faciendo ab intendente retrahere, quænam requiſita pro illius validitate concurrere debeant.

S V M M A R I V M.

1 *Retractus prælatiuus eſt concedendus vicino habenti maiorem ædificij adiacentiam, facultatemque faciendi maiorem ornatum vigore* Bullæ Gregorianæ.

2 *Ius congrui eſt dandum ei, qui pro maiori parte eſt coniunctus.*

3 *Præferri debet in retractu prælatiuo, qui magis re indiget retrahenda.*

4 *Habens dominium ſolarij inferioris præferri debet vicino laterali in emptione ſolarij ſuperioris; hic enim magis vicinus dicitur, quàm vicinus Collateralis.*

5 *Habens inferiorem partem domus, ſi vendatur ſuperior, præfertur vicino Collaterali.*

6 *Retractus potiùs eſt dandus inferiori contrà ſuperiorem, quàm ſuperiori contrà inferiorem.*

7 *Si duo fratres habeant turrim in feudum, ipſamque diuidant per ſuperius, & inferius, obtinens inferiorem partem, poteſt vindicare ſuperiorem, cum habeat maius ius, vtpotè præbens fundamentum.*

Aſ-

Aſſertur ſingularis doctrina Baldi *id comprobans* ibid. num. 6.

8 *Si adeſſent tres domus ſibi inuicem ſuperimpoſitæ, ſi venditur media, inferior ſuperiori præfertur.*

De duplici ratione per Neapodanum *adducta, tum, ad hoc vt domus inferior grauata in ſubſtinendo onere ſuperioris in hoc releuetur.*

Tum, etiam ad euitandum ſcandalum ſuppeditationum, quibus ſuperior poſſet moleſtare inferiorem.

9 *Scandala in omni materia euitanda, etiam ſi ſint minima.*

10 *Regulariter inter plures vicinos contendentes ſuper retractu, præferendus, qui in petitione præuenit.*

11 *Intellige, quando Iura vtriuſque vicini ſunt in omnibus paria, ſecùs verò, quando alterius vicini iura ſunt potiora,*

12 *Venditio non poteſt dici perfecta, deficientibus potiſſimùm requiſitis, conſenſu, ſcilicèt, & certo pretio.*

13 *Ex oblatione, & declaratione voluntatis de vendẽdo in futurũ, non reſultat perfecta venditio.*

14 *Idque, etiam procedit in oblatione de vendendo acceptata à prætendente retractum.*

15 *Ad perficiendum contractum emptionis, venditioniſque, requirũtur conſenſus, & verba de præſenti; non autem in futurum, vel præteriti temporis imperfecti;*

16 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio.*

Quid ſi fuerit facta conuentio certi pretij ab initio ibid.

17 *Venditio voluntaria, collato pretio in arbitrum æſtimatorum, non dicitur pura; ſed conditionalis, & imperfecta,* & num. 24. & 29.

Expenditur inſignis Conſtitutio Iuſtiniani in l. fin. Cod. de contrahend. empt.

18 *Eadem* Iuſtiniani Conſtitutio *vna eſt ex quinquaginta Conſtitutionibus, quibus idem Imperator diſſidia veterum Conſultorum diremit.*

19 *Venditio dicitur imperfecta antè æſtimationem à Peritis faciendam, etiam ſi res empta ex conſuetudine loci, vel temporis conuentionis certum pretium haberet.*

Locatio collata in arbitrium tertij non dicitur pura, ſed conditionalis, atque adeò imperfecta, donec merces arbitretur.

20 *Pretium in quantitate certa determinatum, eſt de ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis, & dicitur illius forma, & vltima differentia, per quam in ſuo eſſe conſtituitur, & ab alijs contractibus diſcriminatur.*

21 *In pretio conſiſtit eſſentia, & radix originalis contractus.*

22 *Pretium in contractu emptionis, & venditionis eſt ſubſtantiale æquè, ac conſenſus.*

23 *Pretio nõ appoſito, nõ dicitur contractus poſitus in eſſe perfecto, & tamquàm deficiente ſubſtantia, ſubſtineri non poteſt.*

24 *Venditio pro pretio declarando per peritos cenſeri debet omninò conditionalis idest; ſi quæ ſubſequatur declaratio per peritos, qua conditione non purificata, contractus in eſſe non deducitur.*

25 *Conditio æſtimationis faciendæ inducit formam ſpecificam implendam per electum, & non per alium.*

25 *Tempore contractus, ſi erat vnus Gabellarius; tempore verò declarati pretij erat alter, gabella contractus huic ſecundo eſt perſoluenda, non autem primo,* & de ratione.

27 *In venditione neceſſaria vigore* Bullę Gregorianæ, *donec fiat appretium, & vicinus retrahens ſoluat pretium, vel ſaltem faciat depoſitum, contractus, ſeù retractus eſt omninò imperfectus.*

28 *Concluſio, de qua ſupra* num. 17. *potiſſimùm procedit, quãdo ante æſtimationem non erat ſequuta traditio rei.*

Quidquid contrarium in aliquorum ſententia ſit aſſerendum, re tradita ibid.

29 *Conſenſus non poteſt dici interueniſſe in venditione, quoties venditoris voluntas eſt conditionata in habendo pretium æſtimandum à Peritis vnà cum augumento, quod non fuit adimpletum.*

30 *Obſeruantia ſubſequuta operatur, perindè, ac ſi ab initio ità fuerit inter partes conuentum, prout deindè apparet obſeruatum.*

Adeòut habeat vim noui contractus ibid.

31 *Obſeruantia plurimùm attendi debet pro interpretanda contrahentium voluntate.*

Ità, vt talis dicatur ineſſe ſenſus in verbis, qualem demonſtrat obſeruantia, effectuſque ſubſequutus.

32 *Depoſitum pretij factum ab intendente retrahere dicitur nullum, inſpecta* Bulla Gregoriana, *quoties non præceſſit citatio venditoris, cum oblatione pretij, illoque renuente recipere, decretum Iudicis de deponendo.*

33 *Idque, etiam procedit, inſpecto iure communi; etiam ſi agatur de depoſito conuentionali.*

34 *Prout etiã in terminis ſtatuti ſuper retractu.*

35 *Augumentum pretij rei retrahendæ vigore* Bullæ Gregorianæ *eſt liberè faciendum.*

Ideòque non ſuffragatur depoſitum vinculatum, quoad integrum pretium, ſed liberè eſt faciendum reſpectu eiuſdem augmenti.

CAPVT CLXI.

CVM in præſentia ſit quæſtio inter duos vicinos collaterales ſuper prælatione in emptione Domus intermediæ, nullo Iure eſt concedendus retractus prælatiuus Laxo, ſed potiùs Sororibus de Gaſparis; Tùm, quia ex inſpectione Plantæ iudicialiter confectæ maniſeſtè conſtat, quòd maior ſit domus harum Mulierum, quàm illa aduerſarij; quòdque ex incorporatione domus controuerſæ maior poſſit fieri ornatus in earumdem Mulierum Domo habente proſpectum, nedum in via Conſulari Sanctæ Mariæ, ſed etiam in platea Iudæorum, quàm in illa partis aduerſæ exiſtente in vico anguſto, & imperuio parùm conferente ad publicum Vrbis nitorem, & proſpectum, quibus ſtantibus,
1 abſque dubio prælatio potiùs eſt decernenda vicino habenti maiorem ædificij adiacentiam, facultatemque faciendi maiorem ornatum, prout diſponit *Bulla s. men. Gregorij* 13. 22. in ordine in bullario nouo, §. 12. ibi: *Is præferatur, qui magis fuerit vici-*

nus, vel in vicinitate pari, Is, qui plus quoque
ad maiorem Vrbis ornatum iudicio eorundem
Camerarij, & Magiſtrorum ædificare voluerit,
Idemque firmãt in terminis retractus prælatiui, Fab.de Ann.conſ.47.nu.19.37.42.& 47.
lib.1.Napod.in proæm,conſuetud.de Iur. congru.
num.87. ibi: videtur dandum ius congrui ei,
2 qui pro maiori parte coniunctus eſt, Afflict.
de iur. prothomiſ. in priue. Conſtit. num.44. in
fin.verſ. item pone quod pluribus, ibique Rummus in addit. ad vltimum notabile nu.9.fol.90.
Carpan. ad ſtatut.Mediol.cap.434.num.183. &
cap 417.num.558. Mut. ad conſuetud. Panorm.
cap.28,num.1.Maxill.ad conſuet. Baren.tit.de
iur. prothomiſ.§ ſi duo inter ſe, num. 8.fol.65.
Rondell,eod.tract. in fin. in animaduerſ. ad cap.
vlt.num.5.Ciſuent.in.l.7.Taur. in 2.quæſt.fol.
40.de Luca ad Franch.dec.550.num 4. verſ.ex
capite maioris coniunctionis; rectèque ad prædicta confert text. in l.ſi quæ cautionis, ff.famil.erciſ.

Tùm etiam, quia maior eſt indigentia ha-
3 rum Mulierum, quæ dotalem domum augere
intendunt ad effectum inſimul habitandi cum
Viris, eorumque familijs; atque adeò ſunt
præferendæ Aduerſario minùs indigenti,
habentique commodam domum, cum congruo ornatu iuxtà eius ſtatum, prout ſancitũ reperitur in eadẽ Bulla s.m.Gregor.XIII.d.
§.12. ibi: Is obtineat, qui magis illa indiguerit,
Gratian.cap.742.num.75.& ſeq.Rummus in addit. ad Afflict.de iur.prothomiſ.in princip. legis
in addit.ad vlt.notab.num.7.& 9. fol.90.Card.
de Luc. de ſeruitut. diſc.76. num.4. Merlin.dec.
437 n.19.30.& ſeqq. repetita in rec. dec.339.
in eiſdem num part.5.

4 Tùm demùm, & fortiùs, quia, etiam, ſi hæ
Mulieres nullã haberent adiacentiam lateralem; adhuc, cum ſolarium inferius domus
controuerſæ, ſuper qua eſt quæſtio in retractu prælatiuo, Iure dominij.poſſeſſioniſq;
ad eaſdem Mulieres pertineat, abſque dubio
ſunt pręferendę Aduerſario, licèt vicino laterali in emptione ſolarii ſuperioris, vt in ſpecialibus terminis optimè ſubſtinent Napod.
ad conſuet.Neapolit tit.de iur. congr. num.103.
verbo quandoque ſunt plura ſolaria verſ. reſpõdeo quòd primo & ſeq Afflict.de iur. prothomiſ.
§ 7.num.1.&.2 Nouell.eod.tract num.9. Ioan:
de Amic.conſ.20.num.15.& ſeqq. Veggiuſ.conſ.
2.num.24.Bertazzol.clauſul.19 gloſ.6. num.6.
Iacob.Marull.de iur.prothomiſ §.quod ſi fortè,
Molfeſ.ad conſuetut.Neapolit tom.3. part.12.de
iur. congr.q.6. num.24. & ſeqq. qui rectè aduertit; hunc eſſe magis vicinum, quàm vicinum collateralem, cui in concurſu præfertur,
Card.de Luc.de ſeruitut.diſc.70.num.23. in fine
verſ. tùm etiam ſingulariter, Rota in Romana
prælationis 20.Nouembris 1609.coram Ottembergo impreſſa poſt Mangil. de ſubhaſtat. deciſ.
5 65.num.3.in fin. vbi in ſpecie, quòd habens
inſeriorem partem domus, ſi vendatur ſuperior, præferatur vicino collaterali.

6 Quinimò in fortioribus terminis retractus
potiùs eſt concedendus inferiori contrà ſuperiorem, quam ſuperior contrà inferioriorem ex ſingulari doctrina Bald.in cap.Imperialem, §. prætcrea ducatus num.6. de prohib. feud. alienat. per Federic. qui ponit hanc
7 quæſtionem Duo fratres habent Turrim in
feudum, & diuidunt ipſam per ſuperius, &
inferius,an obtinens partem ſuperiorem poſſit vindicare inferiorem, & dicit, quòd non,
ſed, quód inferior poſſit vindicare ſuperiorem; Idque ea potiſſimùm ratione per eundem Bald. ingenioſè iuxtà morem adducta,
quòd hic habet maiorem cohærentiam, &
maius ius, cum illi præbeat fundamentum,
cui æquum eſt, vt cedat ædificium ſuper impoſitum pro vt eſt tex. ſingularis in l.ſi inferiorem 2.Cod de rei vendicat. ibi, ſi inferiorem
partem ædificij, quæ ſolùm contigit, ad te pertinere probare potes, eam, quam vicinus ſuus
impoſuit, acceſſiſſe dominio tuo non ambigitur.

Prout ex eadem ratione dicitur, quòd, ſi
8 adeſſent tres domus ſibi inuicem ſuper impoſitæ, ſi venditur media, inferior præferatur ſuperiori egregiè Napodan.in conſuet.ſi
domus de Iur.congr. num.104. duplicem afferens rationem; Tùm, quia; cum inferior domus ſubſtineat onus ſuperioris, ſatis æquum
iuriq; cõſonũ videtur, vt qui in vno grauatur,
in altero releuetur, l. cũ qui 30 ff.de Iur.Iurãd.
l. iure ſuccurſum, ff. de Iur. dot.l. ſecundùm naturam, ff.de regul.iur.

Tùm, etiam ad euitandum ſuppeditationum ſcandalum, quia, quando contrà voluntatem inferioris ſuperior emeret, moleſtiùs
ſuppeditaret, ex quo poſſent ſcandala prouenire, quæ ſunt euitanda in omni materia,
etiam ſi illa ſint minima, Clement.1. ibiq; Gl.
verſ.ſcandala de offic.ordin.Lotter.de re benefic.
lib.3.quæſt.17. num 124. eademque ſcandala
in his terminis ponderat Monach.dec.Florent.
24.nu.32.

Neque meretur attendi vnicum obiectum,
9 quòd Aduerſarius ſit præferendus, eo, quia
præuenerit petendo retractum; quódque res
non ſit ampliùs integra ob prætenſam venditionem domus cõtrouerſæ eidem Aduerſario
factam à Plantanino: Neutrum enim in iure
ſubſiſtit.

10 Non primùm; quàmuis enim regulariter
inter plures vicinos contendentes ſuper retractu præferendus ſit is, qui in petitione
præuenit, Afflict.de Iur prothomiſ §.1. nu.44.
verſ. item pone, quòd pluribus, ibique Rummus in addit.ad vlt. Notab. nu.8. fol.90. Ruin.
conſ.76. nu.3. verſ.ſed tamen, & nu.10. verſ.
ſupereſt, & nu.11. verſ ſi verò lib.1. Alex.
conſ.27.ſub.n.6. Fab.de Anna conſ.47. n.36.
& ſeq. Vermigliol. conſ.414. num 7. Gratian.
cap.

Digitized by Google

cap.526. num 9. & 742. num.74. Tiraquell. de retract lignag.§.10.gl.4. nu.2. & 4. Mut. ad Conſuet.Panormit.cap.27. n.28.in.fin.Card. de Luca de ſeruitut.diſc.77.num.4. & diſc.72. num.5. Franch.deciſ.550. ibiq; Ricc.in addit. cum alijs per Nos laudatis diſp.ſeq.nu.27.

11 Huiuſmodi tamen concluſio non procedit, niſi, quando Iura vtriuſque vicini ſunt in omnibus paria; ſecus verò, quando, prout in præſenti themate, alterius vicini potiora ſunt Iura ex allegatis, vt in ſpecie tetractus poſt celebrem theoricam Ignei in l.dudum nu. 87.ad fin. Cod. de contraben. empt. benè firmant Bald.de Iur.prothomiſ.nu.9. Afflict. eodem tract. in princip.legis num.36. circà med. verſ.& hoc non eſt ſine maxima ratione, ibiq; Rummus in addit.ad vltimum Notabile num.3. Alex.conſ.27. num.8. & ſeq. lib.6.Dec. conſil. 619. num.7. Roland.conſ.16. num.40.lib.3.Pariſ.conſ.81.num.18. lib.3. Tiraquell.de retract. lignag.§.11.gl.10. p.2.in fin. Gratian. diſcept. 745. num 17. Petr.ad Capyc.dec.36. num.2.Cirocc. diſcept.29.num.23. & duob.ſeqq. Rot. diuerſ.dec.475. num.14. & duob. ſeqq. part.1. cum pluribus aliis congeſtis in diſput. ſeq. nu. 29. & ſeq. fruſtra in præſenti repetendis.

Minùs etiam obſtat altera inſpectio, quòd, nempè, res non ſit ampliùs integra ſuper petitione retractus fauore huius partis ob pręteníam venditionem domus controuerſæ factam Aduerſario, ſtante iudiciali declaratione Plantanini venditoris, ibi: Habita notitia de quodam monitorio ſuper retractu, conſenſit venditioni dictæ domus pro pratio, æſtimando cum eius augumento iuxtà formam Bullæ, & eſt paratus dictam domum vendere vigore Bullæ, & propterea liti, & cauſæ ceſſit, & renunciauit.

12 Ex huiuſmodi enim, declaratione nullatenus poteſt dici, quòd venditio fuerit perfectè celebrata, deficientibus neceſſariis requiſitis, conſenſu, ſcilicet, certoque pretio, §.1.Inſt.de empt. & vendit. cum aliis vulgatis.

Deficit enim conſenſus venditoris, quia re vera Plantaninus non vendidit domum Aduerſario; ſed ſimpliciter conſenſit venditioni faciendæ, declarans, ſe paratum vendere pro pretio æſtimando iuxtà formam Bullæ; ideòque prædictus conſenſus reſpexit
13 futurum contractum, non autem præteritum, & fuit potiùs quædam oblatio, & declaratio voluntatis de vendendo in futurum, ex qua non potuit reſultare perfecta venditio, prout egregiè firmat Corn. conſ.25. per tot. ſignanter à num.4. cum ſeqq.lib.4. & in
14 fortioribus terminis oblationis de vendendo acceptatæ à prætendente retractum, benè Boer.dec.48. num.23. ibi: Si quis obtulerit vendere rem alicui iuſto pretio, & is, cui facta eſt oblatio, acceptauerit oblationem prædictam, tamen offerens ad vendendum cogi nõ poteſt, quia illa oblatio potiùs videtur quædam declaratio voluntatis ipſius offerentis, vel potiùs quædam proteſtatio, quàm promiſſio, imò ex ea aliqua non reſultat obligatio, quamuis per alteram partem fuiſſet ſimpliciter acceptata.

15 Regulare enim eſt, vt ad perficiendum contractum emptionis, & venditionis requiratur conſenſus, & verba de præſenti, non autem in futurum, vel præteriti temporis imperfecti, leg.1. & ſeq. ff. de contrah. empt. gloſ.magna in leg.1 in verbo vendentes in fin. verſ. & quid ſi dicam, Cod. de contrah. empt. ibique Odofred. in fin. verſ.quæritur nunc, Cyn. num.5. Bald.in 6. qu. nu.27. Salicet. n.11. Fabian.de Mont. de empt.& vendit.5. qu.princip. num.51. Bart. in l.ſerui electione 5.in princip. num.4. in fin. verſ. quandoque actus, ibiq; Bald. num.13. verſ per gloſ. tamen, Theſaur. deciſ. 334. nu 5.& 6 Buratt dec.124.num.8.& 9.& conferunt deducta per Card. Mantic. de tacit. lib.4.tit.3. num.15.

16 Fortiùs, quia, etiam ſi pręedicta verba reſolui deberent in præciſam promiſſionem de vendendo, adhùc non eſſet venditio, leg. in bonæ fidei. vbi gloſ.in verbo condicturum, Iaſ.num 3. & alii, ff de eo, quod cert. loc. latè Gozadin. in l.2. nu.18. Cod de pact.in empt.et vendit. Io. Franc.de Ponte conſ.85 nu.2.lib.1. Surd.conſ.52.nu.13. & conſ.369. nu.1.Roland. conſ.69.nu.12.lib.3. Rmin Sen.conſ.16. nu.7. Roderic.Suarez conſ.7 nu.5. Laderch. conſ.84. & 172. Gargian.conſ.35. nu.4. Aldobrand.cõſ. 132. nu.94.& ſeqq. Honded.conſ.73 nu.35.& ſeq.lib.1. vbi quod ſtatutum loquens in venditione non verificetur in promiſſione de vendendo. Gabr.de empt.concluſ 2.per tot. Roman.ſingul.186. Tiraquell. de retract. conuent. ad fin.tit.nu.42. verſ.quarta, quia aliud eſt pactum, Card.Mantic.de tacit. lib.4.tit.3.in princip.nu.1.& lib.22.tit.23. num.9. Cancer. var. part.3.cap.7. ſub n.124 verſ.licet enim, Valaſc. conſult.83.n.2. Morqued.de diuiſ.bonor. lib.3. cap.7. de Marin.lib.1.quotid.cap.298.nu.4. Capyc.Latr.conſul.29.nu.39. lib.1. Marcian. Iun. diſp.40.nu.1.lib.1. Cirocc.diſcept.53.num.81. add.ad Ludouiſ.dec.28. nu.4. Barz.dec.Bonon. 111.Theſaur.dec.233. Boer dec.3.

Quidquid fortaſsè poſſit dubitari ſi fuerit facta promiſſio de vendendo certo pretio conſtituto, quod in præſentia ex infrà proximè firmandis non concurrit, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo laudati Berſatt. conſ.100.nu.10.lib.1. Rub. Alex.conſ.39.Menoch.conſ 940.nu.12. Vrſill.ad Afflict.dec.61 nu.1.de Marinis.d.cap.298.num.6.lib.1. Roſa conſult.23.nu.11 Sanfelic.dec.99.nu.5. in fin. Quamuis in contraria ſententia ſatis probabili reſideat Cancer.d.part.3.var.cap.7.n.124. verſ.licet.enim, Theſaur.d.dec.223.

Defi-

Deficit etiam pretium certum; quia, cum
conſenſus venditioni in futurum faciendæ le-
gatur præſtitus pro pretio æſtimando per
Peritos, cum eius augniento iuxtà formam
17 Bullæ; hinc reſultat, vt, quando eſt facta
venditio voluntaria, collato pretio in arbi-
trium æſtimatorum, non dicatur pura ven-
ditio, ſed potiùs conditionalis, & im-
perfecta, quouſque fuerit declaratum præ-
tium ab æſtimatoribus, iuxta inſignem Con-
ſtitutionem Iuſtiniani in l. fin. Cod. de contrab.
empt. quam eſſe vnam ex quinquaginta Con-
18 ſtitutionibus, quibus idem Inſtimanus diſſi-
dia veterum Iuriſconſultorum diremit, & de
quibus meminit in proemio Codicis obſeruāt
eruditiſſimus Vbert. Ghiſan. in §. pretium in-
ſtit. de empt. & vendit. & ibidem etiam Con-
radus Rittershuſius §. adeò antem, verſ. hac de
re apud veteres, vbi Imperator in hęc ver-
ba reſcripſit; Cum huiuſmodi conuentio
ſuper venditione procedat, quanti ille æſtima-
uerit, ſub hac conditione ſtare venditionem,
vt ſi quidem ipſe, qui nominatus eſt, pretium
definierit omni modò ſecundùm eius æſtimatio-
nem, & pretium perſoluatur, & venditio ad
effectum perueniat. Sin autem, vel ipſe
noluerit, vel non potuerit pretium definire,
tunc pro nihilo ſit venditio, quaſi nullo pretio
ſtatuto, quàm etiam repetiit in §. pretium
inſtit. de empt et vendit. vbi expreſsè reperitur
ſancitum, quòd ſi venditio facta ſit pro pre-
tio, quāti ille æſtimauerit, contineat contrac-
tum non purum, ſed ſub conditione, ita vt
ſi ille æſtimauerit, tunc venditio ad effe-
ctum producatur per ſolutionem pretii, tra-
ditionemque rei, ibique Inſtitutiſtę, ſignan-
ter Piccard. numer. 36. Pinell. in rub. Cod. de
reſcind. vend. part. 2. cap. 1. à num. 1. vſque ad
21. Gabr. conſ. 64. nu. 3. et ſeq. lib. 1. Mozz. de
empt. & vendit. tit. de ſubſtantial. empt. nu. 25.
Molin. de contract. diſp. 337. nu. 9. Manct. conſil.
25. Cald. de empt. et vendit cap. 18. nu. 12. verſ.
verum, vbi poſt plures ab eo allegatos, quòd
19 concluſio ſibi locum vindicet, etiam ſi res
empta ex conſuetudine loci, vel temporis
conuentionis certum prætium haberet, Con-
nan. controuerſ. Iur. lib. 1. nu. 11. Ant. Fab. lib.
12. coniecturar. Facchin. conſ. 53. num. 3. cap.
Piſtor. quæſt. Iur. lib. 3. quæſt 16. et qu. 32. lib.
2. & obſeruat. 222. nu. 57. & ſeq. Polid. Ripa
obſeruat. 382 Card. de Luca de emption. diſc.
4. num. 8. egregiè iuxta morem Merlin. deciſ.
567. n. 1. et ſeqq. & in recent. deciſ. 172. par. 6.
Idéque multó ante Iuſtinianum de merce-
de locationis arbitranda per Titium reſpon-
derat Caius Iuriſconſultus in l. ſi merces ff. lo-
cat. fuitque deinde repetitum in princip. In-
ſtit. locati, in quibus Iuribus æquiparatur
contractus locationis, & venditionis, cum
in vtroque certum requiratur pretium, prout
etiam obſeruauit Fulgoſ. in d. l. fin. num. 1. Ro-
man. in leg. ſi quis arbitratur numer. 12.
in fin. ff. de verbor. obligat.
20 Eademque Conſtitutio Iuſtiniani ſolidiſſime
nititur rationi, quòd, cum pretium in quan-
titate certa determinatum ſit de ſubſtantia
contractus emptionis, & venditionis, & di-
catur illius forma, & vltima differentia, per
quam in ſuo eſſe conſtituitur, & ab aliis con-
tractibus diſcriminatur, vt inquit Iuriſcon-
ſultus in l. pacta conuenta, ff. de contrab. empt.
& quidem certum, & in quantitate determi-
natum, § pretium. & §. item pretium inſtit. de
empt. & vendit. Bald. in l. in vendendis num. 6.
21 & 4. ff. de contrab. empt. vbi, quòd in hoc
conſiſtat eſſentia, & radix originalis con-
tractus, Piccard. in §. pretium nu. 7. inſtit. de
empt. & vendit. Vacon. declarat. Iur. cap. 68.
22 ſub numer. 6. adeòut pretium ſit ſubſtantiale
æquè, ac conſenſus, qui ſine illo dicitur in-
formis, neque ſubſtantiat contractum, Gloſ. in
l. pacta conuenta, uerbo ex pretio de contrab.
empt. Perez ad l. Caſtell. lib. 5. tit. 4. verſic. &
adeò verùm Vacon. declaration. Iur. cap. 68. ſub
num. 6.
23 Meritò, pretio non appoſito, non dicitur
contractus poſitus in eſſe perfecto, & tam-
quàm deficiente ſubſtantia ſubſtineri non
poteſt, prout adnotant communi ſenſu In-
terpretes in d. l. fin. Cod. de contrab. empt. Gabr.
conſ. 64. num. 3. lib 1. Laſſart. de decim. vendit.
cap. 2. ſub num. 19. vbi, quòd in hoc caſu non
poſſit dici fuiſſe contractam venditionem,
Molin de contract. diſp. 337. num. 9. Cornazz.
dec. 9. num. 4 aliique proximè laudati; adeòut
24 hæc venditio pro pretio declarando cenſeri
debeat omninò conditionalis, ideſt, ſi quæ
ſubſequatur declaratio per Peritos, qua con-
ditione non purificata, contractus in eſſe non
deducitur, Caſtr. in d. leg. fin. in ſumm. Fulgoſ.
ante num. 1. Rom. in l. ſi quis arbitratur n. 28.
ff. de verbor. obligat. ibique Soccin. Iun. nu. 24.
25 aſſerens, quòd talis conditio inducat for-
mam ſpecificam implendam per electum, &
non per alium, Soccin. Sen. conſ. 44. numer. 9.
lib. 1. Aretin. conſ. 108. nu. 1. Rimin. Sen. conſil.
83. num. 8. 10. & 19. Gabr. conſ. 64. numer. 4.
lib. 1. qui negat venditorem ante venditio-
nis euentum ullo modo remanere obligatum,
Manent. conſ. 25. nu. 14. lib. 1. Facchin. conſ. 5.
nu. 3. lib. 2. Pancirol. conſ. 34. n. 4. & 5. et conſ.
177. nu 11. & 14.
26 Hinc Laſſart. de decim. cap. 3. num. 19. in
ſpecie venditionis voluntariæ, collato pretio
ad arbitrium tertij, quia contractus non di-
citur perfectus ante declarationem pretij,
ſingulariter aſſerit, quòd, ſi, tempore con-
tractus, erat vnus Gabellarius, tempore ve-
rò declarati pretij erat alter, gabella con-
tractus huic ſecundo ſit perſoluenda; non au-
tem primo, Rom. dec. 24. nu 13. Idque ea
præcipua ratione, quia ante æſtimationem
factam

factam potiùs dici debeat quædam cæpta
uenditio, quæ runc temporis perficitur, &
conſumatur, quando de certo pretio per ter-
tii definitionem conſtare incipit.
27 Prædicta uerò omnia fortiùs procedunt in
vẽditione neceſſaria vigore ſtatuti ſuper re-
tractu, vt in ſpecialibus terminis egregiè
firmat omninò perlegendus Rouit.dec.24.nu.
10. & ſeqq. & per conſequens, donec fiat ap-
p etium, vicinuſque retrahens poſteà ſoluat
pretium, vel ſaltem faciat depoſitum, con-
tractus, ſeù retractus eſt omninò imperſe-
ctus, cum eius perſectio dependeat à nume-
ratione pretij, facto appretio, vt optimè
proſequitur Rouit.d.dec.24. n.16.
28 Præcipuè, quando, prout in præſentia, an-
te æſtimationem non erat ſequuta traditio
rei, quidquid fortaſsè in aliquorum ſenten-
tia contrarium dici poſſit, re tradita, gloſ.
in l.ſi quis alienam rem. verſ.implere,ff.de act.
empt. & in l. perfectã, verſ. perfectam, C.quan-
do lic. ab empt.diſced. Ang l.& Caſtr. in leg.2.
Cod.de peric. & commod.rei vendit. Corn.conſil.
50. num.11.lib.1. Dec.conſ.179. num.3. Pariſ.
conſ.59. num.20.lib.1. Couarr. Pract. cap.3.
num.6. Tiraq. de retract.conuent.§.1. num.58.
Anchar. Rheg. qu.18. lib.1. Card. Mantic.de
Tacit.lib.4.tit.17. Theſaur.dec.197.n.8. Card.
Seraphin.dec.264.nu 9.
29 Præterquàm, quòd, eatenus uenditor de-
clarauit, ſe eſſe paratum uendere, quatenùs
eius uoluntas impleretur in habendo pretiũ
domus æſtimandum à Periris, unà cum au-
gmento eidem liberè ſoluendo, quod, cum
non fuerit ex aduerſo adimpletum, ex infrà
firmandis, nullo Iure poteſt dici, interue-
niſſe conſenſum in venditione, vt benè arguit
Corn.d.conſ 25.n.5.lib.4
Prædicta verò omnia optimè remanent
comprobata ex ſubſequuta oſeruantia Ad-
uerſarii, qui citauit Plantaninum vendito-
rem coram Camerario, & Magiſtris viarum,
non ad conficiendum inſtrumentum ſuper
venditione iam facta, ſed potiùs ad ei ven-
dendam domum, ſtipulandumque inſtrumẽ-
tum iuxtà formam Bullæ, & concordiæ; qui-
nimò in cedula depoſiti dixit: Che intende ri-
traere. Ex quo ſatis liquidò deprehenditur,
quòd re vera venditio non fuerit habita pro
perfecta ex vi dictæ oblationis; ſed potiùs
pro perficienda in futurum, adimpletis ta-
30 men ab Aduerſario conditionibus in eadem
oblatione expreſſis, ex qua obſeruantia
poſtmodum ſubſequuta perindè habetur, ac
ſi ab initio itá fuerit inter partes conuentum,
prout deindè apparet obſeruatum Gratian.
diſcept.716. numer.19. verſ. maximè, & ſeq.
Card. Mantic. de tacit. lib.2. tit.1. nu.5. Card.
Seraphin. dec.599. num.6. Card. Caualer. dec.
199. num.6. Ludouiſ.dec.502. num.10. Coccin.
dec.129. nu.6. Card.Celſ. dec.190. nu.5.et ſeq.
adeòut eadem obſeruantia habeat vim no-
ui contractus, Surd.conſ.335. num.26. Sim. de
Petr. conſ.79. num.27. lib.1. Ioſeph Ludouic.
comm.opin.concluſ.38.illat.121. Gratian. cap.
675. ſub nu.14. Card.Caualer. dec.302. num.3.
Card.Celſ.d.dec.190.n.6.
31 Regulare enim eſt, vt obſeruantia pluri-
mùm attendi debeat pro interpretanda vo-
luntate contrahentium, itá vt talis dicatur
ineſſe ſenſus in verbis, qualem demonſtrat
obſeruantia, effectuſque ſubſequutus, latè
Becc. conſ.202. num.11. lib.2. Ioſeph Ludouic.
concluſ.38. per tot. Card.Mant.de tacit.& amb.
conuent.d.lib.2.tit.1.num.5. Amat.reſolut.42.
num.8. part.1. Caren.reſolut.102.nu.9. Hiero-
nym.de Leo dec.Valent.29. num.8.& ſeqq.ad-
den.ad Ludouiſ.dec.184. nu.8. verſ. aduerten-
dum, Buratt.dec.944. nu.6. Card.Celſ.dec.135
nu.6. Card.Ottobon.dec.165. n.20. Arch.Royas
dec.350.nu.11.
32 Parumque releuat depoſitum ex aduerſo
factum in Sacro Monte Pietaris, cum ſit nul-
lum ex pluribus.
Tum, quia non præceſſit citatio Plantani-
ni venditoris, cum oblatione pretii, illoque
recuſante recipere, decretum Iudicis de de-
ponendo, prout preciſè requiritur, non ſo-
lùm attenta diſpoſitione dictæ Bullæ Grego-
rianæ in §.9. poſt med. quę mandat priùs offer-
ri pecuniam, & facta recuſatione, deindè de-
poni, vt in ſpecie d.Bullæ Gregorianæ Gratian.
diſcept.541. nu 16.
33 Sed etiam inſpecto Iure communi, l. acce-
ptam 19. C.de vſur. vbi ſignanter Salicet.nu.2
leg.obſignationi, vbi gloſ.& Bald. Cod.de ſolut.
Curt.Iun.conſ.28.ſub n.1. Iaſ.conſ 9.n.30.lib.1.
aſſerens, depoſitũ aliter factũ eſſe nullũ ipſo
Iure, Corn.conſ.262.nu.13.ad fin.lib.4. Valen-
zuol.conſ 67.nu.49. Gabr.conſ.57. nu.6. lib.1.
Lup. de vſur.comment.3.nu.205. Menoch.conſ.
364. nu.25. & de arbitrar.caſ.232.n.3. Cancer
var.par.3 cap 8.nu.17. Trentacinq.var.reſolut.
lib.3. tit.de depoſit.reſolut.22. ſub. nu.2. verſ.
tertio requiritur, Cyriac.controu.158 num.24.
Card.de Luca de dote diſc.51.nu.5. Ludouiſ. dec.
146.num.2.& dec.214 numer.1. Bich dec.383.
num.8. & 9. vbi, etiam ſi agatur de depoſito
34 conuentionali, & omiſſis generalibus in
præciſis terminis ſtatuti ſuper retractu, opti-
mè firmant Roland. conſ.63. num.29. & ſeq.
lib.1. Peregrin.conſ.75. numer.50. & ſeq. lib.
4. Gratian. cap.541. num.16. Bich. deciſ.283.
num.10.
35 Tum etiam, quia, cùm venditor obtule-
rit vendere cum augmento iuxtà formam
Bullæ mandantis, liberè eſſe ſoluendum di-
ctum augmentum pretii rei retrahendæ,
non potuit fieri depoſitum uincularum, quò
ad integrum pretium, ſed liberè erat facien-
dum, ſaltem reſpectu dicti augmenti, Bald.
in l.acceptam 19. num.14. ibique Caſtr.nu.12.
Cod.

Cod. de vſur. Bart. in l. ſi ſoluturus, num. 5. ibique *Caſtr. num. 2. ff. de ſolut. Iaſ. conſ. 9. nu. 15. circa med. Alex. conſ. 78. numer. 29. & ſeq lib. 5. Rain. conſ. 119. nu. 15. lib. 5. Foller. de cenſ. §. vt vides nu. 52. Neguſ. de pignor. part. 5. membr. 3. num. 10 verſ. tertiò quæritur, Gratian. diſcept. 795. n. 1. & ſeq. Giurb. deciſ. 87. nu. 1. Ludouiſ. dec. 505. n. 9.* ibique *Add. n. 11. Buratt. dec. 429. n. 1. et ſeq.* ibique *Add. nu. 6.*

ARGVMENTVM.

Statutum requirens in tetractu qualitatem cohærentiæ prædiorum non habet locum, quoties prædia interſecantur ex Riuo intermedio aquarum vndique confluentium, qui continuò perenniter fluat; Idque, etiam, ſi in aliqua anni parte areſcat, quoties concurrunt requiſita, ex quibus publici Iuris eſſe arguatur.

Ob viã publicã intermediã prædia nõ poſſunt dici inter ſe cohærentia, neque ſtare ad vnum terminum, prout in retractu requirit ſtatututum *Veliternum*, Ex quibus arguatur, viam eſſe publicam, Et, an id procedat, etiam in via vicinali.

Statutum concedens prælationem vicino, ſiue conſorti eſt intelligendum facta venditione extraneo; non autem alteri vicino, vt quantò minus fieri poſſit Ius commune incorrectum remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in emptione prędij eſt concedenda vicino habenti maiorem cohærentiam, & adjacentiam.*

Quid ſi æqualiter res iungatur, an ſorte dirimatur ibid.

2 *Idque, etiam procedit in terminis* Statuti Veliterni *conſideratis principaliter connexionem, contiguitatemque agrorum.*

3 *Cohærentia prædiorum excluditur, ſtante intermedio foueo, ſiue riuo aquarum vndique confluentium, quod, cum continuò perenniter fluat, dicitur publicum.*

4 *Foueum, quod eſt receptaculum omnium aquarum, nulla data opera manu factum, cum arboribus ingentibus, veteribuſque in eius ripa exiſtentibus, præſumitur publicum, idque etiam ſi in aliqua parte anni areſcat,* & num. 7.

5 *Contrarium aſſerendum, quando appareat, eſſe manufactum, & quòd reaptari, perfodique ſoleat expenſis Domini propè foueum prædia poſſidentis.*

6 *Per foueum, quoties non currunt perennes; ſed tantùmmodò pluuiales aquæ dicitur priuatum, & non impedit retractum.*

7 *Foueum aquarum, etiam ſi in aliqua parte anni areſcat; adhuc non deſinit eſſe publicum, concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra* nu. 4.

8 Nurſiæ teſtre Bartolo *adeſt flumen, quod ſeptem annis fluit, & ſeptem occultatur, nec tamen perdit nomen fluminis.*

9 *Riuus publicus non poteſt venire in venditione, neque à vicinis appropriari, quàmuis arbores in ripa exiſtentes in vicinorum commodum cedant.*

10 *Riuus fluens inter plures vicinos dicitur communis omnium ibidem prædia poſſidentium.*

11 *Aquæ, ne decurrant iuxta ſolitum, impedimentum præſtari nequit, factumque tolli debet.*

12 *Statuta concedentia retractum conſortibus, & vicinis potiſſimùm reſpiciunt vnitatem, cohærentiamque prædiorum.*

13 *Cohærentia ceſſat, exiſtente riuo, vel via publica intermedia.*

14 *Via publica ſeparationem inducit, impeditque cohærentiam.*

Secus aſſerendum in via vicinali.

Declara, vt num. 23.

15 *Enunciatiua confinium, quoties eſt incidenter prolata, & ad alium effectum, & principaliter contingit dubitari de veritate enunciati, non probat.*

16 *Enunciatiua æquiuoca non meretur attendi.*

17 Deciſiones Peniæ 1114. & 1157. *in quibus caſibus procedant.*

18 *De Statuto* Veliterno *concedente retractum conſorti, vel vicino in emptione rei, quę fuerit communis, vel quæ ſteterit ad vnum terminum.*

19 *Stante via intermedia, prædia non poſſunt dici cohærere, neque ſtare ad vnum terminum; ideòque non vindicat ſibi locum retractus ſtatutarius.*

20 *Non eſt locus retractui, deficientibus qualitatibus à ſtatuto requiſitis.*

21 *Via præſumitur publica.*

22 *Via dicitur publica, quoties habet initium à via publica, & conſulari, & terminat ad aliam viam publicam, ſolumque eſt publicum.*

Concurrentibus præcipuè aliis requiſitis, quòd vſui publico deſeruiat, & publicè per eam in cedatur eundo, & redeundo.

23 *Via vicinalis publici iuris eſſe dicitur; quotieſcumque memoria hominum non extat, illam fuiſſe confectam ex collatione agrorum priuatorum.*

24 *Ideòque excludit retractum ſtatutarium.*

Reprobatur Carpanus, & Viuius *contrariũ ſentientes.*

25 *Via non conſtituitur in eſſe iuris publici per latitudinem, ſed per concurſum requiſitorum, de quibus ſupra* num. 21. & ſeq. *& quanta debeat eſſe latitudo.*

26 *Via ex quolibet accidenti deuaſtata, licet viatoribus per fundum contiguum iter facere.*

27 *Præuentio prælationem tribuit vicino in materia retractus.*

28 *Ius retractus eſt indiuiduum, tamquàm contineus rem tradi.*

29 *Præuentio, ſiuè præoccupatio conuicini, in retrahendo non habet locum, quoties Iura inter plures vicinos non ſunt paria, cum ſemper ſit præferendus, qui habet ius potentius, & efficacius.*

30 *Præuentio in retractu, eò magis locum habet, fauore vicini coæquale ius habentis, quoties eſt petita aduerſario conuicino ſciente.*

31 *Multòq; magis, quando non verſamus in ſimpli-*

plici prꝑuentione, & verbali, ſed potiùs reali ſtante poſſeſſione rei à vicino empte iam capta.

32 *In pari gradu is præferendus, qui præuenit, & poſſeſſor exiſtimatur.*

33 *In pari cauſa meliori eſt conditio poſſidentis.*

34 *Statutum concedens prælationem vicino, ſiue conſorti, intelligendum eſt, facta venditione extraneo; non autem alteri vicino; ſeù conſorti.*

Idque ob eam rationem, vt quantòminus fieri poſſit, ius commune corrigat.

35 *In materia retractus eſt ſummopere deferendum ſententiæ* Reu. Cameræ.

36 *Similia ſtatuta derogant iuri communi reſpectu extraneorum, qui, exiſtentibus vicinis, à retractu repelluntur; ſed non in concurſu plurium vicinorũ.*

37 *Sententia Executoris in rebus Eccleſiæ alienari prhibitis non ſortitur effectum, niſi poſt obtentum beneplacitum.*

38 *Aſſenſus non retrotrahitur in preiudicium iuris tertio iam quæſiti.*

39 *Reconuentio in codẽ iudicio retractus eſt reijcienda, cũ ſit prꝑſumendũ id actũ ex ſola æmulatione.*

40 *Statuta ſuper retractu potiſſimùm fundantur in quadam congruentia, & æquitate.*

CAPVT CLXII.

INFIRMANDA omninò videtur ſententia, vtpotè iniuſta, tàm reſpectu abſolutionis Dominorum de Ginectis à retractu petito per Borgiam ſuper prædio eiſdẽ vẽdito à Druſilla, in cuius emptione ex infra firmandis erat omninò præferendus, quàm etiã reſpectu cõdãnationis eiuſdẽ ad patiẽdũ retractũ alterius prędij eidẽ uẽditi à Celijs.

Quò enim ad primam partem, ſatis manifeſtè, detegitur iniuſta ſententia denegans retractum Borgiæ ſuper fundo per aduerſarios empto à Druſilla; nam, cum ille, attenta confinium longitudine, longè maiori ſpatio cohęreat alteri fundo modiorum quinquaginta à noſtro principali poſſeſſo, quàm prædio aduerſariorum, prout ſatis liquidò inſpici poterit in delineatione, ſiue Typo iudiciali à teſtibus comprobato.

1 Hinc meritò, etiam in concurſu erat Borgię concedenda prælatio in emptione ratione maioris cohærentiæ, & adijacentiæ, tàm inſpecta diſpoſitione Iuris communis, *l. ſi qua cautionis, ff. fam. erciſ. l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit. hæreait.* ubi ratione maioris portionis debet res magis ſibi accreſcere, *Afflict. de Iur. prothomiſ. in princip. legis num. 44. verſ. item pone circa medium, verſ. alij poſſent dicere, Fab. de Anna. conſ. 47. nu. 19. 37. & 44. lib. 1. Ancharan. conſ. 300. poſt med. nu. 2. Napodan. ad conſuet.* Napolit. *tit. 17.* verbo *ex eorum parte num. 87.* ibi: *Videtur dandum ius congrui ei, qui pro maiori parte conſultus eſt, Carpan. ad ſtatut Mediolan. cap. 417. in* verbo *ſucceſſerint plures, nu. 558. & 560. & cap. 433. nu. 90. & 183. Mut. ad conſuet. Panormit. cap. 28. nu. 1. Maxill. ad conſuetud. Baren. tit. de Iure prothomiſ. §. ſi duo inter ſe nu. 8. fol. 65.* vbi quod ſi æqualiter res iungatur, ſorte dirimetur. *Rondell. eod. tract. in fin. in animaduerſ. ad cap. vltim. nu. 5. fol. 396. Gratian. diſcept. 742. n. 80. & ſeq. & cap. 745. nu. 18. de Luca ad Franch. dec. 550. nu. 4. verſ. ex capite maioris coniun-*

2 *ctionis*, quám etiam in terminis ſtatuti *Veliterni*, quod principaliter conſiderat connexitatem, contiguitatemque agrorum.

3 Prædicta verò omnia eò fortiùs abſque dubio procedunt, quia nullatenus poteſt dici, prædium venditum à Druſilla aduerſariis cohærere alteri fundo eorumdem vendito à Panotis, ſtante ingenti foueo, ſiue riuo publico aquarum vndique confluentium inter medio, quòd, cum continuò perenniter fluat, dicitur publicum, *l. 1. §. 1. ff. de fluminibus, l. nemo §. 1. ff. de rer. diuiſ. Cepoll. de ſeruitut. ruſticor. prædior. tit. de flumin. cap. 31. nu. 4. Schenard.* plurib. allegatis *cõſ. 74. n. 24. Veggius cõſ. 1. nu. 35. Altograd. conſ. 4. nu. 141. lib. 2. Aymus de alluuion. lib. 1. cap. 12. nu. 8. & ſeqq. Bertazzol. de clauſ. clauſ. 20. gloſ. 28. nu. 1. verſ. publicum eſt.*

4 Pręcipuè, quia eſt receptaculum omnium aquarum, nulla data opera manu factum, cum arboribus ingentibus, veteribuſque in eius Ripa exiſtentibus, quæ omnia publicitatem arguunt, prout eſt *text. in l. vnica, §. foſſa ff. vt in flum. public.* & in ſpecie *Rot. in recent. dec. 195. nu. 7. & ſeq. p. 8.* Quidquid ſit,

5 quando appareat, eſſe manu factum, quòdq; reaptari, perfodique ſoleat expenſis Domini propè foueũ prædia poſſidentis, in quibus terminis loquuntur auctoritates contrariæ.

6 Vel quoties per foueum non currunt perennes, ſed tantùmmodò pluuiales aquæ, quod innuit, foueum eſſe priuatum, iuxta ſententiam relatam à *Vlpiano in leg. 1. § fluminum, ff. de fluminib.* ac proindè vti talem non impedire retractum affirmant ex aduerſo allegati *Afflict. de Iur. prothomiſ. §. 9. nu. 12. circa med,* ibique *Rummus in addit.* *Mantua eod. tract. nu. 54. Rendell. de retractu in gloſ. via publica, nu. 3. verſ. ſed ſi Riuus priuatus, Ioann. de Amic. conſ. 1. nu. 27. & ſeqq. Riminald. Iun. conſ. 382. n. 50. Ninot. deciſ. 58. nu. 19. & ſeq.*

7 Idque, etiam ſi in aliqua parte anni areſcat; nam adhuc non deſinit eſſe publicum, *l. 1.* ibi: *Si tamen aliqua ætate exaruit, quod alioquin perenne fluebat; non ideò minus perenne eſt, ff. de flumin. Bart. in tract. de Alueo* ver-

8 bo *relicto.* vbi meminit de quodam flumine Nurſiæ, quod ſeptem annis fluit, & ſeptem occultatur, ſicque eueniſſe à tempore, cuius non extabat memoria, neque ob id perdere nomen fluminis, *Neguſ. qu. 285. & 465.* vtrobique *n. 8. Bero conſ. 130. ſub nu. 17. vol. 3. Cyriac. controu. 462. n. 17. et ſeq.*

Atque hinc etiam ſublatum omninó remanet obiectum de menſuratione dicti fouei facta in venditione, quia, quatenus de hoc ali-

Digitized by Google

qua adduceretur probatio in actis, quæ re-
uera non adeſt; adhuc probatum non rele-
9 uaret, quia admiſſo, quòd Riuus vti non
manufactus, & ex aliis rationibus ſupra ad-
ductis, ſit Iuris publici; non potuit venire
in venditione, neque à vicinis appropriari,
*l.2. §.hoc interdictum, ff. ne quid in loco pu-
blico*, ibi: *Hoc interdictum ad ea loca, quæ*
10 *ſunt in Fiſci patrimonio non puto pertinere*; in
his enim, neque facere quidquàm, neque
prohibere priuatus poteſt, quamuis arbores
in Ripa exiſtentes in vicinorum commodum
cedant, *Ripa in l quominus n.70. ff.de flumin.
Vegg.conſ.1.n.42.*

Vel quatenus (illæſa veritate) contenda-
tur, eſſe priuatum; cum tamen fluat inter
plures vicinos, dicitur commune omnium
ibidem proximè prædia poſſidentium, *l.adeò,
§.Inſulam, & §. quod ſi toto, ff.de acquir. rer.
Domin. leg.2. §. præterea.ff.de acq.pluu. arcēd.
Bart.in tract.Tiberiad.col.4. §.flumen. nu.3. ad
med.Bald.in cap.1. § ſi quis de manſo nu.8. in
fin. de controuerſ. inueſtitur. Grattan. diſcept.*
480.*nu.*2.

11 Hinc igitur eſt, vt, quemadmodùm, ne
aquæ decurrant iuxta ſolitum, impedimentū
per aduerſarios præſtare nequiret, factum-
que tolli deberet, *l.1. § Neratius, l.ſi tertius
6. §.efficium, l.quod Principis 23. § fin. ff.de
aqua pluu.arcen.l.Præſes, 6.l.ſi manifeſtè 7.C.
de ſeruit.et Aqu.leg.2.3. et 4. Cod.de aqueduct.
lib.11. l.2.* vbi *Bald & Salic. Cod.ad l.Aquil.
Iaſ.in l.quo minus 95.ff. de flumin.* latè *Burſat.
conſ.87. Rimiuald.Iun.conſ.86.Rimin.Sen.conſ.
76.num.15.lib.1. Pariſ.conſ.112.nu.39.lib.1.
Morotius.reſponſ.8. nu.22.Beron.conſ.139.num.
12. lib.3.* vbi remedia à Iure prodita aduer-
sùs mutantes aquarum curſum congerit *Cy-
riac.contron.179.nu.7. Arias de Meſa*, olim
in Neapolitana Accademia inſignis prece-
ptor meus, cui totum debeo, ſi quid for-
taſsè in legali diſciplina profecerim. *Variar.
lib.2.cap.49. nu.8.*

Meritò exiſtente dicto Riuo intermedio,
nullatenus poteſt conſiderari, vel vnitas, vel
prædiorum cohærentia, quam principaliter
12 reſpexit ſtatutum *Veliternum*, prout omnia
alia ſtatuta concedentia retractum conſorti-
bus, & vicinis, *Merlin.dec.437. nu.1. & ſeq.*
quæ omninò ceſſant, quoties extat Riuus,
13 vel uia publica intermedia, *Afflict.de Iure
prothomiſ. d. §.9. & fin.in princip.* cum alijs
proximè allegandis.

Neque poteſt deduci vicinitas ex alio præ-
dio permutato cum RR. Canonicis, ſtante
via publica intermedia excluſiua connexita-
tis prædiorum conſideratæ ab eodem ſtatuto
14 *Veliterno*; Idque etiam eſt conforme diſpo-
ſitioni Iuris communis, cum via publica ſe-
parationem inducat; & impediat cohæren-
tiam, *l.4. §.hoc.iudicium, & l.ſeq. ff.fin.re-
gun. Bald.in tract.de Iur.Prothomiſ. nu.2.verſ.
quod ſi via, Io.de Amic. conſ.1. nu.17. Afflict.
dec.62. & in eod. tract. de Iur. prothomiſ.§.
fin. in princip.* ibique *Rummus in add. prim.
notab.nu.18. Cepoll.de ſeruit. ruſtic. prædior.
cap.3 num.34. Viu. opin.830. Carpan. ad Sta-
tut.Mediolan. part.1. cap.104. num.1. & cap.
147.nu.481. Felic. allegat.4. nu.14. & alleg.
7.n.16. p.3. Cirocc.diſcept.29.nu.26.Card. de
Luca de ſeruitut.diſc.69.nu.1.* & in ſpecialibus
terminis ſtatuti *Veliterni, Ninot.d.dec.58. nu.*
25. Quidquid ſecus ſit aſſerendum ſi via ſit vi-
cinalis, *Bard.de temp.vtil. cap 6.nu.10.Card.
de Luca de ſeruit.diſc.69. nu.2. Menoch. conſil.
709.nu.15. Afflict.dec.62. Viu dec.488. nu.7.
Marlian.dec.64. Epiſc.Ricc.collect.2230. verſ.
item an via vicinalis.*

Nullatenus verò meretur attendi ad ex-
cluſionem dictæ viæ publicę intermediæ enū-
ciatiua emiſſa in particula inſtrumenti do-
talis Druſillæ, quòd prædium venditum ad-
uerſariis habeat pro confinibus res Cellii, &
Eccleſiæ Sancti Clementis, nulla facta men-
tione dictæ viæ intermediæ.

15 Si quidem, cum dicta enunciatiua confi-
nium ſit incidenter prolata, & ad alium ef-
fectum, & principaliter contingat dubitari
de veritate enunciati, vtique non probat
*Felin in cap per tuas num.12.de probat. Alex.
conſ.136.nu.11.lib.1.Aym.conſ 29. nu.3.Rota
in recent.dec.552. n.12.et dec.633 nu.18.p.4.
tom.3. et dec.279. nu.4. p.5. Bich.dec.382.nu.
12. Archiep.Roxas dec.327. nu.8.* & in ſpecie
enunciatiuæ confinium *Hieron. de Monte de
finib. cap.60. num.8. Rot. in recent. decij.279.
nu.4. p 5.*

Præterquàm, quòd ex dicta enunciatiua
confinium non excluditur via publica inter-
16 media, vel ſaltem enunciatiua redditur æ-
quiuoca, quæ non probat, *Rot. in recent.
dec.353.nu.98. p.5.* præcipuè ex oculari in-
ſpectione, apparente veritate in contrarium
ſuper exiſtentia eiuſdem viæ.

17 Hinc eſt, vt non faciant ad rem *deciſiones
Peniæ* 1114. & 1157. quæ rectè procederent,
quando venditio fieret alteri conſorti, vel
vicino; prout Nos alio in loco firmauimus.
ſecus verò, ceſſante ratione contiguitatis, &
cohærentiæ ex riuo, vel via intermedia; tunc
enim vigore ſtatuti omninò concedendum
ius retrahendi vicino, vel ſaltem præferen-
dus, ſtante maiori vicinitate ex allegatis.

Probata igitur ex prædictis iniuſtitia ſen-
tentiæ reſpectu prælationis noſtro principali
denegatæ in emptione prædii aduerſariis ve-
diti à Druſilla, reſultat etiam in neceſſariam
conſequentiam iniuſtitia reſpectu eiuſdem
ſententiæ concedentis retractum eiſdem ad-
uerſariis ſuper altero prædio empto per no-
ſtrum principalem à Celliis.

18 Si enim attendatur ſtatutum *Veliternum*

conce-

concedens retractum conſorti, vel vicino in emptione rei, vel quæ fuerit communis, uel diuiſa, uel quæ ſteterit ad unum terminum; utique prędictis qualitatibus à ſtatuto requiſitis ad retrahendum omninò carent aduerſarij; Suppoſita enim ex prædictis prælatione debita huic parti in emptione Terræ uenditæ aduerſariis à Druſilla; ceſſat, tàm qualitas ſtatuti circa communionem de præterito, quàm altera qualitas, quòd res uendita
19 ſteterit ad unum terminum, ſtante uia intermedia, quæ diuidit fundum permutatum cum RR. Canonicis ab alio empto per Borgiam, quo caſu cum prædia ſint interſecata, nullatenus dici poſſunt inter ſe cohærere, neque ſtare ad unum terminum, prout requirit ſtatutum; meritò non uindicat ſibi locum retractus ſtatutarius, ut in ſpecie *Afflict. de Iur. prothomiſ. § 9. in princip. Vrſill. ad eundem Afflict. dec. 62. nu. 1. Ioann. de Amic. conſ. 1. nu. 17. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 3. nu 34. Boer. dec.* 322. *nu.* 1. cum aliis ſuper allegatis *nu.* 14. Regulare enim eſt, ut non ſit
20 locus retractui uigore ſtatuti, deficientibus qualitatibus ab illo requiſitis, *Aym. in* 1. *reſp. pro Gener. nu.* 31. *&* 125. *M noch. conſ.* 75. *nu.* 14. *et ſeq. lib* 1. & in ſpecie *Tiraquell. de retract. lignag. § 8. gloſ. 7. nu. 1. Benedell de Iur. Prothomiſ. in Rubr. n. 27. Gall. obſeru. 19. n. 15. & ſequ. lib. 2. Coſt. de ration. rat. qu. 100. nu. 3. Gratian. cap. 742. num 65. et ſeqq. & cap. 752. nu. 42. Rot. in rec. dec. 17. nu. 26. et ſeqq. part. 4. tom. 2. repetita poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 308. nu. 17.*

Neque ſubſiſtit replicatio, quòd uia non ſit publica, ſed priuata, & uicinalis ad terminanda Paſcua.

21 Si quidem contrarium conuincitur, nedū, quia de Iure uia præſumitur publica, *l fin. ff. de loc. et itin. public. leg. 2. §. viæ vicinales ff ne quid in loc. public.* & utrobique *gloſ. Riminald. Sen. conſ.* 431. *num.* 22. *lib.* 3. *Maſcar. de probat. concluſ.* 1411. *per tot. Boſſ. de via public. num.* 2. *Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 3. de ſeruit. viæ num. 28. verſ. ſed contrarium, Nepit. ad conſuet. Catan. tit. 47. conſuet. vnic. nu. 12. verſ. & via, Capye. Latr. conſult. 64. numer. 24. verſ. tantò magis lib. 1. Conciol. in annot. ad ſtatut. Eugub. Rubr. 17. de pœna occupant. ſiue deuaſtant. vias. nu. 2. Cardin. Caualer. dec.* 632. *num.* 4. Sed etiam, quia plura concurrunt, quæ apertiſſimè demonſtrant, illam eſſe publicam.

22 Primò, quia ex concludentibus probationibus habitis, & ex oculari inſpectione ſatis ſuperque deprehenditur, illam habere initium á ſatis celebri uia publica Conſulari, & Baſilica, quę nuncupatur Appia, & nedum terminare ad Riuum publicum uulgò dictum *di lauri*, ſed ad aliam uiam publicam, quibus ſtantibus, indubitanter quoque aſſerendum, illam eſſe publicam, concurrentibus præcipuè aliis requiſitis, quòd uſui publico deſeruiat, publicèque per eam incedatur eundo, & redeundo, *leg. 2. §. viarum, ff. ne quid in loc. public. leg. fin. ff. de itin. actuque priuat. Rip. in l. quominus nu. 92. ff. de flumin. Rimin. Iun. d. conſ. 382. nu. 15. Bertazzol. conſil. crimin. 471. num. 7. Ladercb. conſ. 124. nu. 5. Menoch. conſ. 448. nu. 13. Becc. conſ. 15. numer. 2. Palm. conſ. 59. nu. 2. et 11. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 3. tit. de ſeruitut. viæ qu. 7. num. 18. et 37 Staiban. Iun. reſolut. 65. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Theodor. alleg. 42. nu. 3. Nouar. de grauaminibus vaſſall. ſuper Pragmat. 1. ne quid in loc. public. collectanea 1. num. 5. Paitell. expedition. 67. nu. 8. in annotat. Theſaur lib. 2. quæſt. for. 89. num. 4 Antunez de donat. part. 3. cap. 3. nu. 5. Ripoll. de Regal. cap 40. num. 9. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. nu. 22. Tondut. reſolut. ciuil. 60. num. 4. & ſeq. lib. 1. & reſolut. 133. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 24. nu. 3. et de Regal. diſc. 136. nu 4. Surd. dec. 42. nu. 3. et ſeq. Card. Caualer. d. dec. 631. nu. 5. Franch. dec. 142. n. 3.*

23 Secundò, quatenus ex aduerſo contendatur, uiam eſſe uicinalem, quod ex ſupra firmatis nullo prorſus Iure ſubſiſtit; adhuc publici Iuris eſſe dicitur; quotieſcumque, prout in præſentia, memoria hominum non extat, illam fuiſſe confectam ex collatione agrorum priuatorum, *leg. 2. §. vicinales*, ibi *gloſ.* verbo, *publicas, ff. ne quid in loco publico, leg. fin. in princip. ff. de locis, & itin. public. Maſcard. de probat. concluſ.* 1411. *nu. 1. Berou. conſ. 136. in princip. lib. 3. Capyc. Latr. d. conſult. 64. n. 19. et 25. lib. 1. Antunez de don. Reg. p. 3. cap. 3. n. 10. Surd. dec. 42. n. 15. Thor. in cōpend. dec. Regni* verbo *via uicinalis, tom.* 5. & in ſpecie ad excludendū retractum ſtatutarium *Vrſill. ad Afflict. dec. 62. num.* 1. ubi, quòd
24 ita ſit intelligenda dicta deciſio, *Nouar. ad Franch. dec. 392. verſ. et quando via*; quidquid in contrarium dixerit *Carpan. ad ſtatuta Mediolani cap. 433. numer. 34. Viu. communium opinionum concluſ. 830. num. 4. & ſeq. & deciſ. 488. num. 7.* qui non rectè reprehendit *Vrſill.* ita diſtinguentem, appellans eius ſpeculationem inutilem, & fruſtratoriam; cum potiùs ſit innixa apertiſſimis Iuribus ſupeiùs allegatis, in quibus firmatur, quòd uiæ uicinales, eatenus priuatæ; non autem publicæ cenſeantur, quatenus extet memoria, quòd ex adiacentibus priuatorum agris conflatæ fuerint; ſecus autem, ſi talis memoria non extet; cum tunc inter publicas numerandæ ueniant iuxta diſtinctionem, de qua ex Iuribus literalibus habetur apud *Afflict. de Iur. protomiſ. d. § 9.* rectèque aduertit *Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 69. nu. 3. verſ. & quamuis re uera*, aſſerens, quod *Vrſillus* benè fuerit loquutus intellectis Iuris principiis.

Digitized by Google

25 Neque alicuius momenti eſt ponderatio
ſuper anguſtia eiuſdem uiæ; Via enim non
conſtituitur in eſſe Iuris publici per latitudi-
nem, ſed per concurſum requiſitorum, de
quibus ſupra, alioquin in locis montuoſis,
vbi pernecesſè viæ ſunt anguſtiſſimæ, illæ
nunquam dicerentur publicæ, quod omni-
nò eſt abſurdum; ceſſatque difficultas, quia
latitudo viç controuerſæ habet in porrectum
pluſquàm octo pedes, & in anfractum pedes
ſexdecim, imó maiores, quod ſatis ſuperq;
ſufficit, l. viæ latitudo, ff. de ſeruit ruſtic. præ-
dio. Borrell. de præſtant. Reg. Cath. cap. 7. num. 4.
& 5. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. num. 6. Aenn.
Robert. lib. 4. ſent. cap. 4. Hertag. de Molend. qu.
43. nu. 42. Cuyac. lib. 22. obſeru. 35. Antunez
de donat. Reg. p. 3. cap. 3. n. 7. Vin. dec. 488. nu.
3. lib. 3.

Prout pariter non excluditur, viam, de
qua agitur, publici Iuris eſſe, ex quó non
ſemper procedat per lineam rectam, ſed ali-
quando inflectat, nam id euenire ex aquis,
aliiſque impedimentis, benè demonſtratur
26 in Planta; Idque etiam, lege permittente,
nam via ex quolibet accidenti deuaſtata, li-
cet viatoribus per fundum contiguum iter
facere ex aperta diſpoſitione text. in l. ſi locus
§. fin. ff. quemad. ſeruit. amitt. Bald. in l. per agrū
Cod. de ſeruit. & acq. Afflict. de Iur. Prothom.
§ 9. nu. 5. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. ca-
pit. 3. nu. 38. Natt. conſ 642. Purpurat. conſ. 377.
num. 31. Hermoſill. in l. 3. tit. 5. part. 5. gloſ. 1.
num. 21. Aulez. in cap. 17 Prætorum in gloſ.
Esten limpias nu. 18. Nouar. quæſt. forenſ. tom.
2. qu. 25. nu 12. et ſeq. Pauel. annot. 67. nu. 21.
& ſeqq. Vrſell. concluſ. legal. 77. n. 21. Brilla
ad conſuet. Neap. tit. de ſeruitut. cap. vnic. nu. 30.
Romaguera in addition. ad annotat. Conciol.
ad ſtatut. Eugub. Rubric. 56. de vijs public. n. 10.
Surd. dec. 42. num. 11. Franc. Marc. dec. 336. n. 1.
part. 1. & dec. 596. nu. 3. Boer. dec. 322. nu. 71.
Barz. dec. 56. nu. 14. & ſeq. Caualcan. deciſ. 3.
nu. 41.

Prædicta verò omnia eo libentiùs abſque
vlla prorsus controuerſia videntur ad-
mittenda, ſtante præuentione, & prçoccu-
patione noſtri principalis in emptione fundi
contigui alteri fundo ab eodem poſſeſſo, quç
27 præuentio prælationem tribuit conuicino in
materia retractus l. qui prior. & l. in his tri-
bus cum leg. leg. ff de Iudic. & in his terminis
Dec. in leg quoties 98 nu. 21. verſ. & ad iſtam,
ff de regul. Iur. Ign. in l. dudum nu. 28. verſ.
adde tamen vnum, Cod. de contrah. empt. Ruin.
conſ 76. num. 3 10. & ſeq. lib. 1. Alex. conſ. 27.
ibiq; Natta in addit. verbo dicta præoccupatio-
ni, Vermigliol. conſ. 414. num. 7. optimè præ
cæteris Fab. de Anna. conſ. 47. num. 36 lib. 1.
Caſtr. conſ. 221. num. 2. lib. 2. Roman. conſ. 4. lib.
1. Tiraquell. de retract ligniag. §. 10. gl 4. nu. 2.
& 4. Gratian. cap. 526. nu. 9. & cap. 745. nu. 7.
& cap. 742. n. 74. Muta ad conſuetud. Panorm.
cap. 27. num. 28. in fin. Caſſan. ad conſuet. Bur-
gnad. Rubr. 10. §. 1. a. 5. in fin. Card. de Luca de
ſeruit. diſc. 77. nu. 4. & diſc. 72. nu. 5. vbi in
ſpecie de ſtatuto Veliterno, Rummus in addit.
ad Afflict. de Iur prothomiſ. fol. 9. num. 4. &
ſeqq. optimè Franch. dec. 550. nu. 9. & ſeqq.
ibique Add.

28 Quorum omnium, ea eſt potiſſima ratio
ex Iuris deducta principijs, quia huiuſmodi
Ius retractus eſt indiuiduum, tanquàm con-
tinens rem tradi, l. ſtipulationes non diuidun-
tur, ff. de verb. oblig. latè Tiraquell. de retract.
ligniag. §. 23. gloſ. 1. & de retract. conuent. gl.
6. num. 36. ideòque cuilibet inſolidum acqui-
ritur, l. 2. ff. de verb. oblig. & per conſequens
eſt locus præoccupationi, leg. ſi pluribus in
fin. ff. de leg. 1. leg. 2. ff. de duob. reis, l. ſi rem, §.
ſi duo ff. de donat.

29 Nullatenus aduerſantibus contrariis;
quæ procedunt, quoties Iura non ſunt
paria, in, quo caſu non obſtante præuen-
tione, ſiue præoccupatione ſemper eſt
præferendus conuicinus, qui potentius,
& magis efficax ius habet, l. contra pupillum
§. qui, & maius, ff. de re iudicat. l. libertas, §. cū
ſimul, ff. ad municipal. Aretin. in leg. ſi pluribus
column. 4. in princip. verſ. ſequere ergo, ff. de
leg. 1. Roman. conſ. 47. num. 1. verſ tertiò hoc
oſtenditur, & in terminis retractus loquun-
tur ex aduerſo laudati Igneus in leg. dudum
num. 87. Cod. de contrah. empt. Dec. conſ. 619.
num. 7. Roland. conſ. 16. num. 40. lib. 3. Pariſ.
conſ. 81. num. 18. lib. 3. Afflict. de Iur. protho-
miſ. in princip. leg. num. 36. circa med. verſic.
& hoc non eſt ſine maxima ratione, ibique
Rummus in addit. ad vltim. notab. num. 3. fol.
89. in Neapolitana impreſſione, aliiſq; allega-
tis, Muta ad conſuetud. Panormit. cap. 28. à
nu. 21. vſque ad 38. Tiraquell. de retract. li-
gniag. §. 11 gloſ. 10. nu 2. in fin. Gratian. cap.
745. num. 15. & duobus ſeqq. Ciroc. diſcept. 29
num. 23. & ſeqq. Rot. diuerſ dec. 474. num. 14.
part. 1. & deciſ. 853. in fine part. 4. in recent.
dec. 17. num. 3. part. 4 tom. 2.

Ideòque proximè firmata non adaptantur
in themate, de quo eſt quæſtio, dum vtriuſq;
vicini Iura ſunt omninó paria, tàm reſpectu
prædiorum adiacentium, quàm etiam lati-
tudinis eorumdem, prout ſatis liquidò con-
ſtat ex Iudiciali Peritorum æſtimatione, in
quo caſu abſque dubio melior eſt conditio
vicini prçuenientis, ſeù præoccupantis ex ſu-
pra firmatis.

Præcipuè, quia eſt præuentum, nedum
cum iure coçquali, ſed etiam, aduerſario
conuicino ſciente, in quo caſu, eò magis eſt
locus præuentioni, prout ſingulariter Rot.
30 coram Verall. deciſ. 150. lib. 1. in manuſcri-
ptis, cuius ipſiſſima verba, cum non repe-
riatur adhuc impreſſa, liceat hic tranſcribe-
re:

re: *Prævenτio inter duos vicinos in emptione domus vicini habet locum, quando ambo ſunt æqualiter vicini. Item quando eſt præuentum alio ſciente, vt per Ruin. conſ.76.lib.1. Roman domus coram Guidobono 26.Octobris 1552.*

31 Multò magis, quia non verſamur in ſimplici præuentione verbali, ſed potiùs reali, ſtante emptione prędij adiacentis facta à noſtro principali conuicino, & coæquale Ius habente cum altero vicino, in quo caſu, ſtante poſſeſſione, eò magis eſt præferendus, prout firmat in his terminis pro veritate conſultus *Fab.de Anna conſ.47. numer.36. & ſeq. lib.1. et numer.42.* vbi, quod nulla maior potuit eſſe præoccupatio, quàm illa, quę ex facto fit, & ex poſſeſſione naſcitur, & in eadem cauſa egregiè *Franch. dec.550. num. 12. & ſeqq.* ibique *de Luca num.4. verſ. præuentio eſt duplex*, idemque *Franch. numer.10. in fin. verſ quidquid tamen, & ſeq.* diſtinguit caſum, quando plures vicini vindicant, ſeù retrahunt à tertio, qui emit, & in re nullum habet ius, neque proximitatis, neque vicinitatis, ab altero caſu, quando, prout in præſentia, vicinus æquale ius habens agit contra alterum vicinum præoccupantem, & poſſidentem, qui pariter æquale ius habet; tunc enim poſſeſſor conuentus eſt præferendus, *l.ſi debitor ff. de pignor.*

32 Regulare enim eſt, vt in pari gradu is, præferendus ſit, qui præuenit, & poſſeſſor exiſtimatur, *leg. ſi duo §. fin. ff. vti poſſidetis, leg.1. in fin. eod.tit. Bald. in l.neganda. Cod. qui accuſari non poſſunt, Coraſ. in repetit. §. nihil commune in princip. num.17. verſ. & nempè,*
33 *ff. de acquir. poſſeſſ.* & in pari caſu melior ſit conditio poſſidentis, *leg. in pari ff. de regul. Iur.* latè *Coraſ.* loco proximè laudato; & quemadmodùm attenditur præoccupatio per ſolam litis conteſtationem, quando duo aduersùs extraneum emptorem agunt; tanto magis erit conſideranda poſſeſſionis occupatio reſpectu eiuſdem emptoris vicini retinentis, & excipientis, & ſimiliter in poſſeſſione exiſtentis, quando contra ipſum alter vicinus pro æquali eius portione vult congruum exercere, prout optimè ratiocinatur *Fab. de Anna. d. Conſ.47. num.36. & ſeq. & num.42. lib.1. Franch. dict. dec.550. num.22. & ſeqq.*

Multóque fortiùs, & hoc potiſſimùm aduertendum rogo, quia, ſtante venditione facta per Cellios noſtro principali conuicino ratione contigui fundi per ipſum poſſeſſi, ſtatutum *Veliternum* non vindicat ſibi locum,
34 quod, vt quantò minus fieri poſſit, lædat Ius commune, ab eoque interpretationem paſſiuam recipiat, *leg.2. ff. de noxalib. l.quamuis, ff. de in ius vocand. Surd. conſ.4. nu.49. & conſ. 45. num.33. lib.1.* intelligendum eſt, vt concedat vicino, ſeù conſorti retractum facta venditione extraneo; non autem alteri vicino, ſeù conſorti, prout in ſpecie firmant *Decian. conſ.15. num.16. verſ. tertiò ſtatutum, lib.4. Fab. de Anna d. conſ.47. num.44. lib.2. Vermigliol. conſ.414. num.7. & 8. Gratian. cap. 752. nu.43. & ſeq.* vbi allegat *Rotæ deciſionem Verall. deciſ.77. part.1.* & hanc ſententiam perpetuò Tribunal Reuerendæ Cameræ eſt amplexum, teſte *Rot. dec.308. num. 17. poſt Cenc. de Cenſ.* cui in huiuſmodi materiis retractus eſt ſummoperè deferendum,
35 vtpotè in eodem Tribunali Cameræ frequentiſſimè diſputari contingentibus in Romana retractus, ſeù Iuris congrui coram *Maluaſia*, de qua meminit *Vermigliol. d. conſ.414. num.7. et 8.* & in *Romana prætenſi retractus 16. Ianuar. 1609. coram Sanuitale*, rectèque conferunt deducta per *Antharan. conſ.871. num.2.* vbi, quòd per ſimilia ſta-
36 tuta cēſeatur derogatum Iuri communi reſpectu extraneorum, quæ, exiſtentibus vicinis ſint á retractu repelluntur, ſed non intelligenda procedere etiam in concurſu plurium vicinorum, quem ſequitur *Penia dec.1124. & 1157.* vbi in ſimili, quòd retractus conceſſus conſorti non habeat locum, quando venditio eſt facta alteri conſorti.

Præcipuè, quia permutatio cum Reuerendo Capitulo Sancti Clementis legitur facta vigore ſententiæ latæ per Exequutorem ſub die 10. Aprilis 1658. longè poſt venditionem
37 fundi factam noſtro principali, ſuper quo ex aduerſo fuit motum iudicium retractus, ideóque non dicitur ſortita effectum; niſi poſt obtentum beneplacitum, & ante illius expeditionem retractus nullo Iure competere poterat, *Tiraq. de retract. lignag. §.1. gl. 10. nu.47. & de retract. conuent. §.2. gloſ. vnic. nu.16. & ſeqq. Socein. conſ.76. lib.1. nu.7. add. ad Buratt. dec 937. n.14. & ſeq. Card. Millin. dec.446. nu.14. & ſeq.*

38 Neque aſſenſus Apoſtolicus poterat retrotrahi ad tempus factæ permutationis in pręiudicium Iuris præuentiui noſtro principali competentis, *Bart. in l. inſtar. nu.18 Cod. de Iur. fiſc. lib.10. Bald. in l. obſeruare, § poſt hæc. n.9. ff. de offic. Proconſul. Iſern. in cap. Imperialem in fin. princip. de prohib. feud. alien. per Federic. Pariſ. de Put. de reintegrat. feud. cap.270. nu.4. & 5. & 271. & 273. Afflict. in Conſtit. diuæ memoriæ num.48. Frecc. de ſubfeud. in comment. eiuſd. conſtitutionis num.86. et ſub titutulo de Aſſenſ. lib.2. quæſt.30. per tot. Lanar. conſ.73 num.16. Franc. de Amic. in repetit. tit. de his qui in feud. dar. poſſ. §.17. ſed quia in hypotheca, fol.21. Larath. in theatr. feudal. part. 8. dilucidat.60. Carleual. de Iudic. tom.2. lib. 1. tit.3. diſp.23. nu.18. Ioann. Franc. de Ponte conſ.25. num.9. lib.2. & de aſſenſ. Reg. ſuper dotibus tit.6. §.1. numer.22. & ſeq. Rouit. in pragmat.1. de fide memorial. nu.18. Salgad. in labyr.*

Digitized by Google

labyr. credit. part.2. cap.20. num.34. & ſeq. & num.56. Rocch. reſponſ.53. num.2. & ſeqq. lib.1. Afflict.dec.286. Franch.dec.86. num.3. & 4. ibique *de Luca num.2. Comitol. dec.54. num.23. Ludouiſ.dec.233. n. 2.*

Tandem, cum Borgia præuenerit petendo retractum contra aduerſarios, reiicienda erat reconuentio in eodem iudicio retractus ab eiſdem facta, cum ſit præſumendum id
39 actum ex ſola æmulatione, & ad excludendum noſtrum principalem à retractu petito, *l. qui luminibus §.fin.ff.de ſeruitut. vrban.prædior. Alex.conſ.174. num.4. ad fin. lib.2. Cephal.conſ.130. nu.15. Honded.conſ.8. num.8. Gratian.cap.745. num.39. Merlin.dec.437 nu. 32. & ſeq.* ſignanter, cum fundi ex aduerſo poſſeſſi ſint ampliſſimi, neque vlteriori indigeant latitudine, prout re vera indiget noſter principalis, quo caſu præferendus: ſtante maiori indigentia, cum huiuſmodi
40 ſtatuta ſuper retractibus ſint potiſſimùm fundata in quadam congruentia, & æquitate, *Merlin. d. deciſ.437. nu.19. & 30.*

ARGVMENTVM.

Conſtitutio *Gregoriana* ſuper retractu potiſſimùm *in*itur cuidam congruentiæ, & æquitati; ideòque debet intelligi de ornatu, ac decore congruo, & proportionato cadente, tàm in domo propria retrahentis, quàm retrahenda; ità vt ex vtriuſque domus collatione vnicum inſigne ædificium conſtruatur, Nullatenus attento ornatu in interioribus partibus ędificij, ſed ſolùmmodò in exterioribus faciendo.

Retractum Statutarium non habere locum in venditione facta ſub haſta, tàm inſpecta Conſtitutione *Gregoriana*, quàm Iuris communis diſpoſitione, pluribus comprobatur, Reprobata contraria ſententia.

Explicatur Conſtitutio Imperatorum *Honorij, & Theodoſij in l. Mæniana* t 1. *Cod. de ædific. priuat.* mandans, dimitti ſpatium decem pedum inter ædificia priuata.

Pariete communi, an ſit permiſſum ſocio vti ad ędificandum, etiam ſi luminibus alterius conſocij officiat; Et ex quibus paries ſit præſumendus communis, Et an, probata communione parietis in parte inferiori, pernecesſè reſultet; quòd totus paries cenſeri debeat etiam communis.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt locus retractui ſtatutario, deficientibus qualitatibus à ſtatuto præſcriptis.*

2 *Vtraque domus tàm retrahens, quàm retrahenda, quoties habet congruum ornatum, non eſt locus retractui coactiuo vigore* Bullæ Gregorianæ.

3 Gregoriana *potiſſimùm innitur cuidam congruentiæ, & æquitati; ideòque debet intelligi de ornatu, & decore congruo, & proportionato.*

Idque, etiam procedit conformãdo ſe cum diſpoſitione Iuris communis, à quo fuerunt damnatæ immoderatæ, captioſęque ædificationes. ibid.

4 *Maior ornatus, quoties non eſt neceſſarius, cenſetur oblatus ad æmulationem, cui Bullam nullo modo fauere voluiſſe dicendum eſt.*

5 *Nullum in Vrbe eſt ædificium adeò eleganti forma constructum, quin eius ornatus ab operoſo ingenio, induſtriaque animoſi Architecti augeri poſſit.*

6 *Attenta* Bulla Gregoriana, *ædificium futurum cadere debet, tàm in domo propria retrahentis, quàm vicini.*

Bulla ideò induxit retractum, vt ex vtriuſque domus collatione vnicum inſigne ædificium conſtruatur.

7 Gregoriana *requirit cohærentiam ab vtroque latere ædificij retrahentis cum retrahendo.*

8 *Paries dicitur perfectè completus, non relictis dentibus, ſiù lapidibus proiectitijs.*

9 *Domuncula, quoties non eſt ſolita alteri locari, habetque aditum ſeparatum, dici debet membrum diſtinctum ab altera domo magna eidem contigua.*

10 *Aemulatio præſumitur in ædificare volente, quoties maior eſt impenſa, quàm fructus.*

11 *Circumſtantiæ diligenter penſandæ, prudentis Iudicis arbitrio, pro æmulatione arguenda.*

12 Gregoriana *non attendit ornatum in interioribus partibus ædificij; ſed ſolùmmodò in exterioribus faciendum.*

De celebri conſ. Aldobrandini *paſſim in huiuſmodi materia recepto per* Cameram, & Rotam.

13 *Integrum ædificium; non autem pars retrahi debet, vt ſit locus retractui ſtatutario.*

Regulariter quis compelli non valet ad vendẽdam partem rei.

14 *Contraria concluſio procedit, quando domus ſunt ſeparatæ, & diuerſæ, quarum vna ab altera nullam prorsùs habet dependentiam.*

Quid aſſerendum fauore Eccleſiæ in terminis priuilegij competentis vigore l.ſi quis ſepulcrum, ff.de relig.& ſumpt.ſuner.

15 *Iuri congrui dicitur renunciatum, ſtante declaratione vicini volentis in emptione præferri.*

Multòque magis, ſtante cõceſſione appodij ibid.

Ideòque ad Ius retractus renunciatum non datur regreſſus ibid.

Præſertim, quando res non eſt ampliùs integra Ibid.

An, ex verbis extraiudicialiter prolatis inter partes dicatur renunciatum Iuri retrahendi ibid.

16 *Retractus ſtatutarius non habet locum in re vendita ſub haſta.*

17 *Id-*

17 *Idque, etiam procedit in terminis* Gregorianæ *loquentis de Domino volente ſua ſpontè vendere, atque adeò excludente venditionem ſub haſta, quæ dicitur omninò neceſſaria,* & num.ſeqq.

18 *Verbum* ſpontè *indicat puram, liberamque voluntatem.*

19 *Spontè fieri dicitur, quod fit motu proprio, & liberè, & ad nullius petitionem.*

20 *Præcipuè, quando lex cogit, & arctat vltra requiſitionem.*

21 *Quando non poteſt recuſari, quod petitur, non dicitur ſpontè factum,*

22 *Voluntariũ regulariter dicitur, quod fit ex Iudicis, vel legis diſpoſitione.*

23 *Voluntarius actus non dicitur, quando fit ab eo, qui poterat compelli, cum paria ſint, aliquid fieri coactè, vel timore coactionis.*

Et ſi voluntarium dicitur, erit cauſatiuè, & non præciſè ibid.

24 *Voluntas coacta, licet ſit voluntas; non tamen poteſt dici ſpontanea, & libera, ſed potiùs qualificata, & impropria, & ſecundùm quid.*

25 *Voluntarium minus eſt, quàm ſpontaneum.*

Ideòq; confitens per torturam non poteſt dici ſpontè confeſſus, & tamen non poteſt dici voluntariè fateri ibid.

26 *Si per ſtatutum requiratur aliquod fieri vltrò, ſeù ſpontè, conſtituendo præmium, non conſequetur illud, qui coactus, vel ex officio fecerit, vt Index, vel ſimilis.*

27 *Referuntur nonnullæ reſolutiones Camerales comprobantes, in venditione ſub haſta non habere locum retractum vigore* Gregorianæ *competentem.*

28 *Reprobantur Authores contrarium affirmãtes.*

29 *Deciſio* Franch. 482. *loquitur in caſu ſatis diuerſo laudemij.*

Deciſio eiuſdem Franch. 588. *incidenter firmat contrarium in Iure congrui, neque meretur attendi* ibid.

30 *Deciſio* Ludouiſ. 193. *percutit caſũ particularem ſuper retractu competente creditori cenſuario in fundo cenſito ex* Bulla Piana.

Affertur ratio diſcriminis inter vnum, alterumque caſum, ibid.

31 *Referuntur duo potiſſimùm fundamenta, quibus innititur ſententia affirmans, retractum ſtatutarium non procedere in venditione ſub haſta,* & num ſeqq.

32 *Alterũ, quia liber, ac publicus vnicuique patet aditus licitandi; atque adeò rem conſequendi per aliã viam, quàm retractus.*

33 *Alterum verò fauore publici commercij, vt, ſcilicèt, ſub fide publica haſtæ fiſcalis emptores tuti reddantur.*

34 *Ponderatio contrariæ ſẽtetiæ, quòd venditio ſub haſta, vtpotè ortum habens ex voluntaria debitoris obligatione, dicatur actus merè voluntarius, non procedit in terminis* Gregorianæ *loquentis de voluntaria, ſpontaneaque venditione.*

35 *Vnicuique licet in ſolo proprio ædificare, altiùſque tollere, etiam ſi luminibus vicini officiatur, feneſtræque claudantur.*

36 *De ſpatio duorum pedum relinquendo iuxta domũ vicini menſurando à loco, vbi cadit ſtillicidiũ.*

Expenditur tex. in l.fin.ff.fin. regundor.

37 *Reprobatur* Ludouic. Bellus, *aſſerens, dictos duos pedes menſurandos eſſe à pariete, & non à loco, vbi cadit ſtillicidium.*

38 *Explicatur* text. in l.Mæniana 11. Cod. de ædific. priuat. *mandans, dimitti ſpatium decem pedum inter ædificia priuata,* & num. ſeqq.

39 *Eiuſdem legis diſpoſitio hodiernis temporibus non ſeruatur, iuxtà ſententiam* Gloſ. & Odofredi.

40 *Eundem* text. *loqui de ſolis* Mænianis, *& in eis tantùm locum habere, nonnulli affirmant.*

41 *Diſpoſitionem eiuſdem lege tantùmmodò comprehendere ædificia extra Italiam conſtructa, ſecus in Italia, aſſerit* Baldus.

42 *Spatium duorum pedum eſt ſolùmmodò relinquendum, vbi quis ædificat in confinio ſoli alterius; ſecus verò, ſi conſtruat iuxta communem parietem.*

43 Pariete *communi permiſſum eſt ſocio vti ad ædificandum, non ſolùm, attento ſtatuto Vrbis* lib.1.cap.107.

44 *Sed etiam, inſpecto iure communi, quàmuis lumina obſcurentur, feneſtræque claudantur.*

45 *Præcipuè, quando alter ſocius poteſt aliundè lumen habere; atque adeò vtrique parti valet eſſe conſultum.*

46 *Quamuis, etiam aliquod modicum præiudiciũ ex huiuſmodi eleuatione ſequeretur.*

47 *Sufficit, quòd quoquo modo lumen haberi poſſit, etiam per foramen.*

48 *Paries dicitur communis ex atteſtatione Peritorum, quibus in hac materia eſt omninò deferendum.*

49 *Prout, etiam ex veſtigio coronidis apparentis in inferiori parte muri, & ex antiquis foraminibus in forma angulari exiſtentibus.*

50 *Idque, etiam ſi totum murum non penetrent.*

51 *Tigna infixa muro manifeſtum præbent inditiũ, illum eſſe communem.*

52 *Paries exiſtens in confinio vtriuſque domus vtramque claudens, & coniungens, dicitur communis.*

53 *Socio licet aperire feneſtram in muro communi, dum conſocio non nocet.*

Contraria procedunt, dato aliquo præiudicio, & in quibus illud conſiſtat.

Declarãtur iura in l.eos, & in l.quidam Hyberus, ff. de ſeruit. vrban. prædior.

54 *Præuentio ſocij in aperiendo feneſtras in muro communi, vti merè facultatiua, non tollit, quin poſſit alter ſocius vti muro communi, appodiando ſuam fabricam.*

55 *Probata communione parietis in parte inferiori, per neceſſè reſultat, quòd totus paries cenſeri debeat etiam communis.*

Reprobatur Granimatic. conſ. ciuil. 164. num.9. *contrarium ſentiens.*

55 *Stantibus ſignis communionem arguentibus in parte inferiori parietis, is, qui ſuper pariete communi ædificat, facit eundem nouiter eleuatum communem, etiam ſi non ſoluat pretium ſuæ partis.*

57 *Vel in omnem caſum eſt in poteſtate vicini, vt faciat ſibi totum parietem communem, ſoluta parte illius partis ſuperioris, adhuc non communis, etiam feneſtras obſcurando.*

58 *Aemulatio in dubio non præſumitur.*

59 Ex-

59 *Excluditur, quoties manifeſtè conſtat de*
maxima vtilitate ædificare volentis, quinimò
de præciſa neceſſitate pro fabrica idm incepta
perficienda.

CAPVT CLXIII.

CONFIRMANDA eſt ſententia Viarum
Prȩſidis reuocatoria alterius ſenten-
tiæ obtentæ à Camerario, Viarumq;
Magiſtris.

Siquidem nullo Iure competit Burattis
prætenſus retractus coactiuus vigore *Bullæ*
S.M. Gregorij XIII. de Iur.congr.22. in ordine
in nouo Bullario, deficientibus requiſitis co-
pulatiuè neceſſarijs ad illum obtinendum ab
eadem Bulla præſcriptis in §.6. ſine quibus
1 Vicinus non admittitur ad retrahendum,
leg.ſi.hæredi plures, ff.de hæred.inſtit.Bart.in l.
1. §. quod autem ff. ne quid in loco publico,
Bald.in l.ſi quis non dicam rapere nu.2. Cod.de
Epiſc. & Cleric. Alex.conſ.88. nu.2.lib.4.Dec.
conſ.125. num.6. Honded.*conſ.3.num.7. lib.2.*
Surd.conſ.45. nu.14. Gratian.cap.617. num.1.
& cap.769. num.61. & in ſpecie ſtatuti ſuper
retractu *Tiraquell.de retract.ligniag.§.8.gl.7.*
num.1. & ſeq.Gratian.diſcept.752. nu.7. Gaill.
obſer.19.num.15. & ſeq. lib.2. Coſta de ration.
rat.qu.100.nu.3.Benedell.de Iur.Prothomiſ.in
rub.num.27. & in terminis qualitatum á *Gre-*
goriana conſtitutione præſcriptarum *Gratian.*
cap.745. num.45. & ſeq.et cap.752. num.27.
*& 29. Rot.*poſt *Cenc.de cenſ.dec.308. nu.17.*

2 Deficit enim primum requiſitum, quia
vtraque domus, tàm retrahens, quàm retra-
henda habet congruum ornatum, prout be-
nè innotuit in Iudiciali acceſſu; ideòque non
eſt locus retractui coactiuo; quia, cum Bulla
3 potiſſimùm innitatur cuidam congruentiæ,
& æquitati, *leg. congruit, Cod. de locat.*
prædior. ciuil. lib.11. & in terminis *Gre-*
gorianæ Rot. in recent. decíſ.243. num.18.par.
5. repetita coram *Merlin.dec.386.n.17.& ſeq.*
aſſerẽs, quòd hinc ius cõgrui appellatum ſit,
debet intelligi de ornatu, decoreque con-
gruo, & proportionato pro qualitate do-
mus, non autem de quacumque immode-
rata, aut captioſa ædificatione, quàm pro-
hibuit *Iuriſconſultus in l.ex damni, ff.de damn.*
infect. & in leg.1. Cod. de ædific. priuat. vbi
huiuſmodi non conſentanea luxuria damna-
tur *Gratian. in canon. pulcra 86. diſt. Lucas*
de Penna in l.2. num.10. Cod.de prædijs et om-
nibus, etcæt. lib.10. Briſſon.ſelect.antiq. lib.1.
cap.1. Merlin.dec.437. num.30.& 33. qui or-
natus ſatis apparet in iſtis domibus pro ea-
rum dignitate decenter, quòad proſpectum
4 ornatis, vndè maior ornatus cenſetur ex ad-
uerſo oblatus ad æmulationem, cui Bullam
nullo modo fauere voluiſſe eſt dicendum ex
traditis per *Bero.conſ.135.num.3.lib.3.Cephal*
conſ.130.nu.15. lib.1.Menoch. de arbitr. Iud.
caſ.156. nu.3. & ſeqq. Cepoll.*de ſeruitut.vrban*
præd. cap.39.de ſolo, ſeù Area num.3. verſ.
idem fortè, Honded.*conſ.80.num.7. lib.1.Bur-*
ſatt.conſ.57. numer.14. & ſeqq. Duenn.regul.
33. uerbo *ædificare fallent 7.* & in terminis
dictæ *Bullæ Gregorianæ Gratian. cap.745.*
num.32. & ſeqq. & num.39. Rot.diuerſ. decíſ.
475. num.9.part.1. Merlin.dec.437. nu.32. &
ſeq. nam alioquin daretur proceſſus in infini-
tum, cum nullum in Vrbe ædificium ſit adeò
5 eleganti forma conſtructum, quin eius or-
natus ab operoſo ingenio, induſtriaque ani-
moſi Architecti augeri poſſit, vt inquit ele-
ganter *Imperator in l.in his ad fin. C.de præd.*
& omn reb.nauicular.lib.11. prout benè in
ſpecie *Gregorianæ* aduertit *Merlin. dict. decíſ.*
437 nu.35.

6 Præcipuè, quia ſtante prædicto condecen-
ti ornatu ædificium, quod ex aduerſo fieri
contenditur, cadit tantùmmodò ſuper do-
mo retrahenda Radii, & nihilòminùs, atten-
ta eadem Bulla in §.6. neceſsè eſt, quòd ædi-
ficium futurum ſit, tàm in domo propria re-
trahentis, quàm vicini; *Gregoriana* enim re-
ſpexit ad congruum Vrbis ornatum; ideòque
indulſit retractum, vt ædificare volentes ex
vtriuſque domus collatione vnicum con-
ſtruant inſigne ȩdificium, cui vnaquæque
domus de per ſe non eſſet ſufficiens, *Bard.de*
Iur.prothomiſ.§.3.nu.2. & 4. verſ. vnde lex,
& in ſpecie *Gregorianæ* poſt celebre *conſ. Al-*
dobrandin.Merlin.d.dec.437.nu.12.verſ.quar-
tò, vt ædificium cadat, & numer.13. & ſeqq.
Card.de Luca de ſeruit.diſc.79.n.2.

Minùs etiam concurrit alterum requiſitũ,
cohærentiæ, ſcilicet, ex duobus lateribus,
cum domus aduerſariorum ex vna tantùm
parte cohæreat domui Radii, neque pro alio
neceſſario confine inſeruire poſſit cohæren-
tia cuiuſdam domunculæ emptæ ab Aduerſa-
riis à parte poſteriori poſt litem iam motam
ſuper retractu; Tum quia, cum Bulla requi-
7 rat cohærentiam ab vtroque latere ædificii
retrahentis eum retrahendo, *Merlin dec.465.*
nu.2. in princ. verſ. imò ſi ædificium, perne-
ceſsè ſupponit, vnicum eſse ȩdificium re-
trahens ex vtroque latere cohærens, quod
non poteſt dici in prȩſentia, dum prædicta
domuncula nullatenus fuit empta animo il-
lam incorporandi cum domo magna Aduer-
ſariorum, cuius murus lateralis apparet per-
8 fectè completus, non relictis lapidibus pro-
iectitiis, quòd eſt ſignum apertè excluſiuum
cuiuslibet prætenſæ incorporationis, & col-
ligationis, vt in ſpecie *Honded.conſ.80.nu.33.*
& ſeq.lib.1.Corn.conſ.90. nu.14.lib.2.Tondut.
lib.1.qu.Ciuil.cap.88.nu.38.

9 Potiſſimùm, quia, neque etiam prædicta
domuncula ex deſtinatione patris familias
inſeruit pro vſu domus magnæ; ſed eſt ſolita
aliis locari, habetque aditum ſeparatum, quo
caſu

Digitized by Google

caſu dicitur membrum diſtinctum, *leg.ſi quis duas, §.ſi quis partem*, ibique *Caſtrenſ. in vlt. verbis ff. commun. præd.* Crauett.*conſ.234.n.2. Pariſ.conſ.80.nu.19. lib.2. Mandel. conſ.316. nu.2.Giouagn.conſ.33.nu.22.lib.1.Surd.conſil. 107.nu.12.Rot.Bonon.diuerſ.dec.67.nu.13.Borgnin.dec.19.nu.52.& 54.p.5. Merlin.dec.386. nu.2. & ſeq.* repetita *in rec. d.dec.243.n.27.et ſeq.p.5.Card.Ottobon.dec.62.nu.5.*

Tum etiam, quia ex lodia conſtructa ſuper dicta domuncula non ſine ingenti impenſa, non ſolùm excluſa remanet voluntas incorporandi; ſed manifeſtè emergit animus æmulandi, ſi aduerſarii vellent in præſentia
10 prædictam lodiã deſtruere, cum maior eſſet impenſa, quàm fructus, *l.mediterraneæ, Cod. de annon.et tribut.lib.10. l.qui fluminibus,§ fin. ff.de ſeruitut.vrban.prædior. Caſtr.in l.flumin. §.fin.ff.de flumin.Ripa in l. quominus num.29. eod.tit. Felin.in cap.nonnulli col.1. de reſcript. Alex.conſ.174.nu.4. ad fin.lib.2. Cephal. conſ. 130. num.5. Burſatt.conſ.57. nu.17. Honded. conſ.80.n.80.lib.1. Grat. cap.745.n.39.Sixtin. de regal lib.2. cap.3. num 83. & ſeq. Gren.ad Gaill. obſeru.89. nu.9. lib.2.Epiſc. Sperell.dec. 55. num.33. Merlin. d. deciſ.437. numer.32.et ſeq.*

11 Huiuſmodi verò æmulatio clarior redditur, dum ab aduerſariis fuit motum iudiciũ ſuper retractu coactiuo immediatè, poſtquàm Radius, ipſis contradicentibus, obtinuerat à Magiſtris viarum facultatem proſequendi fabricam iam incæptam in partibus interioribus ſuæ domus, ex cuius proſequutione timebant, poſſe auferri libertatem introſpiciendi ex eorum feneſtris domum Radii; ideòque, attentis huiuſmodi circumſtantiis, & coniecturis, prudentis Iudicis arbitrio diligenter penſandis pro æmulatione arguẽda, *Cepoll.de ſeruitut.vrban.præd. cap.62 ſub num.2. verſ.puto tamen, Menoch. de arbitrar. lib.2.cent.2.caſu 156. ante fin.Maſcard.de probat.concl.620. Epiſc.Sperell.d.dec.55.num.36. Rot.diuerſ.dec.475. ſub num.9.p.4.& in rec. dec.611.num.21.p.5. tom.2.* ſatis incontrouertibile redditur, quòd iudicium prætenſi retractus coactiui fomentum á manifeſta æmulatione recipiat, quod non videtur permittendum.

12 Prædictis verò omnibus duo potiſſimùm accedant pro excluſione prætenſi retractus; Alterum, quòd, cum Radius in vim *Bullæ Gregorianæ* duas domus vniuerit, efficiendo vnicum ædificium, cum proſpectu ſatis congruo, elegantique facie expoſita, ad quod potiſſimùm eadem Bulla reſpexit, quæ noluit attendere ea, quæ fiunt à retrahentibus in partibus interioribus domus, iuxtà celebre *conſ.Aldobrand.impreſſum per Rub.ſingul.tom. 2. part.3.* paſſim receptum per Cameram, & Rotam, vt teſtantur *Gratian.cap.947.n.12. 13. & 16. Card.de Luca de ſeruitut. diſc.100. num.12. in ſupplemento part.2. Rot.in recent.d. dec.243. nu.42. in fin. et ſeq.par.5. Merlin. d. dec.437. num.10. & ſeqq. & deciſ.386.nu.42.*

Hinc reſultat, vt, ſtante prædicta incorporatione duarum domorum, cum vniformi ſtructura in via publica expoſita, nullatenus ſit permiſſum Aduerſariis vnam ex prædictis domibus retrahere, ſed quatenus, illæſa veritate, poſſet eſſe locus retractui, quod, ex allegatis, nullo prorſus Iure ſubſiſtit, inte-
13 grum ædificium eſſet retrahendum, prout in ſpecie, omiſſis aliis, qui poſſent allegari, optimè firmant *Alex.conſ.143. numer.2.lib.7. Natt.conſ.479. nu.24.& ſeq. Vermigliol.conſil. 486. nu.2. & ſeqq. Boer.ad conſuet. Britur. tit. de retract. § fin.in fin. Io.Sanxon.ad conſuetud. Turonen.tit.de retraizzar.22. Pirr.ad conſuet. Aurel. tit.de retrahen.vendit.cap.30. in princ. Caſſan.ad conſuet Burgund.de retrect. rub.10. §.1.* in verbo *ſon heritage num.16. poſt princ. verſ.contrarium, Carpan.ad ſtatut. Mediol.cap. 419. nu.2. verſ.ſed vnicum vol.1. Bendell. de Iur.prothomiſ. in rub.num.55. & in §. item de ipſa nu.3. verſ.contrarium tamen, Tiraquell.de retract. lignag §.23. gloſ.2.nu.19. & gloſ.1. à num.2. vſque ad 26. Guttier.pract. qu.102.n.4. lib.2.Theſaur.lib.1. quæſt. forenſ.64.num.11. Coſt.de ration.rat. qu.100. nu.15. et ſeqq* eruditiſſimus *Conſil.Petra.ad Rit.M C.V. 273. nu. 166. verſ. vt autem huiuſmodi priuilegio ante fin.verſ.nec obſtringi poſſe lib.3.Magon.dec Florent.29. num.2. Maſtrill. dec.280. numer.16. part.3. Giurb.dec.86. num.13. Rot.in Vrbeuetana prætenſi retractus 7. Iunij 1658.§. & ſaltem coram Cardin.Taia*, & in terminis *Bullæ Gregorianæ Bard.de Iur. prothom. §.5.nu.4.*

Regulare enim eſt, vt quis compelli non valeat ad vendendam partem rei; ſed qui vult emere, teneatur totam ipſam rem comparare, *l. pen. §.fin ff.de act.empt. l.Iulianus §.idem. Celſus eod.tit.l.eum in fundo, §. ſi fundus ff.de Iur.dot.Theſaur.d.lib.quæſt.forenſ.64. nu.11. Franc.de Petr. conſ.48. Placid. Coſta ad Patrem conſ.28. num.11. Coſta remed.ſubſid 76. Muta ad cap.Regno Sicil 20. n.39. de Marinis ad Reuert.dec.284. Mari ad Gram. dec. 75 num.3.*

14 Contraria verò concluſio procedit, vel quando domus ſunt prorſus ſeparatæ, & diuerſæ, quorum vna ab altera nullam prorſus habeat dependentiam, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo laudati *Hermoſill. ad Lopez tit.5. lib 55. qu 8. n.55.Gratian.diſcep. 947.nu.1.*

Vel quoties agitur de amplianda Eccleſia iuxta priuilegium, *l.ſi quis ſepulcrum, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* iuxta communem Interpretum ſenſum ita extenſum, in quo caſu loquuntur adducti per *Giurb.dec.86. n.14.* licet in contraria ſententia, quæ videtur ve-

rior, & æquior reſideat latè Maſtrill. deciſ.
280. num.16. part 3. quam ſectantur Theſaur.
lib.1. quæſt. forenſ. 64. num.11. Coſta de re-
med. ſubſidiar. remed.1. n.1. de Luca ad Franch.
deciſ.223. num.5. verſ. nec ad vendendum. de
Marinis in obſeruat. ad Reuerter. dec.284. nu.7.
aliique allegati per Giurb. deciſ.86. numer.13.
Conſil. Petra ad Rit. M. C. V. 273. numer.166.
verſ. vt autem huiuſmodi priuilegio ante fin. ver-
ſic. neque ſtringi poſſe, lib.3.

Alterum verò, quòd, cum Radius emerit
domum controuerſam vigore Bullæ Grego-
rianæ, & ornatum ab eadem Bulla iniunctum
ſatis ſuperque adimpleuerit, citato Iulio
Buratto Authore partis aduerſæ, qui non
ſolùm declarauit, ſe nolle in emptione præ-
ferri; ſed vlteriùs præſtitit conſenſum vnio-
ni, & incorporationi domorum, ſtante appo-
dio vendito.

Meritò non ſunt ampliùs audiendi Aduer-
ſarii á prædicto Iulio cauſam habentes; ſtan-
te enim renunciatione Iuris congrui reſul-
15 tante ex prædicta declaratione, ac conceſ-
ſione appodij, non poſſunt ampliùs regredi
ad retractum, cum principaliter priuatam,
non autem publicam reſpiciat vtilitatem,
cap. vnic. §. Titius filius ſi de feud. defun. leg. qui
ſemel ff. de ſucceſſor. edict. ibi: Qui ſemel noluit
bonorum poſſeſſionem petere, perdidit Ius, &
ſi tempora largiantur; vbi enim voluit, iam
cæpit ad alios pertinere bonorum poſſeſſio, & in
his terminis Tiraquel. de retract. lignag. § 1.
gloſ.9. nu.118. et 121. & ad fin. tit. num.39. &
duobus ſeqq. vbi ſignanter, quando, prout in
præſentia, res non eſt ampliùs integra, Affl.
de Iur. protbomiſ. §.6. num.18. in 11. & vlt. no-
tab. ibique Rummus in addit. Schrader. de feud.
part.10. ſect.8. num.129. Gratian. diſcept.672.
num.1. & ſeq. vbi etiam in ſpecie enunciatio-
nis ex appodio conceſſo Ciarlm. controu.121.
num.57. & 61. Card. de Luca de ſeruitut. diſc.
80. num.4. Magon. dec. Florent.118. Boer. dec.
76. nu.9. Rota in Romana Retractus 30. Ianua-
rij 1588. coram Cardin. Mantic. Quidquid
contrarium ratione publicæ vtilitatis dixe-
rit Muta ad conſuet. Panorm. cap.31. num.66.

Adeòut in grauiſſimorum virorum ſenten-
tia, etiam ex verbis extraiudicialiter prola-
tis inter partes eadem retractus renuncia-
tio induci valeat, prout firmant Tiraquell.
de retract. lignag. §.1 gloſ.9. num.121. et 123.
Schrader. de feud. part.8. cap.7. num.8. Roſental.
de feud. cap.9. concluſ.91. num.9. Theodor. de
retract. conſanguinit. qu.2. numer.450. & ſeq.
Gratian. cap.672. num.1. & ſeqq. Card. de Lu-
ca de ſeruit. diſc.81. num.2. verſ. affirmatiuam,
et ſeq. vbi, an id procedat in terminis Pianæ
ſuper cenſibus, & Gregorianæ ſuper retra-
ctu requirentium certam formam in denun-
ciatione vicino facienda, Magon. dec. Florent.
118. Mohedan. dec.25. de locat.

Quo verò ad aliud iudicium per Burattos
motum contra Radium ſuper retractu præla-
tiuo in altera domo per eumdem Radium
empta ſubhaſta, iuſtiſſima pariter fuit ſen-
16 tentia abſolutoria Cardinalis Cameratij, cum
ſit receptiſſima ſententia, quòd retractus ſta-
tutarius locum non habeat, quoties res eſt
vendita ſub haſta, accedente publica, Iu-
dicialique authoritate, prout, omiſſis aliis
optimè probant Speculat. in tit. de empt. §. nu-
tu dicendum de reſcind. vend. Anna in conſtit.
Diuæ memoriæ part.3. num 232. Roman. conſil.
107. per tot. vbi de alienatione facta vigore
laudi Alex. conſ.52. in fin. lib.1. Roland. conſil.
21. num.13. & ſeq. lib.1. Afflict. in tract. de
Iur. protbomiſ. §.3. num.26. ibique Rumm. in
addit. fol.154. et ſeq. et dec.191. vbi Vrſill. in
addit. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloſ.14.
num.8. & ſeq. Napod. ad conſuetud. Neapolit.
de Iur. congr. verbo emit nu.5. Carpan. ad ſtat.
Mediol. cap.417. nu.143. Io. Franc. de Pont. de
poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. § 1. num.21.
& dec.11. num.14. Schrader. de feud. p.8. cap.
7. Caſſan. ad conſuet. Burgund. rub.10. §.9. n.5.
verſ. videtur, Maugil. de ſubhaſt. qu. vlt. nu.25.
verſ. verum contrarium, Rocc. reſponſ.6. nu.6.
& ſeq. lib.2. Capyc. Latr. conſult.27. nu.50. &
ſeq. lib.1. & remiſſiuè conſult.96. nu.34. Add.
ad Paitel. expedit.79. nu.21. Card. de Luca de
ſeruit. diſc.71. nu.13. & ſeqq. verſ. contrarium
& de feud. diſc.36. num.14. Conciol. in annot. ad
ſtatut. Eugub. Rubr.55. de Iur. congrui num.13.
Sanſelic. dec.100. nu.65. & ſeqq.

17 Et in præciſis terminis, quòd retractus vi-
gore Bullæ Gregorianæ, alioquin competens,
non procedat, quoties res fuit vendita ſub
haſta, cum prædicta Bulla loquatur in fundo
ſolo, ſeù domo vendita à Domino volente ſua
ſponte vendere, per quæ verba excluſa rema-
net venditio facta per ſubhaſtationem Iudi-
cialem, inſtante creditore, quæ dicitur om-
18 ninò neceſſaria, cum verbũ ſponte indicet
puram, liberamque voluntatem, non quan-
do vrget aliqua neceſſitas, vel coactio ali-
cuius Imperii, leg.1. Cod. de teſtam. tutel.
Bertazzol. clauſ.11. gloſ.1. ad med. Surd. conſil.
361. num.17. lib.3. ſpontèque fieri dicatur,
19 quod fit motu proprio, & liberè, & ad nul-
lius petitionem, Dec. in l. velle non creditur
num.6. ff. de regul. Iur. Ancharan. in Clem. præ-
ſenti in 5. notab. de cenſ. Rebuff. in l. munus 214.
col.2. poſt med. verſ. ſed ponte præſtantur, ff. de
verbor. ſignificat. Præcipuè, quádo lex cogit,
& arctat, vltra requiſitionem; tunc enim
20 non poteſt dici, quòd ſpontè fiat Cagnol. in
leg. qui cum alio 19. nu.31. ff. de regul. Iur. &
quando non poteſt recuſari, quod petitur,
21 non dicitur ſpontè factum, Parpal. in leg. ſi
quis maior. num.18. Cod. de tranſact. cum non
dicatur ſpontaneum illud eſſe, ad quod quis
cogi poteſt, Bertazzol. in d. leg. ſi quis maior

num.

num.305. Dec.in cap.cum M.Ferrarienſis num.
34. de conſtitut. voluntarium enim regulari-
22 ter non dicitur, quod ſit ex Iudicis, vel le-
gis diſpoſitione, vt poſt Alberic.et Ancha-
ran.dicit Sebaſt.Medic de fortuit.caſib.p.1.q.1.
nu.25. Quinimò actus voluntarius neque di-
23 citur, quando fit ab eo, qui poterat com-
pelli, cum paria ſint aliquid fieri coactè, vel
timore coactionis Bald. per illum text. in leg.
nouiſſimè nu.2. vbi latè ff.quod falſ.Tut.auctor.
Dec.in d.l.velle non creditur ſub nu.2.ff. de reg.
Iur. & ſi voluntarium dicatur erit cauſatiuè,
& non præcisè. Grat.conſ.133.nu.19.
24 Et licet voluntas coacta ſit, non tamen
poteſt dici ſpontanea, & libera, prout Gre-
goriana requirit, ſed potiùs qualificata, &
impropria, & ſecundum quid cap.cum locum
14. de ſponſal. Dec.in l.velle non creditur n.3.
verſ.non obſtat ff.de reg.Iur.Mar.Salomon.in l.1
nu.4.& 5.ff.de legib.
Præcipuè, quia in eadem Conſtitutione
non ſolum adeſt dictio volente, ſed etiam ſua
25 ſponte; cum voluntarium minus ſit, quàm
ſpontaneum, ideòque confitens per tortu-
ram non poteſt dici ſpontè confeſſus, cum
tamen non poſſit dici voluntariè fateri, Bald.
in cap.1.§ iniuria nu.18.in fin.de pac.iuram.fir-
man.Alex.ad Bart.in leg.1.in fin. ff. de quæ-
ſtion.Mar.Salomon.in d.leg.1.num.5.ff.de legib.
26 Atque adeó ſi per ſtatutum requiratur ali-
quid fieri vltrò, ſeù ſpontè conſtituẽdo præ-
miũ, non conſequetur illud, qui coactus, vel
ex officio fecerit, vt Iudex, vel ſimilis Bart.
in l.ſi quis in graui§. vtrũ n.1.ff.ad ſillanian.add.
ad Dec.in l.quis cũ alio nu.10. in verbo ex pro-
pria.ff.de reg. Iur. Et ità in terminis retractus
vigore prædictæ Bullæ Gregorianæ competen-
tis, latiſſimè firmant Gratian. diſcept.544.
nu.21.& ſeqq.qui num.30 teſtatur, ità paſſim
ſeruari in Camera, adducens nonnullas reſo-
lutiones Camerales in Romana Iuris congrui
27.Martij & 4. Aprilis 1606. coram Lomelli-
no, Poſth.reſol.ciuil.78.nu.1.& trib.ſeqq.et de
ſubhaſt.inſpect.36.nu.27.& ſeqq. vbi etiam,
quòd ità paſſim ſeruetur in Camera, idemq;
teſtatur Mangil.eod.tract.qu.121 nu.2.& ſeqq.
egregiè Rota articulo ad partes diſcuſſo, &
27 reſpondendo omnibus contrariis, in recent.
dec.184. quę eſt votum Cardinalis Camerarij
num 7.& ſeqq.part.1. & in hanc ſententiam
inclinauit Camera in Romana Apothecæ 1631.
coram Card.Bonuiſio, & in Romana retractus
vineæ 1637. coram Card.Gabrielio; tunc tem-
poris Cameræ Apoſtolicæ Clericis.
28 Neque audiendi ſunt contrarium affir-
mantes, præcipuè Franch. dec.482.& 588.
vtrobique in princip. quem ſequuntur, non
examinato articulo, ſed omninò remiſſiuè
ad eundem Poſth. de ſubhaſt. inſpect.36. nu.
17. et ſeq.Gratian.cap.544.num.17.et ſeq de
Marin.ad Reuerter.dec.278.nu.3.Ioann.Franc.

Marcian. diſp 38.num.16. verſ.demùm in fin.
lib.1. vbi, quòd paſſim vendantur domus ad
extinctionem candelæ, & accedant empto-
res, non obſtante timore congrui vicino
competentis, etiam in venditione ſub haſta
Ciroce.diſcept.29.nu.13.Ludouiſ.dec.193.ibiq;
add.nu.13.
29 Siquidem, quoad dec.Franch 482. illam
loqui in caſu ſatis diuerſo, nempè in Iure
Laudemii dec.verò 588.eiuſdem loquentem
de Iure congrui perſunctoriè tantùm id aſſe-
rete aduertunt in ſpecie Capyc.Latr.d.conſult
27.nu.50.in fin. Sanfelic.dec.100.numer 65.in
fin. & remiſſiuè de Luca ad Franch. d.dec.482.
num.6.
30 Deciſio verò coram Ludouiſio 193. percutit
caſum particularem, ac diuerſum ſuper re-
tractu reſultante ad fauorem creditoris cen-
ſuarii in fundo cenſito ex Bulla B.Pij V. tum
ob eius verborum amplitudinem, tum etiam
quia adeſt longè diſpar ratio inter prælatio-
nem competentem Domino directo ſuper
emptione rei cenſitæ Ius in illa habenti, &
competentem vicino ex peculiari conſtitu-
tione omninò exorbitante à Iure communi,
de quo in l.dudum, Cod.de contrab. empt.quod
quominus fieri poteſt, debet lędi, vt aduer-
tit de Luca ad Franch.d. dec.482. nu.6. verſic.
diſcrimen aliud; ideòque non eſt trahenda
ad regulam generalem ſuper hac diuerſa re-
tractus ſpecie, prout admonet Card.de Luca
de ſeruitut. d.diſc.71. num 13.verſ.contrarium.
31 Huiuſmodi verò recepta ſententia dupli-
ci potiſſimùm innititur ſolidiſſimo funda-
mento per DD. ſuperiùs laudatos ad-
ducto; alterum, quód, quoties agitur de
venditione ſub haſta publica, præſertim in
loco, vbi res eſt ſita, ac morantur illi, qui-
bus competit ius retractus, non militat illa
32 æquitas, ſeù ratio, cui hoc Ius prælationis
innititur, dum eis publicus, ac liber patebat
aditus licitandi, atque adeò rem conſe-
quendi per aliam viam, quàm retractus;
ideòque ſibi imputet, ſi ab eiſdem non fuit
facta licitatio, prout in ſpecie poſt plures al-
legatos, hanc potiſſimùm rationem optimè
expendit Rot in rec.d.dec 184.n.10.p.1.Card.
de Luca de ſeruitut.d.diſc.71.nu.14. aliique ſu-
periùs congeſti.
33 Alterum verò fauore publici commercii,
ac utilitatis, tàm debitorum, quorum bona
ſubhaſtantur, quàm etiam creditorum, qui-
bus vrgentibus ad ſubhaſtationem procedi-
tur, vt ità, ſcilicet, ſub fide publica haſtæ fi-
ſcalis ementes tuti reddantur, ac ad magis
honeſtas, iuſtaſque oblationes allici valeant;
cum alioquin non ita de facili huiuſmodi li-
citationes ſequerentur, ſcientes emptores,
non eſſe tutos ob timorem Iuris congrui vi-
cinis competentis, Anna in repet.d.conſtit.di-
uæ memoriæ part.3.nu.232.de Luca ad Franch.

*d.dec.482.num.2.propè fin. verſ. nam aliàs pi-
gnora exequuta* , eaſdemque rationes potiſſi-
mùm expendunt poſt *Roman.d.conſ.107.Rocc.
Capyc.Latr. Sanfelic.* & alij ſuperiùs laudati
pro hac ſententia .

34 Quæ eò libentiùs amplectenda ; cum vnica
ponderatio contraria, quòd venditio ſub ha-
ſta, vtpotè ortum habens ex obligatione vo-
luntaria per debitorem contracta , dicatur
actus merè voluntarius ; non autem neceſſa
rius, remaneat omninò ſublata , ponderatis
uerbis dictæ *Bullæ Gregorianæ* expreſsè lo-
quentis *de fundo , ſolo, ſeù domo vendita à Do-
mino uolente ſua ſpontè uendere*. prout in ſpe-
cie rectè obſeruat *Rot.in rec.d.dec.184.p.1*,

Tandem confirmandum decretum tàm in
ea parte,in qua tribuitur facultas Radio pro-
ſequendi fabricam in propria Area , quàm
in altera, in qua declaratur , Burattos Ad-
uerſarios teneri tradere appodium .

35 Quò enim ad primam partem, vulgare eſt
Iuris principium , quòd unicuique liceat in
ſolo proprio ædificare , altiùſque tollere ,
etiam ſi luminibus uicini officiatur, feneſtræ-
que claudantur, *l.altius, Cod. de ſeruit.et aqu.
Tondut.lib.1.qu.ciuil.cap.*88 *nu.*30 *et* 31. *Du-
ran.dec* 450.*nu.*1.

36 Relicto potiſſimùm ſpatio duorum pedum
iuxtá domuoi uicini, prout diſponitur *in leg.
fin.ff.fin.regund.* ibi: *ſi domum duos pedes, Surd.
conſ.74.per tot.ſignanter nu.5.et ſeqq. Tondut.
d.cap.*88.*nu.32.et ſeq.lib.*1.qui duo pedes mē
ſurandi ſunt à loco, vbi cadit ſtillicidium
iuxtà tradita per *Cepoll. de ſeruit. urban.præ-
dior. cap.28.in 8.qu. Surd.d.conſ.74.num 5.&
ſeqq.* quàmuis dictos duos pedes à pariete
37 menſurandos eſſe , & non à loco , ubi cadit
ſtillicidium non rectè dixerit *Ludou Bell.conſ.*
100.*nu.*10.

38 Neque eſt habenda aliqua ratio alterius
Conſtitutionis Imperatorum Honorij, *& Theo-
doſii in l. Mæniana* 11. *Cod. de ædific. priuat.*
mandantis, dimitti ſpatium decem pedum
39 inter ædificia priuata ibi ; *niſi ſpatium inter
ſe per decem pedes liberi aeris habuerint* Siuè ,
quia prædictum textum hodiernis tempori-
bus non ſeruari teſtatur ibid. *Gloſ.Odofred.&
Salicet.Bald.conſ.348.num.5.lib.2.Corn.conſil.
287.num 7 lib.4 Bero.conſ.234.num.28. lib.3.
Scott. reſpon 3. numer.5.lib. 3.tom.2. Cepoll.de
ſeruit.Vrban.præd.cap.61.tit.de manianis, An-
dreol.controu.295. num.15 & 19.*

40 Siuè , quia idem tex . loquitur de ſolis *Mæ-
nianis* , & in eis tantùm locum habet , iuxta
monitum , *Gloſ in d.l.fin.verb.duos pedes , ff.
fin. reg. Bero.d. conſ.134. num.28. lib.3. Bott.
conſ.77.num.4. Scott. d.reſpon.3.num.3.Franc.
Marc.deciſ.500. num 20.& 24. Add.ad deciſ.
Bonon.110.verſ.diſpoſitionem verò, Andreol.d.
controu.295.num.19.*

Siuè demùm , quia diſpoſitio eiuſdem le-
41 gis comprehendit tantùmmodò ædificia ex-
trà Italiam conſtructa , ſecus io Italia, iuxta
ſingularem animaduerſione *Bald. d.conſ.348.
num.5.lib.2.*quem ſequuntur *Corn.d.conſ.282.
numer. 7. lib.4 .Andreol. dict. controuer. 295.
num.20.*

Præterquàm quòd , neque , etiam duorum
42 pedum ſpatium eſſet dimittendum ; illud
enim tantùmmodò requiritur , vbi aliquis
ædificat in confinio ſoli alterius; ſecus autē,
ſi cōſtruat,prout in præſentia,iuxta murum
communem , quia hoc fieri poteſt , nullo di-
miſſo ſpatio, *Riminald.Sen. conſ.401. numer.
11.& 14.lib.3.Corn.conſ.184.nu.2 lib.2.Bocr.
conſ.5.num.21.Andreol.d.controu.295.nu.16.
Theſaur.dec 115.per tot.*

Quò verò ad appodium fuit illud iuſtiſſi-
43 mè demandatum ; Cum enim murus contro-
uerſus , ex infra firmandis , dici debeat com-
munis ; vtique permiſſum eſt ſocio illo vti ad
ædificandum; Tum attento ſtatuto Vrbis *lib.
1.cap.107.* vbi ad literam diſponitur , quód ,
ſi paries ſit inter aliquos communis , licet
vnicuique ex eo vtilitatem capere , & etiam
ſi luminibus vicini officiatur, altiùs tollere ,
cuius diſpoſitionem generaliter , & indefini-
tè eſſe intelligendam , latè probatur in vo-
to *Matthæi* viarum Præſidis *impreſſo inter ,
deciſ. Rotæ in recent. 253. numer. 73.& ſeqq.
part.* 7:

Tum etiam, inſpecto Iure communi ; cum
44 poſſit ſocius vti muro communi quamuis lu-
mina obſcurentur , feneſtræque claudantur;
cum id ferat lex ſocietatis , vt in ſpecie *Bald.
in l. quidem Hyberus verſ. tamen* ibique *Dua-
ren.verſ.quinimo, ff.de ſeruitut.vrb.præd. & in
l.ſed,& ſi inter,§.ſi in area ff.de ſeruit.vrb.præd.
Connan. lib.4. comment.*Iur. *cap.* 10. *num.* 13.
Iaſ.conſ.98.num.3.&.ſeqq.lib.1. Honded.*conſ.*
80.*num.31.& ſeqq.lib.1.Veg. conſ.53. numer.
30.& ſeqq.Burſat.conſ.111.num.1.Bero. qu. fa-
miliar. 26.num.3.Altograd. conſ.100 num.67.
lib.1.Felic. de ſociet.cap.28. num.22. & ſeq.Ce-
poll de ſeruitut.vrban.præd.cap.62.nu.5. Ton-
dut.lib.1.qu.ciuil.d.cap 88.num.20.lib.1.Card.
de Luca de ſeruitut. diſcur.9. num.3. Theſaur.
dec.41.num.2.Magon.dec. lucen.29.nu.8.Epiſc.
Sperell. dec.55.num.4. & 15. Epiſc. Thomat.
dec.119.num.6.& ſeqq.Duran.dec.450.num.1.
& ſeqq.Rot.in recen.d.dec.253.nu.69. & ſeqq.
part.7.* Nullatenus aduerſantibus per Nos
alio in loco firmatis, ibi enim ſocius volebat
vti muro communi ad vſum non deſti-
natum .

45 Præcipuè,quando , prout In hac ſpecie Ad-
uerſarij poſſunt habere lumen aliundè, atque
adeò vtrique parti valeat eſſe conſultum , vt
in ſpecie *Duran. d. dec. 459. num.* 3.quamuis
46 etiam aliquod modicum præiudicium ex hu-
iuſmodi eleuatione ſequeretur , *Bero. d. qu.
26. num.6. Altograd.d.conſ.100. num.44.lib.1.*

47 cum

47 cum ſufficiat, quòd quoquo modo lumen ha-
beri poſſit, etiam per foramen, vt per poſt
gloſ. & alios tradit Cepoll de ſeruitut. vrban.
præd. cap. 35. nu. 1. in fin. Paſeth. conſ. 130. nu. 11.
Epiſc. Sperell. d. dec. 55. n. 8.

48 Quòd autem murus dici debeat communis
apertiſſimè demonſtratur, ne dum ex atteſta-
tione Peritorum, quibus in hac materia om-
ninò deferendum, vt in ſpecie Bald. conſ. 233.
lib. 1. Surd. conſ. 126. num. 16. & ſeq. Bero. conſ.
132. num. 2. lib 3. Burſat. conſ. 57. num. 22. Boer.
conſ. 5. num. 7. Grammatic. conſ. ciuil. 164. num.
4. in fin. Mandel. conſ. 157. num. 22. Eugen. conſ.
47. num. 27. Cepoll. de ſeruitut. vrban prædior.
cap. 40 num. 14. Epiſcop. Sperell. deciſ. 54. nu. 3.
& ſeq.

49 Sed etiam ex pluribus ſignis eamdem
communionem liquidò ſuadentibus; Primò
ex veſtigio coronidis apparentis in inferiori
parte muri protendentis versùs Aream, & ex
antiquis foraminibus in forma angulari in
eodem muro exiſtentibus, ex quibus ſignifi-
cari communionem firmant in ſpecie Cepoll,
de ſeruitut. vrban. præd. cap 40. num. 14. verſic.
item cognoſcitur per feneſtrellas, vbi aduertit,
fieri per Magiſtros ſolùm, vt per eos ſignifi-
cetur, cuius ſit murus, & qualiter ſit commu-
50 nis, Surd. d. conſ. 126. num. 8. vbi etiam ſi to-
tum murum non penetrent, latè Boer. d. conſ.
5. num. 7. Manzius in tract. de ſeruit. præd. vrb.
& Ruſtic. in append. de muro communi num. 5.
fol. 486. propè fin. d. tract.

51 Secundò ex Tignis affixis dicto parieti,
quod apertiſſimùm præbet inditium, murum
eſſe communem, l. in communis, ff. de damn.
infect. gloſ. in l. ſi ædes circà fin. ff. commun. diui-
dund. & poſt. Bart. Cepoll. & alios Surd. d. conſ.
126. num. 9. Caſtrenſ. conſ. 334. ſub. num. 32. lib.
2. Boer. d. conſ. 5. num. 6. Mandel. d. conſ. 157. n. 1.
Altograd. d. conſ. 100. num. 35. lib. 1. Cepoll. de
ſeruitut. vrban. prædior. cap. 40. num. 11. & 13.
Epiſc. Sperell. dec. 54. num. 1. Manzius in d. ap-
pend. de muro commun. n. 8. fol. 448.

52 Tertiò tandem, quia exiſtit in confinio
vtriuſque domus vtramque claudens, & co-
niungens, l. parietem, ff. de ſeruitut. vrban. præd.
Soccin. Sen. conſ. 44. num. 2. lib. 4. Honded. conſ.
80. n. 19. lib. 1. Surd. d. conſ. 126. n. 6. Duran. dec.
450. nu. 4.

Neque prædicta ſigna communionem
muri arguentia excludi poſſunt ex feneſtris
Aduerſariorum totum murum penetranti-
bus; cum potiùs illæ comprobent communio-
nem parietis pro indiuiſo; cum ſocio liceat
53 aperire feneſtram in muro communi; dum
conſocio non nocet, vt in ſpecie Caſtren. in
d. l. parietem num. 3. ff. de ſeruitut. vrbanor. præd.
Altograd. d. conſ. 100. num. 24 lib. 1. Carpan. ad
Statut. Mediol. cap. 333. num. 21. lib. 2. Cepoll. de
ſeruitut. vrban. præd. cap. 62. numer. 3. Franc.
Marc. dec. 460. num. 2. part. 2.

Contraria verò procedunt, dato aliquo
præindicio, putà, quia murus debilior red-
ditur, vel eius facies mutatur, in quibus ter-
minis intelligenda Iura in l. eos, & in l. quidè
Hyberus, ff. de ſeruit. vrbanor. præd. Angel. in
l. inter quos, ff. de damno infecto, Surd. conſ. 233.
num. 15. lib. 2. Burſat. conſ. 11. per. tot. lib. 1. Pariſ.
conſ. 63. num. 3. lib. 1. Veg. conſ. 53. num. 14. Lu-
douic. deciſ. lucen. 58. Theſaur. dec. 41. num. 15.
Epiſc. Sperell. dec. 56. n. 7.

54 Prout parum releuat, quòd Aduerſarij præ-
uenerint in aperiendo feneſtras in muro iſto
communi; hæc enim præuentio, vti merè fa-
cultatiua, non tollit, quin poſſit hodie Ra-
dius vti muro communi, appodiando ſuam
fabricam, Burſatt. conſ. 111. numer. 3. & ſeq.
Honded. dict. conſil. 80. numer. 36. lib. 1. Pariſ.
conſ. 63. num. 8. lib. 4. Felician. de ſociet cap. 28.
num. 24.

Neque dicatur, quòd murus, ſaltem dici
debeat communis vſque ad altitudinem di-
ctæ antiquæ coronidis, atque adeò quòad
partem inferiorem; non autem ſuperiorem
poſtmodùm eleuatam.

55 Siquidem, probata, ex allegatis, commu-
nione muri in parte inferiori, quam pars ad-
uerſa ingenuè fatetur, perneceſsè reſultat,
quòd totus murus cenſeri etiam debeat com-
munis, non ſolùm, quia vna, eademque res
diuerſo Iure cenſeri non debet, l. cum qui
ædes, ff. de vſucapion. ſed etiam, quia eò ipſo,
quòd murus nouus ædificatur ſuper antiquo
communi, ſtatim efficitur communis; iuxta
receptam theoricam Bart. in l. quidam Hybe-
rus, ff. de ſeruit. vrban præd. quam omiſſis alijs
in ſpecie ſequuntur Cepoll. eod. tit. cap. 40. nu.
18. & ſeq. & cap. 62. num. 4. & conſ. ciuil 35. nu.
6. Honded. conſ 80. num. 23. & ſeq. lib. 1. Sim. de
Petr. conſ. 73. num. 18. lib. 1. Gabr. conſ. 149. nu.
1. in fin. lib. 1. Veg. conſ. 53. num. 36. Soccin. conſ.
44. nu. 3. verſ. ſed ad hoc reſpondetur, latè Surd.
d. conſ. 126 num. 12. & ſeqq. & num. 27. & ſeqq.
& num. 32. vbi, quòd opinio contraria Gram-
mat. conſ. ciuil. 164. num. 9. ſit ſolitaria, & er-
ronea, & dec. 168. num. 4. Gratian. diſcep. 263.
56 num. 3. Manzius in d. append. de muro commun.
n. 22. & ſeqq. fol. 495. Menoch. lib. 6. præſumpt.
73. n. 19. benè Theſaur. dec. 23. nu. 2. vbi, quòd
ſtantibus ſignis communionem arguentibus
in parte inferiori parietis, is, qui ſuper muro
communi ædificat, faciat eum murum ex re-
centi eleuatum communem, etiam, ſi non
ſoluat ei pretium ſuæ partis, & dec. 41. num.
7. Epiſc. Sperell. dec. 54. num. 2. Duran. dict. dec.
450. num. 6. benè ad rem aduertens, quòd al-
terū de duobus neceſſariò reſultet, nimirum,
aut totum murum, etiam vſque ad ſummum
eſſe pariter communem, vel ſaltem eſſe
57 in poteſtate vicini, vt faciat ſibi to-
tum parietem communem, ſoluto pretio
illius partis ſuperioris muri adhuc non

com-

Digitized by Google

communis, etiam feneſtras obſcurando. Tandem obiectum æmulationis poterat omitti, ne dum, quia de iure illa non præſu-
58 mitur, iuxta monitum *Gloſ. in l. fluminum, § fin. verb. cum tenor, ff. de damno infect. Cepoll. de ſeruitut. verb. præd. cap. 62. ſub nu. 2. Franch. dec. 625. num. 3. Viu. dec. 306. nu. 5. Epiſc. Sperell.* pluribus congeſtis *dec. 55. numer. 27. & ſeqq. Duran. deciſ. 450. numer. 8. Cardin. Caualer deciſ. 188. numer. 4. Rot. in recen. dec. 611. nu. 16. part. 5.*
59 Sed fortiùs, quia, cum manifeſtè conſtet de maxima vtilitate ædificare volentis; quinimmò de præciſa neceſſitate pro fabrica iam incepta perficienda, eò magis excluſa remanet quælibet æmulatio, *Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 23.* aſſerens, etiam modicam vtilitatem ædificare volentis ſufficere, *Honded. conſ. 80. nu. 34. & ſeq. lib. 1. Lauren. de Pinu conſ. 164. num. 3. Bertrand. conſil. 333. vol. 3. part. 1. Toudut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 88. numer. 18. Rot. in recen. deciſ. 599. numer. 19. & ſeqq. &* præcipuè *numer. 27. & ſeq. & dec. 611. num. 14. & ſeqq. part. 5. tom. 2.*

ARGVMENTVM.

Vicinus non poteſt vendere domum, non facta denunciatione alteri vicino laterali, inſpecta Conſtitutione *Gregoriana*, quæ denunciatio nullatenus ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam; ſed præcisè requiritur iudicialis interpellatio.

In permutatione, an ſit locus retractui ſtatutario, Quidue aſſerendum, ſi ſit præordinata ad excludendum eumdem retractum.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus non poteſt vendere domum, non facta Iudiciali denunciatione alterius vicini lateralis, attenta Conſtitutione* Gregoriana.
2 *Emptio facta contrà formam dictæ Conſtitutionis eſt ipſo iure nulla, perindèque habetur, ac ſi fuerit facta ad commodum ipſius retrahentis.*
3 *Titulus, quem habuit emptor vigore dictæ Cõſtitutionis reducitur ad non titulum, eò ipſo, quòd res iure retrahitur.*
4 *Idemque aſſerendum in emptione rei cenſitæ competente creditori cenſus vigore* Bullæ Pianæ.
5 *Denunciatio vicini nullatenus ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam, ſed præcisè requiritur iudicialis interpellatio.*
6 *Idque, etiam ſi vicinus contractui emptionis interueniat, tamquàm teſtis, cum præſentia inducat ſcientiam, non autem ſuppleat denunciationem.*
7 *Præſentia, & denunciatio non ambulant pari paſſu, quia ſcientia ità vrget in his, quæ quis facit vti alius, ſicuti in his, quæ quis facit tamquàm ipſe.*
Ad effectum inducendi ſcientiam ſufficit, quòd quis fuerit præſens in contractu ibid.
8 *Dominum cenſus in emptione rei cenſitæ præferendum non ſufficit aliundè habuiſſe ſcientiam venditionis rei cenſitæ; ſed omnino requiritur Iudicialis denunciatio pro forma in vim* Bullæ Pianæ.
9 Galeota controu 49. num. 25. & ſeqq. *reprobatur, & in quo caſu intelligendus.*
10 *In permutatione non eſt locus retractui.*
Declara, vt num. 16. & ſeq.
11 *Retractus numquàm datur, vbi retrahens non poteſt tradere eam ſpeciem, quam dat ille, à quo res eſt retrahenda.*
12 *Venditori, ſi pro pretio rei emptæ aſſignentur tot annui redditus, non habet locum ius retractus; cum cenſus inter res immobiles connumeretur.*
13 *Retractus non habet locum in permutatione, etiam ſi ſit præordinata ad excludendum vicinum.*
14 *Non videtur dolo facere, qui ſuo vtitur iure.*
15 *Poteſt fieri permutatio in fraudem Bullæ* Gregorianæ *ad excludendum retractum.*
Declara, vt num. 21.
16 Bulla Gregoriana *loquens in caſu ſimplicis venditionis non vindicat ſibi locum in caſu mixto, quando venditionis contractui aliquid reperitur admixtum.*
17 *Pretium, quoties rei permutatæ valorem excedit; tunc dici debet venditio; licet à partibus permutatio nuncupetur; cum qualitas præponderans ſit attendenda.*
18 *In iure patronatus mixto attendi debet qualitas prædominans ad effectum reſeruationis Regularum Cancellariæ.*
19 *Quando pro re ſtabili fuit data in computum pretij res mobilis, tunc illa ſuccedit loco pretij, & facit venditionem.*
20 *Accollatio eſt loco ſolutionis, præcipuè, quando legitur facta cum promiſſione redimendi, & extinguendi canonem.*
21 *Permutatio facta in fraudem Conſtitutionis* Gregorianæ *non meretur attendi.*
Declara, vt ibidem.
22 *Domus, ſi alicui concedatur ſub nomine cenſus reſeruatiui, redimibilis tamen in pecunia, contractus cenſetur potiùs emptionis, & venditionis, quàm cenſualis ad effectum iuris congrui.*
23 *Fraus, & ſimulatio ad effectum fraudandi retractum ſtatutarium remanet probata ex coniecturis.*
24 *Declaratio præcedens ſatis ſuperque probat fraudem, & ſimulationem.*
25 *Quoties res permutatæ, recepto pretio, fuerunt permutanti retroceſſæ; tunc inſurgit coniectura probans ſimulationem in fraudem retractus ſtatutarij.*
26 *Simulatio probatur à priori, & poſteriori.*

CAP.

CAPVT CLXIV.

1 PRÆLATIO in vim *Bullæ Gregorianæ*
ſuper retractu eſt concedenda; cum
enim aduerſarius emerit domum cõ-
trouerſam, nulla prorsus facta iudi-
ciali denunciatione vicino laterali iuxta for-
mam ab eadem Cõſtitutione *Gregoriana* pre-
ſcriptam 22. in ordine in nouo Bullario, ab-
ſque dubio emptio vſque ab initio fuit ipſo
iure nulla, & habetur perindè, ac ſi fuerit
facta ad commodum ipſius retrahentis, cu-
2 ius reſpectu, cenſetur prior contractus re-
ſolutus ipſo Iure, non ſecus, ac quando reſol-
uitur ex lege, & conuentione in eodem con-
tractu appoſita, iuxta receptam, ſingula-
remq; doctrinam *Bald. in l. ab. emptione 59. in
prima lectura num. 4. ff. de pactis*, quàm ſequũ-
tur in his terminis *Alberic. de ſtatut. part. 1.
qu. 95. Tiraquel. de retract. ligniag. §. 29. gl. 3.
num. 4. & ſeq. Mattienz. tit. 11. l. 7. gloſ. 3. nu. 29.
Marcell. Marcian. conſ. 11. nu. 2. propè fin. verſ.
eſt benè verum, Guttier. practicar. lib. 2. q. 158.
3 poſt num. 6.* vbi, quód titulus, quem habuit
emptor, reducitur ad non titulum, eò ipſo,
quòd res Iure retrahitur, *Gratian. cap 957.
num. 29. & cap. 460. nu. 5.* & in ſpecie reperi-
tur ſancitum in eadem *Bulla Gregoriana §. 9.
verſ. ſiquidem, Gratian. d. cap 460. nu. 65. &
ſeq.* & in conſimilibus terminis Conſtitutio-
4 nis *Beati Pij V.* concedentis prælationem in
emptione rei cenſitæ creditori cenſus, *Rot.
dec. 82. num. 8. poſt Cenc. de cenſ.* vbi, quòd
retractus, ſeù prælatio competens creditori
cenſus in emptione rei cenſitæ priorem re-
ſoluat contractum, æquè, ac ſi initus non
fuerit.

5 Nullatenus veró meretur attendi, quód
noſter principalis aliundè habuerit ſcientiã
prædictæ emptionis; cum denunciatio vicini
nullatenus ſuppleatur per ſcientiam aliundè
habitam; ſed præcisè requiratur iudicialis
denunciatio, *Bald. de Iur prothomiſ. nu. 20. Ti-
raq. de retract. ligniag. §. 36. gloſ. 2. n. 26. & ſeq.
Roland. conſ. 21. lib. 1.* adeòut in fortioribus
6 terminis, etiam, ſi vicinus contractui em-
ptionis interueniat, tamquàm teſtis; adhuc
debeat iudicialiter interpellari; cum præſen-
tia inducat ſcientiam; ſed denunciatiatio-
7 nem nullatenus ſuppleat, prout in ſpecie ſin-
gulariter *Afflict. de Iur. prothomiſ. §. 2. verſ.
ſed pro deciſione*, rectè aduertens, quod præ-
ſentia, & denunciatio non ambulent pari
paſſu; cum ad effectum inducendi ſcientiam;
ſufficiat, quód quis fuerit præſens in contra-
ctu, tamquàm teſtis, quia ſcientia ita vrget
in his, quæ quis facit vti alius, ſicut in his,
quæ quis facit tanquam ipſe, *cap. penultimo
§. porrò de decim. in 6.* aliiſque allegatis
Nouar. lib. 1. quæſt. forenſ. 82. per tot. eruditus
Caſtald. cõtr. 54. nu. 11. doctus *Palma alleg. 67.
Manfrell. ad Capyc. latr. obſeruat. 46. num. 16.
Romagu in addit. ad annot. Cõciol. ad ſtatut. Eug.
Rubr. 55. de Iur. congr. nu. 55.* idem *Conciol.
ibid. num. 32. Cirocc. diſcept. 29. nnmer. 53. &
ſeq.*

8 Prout idem in proximis terminis habe-
mus in Domino cenſus in emptione rei cenſi-
tæ præferendo iuxta Conſtitutionem *Pianam*,
vt non ſufficiat, aliundè habuiſſe ſcientiam
venditionis rei cenſitæ; ſed omninò requira-
tur iudicialis denunciatio pro forma requiſi-
ta ab eadem Conſtitutione *Piana*, *Cenc. de
cenſ. qu. 64. num. 19. & ſeq. Rot. poſt eumdem
dec. 158. nu. 8. Card. Seraphin. dec. 1474. nu. 1.
Ludouiſ. dec. 425. num. 7.* ibique *add. num. 12.
Card. Millin. dec. 253. nu. 3.*

9 Neque audiendus *Galeot. controu. 49. n. 25.
& ſeq. lib. 1.* cum ab eo exarata non ſubſiſtãt
ex ſupra firmatis, & vlteriùs præſenti the-
mati non conueniant; cum loquatur de vi-
cino, qui, vltrà ſcientiam, fuit etiam præ-
ſens venditioni, pretium ex ea recipiendo,
alioſque actus poſitiuos gerendo, ex quibus
incontrouertibilis ſcientia eiuſdem vendi-
tionis elici poterat.

10 Fruſtrá autem aduerſarius ſe tueri pote-
rit, quòd non verſemur in venditione; ſed
potiùs in permutatione, in qua non eſt lo-
cus retractui, prout per Iura *in l. 3. C. de præd.
Curial. lib. 10. l. 1. ff. de rer. permut. leg. ita con-
ſtãte in leg ſeq. ff. de Iur. dot.* in ſpecie tradunt
*Io. de Platea in l. vlt. col. 2. Cod. de præd. Cu-
rial. lib. 10. Bald. de Iur. prothomiſ. num. 8. & 9.
Afflict. de Iur. prothomiſ. §. 3. notab. 9. num. 11.
& ſeqq.* ibiq; *Rumm. in addit. fol. 152.* idem
*Afflict. dec. 172. Dec. conſ. 697. num. 5. & 14.
Decian. conſ. 23. num. 9. lib. 2. et conſ. 59. nu. 17.
lib. 1. Napodan. in conſuetud. 1. gloſ. emit nu. 4. &
6. Carpan. ad ſtatut. Med. cap. 417. n. 106. et ſeq.
Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 90.
num. 10. Rondell. de Iur. prothomiſ. §. cauſa ve-
rò dotis in* verbo *ex permutatione numer. 1. &
ſeq. fol. 208. Maxill. ad conſuetud. Barenſ. tit. de
Iur. prothomiſ. §. in permutationibus, Caſſan. ad
Conſuetud. Burgund. tit. de retract. Rubr. 10. num.
10. in §. 9. de retract. Boer. ad conſuetud. Bri-
torig. §. 1. & dec. 144. num. 1. & ſeq. Gratian.
cap. 885. n. 9.* Cirocc. *diſcept. 29. n. 15.* Card. *de
Luca de ſeruitut. diſcurſ. 73. num. 1. & diſc. 76.
num. 2* Conciol. *in annot. ad ſtatut. Engub. Rubr.
55. de Iur. congrui num. 25. Rubens in annot. ad
dec. 131. nu. 156. part. 8. recent. Guid. Pap. dec.
92. in fin. & dec. 508. num. 1. in fin. Buratt. dec. 6.
num. 12. add. ad eumdem dec. 937. nu. 22. Penia
dec. 88. num. 20. Rot. in recent. dec. 413. nu. 2.
part. 2. & dec. 322. num. 12. par. 4.*

11 Idque ea præcipua ratione, quòd num-
quám detur retractus, vbi retrahens non po-
teſt eam tradere ſpeciem, quam dat ille, à
quo res eſt retrahenda, iuxta receptam,
ſingularemque doctrinam *Caſtrenſis in leg. 1.
num. 3.*

Digitized by Google

num.3. Cod. commun. vtriuſq. iudic. add. ad Buratt.d.dec.937. nu.20. verſ. verùm eſt notandum, Card.de Luca de ſeruitut.d.diſc.73.n.2. & diſc.76.nu.2.et 7. Rubeus in annot. ad dict. dec.131. num.158. & ſeq. p.8. Penia dec.88. num.20.Rot.in recent.dec.322. numer.12. verſ. ſecundo quia, p.4.

12 Ideòque ſi pro pretio rei emptæ aſſignentur venditori tot annui redditus, non habeat locum Ius retractus; cum enim cenſus inter res immobiles connumeretur, iuxtà textum apertiſſimum in Clement.exiui, §. cumque annui redditus, ibique Gloſ.de verbor.ſignific. l.ſi quis inquilinos ff.de legat.1. Bart.Caſtr.Cyn.& Iaſ. in l.ſciendum, ff.qui ſatiſd.cogant.Bald.in l. etiam col.2.Cod.de except.rei iudic.gloſ. in leg. Iubemus verbo annonas, vbi Bart. Bald.Caſtr. Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Gabr. conſ.141. num.14. lib.2.Cancer.var.cap.7. part.1. num.121.verſ. eſtque ratio Gregor. Lopez in l.Hiſpan.par.2.tit. 17. leg.1. in gloſ.in verbo Rayzeſ. Dionyſ.Gothofred.in Prax.ciuil.lib.1.tit.8. Rubr. de reddit.ann. fol.484. Tiraq.de retract. ligniag.§.1. gloſ.6. num.34. & gloſ 7. nu.7. & 9. Duard. ſuper Bulla B.Py.V. de cenſib in princip.qu.10. per tot. Cenc.de cenſ. qu.30.Felic.eod.tract.lib. 1.cap.7.num.2. verſ. quòd redditus, & lib.2. cap. 3. num.32.& ſeqq. Rouit.in pragmat.1. de Iurib.& exactionib.fiſcalib. nu 66. & ſeqq. de Marin.quotid.reſolut.lib.1.cap.11.Franch. dec. 362.num.7. Card.Seraphin.dec.224.n.4. Card. Mant.dec.14.num.1. Zarrat.dec.42.nu.13. Rot. in recent.dec.283. nu.13. & dec.290. num.11. part.8. & Nos latiori exarauimus calamo, vol.1. diſp.47. num.8.& ſeqq.Videatur potiùs contractus permutationis, quàm venditionis, Card.Mant.de tacit. lib.25.tit.3. num.4.Tiraquell de retract.ligniag §.1. gloſ.14. nu.120. Gratian.cap.885. per tot. Card. de Luca de ſeruitut.diſc.73. num.4.& ſeq. Carol.Ant.de Luca ad Franch.dec.392. num.6. verſ.contrarium ego puto, Quidquid in contrarium dixerit Ferron.ad conſuetud.Burgund. tit.de feud.n.20. Ioann.Koppen.dec.German.24.lib.6.

13 Idque, etiam ſi huiuſmodi ſimulatio contractus fiat ex induſtria præordinata ad effectum excludendi vicinum à Iure retractus ſtatutarii, vt in ſpecie firmant Decian.d.conſ. 23.num.19. lib.2. Tiraquell.de retract ligniag. in præfation.num.78. et ſeq. Vbald.dec.79.n.2. neq;etiã repetita in recent.decis.413. n.2.p.2. cum ſit cautio à lege permiſſa, prudenſque conſilium, l.at qui natura, §. ſed cum me abſente, ff.de negot.geſt.l.cum Pater, §. Titio in fine ff.de legat.2.leg. ſi pupillus poſt princip. ff. de acq hæredit. & in his terminis Tiraquell. de retract. ligniag. in præfatione num 80. Decian.d.conſ.23. num.20.lib.2. ſubijciens nu.

14 ſeq. non videri dolo facere eum, qui ſuo vtitur Iure, leg.nullus videtur dolo. vbi Decius, & alii ff de regul.Iur.& in terminis proſequitur Vbald.d.dec.89.nu.2.repetita in rec.d.dec. 413.n.2.p.2.

15 Et magis in ſpecie, quòd poſſit fieri permutatio in fraudem Bullæ Gregorianæ ad excludendum retractum, pluries dixit Rota, ſignanter coram Buratto dec.6. nu.12. Vbald. d.dec.89. num.2. repetita in recent.deciſ.413. num.2.par.2.Card.de Luca de ſeruitut. diſc.76. num.2.

16 Præcipuè, quia, cum Bulla à Iure communi exorbitans loquatur in caſu ſimplicis vẽditionis, non vindicet ſibi locum in caſu mixto, quando, nempè, contractui venditionis aliquid reperitur admixtum, §. ſequens inſtit.de act. l. hoc legatum, ff.de legat.3.Bald. conſ.357. lib.1. Alciat.conſ.1.num.5.verſ. ſecundò dicat. lib.2 Calean.conſ.3.num.12.Rimin. Sen.conſ.427.numer.25. verſ.ſecundum fundamentum, Rimin.Iun.conſ 23.num.123. & conſ. 462.nu.341.Bertazz conſ.ciuil.103.num.21. Maluaſ conſ.123.num.5. & ſeq. Fuſar. conſil. 179.nu.vlt. Cyriac. controu.445.num.15. & controu.448.num.6.& ſeq. Card.Seraphin. dec. 806.& 811.Archiep.Carril.dec.271.nu.7.Duran.dec.36. nu.36.Dunozett.Iun.dec.796.num. 13. & in his ſpecialibus terminis Rubens in annot.ad deciſ.131. num.156. & ſeqq.part.8. recent. Gratian.cap.885. num.16. Vermigliol. conſ.414.Card.de Luca de ſeruit.diſc.96. nu.12. in ſupplem.2.p.

17 Siquidem concluſiones ſuperiùs firmatæ procedere poſſunt, quando agitur de vera permutatione, quæ fieri dicitur, quoties datur res pro re, aut ſaltem res, & ſpecies permutata eſt maioris æſtimationis, in quibus terminis loquuntur auctoritates contrarię proximè laudatæ. Sed, quando, prout in præſenti ſpecie, de qua diſceptatur, pretium excedit valorem rei permutatæ; tunc dici debet venditio, licèt à partibus permutatio nuncupetur; qualitas enim prædominans eſt attendenda, contractuſque eſt denominandus iuxta naturam eius, quod in eo præualet, & a parte præponderante in totum actum influit qualitas; prout in ſpecie poſt Bart. Caſtr. & Imol. in leg.Ariſto ff.de donat. pluribus allegatis latè Tiraquell.de retract.ligniag.§.30.gloſ.1.nn.9. & trib.ſeqq.gloſ. Pariſien.§.23. q.17. Decian.conſ.59. nu.15.lib.1. & conſ.57.num.34. lib.3. Surd.conſ.434.n.19. Gregor. Chantzkius de laudem.cap.8.nu.28. & ſeqq. Burg.eod.tract. part.2. inſpect.4. nu.10. fol.75. Corbul.de cauſ.priuat.ob non ſolut. canon.limit.12.num.2. & 6. Card.Mant.de tacit. lib.2.tit.2.num.17. & lib.22.tit.28.ſub nu.70. verſ.ſed conſidera, & lib.25 tit.2. num.4. Gratian.cap.885.n.18. & ſeqq. Nouar. ad Franch. dec.392. verſ.in permutatione, circa med. Cyriac. controu.69. num.16. Boer.dec.144. qui omnes admittunt concluſionem, tamquàm incontrouertibilem, quoties, prout in hoc

caſu

caſu, agitur de tertii præiudicio.
18 Proui habemus in materia Iuris Patrona-
tus partim ex cauſa oneroſa, partim ex pri-
uilegio, an veniat, vel ne ſub regulis reſer-
uatoriis Cancellariæ, & dicatur gratioſum,
vel oneroſum, ſiue, an idem Ius Patronatus
partim ſpectans ad Clericos, partim ad Lai-
cos dicatur potiùs Eccleſiaſticum, quàm
Laicale, vt attendenda ſit qualitas prępon-
derans, illa, nempè, quæ medietatem exce-
dit, ex latè adductis per *Gonzal.ad Regul.Can-
cell.gloſ.18.num.15. & ſeqq. Lotterius de re-
benefic.lib.2.qu.10.num.67. add.ad Buratt.dec.
103.litt.B.in fin. verſ.quod procedit. Card. de
Luca de Iure Patronat.diſc.59.nu.23.Creſcent.
dec.3.in princ.de Iur.patronat. Card.Caualer.
dec.547.num.2.*
19 Præcipuè, quando pro re ſtabili fuit data
in computum prætii res mobilis; tunc enim
illa ſuccedit loco pretii, & facit venditio-
nem. *Boer. ad conſuetud. Briturien. tit. de re-
tract.ligniag.§.1.verſ.& intellige fol.92.*
Non poteſt autem in præſentia hæſitari,
quin pretium valorem rei permutatæ exce-
dat; detractis enim oneribus, res permuta-
ta in modico remanet valore; cum onera
cenſus, & canonis, nec non annuorum ſcu-
torum centum in ſe ſuſcepta per aduerſa-
rium longè excedant prætium rei datæ in
20 permutatione; Regulare enim eſt, vt,
quoties ab alio huiuſmodi onera accollan-
tur, accollatio ſit loco ſolutionis, præcipuè,
quando, vt in hac facti ſpecie, eadem accol-
latio legitur facta, cum promiſſione extin-
guendi Canonem, & cenſum in pecunia nu-
merata, quò caſu multò fortiùs eſt habenda
pro ſolutione, *leg.4. §.ait prætor, & §. con-
demnatum in fin. verſ. ſoluiſſe, ff.de re iudic. l.
ſi procurator, aliàs incipit ſi curator 5. §. ſi ab
eo*, vbi *gloſ.* verbo *ſoluto, ff.de Iur. fiſc. An-
gel. in l.item ſi filius ff.ad Macedon Bart. in l.3.
§ fin. num.15.* ibique *Caſtr. num.3. ff.de duob.
reis Tiraquell.de retract.ligniag.§.1. gloſ.14.n.
104. & ſeqq.Gratian.cap.326. num.14.Poſth.
reſolut.16.num.24. Tondut.lib.1.qu.ciuil.cap.
9. num.3. Maſtrill.dec.37. num.7.Giurb deciſ.
53.num.10. ad fin. Ludouiſ.dec.386.numer.1.
& ſeq.* ibique *addent.lit.A. Rota* poſt *Cenc.de
cenſ.dec.547.num.2.& ſeqq. & dec.555.nu.
25.in recent. dec 576. num.8. part.5. tom.2.
& dec.135.n.23.p.6.*
21 Vlterius contraria concluſio eſt ample-
ctenda, quando permutatio bona fide eſt
inita; ſecus veró in fraudem Conſtitutionis
Gregorianæ, & ſub nomine permutationis
occultatur venditio ad excludendam præla-
tionem ab eadem Conſtitutione, alioquin
tributam; tunc enim, cum permutationis
titulus videatur potiùs color quæſitus ad le-
gem fraudandam, nullo Iure attendi mere-
tur, quod ſimulatè fuit geſtum; ſed potiùs
veritas, quàmuis à contrahentibus occulta-
ta, *Tiraquell.de retract.ligniag in præfatione
num.81. & §.1.gloſ.14.num.35. Card. Mant.
de tacit. lib.22.tit.28. num.72. & ſeq. Amic.
de Iur. emphiteotico qu.13. numer.10. Fulgin.
cod.tract. tit.de alienat. qu.1.num.255. Iutri-
gliol. ſingul.95. num 48. lib.5.* & ſatis in pro-
ximis terminis *Couarr. var. reſolut. cap.11.
num.3. verſ. ego verò. lib.3. Crot.conſ.72. nu.
41. Cephal.conſ.329. num.55. & ſeqq.Franch.
dec.392. num.2.* ibique *add. Merlin. deciſ.210.*
22 *num.6. & ſeq.* Vbi firmatur, quòd, ſi do-
mus alicui concedatur ſub nomine cenſus re-
ſeruatiui, redimibilis tamen in pecunia ad
rationem tot pro centenario, quòd contra-
ctus cenſeatur, potiùs emptionis, & vendi-
tionis, quám cenſualis ſub dicto titulo ver-
baliter conceptus ad fraudandum Ius con-
grui vicino competens, quia reuera, ſtante
pacto redimendi cenſum quandocumque
in pecunia ad rationem tot pro centenario,
verum pretium in pecunia conſtitutum in-
tercedere dicitur.
23 Signanter, quia fraus, & ſimulatio ſatis
liquidò remanet comprobata ex pluribus
coniecturis, quæ in huiuſmodi materia ad-
mittuntur, *Tiraquel.de retract. ligniag. §.1.
gloſ.14.num.29.& ſeq. Ciroc.diſcep.29.nu.15.
in fin.* Tum ex præcedenti propoſito emen-
24 di, prout conſtat ex Monitorio tranſmiſſo,
pro obtinenda venditione, quæ præcedens
declaratio, ſatis ſuperque probat fraudem,
& ſimulationem, eiuſdemque eſt fortiſſimùm
argumentum, teſte *gloſ.* ſingulari *in l.1. Cod.
de rer. permut*, ibi: *Cum Patruus propoſitum
vendendi haberet, Tiraquell.de retract.ligniag.
§.1.gl.14. nu.22.& ſeqq. Cald.de cur.Emphyt.
lib.4.cap.8.n.36.*
25 Tum etiam, quia nonnullæ partes domo-
rum ſub titulo permutationis datæ, retro-
uenditæ fuerunt aduerſario pro pretio ſcuto-
rum bis mille, ex quo reſultat incontrouer-
tibilis coniectura detegens fraudem, rectèque
probans, partes verè intellexiſſe vendere ſub
nomine permutationis, dum poſteá ædem
res permutatæ, recepto pretio, fuerunt per-
mutanti retroceſſæ, *Bart.conſ.65.num.3.verſ.
ſecundo modo lib.1. Soccin.Sen.conſ.127. nu.7.
in fin.& 8.verſ. comprobo lib.3.* latè *Tiraq. de
retract. ligniag. in præfat.num.81. verſ.7. vel
etiam, & in §.1. gloſ.14. num.37. & ſeq. &
num.39.*
26 Huiuſmodi verò coniecturæ diiudicari de-
bent efficaces, vtpotè á priori, & poſteriori
concludentes; qui eſt verus modus proban-
dæ ſimulationis, *Bald. in l.multum intereſt
num.2.* ibique *Salicet. num.3. Cod. ſi quis al-
teri, vel ſibi, Mart.conſ.130. num.13. Aym.
conſ.143. num.9. Card. Mant.de tacit; lib.13.
tit.35. num.18. & dec.235. num.6. Farinac.
de falſit. & ſimulat.qu.162. num.227. Gratian*

cap.207.num.10.Cyriac. controu.219.num.77. Card. Seraphin.dec.660.num.2. Rot. diuerſ.dec. 806.numer.5.part.1. Epiſc. Sperell. deciſ.28. nu.13.

ARGVMENTVM.

Primus emptor, quoties ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel ex alia qualibet cauſa, rem alteri vendere cogitur, eſt omninò releuandus indemnis à ſecundo emptore, non ſolùm, ſoluto integro pretio, eiuſdemque augmento per Principem indicto; ſed etiam, refectis expenſis Proxenetæ, Gabellæ Laudemij Notarij, & quibuſcumque alijs huiuſmodi generis; Ad ornatum nobilis *Vlpiani* reſponſi in *l.debet 27. ff. de ædilit. edict.*

SVMMARIVM.

1 *Primus emptor ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel ex alia qualibet cauſa coactus alteri vendere eſt omninò à ſecundo emptore releuandus indemnis.*
Ideòque eſt ipſi reficiendum, quidquid pro rei conſequutione, expendit, ſiue in cauſam pretij, ſiue ex alia quacumque cauſa, ibidem, & n.5.

2 *Diſpoſitio* textus in.l.debet.27 ff.de ædilitio edic. *procedit, nedum in expenſis Proxenetæ, ſed in omnibus, & quibuſcumque alijs erogatis per emptorem cauſa rei comparandæ.*

3 *Expenduntur nonnulla iura ſingularia id optimè comprobantia.*

4 *Dominus, qui poteſt redimere feudum alienatũ, pretium reddere debet.*

5 *Expenſæ extraordinariæ Proxenetæ, Gabellæ, Laudemij, Notarij, aliæque huiuſmodi generis ſunt reficiendæ emptori vendere coacto, qui omninò indemnis ſeruari debet.*

6 *Pretium reſpectu primi emptoris vendere coacti dicitur totum id, quod ab ipſo reuera fuit ſolutum, & quoad Principem venditorem, quantum apud eundem remanſit, cum commodi conſequutione,* & nu.12.

7 *Pro pretio eſt habendum totum id, quod ſoluit emptor ratione rei comparandæ.*

8 *Pretij augmentum demandatum à Principe, eidemque perſolutum, vnà cum antiquo pretio, eſt omninò reficiendum primo emptori coacto alteri vendere, cum reuera pretium conſiſtat in eo, quod fuit ſolutum venditori.*

9 *Quidquid fortaſsè poſſit hæſitari, quando augmentum pretij fuiſſet tertio ſolutum, pro vt contingit in Laudemijs, Gabellijque.*

10 *De ardua quæſtione, an Gabella, ſiue laudemiũ dici debeat pars pretij, vel potiùs quid extrinſecum ab eodem pretio.*

11 *Gabella in aliquorum ſententia reputari debet vti quid extrinſecum, & omninò ſeparatum à pretio.*

12 *Pretium dici debet totum id, quod directè bona fide, & palàm fuit ſolutum Principi venditori.*

13 *Pretium præſumitur iuſtum.*

14 *Reſtauti valere dicitur, quanti vendi poteſt; non autem quanti in ſe valet.*

15 *Pretij de iuſtitia ſacrilegum eſt dubitare, quoties à Principe reperitur taxatum.*

CAPVT CLXV.

CVM Clar.Mem. Cardinalis Gaſtaldus tunc temporis Cameræ Apoſtolicæ Clericus aſſumptus ad Theſaurariatum, fuerit coactus dimittere Clericatum Cameræ ab ipſo emptum ſcutis 42.m. auri, ſtante nouiſſimo augmento in ſcutis ſex mille indicto à S.*M. Alexandro VII.* abſq; dubio Ill. Bichius ſucceſſor in dicto Clericatu, nunc meritiſſimus Reuerendæ Cameræ Auditor tenetur ſoluere eidem Theſaurario
1 dimittenti prædictum integrum pretium ſcutorum 42.m. quoties, enim emptor eſt coactus alteri vendere ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel ex alia qualibet cauſa eſt omninò ſeruandus indemnis; ideòque eſt ipſi reficiendum, quidquid pro rei conſequutione expendit, ſiue in cauſam pretij, ſiue alia
2 ex cauſa, iuxta diſpoſitionem nobilis *Vlpiani* Reſponſi *in l.debet 27. ff. de ædilit. edict.* ibi: *Debet autem recipere pecuniam, quam dedit, vel ſi quid acceſſionis nomine; dari autem non id ſolùm accipimus, quod numeratur venditori, vtpotè pretium, & vſuras eius, ſed, & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt, quia indemnis emptor diſcedere debet,* ibique ſignanter *Cepoll.n.1. & 5.* aduertens, *textum* procedere, nedum in expenſis Praxenetæ, prout ibidem explicat *gloſ.* verbo *erogatum*, ſed indiſtinctè in omnibus, & quibuſcumque aliis
3 expenſis erogatis per emptorem cauſa rei comparandæ, cui conſonat alter *text. in leg. cum autem 13. verſ. iubent Ædiles, ff.eodem,* ibi: *Iubent Ædiles reſtitui, & quod venditioni acceſſit, & ſi quid ipſe præſtitit;* optimus *textus in l. in tantùm 18. §. vltimo ff. deliber. cauſ.* ibi: *Sed vtrum pretium tantùm, an etiam id, quod pretio acceſſit, duplicetur, videamus, & putem id omne omninò, quod propter emptionem, vel dedit, vel permutauit, vel compenſauit eo nomine, nam, & is dediſſe intelligendus eſt,* & confert alter *textus in cap. porrò,* ibi, *æquali pretio tit.qualit.olim feud alien.*
4 *pot.* Quo cauetur, vt dominus, qui poteſt redimere feudum alienatum, debeat reddere pretium, ibique *Bald. Laudenſ.* aliique Feudiſtæ, & benè firmant loquentes, non ſolùm
5 de pretio, ſed etiam de extraordinariis expenſis Proxenetæ, Gabellæ, Laudemii, Notarii, aliiſque huiuſmodi generis emptori

coa-

by Google

coacto vendere omninò reficiendis, *Caguol. in l.2. num.236. & ſeq. Cod. de pact. int. empt. & vendit. Pinell. in l.2. part.2. cap 3. n.38. Cod. de reſcin. vend. Marcian. Sen. cōſ.11. n.15. lib.2 Azeued. in l.9. tit.11. lib.5. recōp. aliàs 70. Taur n.21. & ſeqq.* ibiq *Caſtill. in gl.* uerbo *las coſtas, Hermoſill. ad Greg. Lopez gloſ 5. leg.65. tit.5. part.5. nu.3. & 4. tom.2. & gloſ.8. leg.55. tit.5. part.5. num.4.* Vbi, quòd à quibuſcumque expenſis debeat emptor omniuò indemnis ſeruari, *& gloſ.6. leg.65. tit.5. part.5. nu.11. Mattiens in leg.7. tit.11. gloſ.3. nu.11. et ſeqq. Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. tit. de emption. et vendit. §. nunc dicendum nu.30. in addit. fin. Tiraq. de retract. conuent. §.6. gloſ.2. num.3. Ferrou. ad conſuetud. Burdegal. lib.1. tit.2. de retract. col.2. ad med. verſ. in his ſumptibus reſtituendis, Caſſau. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 10. des Retractes* §.1. verbo *les frais raiſſonables num.6. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.417. n.664. & ſeqq. Author* damnatę memor. vtinā tā probatæ vitę quàm ingenij *ad conſuet. Pariſien. tit.1. § 23. qu.16. num.59. & ſeq. Garz de expenſ. cap.18. nu.53. Guttier practicar. quæſt. cap.158. nu.4. verſ. vnde ſicut emptor lib.2. Gibellin. de euict. cap.2. de redibitor. num.48. Guſman. eod. tract. qu.61. nu.47. Gratian. diſcept. 343. nu.11. & ſeqq. & 460. nu.65. Coſt. de rat. qu.10. num 5.* egregiè videndus *Mexia de Taxa panis concluſ.5. num.116. verſ. contrarium, & nu.118. & ſeq.* Vbi, quòd, venditor, qui cogitur alteri vendere, ſeruari debeat omninò indemnis, ne patiatur indebitè damnum, *Parlador. in ſexquicent. differen.109. n.16. Gaill. lib.2. obſer.19. nu.9. verſ.2. requiritur, Cyriac. controu.63. num.8. et ſeq. Toudut. lib.1. quæſt. ciuil. cap.23. numer.20. & duobus ſeqq. Berlieb. part.2. concluſ.41. nu.33. & 37.* benè *Carpzou. in Iuris prudent. foren. part.2. conſtit.33. defin.8. Koppen. dec.52. nu.24. Chriſtin dec. Belg.281. nu.5. & ſeqq.*

Quibus ſtantibus, ſatis leue eſt vnicum obiectum pro effugienda integra pretii ſolutione, quòd, nempè, de augmento ſcutorum ſex mille, fuerit factum depoſitum ad partes in Sacro Monte Pietatis ad liberam diſpoſitionem *S.M. Alexandri VII.* quòdque idem Pontifex diuerſimodè de primo pretio ſcutorum 36.m. ac de augmento ſcutorum ſex mille diſpoſuerit.

Tum, quia ad vltimum emptorem nullatenus pertinet inquirere, an Princeps venditor vno, vel altero modo diſponat de pretio; cum ſatis ſuperque ſit reſpectu primi
6 emptoris, vt dici debeat pretium totum id, quod ab ipſo reuera fuit perſolutum, & quò ad Principem venditorem quantum apud eumdem remanſit, cum commodi conſequtione, iuxta famigeratam theoricam *Bart. in leg. ſed ſi 61. §. euidam nu.1. & ſeq. ff. de condit. & demonſtrat.* quam ab omnibus eſſe re-

ceptam, teſtantur *Guttier. de Gabell. qu.52. num.4. & ſeq. Parlador. rer. quotid. lib.1. cap. 3. §.7. nu.9. Capyc. Latr. dec.116. nu.41. lib.1.*
7 Vbi, quòd quidquid ſoluit emptor ratione emptionis, pro pretio ſit habendum.

Præcipuè, quando, prout in præſenti themate, illud plus ratione nouiſſimi augmenti fuit ſolutum, vnà cum antiquo pretio ſcutorum 36.m. eidem Pontifici venditori, quo caſu ipſum augmentum indubitanter dici debet pars pretii, eodemque prorſus iure eſt metiendum, cum verum pretium conſiſtat in
8 eo, quod ſoluitur venditori, *Gratian. diſcep. 258. nu.4. Mexia in pragmat. de taxa panis concluſ.3. nu.10. Felician. de cenſib. lib.2. cap.9. nu. 11. ad fin. Dian. de Immunit. Eccleſ. reſolut.48. verſ. ſecundò arguitur, Caſtill. dec. Sicil.127. nu. 12. lib.2. Fontanell. dec.266. n.16.*

9 Quidquid fortaſsè poſſet hæſitari, quando illud plus fuiſſet ſolutum tertio, prout contingit in Laudemiis, & Gabellis, in quibus vindicat ſibi locum celebris quæſtio, de qua
10 præ cæteris latè apud *Fontanell.* qui plures hinc inde allegat *dec.306. numer.16. & ſeqq. Laſſart. de decim. cap.15. num.18.* An Gabella, ſiue Laudemium dici poſſint pars pretii, vel potiùs reputari debeant quid extrinſecum ab eodem pretio, prout optimè vtrumque caſum diſtinguentes firmant *Pinell. in l.2. p.2. cap.3. numer.41. Cod. de reſcind. vendit. Auendan. de cenſ. cap.28 num.3. & ſeq. Rebuff. tom.2. ad conſuetud. Reg. tit. de reſciß. contract. gloſ.15 art. vnic. num.17. Odd. conſ.4. per tot. Cancer. var. reſolut. part.1. cap.13. num.30. Felician. de cenſib. lib.2. cap. vlt. num.11. Valaſc. conſult.70. num.7. & 14. lib.1. Anton. de Bonon. de Immunit. Eccleſ. in vini vectig. cap.3 ſub nu. 25. & 27. Dian. eod. tract. d. reſolut.48. verſ. ſecundò arguitur. Meynar. dec.31. lib.4. Fontanell. dec.306. n.19. lib.2. Rouit. dec.73. n.12.*

Tum quia, quatenus ſumma prædicta ſcutorum ſex mille eſſet conſideranda iuxta ſenſum partis aduerſæ, vti quid extrinſecū,
11 & omninò ſeparatū à pretio Cleritatus Reuerēdæ Cameræ, ex deductis in ſimilibus terminis Gabellæ per *Laſſart. de decim. Vendit. cap. 15. n.18. & ſeqq. Dian. de Immunit. d. reſolut.48. uerſ. ſecundò arguitur, Fontanell. d. dec.306. nu. 16. & ſeqq. & dec.266. num.13. et ſeqq.*

Adhuc primus emptor coactus vendere, eſſet ſeruandus indemnis; ſi enim ſaltem ad effectum reſtitutionis faciendæ emptori coactè vendenti ſub nomine pretii venit totum id, quod non ipſi venditori directè ſoluitur, ſed Proxenetis, Notariis, Gabellariis, Dominoque directo ratione Laudemii, quæ omnes expenſæ abſque dubio ſunt reficiendæ emptori, à quo res empta retrahitur, quia reſpectu emptoris id totum, quod ex quacumque cauſa fuit ſolutum pro re cōparanda, dicitur pretium, ex ſupra latè fir-

12 matis. Multò fortiùs dici debet pretium id, quod directè, bona fide, & palàm fuit ſolutum ipſimet Principi venditori, iuxtà receptiſſimam diſtinctionem proximè adductam.

Prædicta verò omnia eò libentiùs admittenda, dum pretium ſcutorum 42.m. à Theſaurario ſolutum dicitur iuſtum; nam vltrà
13 Iuris præſumptionem pro iuſtitia pretii militantem, *Bald. in l. per diuerſas in 4. qu. Cod. mandat. Roland. conſ. 92. nu. 17. lib. 2. Menoch. conſ. 358. num. 23. Ludouiſ. dec.: 94. numer. 21.* hoc ipſum integrum pretium ſcutorum 42.m
14 fuit oblatum ab aliis; ideòque tanti res dicitur valere, quanti vendi potuit, non autem quanti in ſe valet, *leg. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. l. mortis cauſa. 18. § fin.* vbi *Bart. in ſummar ff. de donat. cauſ. mort. Couarr. uar. lib. 2. cap. 3. num. 17. & ſeq Maſcard de probat. concluſ 1408. num. 4. Surd. conſ. 256. num. 4. Burſatt. conſ. 389. num. 19 lib. 4. Bim. conſ 269. nu. 15. lib 3.* Hermoſill. *ad Gregor. Lop gloſ. 4. leg. 3. tit 5. part. 5 num. 21. & ſeq. & gloſ 6. leg. 56 tit. 5. part. 5. num. 7. Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit 20. num. 6. Cyriac. controu. 453. nu. 69. & ſeqq. Valaſc. conſult. 43. nu. 1. Maſtrill. dec. 17. num. 19. & dec. 33. num. 8. Card. Seraphin. dec. 665. nu. 1. Buratt. dec. 465. num 5.*

15 Præcipuè, quia de iuſtitia pretii ſacrilegum eſſet dubitare, dum à Principe fuit taxatum, *Cagnol. in l. 2. num. 25. & 269. Cod. de reſcind. uendit. Cepoll. de ſimulat. contract. præſumpt. 2. num. 28. Giurb. obſeruat. 1. nu. 15. uerſ. iuſtum eſt Leſs. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap 21. nu. 7. Valaſc. d. conſul. 43. n. 14. tom. 1. Couarr. uar. reſolut. cap. 9. nu. 6 in fin. Rot. in rec. dec. 343. n. 6. p. 1.* & in ſpecie Officii *in Romana Curſoratus 19. Aprilis 1630. §. quia, cor. Pirouano.*

Iuxta firmata fuit deciſum per Em. Dom. Cardinales Ottobonum, Imperialem, & Azzolinum Iudices Delegatos, fauore Clar. Mem. Cardinalis Gaſtaldi tunc temporis Theſaurarij.

ARGVMENTVM.

Prædium, licèt intra Mænia Ciuitatis exiſtens, dicitur omninò Ruſticum, quoties eſt locatum pro Oleribus; Vrbanũ verò eſt nuncupandum, quando in eo adeſt ædificium eleganti forma conſtructum; cum ameniſſimo Viridario, cum non ex loco, ſed potiùs ex materia, vſuque conſtituatur prædium Vrbanum, ſeù Ruſticum: Ad ornatum, & intellectum *Vlpiani Reſponſi in l. vrbana 198. ff. de verbor. ſignific.*

A prædio Ruſtico Vrbanũ retrahi non valet; ſed potiùs Ruſticum ab Vrbano retrahitur.

Prælatio à Conſtitutione *Gregoriana* conceſſa vicinis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, an comprehendat vicinos, etiam prædia Ruſtica poſſidentes, &, an retractus voluntarius, de quò eadem Conſtitutione loquitur in §. 8. ſubintelligi, & extendi etiam debeat ex maioritate rationis ad alteram diſpoſitionem in ſubſequenti §. 14. de retractu voluntario loquentem; Ad intellectum eiuſdem Conſtitutionis *Gregoriana*.

SVMMARIVM.

1 *Prædium locatum pro Oleribus dicitur omninò Ruſticum, quàmuis intra Menia Ciuitatis exiſtens; cũ non ex loco; ſed potiùs ex materia, & vſu conſtituatur prædium Vrbanum, ſeù Ruſticum.*

2 *Prædium dicitur Vrbanum, quoties in eo adeſt ædificium elegans cum ameniſſimo viridario, licèt extra Mænia Ciuitatis exiſtat.*

3 *Imò prædium pars Domus cenſeri debet.*

4 *A prædio Ruſtico non retrahitur Vrbanũ, ſed potiùs è cõuerſo Ruſticũ ab Vrbano retrahi debet.*

5 *Prælatio à Conſtitutione* Gregoriana *conceſſa vicinis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, an comprehendat vicinos etiam prædia Ruſtica poſſidentes.*

6 *Conſtitutio* Gregoriana *diſcretiuè in ſeparatis, §§ loquitur de fundis, & rebus immobilibus Vrbanis, ſeu cohærentibus, & annexis Vrbanis, & de ſimpliciter Ruſticis.*

7 *Verba, quàmuis vniuerſalia, reſtringi debent ſecundùm ſubiectam materiam.*

8 *Bulla* Gregoriana *quàmuis in §. 14. non loquatur de retractu voluntario; nihilòminus, etiam de illo intelligi debet ex maioritate rationis,*

9 *Caſus omiſſus à Conſtitutione remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

10 *Prædium Ruſticum, ad hoc vt vigore* Bullæ Gregorianæ *poſſit retrahere aliud prædium Ruſticum, quænam requirantur.*

CAPVT CLXVI.

NON eſt locus retractui vigore Bullæ *s.m. Gregorij. 13. §. 22.* in ordine in nouo Bullario, quia, cum prædium, cuius vigore ex aduerſo petitur præla-
1 tio, reperiatur locatum pro Oleribus, neque in eo adſit conſtructum aliquod vrbanum ædificium, atque adeò dici debeat prædium omninò Ruſticum; quàmuis intrà Mænia Ciuitatis exiſtens; cum non ex loco, ſed potiùs ex materia, & vſu conſtituatur prædium vrba-

vrbanum, ſeù Ruſticum, iuxta Vlpiani Reſponſum in l. vrbana 198. ibique præcæteris, Alciat.num.8.Rebuff.§ proindè verſ.de his hortis, Brechæus,num.18.ff.de verbor.ſignific. l.ſi prædium 16.Cod.de præd. & alijs rebus minor ibi:ſi prędium ruſticũ.vel ſub vrbanum,quod ab vrbanis non loco.ſed qualitate ſecernitur optimè Vult. in princip inſtitut.de ſeruit.num 18.& duob.ſeqq.part.1.Bachou.in not.ad Vueſembec. num.2.ff.de ſeruitut.vrb.prædior. Cepoll.de ſeruitut.vrban.præd.cap.11.num.4.Carpan.ad ſtatut. Mediol.part.1. cap.433. num.19.& ſeqq. Franciſ.Marc.dec.Delſinat.501.ſub.num.15.& ſub.num.18.& duob.ſeqq. part.1.& materiam eleganter, & eruditè explicant Ferdin.Vueizeneg.in tract. de ſeruitut diſſertat. 3.cap.1.nu. 3.& 4. Caſpar. Manz. eod tract.tit.1.num.8. & ſeqq & in ſpecie horti exiſtentis in Vrbe Rot. in recen.deciſ.184.num.17.& ſeq.part.1.

In prædio verò noſtri principalis aſpiciatur conſtructum ſatis eleganti forma, ędificium, cui ameniſſimum adhæret Viridarium, in quo terra non ſcinditur ad lucrum, ſed potiùs in Areolas perbellè diſtributa, depicta floribus cernitur, frondoſiſq;Arborum aggeribus, ac textili ſilua aduersùs ſolis iacula armantur vmbræ Amicis, & Genio, atque adeò dici omninó debeat Vrbanum, etiam ſi extra męnia Ciuitatis exiſtat; multòque magis, quando, prout in præſentia,
2 intra Vrbem domibus Vrbanis adhæret, prout optimè firmant communi ſenſu Interpretes in d.l.vrbana præcipuè Alciat.num.8.Bræcheus nu.18. Rebuff.§.proindè verſ.propriè verò, ff.de verbor ſignific. Iaſ.in §. æquè num.22. inſtitut.de action.Cepoll.de ſeruitut.vrban.prædior.d.cap.11.num.4.Carpan.ad ſtatut. Mediol. d.cap.433. nu.20. Franc. Marc.d.dec.501.nu. 18. verſ.et etiam horti, part.1. Veizeneger. de ſeruitut.d.diſſertat.3.cap.1. nu.3. Caſpar Manſ. eod.tract. d.tit.1.n.15.

3 Quinimò pars domus cenſeri debeat, Gugliel.de Benedict.in cap. Rainutius verbo, & hortum numer.1. verſ. vnde pro concordia, & ſub num.2. & ſeqq. Rondell.de Iur protbomiſ. §.ſcriptum eſt num.31.fol.393. Sanfelic. deciſ. 171.ſub nu.2.

4 Hinc reſultat, vt à prædio Ruſtico aduerſarii, nullo Iure poſſit retrahi Vrbanum huius partis; ſed potiùs è conuerſo ruſticum ab Vrbano retrahi debeat, Afflict. de Iure prothomiſ.ad princip. leg.num.14.in fine verſ. ſed iterum incidenter quæro, & dec. 223. nu.2. vbi bis refert deciſum per Regium Conſilium Neapolitanũ,Napod.de Iure congrui tit.17.n.18. verſ.ruſticum autem non trahit, & in fine, Pariſ.conſ.82. num.46. lib.3.Decian.conſ.15.num. 21.22. & 28. lib.4. Rendell.de Iur. Prothomiſ. in animaduerſ.ad §.pen. num.4. fol.395. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. part.1. capit.417.numer.484.

5 Neque prædictis omnibus aduerſatur, quòd à Conſtitutione Gregoriana in § 8.permittatur prælatio vicinis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint; ideòque dici debeant, comprehenſi vicini, etiam prædia ruſtica poſſidentes, ſtante generalitate verborum loquentium de re aliqua immobili.

6 Siquidem pro recto, iuridicoque intellectu eiuſdem Bullæ, eſt animaduertendum, quòd Pontifex in dicto §.8. expreſsè loquatur de fundis, & rebus immobilibus vrbanis, ſeu cohærentibus, & annexis vrbanis; non autem de ſimpliciter ruſticis; de quibus diſcretiuè reperitur ſancitũ in §.14.incipiente in ruſticis quoque, prout rectè, ac in ſpecie ponderat Rot.in recent. dec.184. ſub num.17. part.1. vbi, quòd pro ruſticis habeatur particularis diſpoſitio in eadem Bulla in d. § 14. & dec.173. num.6. & 15. part.4. ideòque licet dicta verba §.8. de re immobili loquentia poſſint eſſe apta comprehendere etiam prædium ruſticum.

Nihilòminus, cum ſatis compertum ſit, Pontificem ibi fuiſſe loquutum de prædiis, rebuſque vrbanis, tàm inſpectis verbis eiuſdem Bullæ, quàm etiam ſubiecta materia. Meritò non eſt trahenda ad prædia ruſtica;
7 Regulare enim eſt, vt verba quantumuis vniuerſalia, & generaliſſima reſtringi debeant ſecundùm ſubiectam materiam, & ad cauſam, propter quam reperiuntur prolata, & ex adiunctis limitentur, & declarentur, leg.non eſt nouum, ff.de legib. l.ſi ex pluribus,ff. de ſolut. l.ſi quis domum, § quod tamen, ff. locat.l.profectitia.§.fin.ff.de Iur. dot.l.quæſitum, §.Meuia. ibique Bart.in fin.ff.de legat.3.leg. ſed & ſi adijciatur ff. pro ſocio, leg. his verbis in princip. ff.de legat.3.Crauett. conſ.236.num 6. & conſ.171.nu.13. & conſ.9. nu.21. Dec.conſ. 283.col.1. Ruin.conſ.78. num.4.Oldrad.conſ.8. num.2. Surd.conſ.421.num.12. & conſ.34.num. 39. & conſ.33. nu.26. & deciſ.233. numer.19. & ſeqq. Cephal.conſ.13. num.17. Beron. conſ. 20. num.15. lib.3. Honded. conſ.87. num.59. & conſ.63. num.44. lib.1. Altograd. conſ.3. num.48. lib.1. Cyriac. controu.292. numer.12. Cornazz.dec.10. num.21. Seraphin.deciſ.559. n.2. & ſeq.Ludou.dec.511.nu.23.Bich. d.295. nu.1.

Huiuſmodi verò intellectus libentiùs admittendus, ea animaduerſione adhibita, quòd eadem Bulla Gregoriana ab initio vſque ad §.14.tantùmmodo loquitur de prædiis vrbanis; ſolùmque in §. 14. incipit Diſponere de Ruſticis,prout apertiſſimè colligitur, diligenter inſpecto toto tenore eiuſdem Bullæ.

Neque meretur attendi contrarius intellectus; quòd, quàmuis Bulla in dicto §.14. loquatur de Ruſticis; nihilòminus ibidem

ſolùm-

ſolùmmodo agatur de retractu coactiuo; atque adeò ſit habendus recurſus ad diſpoſitionem §. 8. qui, cùm loquatur de retractu volnntario, debet intelligi, tàm in Vrbanis, quàm in Ruſticis, de quibus nulla fuit habita mentio in d. §. 14.

8 Huiuſmodi enim interpretatio omninò aduerſatur receptiſſimæ ſententiæ, tàm *Rotæ*, quàm *Cameræ*, quòd, quàmuis in dicto §. 14. nulla habeatur mentio de retractu voluntario, tamen de illo etiam intelligi, & ex maioritate rationis extendi debeat, prout declarat *Reu. Camera* in eius celebri voto relato *in recent. dec. 783. numer. 4. verſic. & licèt ex obſeruantia Cameræ, part. 2. & in deciſ. Card. Camerarij impreſſa in recent. deciſ. 173. à num. 15. vſque ad 21. part. 4.* idemque votum fuit confirmatum in alio extenſo ab Archiepiſcopo Roſſanen. *in Romana Iuris congrui ſub die 5. Iunij 1619.* & ità ſemper in eodem Tribunali Reuerendæ Cameræ vidi receptum, ſpatio plurium annorum, quo fui Auditor Clar. Mem. Reu. Cæſarini, tunc temporis Cameræ Clerici.

Prout neque ex aduerſo vis fieri poteſt pro obtinendo retractu in diſpoſitione dicti §. 14. cum enim Bulla ibi loquatur, quando petitur retractus de Ruſtico ad Ruſticum; non autem, quando agitur de Ruſtico ad Vrbanum, de quo caſu, cum in dicto §. 14.

9 nullatenus diſponat, vtpotè caſus omiſſus, remanet ſub diſpoſitione Iuris communis, *leg. commodiſſimè, ff. de liber. & Poſthum. leg. ſi cum dotem in princip.* ibique *Bart. ff. ſolut. matrim. Alexand. conſ. 46. num. 4. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 30. num 52. lib. 1. Surd. conſil. 313. num. 15. lib. 3. Honded. conſ. 12. numer. 17. & ſeq. lib. 2. Giouagn. conſ. 1. num. 17. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. qu. 54. num. 6. Caren. reſolut. 59. num. 57. Gobius conſult. 99. num. 56. & 64. Rot. in recent. dec. 640. num. 14. verſic. aut ſub nomine part. 1. & dec. 152. numer. 17. part. 8.* quo inſpecto, ex ſupra ſi matis à prædio Ruſtico nullo Iure poteſt Vrbanum retrahi.

10 Multòque magis, deficientibus qualitatibus in dicto §. requiſitis, præcipuè, quòd prædium retrahens ſit maioris pretij, & quantitatis, & ędificium ſtructuris magis perſpicuum, nec non colatur propriis impenſis, & retrahendum, ſit ſolitum locari, quæ omnia prorſus deficiunt in præſentia; ideòque non eſſet locus prætenſo retractui, etiam ſi ageretur de Ruſtico ad Ruſticum; prout optimè firmatur in voto *Cameræ impreſſo in recent. d. dec. 783. nu. 4. 5. et 11. p. 2.* & ſequuta eſt *Rot. in recent. dec. 173. nu. 6. & duob. ſeqq. p. 4. & poſt Cenc. de cenſ. dec. 308. nu. 16. verſ. vigore autem, & nu. 17.*

ARGVMENTVM.

Dominium rei, ex quibus remaneat probatum, quoties de eo incidenter agitur; non autem principaliter in rei vindicatione.

Seruitus Iuris paſcendi, vtpotè diſcontinua, non poteſt præſcribi niſi per tempus immemorabile.

Reijcitur contraria ſententia diſtinguens, inter ſeruitutem perſonalem, & realem quam, in re, de qua eſt ſermo non ſubſiſtere, oſtenditur.

Immemorabilis non probatur, niſi ſinguli teſtes ætatem quinquaginta quatuor annorum excedentes concludenter deponant de omnibus requiſitis, enumeratis per celebrem *gloſ. in cap. 1. de præſcription. in 6.* & latiſſimè de alijs ad eamdem materiam pertinentibus: Ad ornatum eiuſdem *Gloſæ*.

Præſcriptio immemorabilis, an excludatur ex actibus contrarijs ſupra centum annos. Quidue aſſerendum, quando docetur de initio præſcriptionis vltrà centum annos.

Et an ſit facienda diſtinctio, an initium detur à centum annis citrà, vel vltrà.

In actibus merè facultatiuis numquàm intelligitur inducta præſcriptio; niſi probetur immemorabilis, vel agatur fauore Eccleſiæ, Diuinique cultus, in quo caſu, præſtatio etiam Decennalis ſufficit pro obligatione in futurum inducenda.

SVMMARIVM.

1 *Dominium eſt difficilis probationis.*
2 *Probatur ex inſtrumentis emptionum cum ſubſequuta poſſeſſione per longum tempus, ſaltem in vim præſcriptionis.*
3 *Prout ex actibus inſerentibus dominium pluries reiteratis, accedente potiſſimùm poſſeſſione centenaria.*
4 *Conceſſio Terrarum ad Terraticum non transfert dominium in accipientem; ſed potiùs probat dominium, poſſeſſionemque concedentis.*
5 *Locationes reiteratæ, accedentibus potiſſimùm alijs adminiculis, probant dominium rei locatæ.*
6 *Indicia, præſumptiones, & coniecturæ admittuntur ad probationem dominij, cum habeat locum regula, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*
7 *Præcipuè, quando verſamur in materia antiquiſſima.*
8 *De dominio, quoties incidenter agitur, leuiores ſolent admitti probationes,*

Se-

Secus aſſerendum, quoties de eo principaliter eſt quæſtio in rei vindicatione.

9 Nemo poteſt immittere Animalia, & paſcere in fundo alterius, vel in eo ſerere, inuito Domino.

10 Ius paſcendi in Prædio alterius non poteſt dici quæſitum, niſi pacto, vel Iure ſeruitutis, ſiue præſcriptionis.

11 Seruitus eſt concludenter probanda à contendente, illam ſibi deberi, cum hoc ſit propriũ actionis negatoriæ, etiam ſi actor ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis.

12 Pactum debet concludentiſſimè probari.

13 Seruitus iuris paſcendi dicitur diſcontinua, vtpotè factum hominis requirens.

14 Ideòque ad illam præſcribendam requiritur immemorabilis.

15 Reprobatur contraria ſententia Crauettæ affirmantis, ſufficere tempus decem, vel viginti, & ad ſummum triginta, vel quatraginta annorum, & num. ſeq.

16 Seruitutes perſonales ſunt vſusfructus, & habitatio, quæ non conueniunt ſeruituti iuris paſcendi, quæ dicitur realis.

17 Seruitus iuris paſcendi debita vniuerſitati dicitur realis; etiam ſi commodum ſit perſonarum.

18 Poſt litem motam actus poſſeſſorij non tribuunt poſſeſſionem,

19 Præſcriptio non poteſt dari ſine poſſeſſione.

20 Teſtes de Vniuerſitate non probant immemorabilem ſuper iure paſcendi in Prædio alterius ab eadem Vniuerſitate prætenſo.

21 Immemorabilis non probatur; niſi concurrentibus quatuor requiſitis, de quibus per gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6.

22 Teſtes deponere debent de auditu à maioribus ſuis, qui etiam aſſerebant, audiuiſſe ab alijs ſuis maioribus, & maiores, à quibus audiuerunt, non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.

23 Reprobatur contraria ſententia affirmans, hoc requiſitum non eſſe neceſſarium, & n. ſeq.

24 Teſtes debent deponere de omnibus quatuor requiſitis per gloſ. alioquin immemorabilis non poteſt dici probata.

25 Singuli teſtes de prædictis requiſitis deponere debent. neque coniunguntur, ſi alter de vno requiſito, alter verò de alio deponat.

Reprobatur contraria ſententia Molinæ.

26 Teſtes ad probandam immemorabilem debent habere annum quinquageſimum quartum completum, dempto tempore litis motæ, neque ſufficit cæptus.

27 Idque procedit, etiam ſi agatur de probandis actibus, qui cadere poterant ſub ſenſu, tempore pupillaris ætatis.

28 Teſtis maior factus poteſt deponere de his, quæ vidit tempore pupillaris ætatis cadentibus ſub ſenſu corporis; non autem ſub iudicio intellectus, quoties lex eo tempore certam non requirit ætatem.

29 Id tamen non procedit, quoties agitur de probanda immemorabili.

30 Teſtes habentes integram ætatem deponentes de viſu à quatraginta annis citrà, abſque copula Et, vel aliqua dictione temporis continuationem ſignificante, non probant concludenter immemorabilem.

31 Teſtes deponere debent de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt.

32 Teſtis deponens, ſe publicè audiuiſſe, an dicatur deponere de fama.

33 Teſtis non explicans, an audiuerit ante motam litem, non probat, quia debet præcisè deponere de tempore antecedenti.

34 Teſtes, vt concludenter deponant de publica voce, & fama, requiritur, vt percutiant tempus ante litem motam.

35 Immemorabilis eſſentiale requiſitum eſt, vt nihil fuerit factum, neque auditum in contrarium, & num. 38.

36 Teſtium depoſitio ſuper interrogatorijs magis attendi debet, quàm ſuper articulis.

37 Immemorabilis remanet omninò ſublata, exiſtente aliquo actu in contrarium.

38 Immemorabilis de eſſentia requirit, vt nihil vnquam dictum, neque auditum fuerit in contrarium.

39 Idque etiam ſi actus eſſet vnicus, imò ſufficit ſolus rumor in contrarium.

40 Etiam ſi mille actus eſſent geſti, quia dato vnico actu contrario, vel difformi, excluditur immemorabilis, & quælibet conſuetudo.

41 Actus contrarij, quando ſunt ſupra centum annos, non eludunt immemorabilem, & de ratione.

Declara, vt num. 40.

Explicatur Molina lib. 2. de primog. Hiſp. cap. 6. n. 60. & ſeq.

42 Actus geſti poſt completam probationem immemorabilis nihil conferunt ad interrumpendam eamdem immemorabilem iam confirmatam.

43 Præſcriptio, poſt quàm eſt completa, non interrumpitur.

44 Intellige proximas concluſiones, vt quando vltra centum annos oſtenditur, & datur verum initium præſcriptionis, excluditur penitùs immemorabilis, neque, quò ad hoc eſt facienda diſtinctio, an initium detur à centum annis citrà, vel vltrà centum annos.

45 Immemorabili ſecluſa, quoties materia eſt omninò facultatiua, non deſinit eſſe talis, licèt per longum tempus, quis permiſerit, niſi probetur coactiua, cum ſubſequuta acquieſcentia.

46 In actibus facultatiuis regulare eſt, vt numquàm dici valeat inducta conſuetudo, niſi probetur prohibitio, cum ſubſequuta acquieſcentia prohibiti.

47 Limita, quoties concurrit immemorabilis probata cum ſuis requiſitis, ex qua reſultat titulus præſumptus.

48 Vel ſtante multiplicitate actuum, ex quibus ceſſat præſumptio facultatis.

49 Vel demum, quoties agitur fauore piæ cauſæ, diuinique cultus.

50 Imò fauore piæ cauſæ ſufficit præſtatio decennalis, ad hoc, vt in futurum oriatur obligatio.

CAP-

CAPVT CLXVII.

1 DOMINIVM, licèt ſit difficilis probationis, *leg.cum res 12. Cod. de probation. Soccin.conſ.89. numer.9. verſ.& pro fundamento, Pariſ.conſ. 104.numer.102.& ſeq. lib.1. Berou. conſ.79. num.6.lib.3. Card.de Luca de ſeruitut.diſc.35. num 9. Surd.dec.10. num.5. Cardin. Caualer. dec.93. num.1. Rot.in recent.dec.449.numer.1. part 3.*

2 Nihilòminus in caſu, de quo agitur, ſatis liquidò remanet comprobatum in Terris cõtrouerſis, tum ex inſtrumentis emptionum factarum ab Auctoribus noſtri principalis cum ſubſequuta poſſeſſione per longum tempus, ſaltem in vim præſcriptionis, *Caſtr. in l.proprietatis num.3. Cod. de probat. & conſ. 169. num.3. lib.1. Alex. conſ.88. numer 6. & ſeq. lib.2. Pariſ.conſ.104. num.59. & 91. lib. 1. Afflict.dec.23. nu.5. Rot.in recent.dec.430. nu.5 & dec.449.ſub nu.1.p.3.*

3 Tum ex teſtibus aſſerentibus, eumdem principalem, eiuſque Auctores diſtribuiſſe eaſdem Terras ad culturam, & Terraticum, vendidiſſe Paſcua, nec non animalia in illis damnum inferentia pignoraſſe; ex huiuſmodi enim actibus pluries reiteratis inferentibus dominium, accedente potiſſimùm poſſeſſione ferè centenaria, illud apertiſſimè dici debet probatum, *Caſtr.in l. ſi quis nu.3. in fin. Cod fin.regund. Bart.in l. quidam in ſuo, num 4. ff.de condit.inſtitut. Bald.conſ.486.nu.4. & 5 lib.1. &, in cap.cum cauſam 37. num.22.* ibique *Innocent.ſub num.3. de teſtib. ſpeculat. eod tit. §.nunc tractandum num.25. Angel.in l.officium, ff.de rei vindicat. Alex.conſ.25. nu. 9. lib.5. & conſ.10. num.4. lib.4. et conſ.103. num.10.lib.7. Aretin.conſ.15. num.3. Crauett. conſ.293. nu.1. Alciat. conſ 20. num.2. lib.5. Maſcard.de probat. concluſ.545. num 4. Menoch.de præſumpt.lib.1. qu.48. num.6. & ſeq. Napod.ad conſuetud. Neapolit.* quæ incipit *pro penſione, tit.in quibus caſib.lic.auctor.propr. pignor.in* verbo *Terræ, num.3. Pariſ. de Pui. de reintegrat.feud. tit.de verbor.ſignific.in* verbo *ad Terraticum inferens in fin.* quòd per da-
4 tionem ad Terraticum non poſſit dici, tranſlatum aliquod dominium in accipientem, benè, aliis adductis, *Honded. conſ.84.n.13. & ſeq. lib.2.* aſſerens, quòd hinc probetur dominium, & poſſeſſio concedentis, *Capiblanc. de Baron..part.1.ad Pragmat.11. num.70.verſ. dictus redditus Terraggia vocant. Maſcard.de probat.concluſ.550. num.6. Gratian. cap.293. num.15. verſ.nec repugnat. & cap.526. nu.22. & ſeqq.et num.46.et ſeqq.et cap.970. num.7. Staiban.Iun.reſolut 193. num.14.et ſeqq.lib.2. Card.de Luca de ſeruit.diſc.35.num.9. et ſeqq. Rot.in rec.dec.12. nu.4.p.2.*

5 Tum demùm ex pluribus inſtrumentis locationum, potiſſimùm concurrentibus tot aliis adminiculis, *Dec. conſ.428. in fin. Maſcard.de probat.d.concluſ.550. num.6. Gratian. d.cap.293.num.17. Staiban. Iun. reſolut.193. num.21. et ſeq.lib.2. Card.de Luca.de ſeruit.diſcurſ.35.num.10.* quæ omnia ſatis ſuperque
6 ſufficiunt ad probationem dominii, adeòut admittantur indicia, præſumptiones, & coniecturæ, *l.indicia 19.* ibique *Bald. Cod. de rei vindicat. Bart.in leg.quidam in ſuo, ff.de condit. inſtit. Roland.conſ.82.in fin lib.2. Pariſ.conſ.103 num.10.lib.1. Menoch.de arbitrar.Iudic. caſu. 42. in princip. Staiban.Iun.d.reſolut.193.n.10. lib.2. Card.de Luca de ſeruitut.diſc.35 num.9. et ſeqq. Boer.dec.42. num.2. Verall. dec.342. num.1.* Card.*Caualer. dec.93. numer.2. & 10.* Vbi, quòd in huiuſmodi materia habeat locum regula illa. quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, maximè, ſi ſint veriſimiles, *Gratian.d.cap.293.num 15. verſ.ſtantibus, & num ſeq. Maſcard.de probat.concluſ.199.n.19. et concluſ.539. nu.2.*

7 Præcipuè, quando verſamur in materia antiquiſſima, *Bald. in l.cum ſuper Cod. de rei vindicat.et in l.indicia num.50.Cod eod. Soccin. conſ.205.nu.3.lib.2. Dec conſ.146 nu.12. Pariſ. conſ.104. nu.102. lib.1. Rimin.Iun.conſ.23.nu. 279. lib.1. Afflict.dec.23.num.4. Caſſador.dec. 2. num.3. de probat. Cardin. Caualer.deciſ.93. num.3.*

8 Multòque magis, dum non eſt quæſtio ſuper rei vindicatione, ſed incidenter agitur de dominio, ad quem effectum non requiritur directa, & concludens probatio, ſed leuiores ſolent admitti probationes, & indicia *Gloſ. in l.quidam* verbo *intueri*, ibique *Bart. nu.4.* aliique *Interpretes ff.de condit. inſtit. Bald.in l.indicia, Cod. de rei vindicat. & conſ.486. num.5. lib.1. Abb.conſ.67.numer.6. Soccin.conſ.112. num.23 lib.4. Alex.conſ.103. num.10. lib.7. Cuman.conſ.150. col.2.ad med. verſ.nam ſecundum, Surd.conſ.1. num.66. lib. 1. et dec.10. nu.11* Honded.*conſ.84. num.14. lib.2.* Cephal.*conſ.63.nu.13.lib.1. Corn.conſil. 219. nu.6. lib.4. Caſtr.conſ 4.nu.1. verſ.tamen quia dominium, lib.2. Soccin.conſ.112.num.23. Maſcard.de probat.concluſ.540. Menoch. de recuper.remed.11.nu.32.et præſumpt.63.n.11. lib.6. Gratian.cap.468. num 35. et 526.nu.22. Staiban.Iun.d.reſolut.193. nu.15. lib.2. Add. ad* Burate*.dec.236. nu.12. & ſeq.* Boer.*dec.42. num.8. Rot. in recent.dec.678. num.2. part.3. & dec.537.num.9.p.5. tom.2.et dec.105. nu.4. part.7.et dec.85. n.9.p.9.*

Probato igitur ex prædictis dominio huius partis in Terris controuerſis, remanet omninò excluſa quælibet prætenſio Vniuerſitatis aduerſariæ ſuper iure paſcendi, & ſerendi in eiſdem Terris, cum abſolutiſſima ſit Iuris
9 propoſitio, vt nemo poſſit immittere animalia,

malia, & paſcere in fundo alterius, & in eodem ſerere, domino inuito, l. Quintus, ff. ad leg falcid. leg iniuriam, cum leg ſeq. ff. de iniur. l. Prata, Cod. de paſc. public. lib. 11. Burſatt. conſ. 151. nu. 132. lib. 2. Natt. conſ. 69. nu. 5. & ſeq. Io: de Amic. conſ. 8. numer. 56. Goden. conſ. 75. num. 4. Loffred. conſ. 25. Honded. conſ. 84. num. 16. lib. 1. Couarr. practic. cap. 37 n. 2. verſ. in re denique, Cepol. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 9. tit. de paſc. nu. 56. Antibol. de muner. & honor. §. 1. nu. 192. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in 4. authorit. Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 35. nu. 4. Franch. dec. 301. nu. 1. & ſeq. Rot. in recent. dec. 300. nu 3. & ſeq. p. 9.

10 Adeò ut nulla prorſus ſit habenda ratio poſſeſſionis, ſed pernecesſè incumbat prætendenti ius paſcendi in prædio exiſtente in dominio alterius, probare, illud acquiſiuiſſe pacto, vel Iure ſeruitutis, ſiue præſcriptionis, leg. 1. §. pen. vbi gloſ. & DD. ff. de aqua pluu. arcen. l. ſeruitutes ff de ſeruitut. § vlt. inſtit. de ſeruitut. Iaſ. in l. ſi priùs n. 40. ff. de nou. oper. nunciat. Azon. in ſumm. nu. 29. Cod. de ſeruit. Surd. conſ. 231. nu. 10. & dec. 177. nu. 1. & ſeq. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 19. Gratian. cap. 572. nu. 58. Hier. Trentler. lib. 1. diſp. 17. Theſ. 7. reſolut. 7. et 8. in princip. Menoch. de reſtit. poſſeſſ. remed. 6. nu. 812. Andreol. controu. 178. n. 1. de Marin. lib. 2. quotid. reſolut. cap. 204. num. 2. Rot. in rec. dec. 101. nu. 4. p. 4. tom. 2.

11 Regulare enim eſt, vt contendenti ſeruitutem incumbat onus illam probandi, cum hoc ſit proprium actionis negatoriæ, etiam ſi actor eſſet in quaſi poſſeſſione ſeruitutis; ita Bart. reprobans opinionem gloſ. ibi in leg. 1. §. hoc nu. 7. ff. de itin. act. priuat. & in l. ſi prius num. 14. & ſeqq. ibique Alex. nu. 7. ff. de nou. oper. nunciat. Caſtr. poſt gloſ. ibid. in l. ſicut; §. ſed ſi quæratur, nu. 9. ff ſi ſeruit. vindic. Natt. conſil. 23. nu. 1. & conſ. 69. nu. 5. Io. de Amic. conſ. 50. nu. 3. Gabr. conſ. 145. num. 3. lib. 1. Honded. conſ. 79. nu. 23. lib. 1. Menoch. conſ. 75. nu. 4. & præſumpt. 89. nu. 6. & ſeqq. lib. 1. & de retin. remed. 5. nu. 53. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 134. nu. 18. verſ. quod attinet, Card. Seraphi. dec. 1422. num. 13. Surd. dec. 177. nu. 2. & dec. 236. nu. 6. Rot. in rec. dec. 101. n. 3. p. 4. tom. 2.

12 Neutrum autem probatur in præſenti; Non pactum, quia de eo nullibi conſtat, & tamen debet concludentiſſimè probari, Cranetta conſ. 111. n. 9. Alex. conſ. 180. n. 3. et conſ. 174. nu. 2. Franc. Ant. Coſta. conſ. 33. nu. 9. Gratian. cap. 572. nu. 58. & ſeqq. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 38. nu. 2. & ſeq. Gaill. obſeru. 69. nu. 3. lib. 2. Andreol. d. controu. 178. nu. 2. Afflict. dec. 400. num. 10. Surd. dec. 177. n. 1. & ſeqq.

13 Minùs etiam probatur ſeruitus; cum enim iſta Iuris paſcendi, vtpotè factum hominis requirens, ſit abſque dubio diſcontinua, gloſ. in l. ſeruitus 14. ff. de ſeruit. ibique Bald. num. 12. docens, quòd, vbi requiritur factum hominis, impoſſibile ſit, quòd dicatur ſeruitus continua, vel quaſi, Bart. in l. 2. num. 4. vbi aſſerit, quòd hæc regula ſit infallibilis, ibique Bald. nu. 9. Cod. de ſeruit. & aqu. idem Bart. per illum textum in leg. foramen. numer. 1. ff. de ſeruitut. vrban. prædior. Honded. conſil. 79 numer. 32. lib. 1. Surd. conſ. 17. numer. 24. Pariſ. conſil. 26. numer. 22. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 90. nu. 9. lib. 1. Felic. allegat. 39. num. 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 5. nu. 35. Couarr. var. cap. 17. num 11. Morl. in empor. Iur. par. 1. tit. de ſeruit. nu. 48. in præfat. Gratian. cap 681. num. 14. Andreol. alios referens, controu. 178. num. 4. Manzius de ſeruit. ruſtic. prædior. tit. 3. qu. 65. n. 290.

14 Vtique requiritur tempus immemorabile memoriam hominum excedens, l. hoc iure. §. ſi aquam, verſ. ductus, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. l. foramen. ff. de ſeruit. vrban. prædior. gloſ. magna in l. ſeruitutes 13. verbo certam ff. de ſeruit. ibiq; Bart. num. 3. Caſtr. num. 10. Alex. conſ. 108. num 4. verſ. ſecus ſi non habebat, lib. 2. Natt conſ. 481. num. 8. Pariſ. conſ. 112. n. 39. lib. 1. Ruin. conſ. 111. nu. 1. & conſ. 119. nu. 11. lib. 4. Honded. conſ. 79. n. 33. & 65. lib. 1. Aldouin. conſ. 46. n. 79 Schenard. conſ. 74. num. 6. Cald. quæſt. forenſ. lib. 1. qu. 5. nu. 26. et 33. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 332. n. 47. p. 2. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 19. num. 1. & ſeqq. Menoch. de retin. remed. 5. nu. 50. Vaſq. controu. Illuſtr. cap. 84. nu. 6. Gratian. cap. 681. num. 36. Balb. de præſcript. 2. part. 4. part. princip. qu. 1. nu. 2. Manzius de ſeruit. tit. 1. qu. 5. n. 59. et ſeqq. & num. 64. aſſerens, hanc opinionem inualuiſſe in omnibus ſupremis Tribunalibus, Card. de Luca de ſeruit. diſc. 32. nu. 7. Barz. dec. Bonon. 40. nu. 27. et dec. 156. nu. 2. Capyc. dec. 117. num. 9. Guid. Pap. dec. 405. Viu. deciſ. 226. nu. 2. Franch. deciſ. 183. num. 13. Rot. in rec. dec. 101. num. 5. p. 4. tom. 2. Card. Caualer. deciſ. 632 num. 8. Cardin. Celſ. dec. 237. nu. 4.

Quidquid de huiuſmodi diſtinctione, inter ſeruitutes continuas, & diſcontinuas ex eruditionibus dubitauerint Ant. Fab. coniectur. Iur. lib. 19. cap. 9. et duob. ſeqq. Donell. tom. 1. lib. 1. cap. 11. ibique Oſuald. Hilliger. in annot. Oter. de paſc. et Iur. paſc. cap. 18. nu. 21.

Et in ſpecie ſeruitutis iuris paſcendi, quòd non niſi præſcriptione immemorabili quæratur, optimè præ cæteris firmant, Padill. in l. 2. num. 32. Cod. de ſeruitut. Bertrand. conſ. 24. num. 11. lib. 1. Dec. conſ. 483. nu. 26. Pariſ. conſ. 27. num. 87. lib. 1. Honded. conſ. 79. nu. 66. lib. 1. Caſanat. conſ. 42. nu. 12. Cepoll. de ſeruit. ruſtic prædior. cap. 9. de ſeruit. Iur. paſcen. nu. 24. Petr. Iacob. Aurelianenſ. in ſua Aurea Praxi, tit. de ſeruit. quæ eſt Rubr. 14. nu. 9 fol. 82. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 13. §. 5. verbo habitans, num. 16. et ſeq. Couar. var. lib. 1. cap. 17. n. 10. vbi teſtatur, ita ſeruari in Hiſpania,

et num ſeq. Miſinger. cent.5. obſer.53. vbi in fine aſſerit, ita iudicari in Germania; Cancer.part.3. var.cap.4.de ſeruitut. num.46. & ſeqq.Caſtill.controu.tom.1. cap.68.de vſufruct. nu.18. Barbat.de diuiſ.fruct.p.1.cap.6. nu.29. Manzius de ſeruit.ruſtic prædior. tit.3. qu.65. num.290.Balb.de præſcript.4.p 2.qu.3. Epiſcop. Antonell.de tempor.legal.lib.2. cap.110. nu.2. Io.Andr.de Georg.allegat.14.numer.8. Donat. Ant.de Marin.quotidian.reſolut.cap.204 nu.6. lib.2. Card.de Luca de ſeruit.diſc.37. numer.1. & diſc.36.num.9.Guid.Pap.dec.573.n.4. verſ. ſed requiritur. ibiq; add. in fin. verſ.quo verò, Dexart.dec.Sardin.70.& 71. Rot. in Narnien. Iuriſ.paſcend.in rec.dec.300.n.9.& dec.347.nu. 17.p.9. quæ deciſiones ſunt celeberrimæ in hoc articulo.

15 Neq; meretur attendi ſententia affirmans, quòd ſeruitus Iuris paſcendi poſſit acquiri ſpatio decẽ annorũ,ſeu viginti,& ad ſummũ triginta,vel quatraginta annorum,præſertim quando hoc Ius quæritur perſonis, non autem prædiis, prout firmant ex aduerſo allegati, Cranett.conſ 4.n.4.& 5.lib 1.Caſtr.conſ. 113 nu.3. lib.2. Balb.de præſcript.in 2 part.5. part.princip.qu.4 in fi.Capiblanc. de Baron. in Pragmat.11 nu.224 in fin. Capyc. Latr.conſult. 83.n.18. & ſeqq.Surd.dec.236.Koppen. deciſ. 12.nu.2.

Huiuſmodi, enim opinio omninò reiicitur ab auctoribus ſuperiori loco allegatis, qui in ſpecie reprobant Cranettã. illamque num-
16 quàm Rota voluit amplecti, vtpotè aberrantem à communi Interpretum ſenſu, nulloq; ſolido fundamento innixam; cum enim iſta ſeruitus, de qua agitur non ſit vſusfructus, vſus, neque habitatio, quæ tantùm perſonales dicuntur, debet conſiderari tamquàm realis, cum perſonalis,præter vſufructũ, vsũ, & habitationem non conſideretur, vt per gloſ in l. pecoris, ff de ſeruitut.ruſtic. prædior. Cuman.conſ 158.in fin.Cepoll. de ſeruit.ruſtic. prædior.cap.4. tit.de ſeruit. aqu.nu.3. ideòque præſcribi non poteſt, niſi per tempus immemorabile, prout rectè ſatisfaciendo doctrinæ, Cranett. d. conſ.4. numer.5. lib.1. optimè aduertit Honded.d.conſ.79. numer.67. & ſeqq. lib.1. vbi, quòd ſine difficultate procedat concluſio, quando, prout in præſentia
17 ſeruitus paſcendi prætenditur ab Vniuerſitate, non autem à ſingulis; idque ea potiſſimùm ratione, quia, quando ſeruitus debetur Vniuerſitati, conſideratur tamquàm realis, licèt commodum ſit perſonarum, Paris.conſ.27.numer.153. lib.1. Couarr. var. lib.1.cap.17.num.11. Honded. d.conſ.79.n.69. lib.1.

Immemorabilis autem in præſentia remanet prorſus excluſa; eſt enim improbabilis, nam ante ſententiam incontrouertibiliter Vniuerſitas aduerſaria, eiuſque homines
18 nullam conſtat habuiſſe poſſeſſionem manutenibilem, poſt verò litem motam actus poſſeſſorii non tribuunt poſſeſſionem, in ſpecie de Marinis d.cap.204. num.7. lib.2. & ſine
19 poſſeſſione non poteſt dari præſcriptio, l. ſine poſſeſſione 25. ff. de vſucap. cap.3. de regul. Iur. in 6. gloſ.in l.malè agitur, ibique Bald. num.6. Cod.de præſcript.Bart.in l.3. §. ex contrario num.4. ff. de acqu.poſſeſſ. Caſtr. in leg. 1. num.12. Cod.de ſeru. fugit. Balb.de præſcript. 2.part.3. princip. poſt qu.18.in tertio, & quarto requiſito num.1. vbi, quòd id procedat in corporalibus,& in incorporalibus, Rot.in rec. dec.372. num.12. & ſeq. part.4. tom.2.Bich. dec.563. num.8. Card.Ottobon.dec.175.nu.14.

Sed fortiùs, quia omnes teſtes ad probandam prętenſam immemorabilem inducti ſunt
20 de Vniuerſitate, qui, vtpotè, habentes intereſſe in cauſa propria non probant, l. omnibus, ibique Angel.nu.2. verſ.aut reſpicit ſingulos, Caſtr.nu.2.Cod.de teſt. leg.nullus ff. eod. Lucas de Penna in l.filiis col.2. verſ.quid autẽ, Cod. de decurion. lib.10. Afflict.dec.400.nu.5. Felin. in cap. inſuper in 5. fallentia, de teſtib. Couarr. pract. conſ.18. num.4. & in ſpecie Loffred.conſ.25.num.7. Camill.de Medic. conſ. 21.num.27. Pariſ.conſ.27. numer.98. & ſeqq. Guid. Pap. dec.573.nu.8. Oſaſch. dec 99. num. 39. Franch.dec.197. num.4. & 10 ibique Amendol. in addit.num.9. & 17. Cardin.Caualer. dec.140. num.3. Coccin.dec.140. num.4. latè Rot.in rec. dec.347. nu.5. p.9.tom.2.

21 Vlteriùs iidem teſtes, neque etiam deponunt cum omnibus quatuor requiſitis, nempè de viſu per quatraginta annos, de auditu à ſuis maioribus, qui ab aliis audiuerunt, quodque ipſi, neque maiores ſui numquàm viderint, neque audiuerint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt, ſine quibus præciſis requiſitis teſtes non probant immemorabilem, iuxta celebrem gloſ. communi Interpretum ſenſu receptam in cap.1. verbo Immemorabilem,de præſcript in 6. Corn.conſ.47. in fin.lib.3. Honded. conſ.79. nu 36.lib.1. Speculat. in titul. de probat.§.1. verbo vltimò quæritur, & verbo vult etiam, latè Gabr.lib.5. tit. de præſcript. concluſ.1.nu.81. Meſinger. centur.1.obſeru.30.Mareſcott.var.reſolut.lib.1. cap.100.nu 10. Gratian.cap.681. num.38. Couarr.in regul. poſſeſſor.§.3.num.3 de regul Iur. in 6. Molin.de primogen. Hiſpan. lib.2. cap.6. per tot.Lotter.de re benefic. lib.2. qu.38. num 47. Garz.de benefic.part.5.cap 9.nu.109 Vrſill.ad Afflict.deciſ. 254.num.6 Card.de Luca de benefic. diſc.32. num.6. Oſaſch. dec 101. num.6. Epiſc.Sperell. dec.69. num.26.Capyc.dec.163. Ludouiſ.deciſ. 196. num 1. ibique Add. & dec.252. num.3. Card. Seraphin.dec.1450. num.2. & dec.1102 n.5.Buratt.dec.673. n.1 Bich.dec.528.num.10. & ſeq.Zarath.dec.21. nu.10.

22 Qui-

22 Quinimò neceſsè eſt, quòd deponant de auditu à maioribus ſuis, qui etiam aſſerebant, audiuiſſe ab aliis ſuis maioribus, & maiores à quibus audiuerunt non vidiſſe, nec audiſſe contrarium, *gloſ.in d.cap.1.*verbo *Memoria, de præſcript.in 6.Garz.de benefic.part.1 cap.2. num.95. Verall. dec.71. num.9. part.2. Ludouiſ.d.dec.196. num.1. Buratt. deciſ.673. num.1.*

23 Et licèt in aliquorum ſententia de hoc poſtremo requiſito poſſit dubitari, cum non videatur neceſsè, quòd Teſtes deponant, maiores ſuos à quibus audiuerunt, nec vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium, cum hoc requiſitum non requiratur expreſsè *à gloſa, Couarr. in cap. poſſeſſor 2. part. prælect. §.3.ſub nu.7. verſ.hoc autem vltimum, Add. ad Ludouiſ.d.dec.196.lit.A. Add. ad Buratt. dec.673.num.9. Card.de Luca de benefic. diſc. 36. num.6. verſ. licet illud, Archiep. Royas dec.50.nu.11.Rot.in Conchen. decimarum 31. Maij 1617. coram Patriarcha Mazzanedo, & in Illarden. decimarum 15. Maij 1630. coram Pirouano.*

24 Nihilòminus receptior videtur ſententia affirmás, vt, adhuc hoc vltimũ requiſitum ſit neceſſarium; adeòut, ſi vnũ deficiat ex prædictis requiſitis per *gloſ.* Immemorabilis non poſſit dici probata, nam licèt re vera prædictum vltimum requiſitum expreſsè non requiratur à *gloſ.* nihilòminus ex mente, & ſenſu eiuſdem *gloſ.*deducitur, prout aduertit *Epiſc.Sperell.d.dec.69. numer 26. Ludouiſ. d.dec.196.* ibique *add.lit.A. Bich.dec.328.n.8. & duob.ſeqq.* & ſingulis teſtes de omnibus
25 prædictis requiſitis deponere, & inter ſe conteſtes eſſe debeant, neque coniungantur, ſi alter de vno requiſito; alter verò de alio deponat, *Mareſcott.var.lib.2.cap.100.num.3. & 10. verſ.et quilibet, Add ad Ludouiſ.deciſ. 252.num.15. Card.Mant. dec.289. nu.4. Rot. diuerſ dec.557. ante fin.part.4. Bich. dec.528. num.10. Epiſc.Sperell.d.dec.69. nu 27. Rot.diuerſ.dec.557 ſub nu.2. verſ quantum ad immemorabilem part.4.* Quidquid in contrarium non rectè ſenſerit, *Molin.de primogen.Hiſpan. lib.2. cap.6. num.34.* quem meritò reprehendit *Rota in Hieracen. Iuriſpatronatus 17. Februarij 1617. coram Veroſpio, impreſſa penes Vinian.de Iur patronat.dec 11. n.5.*

26 Præcipuè, quia quatuor ex ſex teſtibus productis non habent annum quinquageſimum quartum completum, dempto tempore litis motæ, prout requiritur, adeòut non ſufficiat cæptus; cum enim deponere debeant de viſu de quadraginta annis, neceſsè eſt, quòd de tempore, quo videre cęperunt, eſſent doli capaces, & proinde quatuordecim annorum, *Canoniſtæ* communiter *in d. cap.1. de præſcript. in 6.* ibique præcipuè *Lap.nu.8. Franch.nu.16. Couarr.in regul.poſſeſſor.part.2. cap.3. num.7. Gabr.de præſcipt.concluſ.1.n.93. Rebuff.de decim.qu.13.num.99.Rot. in recent. dec.76. n.3. & dec.254. num.1. & ſeq.& dec. 445.num.1. part.1. & dec.248.ſub num.3.p.2.* Card.*Seraphin.dec. 1102. num.5. Verall.deciſ. 71.nu 2. part.2. Ludouiſ.dec.298. num.1.* ibique *add. num.12. Burate. dec.551. nu 4. Bich. dec.328. num.10.* & in ſpecie probandi immemorabilem ſuper ſeruitute Iuris paſcẽdi, *Rot.in recent. dec.347. nu.8. & duobus ſeqq. p.9. tom.2.*

27 Idque procedit, etiam ſi agatur de probandis actibus, qui cadere poterant ſub ſenſu tempore pupillaris ætatis; licèt enim teſtis maior factus poſſit deponere de his, quæ vi-
28 dit tempore pupillaris ætatis cadentibus ſub ſenſu corporis; non autem ſub iudicio intellectus, quando lex eo tempore certam non requirit ætatem, *gloſ.in l.teſtium fides, §. lege Iulia,* verbo *impubes,* ibique *Bart.num.2. ff.de teſtib. & in §.teſtes autem,* verbo *neque impubes,* ibique *Aretin.nu.4. inſtit. de teſtib. Abb. in cap.cum nobis, nu.6* ibique *Felin. n.9. de præſcript. & in cap.pueris, nu.3 de ſent. excommun. Alex.conſ.88.num.23 lib 5 Calcan. conſ.110.ſub nu.8.verſ. nam quod fortiùs, Cuman.conſ.92.nu.2.Cephal conſ.98. nu.40.verſ. verum quia, Couarr.in reg.poſſeſſor.part.2. §.3. nu.8. Farinac.de teſt. qu.58.num.53. & ſeqq. Maſcard.de probat.concluſ.1247. nu.11.et ſeq. Card.de Luca.de Teſtam diſc.26 num.4. & de Iuriſd.diſc.3.nu.6. Rota diuerſ. dec.220. nu.7. part.2. in recent. dec.75. n.9. & ſeq.p.10.*

29 In probanda tamen immemorabili hoc eſt præcipuum, quòd teſtes ſint in ætate completa quatraginta annorum, & deponant de viſu per quatraginta annos poſt pupillarem ætatem, prout ſingulariter declarauit *Rot in Conchen decimarum de Belmonte 14.Februarij 1628. §.quia vltrà quòd, coram Pirouano.*

30 Multòque magis, quia duo teſtes habentes integram ætatem completam annorum quinquaginta quatuor deponunt de viſu à quatraginta annis citrà, abſque copula *Et*, quo caſu, cum non valeat dici comprehenſum integrum tempus quatraginta annorum non dicitur concludenter probata immemorabilis, iuxta ſingularem, receptamq; doctrinam *Bart.in l.Celſus num 24. ff. de vſucapion.* quam in his ſpecialibus terminis ſequuntur *Balb.de præſcription.in vlt.part.n.14. Mareſcot.var.lib.2.cap.100.n.12.et duob.ſeqq.* vbi, quando, prout in præſenti, non fuit addita aliqua dictio temporis continuationem ſignificans, vtpotè *ſemper, continuò,* vel ſimiles, *Cened. practic.& canon.quæſt.ſingul. 43. num.3. Mareſcott.d.cap.100.num.12.& duob. ſeqq. Epiſc.Sperell.d.dec.69. nu.46. & ſeq.* aſſerens poſt *Bart.* loco proximè laudato; quòd fieri poſſit, vt teſtes medio tempore ignorauerint, cum dictio illa *citrà* abſque copula *Et*

in recent. deciſ. 300. numer. 7. part. 4.

Vel demum, quoties agitur fauore piæ
49 cauſę, diuinique cultus, quo caſu materia non cenſetur facultatiua; adeòut ea, quæ ab initio ſunt facultatis, fiant neceſſitatis, & ex præteritis actibus per longum tempus continuatis, etiam iure facultatis oriatur obligatio in futurũ, Abb. in cap. ſuã nobis n. 8. de Simon. Io. Franc. de Ponte conſ. 144. n. 9. lib. 2. vbi in terminis elemoſynarum Gabr. de præſcript. concl. 10. nu. 11 Add. ad Ludouiſ. dec. 162. ſub numer. 15 propè fin. verſ. tertiò vbi agitur, Surd. de aliment. tit. 1. qu. 60. num. 9. & tit. 7. qu. 3. num. 18. Tondut. lib. 1. quæſt. beneſic. cap. 43. num. 13. Card. de Luca de Regal. diſc. 46. n. 2. Rot. in recent. dec. 360. ſub nu. 7. verſ. vltra quòd part. 1. & dec. 54. num. 9 part. 4. tom. 2. et dec. 389. part. 5. repetita penes de Marinis reſolut. 78. num. 16. lib. 1. Imò fauore piæ cauſæ ſuffi-
50 cere præſtationem decennalem multi cenſuerint, ad hoc, vt Eccleſiæ, aut loco pio detur manutentio, Felin. in cap. ad Apoſtolicam, num. 3. extrà de Simon. ibique aliis relatis Barboſ. num. 8. Couarr. lib. 1. var. cap 17. num. 3. Oſaſcb. dec. 99. nu. 20. & ſeq. Ranucc. egregius olim Aduocatus in Romana Curia in eius reſponſ. relato apud Cenc. de Cenſib. qu. 81. num. 35. verſ. ſecundò quia. Tondut. lib. 1. quæſt. beneſic. cap. 39. num. 17. et d. cap. 43. nu. 13. propè fin. verſ. imò fauore piæ cauſæ, Card. de Luca de Regal. diſc. 46. nu. 2. Verall. dec. 166. n. 2. p. 3. Penia dec 1135. nu. 2. et ſeq.

ARGVMENTVM.

Domino prædij ſeruientis non eſt licitum aliquo modo immutare antiquum ſtatum in præiudicium illius, cui ſeruitus paſcendi debetur; ideòque innouata ſunt omninò in priſtinum reducenda, vel ex Interdicto vti poſſidetis, vel actione Confeſſoria.

SVMMARIVM.

1 Immemorabilis operatur, vt poſſit allegari melior titulus de mundo.

2 Immemorabilis habet vim priuilegij, etiam contra habentem intentionem fundatam in iure.

3 Nec non facit præſumi particularem conuentionem, & pactum

4 Imò eſt fortior pacto.

5 Stante immemorabili competit Baroni ius paſcendi, etiam in prędijs Eccleſiæ.

6 Domino prædij ſeruientis non licet aliquomodo immutare antiquum ſtatum eiuſdem prædij in præiudicium illius, cui ſeruitus debetur.

Adeòut impedimẽtum propria auctoritate poſſit tolli.

7 Non eſt licitum reducere ad vineas terras pratiuas, ſeu aratiuas in præiudicium ſeruitutis iuris paſcendi in eiſdem terris competentis, & num. 10.

8 Reprobatur Crauetta contrarium aſſerens in ſeruitute iuris paſcendi.

9 De ſeruitute iuris paſcendi competente Baroni, vel Communitati ratione dominij ſubalterni penes particulares exiſtentis pro fructibus induſtrialibus, & pro vſu culturæ per quamdam ſpeciem coloniæ.

10 Seruitus iuris paſcendi Baroni quæſita in vim immemorabilis operatur, vt immutatio prædiorum, quòad culturas in vineis, non ſit ullo iure permiſſa, & ſupra num. 7.

Quidquid ſit, quoties fiunt defenſæ pro paſcuis.

11 Innouata circà plantationem vinearum in præiudicium iuris paſcendi ſunt ad priſtinum reducenda ex interdicto vti poſſidetis.

12 Vel actione confeſſoria, quæ datur contrà quęcumque poſſeſſorem turbantem; vel impedientem aliquem in ſua ſeruitute.

CAPVT CLXVIII.

SVPPOSITA immemorabili poſſeſſionem Ducis Cęſarini ſuper Iure paſcendi, etiam in prædijs exiſtentibus ſub dominio Eccleſiæ, abſque difficultate in vim eiuſdem immemorabilis poteſt allegari me-
1 lior titulus de Mũdo, l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, et æſtiua, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea ibique gl. verbo non extat memoria, de verbor. ſignific. Iſern. in cap. Imperialem, §. illud, n. 50. de probib. feud alienar. per Federic. optimè pręcæteris Barboſa in l. omnes num. 39. et ſeq. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, Vaſq. contron. 81. num. 13. lib. 2. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. qu. 14. num. 21. innumeri apud Epiſc. Barboſ. in collectanea ad textum in d. cap. ſuper quibuſdam, § pręterea, num. 9. de verb. ſignif. Maſcard. concluſ. 1249. num. 9. Garzia de nobilitate gloſ. 12. num. 66. Menoch. conſ. 90. num. 65. et conſ. 80. num. 43. et ſeq. et præſumpt. 131. n. 44. lib. 3. Pariſ. conſ. 111. num. 43. lib. 1. Gabr. conſ. 164. num. 13. & ſeq. lib. 1. Roland. conſ. 66. nu. 40. verſ. ſecundò eſt concluſio, lib. 2. & conſ. 42. n. 28. verſ. quia, & ſeq. lib. 1. Gabr. cõmun. concluſ. lib 5. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 43. & ſeq. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 5. verſ. ſed, ſi dubitetur Guttierez pract. quæſt. lib. 3. qu. 14. nu. 21. Gratian. cap 578. nu. 11. Theſaur. Iun. quæſt foreuſ. cap. 27. nu. 17. & ſeqq. lib. 2. Gõzal. ad regul. 8. Cãcell. gl. 33. n. 4. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 17. num. 30. & ſeqq. Rouit. in Pragm. 1. de priuileg. Vniuerſ. nu. 6. Marcian. Iun. diſp. 65. n. 28. lib. 2. Roſa conſult. 9. nu. 17. Rot. in recent. dec. 249. nu 4. p. 5. Bich. dec. 97. nu. 2. Buratt. dec. 673. in fin. Card. Celſ. dec. 32. n. 6. Habetque
2 vim priuilegii etiam contra habentem intentionem fundatam in Iure, Pariſ. conſ. 27. num. 80.

num.80. lib.1. Gozadin. conſ.8. num.37. Pen. dec.103. num3. & ſeqq. Cardin. Celſ. deciſ.118. num.10. Rot. *dec.303. nu.3. poſt ſecundum volumen conſiliorum Farinac. & in Conchen. decimarum de Guaſcuena 31. Maij 1617. coram Patriarcha Manzanedo*; Nec non facit præ-
3 ſumi particularem conuentionẽ, & pactum, *Bald. conſ.315. lib.1. & conſ.24. col.2. lib.4. Cranett. conſ.592. nu.102. & conſ.10. num.11. Roland. conſ.66. nu.40. & ſeqq. lib.2. Surd. conſ.262. num.24. Afflict. dec.339. in fin. Epiſc. Sperell. dec.37. num.8. Card. Celſ. dec.118. n.5*
4 Imò eſt fortior pacto, *Oldrad. conſ.172. lib.2. Cranett. conſ.592. num.102. Iaſ. conſ.150. n.6. lib.2. Menoch. lib.3. præſumpt.31. num.44. & conſ.43. nu.6. Cyriac. controu.311. nu.6. Epiſc. Sperell. d. dec.37. nu.8. verſ. imò eſt fortior.*

5 Et in terminis, quòd, ſtante immemorabili, competat Domino temporali, ſeù Baroni Ius paſcendi etiam in prædiis Eccleſiæ, pro indubitato ſuppoſuit *Rota in Albanen. Quartorum 15. Martij 1610. coram Card. Lancellotto*, adhuc non impreſſa, in qua poſt editam alteram deciſionem ex aduerſo allegatam *in Albanen Quartorum, ſiue Iuris paſcendi 5. Iulij 1604. coram Iuſto*, fuit admiſſus Comeſtabilis Columna ad probationem immemorabilis ſuper Iure paſcendi, & diuiſione paſcuorum, etiam ad Eccleſiam pertinentium.

Suppoſita igitur prædicta immemorabili poſſeſſione Ducis ſuper Iure paſcendi; etiam in Terris Eccleſiæ, ex qua reſultat melior titulus de Mundo, Priuilegium Apoſtolicum; nec non ſpecialis conuentio, & pactum, etiã vbi, alioquin reſiſteret Iuris communis diſpoſiti, ex ſupra firmatis, pernecesſè ſequitur, vt nullo prorſus Iure fuerit permiſſum R.R. Canonicis Aduerſariis Dominis aliquarum Terrarum exiſtentibus in Ciuitate Lauinia, mutare ſtatum earumdem; illas reducendo ad vineas.

6 Recepta ſiquidem eſt Iuris concluſio, quòd Domino prædii ſeruientis non liceat aliquo modò immutare antiquum ſtatum eiuſdem prædii in præiudicium illius, cui ſeruitus debetur, vt ſunt Iura apertiſſima *in leg. ſi eo loco 9. ff. ſi ſeruitus vindicetur, l. & ſi fortè 6. §. fin. ff. eod. l. ſeruitutes 19. § ſi ſublatum. verſ. ſi ſeruitus*, ibique *gloſ. ff. de ſeruitutib. vrban. prædior. l. ſed et ſi quis, §. proprietarium, ff. de vſufruct. l. certo generi 13. §. ſi totus ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.* ibique eruditiſſimus *Anton. Faber. in Rationalibus, leg. manifeſtè 7. l. altiùs, Cod. de ſeruit. & aqu.* vbi reperitur ſancitum, quòd poſſim facere in meo, quod volo, non ſi faciam id, per quod ſeruitus conſtituta impediatur, *Gratian. capit.654. numer.4. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap 4. de aqu. duct. num 47. Capyc. Latr. conſult.8. nu.5. verſ. ſeruitus enim, lib.1.* Et in terminis, quòd dominus prædij ſeruientis non poſſit aliquid agere, per quod deterior fiat conditio illius, cui ſeruitus Iuris paſcendi debetur, optimè *Cepoll. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap.9. tit. de ſeruit. Iur. paſcend. num.40. & ſeq.* quem ſequuntur *Couarr. lib.1. var. cap.17. nu.11. verſ. ſed quoties, Aym. ad conſuet. Aruern. tit.28. art.6. numer.3. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.13. §.3. num 4. Cranett. conſ.4. nu.6 lib.1. Manzius de ſeruitut. ruſtic. prædior. tit 3. q.67. num.305. & ſeq. & qu.68. nu.312. Vueizeneg. diſſert.4 cap.6. num.12. Auendan. de exequend. mandat. part.1. cap.4. nu.22. Cancer. var. par.3 cap.4. de ſeruitut. num.75. & ſeqq. vbi nu.77.* quod ſi quid ſit factum in præiudicium dictæ ſeruitutis poſſit impedimentum propria auctoritate tolli, per *text. in l.2. Cod. ad leg. Aquil. & leg ſi quid pars, Cod. de ſeruit. Capibl. inc. de Baron pragmat.11. num.75. & duob. ſeqq. Nouar. de grauaminib. Vaſſall. grauam 33. nu.9. lib.1.* latè *Oter. de Paſcuis cap.16. num.1. Rocc. reſponſ.82 num.9. lib.1. Larrea dec. Granat 30. num.13. verſ. & adeò ius competere.* Et magis
7 in ſpecie, quòd non ſit licitum reducere ad vineas Terras pratiuas, ſeù aratiuas in præiudicium ſeruitutis Iuris paſcendi, *Cepoll. dict. cap.9. num.40. propè fin. verſ. aut vult reducere ad culturam, Bertrand. conſ.28. nu.3. verſ. & multò minùs, lib.6. Surd. conſ.27. nu.10. Oter. de Paſc. d. cap.16. nu.2. Auendan. de exequut. mandat. cap.4. num.22. verſ. et ſemel acquiſito, Larrea allegat.110. num 23. Nouar. de grauamin. Vaſſall. grauam.36. nu.5. lib.1.*

8 Nullatenus aduerſante, quòd prædicta non procedant, quoties ſeruitus Iuris paſcendi eſt præſcriptione quæſita, quia ſeruitus præſcripta dicitur tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto, quod ſecus eſt in expreſsè conſtituta, ex deductis per *Cranettam, conſ.242. numer.4. Coſta de part. rat. qu.159. num.11.* quos refert, & ſequitur *Epiſc. Antonell. de tempor. legal. cap.110. nu.4. lib.2.*

Siquidem contrarium eſt verius, prout impugnando *Cranettam* vbi ſupra, optimè ſuſtinet, *Cancer. var. lib.3. cap.4. de ſeruitut. num.80. & ſeqq.* aduertens, quod, ſi præſcripſi ſeruitutem paſcendi in neceſſariam conſequentiam præſcripſi, quòd pars impedire mihi dictam ſeruitutem nõ valeat, argumento *leg. ſi manifeſtè, & l. ſi altiùs, Cod. de ſeruit. et aqu.* cum aliis Iuribus ſupra allegatis.

Præcipuè; quia non verſamur in Iure paſcendi competente in vniuerſum Domino loci, vel Communitati, non ratione ſeruitutis, vel conſuetudinis præſcriptæ; ſed ratione dominii, quia, nempè, dominium terrarum, & prediorum directum, ſeu, quòad fructus ſit Domini, vel Communitatis; particulares verò habeãt ſolùm dominium ſubal-

ter-

9 ternum pro fructibus induſtrialibus, & pro vſu culturæ, iuxta quamdam colonię ſpeciem, ex deductis per *Couarr. practicar. cap. 37. num. 3 in fin. Capiblanc. de Baronib. tom. 1. pragmat. 11. num. 30. & tom. 2. cap. 74. Capyc. Latr. conſult. 83. num. 9. & ſeq. Larrea dec. 30. num. 11. Card. Mant. dec. 97.* & Nos latiùs firmauimus *diſp. ſeq. num. 2.*

10 Sed potiùs in Iure paſcendi competente domino Duci in vim præſcriptionis immemorabilis abſque vllo prorſus commercio cum Communitate, vel Ciuibus, quo caſu; quoties immutatio in reductione ad culturas pro vineis eſt in notabili quantitate, prout in præſenti themate, tunc nullo Iure ſit permiſſa, prout admittit ex aduerſo allegatus *Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 39. nu. 9. verſ. verùm adhuc*, vbi in ſpecie, quòd non ſit licita reductio Terrarum ad vineas in præiudiciũ ſeruitutis Iuris paſcendi, *& diſc. 37. in fin.* Quidquid ſit ad effectum faciendi, prout Hiſpani aſſerunt, defenſas pro pratis, quæ remanent in primæuo ſtatu naturæ, ſemota quauis immutatione.

11 His igitur præmiſſis, omnia ex aduerſo innouata circa plantationem vinearum, prorſus ignorante Domino Duce, tunc temporis longè abſente, in priſtinum ſtatum ſunt reducenda, prout eſt *textus in l. 2. Cod. de leg. Aquilia*, ibi: *Vt in priore ſtatu reſtituatur eiuſdem Iudicis cura impetrabis*, & facit *textus in leg. Præſes, & in l. ſi manifeſtè, Cod. de ſeruitut. l. 1. in princip. ff. quod vi, aut clam, l. ſi colonus, l. ſi tertius, §. officium, ff. de aqua pluu.*
12 *arcend.* Idque, vel Interdicto vti poſſideris, *l. 1. § ſic, in fin. ff. de aqu. pluu. arcend. l. ſicut autem, §. Ariſto, ff. ſi ſeruit. vindicet, l. penult. ff. de ſeruitut.* Vel actione confeſſoria, quæ datur contra quemcumque poſſeſſorem turbantem, vel impedientem aliquem in ſua ſeruitute, *l. ſi quis diuturno, §. final. ff. ſi ſeruit. vindicet. §. æquè inſtitut. de actionib. Manzius de ſeruit. ruſtic. prædio. tit. 3. qu. 68. n. 309 Vueinezeger. diſſert. 4. cap. 6. nu. 12.*

ARGVMENTVM.

Attentare, licèt non dicatur continuans in poſſeſſione, id tamen plures pati limitationes oſtenditur, quarũ nonnullæ enumerantur.

Seruitutis forma ſuper iure paſcendi reſtricta ad boues aratorios, non poteſt à Cõmunitate alterari pro paſcuis cuiuſuis generis Animalium in præiudicium dominorum contradicentium; Ad ornatum, *l. 1. Cod. de paſc. public. lib. 11.*

Licitum, quàmuis non ſit immutare antiquum ſtatum Terrarum in præiudicium Domini paſcuorum; neq; vſum alterare, per quem deterior fiat eiuſdem domini contiditio; id tamen non procedit, quando verſamur in iure paſcendi ex pręſcriptionis beneficio quęſito; tunc enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi dominus velit illas ad culturam reducere, quia ſeruitus præſcripta dici debet tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto.

Terræ nemoroſæ, quoties reducuntur ad culturam non poteſt prætendi ab eo, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur; niſi intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, lite pendente geſta, ſunt reuocanda.*

2 *Attentare non dicitur continuans in poſſeſſione.*

3 *Adeòut poſſidens valeat continuare in poſſeſſione, nulla prorſùs habita ratione inhibitionis, litiſque pendentiæ.*

4 *Ab attentatis continuatio poſſeſſionis ad hoc, vt excuſet, eſt probanda legitima præcedens poſſeſſio, clara, & non turbida.*

5 *Poſſeſſio præſumitur turbatiua, quando res agitur inter Dominum, & Vaſſallum.*

6 *Poſſeſſio, quoties deſumitur ex actibus, qui liti cauſam dederunt, non procedit regula, quòd qui continuat non attentet, quando moleſtias paſſus, ſtatim Iudicem adijt.*

7 *Regula, quòd, qui continuat, non attentet, non procedit, ſtante ſpeciali inhibitione, quo caſu omnes actus poſteà facti dici debent attentati, licèt eſſent conſequutiui ad pręcedentes actus non attentatos.*

8 *Item regula prædicta non procedit, quando fuit commiſſa cauſa ſpecificè ſuper illo actu, in quo prætenditur continuatio, & ſuper eadem poſſeſſione lis pendebat, tunc enim continuatio eſt prohibita, ne alioquin Iudicium reddatur eluſorium.*

9 *Iuris præſumptio ſtat pro libertate, & contrà ſeruitutem.*

10 *Seruitus iuris paſcendi eſt probanda ab allegante per demonſtrationes euidentiſſimas.*

11 *Nec non per conuentionem claram, & expreſſam.*

12 *Ex ſeruitute præiudicium reſultans eſt grauiſſimum.*

13 *Adeòut cauſæ, in quibus iura prædiorum verſabantur olim Centum virles agebant, & inter grauiſſimas habebant.*

14 *Seruitus Iuris paſcendi, vtpotè diſcontinua, ad hoc, vt per Vniuerſitatem, ſiuè Baronem quæſita dicatur ſuper bonis particularium perſonarum, eſt probanda immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo*

15 *De defenſa deſtinata, & clauſa ab Vniuerſitate pro paſculo boum aratoriorum ipſorum ciuium, remiſſiuè.*

16 Feu-

16 *Feudum non poteſt recipere ſeruitutem abſque Regis aſſenſu.*

17 *Confeſſio præiudicat confitenti.*

18 *Præcipuè, quando eſt clara, & certa, quidquid ſeruſ ſit aſſerendum, ſi ſit dubia, & incerta.*

19 *Confeſſio emiſſa in precibus nocet confitenti.*
Idque, etiam ſi agatur de precibus ſubreptitijs, & reſcripto reprobato ibid.
Vel, etiam ſi preces non ſint ſcriptæ manu confitentis.

20 *Confeſſio, ſicuti præiudicat confitenti, ita ètiam habenti cauſam ab eodem confitente.*

21 *Seruitutis forma ſuper iure paſcendi reſtricta ad boues aratorios, nō poteſt à Communitate alterari pro paſcuis cuiuſuis generis Animalium in præiudicium Dominorum contradicentium.*
Expēditur text. in l. 1. C. de paſc. publ. lib. 11.

22 *Decuriones non poſſunt pro ſua libidine, & voluntate formam depaſcendi alterare, quam ſtatuit antiquitas.*

23 *Quoties agitur de iure paſcendi in fundo alieno quæſito præſcriptione, tunc poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi Dominus velit illas ad culturam reducere.*
Seruitus præſcripta dicitur tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto.
Commendatur Crauetta conſ. 292. lib. 1.
Reprobatur contraria ſententia Cancer.

24 *Terræ nemoroſæ, quando ſunt reductæ ad culturam, non poteſt prætendi ab eo, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur, niſi intereſſe.*

C A P V T CLXIX.

CVM in Regio Conſilio Neapolitano fuerit prolatum decretum contrá Principiſſam Roſſani, quòd Ianutius noſter principalis non moleſtetur in poſſeſſione feudi, de quo agitur;
1 Meritò omnia geſta per Miniſtros eiuſdem Principiſſæ, ſunt manifeſtè attentata, & veniunt reuocanda, *cap. 2. vt lit. pend. in 6. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 3. in præfat. nu. 296 Ludouiſ. dec. 465. nu. 8. Archiep. Royas dec. 634. nu. 1. Bich. dec. 12. nu. 1. Rot. in rec. deciſ. 114. nu. 1. p. 5.*

Neque huiuſmodi attentata euitari poterunt ſub prætextu, quòd Principiſſa continuauerit in poſſeſſione iuris paſcendi in feu-
2 do, ideòque vindicet ſibi locum vulgaris regula, quòd, qui continuat, non attentet, *gloſ. in cap non ſolùm, verſ. dic tamen. de appellat. in 6. Bero. conſ. 118. nu. 8. & 24. lib. 3. Surd conſ. 160. nu. 40. Lancellott. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. limit. 1. Card. de Luca de Iudic. diſcurſ. 18. nu. 43. Bich. dec. 384. nu. 33. Car. Mant. dec. 71. nu. 3. & dec. 168. Cardin. Canaler. deciſ. 615. nu. 2. Card. Seraphin. dec. 432. n. 4.*

3 Adeòut poſſidens valeat continuare in poſſeſſione, nulla prorſus habita ratione inhibitionis, litiſque pendentiæ, *Lancellott. de attentat. lit. pendent. cap. 4. Pariſ. conſ. fin. per tot. lib. 4. Gabr. conſ. 50. nu. 17. lib. 1. Ludouiſ. dec.* 203. *nu.* 3. ibiq. *add. nu. 7. Verall. dec. 51. nu. 1. Card. Seraphin. dec. 432. nu. 4.* nam huiuſmodi concluſio plures patitur limitationes, inter quas potiſſimùm quatuor rei, de qua eſt ſermo optimè conueniunt.

4 Initio igitur nobis illa ſe offert; quòd ad effectum, vt continuatio ab attentatis excuſationem præbeat, eſſet ex aduerſo probanda legitima præcedens poſſeſſio, & quidem clara, nam turbida ad hunc effectum nullo prorſus iure ſuffragatur, *Farinac. in fragment. crimin. p. 2.* verbo *inibitio, nu. 338. Card. de Luca de Iudic. diſc. 18. nu. 43.* Rota *in Cathacen hæreditatis 1. Februarij 1651. §. fin. cor. Card. Cerro. & in Monopolitana Canonicatus 23. Ianuar. 1651. coram Card. Corrado.*

5 Præcipuè, quando, prout in præſentia, res agitur, inter Dominum & Vaſſallum; tunc enim lex ſuſpicatur, quòd poſſeſſio ſit turbatiua, argumento Iurium, *l. vnic. Cod. de contract. Iudic. l qui officij. ff. de contrah. empt. leg. quiſquis, Cod. ſi cert. petat.* rectèque conferunt deducta per *Bald. in leg. nouiſſimè nu. 5. ff. quod cum falſ. tutor. Bart in l. principal. nu. 2. verſ. & ratio,* ibique *Alciat. nu. 17 ff. ſi cert. petat. Nat. conſ. 50. num. 13. Curt. Iun. conſ. 126. nu. 1. ad fin. & 8 Grammat. conſ. crimin. 51. nu 12. Cephal. conſ. 164. num. 14. Maſtrill de Magiſtrat. lib. 6. cap. 8. num. 30. Peregrin. de Iur. ſic. lib. 4. tit. 7. num. 12. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 26. nu. 16. & ſeq. par. 6.*

6 Secundò, prætenſa quaſi poſſeſſio Iuris paſcendi, in toto feudo non poteſt deſumi, niſi ex actibus, qui liti cauſam dederunt, in quo caſu non procedit regula, vt qui continuat, attentare non videatur, quando, prout in hoc themate, moleſtias paſſus ſtatim iudicem adiit, *Poſth. de manut. obſeru. 17. num. 52. Lancellott. de attentat. p. 2. cap. 4. limit. 1. nu. 87. & 88 num. 111. & ſeq. Gionagnon. conſ. 28. num. 38. et conſ. 40. nu. 7. lib. 2. Garz. de nobilit. gloſ. 35. nu 49.* Card. *de Luca de Iudic. diſc. 18. num. 44. Capyc. deciſ. 209.* Ludouiſ. *dec. 4. n. 2. Peutinger. dec. 260. num. 6. & ſeq. Rot. in Bononien. attentatorum. 18. Iunij 1646. § fin. coram. Card. Cerro,* & in ſpecie ſeruitutis, benè *Cancer. p. 3. var. cap. 4. tit. de ſeruitut. num. 95. et ſeq.*

7 Tertiò, cum pro exequtione decreti Regii Conſilii Neapolitani fuerint expeditæ prouiſiones directæ Regiæ Audientiæ Calabriæ Citrà, quòd Ianutius non moleſtetur in poſſeſſione feudi, quę abſque dubio vim habent ſpecialis inhibitionis, vtique omnes actus ſuper prætenſo iure paſcendi, poſteà facti dici debent attentati, licèt eſſent conſequutiui ad præcendentes actus non attentatos, iuxta receptam theoricam *Ripæ in cap. cum Marcus Ferrarienſis, ſub num. 193. ante fin. verſ. ad iſtud reſpondeo, de conſtit. Lancellott. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. limit. 5. n. 10.*

verſ.hæc autem, Mandoſ.de inhibit.qu.75. n.8.
Caccia.dec.418.nu.2.Vbald dec.131. numer.5
Archiep.Royas dec.434. num.3.Peutinger.dec.
260. num.8. Rota in Cæſaraugustana distributionum, ſeù attentatorum 17.Februar.1645. §.
& quàmuis, cum ſeq. coram Card.Cerro.

8 Quartò, tandem ſublata remanet quælibet
diſceptandi occaſio, quia concluſio, vt qui
continuat non attentet non procedit, quando, prout in hac ſpecie. fuit commiſſa cauſa
in Regio Conſilio Neapolitano, ſpecificè ſuper illo actu, in quo prætenditur continuatio, & ſuper eadem poſſeſſione lis pendebat; tunc enim continuatio eſt omninò prohibita, ne alioquin Iudicium
reddatur eluſorium, contra text. in cap.
cauſam, quæ de Iudic. prout in ſpecie limitat regulam ſuperiùs adductam, Rip. in
cap. cum Marcus Ferrarienſis nu.193. antè fin.
verſ. ad iſtud reſpondeo, de conſtit. Gabr.de aqu.
poſſeſſ.concluſ.6 num.17. Gratian. dec.Marcb.
132.num 4. Coccin.dec.399.& 418. vtrobique
num.2. Archiep.Royas dec.434. nu.3. Bich.dec.
381.num.41. repetita in recent.dec.298.num.
27 part.10 Rota in Barchinonen. administrationis 17. Martij 1645 §.minus facit, coram Reu.
Ghislerio, & in Bonon. attentatorum 18. Iunij
1646. § ſi coram Card Cerro. & in Roſſanen
Iuris patronatus 10.Februar.1653.§.minus ſubſiſtit, coram eodem.

Cæterum, nedum ex proximè firmatis
ius Iauutii eſt clariſſimum in poſſeſſorio, ſed
fortiùs in petitorio, nam feudum, de quo
agitur numquam poterit doceri, quòd fuerit comprehenſum ſub aſſignatione Iuris paſcendi facta Principiſſæ per Vniuerſitatem
Roſſani, & nihilòminus id eſſet ex aduerſo
concludentiſſimè probandum, nedum, quia
9 cum Iuris præſumptio ſtet pro libertate, &
contra ſeruitutem, Alex.conſ.129.n.1.lib.1.
Spad.conſ 306. nu.1. lib.2.Cyriac.controu.235
nu 4. Surd.dec.177. nu.1. & ſeq. cum aliis per
Nos latiùs alio in loco adductis.

10 Vtique prætenſa ſeruitus iuris paſcendi ſuper feudo, eſſet probanda ab allegante
per demonſtrationes euidentiſſimas, l. ſi in
rem 6. ff.de re vindicat.Cephal.conſ.533 num.
16.Honded.conſ.80.nu.38.lib 1. Menoch. conſ.
21.nu.34. Roland.conſ.67.num.4.lib.2. Franc.
Ant.Coſta conſ 33.num.9. Ruin. conſ.7. nu.30.
lib.1. Rot.in recent. dec.587. nu.7. & ſeq. &
dec.596.nu.1.& dec.611 num.2. part 5.tom.2.
11 & per conuentionem, claram, & expreſſam
Gratian.cap.572.num.58. & 61. Andreol.controu.178 num 2.Nouar.de grauam.Vaſſall.tom.
2 præln.9.n.3.& in ſpecie ſeruitutis iuris paſcendi prætenſi á Communitate ſuper bonis
particularium, optimè Rota in Senogallien.
Iuris paſcendi 27. Nouembris 1619. coram
Remboldo impreſſ. poſt dict. conſ. Spad.306.
lib.2.

12 Cum grauiſſimum ſit præiudicium
ex ſeruitute reſultans, Abb. in cap. cum
Eccleſia, numer.47. de cauſ. poſſeſſ. Berou.
in cap. de quarta, numer.18. de præſcript. Padill.in l.2. num.13.Cod.de ſeruit. Duaren.lib.1.
diſput.cap.34. in fin. vbi eleganter, iuxta morem obſeruat, cauſas, in quibus iure præ-
13 diorum verſarentur olim Centum viriles
egiſſe, & inter grauiſſimas habuiſſe, Canarr.
lib.1. var.cap.17. nu.7. Vnſq.illuſtr. lib.3.cap.
87.num.1. Gilkheu.de præſcript. 2.part.memb.
1. cap.11. nu.9. & ſeq. Præceptor meus Arias
de Meſa var.lib.3.cap.14.nu.3.verſ.quippè præiudicium in ſeruitutibus.

Sed etiam, quia ius paſcendi, ad hoc, vt
14 competat Vniuerſitati, á qua Principiſſa
cauſam habet, ſuper bonis particularium
perſonarum, eſſet probanda immemorabilis,
aut quatragenaria, cum titulo, cum agatur
de ſeruitute diſcontinua, leg. hac iure, §. ſi
aquam, verſ.ductus, ff.de aqu.quotid. & æſtiu.
l ſarmen, ff.de ſeruit.vrb.prædior.gloſ. magna
in leg.ſeruitutes 13. verbo certam, ff. de ſeruit.
cum aliis per Nos alio in loco congeſtis.
Et in terminis ſeruitutis iuris paſcendi Dec.
conſ.483. num.26.Bertrand. conſ.24. num. 11.
part 1. Pariſ.conſ.27.numer.79. & ſeqq.lib.1.
Caſſan.ad conſuet.Burgund.Rubr.13.§.5.verbo
habitans, num.16. & ſeq. Guid.Pap deciſ.573.
num 4. verſ.ſed requiritur, ibique add. in fin.
verſ.quo verò. Rot. in famigeratis deciſionibus
in Narnien. Iuris paſcendi in recent.deciſ.300.
num.9. & dec.347.nu.1.p.9 tom 2.

Multòque magis, quia Principiſſæ fuerunt
ſolùm aſſignata á Communitate paſcua
foreſtæ, & Vallisambræ, quæ erat defenſa,
15 vt vulgò aſſerunt, deſtinata, & clauſa pro paſculo bobum aratoriorum ipſorum Ciuium,
iuxta deducta per Cupyc.in Inueſtitura feudal.
verbo fidis in fin. Rouit.in Rubr. Prag. de paſc.
num.19 ideòque ſub huiuſmodi aſſignatione
non poſſunt dici comprehenſa bona in feudum poſſeſſa à particularibus Ciuibus, quæ
16 non poſſunt recipere ſeruitutem abſque Regis inueſtientis aſſenſu, iuxta notata in cap.1
§.quid ergo, de inueſtit.de re alien. facta.

Idque, etiam remanet comprobatum ex articulis exhibitis, ſucceſſiuiſque probationibus factis á Communitate in Conſilio Neapolitano pro impetrando Regio aſſenſu ſuper dicta paſcuorum aſſignatione, in quibus
literis plus quàm cubitalibus legitur prædictum feudum nullatenus eſſe in dicta aſſigna-
17 tione comprehenſum, quæ confeſſio ſicuti
præiudicium eidem Communitati confitenti
infert, leg.cum ſe, Cod.de tranſact. l.1. Cod.de
ſeru.fugit cap. per tuas de probat. Valenzuel.
conſ.121.nu.95. & ſeqq. Altograd.conſ.84 nu.
108.lib.1.Mareſc.var.lib.2.cap.44. nu.2. Rot.
in recent.dec.263. nu.1.p.7.

18 Præcipuè, quando, prout in hac ſpecie
eſt

eſt clara, & certa; quidqnid ſecus ſit aſſeren-
dum, ſi ſit dubia, & incerta, in quibus ter-
minis loquuntur ex aduerſo allegati, *Honded.*
conſ.69.num 73.lib.2. add.ad Buratt. dec.443.
num.7. Mobedan.dec.2. de reſtit.ſpoliat. Card.
Seraphin.dec.487. numer.3.& 16. Bich. deciſ.
584. num.17. Buratt.dec.183.n.19. Rot. in rec.
dec.443. num.8. part.1. & dec.68.n.21.par.8.
19 & in terminis conceſſionis emiſſæ in preci-
bus *eſt textus in leg. cum precum, Cod. de liber.*
cauſ. ibique *Interpretes, cap. per tuas de pro-*
bat. Gabr. de confeſſ. concluſ.4. num.1. Craſſ. ex-
cept.14. num.70. Franc: Ant. Coſta conſ.23.n.8.
9. & 10. vbi ampliat, etiam in precibus ſub-
reptitiis, & reſcripto reprobato, *Rot. in rec.*
dec.181. num.6. & ſeq. part.10. Epiſc. Ricc. dec.
106. nu.15. 18. & ſeq. part.4. Intrigliol. dec.
6. n.7. & ſeqq. vbi etiam, quando preces non
ſunt ſcriptæ manu confitentis.
20 Ita etiam non poteſt impugnari à Princi-
piſſa ab eadem Communitate cauſam ha-
bente, *Aym. conſ.40. num.5. poſt med. verſ.*
prima ratio, Surd. conſ.489. num.30. verſ. pa-
rum quoque, & conſ.151. num.38. & ſeq. &
dec.72. num.9. & dec.256. num.8. Altograd.
conſ.19. num.20. lib.1. Menoch. conſ.2. nu.373.
Ancharan. Iun. quæſt. famil. lib.2. qu.32. n.5. &
6. præcipuè num.7. verſ. cæterum quia, & n.9.
& ſeq.

Prædictis verò omnibus, ea accedat ani-
maduerſio, quòd, quatenus (ſine veri præ-
iudicio) ſeudum controuerſum valeat dici
comprehenſum ſub aſſignatione iuris paſcen-
di; adhuc, cum ius paſcendi eſset reſtrictum
ad boues aratorios tantùm, ſiue attendere
velimus priuilegium, ſiue confeſſiones vni-
formiter factas à Communitate, & Princi-
piſſa in articulis, ſiue demùm relationem Pe-
riti, cui per Regium Conſilium Neapolita-
num fuerat iniunctum appretium paſcui; ab-
21 ſque dubio non poterat Communitas for-
mam ſeruitutis alterare pro paſcuo cuiuſuis
generis animalium, illudque cedere Princi-
piſſæ in tàm graue præiudicium Dominorum
poſſidentium terras intrá defenſam, ſignan-
ter contradicentium, vt in ſpecie eſt *textus*
in l.1. Cod. de paſc. public. lib.11. cuius hæc
ſunt ipſiſſima verba: *Cum nulla ratio ſit, cur in*
paſcuis, ſaltibuſq; rei priuatæ penſio debeat am-
pliari, nequaquàm pro libidine ordinum augmē-
ta facienda ſunt, & inferiùs, *eam manere de-*
cernat, quam ſtatuit antiquitas, ibique præ
cæteris *Io. de Platea, & Lucas de Penna*, opti-
mè *Surd. conſ.65. nu.14.* vbi per dictum *tex-*
22 *tum* in ſpecie firmat concluſionem, quòd
Decuriones non poſſint pro ſua libidine, &
voluntate formam depaſcendi alterare, quam
ſtatuit antiquitas.

His igitur præmiſſis, non eſt opus aggre-
di diſputationem ſuper obiecto ex aduerſo
excitato; vt, ſcilicèt, non licuerit Domino
feudi terras nemoroſas ad culturam reduce-
re in præiudicium Principiſsæ, cui ſupponi-
tur ius paſcendi competere.

Nã, præterquã, quod ex ſupra firmatis, di-
ctum ius paſcendi non competit ſuper dicto
feudo, ſignanter cum omni generi anima-
lium; adhuc animaduertendum, quòd con-
cluſio, vt, ſcilicèt, non liceat immutare an-
tiquum ſtatum Terrarum in præiudicium
Domini paſcuorum, neque vſum alterare,
per quem deterior fiat eiuſdem conditio,
prout firmant *Crauetta conſ.4. numer.6. Surd.*
conſ.27. num.10. Lanar conſ.35. num.2. Ber-
trand. conſ.228. lib.6. Cepoll. de ſeruitut. ruſtic.
prædior. tit. de ſeruitut. Iur. paſcend.. num.40.
Otcrus de paſcuis, cap.16. num.1. Cancer. *var.*
part.3. cap.4. de ſeruitut. num.75. & ſeqq. Caſ-
ſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.13. §.3. num.
4. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap.490. num.9
Barbat. de diuiſ. fruct. part.1. cap.6. num.55.
& ſeqq. Nouar. de grauamin. Vaſſall. tom.1.
grauam.33. num.9. & grauam.36. num.1. &
5. Capiblanch. de Baron. Pragmat.11. numer.
75. & ſeqq. Larrea alleg.110. num.23. Rocc.
reſp.82. numer.9. lib.1. Amendol. ad Franch.
dec.301. num.4. & ſeq. Card. de Luca de ſer-
uitut. diſc.37. num.2. & diſc.39. num.5. & 7.
Larrea dec.30. num.13. & Nos latiùs firmaui-
mus *diſp. anteced.*

Inter plures, quas patitur limitationes,
23 illa eſt præcipua, rei, de qua agimus, opti-
mè conueniens, vt nempè non procedat;
quando, prout in præſentia verſamur in Iu-
re paſcendi acquiſito præſcriptione; tunc
enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terra-
rum; ſi Dominus velit illas ad culturas re-
ducere; quia ſeruitus præſcripta dicitur ta-
citè conſtituta ex patientia partis, quæ de-
bet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo
inculto, vt in puncto egregiè *Crauett. conſ.*
292. num.4. lib.1. Coſta de portion. rat. quæſt.
159. numer.11. Barbat. de diuiſ. fruct. part.1.
cap.6. num.57. verſ. contrarium, & ſeqq. E-
piſc. Antonell. de tempor. legal. lib.2. cap.110.
num.4. quidquid in contrarium aberrans à
communi ſentiat *Cancer. var. lib.3. cap.4. de*
ſeruitut. nu.80. & ſeqq.
24 Et in omnem caſum, quando Terræ ne-
moroſæ ſunt reductæ ad culturam, non poſ-
ſet prætendi ab eo, cui ſeruitus Iuris paſcen-
di debetur, niſi intereſſe, *Cepoll. de ſeruitut.*
ruſtic. prædior. tit. de ſeruit. Iur. paſcend. nu.42.
quòd valdè differt à retentione totius pro-
prietatis, cum perceptione fructuum.

* * * * * *
* * * * *

ARGVMENTVM.

Clerici cum eorum Animalibus depaſcentes in paſcuis publicis, an, & quando ad fidæ ſolutionem teneantur.

Pontifex, quoties derogat, cuicumq; exemptionũ generi, an intelligatur etiã comprehenſa Immunitas de Iure communi competens; Vel potiùs de ea fieri debeat ſpecifica mentio: Et an appellatione Clericorum veniant etiam Regulares.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio inita eum Capitulo præiudicat ſucceſſoribus, quaties à Sede Apoſtolica fuit confirmata.*

2 *Paſcuorum dominium, quòad herbas poſt collectos fructus induſtriales ſpectat ad Communitatem.*

Itaut dominium particularium reſtringatur ad quamdam ſpeciem Colaniæ, & ad ſalam culturam pro fructibus, tantùmmodò induſtrialibus.

3 *Clerici cum earum Animalibus depaſcentes in paſcuis publicis tenentur ſoluere fidam, quia non eſt Vectigal, neque collecta, ſed potiùs herbarum pretium.*

4 *Neque in hoc caſu Vniuerſitas legem imponit Clericis, neque illos collectat, ſed tantùmmòdo vendit vſum, ſiuè vſumfructum rerum ad ipſam Vniuerſitatem pertinentium.*

5 *Fida eſt potiùs pretium herbarum, quàm Vectigal.*

6 *Clerici non habent priuilegium cum eorum animalibus vtendi paſcuis ad Communitatem ſpectantibus in fundis priuatarum.*

7 *Mercaturæ exercitium à Sacris Canonibus Eccleſiaſticis interdicitur.*

8 *Regulares veniunt appellatione Clericorum.*

9 *Reuacatia exemptionum, immunitatumque facta à Pontifice non intelligitur, quòad competentes de Iure communi, in quibus requiritur ſpecifica deragatio.*

10 *In litteris Apoſtolicis, potiùs attenditur diſpoſitiua, quàm narratiua.*

Ideòque pro comprehenſione Eccleſiaſticorum in derogatiane immunitatum ſufficit, de illis fuiſſe factam mentionem in diſpoſitiua, licèt non legatur in narratiua.

11 *Sacrilegum eſt diſputare de poteſtate Ponteficis in derogatione immunitatum ſuper comprehenſione Eccleſiaſticorum.*

12 *Deragatio generalis ſufficit etiam in illis caſibus, in quibus, alioquin eſt neceſſaria, quoties conſtat de voluntate Pontificis derogantis.*

13 *A voluntate derogantis potiſſimùm pendet tota hæc materia.*

14 *Idque, etiam procedit in camprehenſione Regularium ſuper reuocatione immunitatum.*

15 *Clauſula* pro expræſſis, etiam ſi ſpecialis, & indiuidua mentio requiratur, *æquipollet clauſulæ* quorum tenores, *habenti vim indiuidualis expreſſionis, & derogationis.*

16 *Ex vi dictæ clauſulæ dicitur derogatum etiam priuilegio Clericorum in corpore iuris clauſo, præcipuè, quando eſt vulgare, Pontificique benè notum.*

17 *Quoticſcumque derogatur cuicumque exemptionum generi, pernecesſè comprehenditur, etiam Immunitas competens ex diſpoſitione Iuris.*

Idque ea ratione, quia, tamquàm ſpecies diſtincta ab altera ſpecie immunitatis campetentis ex Iure ſpeciali, continetur ſub genere vniuerſaliter derogato.

18 *Quod procedit, etiam ſi in vna ſpecie maior ſit ratia, quàm in alia.*

19 *Gratia* Motu proprio *conceſſa latè debet intelligi, etiam ſi aliàs eſſet reſtringenda.*

20 *Obſeruantia eſt optima, interpres in quacumque materia.*

21 *Præcipuè, pro comprehenſione Regularium ſuper ſolutione onerum, & Gabellarum.*

22 *Obſeruantiæ eſt valdè deferendum in materia paſcuorum.*

23 *Prout interpretatur quaſcumque exemptiones, & immunitates.*

24 *Etiam pro comprehenſione Clericorum in ſolutione Gabellæ Cameralis.*

25 *Vnicus actus ſolutionis Gabellæ factæ à Regularibus, vel Clericis ſufficit, quando obſeruantia non deducitur ad præſcribendum, ſed potiùs ad declarandum.*

26 *Tranſactio declaratur ex obſeruantia, neque requiritur præſcriptio, ſed ſufficit, ita aliquando fuiſſe ſeruatum per vnicum actum.*

CAPVT CLXX.

QVò ad ſolutionem fidæ faciendam à Capitulo, & Clero Ciuitatis Nouæ, excepto limitato numero Animalium pro eorum vſu inſeruientium, non poteſt adeſſe aliqua difficultas, ſtante concordia inita, inter Ducem Io: Georgium Cæſarinum, dictumque Capitulum, & Clerum, quæ cum fuerit ſpecificè confirmata à *s.m. Vrbano VIII.* eſt omninò ſeruanda, &
1 præiudicat quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ſucceſſoribus, *cap. de cætero* ibique præ-cæteris *Innoc. num. 4. & 5. de tranſact. gloſ. in cap. veniens,* vbi *Abb. num. 2. Card. oppoſit. 3. eod. tit. Federic. de Sen. conſ. 84. Abb. conſ. 56. nu. 2. lib. 1. Ludouiſ. dec. 152. num. 1.* ibique *add. nu. 3. Duran. dec. 216. num. 2. Bich. dec. 70. num. 2. & dec. 267. num. 5. & dec. 295. num. 3. Rot. in recen. deciſ. 79. num6. part. 1. & deciſ. 87. numer. 15. part. 7.*

Præcipuè, quia eadem concordia fuit ſatis
2 rationabilis, iurique conſona; cum enim dominium paſcuorum, quòad herbas, & paſcua poſt collectos fructus induſtriales ad Communitatem Ciuitatis Nouæ pertineat, ſiue Dominum Ducem ab ea cauſam habentem, ſtante ceſſione introituum ab eadem Communitate facta ipſi Duci, inter quos adeſt

Ius

Ius fidæ, ſiue paſcuorum; itaut Dominium
particularium, fundos, & prædia in eodem
Territorio poſſidentium reſtringatur ad
quamdam ſpeciem coloniæ, & ad ſolam cul-
turam pro fructibus tantùmmodò induſtria-
libus, Couarr. practicar. cap. 37. num 3. in fi e,
vbi, hoc dicit iuſtiſſimum, & æquiſſimum,
Reipublicæque conueniens, Capiblanc. de Ba-
ron. tom. 1. Pragmat. 11. nu. 30. tom. 2. cap. 74.
Rendell. de paſc. part. 3. cap. 3. Card. Tuſc. lit. P.
concluſ. 112. num. 7. Freec. de ſubfeud. part. 2.
auctorit. 46. num 11. propè fin. Capyc. Latr. con-
ſult. 83. num. 9. 13. 14. & 36. lib. 2. Card. de Luc.
de ſeruitut. diſc. 35. nu. 6. & ſeqq. Franc. Marc.
dec. 223. in fin.

Hinc reſultat, vt quámuis Eccleſiaſtici
pro eorum animalibus depaſcentibus in di-
ctis paſcuis teneantur ſoluere fidam, quia
3 reuera ipſius ſolutio non eſt Vectigal, neque
collecta, qua Clerici poſſint ſe contendere
exemptos; ſed potiùs pretium herbarum, vt
in præciſis terminis Iaſ. in l. 1. in 1. lectur. ſub.
num. 19. verſ. aduertit tamen, & in 2. lectur.
num. 25. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs, qui opti-
mè firmat, quòd, ſi Communitas habeat lo-
ca paſturæ in fundis priuatorum, & Clericus
velit immittere ſua Animalia ad ibidem de-
paſcendum, teneatur ſoluere Communitati,
lateque comprobat Abb. conſ. 6. per tot. illam
potiſſimùm rationem expendens, quòd, nem-
pè, non dicatur hoc caſu, quòd Communitas
4 legem imponat Clericis, atque illos collectet,
vel datia, aut Gabellas ab eiſdem exigat;
ſed potiùs, quòd tantùmmodò vendat vſum,
ſiue vſumfructum rerum ad ipſam Commu-
nitatem pertinentium, rectèque conferunt
deducta per Card. de Luca de Regal. diſc. 94. n.
2. in fin. verſ. ideòque dictum Vectigal, vbi,
5 quod fida, potiùs ſit pretium paſcuorum,
quàm Vectigal.

Non enim Clerici in hoc reperiuntur priui-
6 legiati, quód vti poſſint paſcuis ad Commu-
nitatem ſpectantibus in fundis priuatorum
pro eorum Animalibús, Rendell. de paſcuis,
fol. 205. verſ. an verò Clericis, & ſeqq.
Cammill. de Curt. in 2. part. diuerſ. Iur. feud. nu.
78. in medio fol. 107. alijſque allegatis, egre-
gie præcæteris Maſtrill. deciſum referens, deciſ.
49 num. 7. et ſeqq. & deciſum pariter teſtatur
per Sacram Congregationem Boni Regimi-
nis, Choell. ad Bullam Boni Regiminis, cap. 35.
nu. 27 et cap. 50. num. 59.

Nihilòminus prædictis non attentis, quæ
in Iure ſunt abſolutiſſima, fuit inita dicta
concordia, in qua cum eiſdem Eccleſiaſticis
mitiùs agendo fuit conuentum, vt, excepto
limitato numero Animalium pro eorum vſu
inſeruientium, ſuper quibus poterat conſi-
derari prætenſa ipſorum immunitas, pro re-
liquis ſolui debeat fida pro paſcuis ad tollen-
das occaſiones lucri, & mercaturæ, quæ alio-
7 quin Eccleſiaſticis perſonis à Sacris Canoni-
bus interdicta reperitur, cap. 2. ne Cleric. vel
Monac. cap. Clerici, & cap. fin. de vit. & honeſt.
Cleric. cap. negotiatorem, cap. fornicari 88. di-
ſtinſ. cap. Clerici 14. qu. 4.

Prædicta verò omnia procedunt, etiam re-
ſpectu Regularium, cum de illorum compre-
8 henſione ſub dicta concordia dubitari non
valeat; appellatione enim Clericorum ve-
niunt etiam Regulares, iuxta ſingularem
theoricam Felini in cap. 1. nu. 1. de ſentent. ex-
comm. Ducn. regul. 99. ampliat. 6. & regul. 110.
ampliat. 5. Caſtrenſ. conſ. 337. lib. 1. Mar. Anton.
variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. num. 63. ſub
verſ. 1. & lib. 2. reſolut. final. caſ. 50. n. 2.

Accedit etiam eidem concordiæ, ſuper qua
potiſſimùm inſiſtimus, Motus proprius S. M.
Iulij III. mandantis per verba nimis effræna-
ta, clauſulaſq; generaliſſimas, ibi: Vt omnes,
& ſinguli habitantes in Terra, ſeu in Caſtro
prædictis, realia, & mixta onera, nulla habita
prædictarum, aut cuiuſuis alterius generis ex-
emptionum, libertatum, immunitatum, & pri-
uilegiorum ratione, ſoluere, & in illa contribuere
teneantur, quibus fuit expreſsè derogatum.

Nullatenus aduerſante vnico obiecto, quód
ſub dicto Breui, ſeu Motu proprio non com-
prehendantur Clerici, minuſque Regulares;
Tum quia in narratiua legitur expreſſum
certum tantùmmodo genus perſonarum, nul-
la de eiſdem Eccleſiaſticis habita mentione.

Tum etiam, quia in omnem euentum re-
uocatio exemptionum, & Immunitatum nul-
9 latenus poteſt, neque debet intelligi, quòad
cōpetentes, inſpecta diſpoſitione Iuris com-
munis, niſi expreſsè ſit dictum, ſpecificèque
illis derogatum, iuxta receptam ſententiam
Felini in cap. 1. nu. 12. & in cap. nonnulli de re-
ſcript. Rebuff. conſ. 15 nu. 31. Roman. conſ. 498.
nu. 15. & in his terminis Lancellott. Gall. conſ.
59. nu. 83. Mandell. conſ. 8. nu. 22. in fin. & ſeq.
Sanchez conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 21. ſub
num. 6. verſ. probatur minor, Gomez in proœm.
Regular. qu. 5. nu. 3. verſ. ſic & generali, Gon-
zal. ad regul. 8. gloſ. 36. nu. 34. Kocchier. de Iu-
riſd. Ordinar. p. 3. qu. 9. n. 1. & ſeq. Card. de
Luca de Regal. diſc. 55. num. 6. Cabed. dec. Luſit.
94. n. 1. p. 2.

Siquidem, quòad primum incontrouerti-
bilis videtur comprehenſio Eccleſiaſticorum,
10 & Regularium, ſtantibus verbis eiuſdem
Breuis, ibi: Non obſtantibus immunitatibus qui-
buſcumque perſonis, cuiuſcumque qualitatis,
conditionis, dignitatis Eccleſiaſticæ, vel mun-
danæ exiſtentibus, abſque dubio illos comple-
ctentibus, quæ vtpotè prolata in diſpoſiti-
ua, & in clauſulis derogatoriis, omninò at-
tendi debent, licèt in narratiua de Eccleſia-
ſticis non legatur facta ſpecifica mentio, Con-
tard. de moment. poſſeſſ. limit. 2. §. 5. n. 19. Spad.
conſ. 4. num. 37. lib. 1. & conſ. 173. n. 100. lib. 2

Rot.

Digitized by Google

verificari poſſit in vna vice, *Cardin.Seraphin. dce.469.n.1. & dec.1102.n.3.*

31 Quinimò alter ex eiſdem Teſtibus, qui deponit de ſuo tempore, & de auditu à maioribus, prætetquàm, quod,cauſam ſcientiæ reddere nequit, non deponit de publica voce, & ſama per verbum *fuit*, *& eſt*; ideòque ex ſuperiori loco firmatis,nihil probat,prout in indiuiduo ex huiuſmodi requiſiti deficiētia, corruere probationem immemorabilis tradit *Signorell.conſ.17.nu.19. Ruin.conſil.66. num.22.lib.3. Oſaſch. dec.101. ſub num.16. Epiſc.Sperell. dec.69. nu.37. Card. Mant.dec.48. ſub nu.8. Card.Seraph.dec.1179. nu.2.* vbi in fortioribus terminis fuit reprobatus quidam Teſtis, qui in cæteris requiſitis benè concludebat; ſed nō deponebat præcisè de publica voce, & ſama, quàmuis, diceret, *ſi ſapeua publicamente per Capua*, & ſubderet, quòd maiores ſui aiebant, nihil in contrarium vidiſſè, non tamen idem de ſeipſo deponebat.

32 Nullatenus aduerſante, quód idem teſtis dicat, ſe publicè audiuiſſe, ex quibus verbis dicitur deponere de ſama, iuxta monitum *Bald. in cap.litteris num.2.de præſumpt.* quem ſequitur *Rot.in recent.dec.358. num.8. part.2.* quia non explicat, an id audiuerit ante motam litem, quæ ferè per duos annos fuit pro
33 tracta; & tamen præcisè de tempore antecedenti ante litem motam deponere debet, *Bart.in leg Celſus nu.26. ff. de vſucapion. Verall.dec.9. & dec.413. p.2.Rot.diuerſ.dec.557. ſub nu 2. part.4.* vbi propterea dictum fuit, non eſſe opus aggredi diſputationem, an ille teſtis haberet alia requiſita, cum in iſto deficeret, *Rot.in recent.dec.248. num.4 par.2. Dunozett.Iun. dec.775. num.2.* & in ſpecie ſatisfaciendo obiecto, *Epiſc.Sperell.d.deciſ.69. num.38. & ſeq.* Regulare enim eſt,vt publica
34 vox, & ſama,ad hoc, vt concludenter dicatur probata, requiratur, vt teſtes de ea deponentes percutiant tempus ante litem motam, *cap.licèt ex quadam de teſtib.*ibi *ante litem motam*, vbi ſignanter *Abb.num.3.Henric. Boich. in cap.1. §.ſuper eo num.4.* ibique *Abb. & Io.Andr. de eo, qui cognou.conſang. vxor.ſuæ.Io.Crot.de teſtib.nu.308. Roman.conſil. 775. Corn.conſ.62. num.13.lib.1. & conſ.146. num.8. lib.3.Cepoll.in ciuilib.conſ.31. numer.9. Verall.dec.9. & dec.413.part.2.*

Accedat his omnibus, quòd re vera nullus ex teſtibus concludenter deponat de viſu per quatraginta annos, & quò ad aliud requiſitum; quòd numquàm aliquid fuerit factum, ſeu auditum in contrarium, licèt ſuper articulis tranſcripta fuerit eorum depoſitio ad formam articulorum; nihilóminus ſuper interrogatoriis depoſuerunt, quòd à menſe Septembris, vſque ad menſem Maii paſcua
35 à noſtro principali fuerint vendita, quòdque animalia depaſcentia pluries fuerint pignorata, atque adeò ceſſar eſſentiale requiſitum immemorabilis, quòd nihil vnquám fuerit ſactum, neque auditum in contrarium, *Mareſc. var.lib.2. cap.100,num.10. Put.deeiſ. 426. numer.2. & 3. lib.2. in eorrect. Ludouiſ. dec.51.num.3. & ſeq.* ibique *add. lit.B. Areb. Carrill. dec.270. num.10.* cum aliis proximè
36 allegandis. Regulare enim eſt, vt attendi magis debeat depoſitio teſtium ſuper interrogatoriis, quám ſuper articulis, cum in articulis ſint magis ſuſpecti, quòd, nempè, parti inſeruire voluerint, quæ illos induxit, *Cardin.Seraphin. dec.1073. num.9. Bich. dec. 243. num.17. Rot.in recent. dec.381.num.15. part.9.*

Quò verò ad prætenſum Ius ſerendi ijdem teſtes ſuper inrerrogatoriis deponunt, quòd pluries à noſtro principali Terræ controuerſæ fuerint traditæ ad ſerendum exteris ſub reſponſione quartæ partis fructuum; ideòq;
37 excluditur immemorabilis, quæ omninò remanet ſublata exiſtente aliquo actu in contrarium, *Mareſc. var. lib.2. cap.100. num.10. Gratian.cap.918. num.39. verſ.imò illa,Schrader.de feud part.10.ſect.20 nu.157. add.ad Ludouiſ.dec.162.nu.15.& dec.298. nu.13.Epiſc. Sperell.dce.69. num.6. & ſeq. Bieb.deciſ.290. num.3. Rot. in rec.dec 58.nu.2. et ſeq. & dec. 248.nu.2. part.2. & dec.399. nu.15. p.8. & dec.153.nu.17.p.10.*quia de eſſentia immemo-
38 rabilis requiritur, vt nihil vnquàm dictum, neque auditum fuerit in contrarium, *Ludouiſ.dec.51.nu.3.& ſeq. Merlin.dec.554. num.3. Bich.d.dec.290. num. 30. Card.Cerr.deciſ.506.*
39 *num.10.* Idque etiam, ſi actus eſſet vnicus, imò ſufficit ſolus rumor in contrarium, *Bart. in leg.ſemper in ſtipulationibus in fin.* ibique *Cagnol.num.12.ff.de regul.Bertrand.conſ.5.nu. 23. lib.1.Card.de Luca de Iuriſd.diſc.3. num.8. Epiſc.Sperell.d.dec.69. num.6. Ludouiſ. dec. 162. nu.9. Add.ad eumdem dec.298. num.13. Zarat.dec.21. nu.12.Card. Ottobon. deciſ.159. num.6. & ſeq.* & in his terminis *Rot. in recent. dec.347. nu.4.part. 9.tom.2.* eademque concluſio procedit, etiam ſi mille actus eſſent
40 geſti, quia, dato vnico actu contrario, vel difformi, excluditur immemorabilis, & quælibet conſuetudo, *Schrader.de feud. part.10. ſect.20.nu.157.in fin.verſ.vſque adeò. Add. ad Ludouiſ.d.dec.162. ſub n.15.*

41 Nullatenus verò in contrarium merentur allegari *Innoc.in cap.veniens num.2.* ibique *Io. Andr.de verbor.ſignific. Butr.in cap. quid per nouale,de verb.ſignif.Specul. in tit.de prob. §.1. num.28. Molin.de primogen. Hiſpan. lib.2. cap.6. nu.60. & ſeq. verſ.ſi verò factum, Cald. Perer.lib.1.recept.ſentent.qu.23.n.110.Couarr. in reg.poſſeſſor.2.p.§.3.nu.7. verſ. hinc falſum, Vaſquez controu.82. numer.17.lib.2.* aliique latè adducti per *Caſtill.controu.tom 7.cap.26. nu.36.*

Nam

Digitized by Google

Nam auctoritates prædictæ loquuntur in terminis longè diuerſis, quando, nempè, actus, qui in contrarium dantur, ſunt ſupra centum annos; tunc enim optimè aſſerit *Molin.* aliique ex aduerſo adducti, quòd non elidant immemorabilem, ſtat .n. ſimul, non extare memoriam in contrarium cum actu antiquo contrario, vltrà centum annos, cum nec vita hominis, nec memoria vltrà centum annos præſumatur ſe extendere, vt rectè aduertit declarando *Molin.add.ad Ludouiſ.dict. dec.51.num.7. & dec.298.numer.13. verſ.aduertendum tamen eſt*, idemque ſenſit *Roſa conſult.12. nu.51. & ſeq.Rot. in rec.dec.56.n.19. & ſeq.p.7. Arch.Royas dec.259.nu.8.*

42 Prout eſt in Iure abſolutum, quòd actus geſti poſt completam probationem immemorabilis, nihil conferunt ad interrumpendam eamdem immemorabilem, iam confirmatam. *Add. ad Ludouiſ.d.dec.51.num.8.Roſa d.conſult.12. nu.51.* & eſt generale in materia
43 præſcriptionis, quòd, poſtquàm eſt completa non interrumpitur, *Abb. in cap.auditis in vlt.notab. nu.10. de præſcript. & conſ.94. in fin. verſ.item, & ſecundò, Fagnan in cap.ſi quis de Regular.Card.de Luca de Indie.diſc.21.n.64 Garz.de benefic.p.3. cap.2.nu.107. Add.ad Ludouiſ.dec.51.nu 9. Card.Mant.dec.296. num.5 Buratt.dec.739.n.3 Rot.in rec.dec.445.num.9. p.1.* quæ omnia nullatenus conueniunt in præſentia, vtpotè omninò extranea.

44 Cumque in hunc articulum inciderit ſermo, non abs re erit animaduerrere, licèt, præter morem, aliqualis fiat digreſſio, quòd concluſio proximè adducta eſt cautè intelligenda; ſolùm enim procedit, quando dantur actus in contrarium vltrà centum annos; non autem, quando docetur de initio præſcriptionis vltrà centum annos, et teſtes deponant, actum fuiſſe in contrarium; non enim ex hoc conſtat de initio præſcriptionis; Si quidem potuit eſſe, quòd poſt illum actú, vel ante res ſpectaret ad illum, qui ſe fundat in immemorabili, & propterea, quàmuis teſtes recordarentur, contrarium actum fuiſſe; non tamen recordarentur de initio præſcriptionis; ſed, quando, vltra centum annos oſtenditur, & datur verum initium præſcriptionis, excluditur immemorabilis, neque quòad hoc eſt facienda diſtinctio, an initiú detur à centum annis citrà, vel vltrà centum annos, prout optimè diſtinguit *Molin.de primog.Hiſp.lib.2.d.cap.6.d.num.65.verſ. nec obſtat vſque. ad num 73.* quem ſequuntur *Cald. Pereir.lib.1.recept.ſent. quæſt.23. numer.110. verſ.ſin autem factum*, Molin. *Theolog. de Iuſt. & Iur.diſp.75.verſ. aduertit verò Molina, Roderic.de anu.reddit.lib.1.qu 17.num 8. & ſeqq. Guttierez.pract.qu.lib.1.qu.16.Gonzal.ad regul. 8.Cancellar. gloſ.18.num.48.& ſeq.Garz. de benefic. part.5. cap.9. num.13.* aliique adducti per *Caſtrill.tom.7.d. cap.26. num.36. & ſeqq.* egregiè *Rot.in.rec.dec.56.num.20.& ſeq. part. 7.Archiep. Royas dec 259. num.8. & ſeq.* & hac diſtinctione adhibita, eſt intelligendus, *Roſa d.conſult.12.n.51.*

45 Redeundo igitur ad rem, de qua agimus, ſecluſa ex ſuperiùs firmatis immemorabili, quando materia eſt omninò facultatiua, prout eſt concedere Terras proprias alteri paſcendas, ſeu ſerendas, non deſinit eſſe talis, etiam ſi per longiſſimum tempus quis permiſerit, niſi probetur coactiua cū ſubſequuta acquieſcētia, quòd, nempè, noſter principalis, vel eius Auctores recuſantes coacti fuerint pati, quòd Vniuerſitas Aduerſaria, eiuſque homines ſeruerint, & paſcua ſumpſeſerint in Terris controuerſis, *Koppen. deciſ. German.12.num.11.12. & 15. & num.16. & ſeqq.vſque ad fin.Card.Seraphin.dec.716. num. 10.Archiep. Royas dec 96. num.6. & ſeq. & dec.132. num.13* repetita in *recen. dec.10.nu. 18.& ſeq.part.9.*

46 Regulare enim eſt in actibus merè facultatiuis, vt numquàm dici valeat inducta conſuetudo; niſi probetur prohibitio, cum ſubſequuta acquiſcentia prohibiti, *l. viam publicam*, ibique *Bart.verſ.& ideò huic facultati, ff. de via public.Iaſ.in l.quominus num.28. verſic. breuiter, & num.ſeqq. ff. de flumin.* ibique ad multa inſerens *Ripa num.132.& ſeqq* idem *Ripa in cap.cum Eccleſia Sutrina numer.39. & pluribus ſeqq.de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.* Neuizan *conſ.43.num 7.& ſeqq.vſque ad fin.Abb. conſ.177.num.11.Surd. conſ.227. num.81. & ſeqq.Natt.conſ.106.num.9.Balb.de præſcript.4. part.5.principal. qu.5.num.4. verſ. quòd dicit. eſſe verum, Couarr.in Regul. poſſeſſor.2.part.§. 4.num.6.verſ.huic ſanè, Card. Mantic. de tacit. & ambig.lib.13.tit.15. nu.63.& 68.et dec.10. num.12.et per tot. Capiblanc. de Baron.Prag. 1.num.206.et ſeqq.Marin.quotid.lib.1.cap.78. num.8.et ſeqq.Card. de Luca. de ſeruit. diſc.13. num.2. et de Regal. diſc.137. nu.6.et diſc.135. numer.7.Epiſc.Ricc.deciſ.41.numer.10. part.4. Card. Cerrus deciſion. 336. numer. 10.* & Nos alio in loco, latiori exarauimus calamo.

Solùmque limitetur concluſio, vel quoties
47 concurrit immemorabilis legitimè probata, cum ſuis requiſitis, de quibus ſupra, ex qua titulus reſultat præſumptus, *Fab. in §. æquè num.21. inſtit.de action.Theſaur.dec.16.*

Vel ſtante multiplicitate actuum, ex quibus
48 præſumptio ceſſat facultatis, eidemque præſcribitur, *Ripa in d.cap. cum Eccleſia Sutrina num.55.de cauſ.poſſeſſ. et propriet. Soccin. Iun. conſ.145. num.40. lib.1. add ad. Ludouiſ. deciſ. 162.num.15.lit.C.verſ ſecundò excluditur præſumptio facultatis, Ceſ.de Graß. dec.1. num.3. de cauſ.poſſeſſ. et proprietat.Card.Seraphin.dec. 212.num.2.*Rot.*diuerſ. dec.126. num.1.part.1.*

in re-

Digitized by Google

in recent. deciſ. 300. numer. 7. part. 4.

Vel demum, quoties agitur fauore piæ
49 cauſę, diuinique cultus, quo caſu materia
non cenſetur facultatiua; adeòut ea, quæ ab
initio ſunt facultatis, fiant neceſſitatis, &
ex præteritis actibus per longum tempus
continuatis, etiam iure facultatis oriatur
obligatio in futurũ, *Abb. in cap. ſuã nobis n. 8.
de Simon.* Io. *Franc. de Ponte conſ. 144. n. 9. lib. 2.*
vbi in terminis elemoſynarum *Gabr. de præ-
ſcript. concl. 10. nu. 11 Add. ad* Ludouiſ. *dec. 162.
ſub numer. 15 propè fin. verſ. tertiò vbi agitur,
Surd. de aliment. tit. 1. qu. 60. num. 9. & tit. 7.
qu. 3. num. 18. Tondut. lib. 1. quæſt. benefic. cap.
43. num. 13. Card. de Luca de Regal. diſc. 46. n. 2.
Rot. in recent. dec. 360. ſub nu. 7. verſ. vltra quòd
part. 1. & dec. 54. num. 9 part. 4. tom. 2. et dec.
389. part. 5.* repetita penes *de Marinis reſolut.
78. num. 16. lib. 1.* Imò fauorę piæ cauſæ ſuffi-
50 cere præſtationem decennalem multi cen-
ſuerint, ad hoc, vt Eccleſiæ, aut loco pio
detur manutentio, *Felin. in cap. ad Apoſtoli-
cam, num. 3. extrà de Simon.* ibique aliis relatis
*Barboſ. num. 8. Couarr. lib. 1. var. cap 17. num. 3.
Oſaſch. dec 99. nu. 20. & ſeq. Ranucc.* egregius
olim Aduocatus in Romana Curia *in eius re-
ſponſ.* relato apud *Cenc. de Cenſib. qu. 81. num.
15. verſ. ſecundò quia. Tondut. lib. 1. quæſt. be-
nefic. cap. 39. num. 17. et d. cap. 43. nu. 13. pro-
pè fin. verſ. imò fauore piæ cauſæ, Card. de Luca
de Regal. diſc. 46. nu. 2. Verall. dec. 166. n. 2. p. 3.
Pena dec 1135. nu. 2. et ſeq.*

ARGVMENTVM.

Domino prædij ſeruientis non eſt licitum aliquo modo immutare antiquum ſtatum in præiudicium illius, cui ſeruitus paſcendi debetur; ideòque innouata ſunt omninò in priſtinum reducenda, vel ex Interdicto vti poſſidetis, vel actione Confeſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis operatur, vt poſſit allegari melior titulus de mundo.*

2 *Immemorabilis habet vim priuilegij, etiam contra habentem intentionem fundatam in iure.*

3 *Nec non facit præſumi particularem conuentionem, & pactum.*

4 *Imò eſt fortior pacto.*

5 *Stante immemorabili competit Baroni ius paſcendi, etiam in prędijs Eccleſiæ.*

6 *Domino prædij ſeruientis non licet aliquomodo immutare antiquum ſtatum eiuſdem prædij in præiudicium illius, cui ſeruitus debetur.*

Adeòut impedimẽtum propria auctoritate poſſit tolli.

7 *Non eſt licitum reducere ad vineas terras pratiuas, ſeù aratiuas in præiudicium ſeruitutis iuris paſcendi in eiſdem terris competentis, &* num. 10.

8 *Reprobatur* Crauetta *contrarium aſſerens in ſeruitute iuris paſcendi.*

9 *De ſeruitute iuris paſcendi competente Baroni, vel Communitati ratione dominij ſubalterni penes particulares exiſtentis pro fructibus induſtrialibus, & pro vſu culturæ per quamdam ſpeciem coloniæ.*

10 *Seruitus iuris paſcendi Baroni quæſita in vim immemorabilis operatur, vt immutatio prædiorum, quòad culturas in vineis, non ſit ullo iure permiſſa,* & ſupra num. 7.

Quidquid ſit, quoties fiunt defenſæ pro paſcuis.

11 *Innouata circà plantationem vinearum in præiudicium iuris paſcendi ſunt ad priſtinum reducenda ex interdicto vti poſſidetis.*

12 *Vel actione confeſſoria, quæ datur contrà quẽcumque poſſeſſorem turbantem; vel impedientem aliquem in ſua ſeruitute.*

CAPVT CLXVIII.

SVPPOSITA immemorabili poſſeſſio-
nem Ducis Cęſarini ſuper Iure paſcendi,
etiam in prædijs exiſtentibus ſub domi-
nio Eccleſiæ, abſque difficultate in vim
eiuſdem immemorabilis poteſt allegari me-
1 lior titulus de Mũdo, *l. hoc iure, §. ductus aquæ
ff. de aqua quotidiana, et æſtiua, cap. ſuper qui-
buſdam, §. prætereà* ibique *gl.* verbo *non extat
memoria, de verbor. ſignific. Iſern. in cap. Impe-
rialem, §. illud, n. 50. de probib. feud alienar. per
Federic.* optimè pręcæteris *Barboſa in l. omnes
num. 39. et ſeq. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. anno-
rum, Vaſq. controu. 81. num 13. lib. 2. Guttier.
practicar. quæſt. lib. 3. qu. 14. num. 21. innumeri
apud Epiſc.* Barboſ. *in collectanea ad textum in
d. cap. ſuper quibuſdam, § pretereà, num. 9. de
verb. ſignif. Maſcard. concluſ. 1249. num. 9. Gar-
zia de nobilitate gloſ. 12. num. 66 Menoch. conſ.
90. num. 65. et conſ. 80. num. 43. et ſeq. et præ-
ſumpt. 131. n. 44. lib. 3. Pariſ. conſ. 111. num. 43.
lib. 1. Gabr. conſ. 164. num. 13. & ſeq. lib. 1. Ro-
land. conſ. 66. nu. 40. verſ. ſecundò eſt concluſio,
lib. 2. & conſ. 42. n. 28. verſ. quia, & ſeq. lib. 1.
Gabr. cõmun. concluſ. lib 5. tit. de præſcript. con-
cluſ. 1. num. 43. & ſeq. Couar. lib. 1. var. cap. 17.
num. 5. verſ. ſed, ſi dubitetur* Guttierez *pract.
quæſt. lib. 3. qu. 14. nu. 21. Gratian. cap. 578. nu.
11. Theſaur. Iun. quæſt. forenſ. cap. 27. nu. 17.
& ſeqq. lib. 2. Gõzal. ad regul. 8. Cãcell. gl. 33. n.
4. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ.
17. num. 30. & ſeqq. Rouit. in Pragm. 1. de pri-
uileg. Vniuerſ. nu. 6. Marcian. Iun. diſp. 65. n. 28.
lib. 2. Roſa conſult. 9. nu. 17. Rot. in recent. dec.
249. nu 4. p. 5. Bich. dec. 97. nu. 2. Buratt. dec.
673. in fin. Card. Celſ. dec. 32. n. 6.* Habetque
2 vim priuilegii etiam contra habentem in-
tentionem fundatam in Iure, *Pariſ. conſ. 27.
num. 80.*

num.80. lib.1. Gozadin. conſ.8. num.37. Pen.
dec.103. num3. & ſeqq. Cardin. Celſ. deciſ.118.
num.10. Rot. dec.303. nu.3. poſt ſecundum vo-
lumen conſiliorum Fariuac. & in Conchen. de-
cimarum de Guaſcuena 31. Maij 1617. coram
Patriarcha Manzanedo; Nec non facit præ-
3 ſumi particularem conuentionẽ, & pactum,
Bald. conſ.315. lib.1. & conſ.24. col.2. lib.4.
Crauett. conſ.592. nu.102. & conſ.10. num.11.
Roland. conſ.66. nu.40. & ſeqq. lib.2. Surd.
conſ.262. num.24. Afflict. dec.339. in fin. Epiſc.
Sperell. dec.37. num.8. Card. Celſ. dec.118. n.5
4 Imò eſt fortior pacto, Oldrad. conſ.172. lib.2.
Crauett. conſ.592. num.102. Iaſ. conſ.150. n.6.
lib.2. Menoch. lib.3. præſumpt.31. num.44. &
conſ.43. nu.6. Cyriac. controu.311. nu.6. Epiſc.
Sperell. d. dec.37. nu.8. verſ. imò eſt fortior.
5 Et in terminis, quòd, ſtante immemora-
bili, competat Domino temporali, ſeù Baro-
ni Ius paſcendi etiam in prædiis Eccleſiæ, pro
indubitato ſuppoſuit Rota in Albanen. Quar-
torum 15. Martij 1610. coram Card. Lancel-
lotto, adhuc non impreſſa, in qua poſt edi-
tam alteram deciſionem ex aduerſo allega-
tam in Albanen Quartorum, ſiue Iuris paſcen-
di 5. Iulij 1604. coram Iuſto, fuit admiſſus
Comeſtabilis Columna ad probationem im-
memorabilis ſuper Iure paſcendi, & diuiſio-
ne paſcuorum, etiam ad Eccleſiam pertinen-
tium.
Suppoſita igitur prædicta immemorabili
poſſeſſione Ducis ſuper Iure paſcendi; etiam
in Terris Eccleſiæ, ex qua reſultat melior ti-
tulus de Mundo, Priuilegium Apoſtolicum;
nec non ſpecialis conuentio, & pactum, etiã
vbi, alio quin reſiſteret Iuris communis diſ-
poſiti, ex ſupra firmatis, perneceſsè ſequi-
tur, vt nullo prorſus Iure fuerit permiſſum
R.R. Canonicis Aduerſariis Dominis aliqua-
rum Terrarum exiſtentibus in Ciuitate Laui-
nia, mutare ſtatum earumdem; illas redu-
cendo ad vineas.
6 Recepta ſiquidem eſt Iuris concluſio, quòd
Domino prædii ſeruientis non liceat aliquo
modò immutare antiquum ſtatum eiuſdem
prædii in præiudicium illius, cui ſeruitus de-
betur, vt ſunt Iura apertiſſima in leg. ſi eo lo-
co 9. ff. ſi ſeruitus vindicetur, l. & ſi fortè 6. §.
fin ff. eod. l. ſeruitutes 19 § ſi ſublatum. verſ.
ſi ſeruitus, ibique gloſ. ff de ſeruitutib. vrban.
prædior. l. ſed et ſi quis, §. proprietarium, ff. de
vſ-fruct. l. certo generi 13 §. ſi totus ff. de ſeruit.
ruſticor. prædior. ibique eruditiſſimus Anton.
Faber. in Rationalibus, leg. manifeſtè 7. l. altiùs,
Cod. de ſeruit. & aqu. vbi reperitur ſancitum,
quòd poſſim facere in meo, quod volo, non
ſi faciam id, per quod ſeruitus conſtituta
impediatur, Gratian. capit.654. numer.4.
Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap.4. de aqu.
duct. num 47. Capyc. Latr. conſult.8. nu.5. verſ.
ſeruitus enim, lib.1. Et in terminis, quòd do-
minus prædij ſeruientis non poſſit aliquid
agere, per quod deterior fiat conditio illius,
cui ſeruitus Iuris paſcendi debetur, optimè
Cepoll. de ſeruit. ruſticor. prædior. cap.9. tit. de
ſeruit. Iur. paſcend. num.40. & ſeq. quem ſe-
quuntur Couarr. lib.1. var. cap.17. nu.11. verſ.
ſed quoties, Aym. ad conſuet. Aruem. tit.28.
art.6. numer.3. Caſſan. ad conſuetud. Burgund.
Rubr.13. §.3. num 4. Crauett. conſ.4. nu.6 lib.1.
Maazius de ſeruitut. ruſtic. prædior. tit 3. q.67.
num.305. & ſeq. & qu.68. nu.312. Vuetzeneg.
diſſert.4 cap.6. num.12. Auendan. de exequend.
mandat. part.1. cap.4. nu.22. Cancer. var. par.3
cap.4. de ſeruitut. num.75. & ſeqq. vbi nu.77.
quod ſi quid ſit factum in præiudicium dictæ
ſeruitutis poſſit impedimentum propria au-
ctoritate tolli, per text. in l.2. Cod. ad leg. A-
quil. & leg ſi quid pars, Cod. de ſeruit. Capibl. inc.
de Baron pragmat.11. num.75. & duob. ſeqq.
Nouar. de grauaminib. Vaſſall. grauam 33. nu.9.
lib.1. latè Oter. de Paſcuis cap.16. num.1. Rocc.
reſponſ.82. num.9. lib.1. Larrea dec. Granat 30.
num.13. verſ. & adeò ius competere. Et magis
7 in ſpecie, quòd non ſit licitum reducere ad
vineas Terras pratiuas, ſeù aratiuas in præiu-
dicium ſeruitutis Iuris paſcendi, Cepoll. dict.
cap.9. num.40. propè fin. verſ. aut vult reduce-
re ad culturam, Bertrand. conſ.28. nu.3. verſ. &
multò minùs, lib.6. Surd. conſ.27. nu.10. Oter.
de Paſc. d. cap.16. nu.2. Auendan. de exequut.
mandat. cap.4. num.22. verſ. et ſemel acquiſito,
Larrea allegat.110. num 23. Nouar. de grauā-
min. Vaſſall. grauam.36. nu.5. lib.1.
8 Nullatenus aduerſante, quòd prædicta
non procedant, quoties ſeruitus Iuris pa-
ſcendi eſt præſcriptione quæſita, quia ſerui-
tus præſcripta dicitur tacitè conſtituta ex
patientia partis, quæ debet reſtringi ad
ſuos limites, ſtante paſcuo inculto, quod ſe-
cus eſt in expreſsè conſtituta, ex deductis
per Cranetta, conſ.242. numer.4. Coſta de part.
rat. qu.159. num.11. quos refert, & ſequitur
Epiſc. Antonell. de tempor. legal. cap.110. nu.4.
lib.2.
Siquidem contrarium eſt verius, prout
impugnando Cranettam, vbi ſupra, optimè
ſubſtinet, Cancer. var. lib.3. cap.4. de ſeruitut.
num.80. & ſeqq. aduertens, quod, ſi præſcri-
pſi ſeruitutem paſcendi in neceſſariam con-
ſequentiam præſcripſi, quòd pars impedire
mihi dictam ſeruitutem nõ valeat, argumen-
to leg. ſi manifeſtè, & l. ſi altiùs, Cod. de ſeruit. et
aqu. cum aliis Iuribus ſupra allegatis.
Præcipuè; quia non verſamur in Iure pa-
ſcendi competente in vniuerſum Domino lo-
ci, vel Communitati, non ratione ſeruitu-
tis, vel conſuetudinis præſcriptæ; ſed ratio-
ne dominii, quia, nempè, dominium terra-
rum, & prediorum directum, ſeu, quòad fru-
ctus ſit Domini, vel Communitatis; parti-
culares verò habeãt ſolùm dominium ſubal-
ter-

9 ternum pro fructibus induſtrialibus, & pro vſu culturæ, iuxta quamdam coloniç ſpeciem, ex deductis per *Couarr. practicar. cap. 37. num. 3 in fin. Capiblanc. de Baronib. tom. 1. pragmat. 11. num. 30. & tom. 2. cap. 74. Capyc. Latr. conſult. 83. num. 9. & ſeq. Larrea dec. 30. num. 11. Card. Mant. dec. 97.* & Nos latiùs firmauimus *diſp. ſeq. num. 2.*

10 Sed potiùs in Iure paſcendi competente domino Duci in vim præſcriptionis immemorabilis abſque vllo prorſus commercio cum Communitate, vel Ciuibus, quo caſu; quoties immutatio in reductione ad culturas pro vineis eſt in notabili quantitate, prout in præſenti themate, tunc nullo Iure ſit permiſſa, prout admittit ex aduerſo allegatus *Cardin. de Luca de ſeruitut. diſc. 39. nu. 9. verſ. verùm adhuc*, vbi in ſpecie, quòd non ſit licita reductio Terrarum ad vineas in præiudiciũ ſeruitutis Iuris paſcendi, *& diſc. 37. in fin.* Quidquid ſit ad effectum faciendi, prout Hiſpani aſſerunt, defenſas pro pratis, quæ remanent in primæuo ſtatu naturæ, ſemota quauis immutatione.

11 His igitur præmiſſis, omnia ex aduerſo innouata circa plantationem vinearum, prorſus ignorante Domino Duce, tunc temporis longè abſente, in priſtinum ſtatum ſunt reducenda, prout eſt *textus in l. 2. Cod. de leg. Aquilia*, ibi: *Vt in priore ſtatu reſtituatur eiuſdem Iudicis cura impetrabis*, & facit *textus in leg. Præſes, & in l. ſi manifeſtè, Cod. de ſeruitut. l. 1. in princip. ff. quod vi, aut clam, l. ſi colonus, l. ſi tertius, §. officium, ff. de aqua pluu.*
12 *arcend.* Idque, vel Interdicto vti poſſidetis, *l. 1. § ſic, in fin. ff. de aqu. pluu. arcend. l. ſicut autem, §. Ariſto, ff. ſi ſeruit. vindicet, l. penult. ff. de ſeruitut.* Vel actione confeſſoria, quæ datur contra quemcumque poſſeſſorem turbantem, vel impedientem aliquem in ſua ſeruitute, *l. ſi quis diuturno, §. final. ff. ſi ſeruit. vindicet. §. æquè inſtitut. de actionib. Manzius de ſeruit. ruſtic. prædio. tit. 3. qu. 68. n. 309 Vueinezeger. diſſert. 4. cap. 6. nu. 12.*

ARGVMENTVM.

Attentare, licèt non dicatur continuans in poſſeſſione, id tamen plures pati limitationes oſtenditur, quarũ nonnullæ enumerantur.

Seruitutis forma ſuper iure paſcendi reſtricta ad boues aratorios, non poteſt à Cõmunitate alterari pro paſcuis cuiuſuis generis Animalium in præiudicium dominorum contradicentium; Ad ornatum, *l. 1. Cod. de paſc. public. lib. 11.*

Licitum, quàmuis non ſit immutare antiquum ſtatum Terrarum in præiudicium Domini paſcuorum; neq; vſum alterare, per quem deterior fiat eiuſdem domini contiditio; id tamen non procedit, quando verſamur in iure paſcendi ex prçſcriptionis beneficio quçſito; tunc enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi dominus velit illas ad culturam reducere, quia ſeruitus præſcripta dici debet tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto.

Terræ nemoroſæ, quoties reducuntur ad culturam non poteſt prætendi ab eo, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur; niſi intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, lite pendente geſta, ſunt reuocanda.*
2 *Attentare non dicitur continuans in poſſeſſione.*
3 *Adeò ut poſſidens valeat continuare in poſſeſſione, nulla prorsùs habita ratione inhibitionis, litiſque pendentiæ.*
4 *Ab attentatis continuatio poſſeſſionis ad hoc, vt excuſet, eſt probanda legitima præcedens poſſeſſio, clara, & non turbida.*
5 *Poſſeſſio præſumitur turbatiua, quando res agitur inter Dominum, & Vaſſallum.*
6 *Poſſeſſio, quoties deſumitur ex actibus, qui liti cauſam dederunt, non procedit regula, quòd qui continuat non attentet, quando moleſtias paſſus, ſtatim Iudicem adijt.*
7 *Regula, quòd, qui continuat, non attentet, non procedit, ſtante ſpeciali inhibitione. quo caſu omnes actus poſteà facti dici debent attentati, licèt eſſent conſequutiui ad prçcedentes actus non attentatos.*
8 *Item regula prædicta non procedit, quando fuit commiſſa cauſa ſpecificè ſuper illo actu, in quo prætenditur continuatio, & ſuper eadem poſſeſſione lis pendebat, tunc enim continuatio eſt prohibita, ne alioquin Iudicium reddatur eluſorium.*
9 *Iuris præſumptio ſtat pro libertate, & contrà ſeruitutem.*
10 *Seruitus iuris paſcendi eſt probanda ab allegante per demonſtrationes euidentiſſimas.*
11 *Nec non per conuentionem claram, & expreſſam.*
12 *Ex ſeruitute præiudicium reſultans eſt grauiſſimum.*
13 *Adeò ut cauſæ, in quibus iura prædiorum verſabantur olim Centum viriles agebant, & inter grauiſſimas habebant.*
14 *Seruitus Iuris paſcendi, vtpotè diſcontinua, ad hoc, vt per Vniuerſitatem, ſiuè Baronem quæſita dicatur ſuper bonis particularium perſonarum, eſt probanda immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo*
15 *De defenſa deſtinata, & clauſa ab Vniuerſitate pro paſculo bobum aratoriorum ipſorum ciuium, remiſſiuè.*

16 *Feu-*

16 *Feudum non poteſt recipere ſeruitutem abſque Regis aſſenſu.*
17 *Confeſſio præiudicat confitenti.*
18 *Præcipuè, quando eſt clara, & certa, quidquid ſecus ſit aſſerendum, ſi ſit dubia, & incerta.*
19 *Confeſſio emiſſa in precibus nocet confitenti.*
Idque, etiam ſi agatur de precibus ſubreptitijs, & reſcripto reprobato ibid.
Vel, etiam ſi preces non ſint ſcriptæ manu confitentis.
20 *Confeſſio, ſicuti præiudicat confitenti, ita ètiam habenti cauſam ab eodem confitente.*
21 *Seruitutis forma ſuper iure paſcendi reſtricta ad boues aratorios, nō poteſt à Communitate alterari pro paſcuis cuiuſuis generis Animalium in præiudicium Dominorum contradicentium.*
Expēditur text. in l. 1. C. de paſc. publ. lib. 11.
22 *Decuriones non poſſunt pro ſua libidine, & voluntate formam depaſcendi alterare, quam ſtatuit antiquitas.*
23 *Quoties agitur de iure paſcendi in fundo alieno quæſito præſcriptione, tunc poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi Dominus velit illas ad culturam reducere.*
Seruitus præſcripta dicitur tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limnes, ſtante paſcuo inculto.
Commendatur Crauetta conſ. 292. lib. 1.
Reprobatur contraria ſententia Cancer.
24 *Terræ nemoroſæ, quando ſunt reductæ ad culturam, non poteſt prætendi ab eo, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur, niſi intereſſe.*

CAPVT CLXIX.

CVM in Regio Conſilio Neapolitano fuerit prolatum decretum contrà Principiſſam Roſſani, quòd Ianutius noſter principalis non moleſtetur in poſſeſſione feudi, de quo agitur;
1 Meritò omnia geſta per Miniſtros eiuſdem Principiſſæ, ſunt manifeſtè attentata, & veniunt reuocanda, *cap. 2. vt lit. pend. in 6. Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 3. in præfat. nu. 296 Ludouiſ. dec. 465. nu. 8. Archiep. Royas dec. 634. nu. 1. Bich. dec. 12. nu. 1. Rot. in rec. deciſ. 114. nu. 1. p. 5.*

Neque huiuſmodi attentata euitari poterunt ſub prætextu, quòd Principiſſa continuauerit in poſſeſſione iuris paſcendi in feu-
2 do, ideòque vindicet ſibi locum vulgaris regula, quòd, qui continuat, non attentet, *gloſ. in cap non ſolùm, verſ. dic tamen. de appellat. in 6. Bero. conſ. 118. nu. 8. & 24. lib. 3. Surd conſ. 160. nu. 40. Lancellott. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. limit. 1. Card. de Luca de Iudic. diſcurſ. 18. nu. 43. Bich. dec. 384. nu. 33. Car. Mant. dec. 71. nu. 3. & dec. 168. Cardin. Caualer. deciſ. 615. nu. 2. Card. Seraphin. dec. 432. n. 4.*

3 Adeòut poſſidens valeat continuare in poſſeſſione, nulla prorſus habita ratione inhibitionis, litiſque pendentiæ, *Lancellott. de attentat. lit. pendent. cap. 4. Pariſ. conſ. fin. per tot. lib. 4. Gabr. conſ. 50. nu. 17. lib. 1. Ludouiſ. dec. 203. nu. 3.* ibiq. *add. nu. 7. Verall. de c. 51. nu. 1. Card. Seraphin. dec. 432. nu. 4.* nam huiuſmodi concluſio plures patitur limitationes, inter quas potiſſimùm quatuor rei, de qua eſt ſermo optimè conueniunt.

4 Initio igitur nobis illa ſe offert; quòd ad effectum, vt continuatio ab attentatis excuſationem præbeat, eſſet ex aduerſo probanda legitima præcedens poſſeſſio, & quidem clara, nam turbida ad hunc effectum nullo prorſus iure ſuffragatur, *Farinac. in fragment. crimin. p. 2.* verbo *inhibitio, nu. 338. Card. de Luca de Iudic. diſc. 18. nu. 43.* Rota *in Cathacen hæreditatis 1. Februarij 1651. §. fin. cor. Card. Cerro. & in* Monopolitana *Canonicatus 23. Ianuar. 1651. coram Card. Corrado.*

5 Præcipuè, quando, prout in præſentia, res agitur, inter Dominum & Vaſſallum; tunc enim lex ſuſpicatur, quòd poſſeſſio ſit turbatiua, argumento Iurium, *l. vnic. Cod. de contract. Iudic. l. qui officij. ff. de contrah. empt. leg. quiſquis, Cod. ſi cert. petat.* rectèque conferunt deducta per *Bald. in leg. nouiſſimè nu. 5. ff. quod cum falſ. tutor. Bart in l. principal. nu. 2. verſ. & ratio,* ibique *Alciat. nu. 17 ff. ſi cert. petat. Natt conſ. 50. num. 13. Curt. Iun. conſ. 126. nu. 1. ad fin & 8. Grammat. conſ. crimin. 51. nu 12. Cephal. conſ. 164. num. 14. Maſtrill de Magiſtrat. lib. 6. cap. 8. num. 30. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 4. tit. 7. num. 12. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 26. nu. 16. & ſeq. par. 6.*

6 Secundò, prætenſa quaſi poſſeſſio Iuris paſcendi, in toto feudo non poteſt deſumi, niſi ex actibus, qui liti cauſam dederunt, in quo caſu non procedit regula, vt qui continuat, attentare non videatur, quando, prout in hoc themate, moleſtias paſſus ſtatim iudicem adiit, *Poſth. de manut. obſeru. 17. num. 52. Lancellott. de attentat. p. 2. cap. 4. limit. 1. nu. 87. & 88 num. 111. & ſeq. Giouagnon. conſ. 28. num. 38. et conſ. 40. nu. 7. lib 2. Garz. de nobilit. gloſ. 35. nu 49. Card. de Luca de Iudic. diſc. 18. num. 44. Capyc. deciſ. 209.* Ludouiſ. *dec. 4. n. 2. Peutinger. dec. 260. num. 6. & ſeq. Rot. in Bononien. attentatorum. 18. Iunij 1646. § fin. coram. Card. Cerro,* & in ſpecie ſeruitutis, benè *Cancer. p. 3. var. cap. 4. tit. de ſeruitut. num. 95. et ſeq.*

7 Tertiò, cum pro exequtione decreti Regii Conſilii Neapolitani fuerint expeditæ prouiſiones directæ Regiæ Audientiæ Calabriæ Citrà, quòd Ianutius non moleſtetur in poſſeſſione feudi, quę abſque dubio vim habent ſpecialis inhibitionis, vtique omnes actus ſuper prætenſo iure paſcendi, poſteà facti dici debent attentati, licèt eſſent conſequutiui ad præcendentes actus non attentatos, iuxta receptam theoricam *Ripæ in cap. cum Marcus Ferrarienſis, ſub num. 193. ante fin. verſ. ad iſtud reſpondeo, de conſtit. Lancellott. de attentat. lit. pend. part. 2. cap. 4. limit. 5. n. 10.*

verſ.hac autem, Mandoſ.de inhibit.qu.75. n.8.
Coccin.dec.418.nu.2.Vbald.dec.131. numer.5
Archiep.Royas dec.434. num.3.Peutinger.dec.
260. num.8. Rota in Cæſaraugustanu diſtribu-
tionum, ſeu attentatorum 17.Februar.1645. §.
& quamuis, cum ſeq. coram Card.Cerro.

8 Quartò, tandem ſublata remanet quælibet
diſceptandi occaſio, quia concluſio, vt qui
continuat non attentet non procedit, quan-
do, prout in hac ſpecie, fuit commiſſa cauſa
in Regio Conſilio Neapolitano, ſpecificè ſu-
per illo actu, in quo prætenditur continua-
tio, & ſuper eadem poſſeſſione lis pen-
debat; tunc enim continuatio eſt om-
ninò prohibita, ne alioquin Iudicium
reddatur eluſorium, contra text. in cap.
cauſam, quæ de Iudic. prout in ſpecie li-
mitat regulam ſuperiùs adductam, Rip. in
cap. cum Marcus Ferrarienſis nu.193. antè fin.
verſ. ad iſtud reſpondeo, de conſtit.Gabr.de aqu.
poſſeſſ.concluſ.6 num.17. Gratian. dec.March.
132.num 4 Coccin.dec.399.& 418. vtrobique
num 2. Archiep.Royas dec.434. nu.3. Bich.dec.
381.num.41. repetita in recent.dec.298.num.
27 part.10 Rota in Barchinonen. adminiſtratio-
nis 17.Martij 1645 §.minus facit, coram Reu.
Ghiſlerio, & in Bonon. attentatorum 18. Iunij
1646. §.ſi coram Card Cerro. & in Roſſanen
Iurispatronatus 10.Februar.1653.§.minus ſub-
ſiſtit, coram eodem.

Cæterum, nedum ex proximè firmatis
ius Ianutii eſt clariſſimum in poſſeſſorio, ſed
fortiùs in petitorio, nam feudum, de quo
agitur numquam poterit doceri, quòd fue-
rit comprehenſum ſub aſſignatione Iuris pa-
ſcendi facta Principiſſæ per Vniuerſitatem
Roſſani, & nihilòminus id eſſet ex aduerſo
concludentiſſimè probandum, nedum, quia
9 cum Iuris præſumptio ſtet pro libertate, &
contra ſeruitutem, Alex.conſ.129. n.1.lib.1.
Spad.conſ 306. nu.1. lib.2.Cyriac.contron.235
nu 4. Surd.dec.177. nu.1. & ſeq. cum aliis per
Nos latiùs alio in loco adductis.

10 Vtique prætenſa ſeruitus iuris paſcendi ſu-
per feudo, eſſet probanda ab allegante
per demonſtrationes euidentiſſimas, l. ſi in
rem 6. ff.de re vindicat.Cephal.conſ.533 num.
16.Honded.conſ.80.nu.38.lib 1. Menoch. conſ.
21.nu.34. Roland.conſ.67.num.4. lib.2. Franc.
Ant.Coſta conſ 33.num.9. Ruin. conſ.7. nu.30.
lib.1. Rot.in recent. dec.587. nu.7. & ſeq. &
dec.596.nu.1. & dec.611 num.2. part 5.tom.2.
11 & per conuentionem, claram, & expreſſam
Grat.in.cap.572.num.58. & 61. Andreol.con-
trou.178.num 2.Nouar.de grauam.Vaſſall.tom.
2 prælu.9.n.3.& in ſpecie ſeruitutis iuris pa-
ſcendi prætenſi á Communitate ſuper bonis
particularium, optimè Rota in Senogallien.
Iuris paſcendi 27. Nouembris 1619. coram
Remboldo impreſſ. poſt dict. conſ. Spad.306.
lib.2.

12 Cum grauiſſimum ſit præiudicium
ex ſeruitute reſultans, Abb. in cap. cum
Eccleſia, numer.47. de cauſ. poſſeſſ. Beron.
in cap. de quarta, numer.18. de præſcript. Pa-
dill.in l.2. num.13.Cod.de ſeruit. Duaren.lib.1.
diſput.cap.34. in fin. vbi eleganter, iuxta mo-
rem obſeruat, cauſas, in quibus iure præ-
13 diorum verſarentur olim Centum viriles
egiſſe, & inter grauiſſimas habuiſſe, Couarr.
lib.1. var.cap.17. nu.7. Vaſq.illuſtr. lib.3.cap.
87.num.1. Gilkhen.de præſcript. 2.part.memb.
1. cap.11. nu.9. & ſeq. Preceptor meus Arias
de Meſa var.lib.3.cap.14.nu.3.verſ.quippè præ-
iudicium in ſeruitutibus.

14 Sed etiam, quia ius paſcendi, ad hoc, vt
competat Vniuerſitati, á qua Principiſſa
cauſam habet, ſuper bonis particularium
perſonarum, eſſet probanda immemorabilis,
aut quatragenaria, cum titulo, cum agatur
de ſeruitute diſcontinua, leg. hoc iure, §. ſi
aquam, verſ.ductus, ff.de aqu.quotid. & æſtiu.
l foramen, ff.de ſeruit.vrb.prædior.gloſ. magna
in leg.ſeruitutes 13. verbo certam, ff. de ſeruit.
cum aliis per Nos alio in loco congeſtis.
Et in terminis ſeruitutis iuris paſcendi Dec.
conſ.483. num.26.Bertrand.conſ.24. num.11.
part 1. Pariſ.conſ.27.numer.79. & ſeqq.lib.1.
Caſſan.ad conſuet.Burgund.Rubr.13.§.5.verbo
habitans, num.16. & ſeq.Guid.Pap deciſ.573.
num 4. verſ.ſed requiritur, ibique add. in fin.
verſ.quo verò. Rot. in famigeratis deciſionibus
in Narnien. Iuris paſcendi in recent.deciſ.300.
num.9. & dec.347.nu.1.p.9 tom 2.

Multòque magis, quia Principiſſæ fuerunt
ſolùm aſſignata à Communitate paſcua
foreſtæ, & Vallisambræ, quæ erat defenſa,
15 vt vulgò aſſerunt, deſtinata, & clauſá pro pa-
ſculo bobum aratoriorum ipſorum Ciuium,
iuxta deducta per Capyc.in Inueſtitura feudal.
verbo fidis in fin. Ronit.in Rubr. Prag. de paſc.
num.19 ideòque ſub huiuſmodi aſſignatione
non poſſunt dici comprehenſa bona in feu-
dum poſſeſſa à particularibus Ciuibus, quæ
16 non poſſunt recipere ſeruitutem abſque Re-
gis inueſtientis aſſenſu, iuxta notata in cap.1
§.quid ergo, de inueſtit.de re alien. facta.

Idque, etiam remanet comprobatum ex ar-
ticulis exhibitis, ſucceſſiuiſque probationi-
bus factis á Communitate in Conſilio Nea-
politano pro impetrando Regio aſſenſu ſu-
per dicta paſcuorum aſſignatione, in quibus
literis plus quàm cubitalibus legitur prædi-
ctum feudum nullatenus eſſe in dicta aſſigna-
17 tione comprehenſum, quæ confeſſio ſicuti
præiudicium eidem Communitati confitenti
infert, leg.cum ſe, Cod.de tranſact.l.1. Cod.de
ſeru.fugit cap. per tuas de probat. Valenzuel.
conſ.121.nu.95. & ſeqq. Altograd.conſ.84 nu.
108.lib.1.Mareſc.var.lib.2.cap.44. nu.2. Rot.
in recent.dec.263. nu.1.p.7.

18 Præcipuè, quando, prout in hac ſpecie

eſt

eſt clara, & certa; quidqnid ſecus ſit aſſerendum, ſi ſit dubia, & incerta, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Honded. conſ.69.num 73.lib.2. add.ad Buratt. dec.443. num.7. Mohedan.dec.2. de reſtit.ſpoliat. Card. Seraphin.dec.487. numer.3.& 16. Bich. deciſ. 584. num.17.Buratt.dec.183.n.19.Rot.in rec. dec.443. num.8. part.1. & dec.68.n.21.par.8.*

19 & in terminis conceſſionis emiſſæ in precibus *eſt textus in leg. cum precum, Cod.de liber. cauſ.* ibique *Interpretes, cap. per tuas de probat.Gabr.de confeſſ.concluſ.4. num.1. Craſſ.except.14.num.70. Franc:Ant.Coſta conſ.23.n.8. 9. & 10.* vbi ampliat, etiam in precibus ſubreptitiis, & reſcripto reprobato, *Rot.in rec. dec.181. num.6. & ſeq.part.10.Epiſc.Ricc.dec. 106. nu.15. 18. & ſeq. part.4.* Intrigliol.*dec. 6. n.7. & ſeqq.* vbi etiam, quando preces non ſunt ſcriptæ manu confitentis.

20 Ita etiam non poteſt impugnari à Principiſſa ab eadem Communitate cauſam habente, *Aym. conſ.40. num.5. poſt med. verſ. prima ratio, Surd. conſ.489. num.30. verſ. parum quoque, & conſ.151. num.38. & ſeq. & dec.72. num.9. & dec.256. num.8. Altograd. conſ.19. num.20. lib.1. Menoch.conſ.2.nu.373. Ancharan.Iun.quaſt.famil.lib.2. qu.32.n.5. & 6. præcipuè num.7. verſ. cæterum quia, & n.9. & ſeq.*

Prædictis verò omnibus, ea accedat animaduerſio, quòd, quatenus (ſine veri præiudicio) feudum controuerſum valeat dici comprehenſum ſub aſſignatione iuris paſcendi; adhuc, cum ius paſcendi eſset reſtrictum ad boues aratorios tantùm, ſiue attendere velimus priuilegium, ſiue confeſſiones vniformiter factas à Communitate, & Principiſſa in articulis, ſiue demùm relationem Periti, cui per Regium Conſilium Neapolitanum fuerat iniunctum apprĕtium paſcui; ab-
21 ſque dubio non poterat Communitas formam ſeruitutis alterare pro paſcuo cuiuſuis generis animalium, illudque cedere Principiſſæ in tàm graue præiudicium Dominorum poſſidentium terras intrá defenſam, ſignanter contradicentium, vt in ſpecie eſt *textus in L.1. Cod. de paſc. public. lib.11.* cuius hæc ſunt ipſiſſima verba: *Cum nulla ratio ſit, cur in paſcuis ſaltibuſq; rei priuatæ penſio debeat ampliari, nequaquàm pro libidine ordinum augmēta facienda ſunt*, & inferiùs, *eam manere decernat, quam ſtatuit antiquitas*, ibique præ cæteris *Io.de Platea, & Lucas de Penna*, optimè *Surd. conſ.65. nu.14.* vbi per dictum *tex-*
22 *tum* in ſpecie firmat concluſionem, quòd Decurioues non poſſint pro ſua libidine, & voluntate formam depaſcendi alterare, quam ſtatuit antiquitas.

His igitur præmiſſis, non eſt opus aggredi diſputationem ſuper obiecto ex aduerſo excitato; vt, ſcilicèt, non licuerit Domino feudi terras nemoroſas ad culturam reducere in præiudicium Priucipiſsæ, cui ſupponitur ius paſcendi competere.

Nā, præterquā, quod ex ſupra firmatis, dictum ius paſcendi non competit ſuper dicto feudo, ſignanter cum omni generi animalium; adhuc animaduertendum, quòd concluſio, vt, ſcilicèt, non liceat immutare antiquum ſtatum Terrarum in præiudicium Domini paſcuorum, neque vſum alterare, per quem deterior fiat eiuſdem conditio, prout firmant *Crauetta conſ.4. numer.6. Surd. conſ.27. num.10. Lanar conſ.35. num.2. Bertrand.conſ.228. lib.6. Cepoll.de ſeruitut. ruſtic. prædior. tit. de ſeruitut. Iur. paſcend.. num.40. Oterus de paſcuis, cap.16. num.1.* Cancer. *var. part.3. cap.4. de ſeruitut. num.75. & ſeqq.Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.13. §.3.num. 4. Carpan.ad ſtatut. Mediolan. cap.490. num.9* Barbat. *de diuiſ. fruct. part.1.cap.6. num.55. & ſeqq.* Nouar. *de grauamin. Vaſſall. tom.1. grauam.33. num.9. & grauam.36. num.1. & 5. Capiblanch. de Baron. Pragmat.11. numer. 75. & ſeqq. Larrea alleg.110. num.23.Rocc. reſp.82.numer.9. lib.1. Amendol. ad Franch. dec.301. num.4. & ſeq. Card.* de Luca *de ſeruitut. diſc.37. num.2. & diſc.39. num.5. & 7. Larrea dec.30. num.13.* & Nos latiùs firmauimus *diſp. anteced.*

Inter plures, quas patitur limitationes,
23 illa eſt præcipua, rei, de qua agimus, optimè conueniens, vt nempè non procedat; quando, prout in præſentia verſamur in Iure paſcendi acquiſito præſcriptione; tunc enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum; ſi Dominus velit illas ad culturas reducere; quia ſeruitus præſcripta dicitur tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto, vt in puncto egregiè *Crauett. conſ. 292. num.4. lib.1. Coſta de portion. rat.quæſt. 159. numer.11. Barbat. de diuiſ.fruct. part.1. cap.6. num.57. verſ. contrarium, & ſeqq. Epiſc. Antonell.de tempor. legal. lib.2. cap.110. num.4.* quidquid in contrarium aberrans à communi ſentiat *Cancer.var. lib.3. cap.4.de ſeruitut.nu.80. & ſeqq.*

24 Et in omnem caſum, quando Terræ nemoroſæ ſunt reductæ ad culturam, non poſſet prætendi ab eo, cui ſeruitus Iuris paſcendi debetur, niſi intereſſe, *Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior.tit.de ſeruit. Iur. paſcend.nu.42.* quòd valdè differt à retentione totius proprietatis, cum perceptione fructuum.

* * * * * *
* * * * *

ARGVMENTVM.

Clerici cum eorum Animalibus depaſcentes in paſcuis publicis, an, & quando ad fidæ ſolutionem teneantur.

Pontifex, quoties derogat, cuicumq; exemptionũ generi, an intelligatur etiã comprehenſa Immunitas de Iure communi competens; Vel potiùs de ea fieri debeat ſpecifica mentio: Et an appellatione Clericorum veniant etiam Regulares.

SVMMARIVM.

1 Tranſactio inita cum Capitulo præiudicat ſucceſſoribus, quoties à Sede Apoſtolica fuit confirmata.

2 Paſcuorum dominium, quòad herbas poſt collectos fructus induſtriales ſpectat ad Communitatem.

Itaut dominium particularium reſtringatur ad quamdam ſpeciem Coloniæ, & ad ſolam culturam pro fructibus tantùmmodò induſtrialibus.

3 Clerici cum eorum Animalibus depaſcentes in paſcuis publicis tenentur ſoluere fidam, quia non eſt Vectigal, neque collecta, ſed potiùs herbarum pretium.

4 Neque in hoc caſu Vniuerſitas legem imponit Clericis, neque illos collectat, ſed tantùmmodò vendit vſum, ſiuè vſumfructum rerum ad ipſam Vniuerſitatem pertinentium.

5 Fida eſt potiùs pretium herbarum, quàm Vectigal.

6 Clerici non habent priuilegium cum eorum animalibus vtendi paſcuis ad Communitatem ſpectantibus in fundis priuatorum.

7 Mercaturæ exercitium à Sacris Canonibus Eccleſiaſticis interdicitur.

8 Regulares veniunt appellatione Clericorum.

9 Reuocatio exemptionum, immunitatumque facta à Pontifice non intelligitur, quòad competentes de Iure communi, in quibus requiritur ſpecifica derogatio.

10 In litteris Apoſtolicis, potiùs attenditur diſpoſitiua, quàm narratiua.

Ideòque pro comprehenſione Eccleſiaſticorum in derogatione immunitatum ſufficit, de illis fuiſſe factam mentionem in diſpoſitiua, licèt non legatur in narratiua.

11 Sacrilegum eſt diſputare de poteſtate Pontificis in derogatione immunitatum ſuper comprehenſione Eccleſiaſticorum.

12 Derogatio generalis ſufficit etiam in illis caſibus, in quibus, alioquin eſt neceſſaria, quoties conſtat de voluntate Pontificis derogantis.

13 A voluntate derogantis potiſſimùm pendet tota hæc materia.

14 Idque, etiam procedit in comprehenſione Regularium ſuper reuocatione immunitatum.

15 Clauſula pro expræſſis, etiam ſi ſpecialis, & indiuidua mentio requiratur, æquipollet clauſulæ quorum tenores, habenti vim indiuidualis expreſſionis, & derogationis.

16 Ex vi dictæ clauſulæ dicitur derogatum etiam priuilegio Clericorum in corpore iuris clauſo, præcipuè, quando eſt vulgare, Pontificique benè notum.

17 Quotieſcumque derogatur cuicumque exemptionum generi, perneceſsè comprehenditur, etiam Immunitas competens ex diſpoſitione Iuris.

Idque ea ratione, quia, tamquàm ſpecies diſtincta ab altera ſpecie immunitatis competentis ex Iure ſpeciali, continetur ſub genere vniuerſaliter derogato.

18 Quod procedit, etiam ſi in vna ſpecie maior ſit ratio, quàm in alia.

19 Gratia Motu proprio conceſſa latè debet intelligi, etiam ſi aliàs eſſet reſtringenda.

20 Obſeruantia eſt optima, interpres in quacumque materia.

21 Præcipuè, pro comprehenſione Regularium ſuper ſolutione onerum, & Gabellarum.

22 Obſeruantiæ eſt valdè deferendum in materia paſcuorum.

23 Prout interpretatur quaſcumque exemptiones, & immunitates.

24 Etiam pro comprehenſione Clericorum in ſolutione Gabellæ Cameralis.

25 Vnicus actus ſolutionis Gabellæ factæ à Regularibus, vel Clericis ſufficit, quando obſeruantia non deducitur ad præſcribendum, ſed potiùs ad declarandum.

26 Tranſactio declaratur ex obſeruantia, neque requiritur præſcriptio, ſed ſufficit, ita aliquando fuiſſe ſeruatum per vnicum actum.

CAPVT CLXX.

QVò ad ſolutionem fidæ faciendam à Capitulo, & Clero Ciuitatis Nouæ, excepto limitato numero Animalium pro eorum vſu inſeruientium, non poteſt adeſſe aliqua difficultas, ſtante concordia inita, inter Ducem Io: Georgium Cæſarinum, dictumque Capitulum, & Clerum, quæ cum fuerit ſpecificè confirmata à s.m. Vrbano VIII. eſt omninò ſeruanda, &
1 præiudicat quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ſucceſſoribus, cap. de cætero ibique præcæteris Innoc. num. 4. & 5. de tranſact. gloſ. in cap. veniens, vbi Abb. num. 2. Card. oppoſit. 3. eod. tit. Federic. de Sen. conſ. 84. Alb. conſ. 56. nu. 2. lib. 1. Ludouiſ. dec. 152. num. 1. ibique add. nu. 3. Duran. dec. 216. num. 2. Bich. dec. 70. num. 2. & dec. 267. num. 5. & dec. 295. num. 3. Rot. in recen. deciſ. 79. num6. part. 1. & deciſ. 87. numer. 15. part. 7.

Præcipuè, quia eadem concordia fuit ſatis
2 rationabilis, iurique conſona; cum enim dominium paſcuorum, quòad herbas, & paſcua poſt collectos fructus induſtriales ad Communitatem Ciuitatis Nouæ pertineat, ſiue Dominum Ducem ab ea cauſam habentem, ſtante ceſſione introituum ab eadem Communitate facta ipſi Duci, inter quos adeſt

Ius

Ius fidæ, ſiue paſcuorum; itaut Dominium particularium, fundos, & prædia in eodem Territorio poſſidentium reſtringatur ad quamdam ſpeciem coloniæ, & ad ſolam culturam pro fructibus tantùmmodò induſtrialibus, *Couarr. practicar. cap. 37. num 3. in fi e*, vbi, hoc dicit iuſtiſſimum, & æquiſſimum, Reipublicæque conueniens, *Capiblanc. de Baron tom. 1. Pragmat. 11. nu. 30. tom. 2. cap. 74. Rendell. de paſc. part. 3. cap. 3. Card. Tuſc. lit. P. concluſ. 112. num. 7. Freec. de ſubfeud. part. 2. auctorit. 46. num 11. propè fin. Capye. Latr. conſult. 83. num. 9. 13. 14. & 36. lib. 2. Card. de Luc. de ſeruitut. diſc. 35. nu. 6. & ſeqq. Franc. Marc. dec. 223. in fin.*

Hinc reſultat, vt quámuis Eccleſiaſtici pro eorum animalibus depaſcentibus in dictis paſcuis teneantur ſoluere fidam, quia
3 reuera ipſius ſolutio non eſt Vectigal, neque collecta, qua Clerici poſſint ſe contendere exemptos; ſed potiùs pretium herbarum, vt in præciſis terminis *Iaſ. in l. 1. in 1. lectur. ſub. num. 19. verſ. aduertit tamen, & in 2. lectur. num. 25. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs*, qui optimè firmat, quòd, ſi Communitas habeat loca paſturæ in fundis priuatorum, & Clericus velit immittere ſua Animalia ad ibidem depaſcendum, teneatur ſoluere Communitati, lateque comprobat *Abb. conſ. 6. per tot.* illam potiſſimùm rationem expendens, quòd, nempè, non dicatur hoc caſu, quòd Communitas
4 legem impouat Clericis, atque illos collectet, vel datia, aut Gabellas ab eiſdem exigat; ſed potiùs, quòd tantùmmodò vendat vſum, ſiue vſumfructum rerum ad ipſam Communitatem pertinentium, rectèque conferunt deducta per *Card. de Luca de Regal. diſc. 94 n. 2. in fin. verſ. ideòque dictum Vectigal*, vbi,
5 quod fida, potiùs ſit pretium paſcuorum, quàm Vectigal.

Non enim Clerici in hoc reperiuntur priui-
6 legiati, quòd vti poſſint paſcuis ad Communitatem ſpectantibus in fundis priuatorum pro eorum Animalibus, *Rendell. de paſcuis, fol. 205. verſ. an verò Clericis, & ſeqq. Cammill. de Curt. in 2. part. diuerſ. Iur. feud. nu. 78. in medio fol.* 107. alijſque allegatis, egregiè præcæteris *Maſtrill. deciſum referens, deciſ. 49 num. 7. et ſeqq.* & deciſum pariter teſtatur per Sacram Congregationem Boni Regiminis, *Choell. ad Bullam Boni Regiminis, cap. 35. nu. 27 et cap. 50. num. 59.*

Nihilòminus prædictis non attentis, quæ in Iure ſunt abſolutiſſima, fuit inita dicta concordia, in qua cum eiſdem Eccleſiaſticis mitiùs agendo fuit conuentum, vt, excepto limitato numero Animalium pro eorum vſu inſeruientium, ſuper quibus poterat conſiderari prætenſa ipſorum immunitas, pro reliquis ſolui debeat fida pro paſcuis ad tollendas occaſiones lucri, & mercaturæ, quæ alio-
7 quin Eccleſiaſticis perſonis à Sacris Canonibus interdicta reperitur, *cap. 2. ne Cleric. vel Monac. cap. Clerici, & cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. cap. negotiatorem, cap. fornicari* 88. *diſtinſ. cap. Clerici* 14. *qu. 4.*

Prædicta verò omnia procedunt, etiam reſpectu Regularium, cum de illorum compre-
8 henſione ſub dicta concordia dubitari non valeat; appellatione enim Clericorum veniunt etiam Regulares, iuxta ſingularem theoricam *Felini in cap. 1. nu. 1. de ſentent. excomm. Duen. regul. 99. ampliat. 6. & regul. 110. ampliat. 5. Caſtrenſ. conſ. 337. lib. 1. Mar. Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. num. 63. ſub verſ. 1. & lib. 2. reſolut. final. caſ. 50. n. 2.*

Accedit etiam eidem concordiæ, ſuper qua potiſſimùm inſiſtimus, Motus proprius *S. M. Iulij III.* mandantis per verba nimis effrçuata, clauſulaſq; generaliſſimas, ibi: *Vt omnes, & ſinguli habitantes in Terra, ſeu in Caſtro prædictis, realia, & mixta onera, nulla habita prædictarum, aut cuiuſuis alterius generis exemptionum, libertatum, immunitatum, & priuilegiorum ratione, ſoluere, & in illa contribuere teneantur*, quibus fuit expreſsè derogatum.

Nullatenus aduerſante vnico obiecto, quód ſub dicto Breui, ſeu Motu proprio non comprehendantur Clerici, minuſque Regulares; Tum quia in narratiua legitur expreſſum certum tantùmmodo genus perſonarum, nulla de eiſdem Eccleſiaſticis habita mentione.

Tum etiam, quia in omnem euentum reuocatio exemptionum, & Immunitatum nul-
9 latenus poteſt, neque debet intelligi, quòad cõpetentes, inſpecta diſpoſitione Iuris communis, niſi expreſsè ſit dictum, ſpecificèque illis derogatum, iuxta receptam ſententiam *Felini in cap. 1. nu. 12. & in cap. nonnulli de reſcript. Rebuff. conſ. 15 nu. 31. Roman. conſ. 498. nu. 15.* & in his terminis *Lancellott. Gall. conſ. 59. nu. 83. Mandell. conſ. 8. nu. 22. in fin. & ſeq. Sanchez conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 21. ſub num. 6. verſ. probatur minor, Gomez in proœm. Regular. qu. 5. nu. 3. verſ. ſic & generali, Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 36. nu. 34.* Kocchier. *de Iuriſd. Ordinar. p. 3. qu. 9. n. 1. & ſeq. Card. de Luca de Regal. diſc. 55. num. 6. Cabed. dec. Luſit. 94. n. 1. p. 2.*

Siquidem, quòad primum incontrouertibilis videtur comprehenſio Eccleſiaſticorum,
10. & Regularium, ſtantibus verbis eiuſdem Breuis, ibi: *Non obſtantibus immunitatibus quibuſcumque perſonis, cuiuſcumque qualitatis, conditionis, dignitatis Eccleſiaſticæ, vel mundanæ exiſtentibus*, abſque dubio illos complectentibus, quæ vtpotè prolata in diſpoſitiua, & in clauſulis derogatoriis, omninò attendi debent, licèt in narratiua de Eccleſiaſticis non legatur facta ſpecifica mentio, *Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 2. §. 5. n. 19. Spad. conſ. 4. num. 37. lib. 1. & conſ. 173. n. 100. lib. 2*

Rot.

Digitized by Google

*Rot.diuerſ.dec.34.n.12.p.2.in rec.dec.14.num.
43.p.6. & deciſ.377. num.1.part.9. Ludouiſ.
dec.522.nu.4.* ibique *add. nu.21. Buratt.dec.
843.nu.4.*

Quò verò ad ſecundum, omiſſo, quòd, cum
in præſentia agatur de ſolutione fidę pro pa-
ſcuis animalium, quæ reuera non poteſt di-
ci Vectigal, ſiue Gabella, á qua Clerici poſ-
ſint ſe prætendere exemptos ex diſpoſitione
Iuris, ſed potiùs pretium herbarum, ad quod
ſoluendum iidem Clerici, inſpecta eadem di-
ſpoſitione Iuris, omninó teneantur ex ſupra
firmatis.

Adhuc, cum in huiuſmodi reuocationibus
11 immunitatum ſacrilegum ſit de poteſtate
Pontificis dubitare ſuper comprehenſione
Eccleſiaſticorum, *cap.3.§. non igitur de Im-
munit. Eccleſ.* quæſtio ſolùm verſatur ſuper
voluntate, an, ſcilicèt, Pontifex voluerit de-
rogare, etiam Immunitatibus competenti-
bus perſonis Eccleſiaſticis ex diſpoſitione
Iuris; adhunc enim effectum inſpicienda eſt
intentio derogantis; adeòut, ſi poſſit appa-
rere, quòd voluerit derogare, ſufficiat de-
12 rogatio generalis etiam in illis caſibus, in
quibus, alioquin neceſſaria eſſet ſpecialis,
*Cardin. conſ.136.nu.7. & ſeqq. Crauett.conſil.
126. per tot. præcipuè num.4. & ſeq. Spad.conſ.
47.nu.5. lib.2. Put.dec.104. lib.1. in fin.* vbi,
13 quòd ſemper, an ſit derogatum, vel nè pen-
deat à voluntate, & intentione derogantis,
*Rot.diuerſ.dec.137.num.7.part.1. in rec. dec.
452. num.27. & ſeq. p.5. tom.2. Card. Ottob.
dec.257. num.19. & ſeq.* & in his terminis
14 pro comprehenſione Regularium ſub huiuſ-
modi reuocationibus Immunitatum, rectè
aduertit *Cardin. de Luca de Regal. diſc.56.
num.3.*

Huiuſmodi, autem Pontificis voluntas ma-
niſeſtè detegitur ex pluribus inſimul ponde-
randis.

15 Primò, quia, cum in dicto Breui fuerint
appoſitæ clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ,
ſignanter clauſula *pro expreſſis, etiam ſi ſpe-
cialis, & indiuidua mentio requiratur*, quæ
æquipollet clauſulæ: *quorum tenores* habenti
vim indiuidualis expreſſionis, nec non ſpe-
cialis derogationis, *Abb.in cap. cum inſtantia
num.5. de cenſ. Butr.conſ.2. Monet.de commut.
vlt.volunt. cap.7. num.202 Tamburin.de Iur.
Abbat tom.1 diſp.18.qu.6.n.41.& ſeq.Menoch.
conſ.190. numer.24. & præſumpt.39. num.6.
lib.6. Gratian. cap.421. num.9. Mohedan.
deciſ.1. de reſcript. Ludouiſ. deciſ.109. nu-
mer.11.*

16 Meritò dicitur etiã derogatũ priuilegio in
corpore Iuris clauſo, præcipuè, quando,
prout in præſentia, eſt vulgare, & indubi-
tatum, ideóque Pontifici benè notum,
Rip.in cap.1.num.34.& 57. ibique *Felin.num.
11.verſ.fallit.tertiò & 52.de reſcript.Fagnan.in
cap.in his, nu.9. & ſeqq. de priuileg. et in cap.
nonnulli, nu.38.et ſeq. de reſcript.* Gambar. *de
offic.legat.tit.8. tit.de poteſt.legat.in leg.& ſta-
tut. conden.num.33. et 38.* optimè *Gratian. d.
diſcept.421. num.7.et ſeq.ſignanter nu.10. Me-
noch.lib.6.præſump.40.nu.16. verſ. declaratur
quartò.*

17 Secundò, quia, cum fuerit expreſsè dero-
gatum cuicumque generi exemptionum; per-
neceſsè dici debet comprehenſa etiam Im-
munitas competens ex diſpoſitione Iuris cõ-
munis, quæ, tamquám ſpecies diſtincta ab
altera ſpecie immunitatis competentis ex
priuilegio, ſiue Iure ſpeciali, continetur ſub
dicto genere vniuerſaliter derogato, *l. om-
nes*, vbi *Angel.Cod.de præſcript.30.annor. leg.
ſemper, ff. de regul.Iur.* Menoch. *conſil.266.
num.69.*

18 Idque, etiam ſi in vna ſpecie maior ſit ra-
tio, quàm in alia, *l.1. §.quod autem, ff. de alea-
tor.Menoch.conſ.141.nu.33.*

19 Tertiò, quia gratia Papæ fuit Motu pro-
prio conceſſa; ideòque late debet intelligi,
etiam ſi, alioquin eſſet reſtringenda, *Ferett.
conſ.109. num.8. ad med.* Natt.*conſ.343. num.
70. Ancharan.conſ.295. Roman. conſ.388.Ga-
briel. de clauſ. concluſ.2. nu.61.& ſeqq.Surd.
conſ.140. nu.60. Spad.conſ.47. num.4. lib.2.
Rot. in rec. dec.12. nu.22.p.5. Duran. dec.67.
num.5.*

Quartò, tandem ſublata remanet quæli-
bet difficultas, ſtante ſubſequuta obſeruan-
tia ſuper ſolutionibus fidæ ab ipſis Eccleſia-
ſticis, & Regularibus factis, quæ eſt optima
interpres in quacumque materia, ſignanter
20 pro declaratione, quòd Regulares fuerint
comprehenſi in dicta concordia, *Tondut.lib.
1. quæſt.benefic.cap.39.num.11. Valeran. de
tranſact. tit.6. qu.3. num.72. Rot.in rec.deciſ.
175. numer.12. p.8.* & in proximis terminis
21 pro comprehenſione Regularium ſuper ſo-
lutione onerum, & Gabellarum, *Cardin. de
Luca de Regal. d.diſc.56.num.10. & diſcurſ.52
num.2.* & magis in puncto, quòd in materia
22 Paſcuorum ſit valdè conſuetudini, obſer-
uantiæque deferendum, *Oter. de paſc. cap.3.
num.2. Card.de Luca de Regal. diſc.94. nu.10.*
benèque interpretatur, quaſcumque exem-
23 ptiones, & immunitates, *leg.miſſi opinatores
7.* ibi: *conſuetudine ſeruata*, vbi *Io. de Plat.in
3. notab. Cod.de exact.tribut.lib.10. Bald.conſ.
242. lib.3. Caſtr. conſ.347. num.4. lib.1. Cra-
uett.conſ.333. num.10. & conſ.211. nu 8. Ro-
man conſ.49. num.7. lib.1. Alex.conſ.211.nu.
num.6. lib.6. Dec.conſ.358. numer.3. Roland.
conſ.29. num.79. ad fin. lib.3. Surd. conſ.470.
num.15. & ſeqq. Venturin.conſ.39. nu.17. &
38. Caſanatt.conſ.35. num.22. Bertazzol.conſ.
ciuil.21. num.15. & conſ.42. num.32. lib.1.
Larrea alleg.7. num.22.lib.1. & dec. Granat.
62. nu.2. Cyriac. contron.141. num.50. Ciar-
ſin.con-*

*lin.contron.22. num.*40. *lib.*1. Roſa *conſult.*9. *num.*39. *Card.de Luca de Regal.diſc.*49. *Muta deciſ.Sicil.*81. *num.*24. *Rot.in recent. dec.*563. *num.*6. *part.*4. *& dec.*139. *num.*10. *poſt tract. Poſth. de manut. Card. Mant.dec.*320. *num* 5. *Cardin.Ottobon. dec.*175. *numer.*10. *& ſeqq. & deciſ.*257. *num.*15. & in fortioribus ter-
24 minis Gabellę Cameralis exigendæ à Clericis, *Rota in Albiganen. Auenæ* 12. *Februarij* 1644. *coram Epiſcopo Ghiſlerio*, quæ non reperitur impreſſa.

25 Et ſufficit ad hunc effectum etiam vnicus actus ſolutionis, quando obſeruantia non adducitur ad præſcribendum, ſed ad declarandum, ad quem effectum ſatis eſt, ita fuiſſe aliquando ſeruatum per vnum, vel duos actus, iuxta receptam diſtinctionem, inter obſeruantiam interpretatiuam, & præſcriptiuam; de qua omiſſis aliis, *Dec. in cap. cum M. Ferrarienſis, num.*26. *de conſtitut. & in cap.at, ſi Clerici, num.*75. *de Iudic. Bart. in leg. de quibus, Cod. de legib. Barboſ. in leg. poſt dotem, numer.*47. *& ſeq. ff. ſolut. matrimon. Bald. conſ.*443. *lib.*1. *Rimin. Inn. conſ.*257. *num.*107. *Morot.conſ.*29. *numer.*26. *Bertazzol. conſ.*33. *num.*19. *& conſ.*97. *num.*25. *Cranett.conſ.*101. *ſub num.*4. *& conſ.*201. *num.*12. *Cuman.conſ.*162. *num.*3. *verſ. præterea, Cepoll.conſ.*34.*nu.*23. *Natt conſ* 460.*num.*12. *Aretin. conſ.*11. *num.*4. *in fin. Corn. conſil.*188. *num.*11. *lib.*4. *Menoch. conſ.*21. *num.*15. *lib.*1. *& conſ.*1144. *num.*85. *& conſ.*901. *nu.*14. *Decian.conſ.*323. *num.*41. *lib.*3. *Becc.conſil.*101. *num.*49. Honded.*conſ.*60. *num.*11. *lib.*2. *Alltograd. conſ.*7. *num.*48. *lib.*2. optimè *Peregrin.de Iur. fiſc. lib.*1. *tit.*2. *num.*99. aſſerens non oportere, quòd talis obſeruantia ſit diuturna, & præſcripta, & in fine ſubdit, quod ſufficiat etiam vnicus actus, *Sixtin.de Regal. lib.*1. *cap.*5. *numer.*109. *Capyc. Latr. conſult.*2. *numer.*15. *& ſeq. lib.*1. Cardin.de *Luca de Regal. diſcurſ.*72. *num.*5. *verſ. adeòque, Rota in recent. deciſ.*351. *num.*7. *par.*6.

26 Et in terminis tranſactionis declaratæ ab obſeruantia, *Tondut. quæſt. benefic. lib.*1. *cap.*39. *numer.*11. *Valeron. de tranſact. d. tit.*6. *quæſt.*3. *numer.*32. vbi, quòd non requiratur pręſcriptio, ſed ſufficiat, ita aliquando fuiſſe obſeruatum, etiam per vnicum actum.

ARGVMENTVM.

Vicus, ſiuè via, an, & quando dicatur vicinalis, & an claudi poſſit, altero vicino inuito; Quiduè adhunc effectum operetur retentio clauium Cancelli, quibus idem vicus clauditur.

Seruitus itineris, & viæ per fundum vicinum, prędio empto, ſemper in venditione intelligi debet reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Vicus dicitur vicinalis, ſeù conſortiuus, quoties apparet confectus ex collatione agrorum hinc indè adiacentium.*

2 *Viæ vicinales, ſiuè agrariæ omnibus vicinis patere debent.*

Adeòut, neque cancellis, neque raſtris claudi poſſint, ibid.

3 *Via vicinalis, quatenus dici debeat publica, vtpotè conſtituta ex collatione priuatorum fundorum, cuius memoria non extat, non poteſt claudi, etiam omnibus vicinis conſenſum præſtantibus.*

4 *Clauium cācelli ex retentione probatur poſſeſſio itineris per vicum vicinalem.*

5 *Signanter accedentibus expenſis pro reaptatione cancelli.*

6 *Claues cancelli vici vicinalis, an, & quando præſumantur traditæ à vicino, alteri vicino Iure amicitiæ, & familiaritatis.*

7 *Claues præſumuntur retentæ iure proprio; non autem iure familiaritatis, & amicitiæ.*

8 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque conuentionis.*

Itaut, talis dicatur adeſſe ſenſus in verbis, qualem obſeruantia, effectuſque ſubſequens demonſtrat ibid.

Non ſecus, ac ſi ita fuerit ab initio conuentum ibid.

9 *Seruitus itineris, & viæ per fundum vicinum; prædio empto, ſemper in venditione intelligi debet reſeruata.*

10 *Poſſeſſori, & reo ad effectum obtinendi in Iudicio contra actorem ſola ſufficit poſſibilitas.*

11 *Seruitus diſcontinua non poteſt præſcribi, niſi lapſu temporis immemorabilis.*

Intellige, vt num.13.

12 *Affertur ſententia minus vera aſſirmans, vt ſufficiat lapſu decem annorum, præcipuè accedente ſcentia, & patientia aduerſarii.*

13 *Seruitus diſcontinua non poteſt præſcribi; niſi lapſu temporis immemorabilis, quoties agitur de acquirenda ſeruitute itineris in fundo incontrouertibiliter alieno.*

Secus verò, quoties agitur de conſeruando iure tranſitus in re propria.

CAP-

Digitized by Google

CAPVT CLXXI.

INFIRMANDA ſententia, cum enim vicus contronerſus appareat confectus ex collatione vinearum ab vtroque latere adiacentium, quarum vna ſpectabat ad Epiſcopū Donatum; altera verò ad Ceulum, anctores Ferrini noſtri principalis; neque vllo modo potuerit confici ex collatione vineæ Rotæ Aduerſarii, tamquám exiſtentis in extrema parte eiuſdem vici; prout fuit ſatis liquidò demonſtratum in acceſſu, & dignoſci poterit ex inſpectione iudicialis Plantæ.

1 His in facto præmiſſis, abſque difficultate vicus controuerſus eſt omninò vicinalis, ſeu conſortiuus, *leg.2. §. vicinales, leg. fin.* ibique *gloſ ff. ne quid in loc. public. l.fin. ff. de loc. & itiner. public. Cepoll. de ſeruit. ruſt. prædior. cap.3. de ſeruit. via, num.18. verſ. quadam ſunt, Alex. conſ.177. nu.6. & ſeqq. lib.6. Rimin. Iun. conſ.382. num.20. & 60. Menoch. conſ.448. nu.13. Bertazzol. clauſ.20. gloſ.26. num.4. Paitel. annot.67. num 30. & ſeq. Ciarlin. controu.90. num.16. Pacichell. de diſtant. cap.6. membr.9. num.7. Card. de Luca de Regal. diſc.136. nu.14. & 17.*

Atque adeò ad ſummum non poteſt Aduerſario competere, niſi ſeruitus itineris, tranſituſque ad ſuam vineam á Ferrino non controuerſa; non autem proprietas eiuſdem vici, cum prætenſa facultate illam pro eius libito claudendi; dum viæ vicinales, ſiue
2 agrariæ omnibus vicinis patere debent; *d. l. 2. §. vicinales, ff ne quid in loc. public.* Cepoll. *d. cap.3. de ſeruit. viæ, nu.28. Menoch. d. conſ. 448. num.15. Paitel. d. annot.67. num 33. & ſeq. Surd. dec.42. num.15. in fin.* & in ſpecie, quòd ab vno ex vicinis non poſſit fieri raſtrum, ſeu cancellum ad claudendam viam, *Ciarlin. controu.90. nu.14. & ſeq.*

3 Idemque aſſerendum, quatenus via vicinalis dici debeat publica, vtporè conſtituta ex collatione priuatorum fundorum, cuius memoria non extat; nam adhuc non poſſet claudi, etiam omnibus vicinis conſenſum præſtantibus, *Cepoll.* referens deciſum *d. cap.3. num.28. Siluan. conſ.60. num.3.* quos refert, & ſequitur *Paitel. d. annot.67. nu.36. Surd. dec. 42. nu.15.*

Prædicta verò omnia eò libentiùs procedunt: Tum quia per dictum vicum patet trāſitus ad Pratum Ferrini poſt vineam aduerſarii exiſtens, neque plauſtra, & animalia fœno, paleiſque onuſta aliundè duci poſſunt, ſine deuaſtatione vineæ Ferrini, eiuſdemque maximo incommodo.

Tum fortiùs, quia, nedum cardines cancelli eiuſdem vici aſpiciuntur infixi muris vinearum Ferrini, hinc inde adiacentium, quam ſeruitutem ſatis á veriſimili videtur alienum, dominos vinearum fuiſſe libenter paſſos, ſi reuera vicus non fuiſſet proprius.

Sed vlteriùs ſublata remanet quælibet difficultas, dum claues eiuſdem cancelli ſemper fuerunt iure proprio retentæ, tám per Epiſcopum Donatum, & Ceulum auctores Ferrini, quám per eumdem Ferrinum; Ex
4 qua clauium retentione ſatis incontrouertibile redditur eiuſdem vici commune conſortium; prout in præciſis terminis, quòd ex retentione clauium cancelli poſſeſſio probetur itineris, optimè firmat *Gratian. cap.681. numer.5. Boſtb. de manut. obſeru.22. numer.7.* nam alioquin non fuiſſet auctoribus Ferrini permiſſa tanto temporis interuallo earūdem clauiū retentio, cū libera facultate aperiendi, claudendique cancellum abſque vllo prorſus conqueſtu, prout rectè arguit *Menoch. d. conſ. 448. num.15.*

5 Accedente etiam reaptatione eiuſdem cancelli inſimul facta, tàm à Ferrino, quàm ab aduerſario; vt in ſpecie aduertit *Gratian. d. cap.681. num.8. & ſeqq.*

Parumque releuat obiectum, quòd ſit præſumendum à Pacifico auctore aduerſarii fuiſſe traditas claues auctoribus Ferrini iure familiaritatis, & amicitiæ.

6 Siquidem ad hunc effectum eſſet ex aduerſo præciſè, concludenterque probandum, quòd auctor aduerſarii tradiderit claues auctoribus Ferrini, quæ probatio, cum in præſentia deſideretur, nullo prorſus Iure dici poteſt, quòd ſit præſumendum, claues fuiſſe traditas iure familiaritatis, & amicitiæ, prout in terminis ſatisfaciendo huic obiecto firmat *Gratian. d. cap.681. num.5. verſ. neque obſtat. & ſeq.*

7 Præcipuè, quia noſtri teſtes luculenter probant, claues à noſtris auctoribus ſemper iure proprio fuiſſe retentas, & ita etiam eſſet preſumendum; quia huiuſmodi actus non ſolent gratiosè concedi; maximè, quando ſunt plures, & cum maximo incommodo prætendentis gratiam feciſſe, prout optimè proſequitur, *Gratian d. cap.681. nu.6.*

Minus etiam aduerſatur, quòd ſit præſumendum, vicum fuiſse venditum auctoribus aduerſarii non habentibus aliundè tranſitum ad vineam emptam.

Nam ex hoc non valet inferri, fuiſſe venditam proprietatem vici, eiuſdemque ſolum priuatiuè, quòad vſum emptoris, ſed potiùs præſumendum auctoribus aduerſarii fuiſſe venditam ſeruitutem itineris, ſeù tranſitus, non impedito tamen promiſcuo vſu fauore venditoris; idque optimè comprobar, nedum ſubſequuta obſeruantia deſumpta ex retentione clauium cancelli dicti vici, eiuſ-
8 demque vſu, quæ eſt optima interpres cuiuſcumque conuentionis; ita vt, talis dicatur ineſſe ſenſus in verbis, qualem obſeruantia,

effe-

Digitized by Google

effectuſque ſubſequutus demonſtrat, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. latè Becc.conſ.202. nu.11. lib.2. Morot.conſ.29. num.26. Houded. conſ.92. num.30. lib.1. Menoch. conſ.39. num. 20. Cranett. in reſponſ. pro genero. numer.317. verſ. vſque adeò, Ludouiſ.concluſ.38. ampliat.4. Amat. reſolut.42. num.8. part.1. Card.Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.2. tit.1. numer.5. Caren. reſolut.102. num.9. addcn. ad Ludouiſ. dec.184. num.8. verſ. aduertendum, Hier. Leo dec.Valent. 29. nu.8. & ſeqq. Buratt. dec.944. num.6. Archiep. Royas dec.343. num.11. Card. Ottobon. dec.165. nu.20. cum præſeferat confeſſionem partis, Roman. conſ.391. ſub nu.8. verſ. tertiò probatur, Dunozett. Iun. dec.829. nu. 13. non ſecus, ac, ſi ità fuerit ab initio conuentum, Gratian. cap.716. nu.19. verſ. maximè, & ſeq. Ludouic. concluſ.38. illat.121. Amat. reſolut.70 num.19. Card. Seraphin. dec.599. n.6 Card. Celſ. dec.156. num.7. & dec.190. num.5. & ſeq. vbi, quòd habeat vim nouæ conuentionis.

9 Sed etiam Iuris ſuadet præſumptio, quam inſpecta, ſemper in venditione intelligi debet reſeruata ſeruitus itineris, & viæ per fundum vicinum, prædio empto, prout latè firmat reſpondendo contrariis Curt. Iun. in l.2. nu.51. & ſeq. ibique ſignanter Salicet. & Dec. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Alberic. in l. ſi quis ſepulcrum, ff. de relig. & ſumpt. funer. Boer. dec.322. num.8. in fin. Afflict. dec.265. nu.108.

Signanter, quia non videtur veriſimile, fuiſſe per auctores Ferrini venditum vicum auctoribus partis aduerſæ, impediendo tranſitum, vel ſaltem illum difficiliorem reddendo, & non ſine incommodo ad terras, & prata eiuſdem venditoris, quæ ſola poſſibilitas, vt ſcilicèt auctoribus aduerſarij fuerit ſolùmmodò vendita ſeruitus itineris, non im-
10 pedito tamen vſu tranſitus fauore venditoris, ſufficit fauore Ferrini poſſeſſoris, & rei ad effectum obtinendi contrà aduerſarium actorem, cap. ex literis de probat. Bart. in leg. admonendi, n.51. ff. de iur. iurand. & in l.1. §. non autem, nu.1. verſ. ſed recipit. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Dec. in leg. fin. nu.54. ibique Salic. n.22. Imol. col. penult. Cod. de edict. Diu. Adr. toll. Ruin. conſ.13. num.11. lib.1. Soccin. conſil. 505. n.6. verſ. nec dicatur, & verſ. ſecus, quãdo probatio, Mandel. conſ.451. nu.3. & conſil.452. num.4. Tiraq. de Iur. Primog. qu.17. Peregrin. de fideic. art.48. num.24. Angel. de legit. contradict. qu.2. art.3. n.138. Card. Seraphin. dec.889. num.4. Arch. Royas dec.456. nu.3. verſ. & ſat. eſt, quòd probatio.

11 Tandem non aduerſatur, quòd, cum agatur de ſeruitute itineris diſcontinua, deficiente lapſu temporis immemorabilis non poſſit à Ferrino acquiri, l. hac iure §. ſi aquam verſ. ductus, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. l. foramen, ff. de ſeruit. vrb. prædior. gloſ. magna in l. ſeruitutes 13. verbo certam, ff. de ſeruit. ibique Bart. num.3. Caſtr. num.10. Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap.19. num.1. & ſeqq. Gratian. cap.681. num.36. Card. de Luca de ſeruit. diſc. 32. num.7. Capyc. deciſ.117. nu.9. Viu. dec.226. nu.2. Franch. dec 183. nu.13. Card. Caualer. dec.632. num.8. Card. Celſ. dec.237. nu.4. cum aliis per Nos alibi congeſtis.

12 Nam præterquàm, quòd in grauiſſimorum virorum ſententia ſufficiunt decem anni inter præſentes ad acquirendam ſeruitutem etiam diſcontinuam, præcipuè accedente ſcientia, & patientia aduerſarii, gloſ. in leg. ſeruitutes, ibique Bart. num.4. Caſtr. num.11. verſ. ſecundò fallit, ff. de ſeruit. Balb. de præſcript. 2. part.4. part. princip. num.3. Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap.19. num.6. verſ. ſecundus caſus, & num.8. Cranett. conſ.4. nu.4. & ſeq. lib.1. Capiblanc. de Baron. in Pragm.11. num.224. in fin. Capyc. Latr. conſult.83. n.18. & ſeqq. Surd dec.236. Koppen. dec.12. nu.2.

13 Adhuc in præſentia ſublata remanet quælibet difficultas; non enim agitur de acquirenda ſeruitute itineris in fundo incontrouertibiliter alieno, in quibus terminis procedunt ea, quæ dicuntur de immemorabili requiſita in veriori ſententia, ad acquirendam ſeruitutem diſcontinuam; ſed potiùs de conſeruando iure tranſitus in vico proprio Ferrini; atque adeò obiectum manifeſtam continet petitionem principii; ſupponit enim id, quod eſt in quæſtione, quòd nempe vicus, eiuſdemque vſus ſit priuatiuè, quòad alios proprius aduerſarii; quod ex ſuprà firmatis nullo prorſus iure ſubſiſtit, & mordicùs negatur, præcipuè, dum obſeruantia deſumpta ex clauium retentione, aliaque ſuperiùs ponderata contrarium ſuadent.

ARGVMENTVM.

Conceſſo Caſtro cum Molendinis, & Furnis, non dicitur impartitum ius prohibendi Vaſſallis, nè ad alia accedant Molendina, vel Furnos; niſi aliundè conſtet de Iure concedentis ſuper Iure cogendi, quod, neque etiam poteſt intelligi conceſſum, quàmuis illud Ius Princeps haberet, quoties in inueſtitura ius prohibendi non legitur expreſſum: Reprobatur contraria ſententia Iaſonis.

Seruitutes negatiuæ non acquiruntur; niſi præcedente prohibitione, cum ſubſequuta acquieſcẽtia prohibiti, poſtquàm tempus ad præſcribendum neceſſarium, ſit elapſum.

Digitized by Google

Vniuerſitas habens Molendina, & Furnos, an poſſit, publicis vrgentibus neceſſitatibus, cogere Ciues ad molendum in ſuis molendinis, ſuiſque Furnis coquendum, & an id procedat in Eccleſiæ prę iudicium.

S V M M A R I V M.

1 *Conceſſo Caſtro cum Molendinis, & Furnis, dicitur etiam conceſſum ius prohibendi Vaſſallis, ne accedant ad alia Molendina in ſententia* Iaſonis.

2 *Contrariam opinionem eſſe receptiorem oſtenditur, vt, ſcilicet, iſta conceſſio aliud ius non tribuat, quàm exiſtens penès Dominum concedentem.*

3 *Idcòque aliundè conſtare debet de Iure concedentis ſuper Iure cogendi.*

4 *Imò, etiam ſi Princeps habuiſſet huiuſmodi ius cogendi, non ideò cenſeri debet conceſſum, quoties in inueſtitura ius prohibendi non legitur expreſſum.*

5 *Actus accedendi ad hoc, vel illud Molendinum, cum ſit merè facultatiuus, non poteſt acquiri ius cogendi, niſi concludenter probetur, homines fuiſſe prohibitos adire alia Molendina, prohibitionique acquieuiſſe per longiſſimum tempus, à quo præſcriptio currere inceperit.*

6 *Seruitutes negatiuæ non acquiruntur; niſi præcedente prohibitione, & ſubſequuta acquieſcentia prohibiti, poſtquàm ſit elapſum tempus ad præſcribendum neceſſarium.*

7 *Allegantì præſcriptionem incumbit onus illam liquidò probandi, quia præſumptio ſtat contrà præſcribentem.*

8 *Vniuerſitas quoties habet Molendina, & Furnos, pro publicis indigentijs poteſt cogere Ciues ad molendum in ſuis Molendinis, ſuiſque Furnis coquendum.*

9 *An, autem id procedat in præiudicium Eccleſię, remiſſiuè.*

10 *Ex cauſa publicæ vtilitatis, etiam inferior à Principe poteſt auferre ius priuati.*

11 *Ob eandem cauſam publicę vtilitatis poſſunt ſubditi cogi, ad vendendas res ſuas viliori pretio.*

12 *Præſumptio valida militat pro libertate, iuxtà quam, bona cenſeri debent allodialia, & libera iuxtà primæuum ſtatum naturæ; non autem in ſeruitute conſtituta.*

13 *Molendini vſus eſt liber de Iure gentium, ideòque contraria ſtatuta, & bannimenta facta à Baronibus, ſeù Vniuerſitatibus non ſubſiſtunt.*

Idque etiam procedit in Regno, attenta Pragm. 14. ſub tit. de Baron. ibid.

14 *Feudalitas extenditur in Molendinis; quoties, deuoluto feudo ad Dominum directum, illa non fuerunt deuoluta.*

15 *Ennunciatiua vnica non attenditur ad effectum probandi ſeruitutem negatiuam, cui Iura reſiſtunt*

16 *Ennunciatiua, inter Dominum, & Vaſſallum præſumitur valdè ſuſpecta, & per vim, metumque extorta.*

17 *Præſertim, accedentibus verbis*, ſuppliciter recurſum habuerunt, veniam, & miſericordiam petendo.

18 *Præſumptio metus reſultat in contractu, inter Dominum, & Vaſſallum, quoties agitur de præiudicio eiuſdem Vaſſalli.*

C A P V T CLXXII.

DISCEPTATVR in præſentia; an Molendina, de quibus agitur ſint bannerata; itaut Hortenſij poſſint cogere Homines Caſtrorum aduerſariorum adiacentium ad molendum cum Iure prohibendi, ne audeant accedere ad alia Molendina, & ex hactenus deductis exiſtimo, nullatenus conſtare, quòd prędicta Molendina ſint bannerata, neque, quòd Hortenſijs competat prætenſum ius cogendi ad ibidem molendum, cum Iure prohibendi, nè homines dictorum Caſtrorum ad alia accedant molendina.

Si enim inſpicere velimus concordiā, inter Reu. Cameram, & Portiam, & Olimpiam de Varanis, à quibus Hortenſij cauſam habent per intermedias perſonas Comitis Raynerij, in qua legitur facta conceſſio prædictis Portiæ, & Olimpiæ Arcis directæ *cum Molendinis &c.* & quàmuis inter DD. ſit quæſtio, an con-
1 ceſſo Caſtro *cum Molendinis Furnis, &c.* dicatur etiam conceſſum ius prohibendi Vaſſallis, nè accedant ad alia molendina, & pro affirmatiua cōſuluerit *Ias. conſ. 161. vol. 2. Argent. in conſuetud. Britaniæ tit. 17 in rubric. num. 4. fol. 1526. Guid. Pap. dec. 298. propè fin.*

Receptior tamen opinio eſt in contrarium, quòd, nempè, conceſſo Caſtro cum
2 Molendinis, Furnis, aut ſimilibus, ex huiuſmodi ſimplici conceſſione non dicatur ab inueſtitis quæſitum ius cogedi ſubditos, vt deferant frumentum ad ſua molendina, cum iſta conceſſio aliud ius non tribuat, quā illud exiſtens penès Dominum concedentem circá dicta molendina, ita reprobato *Iaſone in d. conſ. 161. vol. 2.* eiuſque aſſeclis, omiſſis pluribus, qui poſsēt allegari, benè firmant in ſpecie Inueſtituræ *cum Molendinis, Crauett. de antiquit. temp. part. 4. §. circà præmiſſa n. 1. & ſeqq. fol. 276.* in paruis, qui rectè aduertit, quòd illa verba *cum Furnis, & Molendinis,* ſolùm importent conceſſionem Iurium, quę concedens habebat in Furnis, & Molendinis, ſed quòd ex hoc non ſequatur, quòd concedens haberet ius cogendi ſubditos ad ibi molendum, & coquendum. *& conſ. 861. & 871. num. 5. & 9. & conſ. 896. per tot. Iacobin. de San. Georg. in ſuo tractatu. feud.* verbo *& cum Molendinis, num. 3. Surd.* latè *conſ. 127. num. 27.*
3 *& plurib. ſeqq.* vbi, quòd debeat de Iure concedentis ſuper Iure cogendi aliundè conſtare, *Roland. conſ. 46. num. 64. lib. 3. Grammat. conſ. ciuil.*

ciuil. 13. num.16. & conſ.98. per tot. ſignanter.
num.29. Burſatt.conſ.41.lib.1. Vermigliol. conſ.
100.num.2. Vrſill. ad Afflict. dec.388. num.4.
Anna allegat.16.in fin. Roſental.de feud. cap.5.
concluſ.26. num.26. Gratian.cap.564.num.47.
Rouit.in pragm.14 de Baron.in princip. ibique
Capiblanc.cap.86.num.2.tom.2.Epiſc.Antonell.
de temp.legal.lib.4.cap.10. num.16. Nouar. de
grauam.Vaſſall.grauam.58 num.2.tom.1. Vela
differ1.44.num.43. Larrea allegat. fiſcal.69. nu.
23.part.2.Theſaur.dec.16.num.9.verſ. contra-
rium tamen . . . .

His igitur firmatis, cum Hortenſij liquidò
non probent, penès Principem concedentem,
Molēdina fuiſſe Bannerata, quod eſſet neceſ-
ſariò concludentiſſimè probandum; nullate-
nus poteſt reſultare probatio Iuris prohi-
bendi ex ſimplici conceſſione cum Molendi-
nis, &c. ex authoritatibus proximè lau-
datis.

Quinimò, etiam ſi Princeps habuiſſet hu-
4 iuſmodi prohibendi facultatem, illaque eſſet,
ſatis ſuperque probata; non ex hoc ſequere-
tur, quòd voluiſſet illam concedere Vaſſallo;
cum ad hunc effectum, nullatenus ſufficiat
poteſtas, ſed præcisè requiratur voluntas
Principis concedentis, quæ remanet excluſa
in præſenti themate; cum enim non legatur
expreſſum Ius prohibendi in inueſtitura;
Ideóque, vtpotè omiſſum remanſerit penès
Principem, prout latiſſimè proſequitur Surd.
d.conſ.127.num.31. & plurib. ſeqq. & num.57.
& ſeqq. qui egregiè ex more ſatisfacit omni-
bus contrarijs.

Si verò Hortenſij contendant, ſuos Autho-
res ex legitima præſcriptione, aut conſuetu-
dine præſcripta acquiſiuiſſe Ius cogendi ho-
mines dictarum Vniuerſitatum ad eundum
ſua Molendina, eo quia per longiſſimum
temporis interuallum ad molendum acceſſe-
rint, & hæc ſimplex probatio, neque etiam
ad hunc effectum ſufficeret.

Cum enim actus accedendi ad hoc, vel il-
5 lud Molendinum ſit omninò facultatiuus, non
potuit acquiri Ius cogendi dictos homines,
niſi perſpicuè probetur, eoſdem fuiſſe
ſpecificè prohibitos alia adire molendina;
quòdque huiuſmodi prohibitioni acquieue-
rint per longiſſimum tēpus, à quo præſcriptio
currere inceperit, vt in terminis firmant
poſt gloſ. in l. qui luminibus, ff. de ſeruitut. vrb.
præd. Iaſ. l. quo minus, ff de flumin. & conſ.161.
n.9. & ſeqq. lib.2. Abb. in cap. ſignificauit n.1.
per illum text. de appellat. Rip. in cap. cum
Eccleſia, num.50. et ſeqq. de cauſ. poſſeſſ. et pro-
priet. Natt. conſ.106. num.8. et ſeq. et conſ.325.
Bald. conſ.463. lib.4. Roland. conſil.22. num.23.
lib.2. Gratian. cap.89. nu.11. et duob. ſeqq. Rouit.
in pragm.14. de Baron. num.2. Nouar. de grauam.
Vaſſal. d. grauam.58. numer.6. et ſeqq. tom.1.
Menoch. de arbitr. iud. caſ.160. num.8. et ſeqq.

de Marin. quotid. reſol. cap.32. num.3. lib.1. Lar-
rea alleg. fiſcal.69. num.24. et ſeq. Cancer. part.
2. var. cap.2. num.106. Epiſc. Antonell. de temp.
legal. d. cap.10. nu.7. et plurib. ſeqq lib.4. Boer.
dec.125. num.5. latè Rot. in Tiburtina Iuris mo-
lendi, in rec. dec.616. per tot. part. 3. et deciſ.
308. pariter per tot. part 4. tom.2. in quibus al-
legantur aliæ deciſiones concordantes.

6 Idque eſt regulare in omnibus ſeruitutibus
negatiuis, vt non acquirantur; niſi præce-
dente prohibitione, & ſubſequuta acquie-
ſcentia prohibiti, poſtquàm ſit elapſum tem-
pus ad præſcribendum neceſſarium, Roland.
conſ.22. num.23. & per tot. lib.2. Surd. d. conſ.
127. nu.22. & ſeq. Giurb. obſeruat.71. num.9.
Larrea d. alleg. fiſcal.69. num.25. part.2. Rot. in
rec. dec.616. num.1. part.3. & Nos alibi latiùs
firmauimus.

7 Alleganti verò prohibitionem incumbit
onus ſatis liquidò illam probandi, quia præ-
ſumptio eſt contrà præſcribentem, leg. ab ea
parte, ff. de probat. Epiſc. Antonell. de tempor.
legal. d. cap.10. nu.13. lib.4. Afflict. dec.388. nu.
5. & ſeq. Theſaur dec.16. num.8.

8 Neque in contrarium meretur allegari
Bald. conſ.410. lib.5. loquitur enim in caſu lō-
gè diuerſo, quando, nempè, Communitas
habet molendina, & furnos, illorumque
fructus in publicam vtilitatem conuertere
intendat; hoc enim caſu poſſet ſubditos co-
gere ad molendum in ſuis molendinis, & co-
quendum in ſuis furnis, iuxtà receptam ſen-
tentiam, de qua poſt Bald. Natt. d. conſil.106.
num.1. & conſ.227. num.4. Boſſ. de Regal. nu.
41. Epiſc. Antonell. de temp. legal. d. lib.4. cap.10
nu.18. & ſeq. aliiſque adductis, Theſaur. dec.
16. nu.13.

9 An autem, id procedat in præiudicium
Eccleſiæ, conſulendi pro affirmatiua Bald. cōſ.
11. inter conſ Ancharan. & conſ.396. in 4. vol.
conſil. eiuſdem Bald. Calderin. cap.21. Franch.
dec.380. Pro negatiua verò, quæ eſt verior
& receptior, Iaſ. in l. quominus, nu.36. ff. de
flumin. & conſ.161. in vlt. dub. lib.2. Collegiū
Bononienſe, vt per Ancharan. conſ.13. & ſeq.
Alex. conſ.211. in fin. lib.2. Io. Ancharan cōſ.
155. & conſ.298. num.3. aſſerens obtinuiſſe
victoriam pro Eccleſia, contrà Vniuerſita-
tem Spoleti, Rimin. Iun. conſ.81. num.14. &
ſeq. lib.1. Couarr. in cap. poſſeſſor in 2. part. re-
lect. §.4. nu.6. & ſeq. de Marin. lib.1. quotid. re-
ſolut. cap.32. num.11. verſ. contrariam, & ſeq.
lib.1. Genuenſ. in pract. Eccleſ. q.195. Maccratēſ.
var. lib.1. reſolut.65. Boer. dec.125. Cacheran.
dec.17. n.15. Grammat dec.100.

10 Poteſt enim ex cauſa publicæ vtilitatis, etiā
inferior Principe ius auferre priuati, vt poſt
Bart. in leg.4. in fin. Cod. de nauicular. lib.11.
alioſque allegatos Alex. d. conſ.124. nu.6. lib 4
Crauett. de antiqu. tempor. p.4. §. circa præmiſſa
11 nu.6. Aſſerens ob eamdem cauſam, quòd poſ-

Digitized by Google

ſint cogi ſubditi ad vendendas res ſuas viliori pretio, per text.in leg. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarum, ff.de vſufruct.

12 Fortiùs prædicta in præſentia vidętur amplectenda; quia valida Iuris præſumptio militat pro libertate, iuxta quam bona cenſeri debent allodalia, & libera, iuxtà primæuum ſtatum naturæ; non autem in ſeruitute conſtituta, cap.1. §. defuncto ſi de feud. defunct. content.ſit, int. Domin.et agnat. Iſern. in cap.1. de controu. int.maſcul. & fœmin. num.1. verſ. & ſic, et nu.3. ibique Aluar. 1. column. verſ. ibi emptoris, Roſental.de feud.cap.12.concluſ. 15. nu.32. & ſeq. Caſtr.conſ.179.num.1, lib.1. Surd.conſ.311.num.6 Alex.conſ.129. num.1. lib.1. Altograd.conſ.3. nu.30. & duob.ſeqq.lib. 2. Argel.de legit.contradict q.19. art.5.n.105. Mareſc.var.lib.1.cap.85.n.13.& ſeq. Schrader. de feud p.3. cap.4. n.53.& ſeq.Clar.in § feudū qu.18 nu.1.Caren.reſol.112.n.11. Menoch.lib. 3.præſumpt 91.nu.1.& ſeqq. Duran. dec.28. num.13. & ſeqq. Rot.in recent.dec.93.num.30. par.5. & poſt Cenc de cenſib. dec.72. num.11. & ſeqq.& Nos latiori exarauimus calamo diſput.58.nu.1 vol.1.

13 Et in terminis, quòd Molendini vſus ſit liber de Iure gentium, & quilibet poſſit accedere ad molendinum ſibi benè viſum; ideòque ſtatuta, ſeù ordinationes factæ à Baronibus, ſeù Communitatibus prohibentia, nè Ciues, aut Incolæ accedant ad molendium, præterquam ad molendina Baronis; vel Communitatis, non valeant, affirmant Rip. in leg. quominus,num.131. ibiq; Iaſ.n.156. q.25. ff. de flumin. idem Rip. reſponſ.11. Ancharan. in cap. canonum ſtatuta, in 11. quæſt. princip. verſ.ego quæro, de conſtit. & conſ.13. & conſ. 154. & conſ.193 Iſern.in tit.quæ ſint Regal.§. flumina, ibique Liparul.Bald.conſ.57. lib 3. & conſ 409. nu.71.in fin.lib.5. Alex.conſ.211.nu. 10. lib.2. Roland. qui de communi teſtatur conſ.22. nu.19. lib.2. Surd.d. conſ.127. nu.23. & 54. Soccin.Sen. conſ.272. nu.5. verſ.quartò principaliter, & numer.6. lib.2. Albert. Brun. conſ.56. num.2. Neuizan. conſ.43. nu.7. & 8. Lanar.conſ 27.num.33.& ſeqq. Natt.conſ.106. per tot.Decian. conſ.44. nu.132. lib.4. Honded. qui loquitur, etiam de torcularibus oliuarum conſ 80. num.35. lib.2. VVſſembec. conſil.67. num.27. Marcell.de Maur. alleg.2. nu.2. Siluan.conſ.1. num.140. Anna alleg.216 & ſingul.557. Iacobin.in inueſtit.feudal.in verbo & cum molendinis, num.3. & 4. Pariſ.de Put. de ſindicat. cap.2.de exceſſ. Baron. num.12. & de reintegrat feud.cap. miles habens, num.9. Couarr.in regul. poſſeſſor.2.part. §.4. num.6. Cranett.de antiquit.tempor.part.4. §.circa præmiſſa, num.4. Roſental.de feud. cap.5. concluſ.26. nu.1. & ſeq. ibique adden.lit.B. Gratian. cap. 564. nu 45. Nouar. quæſt.forenſ.5. part.2. & de grauamin. vaſſall.grauam.58. tom.1. Petra ad Capyc.dec.27. nu.15. & dec.209. nu.5. Piſtor.obſeruat ſingul.200 per tot.de Marin. dict. cap.32. num.3. & ſeqq. lib.1. Larrea alleg. fiſcal.69. nu.28. Mar. Antonin.lib.1. cap.65. latiſſimè Nizzol.alleg.22. num.13. & ſeqq. eruditiſſimus Conſ.Petra ad Rit.M.C.V.273.num. 140. & deciſum teſtantur Koppen. quæſt. ſeù dec.19. nu.5.& ſeqq.Guid.Pap.dec.298. Oſaſc. dec.17.num.9. Afflict.dec.388. nu.1. Theſaur. dec.16. Franch.dec.158. in fin. Rot.diuerſ.dec. 41.num.13. & dec.50. num.6. & ſeqq. part.2. in rec. dec.308. part.4.tom.2. & de Baronibus Regni, quòd non poſſint ſubditos ad prædicta compellere, adeſt nobilis Conſtitutio Imperatoris Caroli V.promulgata de anno 1536. quæ eſt 14. Pragm. ſub tit.de Baron. ac eorum offic. de qua meminit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 388. Theſaur. dec.16. Gratian. cap.564. numer.46.

14 Præſumptio verò allodialitatis, eó magis militat in præſenti themate, conſpicuaque redditur, quia molendina fuerunt relaxata Portiæ, & Olimpiæ; ſi enim fuiſſent feudalia, vtique, deuoluto ſtatu Camerti ad Sedem Apoſtolicam, Molendina, etiam fuiſſent deuoluta, Surd. conſ.135. num.43. Menoch.conſ.395. nu.12. & ſeqq. Roſental. de feud. cap.12. concluſ.14. nu.32.& ſeq. Buratt. dec.276. nu.5.

Probata igitur ex prædictis allodialitate, eò magis excluſum remanet prætenſum Ius cogendi ſubditos ad accedendum ad molendina, cum aliqua ſolùm dubitatio poſſet exoriri, ſi molendina eſſent feudalia, quòd ex allegatis, neque etiam ſubſiſteret.

Neque uis aliqua fieri poteſt ad probandam acquiſitionem Iuris cogendi, & prohibendi reſpectiue in ſimplici antiqua enunciatiua emiſſa in concordia anni 1537. inter nonnulla Caſtra, & Portiam Varanam Dominam, in qua enunciatur, quòd aliàs per longum tempus, homines, & Vniuerſitas Caſtri Floris Montis eſſent obligati ire ad molendum, vti adiacentes ad molendinum Beldiletti, nec non in promiſſione de accedendo ad dictum molendinum Floris Montis, perpetuis futuris temporibus.

15 Quò enim ad enunciatiuam eſt vnica, ideòque non attendenda ad effectum probandi ſeruitutem negatiuam, cui Iura reſiſtunt, Aretin. in cap. cum cauſa, num.22. in fin.verſ. debet etiam, deprobat. Buratt.dec.78. num.13. Bich. dec.467. num.7. præcipuè, quia principaliter de enunciato dubitari contingit, Butr. in cap.illud quoque, numer.3. verſ.nota quartò de præſumpt. Caſtr. in l. cum aliquis, nu.6. in fin. Cod.de Iur. deliber. Cephal.conſ.369.nu.14. lib.3. Roſa conſult.56. nu.4. Card. de Luca de Iur.patron.diſc.5. nu.13. Oſaſch.dec.76. nu.12. Rot.in recent.dec.380. nu.25. part.5. Bich.dec. 228. nu.23. & dec.467. nu.7. Archiep. Royas

dec.

dec.337. nu.8. Pentinger. dec.491. numer.15. & in ſpecie ennunciatiuæ ad effectum probandi ſeruitutem; *Rot.in rec.dec 416.n.14.p.14.*

16 Quò verò ad prædictam promiſſionem de accedẽdo homines Floris Montis, futuris perpetuis temporibus, poſſet reddi valdè ſuſpecta, & per vim, metumque extorta à Domina contrà Vaſſallos, vt in his terminis, *Surd. conſ.127. num.4. & ſeq.* latiſſimè *Natt. conſ. 106. num.11. & ſeq. Rot. in rec. d.dec.616.nu. 3.part.3.* vbi, quòd regulariter in ſubdito præſumatur metus, & in ſpecie *Theſaur dec. 16. num.7. propè fin.* quæ præſumptio fortiùs in præſenti incaleſcit, ponderatis verbis eiuſ-

17 dem concordiæ, ibi: *Supplieiter recurſum habuerunt, veniam, & miſericordiam petendo.*

18 Ideòque ad excludendum hanc metus præſumptionem, alioquin de Iure reſultantem in contractu, inter Dominum, & Vaſſallos, ex adductis per *Plot. de in lit.Iuran. §.3. num.13. Capiblanc. de Baron. pragm.1.n.349. et ſeqq. Collan. in Pragmat. frument.lib.3.cap. 9. num.6. Rouit.in pragm. 10. de Baron.num.3. verſ.tu modo videas*, eſſent adducendæ aliæ probationes, quæ confirmarent enunciatiuam ſuper obligatione Caſtrorum adeundi molendina, de quibus agitur; alioquin enim non exiſtimo concludenter probatum Ius cogendi ex ſimplici dicta concordia inita, inter Dominam, & Vaſſallos in re admodum præiudiciali naturali libertati.

ARGVMENTVM.

Molendinum vnuſquiſque poteſt ædificare in ſolo proprio, propè ripam fluminis publici, vtendo ipſius aqua, præuia Principis facultate: Idque, etiam ſi molendino inferiori, vel ſuperiori loco conſtructo præiudicium inferat, ratione maioris lucri deperditi ob deficientem concurſum molentium, quoties fluminis aqua vtrique molendino ſatis ſuperque eſt ſufficiens, non probato iure prohibendi quæſito, ex priuilegio, vel ex legitima præſcriptione cum titulo, bona fide, & acquieſcentia prohibiti: Declaratur celebris doctrina *Bart. in leg. quominus, ff.de flumin.*

SVMMARIVM.

1 *Molendinum vnuſquiſque poteſt ædificare in ſolo proprio propè ripam fluminis publici, vtendo ipſius aqua, præuia Principis licentia.*
Idque, etiam ſi molendino inferiori noceat, non docto de iure prohibendi, per aduerſarium quæſito, ex priuilegio, vel ex præſcriptione, cum titulo, bona que fide, & acquieſcentia prohibiti.

2 *Dominus molendini inferioris non poteſt impedire conſtructionem alterius molendini ſuperioris, quoties fluminis aqua vtrique molendino eſt ſufficiens.*

3 *Accedendi actus ad molendinum eſt merè facultatiuus.*

4 *Statuta, ſeu ordinationes facta à Communitatibus, vel Baronibus, prohibentia, ne ciues, aut incolæ accedant ad molendum, præterquàm ad eorum molendina non ſubſiſtunt.*

5 *Intereſſe maioris lucri molẽdini inferioris amiſſi ob molendinum ſuperiùs de recenti conſtructum non meretur attendi.*

6 *Secundum molendinum poteſt ædificari in præiudicium primi, non obſtante ſtatuto, quod fieri non poſſit molendinum in præiudicium veteris, cum ſit regulandum à iure.*

7 *Reprobatur contraria ſententia.*

8 *Quid aſſerendum, quoties vetus molendinum fuit à Principe conceſſum ex priuilegio ſub certo annuo cenſu in quodam loco particulari.*

9 *Declaratur doctrina Bart. aſſerentis, molendinum in parte ſuperiori fluminis ædificari non poſſe, cum damno habentis molendinum inferiùs, & in quo caſu illa poſſet procedere.*

CAPVT CLXXIII.

PRÆTENSIO excitata per Venerabile Hoſpitale Sancti Sixti, quòd Paſſerus conſtruere non valeat Molendinum in ſolo proprio, propè aliud eiuſdem Hoſpitalis, omninò videtur reiicienda; cum in Iure ſit abſolutiſſimum, quòd vnuſquiſque poſſit ædificare, molendinum in ſolo proprio,

1 quod poſſidet propè Ripam fluminis publici, vtendo ipſius aqua, præuia Principis licentia, etiam ſi Molendino inferiori noceat, non docto per aduerſarium de iure prohibendi, ex priuilegio, vel ex præſcriptione, cum titulo bona fide, & acquieſcentia prohibiti, *leg.altiùs, Cod.de ſeruit. et aqu. VVeſembec. conſ.34. num.1.lib.1. et conſ.67. nu.12. lib.2.* & in ſpecialibus terminis molendini in flumine publico exiſtentis, *Iſern. in cap.1.§ flumina, num.5. quæ ſint Rigal.* ibi: *Vtrum in flumine publico ſupra Molendinum tuum poſſim facere aliud molendinum, dic, quòd in meo loco poſſum facere; etiam ſi noceat ſuo, niſi deberem tibi ſeruitutem*; quem ſequitur *Vincent de Anna allegat.91. num.3. part.2. Capye Latr. conſult.39. num.7.et ſeq. et num.12. et ſeq. lib.1. Roec. reſponſ.93. num 4.lib.1. Afflict.dec.338. per tot.ſignanter nu.10.et ſeqq.*

2 Huiuſmodi verò concluſio fortiùs vindicat ſibi locum in caſu, de quo agitur; cum enim Tiberis aqua tantam vim habeat, vt ſit ſatis ſuperque ſufficiens vtrique molendino, nullo iure poteſt inferioris, & antiqui Molendini Dominus impedire volentem ædificare aliud in loco ſuperiori, *Bart. in leg. quo minus*

in 2.

in 2.quæſt.ſub nu.5 ff de flumin. Alex.conſ.194. nu.7.verſ.vbi autem flumen,lib.2. Roland.conſ. 97.num.3.et 7.lib.3.Surd.conſ.321.nu.21. Menoch.conſ 901.num.41.et ſeq.lib.10.Ruin.conſ. 98.num.12.et ſeq.lib.4. optimè Capyc.in inueſtitura feudali, verbo Molendinis, in tertia limitatione, verſ.quaodo verò,fol.109. Adrian. Neguſant.qu.295. nu.1.Io.Koppen.qu.ſeù deciſ. 20.num.12. Cyriac contron.462. nu.5.6. et 11. eruditiſſimus Altimar.ad Rouit.conſ.25. n.28. et ſeq lib.1. Cardin. de Luca de ſeruit.diſc.30. num.4. Antunez.de donat.Reg.part.3.cap.4.nu. 12.et ſeq. Epiſc. Antonell.de loco legal. lib 1. cap.3.nu.177.et ſeq. Agrta viſion.feudul.Rubr. 4.viſion.5.fol.251.verſ fluminum,lit.D. Pegaſ. in loco ad quem ſe remittit, tom.3. ad ordinat. Regn.Portugal.gl.49. ad §.53.tit.18.de Luca ad Gratian.cap 89.nu.1.et ſeq. Romaguera in addit. ad annot.Conciol.ad ſtatut.Eugnb. Rubr.25. de molendin lib.5. num.5. Guid. Pap. quæſt.298. Franch dec.183.num 9.

Nullatenus verò meretur attendi, quòd, ſi nouum conſtrueretur Molendinum minus lucrum conſequeretur illud Aduerſarii ex diminutione concurſus molentium, accedente etiam minore piſcatione Lampetrarum, ſiue Murenarum fluuiatilium.

3 Maioris ſiquidem lucri intereſſe, nullatenus venit attendendum; cum ſufficiat naturale commodum aquæ non tolli; quò enim ad accedentes ad Molendinum, cum actus ſit merè facultatiuus, Gratian.cap.89 nu.1. Nizzol.allegat.22.nu.2. Rot. diuerſ.dec.70. num.7. & 14. part.2 ob quam rationem ſtatuta,
4 ſeù ordinationes factæ á Baronibus, ſeù Cõmunitatibus prohibentia, ne Ciues, aut Incolæ accedant ad molendum, præterquàm ad molendina Communitatis, ſeù Baronum, non ſubſiſtunt, Bald. conſ.57. lib.3. & conſ. 409. num.7. in fin.lib.5. Soccin.Sen. conſ.272. num 5. verſ.quartò principaliter, & numer.6. lib.2. Albert.Brun. conſ 56.nu.2. Rolund.conſ. 22.num.1.& ſeq.lib.2. Surd.conſ.127. nu.23. & 54. Ancharan.conſ.298.per tot. Natt. conſ. 106. por tot.Decian.conſ.44.nu.132.lib.4. Vuſembec. conſ.67. nu.27. Silnau.conſ.1.nu.140. Nizzol.allegat.22. n.13. & ſeq Nouar. quæſt. forenſ.5 part.2. & de grauamin. Vaſſall. grauam.58.tom.1. Roſental.de ſend.cap.5 concluſ. 26.num.1. & ſeq.ibique add.lit.B. Mar.Anton. lib.1.cap.65 Larrea alleg.fiſcal.69 num.28. & alleg.70. num.27.& ſeq. Piſtor. obſeru.ſingul. cap.200.de Marin.quotid.reſolut.cap.32. nu.2. & ſeqq.lib.1.Koppen.qu ſeù deciſ.19.nu.5. & ſeqq.Boer.dec.125 nu.4. & ſeq.Oſaſcb.dec.17. num.9. cum aliis allegatis in præcedenti diſpu:.nu.13.

5 Meritò, his ſtantibus, huiuſmodi præiudicium nullo iure meretur attendi, Doctores in d.leg.quominus 2.ff.de flumin. ibique prę cęteris Bart.num.5.in 2.qu. Iaſ.nu.84.Ripa,n.82. Bald.in l.vnic.ſub nu.45.Cod.de ſente ut.quæ pro eo, quod intereſt. latè Alberic. in l.ſi manifeſtè in fin.Cod.de ſeruit.& aqu. Caſtr.conſ.247.n.3. lib.2. Surd.conſ.127.num.23. & conſ.321. nu. 20. & ſeq. Ruin.conſ.98.ſub num.12. lib.4 Rimin.Iun.conſ.498. nu.8.& 9.Menoch.conſ.901. num.41.et ſeq lib.10. Honded.conſ.84.nu.44. lib.2.Anna alleg.91. num.4. Schrader.de feud. part.6. cap.16. num.115 Gratian.cap.89.nu.1. et ſeq. Roſentul. de feud. capit.5. concluſ.29. Sola ad Conſtit. Saband. tit. de flumin. public. decret.piſcuri, part.1.gloſ.2. num.52. et ſeqq. Koppen qu.20.num.12. Capyc.in inueſtit. feud. verbo Molendinis, ampliat.2. fol.108. Cyriac. contron.462. num.5.6. & 11.& contron.310. num.12. egregiè Io. Franc.de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ.prouiſ. tit.de Mercat. et Nundin. numer 4. & ſeqq. egregiè eruditiſſimus Ant.Fab. in Cod. lib.3. tit.24. de ſeruitut. defin.5 Capyc.Latr.conſult.8. num.42. & conſult.39. nu.29. Card.de Luca.de ſeruit. diſc.30. num.4. Afflict.dec.388. nu.12. Dunozett. Sen. dec.231. num 9. vbi, quòd ſecundum molen-
6 dinum poſſit ædificari, etiam in præiudicium primi, idque non obſtante ſtatuto, quód non poſſit fieri molendinum in præiudicium veteris, cum ſit regulandum à iure, vt in ſpecie optimè Dunozett.Sen.d.dec.231. nu. 14. Quidquid in contrarium non rectè ſenſerint aberrantes à communi, Beron. conſil.
7 143. num.30. & 51. lib.3. Rimin. Iun. conſil. 398. num.19. vbi tamen dicit habere difficultatem, Loffred.conſ.13. num.13. Pract.Papienſ. in forma libelli in actione confeſſoria, verbo ſeruitus, ſub num.7. verſ.ſecundò, ibi: Ne auferatur, vel ſibi diminuatur hoc lucrum.

8 Neque prædictis aduerſatur Franc.Marc. qu.106.ſub nu.6 part.2. Cyriac. contron.310. nu.14. cum loquantur in terminis longè diuerſis, quando, nempè, vetus molendinum fuerat à Principe conceſſum ex priuilegio, ſub certo annuo cenſu in quodam loco particulari.

9 His igitur firmatis, duplex patet reſponſio ad doctrinam Bart. ex aduerſo adductam in d.leg.quominus, nu.2. ff.de flumin. quam ſequitur ibidem Iaſ. num.50. Rip num.43. Alex.conſ.203. lib.1. Venturin. conſ 20.nu.40. firmantes, molendinum in parte ſuperiori fluminis ædificari non poſſe, cum damno habentis molendinum inferiùs; idemque procedere, quòad partẽ inferiorem fluminis publici, Bart.in d.leg. quominus numer.3. ibique Iaſ. num.50. Rip. nu.43. ff de flumin. Marcabrun. conſ.49.num.37. & ſeqq Venturin. conſ. 20.num.41. Loffred.conſ.13. num.14. Rot. in rec.dec.683.n.1.p.4.tom.3.

Siquidem illa non procedit, quando quis non ędificat in flumine publico; ſed in ſolo proprio, quod poſſidet ex titulo oneroſo propè ripam fluminis, vtendo illius aqua

pro

pro molendino, præuia Principis facultate ex ſpecialibus auctoritatibus *Iſernia*, *Anna*, *& Afflict.* aliiſque ſuperiùs laudatis.

Vlteriùs, eſt animaduertendum, quòd *Bartolus* proponit ſibi quæſtionem, quando ex conſtructione molendini ſuperioris affertur impedimentum, & præiudicium molendino inferiori, ſublato naturali commodo aquæ, ſine qua molere non poſſit, ibi: *Et alij faciunt molendinum ſuprà, ita quòd me impediunt;* prout in caſu præiudicii ex impedimenro moliture, doctrinam *Bart.* intelligit *Capyc. in inueſtitur. feudal.* verbo *Molendinis, limit. 3. Afflict. in cap. 1. §. flumina. n. 3. verſ. & breuiter, tit. quæ ſint Regalia*, vbi, quòd ex doctrina *Bart.* loco proximè adducto, molendinum ſuperiùs non poſſit coarctare aquam, vel aliquod inferre præiudicium molendino inferiori.

Iuxtà firmata fuit decretum per Clar. Mem. Cardinalem de Luca, tunc temporis Iudicem delegatum Ven. Hoſpitalis Sancti Sixti.

ARGVMENTVM.

Conceſſio Ptincipis de ædificando in ſolo publico, intelligi debet ſine incommodo, damnoque altetius, eademque diſpoſitio, cum ſit clauſa in corpore Iuris, indiget ſpeciali derogatione, damnumque conſiderabile alterius in propoſito dicitur, quando quis commodum amittit, quod ex publico conſequebatur; Ad ornatum Iurium *in leg. 2. §. ſi quis, quod in publico, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.*

Viæ publicæ potiſſimùm intrà Ciuitatem non dicuntur eſſe in Principis patrimonio, ſed ad eius tantùmmodò defenſionem pertinent, nè permittat ab aliis occupari.

Non repugnat, quòd aliquis locus ſit in dominio priuato, & nihilòminus, quò ad vſum ſit publicus.

Æmulatio in ædificante, ex quibus potiſſimùm coniecturis ptæſumenda.

De ſpatio duorum pedum relinquendo, tàm in ptædijs ruſticis, quàm vrbanis, menſurando non à pariete Domus, ſed à loco, vbi cadit ſtillicidium: Ad intellectum *text. in l. fin. ff. fin. regundor.*

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio Principis de ędificando in ſolo publico, intelligi debet ſine incommodo, & damno alterius.*

2 *Priuilegium*, leg. 2. §. ſi quis, quod in publico, & § ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. *id apertè comprobans, cum ſit clauſum in corpore Iuris, ſpeciali indiget derogatione.*

3 *Damnum conſiderabile alterius in propoſito dicitur, quando quis commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit.*

Proindè, ſi cui proſpectus, ſi cui aditus ſit deterior, Interdicto opus eſt.

4 *Si quis ædificat ex priuilegio, tunc priuilegium eſt reſtringendum, ita quòd non noceat Iuri alterius.*

5 *In area propria, licèt quis poſſit ædificare etiam cum damno vicini.*

Id tamen debet intelligi, quando poteſt ædificare de Iure communi; ſecus, ſi ex priuilegio ſpeciali, vel generali, tunc enim intelligitur ſine damno alterius.

6 *Idque ſiue damnum concernat publicam vtilitatem, ſiue priuatam, cum loca publica priuatorum vſibus deſeruiant, Iure ſcilicet Ciuitatis non quaſi propria cuiuſque.*

7 *Interdictum, ne quid in loco publico fiat, procedit, etiam ſi quid fiat in priuato, quod noceat publico*, & nu. 11.

8 *Voluntas à poteſtate eſt metienda.*

9 *Viæ publicæ potiſſimùm intrà Ciuitatem non dicuntur eſſe in Principis Patrimonio, ſed ad eius tantùmmodo defenſionem, & Iuriſdictionem pertinent, nè permittat ab aliis occupari, & Aediles Curules erant Curatores viarum apud Romanos.*

Ideòque Princeps non debet in eis ſe intromittere, neque de eis aliquid concedere cum incommodo vſus publici.

10 *Princeps, quando concedit facultatem ædificandi in ſolo publico, locus publicus efficitur priuatus; non autem remanet publicus.*

11 *Via, ſi ex ædificio deterior fiat, non licet ædificare, neque etiam in ſolo proprio.*

12 *Interdictum, ne quid in loco publico fiat, procedit, etiam ſi quid fiat in priuato, quod noceat publico*, & nu. 7.

13 *In ripis fluminum proprietas reſidet penès Dominos adiacentia prædia poſſidentes; vſus tamen riparum eſt publicus.*

14 *Non repugnat, quòd aliquis locus ſit priuatus, & nihilòminus, quòad vſum ſit publicus.*

15 *Expreſſio certi præiudicij, eiuſdemque reſeruatio facta à Principe intelligi debet demonſtratiuè, non autem taxatiuè ad excluſionem alterius præiudicij, vel conſimilis.*

16 *Ex præiudicio, quòad certam ſpeciem reſeruato non reſultat excluſio, quòad aliam ſpeciem conſimilem.*

17 *Clauſula* ſine Tertii præiudicio, *etiam non expreſſa, tacitè intelligi debet in qualibet Principis conceſſione.*

18 *Adeò ut appoſitio dictæ clauſulę ſit ſuperflua.*

19 *Caſus omiſſus, quòad non expreſſa, remanet in diſpoſitione Iuris communis.*

20 *Verbum* haueſſero, *inuoluit, nedum tem-*

pus

Digitized by Google

pus præſens , ſed etiam futurum.

21 *Regulariter vnicuique in ſolo proprio eſt permiſſum ædificare, etiam ſi vicini luminibus, & proſpectui officiatur.*

22 *Sed id non procedit, quando ædificium fit ad æmulationem. quo caſu, neque etiam in ſuo ſolo poteſt quis ædificare.*

23 *Aemulatio probatur coniecturis prudentis Iudicis arbitrio diligenter penſandis.*

24 *Aemulatio præſumitur, quoties eleuatio muri directè tendit ad eludendam ſententiam obtentam ſuper aperitione feneſtrarum.*

25 *Idemque aſſerendum, quoties inter partes ſunt ortæ rixæ.*

26 *Præſumitur æmulatio ædificare volentis in Domo propria, ſtante lite excitata reſpectu domus collateralis.*

27 *De pluribus coniecturis æmulationem ſuadentibus, remiſſiuè.*

28 *De ſpatio duorum pedum relinquendo in prædijs ruſticis.*

29 *Idque etiam procedit in prædijs vrbanis.*

30 *Legitimum ſpatium duorum pedum menſurari debet non à pariete Domus, ſed à loco vbi cadit ſtillicidium.*

CAPVT CLXXIV.

EST ferenda ſententia ſuper demolitione
parietis nouiſſimè per Principem Barberinum
conſtructi, reducendo omnia in
priſtinum. quia, adhuc procedendo cum
ſuppoſito partis aduerſæ; quòd ſitus Plateæ,
ſiuè Areæ controuerſæ; ad quam è ſua domo,
& viridario habet proſpectum Flaminius
Valla, fuerit conceſſus, vnà cum aliis
vijs publicis per Vrbanum Octauum Principi
1 Præfecto eius nepoti; adhuc huiuſmodi conceſſio
debet intelligi ſine incommodo, damnoque
alterius, prout in fortioribus terminis
de ſpeciali licentia conceſſa à Principe
de ædificando in ſolo publico, eſt *Text. in l. 2.
§. ſi quis, quod in publico, verſ. nam, quoties aliquid,
ff. nè quid fiat in loco publico*, ibi: *Nam
quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita
oportet permitti, vt ſine iniuria cuiuſque fiat,
et ita ſolet Princeps quoties aliquid noui operis
inſtituendum petitur permittere*; & in *§ ſi quis à
Principe*, ibi: *Si quis à Principe ſimpliciter
impetrauerit, vt publico loco ædificet, non eſt
concedendum ſic ædificare, vt cum incommodo
alicuius id fiat, neq; ſic conceditur ædificare, niſi
fortè quis hoc impetrauerit. Piccard. in princip.
inſtit. de interdict. num. 158.* latè *Cepoll.
de ſeruit. vrban. prædior. cap. 60. num 4. et duob.
ſeqq. Rouit. in Pragm. 6. num. 21. tit. nè quid in
loco publico, Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. nu.
24.* Capyc. *Latr. conſult. 64. num. 22 et ſeq. Antunez
de donat. part. 3. cap. 1. num. 35. Cyriac.
2 controu. 28. num. 11.* Cumque priuilegium
d. leg. 2. ſit clauſum in corpore Iuris, particulari,
indiget derogatione, prout affirmat
*Cepoll. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 3. de ſeruit.
viæ n. 33. verſ. ſexta, & vltima concluſio.*

3 Damnũq; cõſiderabile in propoſito, dicitur
quãdo quis cõmodum amittit, quod ex publico
cõſequebatur, quale quale ſit; proinde, ſi cui
proſpectus, ſi cui aditus ſit deterior, interdicto
opus eſt, vt ſunt præciſa verba, *text. in
d. leg. 2. §. ſi quis, quod in publico verſ. damnum
autem pati videtur, ff. ne quid in loco publico,
Bald. in leg. ſi manifeſtè, num. 3. verſic. ſi
autem vnus illorum, Cod. de ſeruitut.* vbi in
ſpecie, quòd, ſi quis ædificet ex priuilegio,
4 tunc priuilegium eſt reſtringendum; ita quòd
non noceat Iuri alterius, *Cepoll. de ſeruit. vrban.
præd. cap. 39. tit. de ſolo, ſ. ù area, num. 3.
verſic. ſextò fallit*, optimè ad rem aduertens,
quòd illud, quod dicitur, quòd in area propria
poſſit quis ædificare, etiam cum damno
vicini, debeat intelligi, quando poſſet ædi-
5 ficare de Iure communi; ſecus, ſi ex priuilegio
ſpeciali, vel generali alicui concederetur
à Principe, vt poſſit in loco publico ædificare,
quia intelligitur, ſine damno alterius;
ideòque non poterit ædificare, ſi
obſcurentur lumina vicini, latè *Molin.
Theolog. oper. moral. tractat. 2. de delict.
diſp. 707. nu. 13. & diſp. 709. num. 1. verſic.
neque.*

6 Idque, ſiuè iſtud damnum concernat publicam
vtilitatem, ſiue priuatam; vt enim
habetur in *d. leg. 2. in principio*, loca publica
priuatorum vſibus deſeruiunt, iure, ſcilicet
Ciuitatis, non quaſi propria cuiuſque, *Cepoll.
de ſeruit. vrb. præd. d. cap. 60 nu. 6.*

7 Vel, etiam ſi aliquid, adhuc in ſolo priuato
conſtruatur, quod noceat publico, nam interdictum,
nè quid in loco publico fiat, procedit,
etiam ſi quid fiat in priuato, quod noceat
publico, *d. leg. 2. §. idem labeo. & § idem
ait*, vbi *Bart. & §. ſi quis domum, & § ſi quis in
ſuo*, vbi etiam *Bart. ff. nè quid in loco publico,
Epiſc. Spercll. dec. 55 num. 64. Burat. dec. 631.
num. 1.*

Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas,
etiam, inſpectis verbis conceſſionis
nouiſſimè ex aduerſo exhibitæ, in qua iuſtiſſimus
Pontifex conformando ſe cum prædicta
diſpoſitione Iuris communis, ſpecificè
reſeruauit Iura vicinis competentia, quibus
nullatenus voluit inferre præiudicium, ibi:
*Senza pregiudicio delle ragioni di quelli, li
quali haueſſero l'adito, ò ingreſſo dalli detti ſiti,
ſtrade, ò vichi dalle loro caſe*, quod præiudicium
vtique reſultaret vicinis, & potiſſimùm
Valla ex prætenſa conſtructione fabricæ
in prædicta Platea, & via publica, prout
apertiſſimè innotuit in acceſſu.

8 Præcipuè, quia metiendo voluntatem à
poteſtate, prout fieri debet, *l. lucius 21. §.
Imperatores, ff. ad municip. cap. à nobis, 21. de
ſent. excommunic. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ
Mariæ, nu. 198. de conſtit. Bertrand. conſ. 165.
num. 2. lib. 3. Ripa reſponſ. 12. num. 24.* vbi in

gratia

gratiæ Principis ſuper *eod. tit. de diuerſ. re-*
ſcript. Cranett. conſ. 103. n. 16. Surd. conſ 431.
nu. 41. & ſeqq. Rot. in recent. dec. 211. n. 10. &
ſeq. p. 7. cum viæ publicæ potiſſimùm intrà
9 Ciuitatem non dicantur eſſe in Patrimonio
Principis, ſed ad eius tantùmmodo defen-
ſionem protectionem, Iuriſdictionemque
pertineant, ne permittat ab alijs occupari,
vt optimè tradit *Iſern. in rubr. quæ ſint. Regal*
propè fin. verſ. hoc non videtur obſtare, & in
cap. 1 eod. tit. verſ. viæ, nu. 6. ibiq; *Afflict. Ho-*
rat. Mõtan de Regalib. verſ. via publica fol. 52.
Rouit. in rubric. pragm. ne quid. in loco publico,
num. 12. & ſeq. vbi, quòd Princeps non de-
beat in eis ſe intromittere, neque de eis ali-
quid concedere cum incommodo vſus publi-
ci, *Capiblanc. de Barib. pragm. 8. part. 2. nu. 47.*
et ſeq. Hodicr. ad Surd. dec. 42. nu. 3. Card. de
Luca de Regal. diſc. 135. num 5. & diſc. 136. nu.
19. Pacichel. de diſtant. cap. 6. memb. 9. num. 5.
Paitel. Iun. in annot. ad expedit. 67. nu. 17. Ca-
pon. diſcept. 171. numer. 2. eruditus *Romague-*
ra in addit. ad annot. Conciol. ad ſtatut. Eugub.
Rubr. 54. de offic. Magiſtror. viar. num. 7. Roſa
conſult. 1. nu. 17. Calixt. Ramirez de leg. Reg. §.
26. nu. 31. circa fin. Antunez de donat. Reg. par.
3. cap. 3. num. 26. verſ. aut verò. et ſeq. & apud
Romanos Viarum Curatores erant Ædiles
Curules, *leg. Aediles ff. de via publ. Sixtin. de*
Regal. lib. 2. cap. 2. nu. 12. et ſeqq. Maſtrill. de
Magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 277. Narbon. in leg.
58. lib. 2. tit. 4 nou. Recompilat. gloſ. 1. n. 2. Hinc
eſt, vt conceſſio ſitus publici nullatenus ex-
tendi poſſit ad facultatem ibidem fabricandi
cum publici vſus præiudicio.

Neque apertiſſima prædicti *text.* diſpoſi-
tio euitari poterit ex reſponſione ex aduerſo
data, quòd in præſenti verſemur in terminis
longè diuerſis, cum Principis conceſſio non
legatur ſpecificè facta ad ædificandum in ſo-
lo publico, in quo caſu, eum ſolum conceſ-
ſum ſemper remaneat publicum, neque effi-
ciatur priuatum, conceſſio intelligi debeat
ſine præiudicio alterius, ſed potiùs nonnulli
ſitus publici fuerunt ſimpliciter conceſſi, qui
cum tranſierint in dominium conceſſionarij,
& fuerint effecti priuati, non ampliùs dici
poſſint publici,

10 Siquidem primum aſſumptum eſt omninò
falſum; nam etiam in caſu, in quo per Prin-
cipem conceditur facultas ædificandi in ſolo
publico, ex vi huiuſmodi conceſſionis locus
publicus efficitur priuatus; non autem rema-
net publicus, vt gratis ex aduerſo ſupponi-
tur, *Cepoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 3. de*
ſeruitute viæ, num. 22. in princip. & ſeq. verſic.
ſecunda concluſio; ideòque, cum nullum poſ-
ſit conſtitui iuridicum diſcrimen, inter vnum
caſum, & alium, eadem Iuris diſpoſitio mi-
litare debet.

Quinimò eò fortiùs in conceſſione ſimpli-
citer facta à Principe de viis, & locis publi-
cis ſubintelligi debet tacita conditio, dum-
modò vſui publico, & vicinis præiudicium
aliquod non inferatur, præcipuè, quia ea-
dem conceſſio poſſet operari effectum ſuum,
neque redderetur fruſtratoria, ſi interprete-
mur, illam fuiſſe à Pontifice fauore Nepotis
factam, ne eadem loca publica in poſterum
aliis concederentur pro fabricis conſtruen-
dis, quo caſu fuiſſet illatum præiudicium
proſpectui inſignis Palatii Domini Principis
ad Areas, Plateaſque circumadiacentes, &
re vera hæc fuit voluntas Pontificis, quem
nullatenus eſt præſumendum, voluiſſe cum
huiuſmodi conceſſione locorum publicorum
tàm magnum præiudicium inferre, non ſo-
lùm proſpectui, & luminibus reſultantibus
ex eiſdem Plateis fauore vicinorum adiacen-
tium; ſed etiam vſui publicæ viæ, quæ om-
ninò clauſa remaneret, permiſſa ibidem præ-
tenſa ædificij conſtructione; & tamen in for-
tioribus terminis habemus, quòd, etiam ſi
11 ex ædificio via deterior fiat, non liceat ædi-
ficare, neque in ſolo proprio, *l. 2. §. idem*
labeo, ff. ne quid in loco publico, Aloyſ. de Leo
in l. 1. num. 9. Cod. de ædificijs priuatis, Capyc.
Latr. dec. 50. num. 11. & 14. vbi de impedi-
12 mento publici tranſitus; Interdictum enim
ne quid in loco publico fiat procedit, etiam
ſi quid fiat in priuato, quod publico noceat,
d. leg. 2. §. idem labeo, & §. idem ait, vbi *Bart.*
& §. ſi quis Domum, & § ſi quis in ſuo, vbi
etiam *Bart. ff. ne quid in loco publico, Epiſc.*
Sperell. deciſ. 55. numer. 64. Buratt. deciſ. 631.
num. 1.

Multòque magis, quia ſtant ſimul, quòd
ex vi conceſſionis proprietas ſituum conceſ-
ſorum ſit Domini Principis citrà tamen præ-
iudicium vſus publici, prout habetur in ripis
13 fluminum, quorum proprietas reſidet penes
Dominos adiacentia prædia poſſidentes; vſus
tamen earundem riparum eſt publicus, *§.*
riparum inſt. de rer. diuiſ. l. riparum, ff. de acquir.
rer. domin. prout non repugnat, quód ali-
14 quis locus ſit priuatus, & nihilòminus, quò
ad vſum ſit publicus, vt optimè aduertit *Mo-*
lin. oper. moral. d. tract. 2. de delictis diſp. 707. n. 4
lit. D. verſ. vndè conſtat.

Prædicta verò omnia fortùs amplectenda,
quia Pontifex in conceſſione facta Nepoti
omninò ſe conformando cum diſpoſitione
Iuris communis reſeruauit iura vicinis com-
petentia, quibus nullatenus voluit inferre
præiudicium, ibi: *Senza pregiudicio delle ra-*
gioni di quelli, li quali haueſſero l'adito, ò in-
greſſo dalli detti ſiti, ſtrade, ò vicoli alle loro
caſe.

Nullatenus aduerſantibus duabus reſpon-
ſionibus ex aduerſo datis; Altera, quòd re-
ſeruatio Iurium vicinis competentium fue-
rit à Pontifice reſtricta quòad aditum, & in-

greſſum; ideóque non ſit extendenda ad prę-
iudicium proſpectus, ſeù luminis ablati, Al-
tera verò, quòd ſit intelligenda, ne vicinis in-
feratur præiudicium, inſpecto tempore con-
ceſſionis; non autem in futurum; neutra enim
in Iure ſubſiſtit.

Non prima, quia expreſſio certi præiudi-
cij, præterquàm, quòd in dubio ſtare debet
demonſtratiuè; non autem taxatiuè ad ex-
15 cluſionem alterius præindicij, vel conſimi-
lis, vel maioris, *l. mela, ff. de aliment. & cibar.
legat. l. quidam teſtamento, in princip. ff. de le-
gat. 1. Bart. in l. centurio, num. 31. ff. de vulgar.
Bero. conſ. 16. num. 16. & 17. lib. 2. Caſanatt.
conſ. 44. num. 4. & conſ. 54 num. 6. Peregrin.
de fideic. art. 16. num. 110. Gratian. cap. 256.
num. 20. Fontanell. dec. 173. num. 7. Rot. in rec.
dec. 288. num. 8. part. 5* & ex præiudicio, quò
ad certam ſpeciem reſeruato nullatenns re-
16 ſultat excluſio, quòad aliam ſpeciem conſi-
milem, prout in ſimilibus terminis *Cardin.
Seraphin. dec. 1401. nu. 5.* Adhuc cum huiuſ-
17 modi clauſula *ſine præiudicio Tertij*, etiam
non expreſſa tacitè ſubintelligi debeat in
qualibet Principis conceſſione, *cap. ſuper eo,
de officio Delegati, leg. 2. § ſiquis à Principe,
& §. meritò, ff. ne quid in loco publico, Rip. in
reſponſ. ſuper Cod. reſponſ. 12. num. 21. in fin. cum
ſeq. tit. de diuerſis reſcriptis. Eugen. conſ. 1. n. 88.
& ſeqq. lib. 1. Valenzuol. conſ. 2. nu. 28. & conſ.
162. nu 47. Surd. conſ. 203. nu. 28.* vbi, quòd
clauſula *ſaluo iure Tertij*, ſemper ſubintelli-
gatur in conceſſione Principis, *Marſ. part. 1.
18 clauſ. 157. n. 7. verſ. hæc clauſula*, aſſerẽs, quòd
appoſitio clauſulę *ſine præiudicio Tertij*, ſit ſu-
perflua, *Roſa cõſult. 52. n. 42. Tappia dec. 5. a. 53.
& ſeqq.* Card *Caualer. dec. 374. num. 7. Ludo-
uiſ. dec. 383. num. 2.* vbi, quòd prædicta clau-
ſula, etiam non appoſita ſit intelligenda; me-
19 ritò, quòad non expreſſa, tamquàm caſus
omiſſus remanere debet ſub prædicta diſpoſi-
tione Iuris communis, *leg. commodiſſimè, ff. de
liber. & poſthum. Bart. in l. ſi cum dotem 23. ff.
ſolut. matrim. Soccin. Iun conſ. 30. nu. 52. lib. 1.
Honded. conſ. 12 num. 17. & ſeq. lib. 2. Giouagn.
conſ. 1. nu. 17. Surd. conſ. 313. nu. 15. lib. 3. Rot. in
rec. dec. 27. nu. 9. p. 8.*

Minùs etiam aduerſatur altera reſponſio,
nam obiectum in facto non ſubſiſtit; Tum
quia reſeruatio Iurium vicinis competentiũ
20 legitur concepta per verbum *haueſſero*, ibi:
*Senza pregiuditio delle ragioni di quelli, li
quali haueſſero l'adito, ò ingreſſo delli detti ſi-
ti, ſtrade, ò vicoli alle loro caſe*, quod inuol-
uit, ne dum tempus præſens, ſed etiam futu-
rum, *Bart. in leg. 1. num. 11. ff. de Iure codicill.
Angel. conſ. 51. Dec. conſ. 242. num. 3. verſ. ſed
reſpondetur, Gabr. conſ. 113. num. 8.* aliiſque
relatis *Pedroc. conſ. 8. n. 85. lib. 1.*

Tùm etiam, quia, cum aperitio feneſtra-
rum facta à Valla præceſſerit prætenſam fa-
bricæ conſtructionem, fruſtrà quæritur, an
ſit conſiderandum præiudicium, inſpecto tẽ-
pore conceſſionis, quia procedendo cum
ſuppoſito Partis aduerſæ, cum facultas fa-
bricandi in locis conceſſis ad actum non fue-
rit reducta, niſi poſt feneſtras legitimo Iu-
re ab hac parte apertas, abſque dubio ex
eleuatione muri controuerſi, conſtructione-
que fabricæ præiudiciũ dicitur adeſſe de præ-
ſenti; non autem euenire de futuro, prout
patet ad ſenſum.

21 Tandem eſt locus demolitioni parietis ex
aduerſo eleuati immediatè ante domum no-
ſtri principalis, quàmuis enim regulariter
vnicuique in ſolo proprio ſit permiſſum ædi-
ficare, etiam ſi vicini luminibus, & proſpe-
ctui officiatur, *l. cum eo 9. ff. de ſeruit. vrban.
præd. l. Proculus, ff. de damno infecto*, cum aliis
vulgatis.

22 Id tamen non procedit, quando ædificium
ſit ad æmulationem, quo caſu, neque etiam
in ſolo proprio poteſt quis ædificare, *l. opus
nouum, ff. de oper. public. Iaſ. in l. ex hoc iure 6.
& ſeqq. ff. de iuſt. & iur. Roman. conſ. 54. nu. 4.*
ibique *Mandoſ. in addit. Cepoll. de ſeruit vrban.
prædior. d. cap. 2. num. 2. Alex. d. conſ. 174. lib. 2.
Burſatt. conſ. 57. num. 14. & ſeqq. lib. 1. Sicard.
conſ. feud. 9. num. 15. Bero. conſ. 135. ſub nu. 4.
& ſeqq. lib. 3. Gaill. obſeru. 69. nu 17. et ſeqq.
lib. 2. Menoch. de arbitrar. caſ. 156. num. 3. &
præſumpt. 29. num. 28. lib. 6. Maſcard. de pro-
bat. concl. 630. num. 15. lib. 2. Toadat. lib. 1. qu.
ciuil. cap. 88. num. 30. Theſaur. dec. 16. num. 10.
Boer. dec. 320. num 13. Epiſc. Sperell. deciſ. 55.
num. 22. & ſeqq. & num. 31. & ſeqq. Duran dec.
450. num. 1.* prout in ſpecie eleuationis muri
*Alex. conſ. 174. num. 4. lib. 2. Maſcard. de pro-
bat. conſ. 621. nu. 17. Couarr. var. lib. 3. cap. 14.
num. 8. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſu
156. nu. 5.*

23 In præſentia verò ſatis aperta eſt æmula-
tio, quæ optimè remanet comprobata ex
coniecturis in huiuſmodi materia prudentis
Iudicis arbitrio diligenter penſandis, *Alex.
d. conſ. 174. num. 5. lib. 2. Cepoll. de ſeruit. vrban.
præd. cap. 62. ſub nu. 2. verſ. puto tamen, Ma-
ſcard. de probat. d. concl. 321. num. 10. Menoch.
de arbitrar. d. caſu 156.* aliiſque congeſtis,
Epiſc. Sperell. dec. 55. num. 30. & 35. lib. 1. in-
ter quas, omiſſis aliis ad oculum reſultanti-
bus ex ipſamet loci inſpectione, conſidera-
toque tempore, quò ędificium cępit ex ad-
uerſo conſtrui; Id vnum ſatis, ſuperque ſuffi-
cere deberet pro æmulatione ſuadenda, quòd
nempè, cum anno 1665. Valla cæpiſſet reſtau-
rare parietem imperfectum ex parte ſui viri-
darii, fuit eidem pro parte Principis denun-
ciata inhibitio Cardinalis Camerarii, ne
auderet aperire fęneſtras, aut quidquàm
aliud innouare, qua inhibitione non atten-
ta, cum Valla reaſſumi curauerit cauſam

coram

coram Palatij Apoſtolici Præfecto, à quo
fuit prolata ſententia fauorabilis eidem Val-
læ, qua fuit declaratum, licere feneſtras ape-
rire, moleſtationeſque fuiſſe iniuſtas, cum
confirmatione eiuſdem ſententiæ per Breue
S.M. Alexandri VII. cum clauſulis ampliſſi-
mis derogatoriis quarumcumque conceſſio-
num.
24 Ex huiuſmodi facti ſerie, abſque dubio re-
manet concludentiſſimè probata æmulatio,
quæ omninò præſumitur, nedum, quia fa-
brica ex aduerſo iam incæpta conſtrui dire-
ctè tendit ad eludendam, tam ſententiam ab
hac parte obtentam ſuper aperitione fene-
ſtrarum, quàm exequutionem dicti Breuis
Apoſtolici; ſed etiam, quia, ſtante præce-
denti lite ſuper eadem aperitione feneſtrarũ,
25 iam inter partes erant ortæ rixæ, quo caſu
faciliùs præſumitur æmulatio, *Maſcard. de
probat. d. concluſ.621. num.7. Menoch. lib.6.
præſumpt.29. nu.26. & ſeq. Cephal. conſ.130.
num.15. lib.1. Capye. Latr. dec.50. nu.28 verſ.
verum*, ibique *Gizzius in obſeru. nu.32. et ſeq.*
26 vbi in fortioribus terminis fuit deciſum,
præſumi æmulationem ædificare volentis in
domo propria, ſtante lite excitata reſpectu
domus collateralis, latè *Epiſc. Sperell. dec.55.
num.22. & ſeqq. & 31. & ſeqq.* qui enume-
rat plures coniecturas æmulationem ſuaden-
27 tes, quæ optimè conueniunt in præſenti
Rot. in rec. dec.599. nu.33. & ſeq. p.5. tom.2.
28 Præcipuè, quia in omnem caſum inter do-
mum noſtri principalis, & parietem ex ad-
uerſo conſtructum neceſſariò erat relinquen-
dum legitimum ſpatium duorum pedum, iu-
xtá notiſſimam diſpoſitionem, *l. fin. ff. finium*
29 *regund.* quam procedere, etiam in prædijs
vrbanis poſt *gloſ. in l. quidam Hiberus, ff. de ſer-
uitut. vrban. prædior.* omiſſis aliis, qui poſſent
allegari, ſignanter firmant *Cepoll. de ſeruitut.
vban. prædior. cap 40. & 61.* Hieronym. *de
Monte de finibus regund. cap.97. nu.5. Coſta de
facti ſcient. & ignorant. diſt.1. num.24. Bellon.
conſ.61. num.3 Bero conſ 134. num.28. lib.3.
Natt. conſ 277. nu.1.* latiſſimè *Surd. conſ.74. n.
10. Honded. conſ.80 nu.12. lib.1. Scot. conſ.3. n.4
tom.2. lib.3. annot. ad deciſ. Bonon. diuerſ. deciſ.
110. in principio, Andreol. controu.295. n.18.*
30 Prædictumque legitimum ſpatium iuxta
communem ſententiam menſurari debet.
non à pariete domus noſtri Principalis, ſed
à loco, vbi cadit ſtillicidium eiuſdem domus
*Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap.28. in 8.
quæſt.* egregiè *Surd.* reſpondens contrariis *d.
conſ.74. num.5. & ſeqq. & nu.15. verſ. vlti-
mò non aduerſatur. Epiſc. Ricc. collect.1874.
annot. ad d. dec. Bononien. diuerſ.110. Tonduc.
quæſt. ciuil. cap.88. num.32. & ſeq. lib.1. Franc.
Marc. dec.500. in fin. qu.1.*

ARGVMENTVM.

Murus, ex quibus præſumi debeat proprius, cum excluſione communionis alterius; adeòut in eo feneſtræ valcant aperiri, etiam ad proſpectum Areæ, ſiuè domus vicini.

Iuris præſumptio, cum ſtet pro libertate, & contrà ſeruitutem; meritò ad eamdem ſeruitutem probandam teſtes ſingulares non admittuntur; ſed liquidiſſimę requiruntur probationes.

Maris aſpectus dicitur res omnium gratiſſima, ideòque altiùs ędificare non licet, impediendo maris proſpectum ex diſpoſitione *Auth. de nou. oper. nunciat. marit. aſpect.* quam non eſſe reſtrictam ad Ciuitatem Conſtantinopolitanam oſtenditur.

Ex obligatione facta de non aperiendo feneſtras non valet induci, niſi obligatio perſonalis; non autem realis tranſiens cum ipſa re, & an id procedat, quoties ſeruitus eſt conſtituta in vim pacti habentis cauſam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes; quoties vltima confirmat primam, ſuntque inter ſè conformes in ſubſtantia, & effectu.*
2 *Ex* Bulla Sixti V. *ſuper erectione* Rotæ Maceratenſis *duæ ſententiæ habent vim trium.*
3 *Feneſtra totum murum penetrans eſt ſignum euidens proprietatis eiuſdem muri, cum excluſione communionis alterius.*
4 *Murus eius præſumitur, cuius parietes eum colligant, & talis colligatio arguit proprietatem.*
5 *In muro proprio poteſt quis nouas feneſtras aperire ad ſui libitum, etiam ad proſpectum Areę, ſiuè Domus vicini,* & num.31.
6 *Aemulatio de iure non præſumitur, quilibet enim præſumitur ædificare ad ſui vtilitatem principaliter, & non vt alteri noceat.*
7 *Iuris præſumptio ſtat pro libertate, & contrà ſeruitutem.*
8 *Teſtes ſingulares non admittuntur ad probandam ſeruitutem.*
9 *Sed requiruntur tres teſtes, vel ad minus duo omni exceptione maiores, quia agitur de probatione contrà præſumptionem Iuris.*
10 *Seruitus eſt probanda per demonſtrationes euidentiſſimas.*
11 *Ad probandam ſeruitutem, ſiue vigore pacti, ſiue præſcriptionis exiguntur vrgentes, concludenteſque probationes, quia in contrarium vrget iuris præſumptio.*
12 *In materia ſeruitutis, concurrentibus vndique coniecturis, præferenda ſunt inditia libertatis.*
13 *Res, cum præſumatur libera, ſufficit actori,*

etiam non poſſidenti negare, illud ius ſeruitutis competere aduerſario, idque ex natura actionis negatoriæ.

14 *Teſtes examinati, prætermiſſis interrogatorijs, non probant, niſi repetantur.*

15 *Teſtis debet deponere explicitè, & per extenſum abſque relatione ad primum examen.*

16 *Teſtis, quatenus poſſit ſe referre ad examen nullum.*

Id tamen non procedit, quando in eodem teſte poteſt aliqua cadere ſuſpitio.

17 *Teſtis de auditu, non nominatis auctoribus, à quibus audiuit, nullam prorsùs facit probationem, etiam ſi non interrogetur, à quibus audiuerit.*

18 *Teſtis affinis cum Aduerſario, malèque propenſus cum altera parte, non probat.*

19 *Teſtis propenſus nullam meretur fidem.*

20 *Teſtis deponens de auditu ab ipſamet parte aduerſa, non probat, nec maior fides adhibeatur copiæ, quàm originali.*

21 *Teſtis inuериſimilia deponens, non attendendus*

22 *Teſtis, qui de alijs non recordatur, ità præſumitur de eo, quod audet affirmare.*

23 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati non probant.*

24 *Teſtium depoſitiones procuratæ, lite pendente, & poſt examen peractum, cauſamq; diù agitatam, non merentur attendi.*

25 *Seruitus coniecturis poteſt probari.*

26 Cepolla de ſeruit. vrban. prædior. cap. 62. tit. de feneſtra num. 1. *in quo caſu loquatur.*

27 *Seruitus accedendi ad furnum Baronis, ex quibus coniecturis præſumatur.*

28 *Feneſtra cum cancellis ferreis ſita in loco eminenti, cum appareat conſtructa ad lumen recipiendum, non poteſt deſeruire ad proſpectum.*

29 *Seruitus ſuper feneſtræ clauſura, quomodo probanda.*

30 *Foramina, quæ deſeruire poſſunt pro trabibus ponendis, ſunt ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantum ad effectum probandi muri communionem.*

31 *In muro proprio poteſt quis feneſtras aperire, quàmuis murus diù ſteterit abſque feneſtris,* & num. 5.

32 *Seruitutes negatiuæ non acquiruntur, niſi prohibitione accidente.*

33 *Seruitutis coniectura ceſſat, quoties reddi poteſt ratio poſſibilis, veriſimiliſque pro libertate.*

34 *Maris aſpectus res omnium gratiſſima dicitur.*

De Conſtitutione Zenonis Imperatoris *in hac materia non reſtricta ad Ciuitatem Conſtantinopolitanam, ſed generali limitante diſpoſitionem* l. altius, Cod. de ſeruit. & aqu.

35 *Non licet alicui ædificare, impediendo maris proſpectum.*

36 *Aemulatio excluditur, ſtante vtilitate, etiam modica ædificare volentis.*

37 *Ex obligatione facta de non aperiendo feneſtras, non poteſt dici inducta, niſi obligatio perſonalis; non autem realis tranſiens cum ipſa re.*

38 *An autem id procedat, quoties ſeruitus eſt conſtituta in vim pacti habentis cauſam perpetuam.*

39 *Seruituti, tàm ius naturale, quàm ciuile reſiſtit.*

40 *Ex ſeruitute magnum reſultat præiudicium.*

41 *In dubio pro libertate, & contra ſeruitutem pronunciandum.*

CAPVT CLXXV.

1 CONSTAT de duabus conformibus ad fauorem Franciſchini, cum vltima ſententia in gradu reſtitutionis in integrum ſimpliciter confirmet primam, ſintque inter ſe conformes in ſubſtantia, & effectu, *gloſ. in Clement. prima* verbo *alicuius de ſentent. & re iudicat. Ruin. conſ. 114 num. 10. lib 5. Surd. conſ. 102. num. 8. & ſeqq. Crauett. conſ. 183 num. 1. Gabr. de execut. rei iudicatæ, concluſ. 1. nu 33. Card. Caualer. dec. 387. nu. 1. Card. Ottobon. dec. 63. n. 1.*

2 Atque adeò ſunt exequendæ, cum ex Bulla erectionis, *Rotæ Maceraten.* duæ habeant vim trium, remque iudicatam conſtituant, prout ex conſtitutione *S. M. Sixti V* 94. in ordine in Bullario nouo §. 12. ſignanter, quia de illarum validitate non poteſt dubitari, & Iuſtitia ſatis manifeſta detegitur.

Nam, cum controuerti non poſſit, murum, ſuper quo eſt erectum ædificium, eſſe proprium Franciſchini; Tum, ex quo in eo adeſt feneſtra iam diù conſtructa totum penetrans
3 murum, quod eſt ſignum euidens proprietatis eiuſdem muri, cum excluſione cõmunionis alterius, vt in ſpecie firmant *Caſtr. conſ. 334. num. 1. verſ. tam etiam ratione dictæ feneſtræ, lib. 2. Ruin. conſ. 55. num. 6. verſ nam prædicti, & num. ſeq. verſ. nec eſt veriſimile, lib. 2. Crot. conſ 153. nu. 9. Pariſ. con. 116. num. 10 lib. 4. Aldobrand. conſ. 77. num. 23. lib. 2. Grammat. conſ. ciuil. 164. num. 4. verſ. ſexta, Boer. conſ. 5. num. 6. Sim. de Petr. conſ. 183. nu. 18. verſ. & feneſtra, Gargiar. conſ. 52. nu 39. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 1149. nu. 6. Menoch. conſ. 1237. numer. 33. lib. 13. & præſumpt. 73. num. 11. & ſeq. lib. 6. Altograd. conſ. 100. num. 21. lib. 1. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 40. num. 13. verſ. item per feneſtras, & conſil. 35. num. 6. Gratian. cap. 263. num. 1. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 88. nu 3. Monach. dec. Lucenſ. 14. nu. 36. Theſaur. dec. 219 nu. 1.*

4 Tum etiam, quia colligatur cum aliis muris propriæ Domus Franciſchini, ex quo pariter arguitur eiuſdem muri dominium, *Corn. conſ. 227. num. 1. in fin. verſ. quod etiam demonſtratur, lib. 1. Crot. conſ. 153. num. 8. verſ. præſupponitur etiam, & num. 17. verſ. tertiò probatur, Gargiar. conſ. 52. numer. 35. & 44. Altograd. d. conſ. 100. num. 20. lib. 1. Menoch. d. præſump 73. num. 18. lib. 6. Gratian. cap. 263. nu. 6. & ſeq.* & firmauit celebre votum viarum Præſidis, impreſſum, inter *deciſ. Rotæ in recent. dec. 253. num. 37. & 40. p. 7.* Cumque murus non ſit diuiſorius, non poteſt vindicare ſibi locum controuerſia ſuper cõmunione, de qua ex aduerſo nulla poteſt afferri probatio.

5 Hinc eſt, vt abſque dubio fuerit licitum eidem Franciſchino, nedum proprium ele-

uare murum, ſed in eo nouas feneſtras ad
ſui libitum aperire, etiam ad proſpectum
areæ, ſiue domus vicinæ, l.altiùs, Cod. de
ſeruit.& aqua, Cepoll.de ſeruit. vrban. præd.
cap.62.tit.de feneſtra, num.1. & ſeqq Carpan.
ad ſtatut.Mediolan.cap 333. num.11. & ſeqq.
Honded con.80. nu.15.lib.1. Vrſill ad Afflict.
dec.225.num.1.& ſeq.Poſth obſeruat.ciuil 92.
num.1.& ſeq. Tondut.lib.1.quæſt.ciuil.cap.88.
num.17.& ſeq. optimè Ciarlin. controu.182.
num.3.lib.2. Rot.in Bononien.dec.110.num.2.
Gipſ.in annot.ad dec.97.eiuſdem Rot.Bononien.
in princip verſ.ſecundò caſu. Rot.in celebri Ro-
mana Tramontanæ 7 Iunij 1623.in princip co-
ram Pirouano, impreſſa, lib.1.ſingular. Rubei,
fol.518. Medic.dec.Marcb.49.
6 Præcipuè, dum ceſſat omnis æmulatio, ne-
dum, quia de Iure illa non eſt præſumenda;
cum quilibet in dubio præſumatur ædifica-
re ad ſui præcipuã vtilitatem, non autem ad
æmulationem, vt alteri noceat, iuxtà moni-
tum. gloſ.in l fluminum §.final. per illum text.
verbo non teneri, ff.de damno infect. Iaſ. in leg.
ex hoc Iure, num.11. ff.de Iuſt. & Iur.Padill.
in d.leg. altiùs numer.22. Cod. de ſeruitutib.&
aqua, Ripa in l.quominus, num 29.ff de flumin.
Bald.in leg.item lapilli, num.4. circà med.ff de
rer.diuiſ. Alciat.de præſumptionib.regul.3.præ-
ſumption.23. in princip.Dec conſ.273.ſub n.3.
verſ.& in dubium, Bertrand.conſ.296. num.6.
lib.1.p.1. Ruin.conſ.74. nu.16 lib 1. Laurent.
de Pin.conſ.164.nu.3. Honded.conſ.80. nu.34.
Menoch.de arbitrar.caſ.156.num.8. lib.2.Surd.
conſ.127. num.18.& ſeq.& conſ.300. num.22.
Gaill.lib.2. obſeruat.69. nu.30. ibique Græu.
num.6. Duran.dec.450. num 8. Card. Caualer.
dec.188. num.4. Rot.in recent.dec.587.num 13.
& dec.599. num.15. & ſeq. p.5 tom.2. Ma-
ſtrill dec.280. num.101. Franch.dec.625.nu.3.
Magon.dec.Lucenſ.29. num.14. & ſeqq. Viuius
dec.306. num.5. Capyc.Latr. dec.50. ſub nu.6.
lib.1.Epiſc.Sperell.dec.55.nu.27.lib.1.
7 Sed etiã, quia, cum in contrarium ſtet Iu-
ris præſumptio pro libertate, & contrà ſer-
uitutem, Alex.conſ.129. numer.1.lib.1. Ce-
phal.conſ.369. nu.93. lib.3. Honded. conſ.79.
num.22. lib.1. Spad.conſ.306. nu.1. lib.2. Cy-
riac.controu.235. num.4. Surd. dec.177. nu.1.
8 & ſeq. non admittuntur ad illam probandã
teſtes ſingulares, vt in ſpecie Berous conſil.
184.nu.6. verſ. in caſu autem, lib.3. ſed requi-
9 runtur tres teſtes, vel ad minus duo omni
exceptione maiores, quia agitur de proba-
tione contrà præſumptionem Iuris, vt poſt
Crauett conſ.129.in fin. in ſpecie Card. Tuſcus
verbo ſeruitus, concluſ.127. num.7. & ſeruitus
10 eſſet ex aduerſo probanda per demonſtra-
tionem euidentiſſimam, leg.ſi in rem, ff. de
re vindicatione, Iaſ.in l ſi priuſquam, nu.40. ff.
de nou.oper.nunciat. Bart.in l.ſi in ædibus, Cod.
de ſeruit.& aqu. Cephal. conſ.533. numer.16.
Corn.conſ.91.num.14. lib.1. Honded. conſ.80.
num.38. lib.1. Ruin.conſ.30. num.7. lib.1. Ro-
land. conſ.67. num.4. lib.2. Menoch. conſ.21.
num.34.Gaill.obſer.69.num.3.lib.2.Rot.in rec.
dec.587. nu.7. & ſeq. & dec.596. num.1. &
dec.611. num.2. part.5.tom.2. & per conuen-
tionem claram, & expreſſam Franciſc. Ant.
Coſta conſ.33.num.9 Gratian.cap.572 nu.58.
& 61. benè Andreol.contron.178. num.2. vbi,
11 quòd ad probandam ſeruitutem, ſiue vigo-
re pacti, ſiue præſcriptionis, exigantur vr-
gentes, concludenteſque probationes, quia
in contrarium vrget Iuris præſumptio, idē-
que firmant, etiam in ſpecie ſeruitutis No-
uar.de grauaminib.vaſſall.tom.2. prælud.9. nu.
3. & optimè Rot.in Senogallien.Iuris paſcendi
27.Nouembris 1619. §.1. verſ.ideòque, coram
Remboldo, vbi, quód, cum ſeruitus habeat
contra ſe Iuris præſumptionem, probatio-
nes debeant eſſe plenæ, concludentes, &
apertiſſimę, quæ deciſio reperitur impreſſa
poſt conſil.Spadæ 306.lib.2. ſemperque in hu-
12 iuſmodi materia, concurrentibus vndequa-
que coniecturis, præferenda ſunt indicia li-
bertatis, Iaſ.conſ.81.col.5. ad med. verſ.item
teſtes deponentes pro libertate, lib.3. Crauett.
conſ.292. num.3. Rot.in recent. d.dec.587. n.8.
part.5 .tom.2. Cumque ex Iuris præſumptio-
13 ne res ſit libera, ſufficit actori, etiam non
poſſidenti negare, illud Ius ſeruitutis com-
petere aduerſario, idque ex natura actionis
negatoriæ, Alex.in l.ſi priùs, nu.7. ff. de noui
operis nunciat. Card. Seraphin. dec.1422. ſub
nu.13. Rot. in recent.d. dec 611 num.3. part.5.
tom.2.
Iſta autem vrgens apertiſſima, conclu-
denſque probatio, prout ad ſeruitutem pro-
bandam ex proximè allegatis requiritur, non
reſultat in præſentia ex teſtibus, qui nullum
14 prorſus gradum probationis conſtituunt;
ſingulos enim percurrendo ſuper depoſitione
per eos facta in repetitione, ſtante nullitate
primi examinis, ex quo fuerunt prætermiſſa
noſtra interrogatoria, ex adductis per Fa-
rinac. de teſtib. qu.73. ſub num.6. add. ad Lu-
douiſ.dec.331. num.22. verſ. ſed tamen teſtes,
Puteus dec.417. lib.1. in correctis, Card. Se-
raphin.dec.494. nu.1.
Primus teſtis pauperrima mulier ſuper
primo articulo additionali depoſuit, audi-
uiſſe tranſeundo per viam Franciſchinum al-
loquentem cum quodam fabro murario ſu-
per impedimento eleuandi murum versùs
Atrium illorum de Tibaldis auctorum Ad-
uerſariæ; repetita tamen ſuper eodem arti-
culo, non ſolùm non depoſuit, prout tene-
15 batur explicitè, & per extenſum abſque re-
latione ad primum examen, Rot. in rec.deciſ.
720. num.4. p.2. & in Calaguritana Abbatiæ
ſeu Iuriſpatronatus 21. Aprilis 1579. coram
Card. Pamphilio, Rot. Auen.dec.91. num.5. in
fin.

ſin. Oaſcb. dec. Pedem. 128. num.7. Sed ſim-
pliciter reſpondit, nihil ſcire; ideòque nihil
omninó probat; quinimò, quatenus etiam
depoſuiſſet relatiuè ad primum examen nul-
16 lum; quod fieri poſſe ſubſtinent Bart. in leg.
eos, num.6. Cod. ad leg. Corneliam; de falſis,
Alex. in l. legata inutiliter, num.7 ibique Clau-
dius, nu.8. ff. de legat.1. Ludouiſ. dec.331. num.
15. vbi add. numer.21. Rot. diuerſ. deciſ.430.
num.4. part.1. aliique congeſti per Farinac.
de teſtib. qu.66. nu.43.

Adhuc, cum ſit Muliercula pauperrima, &
vilis, valdeque ſuſpecta, ne dum, quia ſatis
inuerisimile videtur, quòd non obſtante tan-
ti temporis lapſu, potuerit recordari de his,
quæ obiter tranſeundo non vocata audiuit;
ſed etiam, quia deponit de auditu ab Anto-
nio Franciſchino nullum Ius habente ſuper
domo; hinc eſt, vt, cum in prædicto teſte
poſſit cadere aliqua ſuſpicio, ſtante prædi-
cta inuerisimilitudine, & viliſſima ipſius con-
ditione, neque etiam admitti debuiſſet rela-
tiua depoſitio ad primum examen, Felin. in
cap. cum tua, num.1. verſ. tertiò limita, & verſ.
fatetur tamen, de teſtibus, Marſil. in l. eos, nu.4.
verſ. prædicta tamen, ff. de falſ. Farinac. eod.
tract. qu.66. nu.55. Tindar. de teſtib. p.3. cap 11.
num.2. verſ. addo etiam, Rot. diuerſ. dec.430. nu.
4. part.1. Buratt. dec.726. num.8. & ſeqq. Arch.
Royas dec.411. nu.4. vbi in ſpecie de fęminis
in teſtes inductis.

17 Alter teſtis deponit tantùm de auditu non
nominatis auctoribus, à quibus audiuit;
ideòque nullam prorſus facit probationem,
Surd. conſ.135. num.95. & ſeq. lib.1. Cephal.
conſ.250. nu.21. lib.2. Rimin. Iun. conſ.398. nu.
29. lib.4. Vermigliol. conſ.20. num.18. Farinac.
de teſtib. qu.69. n.75. & trib. ſeqq. vbi n.78. vbi
quòd id procedat, etiam ſi teſtis non inter-
rogetur, à quibus audiuerit, attenta præ-
18 ſertim, nedum affinitate cum Aduerſaria;
ſed etiam mala affectione cum noſtro prin-
cipali, l.3. ff. de teſtib. ibi: vel an eis inimicus
ſit. Farinac. de teſtib. qu.53. num.30. Bardel-
lon. conſ.29. ſub num.31. Vermigliol. conſ.179.
num.7. & ſeq. Noguerol. allegat.23. ſub nu.78.
quinimò apertiſſima propenſione erga par-
tem aduerſam, ex quo Barlettus gener eiuſ-
dem teſtis, non ſolùm eſt procurator in
hac eadem cauſa; ſed etiam de proprio litis
19 ſubminiſtrat expenſas, qua propenſione ſtã-
te, nullam prorſus meretur fidem, cap. tuas,
& cap. nuper de teſtib. Felin. in cap. in ſuper, n.6.
eod. tit. Pariſ. conſ.27. num.48. lib.1. Venturin.
conſ.44. nu.59. Spad. conſ.159. nu.7. lib.2.

Tertius, præterquàm, quòd patitur eaſdẽ
exceptiones, non eſt aliquo modo attenden-
20 dus, vtpotè deponens de auditu ab ipſamet
parte aduerſa, ne maior fides adhibeatur co-
piæ, quàm originali, Aymon. conſ.6. num.67.
Vermigliol. conſ.500. n.6. & conſ.223. num.2.
& 5. Verall. dec.264. nu.8. p.3. Ludouiſ. deciſ.
570. nu.2.

21 Tandem valdè remanet diminuta vltimi
teſtis fides, dum recordatur de feneſtra in
pariete Franciſchini exiſtente, prout aſſerit
ante triginta annos, & tamen non recorda-
tur de fide recenti pauló ante examen facta,
cap. quia veriſimile, de præſumptionib. Felin. in
cap. auditis, num.23. de præſcript. Roland. conſ.
49. num.43. & ſeq. lib.4. & benè arguit Bu-
ratt. dec.341. nu.6 Arch. Royas dec.38. num 5.
22 ſicuti enim de aliis non recordatur, ita præ-
ſumitur de eo, quod audet affirmare ad tex-
tum, ibique gloſ. in leg. lucius, ff. de his, qui no-
tan. infam. Crauett. conſ.75. num.28. egregiè
Surd. conſ.378. nu.45. & ſeq. Honded. conſil.99.
n.31. & ſeq. lib.2. Berett. conſ.53. nu.12. Gait.
de credit. cap.3. tit.2. n.539.

23 Prout nullatenus merentur attendi depo-
ſitiones aliorum teſtium, tum, ex quo fue-
runt examinati ad perpetuam reimemoriam,
& ſine citatione partis; cap. quoniam fre-
quenter in princip. vt lite non conteſt. Farinac.
de teſt. qu.76. num.2. Coccin. deciſ.182. num.1.
Dunozett. Iun. dec.621. nu.6. Bich. dec.533. n.1.
Card. Ottobon. dec.10. nu.54.

24 Tum etiam, quia fuerunt procuratæ, lite
pendente, & poſt examen peractum, & cau-
ſa diù in Rota agitata, idcòque ſuſpicione nõ
carent, cap.2. de teſtib. l. ſi quando, § ſed cum
oportet, ff. eod. Card. Ottobon. d. dec.10. nu 55.
Bich. dec.533. nu.1. Rot. in rec. dec.323. num.4.
p.2. et dec.18. nu.27. p 9.

Hinc igitur eſt, vt teſtes prædicti nullum
omninò probationis gradum faciant ſuper
prætenſa ſeruitute, quæ tamen ex ſupra fir-
matis probationes exigit vrgentes, & con-
cludentiſſimas.

Neque teſtium depoſitiones poſſunt admi-
niculari, & veriſimiles reddi, vt ſupponit
deciſio, ex oculari inſpectione plantæ, in qua
duæ aſpiciuntur feneſtræ; altera clauſa; alte-
ra verò in alto conſtructa ad lumen recipien-
dum, vitriſque clauſa; ita vt omnis proſpe-
ctus in ſubiectam aream prohibeatur, ex qui-
bus duabus feneſtris contraria deciſio ait,
deprehendi coniecturam, & argumentum
ſeruitutis, cum non videatur credibile, ma-
25 iores Franciſchini voluiſſe permanere in ae-
ris, luciſque anguſtia, niſi aliqua ſeruitus
fuiſſet inducta ex Cepoll. de ſeruitut. vrb. præd.
cap.62. tit. de feneſtra, num.1. Theſaur. dec.16.
num.4. propè fin. Dunozet. Iun. dec.404. num.2.
& ſeqq.

26 Sed prædictæ auctoritates, præterquám
quód, vel non adaptantur, vel non probant
aſſumptum, nam Cepoll. loco proximè lauda-
to, ſupponit claram conuentionem initam
cum viciuo de tenendo feneſtras clauſas cum
vitris, ibi: Conueniunt, quòd ipſe debeat te-
nere clauſas feneſtras, quæ conuentio nullibi
in

in præſentia probatur; ſed de ea quæritur;
prout etiam *Theſaur. d. dec. 16. num. 4. propè*
fin. non poteſt applicari, cum loquatur in
27 terminis omninò diuerſis, nempè, de furno
Baronis, ad quem ſubditi per tempus imme-
morabile acceſſerunt, quàmuis exiſteret alius
furnus antiquus, & arguit ſeruitutem, ex
quo Inueſtitura facta eſſet cum furnis, & ſem-
per poſt inueſtituram ſoli Domini furnos
habuiſſent; *Deciſio verò Dunozett. lm. 403.*
neque etiam in his terminis loquitur, ibi
enim ſolùm firmatur, quòd feneſtra cum
28 cancellis ferreis ſita in loco eminenti, cum
appareat conſtructa ad lumen recipiendum,
non poſſit inſeruire ad proſpectum, quòd ni-
hil prorſus commune habet cum illo, de quo
in præſenti quæritur, an ex feneſtra ad lu-
men recipiendum conſtructa inducta dica-
tur ſeruitus negatiua nouas feneſtras non
aperiendi.

Adhuc eſt animaduertendum, quòd re-
ſpectu feneſtræ clauſæ exiſtentis in muro
proprio noſtri principalis ex ea nullo iure
valeat reſultare coniectura, vel præſumptio
coactionis, vel ſeruitutis; ita vt dominus
muri illam ad libitum aperire non valeat,
cum clauſura fieri potuerit ſpontè, & ex ad-
29 uerſo eſſet concludentiſſimè probandum
pactum expreſſum illam claudendi, cum
acquieſcentia maiorum Franciſchini, *l. hac*
5. ff. de ſeruitut. vrban. prædior. ibiq; *gl.* verbo
habueris, & verbo *obturaueris*, & conſerunt
in ſimili deducta per *Rot. in recent. deciſ. 253.*
num. 50. & ſeq. part. 7. vbi, quòd foramina,
30 quæ deſeruire poſſunt pro trabibus pontium
ſunt ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantùm,
proindeque non attendenda, ad effectum
probandi muri communionem, qua expreſſa
conuentione, ſiue prohibitione non probata,
quemadmodùm licitum eſt Franciſchino in
muro proprio nouas feneſtras aperire, quã-
31 uis murus diù ſteterit abſque feneſtris, *Hon-*
ded. conſ. 80. num. 35. lib. 1. Theſaur. dec. 24.
num. 4. Rot. in rec. d. dec. 253. num. 58. part. 7.
32 cum regulare ſit in ſeruitutibus negatiuis,
vt non acquirantur, niſi prohibitione acce-
dente, *gloſ.* celebris, & recepta *in leg. qui lu-*
minibus, ff. de ſeruitutib. vrban. præd. Rip. in
cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 50. de cauſa
poſſeſſ. & propriet. Rot. in rec. d. dec. 253. num.
59. part. 7. ita etiam licere debet clauſas ad
libitum aperire, cum in vtroque caſu eadem
omninò militet ratio.

Fortiùs prætenſum argumentum ſeruitu-
tis remanet excluſum; cum enim feneſtra
clauſa appareat conſtructa in æquali altitu-
dine alteri feneſtræ apertæ, quæ ex aduerſo
ſupponitur confecta ad lumen recipiendum;
hinc eſt, vt clauſura eiuſdem feneſtræ non
poſſit præſumi facta ad effectum, ne pateret
aſpectus ſuper Aream vicini, cum idem pro-
ſpectus æquè commodè haberi potuiſſet ex
altera feneſtra aperta in coæquali altitudine
exiſtente, quod rogatur aduerti.

Reſpectu verò alterius feneſtræ in alto
conſtructæ, vt ſupponitur, ad lumen reci-
piendum, neque ex ea poteſt argui ſeruitus;
ita ut non poſſint ex eodem muro aliæ fene-
ſtræ ad proſpectum aperiri; Tum ex quo nul-
lo Iure id cautum reperitur, quando non do-
cetur concludenter, fuiſſe conſtitutam ſer-
uitutem non aperiendi nouas feneſtras quæ-
ſitam, vel pacto, vel præſcriptione, præ-
cedente acquieſcentia prohibiti per longum
tempus; Tum etiam; quia ex depoſitionibus
noſtrorum teſtium conſtat, in Ciuitate Fir-
mana, huiuſmodi feneſtras ad lumen reci-
piendum frequentiſſimè retineri, abſque eò,
quòd aliqua ſeruitus inducta cenſeatur, eo-
que magis, quia hæc feneſtra fuit conſultò
in alto conſtructa, nè ex domo aduerſariæ
33 poſſit inſpici coquina; quoties autem reddi-
tur ratio poſſibilis, ac veriſimilis pro liber-
tate, ceſſat ſeruitutis coniectura, *Iaſ. conſil.*
81. column. 5. ad med. verſ. item teſtes depo-
nentes pro libertate lib. 3. Crauett. conſ. 292. nu.
3. Rot. in recent. dec. 587. n. 8. p. 5. tom. 2.

Quæ omnia ex eiſdem rationibus eò liben-
tiùs admittenda, etiam reſpectu facultatis
aperiendi nouas feneſtras in muro de recenti
conſtructo, ac in lodia, de qua non loquitur
deciſio, dum ceſſat omnis æmulatio, nõ ſolùm
quia ex ſupra firmatis illa non eſt præſumẽ-
da, ſed etiam, quia, cum manifeſtè conſtet
de maxima vtilitate ædificantis in eleuatione
muri, & aperitione feneſtrarum, vt benè
noſtri teſtes deponunt, non ſolùm ex maiori
34 lumine, & aere magis ſalubri; ſed etiam ex
maris aſpectu re gratiſſima, vt vtar verbis
textus in Nouella 93. Iuſtiniani in §. vnic. auth.
de nou. oper. nunciat. marit. aſpect. in princip. qui
maris aſpectus, eſt adeò fauorabilis, vt ex
diſpoſitione prædicti *auth. & in l. fin. Cod. de*
ædific. priuat. vbi fit mentio de Conſtitutione
Zenonis non reſtricta ad Ciuitatem Conſtã-
tinopolitanam, ſed generali, limitetur re-
gula dictæ *legis altiùs. Cod. de ſeruit. & aqu.*
35 vt non liceat alicui ædificare, impediendo
maris proſpectum, prout aduertit *Cuyac. in*
cod. authent. Oſuald. in add. ad Donell. enucleat.
lib. 11. cap. 5. ſub lit. G. *Harmenop. prompt. Iur.*
ciuil. lib. 2. tit. 3. fol. 92. Renat. Choppin. de ci-
uil. Pariſ. morib. tit. 4. num. 102. fol. 120. He-
ring. de molend. qu. 15. nu. 30. eruditus *Brilla*
ad conſuetud. Neapolit. tit. de ſeruitut. cap. vnic.
num. 35. Muta deciſ. Sicil. 8. numer. 8. Capyc.
Latr. dec. 50. num. 27. lib. 1. Gauauer. dec. Ca-
mera 10. num. 11. & ſeqq. quidquid in con-
trarium dubitet *Card. Celſ. dec. 375. num. 5. &*
36 *ſeqq.* eò magis ſtantibus prædictis, excluſa
omninò remanet æmulatio, *Caſtr. in leg. cum*
eo, ff. de ſeruitut. vrban. prædior. Marſil. ſingul.

Digitized by Google

154. *in fin. Alciat. de præſumptionib. regul.3.*
præſumpt.23. aſſerens, etiam modicam vti-
litatem ędificare volentis ſufficere, *Honded.*
conſ.80. num.34. & ſeq.lib.1. Laurent. de Pi-
nu conſ.164. numer.3. Bertraud. conſ.333. per
tot. lib.3. part.1. Toudut. *reſolut. ciuil.lib.1.*
cap.88. num.18.Rot.in recent.dec.599. nu.27.
& ſeq.p.5. tom.2.

Cæterum, quatenus, ſine veri præiudi-
cio, conſtaret de promiſſione, & obligatio-
ne noſtri principalis de non aperiendo fene-
ſtras, quod nullo modo probatur ex allega-
37 tis, ex illa non poteſt cenſeri inducta, niſi
obligatio perſonalis fauore auctorum ad-
uerſariæ; non autem ſeruitus realis tranſiens
cum ipſa domo, vt in ſpecie de obligatione
facta non conſtruendi feneſtram, firmant
Hippolit.de Marſil.ſingul.334. Bero. conſ.124.
nu.13. Carpan.ad ſtatut. Mediol.cap.333. nu.
12.part.2. Mangil.de euiction. qu.161. nu.13.
et ſeq.Grzz.ad Capyc.*Latr.dec.50.nu.30.*

38 Neque ſubſiſtit reſponſio deciſionis con-
trariæ, quòd concluſio non procedat, eò
quia ſeruitus conſtituta in vim pacti haben-
tis cauſam perpetuam, ne ſcilicet atrium
proſpiciatur, ſit realis, & tranſitoria cum
ipſa domo ad quoſcunque, prout tradunt
limitando, *Speculat.tit.de empt.et vendit.§.1.*
nu.25.Cepoll.de ſeruit. vrban.prædior. cap.62.
num.8 Nam quidquid ſit de huiuſmodi limi-
tatione, quæ non tranſit abſque difficultate,
cum *Marſil.* loco ſuperiùs laudato in ſpecie
loquatur de eo, qui ſe obligauit non facere
feneſtram in aliquo pariete, quod pactum
virtualiter continet ſeruitutem realem.

Adhuc ſublata remanet difficultas, quia
de huiuſmodi pacto realitatem ſeruitutis im-
portante nullibi conſtat ex teſtium depoſi-
39 tionibus, cumque agatur de inducenda ſer-
uitute, cui tàm Ius naturale, quàm ciuile
reſiſtit, *Iaſ. in l.ſi prius, numer.40. ff. de nou.*
oper. nunciat. & ex qua magnum reſultat
40 præiudicium. *Abbas in cap.cum Eccleſia,*
num.47.de causa poſſeſſ. Bero. in cap.de quarta,
num.18. de præſcript. Padill. in l.2. num.13.
Cod.de ſeruitut. Duaren.lib.1. diſputat.cap.34.
in fin. Couarr. lib.1. var. cap.17.num.7. Gil-
kchenius de præſcript.2.part. memb.1. cap.11.
n.9.& ſeqq.Viſq.Illuſtr.lib.3. cap.87. num.1.
Arias de Meſ.var.lib.3.cap.14.nu.3. propè fin.
verſ. quippe præiudicium, quatenus etiam
41 res eſſet dubia. pro libertate, & contra
ſeruitutem eſſet omninò pronunciandum,
Crauett.conſ.292.nu.3.

Contrà allegata fuit deciſum per Rotam *co-*
ram Ren. Ninot dec.71. *inter eius impreſ-*
ſas.

A R G V M E N T V M.

Muri proprietas, ex quibus arguatur; Et an illa deduci valeat ex feneſtris ibidem exiſtentibus;

Immiſſio tigni in parietem vel appodiatio, an, & quando muri probent communionem; & an murus dici debeat communis, quatenus durat appodium; Et an ex eodem appodio inferri poſſit ad communionem, quòad ſuperiorem parietis partem.

S V M M A R I V M.

1 *Feneſtræ totum murum penetrantes ſunt ſignum euidens proprietatis eiuſdem muri, cum excluſione communionis alterius.*
Idque procedit, etiam ſi feneſtræ fuerint poſteà clauſæ.
2 *Proprietas muri arguitur ex ſtructura eiuſdem facta eodem tempore, & ex eadem materia, qua cæteri muri.*
3 *Prout ex tecto & camino exiſtēte in eodem muro cum tignis ibidem immiſſis.*
4 *Stillicidii quanta ſit vis ad præſumendam proprietatem muri.*
5 *In muro proprio poteſt quis ad libitum aperire feneſtras.*
6 *Aemulatio de iure non præſumitur.*
7 *Quilibet in dubio præſumitur ædificare ad ſui vtilitatem principaliter, non autem ad æmulationem, vt alteri noceat.*
8 *Aemulatio excluditur, quoties conſtat de maxima vtilitate ædificare volentis; quinimò ſufficit etiam modica.*
9 *Feneſtræ, quoties apparent conſtructæ eodem tempore, quo fuit fabricatus murus, excluſa remanet clandeſtinitatis poſſibilitas ſuper earumdē feneſtrarum apertione.*
10 *Ex feneſtris in muro exiſtentibus, quando non arguatur muri proprietas.*
11 *Muri dominium anterius, ſi quis probauerit omnia ſigna ex aduerſo in eo probata communionem inferentia præſumuntur extare ex liberali conceſſione.*
12 *Immiſſio tigni in parietem, vel appodiatio poſſunt probare communionem eiuſdem parietis, quādo ambo vicini ſunt in poſſeſſione parietis, & non coſtat magis de iure vnius, quàm alterius; ſecus ſi appareat de potiore iure alterius.*
13 *Ex feneſtris totum murum penetrantibus, quando probatur dominium fauore alicuius, immiſſio tignorum non eſt apta ad probandam muri communionem.*
14 *Immiſſio trabium non denotat communionem muri, ſed vel liberalem permiſſionem, vel tigni immittendi ſeruitutem.*
15 *Murus dici debet communis, quatenus durat appodium, ſed non ex hoc inferri valet ad partem ſuperiorem muri.*
16 *Declaratur* Surd.conſ.126.num.12.
17 *Stillicidium quid operetur.*
18 *Ex* Statuto Mediolani *ſolum ſignum feneſtra-*

ſtrarum in muro exiſtentium abſque ſtillicidio non ſufficit ad præſumptionem proprietatis muri.

CAPVT CLXXVI.

IN firmanda omninò ſententia, vtpotè manifeſto iniuſtitię vitio laborans; Cum enim ex pluribus controuerti non poſſit, Ducem Cęſarinum eſſe Dominum Muri, in quo feneſtras controuerſas aperire intendit;
1 Tum quia in eo inſpiciuntur aliæ feneſtræ totum murum penetrantes, quod eſt ſignum ſatis euidens proprietatis eiuſdem muri, cum excluſione communionis alterius, prout in ſpecie firmant *Caſtr. conſ. 334. num. 1. verſ. tum etiam ratione dictæ feneſtræ, lib. 2. Ruin. conſil. 55. num. 6. verſ. nam prædicti, & num. ſeq. verſ. nec eſt veriſimile, lib. 4. Crot. conſ. 153. nu. 10. & 11. lib. 2. Aldobrand. conſ. 77. nu. 23. lib. 2. Altograd conſ. 100. nu. 21. lib. 1. Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap. 40. num. 13. verſ. item per feneſtras, Menoch. lib. 6. præſumpt. 73. num. 11. & ſeq. & conſ. 1237. nu. 33. lib. 13. Gratian. cap. 263. num. 1. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 88. nu. 3. Theſaur. dec. 219. num. 1.* cum aliis allegatis in præcedenti diſputatione, *nu. 3.* & in fortioribus terminis, etiam feneſtræ poſteà clauſæ, *Mandel. conſ. 157. num. 6. & 14. lib. 1.*
2 Tum etiam ex ſtructura eiuſdem muri facta eodem tempore, & ex eadem materia, qua cæteri muri; prout in ſpecie *Corn. conſ. 227. num. 1. in fin. verſ. quod etiam demonſtratur, lib. 1. Crot. conſ. 153. num. 8. verſ. præſupponitur etiam, & num. 17. verſ. tertiò probatur, Gaggian. conſ. 52. numer. 35. & 44. Altograd. d. conſ. 100. nu. 20. lib. 1. Menoch. d. præſumpt. 73. num. 18. verſ. duodecimum eſt ſignum lib. 6. Gratian. cap. 263. num. 6. Tondut. quæſt. ciuil. d. cap. 88. num. 7. lib. 1. Rot. in rec. dec. 253. num. 15. 37. & 40. part. 7.*
3 Tum ex tecto & camino exiſtenti in eodem muro, cum tignis ibidem immiſſis, egregiè *Boro. conſ. 132. num. 1. verſ. ſuper. illo parte, lib. 3. Crot. conſ. 153. num. 11. Aldobrand. conſ. 77. nu. 20. lib. 2. Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. cap. 4. nu. 14. circà medium. Menoch. d. præſumpt. 73. num. 13. lib. 6. Rot. in recent. d. dec. 253. num. 34. part. 7.*
4 Tum demum ex ſtillicidio exiſtente in alia parte muri caſſitantę ſuper Areā partis aduerſæ; cuius ſtillicidii quanta ſit vis, & efficacia ad hunc effectum, tradunt *Florian. in leg. ſeruitutes, §. lutius Titius. ff. de ſeruitut. vrban. prædior. Surd. conſ. 74. nu. 8. Franc. Marc. dec. 499. par. 1. Rot. in recent. d. dec. 253. nu. 2. & part. 7.*

Hinc eſt, vt, quemadmodùm ex prædictis ſignis abſque controuerſia remanet comprobatum, muri dominium ſpectare ad Ducem, ità eodem modo eſt eidem permiſſum in eo-
5 dem muro pro libito aperire feneſtras, etiam ſi habeat proſpectum ad Aream vicini, *l. altius, Cod. de ſeruitut. & aqu. Bero. conſ. 134. num. 15. lib. 3. Honded. conſ. 80. num. 15. lib. 1. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 62. tit. de feneſtra, num. 1. & ſeqq. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 333. num. 11. & ſeqq. Vrſill. ad Afflict. dec. 225. num. 1. & ſeq. Poſth. obſeruat. ciuil. 92. num. 1. & ſeq. Ciarlin. cap. 182. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Tondut. lib. 1. qu. ciuil. cap. 88. num. 17. & ſeq. Theſaur. dec. 41. num. 15. Epiſc. Sperell. dec. 55. num. 18. Medic. deciſ. Marcb. 49. Rota Bonon. dec. 110. num. 2. Rota in Romana Tramontana 7. Iunij 1623. in princip. coram R. P. Pirouano impreſſa lib. 1. ſingular. Rubei, fol. 518.*
6 Præcipuè, quia ſublata remanet omninò quælibet æmulatio, ne dum, quia de iure non præſumitur, *Bart. in l. ex hoc iure, nu. 11. ff. de Iuſt. & Iur. Bald. in l. item Lapill. in 4. circà med. ff. de rer. diuiſ. Padill. in l. altius, nu. 22. Cod. de ſeruit. & aeq. Honded. conſ. 80. nu. 34. lib. 1. Rot. Bonon. d. dec. 110. nu. 11.* quilibet
7 enim in dubio ædificare præſumitur ad ſui vtilitatem principaliter, & non ad æmulationem, vt alteri noceat, *gloſ. in l. fluminibus, §. fin. verbo non teneri, ff de dam. inf. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 23. in princip. Gaill. pract. obſeru. lib. 2. cap. 69. in fin. Duran. dec. 450. nu. 8. Card. Caualer. dec. 188. n. 4. Rot. in recent. dec. 587. num. 13. & deciſ 611. nu. 16. part. 5. tom. 2.* cum aliis laudatis in diſput. præced. nu. 6.
8 Sed etiam, quia, cum ſatis liquidò conſtet de maxima vtilitate Ducis in aperiendo feneſtras, nedum ex receptione maioris luminis in aula Palatii Argentinæ ſatis obſcura; ſed etiam ſalubrioris aeris, prout innotuit in acceſſu iudiciali, eò magis excluſa remanet æmulatio, *Honded. d. conſ. 80. nu. 34. & ſeq. lib. 1. Laurent. de Pin. conſ. 164. num. 3. Alciat. d. præſumpt. 23.* aſſerens etiam modicam vtilitatem ædificare volentis ſufficere, *Rot. in recent. dec. 611. num. 14. & ſeqq. par. 5. tom. 2.* & in ſpecie, quòd, ſi aliquod commodum ex aperitione feneſtrarum reſultet, ceſſet æmulatio, *Tondut. reſol. ciuil. d. cap. 88. nu. 18. lib. 1.*

Nullatenus aduerſante, quòd feneſtrarum exiſtentia non inferat ad probationem dominii; Tum ex quo, Aduerſariis ignorantibus, qui domum vicinam non inhabitant, ſed locant, clam fieri potuerit.

Tum etiam, quia, cum aliquæ feneſtræ appareant clauſæ, præſumendum, clauſuram contigiſſe coactè, Iudice ità mandante.

Siquidem, omiſſo, quòd ad effectum probandi dominium muri ſatis ſuperque ſufficiant ſingulæ aliæ demonſtrationes ſuperiori loco enumeratæ; Adhuc obiectum nullius eſt momenti, cum ex oculari inſpectione deprehen-

datur, feneſtras non fuiſſe de recenti aper-
9 tas; ſed potiùs conſtructas eodem antiquiſ-
ſimo tempore, quo fuit fabricatus idemmet
murus, vndè ſublata remanet clandeſtinita-
tis poſſibilitas, prout arguit *Surd. conſ. 126. num. 25.* quem refert, & ſequitur *Rot. in rec. dec. 253. n. 19. & ſeq. par. 7.* atque adeò ſcien-
tia in Aduerſariis eſt incontrouertibilis, &
ex diuturnitate temporis præſumenda, *Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina, n. 25. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Innoc. in cap. bona de poſtulat. Prælator. Gratian. cap. 681. nu. 32. Pet. deciſ. 209. num. 3. lib. 1. Cardin. Seraphin. deciſ. 306. num. 5.*

10 Neque aduerſatur *Gratian. cap. 263. nu. 9.* loquitur enim, Vel quando feneſtra totum
murum non penetrat, Vel quando ſcientia
vicini domum locantis præſumi non poteſt,
Vel demum, quando feneſtra non eſt antiqua,
neque facta eodem tempore, quo paries ipſe
fuit fabricatus, prout ſe explicat *num. 10. & duob. ſeqq.* vndè potiùs retorquetur, & in
eiſdem terminis loquitur *Menoch. præſumpt. 73. nu. 12 in fin. lib. 6.*

Prout, neq; etiam obſtat, quòd aliæ feneſtræ
in muro inſpiciantur clauſæ; nam id potuit
fieri ſpontè à Duce, & pro maiori commodi-
tate, prout re vera factum fuit, qua propter
nulla indè elicitur coniectura coactionis, vel
ſeruitutis; præcipuè, dum aliæ apertæ nunc
remanent, prout in proximis terminis
Mandel. conſ. 157. nu. 6. & 14. lib. 1.

Cæterùm ſigna ex aduerſo ponderata ad
oſtendendam muri communionem nullius
ſunt releuantiæ.

Quò enim ad tectum noſtro parieti infixũ,
ex hoc non poteſt argui communio; nam
ſtantibus prædictis ſignis manifeſtè demon-
ſtrantibus, dominium muri ſpectare ad Du-
cem vindicat ſibi locum præſumptio, quòd
11 id fuerit liberaliter toleratum, vel clande-
ſtino occupatum, inſcio eodem Duce lõgiſ-
ſimo temporis interuallo ab Vrbe abſente,
vt benè *Altograd. d. conſ. 100. nu. 31. & ſeqq. lib. 1. Tondut. d. cap. 88. nu. 11. lib. 1.* aliiſque
allegatis *Rot. in recent. d. deciſ. 253. num. 41. part 7.*

12 Immiſſio ſiquidem tigni in parietem, vel
appodiatio poſſet probare communionem
eiuſdem parietis, quando ambo vicini ſunt
in poſſeſſione parietis, & non conſtat magis
de iure vnius, quàm alterius; ſecus; ſi ex
aliquibus ſignis appareat de potiori iure al-
terius, prout in præſentia, optimè videndi
Corn. conſ. 227. num. 5. & duob. ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 1237. ad med. & ſeq. lib. 13. Surd. ex
aduerſo allegatus *conſ. 126. nu. 23. Gargiar. conſ. 52. num. 56. Altograd. conſ. 100. nu. 32. ad med. & ſeq lib. 1.* latè *Maſcard. de probat. concluſ. 1149. num. 6. Cepoll. de ſeruitut. vrb. prædior. cap. 40. num. 30. verſ. aut vicinus nullum habuit, Rot. in recent. d. dec. 253. num. 44. & ſeqq. part. 7.* vbi, quòd fortior præſumptio
præualeat, & confundat aliam, & in ſpecie,
13 quòd, quando ex feneſtris totum murum
penetrantibus probatur dominium fauore
alicuius, immiſſio tignorum nullatenus ſit
apta ad probandam communionem muri op-
timè videndus *Ruin. conſ. 55. nu. 6. lib. 4.*

14 Et in omnem caſum infixio trabium non
denotaret communionem muri, ſed, vel per-
miſſionem liberalem Ducis, vel ſeruitutem
tigni immittendi, *Altograd. d. conſ. 100. n. 31. verſ. minus obeſt, & num. ſeq. Tondut. d. cap. 88 nu. 10. lib. 1.*

15 Vlteriùs, quàmuis aduerſariis fuerit con-
ceſſum appodium in parte inferiore muri, at-
tamen ad ſummum poſſet contendi, quòd,
quantùm durat appodium, murus dici de-
beat communis; ſed non poteſt ex hoc infer-
ri ad partem ſuperiorem muri, in qua Dux
intendit feneſtras aperire, vt in terminis
egregiè declarant *Corn. conſ. 227. num. 6. & ſeq. lib. 1. Ruin. conſ. 55. num. 6. lib. 4. Gram. conſ. ciuil. 164. num. 6. Altograd conſ. 100. nu. 32. ad med. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 1237. num. 37. ad med. & ſeq. Maſcard. de probat. concl. 1149. num. 6.*

Fortiùs, quia feneſtræ in muro exiſtentes
ex oculari inſpectione apparent antiquiſſi-
mæ, & conſtructæ longè ante appodiationẽ;
ideòque tantò faciliùs, imò certiùs muri
proprietas deducitur, quòdque appodium,
vel fuerit liberaliter toleratum, vel longè
poſt occupatum, quòdque valeat procedere
in parte tantùm inferiori tolerata, non ab-
indè ſupra, vt in terminis firmant auctori-
tes proximè allegatæ.

16 Prædictis verò non aduerſatur *Surd. conſ. 126. num. 12.* nam in ſuo caſu plura aderant
ſigna, ex quibus ſimul ponderatis, muri com-
munionem conatur probare, ſignanter, quia
murus erat diuiſorius poſitus in confinio v-
triuſque domus, extabant vlteriùs lapides
proiectitii, inſuper inſpiciebantur feneſtræ
paruæ totum murum non penetrantes, & in
vna parte muri aderant trabes, tigna, & ta-
bulatum eidem muro affixa, & tandem mul-
ta foramina aperta ex parte illius, qui præ-
tendebat communionem, quæ omnia defi-
ciunt in præſentia; ſolùmque pro ſigno com-
munionis adducitur ſimplex infixio domun-
culæ pro curribus cuſtodiendis, quæ, quoties
concurrunt alia ſigna ſuadentia, proprieta-
tem muri ad alium ſpectare, nullatenus eſt
attendenda pro communione arguenda,
prout ingenuè fatetur idem *Surd. d. cõſ. ex aduerſo allegato 126. nu. 23.*

Quò verò ad deficientiam ſtillicidii ſuper
aream vicini in ea non valet aliquod conſti-
tui fundamentum ad inducendam ſeruitutem
nouas feneſtras aperiendi.

17 Sic

17 Siquidem ſtillicidium eſſet attendendum, ſi Dux intenderet aperire oſtium versùs aream vicini; non enim poſſet venire in aream vicini, vtpotè alienam; niſi quatenus haberet ſtillicidium, prout aduertit *Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap.49. num.6.* ſecus verò aſſerendum, quando, prout in præſenti themate, agitur de aperiendo ſimpliciter feneſtras in muro proprio; quamuis proſpicientes in domum, ſeù aream vicini; quia in hoc caſu nullus Doctor conſiderauit exiſtentiam ſtillicidii, cuius deficientia in omnem caſum nihil aliud concludit, niſi, quòd deficiat huiuſmodi ſignum, non autem quod alia ſigna non ſint ſufficientia.

Quinimò *Cepolla de ſeruit. vrban. prædior. cap.63. num.3. poſt med. verſ. aut vult quis ponere*, dum diſtinguit duo capita circà appoſitionem ſpecularium in feneſtris; Alterum, quando quis vult apponere ſpecularia in ſua feneſtra propria non excedendo proprium parietem, quo caſu affirmat, poſſe apponere, ſicuti poteſt in ſuo facere feneſtram, neque requirit *Cepolla* aliquod ſtillicidium; Alterum verò, quando quis vult apponere ſpecularia proprium parietem excedentia, & tunc non poteſt, niſi quatenus habeat ſtillicidium; prout etiam aduertit idem *Cepoll. cap.62. num.7.* ex qua diſtinctione apertiſſimè infertur, quód reſpectu ſimplicis facultatis aperiendi feneſtras in muro proprio non exiſtentia ſtillicidii nullatenus ſit habēda in conſideratione.

18 Neque prædictis aduerſatur *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.333. nu.23. & ſeqq. lib.2.* quia loquitur in terminis *Statuti Mediolani* expreſsè diſponentis, quòd ſolum ſignum feneſtrarum in muro exiſtentium abſque ſtillicidio non ſufficiat ad præſumptionem proprietatis muri, vt ſe declarat in *cap. 346. num.16. & ſeq. eodem libro*, & proindè potiùs retorquetur, quia ex indè infertur, quòd ius commune ſit in contrarium, aliàs ſtatutum nihil operaretur *Fenzon. ad ſtatut. vrb. cap.196. nu.17.*

Prætereà, etiā in terminis *Statuti* Mediolani ſtillicidii deficientia, excludit vnicum ſignum tantùm proprietatis ex feneſtrarum exiſtentia deductum; non autem alia ſigna, quæ in hoc caſu concurrunt, ex quibus negari non poteſt proprietas muri penes Ducem ex ſupra firmatis.

* * * * * *
* * * * *

ARGVMENTVM.

Aquæductus ædificatus in via publica ſine licentia Principis, vel Magiſtratus eſt amouendus.

Via, an, & quando præſumi debeat vicinalis, adeòut, altero ex vicinis inuito, claudi non valeat.

Vendita parte fundi, ſi emptor non ſibi reſeruet ius tranſeundi per partem venditoris, non habet idem emptor ius tranſitus, etiam ſi aliundè, non pateat niſi fuerit ità ſpecificè conuentum, niſi tamen ſubſequuta obſeruantia contrarium ſuadeat.

SVMMARIVM.

1 *Aquæductus ædificatus in via publica ſine licentia Principis, vel Magiſtratus eſt omninò amouendus.*

2 *Negatiua licentiæ non obtentæ comprobata remanet ex inſpectione librorum, in quibus eadem licentia adnotari debebat.*

3 *Aquæ conceſſio eſt exhibenda, alioquin quis remanet priuatus iure aquæ.*

4 *Idem iudiciū faciendum de continente, ac de contento.*

5 *Vicus dici debet vicinalis, ſeù conſortiuus, quoties conflatur ex collatione prædiorum hinc indè adiacentium.*

6 *Viæ vicinales omnibus vicinis patere debent.*

7 *Ideòque ab vno ex vicinis non poteſt fieri raſtrum, ſeù cancellum ad claudendam viam vicinalem cum impedimento communis conſortij.*

8 *Murus præſumitur eius, cuius tecto eſt coopertus.*

9 *Vici, ſeù viæ vicinalis, ex quibus præſumatur commune conſortium.*

10 *Qualitas Sacerdotalis in teſte, moltòque magis Epiſcopalis, auget illius fidem, adeòut vim duorum teſtium habeat.*

11 *Vendita parte fundi, ſi emptor non ſibi reſeruet ius tranſeundi per partem venditoris non habet idem emptor ius tranſitus, etiam ſi aliundè non pateat, quia hoc ius tranſeundi ſub venditione non comprehenditur, niſi fuerit dictum.*

12 *Id tamen non procedit, ſtante obſeruantia contraria ſubſequuta.*

13 *obſeruantia ſubſequuta declarat, qualis fuerit contrahentium voluntas ab initio, etiam ſi alióquin verba contractus eſſent dubia.*

Poſterius factū declarat in dubio per prius factum. ibid.

Poſterior qualitas poſſeſſionis declarat, quid à principio fuerit dubiæ intentionis ibid.

14 *Obſeruantia ſubſequuta declarat qualis fuerit intentio contrahentium, etiam ſi talis intellectus eſſet minus verus, & non tenendus, imò aberraret à regulis Iuris communis.*

Imò etiam ſi alióquin verborum proprietati non eſſet conformis.

15 *Obſeruantia præſefert confeſſionem partis non ſe-*

ſecus ac ſi ita fuerit ab initio conuentum, cum habeat vim nouæ conuentionis.

CAPVT CLXXVII.

AQVÆDVCTVS, de quo agitur intermedians ędificia nouiſſimè conſtructa ab Antonio de Grandis in ſitu eidem vendito á Pontifice, eſt omninò amo-
1 uendus, vtpotè ædificatus in via publica, ſine licentia Principis, ſiue Magiſtratus, l. 1. & 2. & tot. titul. ff. ne quid in loco publico, l. 1. ff. de his qui deiec. l. Ædiles, ff. de via public. Afflict. de iur. prothomiſ. §. 9. nu. 9. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 3. de ſeruit. viæ, nu. 26. & ſeq. Ripa de remed præſeruat. contra peſtem cap. 4. n. 83. & ſeq. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 156. Borrell. de præſtat. Reg. Cathol. cap. 7. Caluin. de ęquit. lib. 1. cap. 25. n. 7. Cōciol. in annot. ad ſtatut. Eugubij Rubr. 17. de pœn. occupant. vel deſtruent. ſiue mutantis vias n. 3. Epiſc. Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 23. num. 7. eruditiſſimus Brilla ad conſuet. Neapolit. tit. 20. cap. vnic. num. 27. & ſeq. Pacichel de diſtant. cap. 6. membr. 9. num 5. Panthel. Inn. in annot. ad expedit. 67. n. 50. & ſeqq. Ripolla de Regal. cap. 40. num. 78. & ſeqq. Capon diſcept. 71. nu. 3. Antunez de donat. Reg. part. 3. cap. 3. num. 46. doctus Romaguera in addit. ad annotat. Conciol. ad ſtatut. Eugub. Rubr. 54 de offic. Magiſ. viar. num. 16. in fin. Card. de Luca de ſeruit. diſc. 24. num. 2. Rot. in recent. dec. 69. num. 12. part. 5.

Parumque releuat, quòd licentia ſit præſumenda ob temporis lapſum; hæc enim præſumptio ſublata remanet, quando prout in præſentia huiuſmodi licentiæ perneceſsè re-
2 giſtrari debent in libris Officij Magiſtrorum viarum, ex quorũ inſpectione optimè probata remanet negatiua licentiæ, non obtentæ, l. cum teſtamento, vbi Bald. nu. 1. Cod. de teſtam. manumiſſ. l. 1. Cod. de exact. Tribut. lib. 10. Ripa in cap. cum Eccleſ. Sutrina num 82. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bart. in leg. Titiæ textores 36. nu. 2. ff. de legat. 1. & in l. fin Cod. de reb. credit. Bald. in leg. iuſtum, ibique Dec. num. 3. Cod. de edend. Roland conſ. 1. num. 72. & conſ. 2. num. 131. lib. 1. Surd. conſ. 151. num. 6. & conſ. 223. in princip. Dec. conſ. 469. num. 7. & ſeq. Aym. conſ. 138. in princip. & conſ. 219. num. 3. & conſ. 313. nu. 5. Natt. conſ. 45 n. 3. & conſ 377. nu. 9. Herculan. de proband. negat. num. 167. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 44. num. 1. & ſeq. Cyriac. controu. 65. num 4. & controu. 451. num. 43. et controu. 650 num. 2. Menoch. præſumpt. l. 39. nu. 20. lib. 3. Noguerol. allegat. 11. nu. 28. Marcian. Iun. diſput. 32. num. 37. lib. 1. Fontanell deciſ. 293. num. 8. lib. 1. Franch. dec. 663. num. 6. Epiſ. Sperell. dec. 27. num 68. lib. 1. Ludouiſ. dec. 139. num. 5. verſ. maximè quia, et dec. 416. num. 5. ibique Add. num. 8. Duran. dec. 368. nu. 18. et ſeq. Pen. dec. 721. num. 17. Buratt. dec. 683. nu. 2. Card. Ottobon. dec. 114. nu. 4. Rot. in recent. dec. 216. nu. 9 et ſeq. part. 6. et dec. 235. num 9. part. 8. et. dec. 496. nu. 2. part. 9. tom. 2.

Signanter, quia cum Andoſilla aduerſa-
3 rius priuatus remanſerit aqua ob non exhibitum titulum, ſiue conceſſionem, l. ſi quis, et l. fin. vbi ſignanter Io: de Platea, et Lucas de Penna, Cod. de aquæduct. lib. 11. Franc. Marc dec. 562. num. 1. quod etiam attenta Conſtitutione s. m. Sixti V. 101. §. 11. in nouo Bullario ſancitum reperitur reſpectu aquæ Felicis, & de aqua Triuij extat Statutum Vrbis cap. 88. lib. 3.

Hinc euidentiſſima reſultat probatio, quòd, quemadmodum aqua fuit vſurpata, nulla præcedēte Principis conceſſione; ità etiam idem ſit neceſſariò aſſerendum de aquęductu, cuius conſtructio pariformiter præſumi debet clandeſtina; idem enim iudicium
4 faciendum eſt de continente, ac de contento, l. certo generi, §. ſi locus, ff. de ſeruit. ruſticor. prædior.

Quò verò ad alteram controuerſiam inter
5 has etiam partes excitatam, cũ vicus, de quo agitur non potuerit fieri, niſi ex collatione vinearum hinc indè adiacentium; non autem ex collatione vineæ aduerſarii, vtpotè exiſtentis in extremo eiuſdem vici, prout liquidò dignoſcitur ex occulari inſpectione, abſque dubio dici debet vicinalis, ſeu conſortiuus, l. 2. §. vicinales l. fin. ibique, gloſ. ff. ne quid in loc. public Cepoll. de ſeruit. ruſticor prędior. cap 3. de ſeruit. viæ. nu. 18. verſ. quædam ſunt viæ vicinales Coraſ. in Rubr. de ſeruitut. n. 96. in fin. Pattel. expedit. 68. nu. 30. et ſeq. Ciarlin controu. 90. n. 15. Car. de Luca de ſeruit. diſc. 23 n. 4. Idcòq; ad ſummum poteſt competere Aduerſario tranſitus ad ſuam vineam, qui ab hac parte non controuertitur, non autem eidē aliquo iure poterit eſſe permiſſa clauſura prædicti vici, quia viæ vicinales omnibus
6 vicinis patere debent, dict. l. 2. §. vicinales, l. fin. ff ne quid in loc. public. Cepoll. dict. cap. 3. de ſeruit. via num. 28. Pattel. expedit. 68. num. 33. et ſeq. Ciarlin. dict. controu. 90. num. 13. et ſeqq. vbi in ſpecie poſt Menoch. conſ. 449. num. 15.
7 quod ab vno ex vicinis non poſſit fieri raſtrum, ſeu cancellum ad claudendam viam vicinalem cum impedimento communis conſortis.

Fortiùs, quia ex noſtrorũ teſtium depoſitionibus ſatis liquidò deprehenditur claues cancelli prædicti vici ſemper fuiſſe etiam retentas à Franciſchinis á quibus hæc pars cauſam habet, nec non cardines eiuſdem cancelli apparent infixi parietibus propriis vinearum adiacentium noſtri principalis, quibus omnibus attentis, ſimulque ponderatis, ſatis manifeſtè deprehenditur, prædictum vicum, quòad proprietatem ſpectare ad noſtrum principalem; Tum quia

tectum

Digitized by Google

tectum laterum, vulgó Cappello nuncupa-
tum, ſuper impoſitum parietibus, quibus
8 apparent infixi cardines cancelli protendens
versùs ſolùm prædicti vici arguit eiuſdem
parietis proprietatem ſpectare ad Dominum
ſoli, *Bero.conſ 132.num.1.verſ.ſuper illo pa-
riete, lib.3. Aldobrandin.* poſt *Corn.* ab eo ci-
tatum *conſ.77.num.20.lib.2. Rot.in recent.de-
ciſ.253.nu.34.p.7.*
9 Tum etiam, quia in omnem caſum negari
non poteſt commune conſortium prædicti
vici ad commodum vtriuſque vicini, quia
alioquin non fuiſſet permiſſa auctoribus hu-
ius partis per tantùm temporis interuallum
clauium retentio cum libera facultate ad ſui
libitum claudendi, & aperiendi cancellum
abſque vllo prorſus conqueſtu, prout in ſpe-
cie rectè arguit *Menoch.conſ.449.nu.15.*
Magnique eſt facienda iurata depoſitio E-
piſcopi Donati auctoris partis aduerſæ te-
ſtantis, tàm de diuturna prædictarum
clauium retentione; quàm etiam, quòd
Pacificus, & Rota, á quibus etiam Aduerſarii
cauſam habent, non habuerint niſi ſolam
itineris, ſeu tranſitus ſeruitutem per vicum
controuerſum cui teſti, tamquàm Epiſcopo
10 eſt fides præſtanda, prout dicitur de quali-
tate Sacerdotali in teſte concurrente, quæ
illius auget fidem, *gloſ.in cap.Monachus,* ver-
bo *compendia 77.diſtinct.* vbi quòd vim duo-
rum teſtium habeat, *Cranett.conſ.267.num.2.
Pariſ.conſ.57.num.50. lib.1. Menoch.conſ.92.
nu.89. Capyc.Latr.dec.12.nu.14. & ſeq.Rota
in rec.dec 630.nu.2.p.3.*
Prædictis igitur firmatis, nullo iure viden-
tur obſtare ex aduerſo deducta; quó enim
ad præſumptionem tituli, & proprietatis, ex
quò ſit præſumendum vicum fuiſſe venditum
auctoribus Aduerſarii non habentibus aliũ-
dè tranſitum ad proprium fundum nullo mo-
do poteſt ſubſiſtere, nullibi enim probatur;
neque valet inferri, fuiſſe venditam vici pro-
prietatem; ipſiuſque ſolum priuatiuè; quò
ad vſum emptoris, ſed potiùs præſumendum
fuiſſe auctoribus aduerſariis permiſſam, etiã
pretio ſoluto, ſeruitutem itineris, ſeù tran-
ſitus, non impedito tamen vſu fauore ven-
ditoris; idque apertiſſimè comprobat ſub-
ſequuta obſeruantia reſultans ex clauium
retentione, aliiſque ſuperiùs adductis.
11 Ideòque rei, de qua eſt ſermo nullatenus
conuenit concluſio, quòd ſi quis vendat
partem fundi, & nòn reſeruet ſibi emptor
ius tranſeundi per partem venditoris, non
habeat ius tranſitus, etiam ſi aliundè non
pateat, quia hoc ius ſub venditione non cõ-
prehenditur, niſi fuerit dictum, *leg.in ven-
dẽdo in princip.ff.de contrah.empt. l.ſi binarum
ff.de ſeruitut. vrban.prædior.l.via conſtitui,leg.
ſi quis duas, ff.commun. prædior. leg. ſi quis ex
fundo, ff. quemadmod.ſeruit. amittat. Fulgoſ.
in leg.binas, §.1.num.4.* ibique *Caſtr.nu.6. ff.
de ſeruit.vrban.prædior.Bart.in l.2.in princip.
num.13. in fin.ff.ſolut. matrim. Alberic. in leg.
damnas eſto, §. qui duos, ff.de vſufruct. legat.
Cepoll.de ſeruit.vrban. prædior.cap.38.Cranett
conſ.842.num.2.* aſſerens, id procedere etiam
ſi res ex contractu quæſita fiat inutilis, neq;
eſſe cogendum vicinum venditorem ad con-
ſtituendam nouam trãſitus ſeruitutem, iuſto
quoque pretio ſoluto, *Fabian.de empt.& vẽ-
dit.qu.6. membr.17. Felic.de ſociet.cap.39.nu.
101.* Capyc.*dec.187.Surd.dec.177.n.6.& ſeq.
part.1.*
12 Si quidem hæc omnia non procedunt, quã-
do, prout in præſentia obſeruantia contra-
ria concurrit, ex retentione clauium deſum-
pta, ex qua demonſtretur, fuiſſe tantùm
venditam ſeruitutem itineris, non impedito
tamen vſu eiuſdem tranſitus fauore vendito-
ris, qui abſque dubio potuit ſibi reſeruare
ius tranſeundi in fundo, ſeù vico vendito,
qua ſola obſeruantia ſtante, limitari conclu-
ſionem contrariam proximè adductam in
ſpecie aduertit *Cyriac.controu.27. nu.4. verſ.
hæc autem omnia, & num. ſeq.* Regulare
13 enim eſt, vt obſeruantia ſubſequuta decla-
ret, qualis fuerit contrahentium voluntas
ab initio, etiam ſi alioquin verba contra-
ctus eſſent dubia, *leg.ſed Iulianus 9. §. proin-
dè,* aliàs eſt, *l.item, ſi filius familias, ff. ad
Macedonian., Bald.conſ.245.num.2. lib 3.* aſſe-
rens, quòd poſteriùs factum declaret in du-
bio per prius factum, quodque poſterior
qualitas poſſeſſionis declaretur, quid á prin-
cipio fuerit dubiæ intentionis, *Cephal.conſil.
162.num.20. Surd. conſ.311.n.10.& dec.134.
num.9. Menoch.conſ.39.num.20.* Cranett.*conſ.
101.nu.4. & conſ.118. nu.2. Natt. conſ.406.
num.28.Houded.conſ.92.num.30.lib.1.Cyriac.
controu.146. num 53.& ſeq Card.Mantic.de
tacit.& ambig.conuent.lib.2.tit.1. num.5.* vbi,
14 quod obſeruantia ſubſequuta declaret, qua-
lis fuerit intentio contrahentium, etiam, ſi
talis intellectus eſſet minus verus, & non
tenendus, imò aberraret á regulis Iuris com-
munis, *Caren. reſolut 102. num.9. addent. ad
Ludouiſ.dec.184.num.8. verſ. aduertendum,
Buratt.dec.944. num.6. Archiep.Royas deciſ.
343.num.11.Card.Ottob.dec.156. nu. 20.Bich.
dec.464. nu.18.* tantique obſeruantia valet,
vt recipi debeat intellectus, quem ipſa de-
dit, quàmuis alioquin malus, verborumque
proprietati non omninò conformis, *Gra-
tian.cap.825. num.14. & ſeqq.Peregrin. dec.
Patau.53. num.6. & ſeqq. Hieron.Leo deciſ.
Valent.19. num.3. & ſeq lib.1. Rot.in recent.
dec.608. num.6. part.2. Bich. dict. deciſ.464.
num.19.* Cum præſeferat confeſſionem par-
15 tis, *Roman.conſ.391. ſub num.8. verſ. tertiò
probatur, Dunozett.Iun. dec.829. numer.13.*
non ſecus, ac ſi ità fuerit ab initio conuen-
tum,

tum, *Gratian.cap.716.num.19. verſ.maximè, & ſeq. Ludouic.concluſ.38. illat.121. Amat. reſolut.70. num.19.* Card.*Seraph.dec.599.n.6. Cardin.Celſ. dec.156. numer.7. & deciſ.190. num.5. & ſeq.* vbi, quòd habeat vim nouæ conuentionis.

ARGVMENTVM.

Prælatio eſt concedenda Domino directo in ẽptione rei emphytheoticę, quatenus velit illam pro ſe retinere; ſecus, ſi habeat voluntatem etiam, ex interuallo ad beneficium alterius cedendi.

Ex quibus coniecturis huiuſmodi voluntas deprehendi valeat. Ad ornatum, *l. fin. Cod. de Iur. emphyt.*

SVMMARIVM.

1 *Forma in ſententia præſcripta, eſt præcisè, & ad amuſſim implenda.*

2 *Pro forma cenſetur inductum, quidquid exprimitur cum certis modificationibus, & qualitatibus,*

3 *Sententiam acceptans, omnibus in ea contentis dicitur conſenſum præſtitiſſe.*

4 *Sententia non poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari.*

5 *Præcipuè, quando eſt conditionata, & qualificata, in quo caſu dicitur indiuidua, & vnica.*

Adeòut conditiones, & qualitates ſint partes inſeparabiles à ſententia, ſine quibus Iudex vtique non pronunciaſſet ibid.

Expenduntur iura id comprobantia.

6 *Prælatio, licèt ſit concedenda domino directo in emptione rei emphytheoticæ.*

7 *Huiuſmodi tamen prælatio, eatenus competit, quatenus dominus directus velit rem emphytheoticam pro ſe retinere.*

Secus ſi habeat animũ etiam ex interuallo illam ad beneficium alterius dimittendi ibid.

Declara, vt num.13. & ſeqq.

8 *Reprobatur contraria ſententia* Gaufredi, *vulgò* Collectarii *nuncupati.*

9 *Examinatur* text. in l.fin. Cod. de Iur. emphyt.

10 *Verbum* ipſe *eſt perſonaliſſimum excludens omnem aliam perſonam.*

11 *Expenditur* text. in auth. vt de cætero commut. rer. Eccleſ. circà med.

12 *Retractus prælatiuus vigore ſtatuti, vel* Bullæ Gregorianæ *competens non poteſt alteri cedi.*

13 *Domino directo, eatenus non competit prælatio in emptione, quatenus à principio petat præferri, vt alteri cedat.*

Secus ſi ex interuallo mutata opinione, pro alio velit, vel vendat maiori pretio.

Examinantur, et declarantur dec. Giud. Pap. 411 & Franch. 266.

14 *Intellige, vt huiuſmodi declaratio procedat, quoties, attentis facti circũſtantiis, innoteſcit Iudici, dominum directum petere in principio prælationem ad ſui commodum, vtilitatemq; quamuis, fraude ſemota circà ceſſionem alteri faciendam.*

Secus, quando ex coniecturis, deprehenditur, non petere prælationem ad ſui vtilitatem, ſed potiùs deliberato animo ſtatim alteri cedendi.

15 *Ex coniecturis, & præſumptionibus deprehendi poteſt, dominum directum petentẽ prælationem in emptione rei emphytheoticæ venditæ habuiſſe animum alteri cedendi.*

16 *Iudicis partes ſunt in diligenter ſcrutando, an ſit à principio in domino directo petente prælationem animus alteri cedendi, conſiderando qualitatem perſonarum, rerum, & locorum.*

17 *Animus alteri cedendi rem emptã in domino directo petente prælationem reſultat, quoties in iudicio moto per eundẽ dominũ directum ſuper prælatione, tàm contrà emptorem, quàm contrà venditorem, idem venditor non ſe oppoſuit aduersùs petitam prælationem.*

18 *Voluntas domini directi alteri cedendi rem emptã reſultat ex affectata proteſtatione, quòd velit præferri ad ſui commodum,* ſine tamen præiudicio facultatis liberè de re ſua diſponendi.

19 *Simulatio præſumitur ex cautelis nimis affectatis, et præuentiuis.*

20 *Vineæ Vrbis cum maximo diſpendio coluntur, & potiùs expenſas, quàm fructus afferunt.*

CAPVT CLXXVIII.

SENTENTIA per Ducem Matteium aduerſarium obtenta ſuper prælatione in emptione vineæ Emphytheoticæ, de qua eſt controuerſia, continet in ventre ſpecialem conditionem, *facta, ſcilicet, declaratione, velle præferri ad ſui commodum, & vtilitatem, ac animo continuandi*; Ideòq; nullo prorſus Iure eſt admittenda declaratio per eumdem Ducem facta, cum clauſulis præſeruatiuis, nempè: *ſine præiudicio libertatis, ac facultatis competentis cuilibet Domi-*
1 *no de iure diſponendi liberè de re ſua*; Forma enim in dicta ſententia præſcripta eſt præcisè, & adamuſſim implenda. *cap. cum dilecti*, ibique *Abb. num.5. de reſcript. Menoch. conſil. 243. num.17. Altograd. conſ.100. num.32. & ſeqq. lib.2. Mareſc. var. reſolut. lib.1. cap.68. nu. 5. Card. de Luca de Iudic. diſc.40. nu.74. Card. Caualer. dec.288. num.3. & ſeq. Bich. dec.375. numer.22. Rota in receut. deciſ.325. numer.1. & 6.*

2 Regulare enim eſt, vt quando aliquid inducitur cũ certis modificationibus, & qualitatibus, quidquid ibi exprimitur cenſeatur pro forma datum, *Ancharan. conſ.2. num.11. Decian. conſ.72. nu.24. lib.2. Altograd. conſil. 100. nu.32. lib.2.*

3 Cumque eadem ſententia à Duce fuerit acceptata, omnibus in ea contentis dici debet ſpecificè, conſenſum præſtitiſſe, *l. cum ab vno in princip. ff. de legat.2. l. qui tutelam, ff. de*

Digitized by Google

ff de teſtam.tutel. l.ſi compenſandi, Cod.de hered.inſtit. l.ſi legatario 22. ff.de fideic. libert. cap.officij.de teſtam.Cagnol. in leg.qui cum alio num.9. ff.de reg.Iur. Dec.conſ.209.nu.13. Alciat.conſ.545. num.3. Burgos de Pax conſ.12. num.33. Surd.conſ.60. num.27. Tiraq. de retract.conuent.in fin.ex num.8. cum ſeqq. Mierez de maior. 2.part.qu.4. illat.8. num.65. & duob.ſeqq. & in his terminis Salgad. in labyr. credit par.2. cap.6. num.17. Auendan.in l.44. Taur.gloſ.19. num.1. Mierez de maiorat.2.par. qu.26.num.1. & ſeqq. Molin.de ritu nupt.lib.3. qu.6. ſub num.76 Put.dec.369. alias 359. incipiente in vna Hiſpalen, Larrea dec. Granat. 6. nu.14.

4 Neque eadem ſententia poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari, leg.cum quæritur, ff.de adminiſtrat.tutor.leg. nam abſurdum 7. ff.de bon.libert. l.ſi ità ſtipulatus 39. in fin. ff.de oper.libert.Surd.conſ.52.num 4.& conſ.107.num.1 latè Tiraq.de retract.conuent. in fin.num.8 & ſeqq.Salgad.in labyr. credit. d. p.2.cap.6.num.20.

5 Præcipuè, quando, prout in præſentia eſt conditionata, & qualificata, in quo caſu dicitur indiuidua, & vnica, adeò ut conditiones, & qualitates ſint partes inſeparabiles à ſententia, ſine quibus Iudex prælationem vtique non conceſſiſſet, l. ſi quis aliam 46. ff de ſolut. ibi non accepiſſet rem integram l.cum eiſdem 34. ff. de ædil.edict. ibi: non niſi omnes venditurum fuiſſe, leg. cum quæritur 17. ff.de adm.tutor.l.Caius, ff.de manum.l.fundi partem 79. ff.de contrah. empt. ibi: nam hoc ipſum fundi pretium videtur, quòd eo pacto venditus fuerat, latiſſimè Tiraq.de retract. lignag.§.23 gloſ.1.per tot.& de retract.conuent. in fin.num.1. & ſeqq. Pinell. de bon. matern. lib.1. par.3. num.52. & ſeqq. & lib.2.cap.4. num.1. Gratian.cap.742.num.61.& ſeqq.Surd conſ.217. num.1.& num.6. & 20. & deciſ.33. num.4. & ſeqq.& num.13.Salgad.in labyr.credit.p.2.cap.6.n.21.Giurb.dec.85.nu.13.

Multòque magis, quia forma præſcripta in ſententia circà declarationem faciendam ſuper prælatione ad commodum, vtilitatemque Ducis, ac animo continuandi, eſt conformis receptiſſimæ concluſioni, quòd, licèt
6 Domino directo ſit concedenda prælatio in emptione rei emphytheoticæ, iuxtà notiſſimam ſanctionem l.fin. Cod.de Iur.emphyt, de qua ex recentioribus latè præ cæteris agunt Olea de ceſſion.Iur.tit.3. qu.2. num.18. & ſeqq. Hermoſill.in l.55.gloſ.2.& in l.42. gloſ.2. n.3. tit.5. Donad.de renunciat.cap.30.lib.1.Fulgin. de Emphyt.tit.de alienat.qu.1. Hodiern. contr. 1.num.1.23.& ſeqq. Quemadmodùm Domino feudi ius retractus, & prælationis competit ad feudum alienatum cap.1.§.porrò quæſit.olim feud. Amat.reſolut.16.num.11. tom.1. Olea de ceſſ.Iur.tit.3. qu.2. num.19. verſ.quemadmodum, Oſaſch.dec.156. Criuell. dec. Dolan.106. nu.1. Franch.dec.17. nu.7.

7 Huiuſmodi tamen prælatio, eatenus competat, quatenus dominus directus velit rem emphytheoticam pro ſe retinere; ſecus verò ſi habeat animum, etiam ex interuallo illam ad beneficium alterius dimittendi; prout poſt nobilem deciſ.Guid.Pap.411. optimè præ cæteris firmant Rancbin.in annot.ad d.dec Guid. Pap.Gall.obſer.19. nu 8. lib.2. Caſſan. ad conſuetud.Burgund.tit.de cenſes, §.1. verbo retenue, nu. 1. Petr.Gregor.Toloſ.lib.26. ſintagm. Iur.cap.18. per tot.latè Larrea allegat.120.nu. 80.& ſeqq.& num.29. circa med.Cancer.lib.1 var.cap.11. Cyriac.contr.253. nu.14. Amod. Apont. de laudem.qu.13. numer.6. Vrſill. ad Afflict.dec.238. num.6. Cenc. de cenſ. qu.65. nu.3. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.12. num.37. tom.1. de Marinis reſolut.116. nu.47. lib.2. Epiſc.Ricc.collect.dec.1760. verſ. limitatur ſecundò, circa med. Oſaſch.dec.Pedem.156. num.1. Giurb.dec.51.num.6. & 8. Io. Franc.de Ponte dec.28.num.12. aſſerens, quòd prælatio competat Domino directo, quando verè vult pro ſe emere, non autem, quando ad
8 vtilitatem, & beneficium alterius; Quidquid in contrarium aberrantes à communi ſententia dixerint Io. Gaufred. vulgò Collectarius in cap.potuit 4.col.fin. verſ.quid ſi Dominus fingit.nu.48. extrà de locat.Caſtr. conſ.335. Cyriac.contr.254.nu.14.

9 Prædicta verò concluſio remanet comprobata, non ſolùm ex d.leg.fin. Cod.de Iur. Emphyt. ibi: ipſum Dominum omninò hoc comparare, ponderata dictione ipſum vtpotè per-
10 ſonaliſſima, excludente omnem aliam perſonam, gloſ.in §.fuerat, verbo ipſa inſtit. de act. ibi: uis facienda eſt in eo, quod dicit ipſas nam alios non admittit, Bald.conſ.304. num.1. in fin.lib.5. Roland.conſ.59. num.27. & ſeqq. lib.3. Menoch. conſ.82. num.158. Soccin.Sen. conſ.250.num.5. lib.2.Cephal.conſ.43. num.8. lib.1. Curt.Iun.conſ.144. nu.42. Pereir. de extinct.Emphyt.cap.13. nu.34. Mandoſ.in reg. 34.Cancell.qu.96. num.5.Gratian.cap.104.nu. 13.& cap.145.num.5. Melch.Phcb dec.Luſit.4 num.7. & in his terminis poſt Tiraq. & alios aduertit Olea de ceſſ.Iur.tit.3. qu.2.numer.21. Larrea alleg.120. num.17. & ſeqq. Arias de Meſa var.lib.1.cap.21.numer.11.Franc.Marc. dec 2.part.1.Guid.Pap.dec.411.nu.1.

Sed clariùs ex textu in auth. vt de cætero
11 commutat.Eccleſ.rer. circ. med. ibi: vt perpetuò apud Imperium maneant; optimèque conferunt ea, quæ in proximis terminis dicuntur de retractu prælatiuo vigore Statuti, vel
12 Bullæ Gregorianæ competentis, vt non poſſit per retrahentem alteri cedi Ruin. conſ.72. lib.1. Tiraq.de retract.conuent.§.1.gloſ.6.n.25. Larrea allegat.120. nu.19. Vrſill. ad Afflict. dec.238. num.6. Iacob.Nouell.de Iur. prothom.

§.5.

Digitized by Google

§.5. num.49. aliiſque pluribus allegatis, Olea de ceſſ. Iur. tit.3. qu.2. numer.18. & ſeqq. Ciroce. diſcept.29. nu.70. cum retrahens ſibi debeat retrahere, non in fauorem alterius, nã id eſſet in fraudem emptoris, Gaill. obſeruat. 19. num.10. lib.2. Coſta de ration. rat. q.100. num.3. verſ. primum, Boer. ad conſuet. Britturicenſ. tit. de retract. ligniag. §.3. verſ. quia conſuetud. Epiſc. Ricc. collect. deciſ.1760. verſ. limitatur ſecundò, Rocc. reſponſ.6. num.4. verſ. quartum requiſitum, lib.2. Guid. Pap. deciſ. 411. num.1. Giurb. obſeru.46. nu.20. et dec.51. num.5. & 10. Gizzarel. dec.6. num.12. ibique de Mari. in add. nu.26. Capyc. Latr. deciſ.57. num.43.

13 Neque ſuperiori loco firmatis aduerſari poterunt deducta per Franch. dec.226. nu.5. verſ. ſecundò ex alio, aſſerens poſt Frecc. de ſubfeud. in auctor.38. in fin. Tiraq. de retract. lignag. §.26. in gloſ.1. num.44. verſ. tamen in hoc iure, Amod. de Ponte de laudem. qu.13. quòd prædicta deciſio Guid. Pap. procedat, quando, nempè directus dominus à principio petit præferri, vt alteri cederet, ſecus ſi ex interuallo, mutata opinione, pro alio velit, vel vendat maiori pretio; quam etiam declarationem poſt eumdem Franch. ſectantur Hodier. ad Surd. dec.39. num.6. Larrea alleg.120. nu.28. Ciarlin. controu.121. num.56. Io. de Xart. dec. Sardin.12. nu.2.

14 Nam declaratio per Franch. adducta fortè procederet, quoties, attentis facti circumſtantiis, innoteſcit Iudici; dominum directum petere à principio prælationem ad ſui commodum, vtilitatemque, qualibet prorſus fraude ſemota circà ceſſionem alteri immediatè faciendam.

Secus verò, quando, prout in præſenti themate, ex infrà perpendendis vrgentiſſimis præſumptionibus, & coniecturis, ſatis liquidò deprehenditur dominum directum reuera non petere prælationem ad ſui vtilitatem, ſed potiùs deliberato animo ſtatim cedendi venditori, quem fortè pœnituit vineam vendidiſſe. Hoc enim caſu, quando conſtat de huiuſmodi fraude, maloque animo domini directi, declaratio per Franch. adducta nullo prorſus iure eſt admittenda, neque in hoc caſu loquitur; prout rectè aduertit idem Freccia per eumdem Franch allegatus de ſubfeud. lib.2. auctorit.38. propè fin. ibi: ſi verè conſtaret, non in fraudem à principio id egiſſe Dominum, idemque firmat ex aduerſo laudatus Cyriac. controu.253. num.14. in fin. vbi quòd concurrente fraude opinio Guid. Papæ, illique adhærentium ſit admittenda ſine hæſitatione, & controuerſ.254. num.25. eamdemque fraudem ab initio abeſſe ſupponit Amod. de Pont. de laudem. qu.13. Tiraq. de retract. lignag. §.26. gloſ.1. num.44. qui potiùs reſidet in contraria ſententia in num. ſeqq. idemque etiam firmant Nouell. de Iur. prothomiſ. §.5. num.49. Marcell. Marcian. conſ. 5. num.56. lib.1. Larrea alleg.120. nu.20. poſt. med. verſ. & valdè notanda, Ciarlin. controu. 121. num.56. verſ. oportet, lib.2. Rocc. reſponſ. 6. num.4. lib.2. de Marin. reſolut.116. nu.47. lib.2. Capyc. Latr. dec.57. nu.43. & ſeq.

Ceſſatque omninò quælibet difficultas; ſtantibus claris verbis ſententiæ, quæ concedit prælationem, quatenus dominus directus declaret, ſe velle præferri ad ſui commodum, & vtilitatem, ac animo continuandi; ideòque præcisè requiritur perſeuerantia iuxtà auctoritates ſuperiori loco allegatas, quibus Iudex voluit ſe cõformem reddere.

15 Nõ poteſt autem hæſitari, quin Dominus directus habuerit animum dimittendi vineã venditori; id .n. ſatis apertè ſuadent plures circũſtãtię, & coniecturę inferiùs recensẽdæ, ex quibus cõcludenter probari poteſt, eumdem dominum directum, non ad ſui vtilitatem, ſed pro alio velle retrahere; prout benè in his terminis aduertunt Afflict. de Iur. prothomiſ. §.4. num.8. & ſeqq. vbi latiſſimè Benadell. eod. tract. §. ideòque illi, num.6. Nouell. ſimili tract. §.5. num.49. Marcian. Sen. conſ. 5. num.56. lib.1. Tiraq. de retract. lignag. §.26. gloſ.1. num.40. Rocc. reſp.6. num.4. lib.2. de Marinis reſolut.116. num.47. propè fin. lib.2. Giurb. dec.51. num.11. aſſerens, quòd partes
16 Iudicis ſint in diligenter ſcrutando, an adſit à principio in domino directo petente prælationem animus alteri cedendi, conſiderando qualitatem perſonarum rerum, & locorum, Capyc. Latr. dec.57. nu.43. & ſeqq. Verall. dec.143. per tot.

17 Initio igitur illa nobis ſe offert, quia in Iudicio per Dñm directũ moto ſuper prelatione tàm cõtrà emptorẽ, quàm cõtrà venditorẽ rei Emphyteoticæ, idem venditor ne quidem verbum dixit opponendo ſe aduersùs petitam prælationem, ex quo reſultat nimis vrgens præſumptio colluſionis inter Dominum directum, & venditorem, l. quia autem § non ſuppliciter, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Cephal. conſ.759. num.1. & ſeqq. & numer.5. lib.5. Peregrin. conſ.84. num.16. verſ. & ad colluſionem, lib.3. Caren. reſolut.169. num.33. Card. Mant. dec.146. num.5. Rot. in recent. dec. 23. num.3. part.1. & in terminis pro elicienda probatione, quòd retractus pro alio fuerit petitus hanc coniecturam ponderauit Verall. dec.143. num.1. & ſeqq. ſignanter nu.4. ibi: Tertia fuit, quia Antonia plurìes citata numquam comparuit.

18 Secunda coniectura, optimè deſumitur ex ipſamet proteſtatione per Dominum directum nimis affectatè emiſſa, in qua declarauit, ſe velle præferri ad ſui commodum, & vtilitatem, ſine tamen præiudicio libertatis, & facultatis competentis cuilibet domino de

no de

no de iure diſponendi liberè de rę ſua, ex qua protestatione potiùs augetur ſuſpicio fraudis, maluſque animus alteri cedendi iuxtà monitum *Bald.in cap.1.§.hoc quoque, ſub nu. 19.de neceſſ.feudor.* recteque conferunt, quæ in ſimili dicuntur, quod ex cautelis nimis affectatis, & prævenientius, quibus partes plus æquo ſollicitæ cautiùs ſibi voluiſſe proſpi-
19 cere appareat, præſumatur ſimulatio, *leg.ſi quis ſub conditione,ff.de condit.inſtit.Iaſ.in leg. teſtamentum, num.3. & 4. Cod.de teſtam. & conſ.170. num.1. lib.2.Barbat.conſ.1. num.34. lib.1.Surd.conſ.327.nu.4. Becc.conſ.213.num. 45. lib.2. Menoch lib.3.præſumpt.122. nu 67. Farinac.de falſit.& ſimulat.qu.162.num.155. & 163.part.4.* Noverol.alleg.10.num.33.Cardin.de Luca *de alienat.diſc.29. num.17. Rot, in rec,dec.283.nu.10.p.5.*

Tertia tandem coniectura, omiſſis aliis, reſultat, quia ſatis inveriſimile videtur, Ducem affluentem delitiis celeberrimorum viridariorum, habere animum retinendi rudem, incultamque vineam pro ſe, cum magno eius diſpendio, prout vnicuique eſt notum accidere in cultura vinearum Vrbis; quæ potiùs expenſas, quam fructus afferunt *Card.de Luca de ſeruit.diſc.75. nu.5.*

Ex quibus omnibus, ſaltem inſimul ponderandis, apertiſſimè deprehenditur, re vera Dominum directum petiiſſe ſe præferri in emptione vineę Emphytheoticæ animo illam ſtatim cedendi venditori, quod ex allegatis nullo iure eſt permittendum.

Iuxtà firmata fuit deciſum in Curia Capitolina per Capitaneum appellationis.

ARGVMENTVM.

Pœna aureorum mille à Reg. *Pragma.* 4. *de ictu ſcopittæ* iuxta nouiſſimam editionem indicta, ſtatim patrato delicto cum armis igneis, exigi nullo iure valet contrà hæredes, mortuo delinquente, antequam cõtumax legitimè habeatur; Affertur duplex potiſſima ratio, ob quam eiuſdem pœnę exactio, licet ſtatim Fiſco poſt delictum quæſitæ, nihilominus ad tempus cõtractæ contumaciæ conferatur; Ad intellectum eiuſdem *Pragmaticæ*.

SVMMARIVM.

1 *Traditur diſpoſitio* Regiæ Pragmaticæ 4. *in ordine* ſub titulo de ictu ſcopittæ, *imponens pęnam aureorum mille delinquentibus cum armis igneis.*

2 A Statuto, vel Pragmatica ſanctione *quoties aliquod de nouo inducitur cum certis modificationibus, quidquid ibi exprimitur, dicitur eſſe de forma preciſè ſeruanda.*

3 *Forma à ſtatuto cenſetur inducta, quoties diſponit per prius, & poſterius.*

4 *Forma ſubſtantialis ſemper cenſetur inducta à* Statuto, ſeu Pragmatica ſanctione; *ità vt quidquid ab illa diſponitur, de forma, & ſubſtantia eſſe dicatur.*

5 *Statuto cum certa qualitate loquenti non poteſt eſſe locus, niſi qualitas expreſsè verificetur, & probetur.*

6 *Statutũ, quoties eſt pęnale, ſtrictiſſimè debet intelligi, omninò reiecta qualibet extenſione, etiam ex identitate, vel maioritate rationis reſultante.*

7 *Idque, etiam procedit in pęnis impoſitis per* Conſtitutiones Regni Neapolitani.

8 *Pęnę pecuniarię, eatenus tràſeunt exigiq; valent aduerſus hæredes, mortuo delinquẽte, quatenus contrà ipsũ adhuc viuentẽ fuerit lis legitimè cõteſtata, excepto repetundarum, Maieſtatiſque iudicio.*

Expenduntur Iura in l. ex Iudiciorum 20. ff.de accuſat.l penales actiones 32. ff ad leg. falcid §.non autem in fin. verſ.penales inſtit. de perpet. & temporal. act.

9 *Conteſtatio litis in reo abſente inducitur per contumaciam legitimè contractam.*

10 *Pęnæ pecuniariæ non valent exigi contrà hæredes, mortuo delinquente, niſi lite contrà eundem per contumaciam legitimè conteſtatũ; etiam ſi ſtatutum imponat pęnam ipſo iure, vel ſtatim incurrendam.*

Adeout mortuo delinquente non poſſit proferri ſententia declaratoria, qua decernatur incidiſſe in pęnam in damnum hæredum.

11 *Affertur contraria ſententia affirmans, quòd, quoties à lege, vel ſtatuto reperitur ſancitũ, vt patrato delicto pęna ipſo Iure, vel ſtatim intelligatur quæſita Fiſco, poſſit contrà heredes pęna exigi, mortuo delinquente, licèt cum illo lis non fuerit conteſtata.*

Quando confiſcatio fit ipſo iure, mors non extinguit pronunciatum, neque pronunciandum impedit.

12 *Intellige, vt hæc ſentẽtia poſſit procedere in ſtatuto ſimpliciter indicente pęnam ipſo iure.*

Secus, quando vlteriùs progreditur referens omninò exactionem penæ faciendam ad tempus contumaciæ contractæ, atque adeò ad litis conteſtationẽ ex eadem reſultantem.

13 Pragmatica 4. de ictu ſcopittæ *ob quam cauſam diſpoſuit, vt pæna aureorũ mille impoſita ſtatim patrato delicto, non valeat exigi, niſi poſt contumaciam legitimè contractam.*

14 *Pęna aureorũ mille indicta à* Pragmatica, *an debeatur, quando poſt contumaciam contractam fuit reus tortus, compilatoque proceſſu poſt torturam, non fuit confeſſus, ſed liberatus in forma.*

15 *Teſtes recepti ſuper inquiſitione, delinquente non citato, nullam prorsùs fidem faciunt contrà ipſum, licèt ſint mille.*

16 *Teſtium depoſitiones, adhoc, vt valeant reum ar-*

arguere de crimine, pernecesſè omninò eſt, vt ipſo reo citato, repetantur.

17 *Huiuſmodi repetitio eſt de forma ſubſtantiali, adeòut per æquipollens adimpleri non valeat.*

18 *Repetitio ſuppleri poteſt per contumaciam in reo abſente.*

19 *Repetitio teſtium, reo citato, adeò eſt neceſſaria, vt ea omiſſa, licèt reus fateatur, & torqueatur, nulla ſit confeſſio.*

20 *Teſtium depoſitiones, licèt fuerint factæ in tormentis, nullo modo nocent, neque præiudicant reo, niſi ipſo citato, repetantur.*

21 *Nomen accuſati abſentis non poteſt dici receptum inter reos, niſi in primo termino contumaciæ; cum contumacia in hoc ſuccedat loco conteſtationis litis.*

22 *Contumacia vnius ſocij criminis, præcipuè in criminalibus, licèt cauſa ſit vna, eadem, & indiuidua, nullo modo officit, neque præiudicat alteri ſocio.*

23 *Contumacia vigore dictæ* Pragmaticæ 4. de ictu ſcopittæ, *eſt requiſita de forma, adhoc vt poſſit exigi pęna pecuniaria aureorum mille.*

24 *Forma, quoties à Iure eſt tradita, præcipuè in ſtatutis odium redolentibus, vtpotè pęnalibus, debet adimpleri ſpecificè, & formaliter; non autem per æquipollens.*

25 Pragmatica 4. de ictu ſcopittæ, *ideò decreuit, vt pęna aureorũ mille, ſtatim patrato delicto, intelligatur applicata in beneficium Fiſci, licèt exactio fuerit collata ad tempus contumaciæ, vt Fiſcus immediatè poſt crimen acquirat ius in bonis delinquentis.*

26 *Alienatio bonorum regulariter reo nõ interdicitur poſt crimen contractum, & antè ſententiam.*

27 *Pęnis Fiſcalibus creditores præferuntur.*

28 *Fiſco nullum ius competit pro pęna in bonis delinquentis antè condemnationem.*

29 *Quinimò, neque poſt condemnationem, quatenus eſt reſpectu creditorũ ex cauſa oneroſa, & in eorum præiudiciũ nullam Fiſcus habet hypothecam.*

30 *Pęna vbi apponitur ſtatim, ſeu ipſo iure, patrato delicto, ſequuta demum ſententia declaratoria, retrotrahitur ius hypothecæ in beneficium Fiſci ad tempus commiſſi criminis.*

31 *Reus, ſi deceſſit conuictus, vel confeſſus, nõdum tamen per ſententiam damnatus, pęna non tranſit contra hæredes, cum lex adhuc effectum requirat pro forma condemnationem rei per ſententiam.*

32 *Refertur, & commendatur inſignis locus* Facchinei

CAPVT CLXXIX.

CVM Regia Audientia Calabriæ Vltrà citauerit ad informandum, & capitula (prout moris eſt in Regno) Ioannem Leonardum Schipano ob prętenſum homicidium cum armis igneis in perſonam Ioannis Baptiſtæ Caſtagna, illoque habito contumace, proceſſerit ad exequtionem nonnullorum bonorum ſtabilium ob pęnam aureorum mille á Regia Pragmatica indictam, deindèque citationem relaxauerit ad foriudicandum, aduersùs quam per excuſatores fuerunt propoſitæ aliquæ nullitates, expediteque prouiſiones M. C. V. quibus eidem Regiæ Audientiæ, fuit demandatum, vt ſi ſententia foriudicationis non fuerit lecta, lata prouideat ſuper nullitatibus, & ſi decreuerit, illas eſſe reiiciendas, tranſmittat acta, & per dies non procedat. Cumque eadem Regia Audientia fuerit in voto nullitates non obſtare; verùm pro obſeruantia prouiſionum tranſmittantur acta ad Magnã Curiam, in qua cũ per viã grauaminis fuerit cauſa introducta, nonnullis alijs nullitatibus propoſitis, fuit decretum, nullitates obſtare, ac proindè mandatum, vt iterum prædictus Ioannes Leonardus citetur, vnà cum ſocijs in crimine, pro cuius decreti exequtione fuerunt ab ipſa Magna Curia relaxatæ citationes ad informandum, & capitula, quæ cum ad Regiam Audientiam fuerint tranſmiſſæ, non potuit idem Ioannes Leonardus citari, cum diem ſuum morte præuentus obierit, adeòut contumax reputari non valuerit.

Huiuſmodi facti ſerie præmiſſa, quam Fiſcus, vtpotè indubitatam inficiari non poterit, iuri quidem optimo innixus Dominicus Schipano frater, & hæres dicti Io: Leonardi prædefuncti petit, vt relaxentur à Regio Fiſco vnà cum fructibus perceptis nonnulla bona immobilia exequta à Regia Audientia Calabriæ Vltrà pro pęna aureorum mille, ex quo prædictus Ioannes Leonardus nunquàm potuit dici legitimè contumax, cum contumacia in Regia Audientia contracta fuerit per appellationem extincta, imò decreto ipſius Magnæ Curiæ declarata nulla, atque adeò de ea nulla prorsùs eſt habenda ratio, morteque preuentus, neque etiam in Magna Curia potuit contumax reputari, proindèque pęna aureorum mille nullo prorsùs iure à fiſco exigi valet.

Cum enim Regiæ Pragmaticæ diſpoſitio-
1 ne ſub *titulo de ictu ſcopitta* 4. in ordine iuxtà nouiſſimam compilationem editam ſũmo labore, iudicio, & induſtria, eruditiſſimi *D. Blaſij Altimari* omni ſupremo Magiſtratu digni, non ſolùm ob huiuſmodi editionem, ſed etiam ob eius egregia opera Typis tradita cum maximo Reipublicæ litterariæ commodo, vniuerſaliq; commẽdatione, ſatis liquidò reperiatur ſancitum, quòd pęna aureorum mille exigi valeat poſt contumaciam contractam, vbi quis armis igneis homicidium patrauerit: ibi, *Oltre delle pene corporali nelle Regie Prammatiche ſtabilite incorrano in pena pecuniaria di docati mille, la quale s'intenda applicata al Regio Fiſco ſtatim dopò commeſſo il delitto, e poſſa eſigerſi, fatto, che ſarà il delinquente contumace.*

Hinc oritur, vt quoties, prout in themate

te, de quo diſceptatur, ante contumaciam,
legitimè contractam mors ipſius delinquen-
tis fuerit ſequuta, nullatenus Fiſcus agere
valeat aduersùs hæredes eiuſdem delinquen-
tis præmortui pro dictæ pęnæ exactione, cum
Regia Pragmatica reperiatur ſancitum, vt
reo habito contumace, pęna exigi valeat.

Regulare enim eſt, vt quoties à ſtatuto,
2 vel Pragmatica ſãctione aliquid de nouo in-
ducitur cũ certis modificationibus, quidquid
ibi exprimitur dicatur eſſe de forma præcisè
ſeruanda, vt ſingulariter docet *Ancharan.*
conſ.142 Dec.conſ 528. in fin. quos refert, &
ſequitur *Rouit.in Pragm de perſequen.malefac.*
num.17.

Eademque forma, etiam cenſetur indu-
3 cta: Tũ, quia Pragmatica diſponit per prius
& poſterius: ibi *fatto, che ſarà il delin-*
quente contumace, quod idem præſeferre vi-
detur, ac ſi dictum fuerit, poſtquàm delin-
quens fuerit contumax effectus, cum ordo
conditionem inducat, *l.ſi inter illam, ff. de*
verb.obligat.gloſ.ſingularis, in l.ſi ita 46.§.vl-
timo, verbo *nupſiſſet, ff. de legat.2.* Et condi-
tio formam iuxtà receptam theoricam *Bald.*
in l.1.num.8.verſ.ex dictis ergo,Cod.ne lic.tert.
pronoc.Felin.in cap.cum dilecta ſub num.6.verſ.
ſextum ſignum de reſcript.Cephal.conſ 421.nu.
33.verſ.tertiò conſtitutio, Menoch.conſ.148 n.
27.Pariſ.conſ.19.num.6.& 8.lib.2 Altrograd.
conſ.46.num.3.4.& 14.lib.1.Lotter.de re bene-
fic.lib.2.qu.31.num.16.Rot.in recent.dec.515.
numer.3.part.1.& deciſ.167. numer.6. part.2.
Duran.deciſ. 205.num. 7.& ſeq. Buratt. dec.
14.nu.5.

Tum etiam, quia forma ſubſtantialis ſem-
4 per cenſetur inducta, á Statuto, ſiue Pragma-
tica ſanctione, itaut quidquid ab illa diſponi-
tur de forma, et ſubſtantia eſſe dicatur, iu-
xtà monitum *Bartol.in l.comparationes, num.*
8.Cod. de fid. inſtrum. Surd. conſ.124. num.12.
Decian.conſ.72.num.27.lib.2.Molin.de primog.
Hiſpan.lib.2.cap.7.n.3.

Atq; adeò Pragmaticæ cũ certa qualitate
5 cõtumaciæ loquẽti nõ poteſt eſſe locus, niſi
qualitas expreſſa verificetur, & probetur *l.*
mãcipia,C.de ſeru.fugit.Bartol.in l.1.§.quod au-
tem prætor. ff.nè quid in flumin.public.Bald.in
l.in cauſis, Cod de accuſat.Corn.conſ.144.num.
2.verſ.& qui ſe fundat lib.1. Cephal.conſ.156.
in fin.Hondcd.conſ.15.num.1, lib.1. Surd. conſ.
248.num.19.& dec. 39. num.1.& ſeq.& dec.
305.num 41.Oſaſch.dec.20. num.9. & in pro-
ximis terminis *Merlin.controu.47. n.12.lib.1.*

Præcipuè quia, cum Pragmatica ſit pęnalis,
6 odiumque redoleat, ſtrictiſſimè eſt intelligẽ-
da, *l.conſtitutionibus, ff.ad municip. Maſcard.*
de ſtatut.interpret concl.4.nu.1.& ſeq. Merlin.
dict.controu.47.num.7.lib.1.Surd.dec.191.num.
6. omninò reiecta qualibet extenſione, etiam
ex identitate, vel maioritate rationis reſul-

tante, *§.penult.* ibique *gloſ.* verbo *quoniam,*
Authẽt.de admin.offic.in Sac.Palat.Bald.in l.1.
Cod.de patrib.qui fil. diſtraxer, Boſſ de pęn.
num.15.Farinac.qu.135.num.133.Villagut.de
extenſion.legum.tit.de extenſ.l. corret.& pęn.n.
91.& ſeq.Gaill.lib.2.pract.obſer.cap.124.num.
8. & in ſpecie pęnæ impoſitæ per Conſti-
7 tutiones Regni ex doctrina *gloſ.in* Conſtitu-
tione *pęnam eorum, & Iſern. in conſtit. proſe-*
quentes docet *Gramm. dec.28.nu.29.& duob.*
ſeqq.Merlin.dict.controu.47.n.10.lib.1.& con-
trou.21.n.21.lib.2.

Multòque magis, quia eiuſdem Prag-
maticæ diſpoſitio eſt omninò conformis iuri
communi, quo ſancitum reperitur, vt pęnæ
8 pæcuniariæ, eatenus trãſeant, exigiq; valeant
aduersùs hæredes, mortuo delinquente, qua-
tenus contra ipſum adhuc viuentem fuerit
lis legitimè conteſtata, excepto repetunda-
rum, & Maieſtatis iudicio, prout ſunt iura
indiuidualia in *l.ex iudiciorum 20.ff. de accu-*
ſat. ibi: *ex iudiciorum publicorum admiſſis,*
non aliàs tranſeunt aduersùs hæredes pęnæ
bonorum ademptionis, quàm ſi lis conteſta-
ta, & condemnatio fuerit ſequuta, excepto
repetundarum, & Maieſtatis iudicio, l.pæna-
les actiones 32. ff. ad leg. falcid. ibi: *Pænales*
actiones, ſiue legitimę, ſiue honoraria, exceptis
popularibus in bonis actoris, non ideò minus
computandæ ſunt, quia morte reorum intercide-
re poſſunt, ibique *gloſ.* verbo *detrahunt*, & ver-
bo *reorum, §. non autem in fin.verſ. pænales in-*
ſtitut. de perpet. & temporal. act. ibi; *pęnales*
actiones, quas ſupra diximus, ſi ab ip-
ſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ,
& hæredibus dantur, & contra hæredes tran-
ſeunt, Foller.in prax. crim. tit. ſiat conteſtatio
ſub.num.10.Danza de pugna Doctor.tom.3.cap.
5.nu.18.

9 Conteſtatio autem litis in criminalibus in
reo abſente inducitur per contumaciam le-
gitimè cõtractam, prout in ſpecie firmant
pro abſoluto abſque vllo prorſus contradi-
ctore *Ducnn. regul.13. in 7 fallentia, Fari-*
nac. alios referens *in princ.tit.de inquiſit. qu.*
10.num.51 ad fin.Clar.in §.fin. qu.14. nu.13.
verſ. ſi verò reus non eſt detentus, Sanfelic.
dec.237.ſub num.11. Danza de pugn. Doct.
tom. 3.tit. de minor. in delict. excuſ. cap.5.
n.18.

10 Huiuſmodi verò concluſio ſibi locum vin-
dicat, etiam ſi ſtatutum impoſuerit pęnam
ipſo Iure, vel ſtatim incurrendam; adhuc
enim; ſi lis contrà reum defunctum non fue-
rit legitimè per contumaciam conteſtata,
non poteſt proferri ſententia declaratoria;
qua decernatur, incidiſſe in pęnam in dam-
num hæredum, iuxtà veriorem, magiſque re-
ceptam ſententiam, quam, omiſſis pęnè in-
numeris, qui poſſent laudari, firmant præ-
ceteris *Iaſon.in l.2.§.quod ait Prætor. ff.quod*

Digitized by Google

quiſq. Iur. Ign. in l. Caius, ff. ad Syllanian. Ripa in l fin. col. vlt. Cod. de reuocand donat. Curt. Sen conſ. 60. num. 18. Crauett. conſ. 983. nu. 31. Berouſ. conſ. 154. nu. 5. lib. 3. Boſſ. in tit. de accuſat. num. 34. & in tit. de Crim. laſa Maieſt. num. 76. & in tit. de ſenteut. nu. 49. Clar. referens ità *Mediolani deciſum in § fin. qu. 51.*

11 Et quàmuisnon ignorem, in contraria ſententia nonnullos reſidere affirmantes, quód, quoties à lege, vel ſtatuto reperitur ſancitum, vt ſtatim patrato delicto, prout in dicta Pragmatica, quod idem eſt, ac ipſo iure, intelligatur pęna eidem fiſco quæſita, poſſit eadem pęna exigi contra hæredes, mortuo delinquente, licèt cum illo lis non fuerit conteſtata, atque adeò, quòad effectum ademptionis bonorum proferri valeat á Iudice ſententia declaratoria criminis commiſſi, citatis hæredibus, qua declaretur, ex tunc retrò reum incidiſſe in pęnas ipſo iure à lege indictas, prout poſt originalem doctrinam *gloſ. in l. 3. §. quod ait. ff. quod quiſq. Iur.* firmant *Bart. in l. 1. num. 8. Cod. ex delic. defun. hæred. conuen.* ibique *Donell. nu. 63. & 67. & in l. 1. num. 2. verſ. item extrà gloſ. ff. de priuat. delict. & in l. ex Iudiciorum, ff. de accuſat. Bald. in l. 1. num. 6.* ibiq; *Angel. col. 2. Cod. ne ex delict. defunct. & in rubr. Cod. ſi pend. appellat.* aſſerens, quòd, quando confiſcatio fit, ipſo iure, mors non extinguat pronunciatum, neque pronunciandum impediat, *Salicet. in l. vnic. Cod. ex delict. defunct. Parpal. in l. ſi quis maior. Cod. de tranſact. Igneus in l. Caius num. 22. in fin. ff. ad Syllanian. Aretin. in §. non autem, num. 7. verſ. ſecundo caſu Inſtit. de perpet. & temporal. præſcript.* latiſſimè *Felin. in cap. Rodulphus, num. 48. & ſeq. extrà de reſcript. Soccin Iun. conſ. 68. num. 38. lib. 3. Berous conſ. 176. num. 93. Menoch. conſ. 99. nu. 158. lib. 1. Eugen. conſ. 21. num. 16. lib. 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam,* verbo *reuertatur, num. 298. Cod. de reuocand. donat. Boſſ. in tit. de ſenteut. ſub numer. 47. & ſub tit. de pæn. num. 34. Clar. in § fin. qu. 51. verſ. ſciat autem, Farinac. in Prax. tit. de Inquiſit. qu. 10. num. 68. Cartar. de exequut. ſent. capt. baunit. cap. 1. numer. 353. Gomez var. reſolut. tom. 3. cap. 2. de delict. num. 80. verſ. ſextus caſus, Caball. reſolut. crimin. part. 3. caſ. 298. nu. 5. Peregrin. de Iur. fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 7. & 12. verſ. verum, & ſeqq. Rocc. de offic. §. 9. pęna ſtatutæ contrà extrahentes res vetitas, num. 49. & ſeqq. Iaffred. deciſ. 391. Rouit. deciſ. 64. numer. 10. & ſeq.* aſſerens, hanc eſſe limitationem ad regulam, quòd pęna delinquentium tranſeat ad hæredes, lite non conteſtata cum defuncto, aliique relati per *Danzam in pugna Doctorum tom. 3. tit. de minor. in delict. cap. 5. num. 5. & ſeqq.*

Idque ea potiſſimùm ratione, quia quemadmodùm pęna tranſit ad hæredes, reo mortuo poſt latam ſententiam cōdemnatoriam, *l. ex Iudiciorum, in princip. ff. de accuſat.* latè *Farinac. d. qu. 10. nu. 45.*

Ità etiam pęna tranſire debet ad hæredes; quādo imponitur à lege ipſo Iure; quia tunc ſententia dicitur lata non ab homine, ſed à lege, quod eſt plus *Burſatt. conſ. 77. Eman. Suarez recept. ſentent.* verbo *pæna, quæ ipſo iure* latè, *Farinac. d. qu. 10. nu. 68.*

12 Nihilòminus, ea eſt adhibenda animaduerſio, quòd Interpretes proximè laudatī huiuſmodi quæſtionem diſputarunt in ſtatuto ſimpliciter indicente pęnam ipſo iure, vtrum exigi valeat, lite cum reo defuncto non conteſtata, lata ſententia declaratoria, citatis hæredibus, qua declaretur, reum incidiſſe in pęnam ipſo iure impoſitam, quæ diſceptatio fruſtratoria ſanè eſt in caſu noſtræ Pragmaticæ, neque vllo prorſus modo conuenit; non enim eadem Pragmatica indixit ſimpliciter pęnam, ſtatim patrato delicto, prout eſt caſus, quem ſibi propoſuerunt Doctores diſputandum, ſed vlteriùs progreditur, referens omninò exactionem pęnæ faciendam ad tempus contumacię contractę, atque eadem ſatis liquidò diſponit, vt nonniſi lite per contumaciam conteſtata, valeat Fiſcus ad pęnam agere, & quàmuis pęnam ſtatim impoſuerit poſt patratum delictum, voluit nihilòminus ſe conformem reddere, cum diſpoſitione iuris communis præcisè requirentis litis conteſtationem cum reo defuncto, vt pęna aduersùs hæredes tranſeat ex iuribus ſuprá allegatis; Si igitur Pragmatica, literis pluſquàm cubitalibus contumaciam rei requirit, quod ex ſupra firmatis, idem eſt, ac litis conteſtationem, vt pęna aduersùs hæredes tranſeat, non video, quomodo poſſit tam aperta diſpoſitio in quęſtionem verti, & fruſtratoriam, omninò que extraneam puto inſpectionem illam, cui potiſſimùm Fiſcus innititur, quòd litis conteſtatio cum reo defuncto non requiratur, pęna ipſo iure indicta, quam Pragmatica expreſſiſſimis verbis expoſcit.

Inſuper exiſtimo, quòd, cum Regiū Collaterale Conſilium præuiderit, vt inter Doctores fuerit acriter diſceptatum, vtrum pęna exigi valeat contrà hæredes, lite cum defuncto non conteſtata, quoties ſtatutum indicit pœnam ipſo iure incurrendam, ad dirimendam huiuſmodi quæſtionem, poſt quám diſpoſuit vt pęna aureorum mille, intelligatur quæſita in beneficium Regii Fiſci, ſtatim patrato delicto, immediatè ſubſequitur declaratio pręcedentis diſpoſitionis, vt non niſi reo habito contumace, quod idē eſt, ac lite conteſtata, pęna exigatur.

13 Ratio autem, ob quam prædicta Pragmatica decreuit, vt non niſi reo reputato contumace, pęna exigatur, eam eſſe arbitror,

tror,

tror, quem affert *Sanfelic. in add. ad dec.277.* iuxtà impreſs. Lugdun qui expendens uerba eiuſdē Pragmaticę, ibi: *commeſſo il delitto*, rectè aduertit, Fiſcum non poſſe agere ad pœnā, niſi conſtito de delicto per liquidiſſimas probationes, *l. ſciant cūcti*, *C. de probat.* cumq; per contumaciā rei, accedentis Iudicis contemptu, ſit aliquo modo plenè probatum delictum; adeòut Fiſcus videatur ſtare in probatis; hinc oritur, vt Regia Pragmatica requiſiuerit contumaciam rei, vt Fiſcus ad pęnæ exactionem agere valeat.

Aliamque rationem idem *Sanfelic.* adduci, ex quo, cum pęna aureorum mille ſit impoſita in augmentum pęnæ delicti, atque adeò tamquàm quid acceſſorium ad delictū, & ad aliam pęnam, extincto delicto per mortem, præcipuè lite cum reo non conteſſtata, ceſſare debeat etiam pęna pecuniaria, quæ eſt acceſſoria argumento *text. in cap. acceſſorium de regul.* Iur. in 6.

14 Eademque *Sanfelicij deciſio* mirificè deſeruit ad confirmationem indubitabilem quæſtionis; de qua eſt ſermo; diſputat enim in terminis dictæ Pragmaticæ, an debeatur pęna aureorum mille, quando poſt contumaciam contractam fuit reus tortus, compilatoque proceſſu poſt torturam non fuit confeſſus, & liberatus in forma, & affert argumenta, tám pro reo, quàm pro fiſco; & licèt caſum non referat deciſum; videtur tamen adhærere pro reo ex rationibus per ipſum allatis; ſi igitur, licèt fuerit contumacia legitimè contracta, adhuc reo liberato fuit dubitatum, vtrum fiſcus poſſit pęnam exigere; quomodo ergo in caſu; de quo agitur, in dubium verti poterit, vtrum pęna exigi valeat, reo nondum declarato contumace.

Neque à Fiſco obiiciatur, quòd, licèt prædictus Io: Leonardus obiierit, antequàm et contumax habeatur, cum tamen Fiſcus ſtet in probatis, ipſum ictu ſclopi deliquiſſe, poterit ad pęnam agere, quæ à Pragmatica ins dicitur ſtatim patrato delicto; nullatenus aduerſante, quòd eadem Pragmatica referat exactionem ad tempus contumaciæ iam contractæ; præſupponit enim, quód Fiſcus indigeat contumacia ad probationem delicti, quaſi ſecus ſit aſſerendum, quoties, abſtracta contumacia, probari poſſet.

Quòd autem ſtet in probatis, vel ex eo ſuaderi poſſe intendit, cum ex teſtium depoſitionibus in proceſſu informatiuo ſatis liquidò conſtet, prædictum Io. Leonardum ictu ſclopi deliquiſſe, & ex quo prætenſi ſocii criminis cum reo defuncto decreto ipſius Magnæ Curiæ fuerint foriudicati.

Sed huiuſmodi Fiſcalis obiectio nullatenus meretur attendi; ſatis enim abſonum eſt in Iure, vt Fiſcus poſſit vllo modo ſtare in probatis, inquiſitum abſentem nondum contumacem crimen patraſſe; obſtant enim vul-
15 garia illa Iuris axioma, quibus edocemur, vt teſtes recepti ſuper inquiſitione, delinquente non citato, nullam prorſus fidem faciant contra ipſum, licet ſint mille ex adductis per *Grammat. vot.30. n.7. & ſeq.*

16 Ad hoc enim, vt teſtium depoſitiones valeant reum arguere de crimine, pernecesſè omnindò eſt, vt ipſo reo citato repetantur *Clar. in §. fin. qu.45. nu.13. verſ. & valdè grauiter erraret Iudex. Foller. in Prax. Rubr. verſ. & demum repetantur teſtes*, vbi de *Angel. in addit. Capyc. dec.35. Franch. dec.680. num.5.*
17 Et hanc repetitionem eſſe de forma ſubſtantiali, adeóut per æquipollens adimpleri non poſſit, affirmat *Rouit. in Pragm.1. de perſequut. malefact. num.19.* quæ repetitio ſupple-
18 ri poſſet per contumaciam in reo abſente; licèt enim hoc caſu fuerint teſtes recepti, ipſo reo non citato, ex quo tamen citatus non comparuit, habentur illi teſtes pro legitimè examinatis in odium ſuæ contumaciæ, neque vlterior eorum repetitio requiritur, *Clar. in d. §. fin. qu.45. nu.13. in fin.* hanc-
19 que teſtium repetitionem reo citato, adeò DD exiſtimarunt neceſſariam, vt probent contrà reum, quòd ea omiſſa, licèt reus fateretur, & torqueretur, nulla eſſet confeſſio, *Brun. in tract. de indic. col.3. Corn. conſ.68. lib.2 Ruin. conſ.46. lib.4. Vulpell. conſ.95.* & licèt
20 teſtium depoſitiones fuiſſent factæ in tormētis, nullo modo nocent, neque præiudicant reo, niſi ipſo citato repetantur, *Felin. in cap. 2. de teſtib. Laurent. de Pinu conſ.64. n.2. Bertazzol. conſ.553. nu.5.*

21 Prædictis omnibus accedat, quòd nomen accuſati abſentis nō poteſt dici receptū inter reos, niſi in primo termino contumaciæ; cum contumacia in hoc ſuccedat loco conteſtationis litis, vt aduertit *Sanfelic. dec. 237.* aliique ſuperiùs laudati, & in ſpecie docet *Clar. in §. fin. qu.14. num.13. verſ. ſi verò reus, Capyc. Latr. dec.121. num.22. & ſeq.* atque adeó ante contumaciam legitimè cōtractam inquiſitus non poteſt dici reus, ſi veros Iuris terminos attendamus.

Eſt igitur abſurda illa propoſitio, vt potè à regulis Iuris aberrans, quòd Fiſcus poſſit ſtare in probatis, inquiſitum abſentem nondum reputatum contumacem, cuius nomen non poteſt dici receptum inter reos, crimen patraſſe ex depoſitionibus teſtium receptorum, ipſo non citato.

Fruſtrá autem fiſcus contendit, quòd ſtet in probatis, inquiſitum prædefunctum crimen patraſſe, ex quo ſocii criminis fuerint foriudicati decreto ipſius M.C.V. ſatis enim
22 iure cautum habemus, quòd, præcipuè in criminalibus, contumacia vnius ſocii, licèt cauſa ſit vna, eadem, & indiuidua nullo

modo

Digitized by Google

modo officiat, neque præiudicet alteri ſocio,
prout ſunt Iura *in l ſi quis vxori, ff. de furt. & in l. Pedius, ff. de incend. ruin. & naufrag. Bart. in l pronunciaſſe, §. quæritur num. 1. ff. de furt. Fontanell. dec. 213.*

Quinimò admiſſa hac hypotheſi, vt fiſcus
poſſit ſtare in probatis, reum delinquiſſe
ex depoſitionibus teſtium receptorum abſq;
citatione, & repetitione, quod omninò ab-
ſurdum eſſe ſuperiori loco eſt comprobatū,
adhuc tamen non poſſet probare delictum
per alienas probationes, quám per ſolam
23 contumaciam; cum enim dicta Pragmatica
modificet exactionem pęnæ ad tempus con-
tumaciæ, ſequitur de Iure, vt contumacia ſit
omninò requiſita de forma, *Ancharan. conſ. 142. Dec. conſ. 528. in fin. Rouit. in Pragmat. de perſeq. malefact. ſub num. 15. & ſeq.* ſi igitur
contumacia eſt omninò requiſita de forma,
& Pragmatica requirit probationem delicti
per modum contumaciæ, quaſi per quãdam
fictam confeſſionem, ſi fiſcus intenderet pro-
bare crimen per alienas, & extrinſecas pro-
bationes, quàm per contumaciam, vellet
vtique adimplere formam per dictam Prag-
maticam inductam per æquipollens, hoc eſt
per conſimiles probationes contrà vulga-
24 tam illam, & receptam Iuris propoſitionem,
quòd forma quoties á Iure eſt tradita, præ-
cipuè in ſtatutis odium redolentibus, vtpotè
pęnalibus, adeò debeat ſpecificè, & forma-
liter impleri in ipſiſſimo caſu ſuo, vt nullo
modo poſſit adimpleri per æquipollens,
Bald. in l. 1. vbi *Ang. & Alex. ff. de lib. & poſth. Dec. conſ. 445. numer. 8. & conſ. 531. num. 2. de Ponte conſ. 5. num. 50.*

Neque dici poterit; quód videatur con-
tradictionem inuoluere, quòd ſtatim patra-
to delicto, intelligatur quæſita pęna in bene-
ficium fiſci, quòdque deindè huiuſmodi pę-
na non poſſit exigi, niſi reo habito contu-
mace.

25 Ideò enim Pragmatica decreuit, vt ſtatim
patrato delicto, intelligatur pęna applicata
in beneficium fiſci, licèt eius exactionem ad
tempus contumaciæ iam contractæ contule-
rit, vt fiſcus immediatè poſt crimen acqui-
reret ius in bonis delinquentis, eidemque
interdiceretur ipſorum alienatio, ſeù hypo-
thecatio in fraudem prædictæ pęnæ, quæ
alienatio alioquin de Iure communi reo non
26 interdicebatur poſt crimen contractum, &
ante ſententiam, *l. poſt contractum, ff. de donat.* ſi enim Pragmatica non indixiſſet pę-
nam incurrendam ſtatim patrato delicto,
creditores, qui cum reo poſt crimen contra-
herent, abſque dubio eſſent præferendi in
27 bonis delinquentis *ex titulo Pęnis fiſcalib. credit. præferr.* cum antè condemnationem
nullum prorſus ius competat fiſco pro pę-
28 na, *l. eius, qui delatorem*, vbi præceteris
Bart. ff. de Iur. fiſc. leg. ſi qua pęna, & l. aliud, §. inter multa. ff. de verbor. ſignif. Neguſ. de pignor 4. membr. 2. part. num. 115. ad fin.

29 Quinimò, neque poſt condemnationem,
quatenus eſt reſpectu aliorum creditorum ex
cauſa oneroſa, & in eorum præiudicium vl-
lam fiſcus habet hypothecam, *l. quia placuit, ff. de Iur. fiſc. de Marin. tom. 1. reſolut.* 148. vbi
30 autem apponitur pęna ſtatim, ſeù ipſo Iure
patrato delicto, ſequuta demum ſententia
declaratoria retrotrahitur ius hypothecæ in
beneficium fiſci ad tempus commiſſi crimi-
nis, *Benitend. dec. 37. num. 11. & deciſ. 46. in fin.*

31 Tandem pro prædictorum omnium con-
firmatione mirificè deſeruit doctrina erudi-
tiſſimi *Facchinei, lib. 9. controuerſ. Iur. cap. 37. in fin.* qui expendendo *text. in leg. ex iudicio- rum 20. ff. de accuſat.* quæ duo copulatiuè re-
quirit, vt pęnæ pecuniarię tranſeant aduer-
sùs hæredes, quòd, ſcilicet, lis fuerit conte-
ſtata cum reo defuncto, quòdque condem-
natio per ſententiam, viuente reo fuerit ſe-
quuta, excitat ſubtiliter ex more queſtionem,
vtrum idem Iuris ſit, ſi reus deceſſerit con-
uictus, vel confeſſus, nondum tamen per
ſententiam damnatus, & referens vtriuſque
opinionis aſſeclas, tandem egregiè conclu-
32 dit, vt cum lex requirat de forma condem-
nationem rei per ſententiam, vt pęna tran-
ſeat contrà hæredes nullo modo valeat ad-
impleri hoc condemnationis requiſitum, li-
cèt, reus fuerit confeſſus, vel conuictus, cu-
ius ipſiſſima verba vtpotè elegantia, & ad
rem noſtram indiuidualiter appoſitiſſima
hìc tranſcribere non abs re eſſe exiſtimaui;
quod enim *Facchineus* dixit, de condemna-
tione requiſita à lege, idem puto abſque cõ-
trouerſia aſſerendum de contumacia, quam
de forma Pragmatica expoſcit; vt pęna exi-
gi valeat; *Ego verò exiſtimo*, inquit, *Facchineus*, *non eſſe locum ademptioni bonorum aduersùs hæredes, reo defuncto antè ſententiam, licèt reus confeſſus fuerit, vel conuictus, mouet me ratio iſta, quia nulla eſt lex hoc dicens, nec ſatis mirari poſſum, cur in re tàm graui, et odioſa, ſicut eſt confiſcatio bonorum legibus ſententiam requirentibus, vt ademptioni bonorum locus ſit aduersùs hæredes rei delinquentis, nos interpretatione noſtra, quaſi nouam quamdam legem inducere tentemus, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè legibus contrariam, idem Iuris eſſe, cum reus confeſſus, vel conuictus eſt; At lex, ait, ſi condemnatio fuerit ſequuta, hic non eſt condemnatio ſequuta, ergo morte crimen extinguitur, & confiſcatio bonorum ceſſat.* Et deindè ſubdit: *Iuſtum enim non videtur aduersùs hæredes pronunciare defunctum crimen commiſiſſe, vt eius bona auferantur, quia non poſſunt hæredes tàm facilè innocentiam rei demonſtrare, aduersùs confeſ-*
ſionem

ſionem eius, vel teſtes, ſicut reus ipſe potuiſſet. Hæc *Facchineus*, qui ad rem noſtram, neque accomodatiùs, neque elegantiùs loqui poterat.

Huiuſmodi controuerſia fuit acerrimè exagitata, pluribus diſputationibus habitis, anno 1651. in Magna Curia Vicaria, tempore, quo Fiſci iura tuebatur Honuphrius de Palma, qui ob articuli nouitatem ex aduerſo ſcribere fuit coactus, cauſæque Commiſſarius exiſtebat Anellus Portius; Exitum cauſæ ignoro, cum poſt hæc à me adhuc in iuuenili ætate exiſtente exarata, ad Vrbem acceſſerim.

ARGVMENTVM.

Pignorationes, quas vulgaris eloquutio Repreſalias nominat; quo iure, quauè ratione, & tempore fuerint introductæ; An Clarigationes quid diuerſũ à Repreſalijs fuerint, & an illarum vſus ad inſtar Androlepſiæ Græcorum emanauerit.

Quibuſuè concurrentibus, licitè exerceri poſſint, & quæ nam perſonæ ab illis reperiantur immunes.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliarum vſus conſuetudine fuit receptus in ſententia* Bart.

2 *Vetuſtiſſimis temporibus fuerunt nuncupata* Clarigationes.

3 *Clarigationes quid diuerſum fuiſſe à repreſalijs alij affirmant.*

4 *Repreſaliæ ortũ habuere à vetuſtiſſimis Romanorum legibus in aliquorum ſenſu.*

5 Fecialium *officium à* Numa Pompilio *inſtitutorum, in quo potiſſimùm verſabatur.*

6 *Repreſaliarum vſus fuit introductus ad inſtar* Androlepſiæ *Græcorum, quæ erat Ius hominum pignorandorum, quando occiſor à Ciuitate, in quam confugerat illis non tradebatur, ad quos commiſſi ſceleris punitio pertinebat.*

Id confirmatur ex loco Sacræ Scripturæ 2. Reg. cap. 2.

7 *Repreſaliæ vſu fuerunt apud Græcos receptæ.*

8 *Repreſaliæ aduerſantur Iuri Ciuili, naturali, Gentium, & Canonico, ex quo alius pro alio prægrauatur.*

Expenditur elegans locus Caſſiodori.

9 *Repreſaliæ Iuri Ciuili, illas pignorationes nuncupanti, necnon etiam Iuri Canonico aduerſantur.*

10 *Prout etiam reperiuntur interdictæ ex Iure Regni Neapolitani.*

11 *Necnon ex legibus Hiſpaniarum.*

12 *Repreſaliæ, tanquàm odioſæ, ſubſidiariæ, & exorbitantes ſtrictè ſunt intelligendæ.*

13 *Repreſalijs, vt locus eſſe valeat, requiritur iuſta, legitimaque cauſa, quòd ſcilicèt, Superior eius, qui damnum intulit, contrà quem repreſaliæ relaxari debent, requiſitus iuſtitiam facere, neglexerit, adeòut perneceſsè ſit confugiendum ad extraordinarium remedium*, & num. 17.

Nam aliòquin, teſte Baldo *proditoriè agitur.*

14 *Repreſaliæ, an ſint concedendæ contrà Ciues, ſi Vniuerſitas, auctoritate ſuperioris, priùs legitimè monita, ſtatuto tempore, collectas ſoluere renuat.*

15 *Repreſaliæ concedi non poſſunt, niſi à Principe ſuperiorem non recognoſcente, ad inſtar iuſti belli vel contrà res, & bona illius loci, vbi adminiſtratio iuſtitiæ fuit denegata.*

Expenditur can. Dominus noſter 23. q. 2.

Ideòq; relaxari nõ poſſunt à Ciuitate, quæ alicui Principi eſt ſubdita.

16 *Repreſaliæ inter Regalia referuntur.*

17 *Repreſaliæ concedi poſſunt à Principe ob propriam, & Vaſſallorum publicam vltionem eorum, quæ contra iuſtitiam fuerunt facta.*

18 *Repreſaliæ concedi non valent à Principibus Electoribus Imperatoris.*

19 *Repreſalias petens debet eſſe ſubditus Principis illas concedentis, cum aliorum fauore non impartiantur.*

Reprobatur contraria ſententia Arias de Meſa.

20 *Repreſaliæ, legitimis requiſitis concurrentibus, ſunt permiſſæ.*

21 *Illæque tuta conſcientia exerceri poſſunt.*

22 *Legitimis cauſis concurrentibus, occupare licet bona, & Naues Pyratarum, Turcharum, aliorumque Chriſtiani nominis hoſtium, & occupanti conceduntur.*

23 *Repreſaliæ concedi non valent contrà Clericos.*

Expenditur textus in cap. vnic. de iniur. & dam. dato in 6.

24 *Repreſaliæ exerceri non valent contrà habitantes in ſuburbijs, ſeu Villis, quando ſunt conceſſæ contrà Ciuitatem.*

25 *Repreſaliæ concedi non valent contra Scholares, & Officiales.*

26 *Idemque aſſerendum contrà eos, qui ventorum vi, vel tempeſtatis impulſu ad locum aſportantur.*

27 *Repreſaliarum ratione, ſi damna fuerint paſſa, ab ijs ſunt reficienda, qui illorum fuerunt cauſa.*

28 *Repreſalias impetrans non debet in ſua cuſtodia retinere res apprehenſas, ſed facto inuentario, tenetur illas tradere Iudici.*

29 *Repreſaliæ, non niſi in rebus maximi ponderis ſunt adhibendæ, cautèque in illis eſt procedendum.*

* * * * * *
* * * * *

CAPVT CLXXX.

1 REPRESALIARVM vſum coſnetu-
dine receptũ fuiſſe exiſtimat *Bart.*
in tractatu de Repreſalijs circa princ.
2 licèt illas vetuſtiſsimis tempori-
bus Clarigatioues fuiſſe nuncupatas te-
ſtetur ex eruditioribus *Marcell. Donat. in elu-
cidat. ad Liu. lib.* 8. ad illum locũ *in Veliternos
veteres Ciues Romanos, fol.* 17. *&* 18. *tom.* 6.
Ermolaus Barbarus *in not. ad Plin. lib.* 22. *Hi-
ſtor. cap* 22. *num.* 2. & ex noſtris *Alciat. in leg.
prouinciales* 190. *n.* 6. *ff. de verb. ſign. Amaya in
l. prouidendũ* 23. *nu.* 35. *& ſeqq. Cod. de Decu-
rion. lib.* 10. & videtur conſentire *Gothofred.
in l. vnic. Cod. vt null. ex nican. lib.* 11. *Burſat.
conſ* 345. *nu.* 48 *verſ. tertiò dicitur, lib.* 4. *Vul-
pell. de pact. & induct. tit. de promiſſ. de non of-
fend. qu.* 86. *num.* 6. *Buſſ. lib.* 1. *ſubtilit. cap.* 17.
in fin. Coſta remed. ſubſid. 17. *num.* 9. *Ramires
de l Reg. §.* 26 *n.* 64. *in fin. verſ. ex eodẽ princi-
pio, Caſtill. de Tertijs, cap.* 41. *n.* 94. *Fõtanell. de
pact. nup. clauſ.* 3. *gl.* 2. *p.* 2. *n.* 22. impius, ſẽperq;
execrandus *Bodin. de Republic. lib.* 1. *cap.* 1. *fol.*
269. *Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. Iur. Vniuerſ
lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* eruditiſſimus
Paſqualinus in commentar. à Progm 2. *de bon.
proditor. nu.* 2. aliique plures relegendi penes
Godefrid. de Peſchunitz de repreſalijs, cap. 1.
num. 8 quàmuis Clarigationem, quid diuer-
3 ſum fuiſſe à Repreſaliis ſubſtineant, *Cerda
ad Virg. lib.* 10. *Æneid. in princip. nu.* 22. *Nico-
laus Bell. lib.* 1. *Politicor. diſc.* 10. & ex noſtris
Tiraquell. in leg. ſi vnquàm 8. verbo *ſu-
ſceperit liberos, num.* 147. *verſ. quamquàm, Cod.
de reuocand. donat. Amayo in l. videndum* 23.
num. 36. *Cod. de Decurion. lib.* 4. *p.* 10. *Ayala
lib.* 1. *de Bello cap.* 1. *num.* 4. *Budæus in Annot.
Poſter. Pandect. in l. aut facta, §. euenius, ff. de
pęn. Valtrin. de re militar. lib.* 1. *cap.* 8. *& ſeq.
Borrell. de præſtant. Reg. Catholic. cop.* 32. *n.* 15.
Solorzon. lib. 3. *de Iur. Indiar. cop.* 7. *nu.* 86.

4 Non deſunt tamen affirmantes, ortum
habuiſſe repreſalias à vetuſtiſſimis Romano-
rum legibus, prout teſtatur *Zaſius in l.* 2. *§.
& ita circà fin. ff. de orig. Iur.* eique adhæret
Gaill. de pignoration. lib. ſingular. obſeruat. 2.
num. 1. *&* 6. aſſerens, officium Fecialium à
5 Numa Pompilio inſtitutorum fuiſſe inuigi-
lare, ne alicui Vrbi cum Romanis confede-
ratæ bellum iniuſtum inferretur, ſi autem è
conuerſo ab aliis fœdera violari continge-
rit, repetere res, aliàs bellum decernere, im-
miſſo in hoſtium fines telo, vel haſta: *Ibat
enim*, inquit, *Gaillus ad Fedigram
Ciuitatem Fecialis, & admonitis, vt iu-
ſta facerent Dijs fęderum Cuſtodibus in-
uocatis bellum comminabatur*, idemque
tradunt *Agellius lib.* 10. *Noct. Attic. lib.* 16.
cap. 4. *fol.* 535. *Roſin. lib.* 10. *antiq. cap.* 1.
& ex noſtris *Bodinus de Republ. lib.* 1.
cap. 1. *num.* 26. *Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm.
Iur. Vniuerſ. lib.* 38. *cap.* 8. *num.* 5. *Amoya in
d. l. prouidendum* 23. *num.* 36. *Cod. de Decurion.
lib* 10. *Cotereus de Iur. milit. lib.* 3. *cop.* 22. *de
oppign. Burſat. conſ.* 138. *num.* 61. *lib.* 2. *Mifin-
ger. obſeruat.* 1. *num.* 2. *centur.* 6. *Horat. Lucius
de priuileg. Scolar. priuileg.* 53. *verſ. & quidam
volunt, Borrell. in Add. ad Bellug. in Specul.
Princip. tit. de Propoſit. rubr.* 11. *§. iam ſupra,
num.* 3. verbo *Repreſalijs, Solorzar. de iur. In-
diar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 86 *Cobell. ad Bull. Bon.
Regim. cop.* 12. *num.* 53. *& ſeq.* aliiſque conge-
ſtis *Peſchunitz de repreſal. cap.* 1. *nu.* 49.

6 Alii verò opinantur, repreſaliarum vſum
fuiſſe introductum ad inſtar Androlepſiæ
Græcorum, quæ erat Ius quoddam hominum
pignorandorũ, quando, nempè, cædes patra-
ta erat, & auctor donecà Ciuitate, in quam
confugerat, non reddebatur illis, ad quod cõ-
miſſi ſceleris punitio pertinebat; tunc enim
licebat ex eius Ciuitatis Ciuibus tres cape-
re, eoſque donec reum traderent, retinere
vt notant *Gothofred. in notis ad No-
uell.* 52. *in Epigroph. lit. B.* eruditiſsimus *Petr.
Gregor. Syntogm. Iur. Vniuerſ. lib.* 38. *cap.* 8. *n.* 1.
Amoya in d. leg. prouidẽdũ 23. *n.* 37. *C. de Decur.
lib.* 10. *Tiraquell. in d. l. ſi vnquàm*, verbo *ſu-
ſceperit liberos, num.* 147. *poſt med. verſ. quo lo-
co etiam id genus, Gaill. de pignoration. d. ob-
ſeruat.* 2. *numer* 7. *Couar. in regul peccatum* 4.
ſeù de reſtitut part. 2. *§.* 9. *ſub num.* 4. *verſ. hinc
denique, Horat. Lucius de Priuileg. Scholar.
priuileg.* 53. *verſ. alij verò, Ayala de bell. lib.* 1
cap. 4. *num.* 1. *Godofrid. de Peſchunitz de Re-
preſal. d. cap.* 1. *num.* 50. vbi verba legis Atti-
cæ per extenſum recenſet *Paſqualin. in com-
mentar. od Pragm.* 2. *de bon. prodit. num.* 2. *&*
19. Idque etiam comprobatur ex 2. *Reg.
cap.* 20. Nam Ioab cum perſequebatur Sabam
cõſpirantem in Dauid, expugnabat Abalam
Vrbem, quæ ſuſceperat eum, & non receſ-
ſit, niſi Abelæ Populi reciſum caput Sabæ
porrigerent, *Peguer. dec.* 11. *n.* 3.

Eaſdemque repreſalias in vſu apud Græ-
7 coſ fuiſſe ex Herodoto, et Polibio, probat *Buſſ.
lib.* 1. *ſubtilitos. cap.* 17. earumque meminit
*Duaren. in Paraphraſi ad tit. Cod. ne filius pro
patre*, Præceptor meus *Arias de Meſa lib.* 2.
var. reſolut. cap. 21. *num.* 4.

8 Cæterùm vndecunque repreſaliæ originẽ
ſumpſerint, illud eſt abſolutum, aduerſari
Iuri Diuino, naturali, gentium, & Cano-
nico, ex quo alius pro alio prægrauatur, &
ille, qui alioquin non tenetur ex contractu,
vel quaſi, neque vlla alia obligatione ſe ad-
ſtrinxit, pro ære alieno alterius capitur, &
detinetur, vt legitur apud *Caſſiodorum*
noſtræ Calabriæ Vlterioris inter alios cele-
berrimos viros, quibus ſemper præ relinquis
Orbis partibus floruit, gloria, & corona
lib. 4. *var. cap.* 10. *O iniquum* inquit, *perſua-*

ſionis

ſionis errorem , diuiduntur cauſæ germanis, filius obligationibus paternis, ſi non ſit hæres , exuitur , vxor maritalibus debitis, niſi per ſucceſſionis vincula non tenetur , & audacia abſolutionis trahit extraneos, cum abſoluant iura coniunctos. Hoc autem hactenus fieri Noſtri ignorantia fortaſsè peruenerit. Nūc neceſsè eſt remedium de legibus habeat, quod Noſtram potuit intrare notitiam. Proindè edictalis programmatis tenore comperto Spectabilitas Noſtra ad cunctorum faciant notitiam peruenire, vt quiſquis, quod repetere potuiſſet , pignorandi ſtudio fortaſſis inuaſerit voce Iuris amittat . nec liceat cuique ſua ſponte , niſi obligatum forſan pignus auferre, ſi verò alterum pro altero, quod nefas dictu eſt, pignorare maluerit, in duplum, cui vim fecerit, direpta reſtituat ; ita eleganter *Caſſiodorus*, & ex noſtris aduertunt *Angel, conſ. 196. n. 1. verſ. venio ad primū, Alberic. de Roſat. de ſtatut. p. 1. q. 53. rubr. de repreſal. n. 9. Afflict. ad Conſtit. Regn. Neapol. lib. 1. rubr. 24. de violentia, num. 2. in princip. Choler. de proceſſ. exequut p. 1. cap. 2. num. 308. Gaill. de Arreſtis cap. 9. num. 11. & 20. Vermigliol. conſ. 367. numer 2. verſ. & quod ſint. & num. 3. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap 12. n. 27. & duob. ſeqq.*

9 Iuri etiam illas pignorationes nuncupanti aduerſantur , odioque ſunt dignæ, vt multis comprobat argumentis, *Carpzon. Iur prudent. forenſ par. 4. conſtit. 16. d finit. 4. num. 4.* Ideòque tamquàm graues legibus , æquitatique naturali contrariæ prohibentur, iàm Iure Canonico per *S. M. Gregorium X. in cap. vnic. de iniur. & damn. dat. in 6.* ibique Canoniſtæ , ſignanter *Io. And. & Archid.* quàm etiam Iure Ciuili *in Auth. & omnimòd Cod. ne Vxor. pro Marit. Auth. vt non fiant pignorationes, §. 1. l. vni. Cod. vt nulli ex vican. lib 11. Siluan. cōſ. 34 ad fin. Enriq. lib. 13. ſum. cap. 43. n. 5. lit. G. Ferrett. de re Nauali , lib. 5. numer. 22. verſ. repreſaliæ, & num. ſeq. Victor. de bell. Iur. num. 41. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap 12. nu. 31. & ſeq. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 49. Card. Tuſch concl. 194 num. 1. & ſeqq.* verbo *repreſalia, tom. 6.* Mart de *Iuriſd. par. 4. cap. 41. per tot. Muta ad Capit. Regn. Sicil. tom. 1. cap. 16. num. 8. Balzar. ad conſtit. vtriuſq. Sicil. fol. 118. num. 15. & fol. 120. num. 8. Dexart. deciſ. Sardin. 85. num. 2.* & ex Iure Regn. Neap. repe-
10 riūtur interdictę *in Conſtit.* incipiēte *Comes. &* Baro , *ſub tit. de eule. Pac.* ibique *Afflict. et in Prag. 1. de repreſalijs* . Prout etiam apud
11 Hiſpanos *ex l. 1. & tot. tit. 17. lib. 5. recompilat. Gregor. Lop. in l. 15.* verbo *en otros, tit. 10 p. 7. Didac.* Perez *in l. 6. tit. 13. lib. 8. ordinam. Azened in l. 6. num. 1. tit. 12. lib. 1.*

12 Adeòut , tamquàm odioſæ, & ſubſidiariæ, exorbitanteſque ſtrictè ſint intelligendæ , *Burſatt. conſ. 138. num. 13. lib. 2. Guid. Papa conſ. 219. num. 3. Decian. conſ. 44 num. 69. vol. 4. Coſta remed ſubſid. 17. num. 12. Piſtor. obſer. 50. num. 2. Franc. Marc. dec. 769. nu. 5. p. 1. Tapia dec. Ital. 22. nu. 14. Dexart. dec. Sard. 85. nu. 4. verſ. nihilòminus.*

13 Plura autem requiruntur, vt repreſaliis locus eſſe valeat , præcipuè iuſta , legitimaq; cauſa , quòd , ſcilicèt , ſuperior eius , qui damnum intulit, contrà quem repreſaliæ relaxari debent , requiſitus Iuſtitiam facere neglexerit , aut tamdiù diſtulerit , vt illam conſequendi non aliud ſuperſit remedium , nam propter Iuſtitiæ neglectum , ceſſante ordinario remedio , confugiendum eſt perneceſsè ad extraordinarium , *Bart. in tractat. de repreſalijs qu. 1. num. 4. verſ. primò requiritur, Iacob. à Canib. eod. tract. prima part. in Rubr. de intereſſe, & damn. dat. nn. 15. Duaren. ad tit.* Codic. *ne filius pro patre , Laudenſ. ſimil. tract. qu. 37. Bald. conſ. 445. lib. 4. Roman. conſ. 48. ſub num. 2. verſ. item non poteſt, Ancharan. conſ. 140. num. 3. Caſtren. conſil 423. lib. 1. Alex. conſ. 11. numer. 9. lib. 1. Siluan. conſ. 34. num. 31. Card. Zabarell. conſ 83. num. 3. Soccin. Sen. conſ. 120. num. 4. col. vltim. verſic. tertiò confirmatur, lib. 1. Menoch conſ. 527. nu. 11. & conſ. 244. num. 49. & ſeqq. Burſatt. conſ. 345. num. 49. lib. 4. Vuſſembec. conſ. 46. per tot. Vermigliol. conſ. 367. nu. 4. Molin. de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſp. 121. verſ. prius, Conrad. in templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 1. § 3. nu. 3. Schrader. de feu. p. 10. ſect. 4. n. 165. to. 2. fol. 147. Choler de proceſſ. exequut. par. 1. cap. 2. numer. 27.* Carlenal. *de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. numer. 42. verſ. quintò denegata. Carpzou. Iur. prud. forenſ. part. 4. Conſtit. 16. definit. 4. num. 5. Petr. Gregor. Toloſ. Syntagm. Iur. lib. 38. cap. 8. nu. 7. & ſeqq. Caluin. de æquitat. lib. 1. cap. 49. nu. 3. Cyriac. contron. 318. num. 53. Guid. Pap. dec. 32 & 33. Peguer. dec. 11. nu. 7. & 9. Franc. Marc. dec. 767. num. 5. part. 1. & dec. 359. num. 1. p. 2.* Nam alioquin proditoriè agitur , vt inquit *Bald. in c. 1. n. 16. quibus mod. feud. amit. Corn. conſ. 160. n. 5. lib. 2. Burſat. conſ. 138. nu. 16. & 59. lib. 3.*

14 Vel quòd Communitas auctoritate Superioris priùs legitimè monita , ſtatuto tempore collectas non ſoluat , vt pluribus comprobat *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. d. cap. 12. num. 44. & ſeq. Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 181. numer. 11. & ſeqq. in ſupplem. tom. 16. part. 1.*

15 Vel quòd repreſalię concedantur à Principe Superiorem non recognoſcente ad inſtar iuſti belli , vel contra res , bonaque illius loci , vbi adminiſtratio Iuſtitiæ fuit denegata ex auctoritate *D. Auguſtini qu. 10.* ſuper Ioſuè , relata à *Gratiano in Canon. Dominus noſter 23. qu. 2.* ibi: *Gens , vel Ciuitas plectenda eſt , quæ vindicare neglexerit , quod à ſuis improbè factum eſt. Innocent. in cap. olim 12. num. 8. verſ. tamen ſi de reſtitut. ſpoliat. Bart. de repreſal. qu. 3. num. 5.* aſſerens , quòd

 non

non poſſint concedi á Ciuitate, quæ ſubeſt alicui Principi, *Iacob. à Canib. eod. tract. p. 1. num. 36. Martin. Laudenſ. ſimili tract. in princip num. 4. Angel. conſ. 196. num. 1. ad med. verſ. poteſt, Burſatt conſ. 345. num. 52. in fin. verſ. quando, Vermigliol. conſ. 367. nu. 1. Caball. reſol. crimin. caſ 122. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. par. 2. num. 23. Carzon. Iur. prud. forenſ. par. 4. conſtitut. 16. definit. 5. nu. 4. Caſtill. de tertijs, cap. 41. num. 94. verſ. & quod huius moris, Epiſc. Schanarol. de viſit. carcerat. lib. 3. in probamio Conſtit B. Pij V. cap. 14. nu. 8 Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 1. qu. 1. nu. 42. verſ. ſextò videtur, Petr. Greg. Toloſ. Syntagm. Iur vniuerſ. lib. 38. cap. 8. num. 11. & ſeqq. Paſqualin. in comment. ad Prag. 2. de bon. prodit. nu 7. Dexart. dec. Sard. 85. nu. 4.*

16 Ideòque inter Regalia referunt Repreſalias *Neuius ad tit. quæ ſint regalia, num. 296. Caſtill. de tertijs cap. 41. nu. 94. verſ. & inter regalia*, & optimus adeſt *textus in cap. 1. de milit Vaſſall. qui contumax eſt, in fin.* ibi: *Quòd, ſi ter monitus facere diſtulerit, tunc licitum Vaſſallo ad aliam maiorem poteſtatem ire, & ſibi conſulere, & ſi Dominus ei Iuſtitiam facere noluerit, poterit eum depredare.*

17 Vel ob propriam, & Vaſſallorum publicam vltionem eorum, quæ contra Iuſtitiam fuerunt facta, *Dambauder in prax. crim. cap. 98. num. 1. Valdaur. obſer. 75. nu. 4. p. 2.*

18 Adeòque ſupremi, & independentis Principis auctoritas requiritur ad repreſalias concedendas, vt neque Principes Electores Imperatoris ſubditis ſuis contra alios illas impartiri valeant, *Vuſſembec. d. conſ. 46. num. 7. Choler. de proceſſ. exequut. par. 1. cap. 2. num. 269. verſ. conceduntur, & num. 280.* aliique relati per *Siſtinum de Regal. lib. 1. capit. 2. ſub num. 12. verſ. neque affirmantes, & lib. 2. cap 1. num. 31. verſ. & ne Electores, Carpzou. d. defin. 4. num. 13. Maximil. Fanſt. in conſil. pro Ærario ordin. 567. § ſimiliter, verſ. & ne Electores quidem, Vnipſchild. de Iur. & priuileg. Ciuitat. Imperial lib. 2. cap. 4. num. 66.* aliiſque congeſtis *Godefred. de Peſchuuitz de repreſal. cap. 15. nu. 13.*

19 Et demum requiritur, quòd repreſalias petens ſit ſubditus Principis illas concedentis, cum aliorum fauore non impartiantur, *Bart. de repreſal. qu. 5. num 10. & ſeqq. Bald. in Auth. ſed omninò, nu 25. Cod. ne vxor pro marit. Afflict. ad conſtit. Neapol. rubr. 8. de cult. pac. num 36. & ſeqq. Borrell. in add. ad Bellugam in ſpecul. Princip. tit. de propoſit rubr. 11. §. iam ſupra, verſ. quintò declara, Godefrid. de Peſchuuitz de repreſal. cap. 6. num. 1. & per tot.* quidquid dicat *Arias de Meſa var. reſolut. cap 21. nu. 7. & ſeqq. lib. 2.*

20 His igitur legitimis requiſitis concurrentibus, repreſaliæ de Iure ſunt permiſſæ, vt probat *Bart. de repreſal. d. qu. 1. num. 3. & ſeq. Ruin. conſ. 120. num. 7. lib. 4. Burſatt. conſ. 138. num. 23. lib. 2. Coſta remed. ſubſid. 17. ſub n. 10. Cyriac. contron. 318. num. 53. Peſchuuitz de repreſal. d. cap. 2. nu. 53. Dexart. dec. Sard. 85.*
21 *n. 4.* illæq; tuta conſcientia exerceri poſſunt, prout ex Theologis, & Moralibus teſtantur poſt *D. Th. Molin. de Iuſt. & Iur. diſp. 120. et 121 Villalobos in ſumma tom. 2. tratad. 5. de la guerra, difficultad. 4. n. 16. fol. 50. Clanaſ. in ſumma* verbo *Repreſalia nu. 1. Silueſt. in ſumma* verbo *Repreſalia, num. 3. Card. Caietan. in ſumma,* verbo *ſumma, Granad. in 2. 2. D. Tho. contron. 3. tract. 13. diſp. 4. ſec. 8. n. 73. Conincb in 2. 2. diſp. 31. dub. 7. & 8. nu. 157. Layman. Theolog. Moral. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 13. Caſtropal. tom. 1. tract. 6. diſp. 5. punct. 4. Dian. reſol. moral. tom. 7. tract. 7. reſ. 32. n. 3.* iuxtà nouiſſimam impreſſionem coordinatam, quidquid contrarium dicat *Petr. Lorca in 2. 2. D. Thom. qu. 40. art. 1. ſect. 3. diſp. 52. in appendic. num. 15.* tuncque capi poſſunt res, & ſubditi illius Principis, & Domini, qui requiſitus Iuſtitiam facere recuſauit, prout comprobant auctoritates ſuperiori loco allegatæ, queadmodù occupare licet bona, & naues
22 Pyratarum, Turcarum, aliorumque Chriſtiani nominis hoſtium, & occupanti conceduntur, *Auth. Nauigia, poſt med. Cod. de furtis, Soccin. Sen. conſ. 262. num. 5. lib. 2. Couarr. in reg. peccatum, §. 9. ſub num. 4. & ſeqq. Caſtill. de tertijs, cap. 41. numer 94. Rot. in Roman. pecuniaria, ſeù Mercium 10. Martij 1664. §. fin. coram Reu. Otalora.*

Plures autem perſonarum ſpecies reperiũ-
23 tur, contra quas repreſaliæ, etiam debitis requiſitis concurrentibus, exerceri non valent, vtpotè ſunt Clerici, prout expreſsè reperitur ſancitum *per decretum Conc. General. Lugdun. regiſtratum in cap. vnic. de iniur. & damn. dato in 6.* ibi: *Vt tamen earum prohibitio in perſonis Eccleſiaſticis tantò ampliùs timeatur, quantò in illis ſpecialiùs inhibetur, eas concedi contrà perſonas prædictas, ſeù bona ipſorum, aut quantumcumque generaliter, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, quam potiùs reputamus abuſum, fore conceſſa illas extendi præſenti decreto diſtrictiùs prohibemus;* ibique Canoniſtæ *Carol. de Graſſ. effect. Clerical. 23. nu. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. p. 2. num. 34. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 12. nu. 32. & 72. & ſeqq. Cardin. de Luca de Regal. diſc. 181. numer. 7. in ſupplement. tom. 16. part. 1.*

24 Prout exerceri non valent contra habitantes in Suburbiis, ſeù Villis, quando illæ ſunt conceſſæ contrà Ciuitatem, *Bald. in Auth & omninò Cod. ne vxor pro marito, Felin. in cap. Rodulph. num. 11. de reſcrit. Merlin. controu. 99. n. 9. lib. 1.*

25 Neque etiam contrà Scholares, Officiales, & alios, de quibus *Petr. Gregor. Tholoſ.*

Syn-

Syntagm.Iur.Vniuerſ.cap.38.nu.16.Cobell. ad Bull.Bon.R gim. d.cap.12. numer.72. & ſeqq. Fontanell de pact.nup.clauſ.3.gloſ.2. num.34. & ſeqq. Nauarr. in Manual.cap.27. num.136. Damhauder.in prax.crimin.cap.98.nu.20. Bologn.conſ.20. Boir.in add.ad Bellug.in Specul. Princip. in princip.rubric 11. §.*nam ſupra Paſchuuitz de repreſal.cap.8. Guid.Pap.dec.34.*

26 Idemque aſſerendum contrà eos, qui ventorum vi, vel tempeſtatis impulſu ad locum aſportantur, *Bart. de repreſal.qu.17.Io.d Canib.cod. tract.p.1.nu.44. Ripa de peſte tit.de priuileg.contract.cauſ.peſt.num.164. Valdaur. obſeru.75. num.15. in fin.p.2.*

27 Non eſt tamen ſilentio obuoluendum; quòd, ſi damna fuerint paſſa ratione repreſaliarum, ab iis ſunt reficienda, qui illarum fuerunt cauſa, *Abb.conſ.21.num.2. & conſ. 49.num.5. lib.2. Surd.dec.326.num.23.et ſeqq. Fontanell.dec.196. numer.8. Maſtrill.dec.169. num.9.* & nouiſſimè eruditus *Paſqualin. in Comment.ad Pragm.2. de bon.prodit. num.22. & ſeqq.*

28 Denique eſt aduertendum, quòd repreſalias Impetrans non debeat in ſua cuſtodia res retinere apprehenſas, ſed facto inuentario, tenetur illas Iudici tradere, *Gratian. cap.80.nu.32.*

29 Cumque in adhibendis huiuſmodi extraordinariis remediis repreſaliarum altior requiratur indago, cum ſint grauiſſimi ponderis, maximumque damnum Reipublicę afferre ſoleant; Meritò nonniſi in rebus maximi momenti ſunt adhibendæ, cautèque in illis procedendum, iuxtà monitum *Caballi reſolut.crimin.caſu 291. num.25.* quem refert *Carleual. de Iudic.lib.1.tit.1. qu.1.num.42. in fin.Petr.Gregor.Tholoſ.Syntagm. Iur. vniuerſ. lib.38.cap.8.nu.15.*

ARGVMENTVM.

Pater, & filius, mater, & filius, ſeu filia, maritus, & vxor donans cauſa mortis, & donatarius, teſtator, & legatarius, ſi pariter incendio, ruina, aut naufraugio, vel ſimili caſu perierint, quis eorum prædeceſſiſſe præſumatur ad plures effectus, ſignanter ſucceſſionis, lucri dotalis conſequendi, reuocationis donationis, caducationiſque legati: Ad intellectum difficilium Iurium in *l.qui duor* 10. §. *cum in bello, ff. de reb. dub.* & in *l. ex facto 27.§.ſi quis autem, ff.ad Senat.Conſult. Trebell.* quorum antinomia, quæ rigidè interpretum torſit ingenia, ad cõcordiam reuocatur.

Pluribus incendio, ruina, aut naufragio inſimul ſpiritum ponentibus, tunc demum lex aliquem præmortuum, vel ſuperſtitem fuiſſe præſumit, quando, nempè, agitur ex diſpoſitione legis; ſecus ex diſpoſitione hominis inter viuos, vel in vltima voluntate.

Agitur de diſcrimine inter vnum caſum, & alterum; Ad ornatum, declarationemque nobilis doctrinæ *Bart.in leg.quod de pariter 17.ff. de reb.dub.*

SVMMARIVM.

1 *Pater, & filius, ſi inſimul pereant, naufragio, incendio, ruina, aut ſimilibus caſibus, preſumptio legalis eſt, quòd pater filio prædeceſſerit.*

Declara, vt num. 5 & ſeqq.

Expenditur textus in l. qui duos 10. §. cum in bello, ff de reb. dub.

2 *Lex eſt aſſueta imitari naturam.*

3 *Aſſertur antinomia inter dictã* leg. qui duos 10.§ cum in bello, ff de reb. dub. & l. ex facto 27.§. ſi quis autem, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. *eorundemque Iurium plures adducuntur intellectus remiſſiuè,* & num. 5. & 8. & ſeqq.

4 *Traditur intellectus* Imolæ.

5 *Authori arridet intellectus* Bal. *quòd* text. in dicta l. qui duos 10. §. cum in bello, ff. de reb. dub. *loquatur in filio pubere;* Textus verò in l. ex facto 27 § ſi quis autẽ. ff ad Senat. Conſult. Trebell. *procedat in filio impubere, qui præſumitur patri prædefunctus.*

Declara, vt num 7.

6 *Ad bellum impuberes duci non ſolebant, ſed potiùs puberes ab anno decimo ſeptimo.*

7 *Intellige, vt filius impubes non præſumatur patri prædeceſſiſſe, quoties agitur, vt ſucceſſio paterna ad extraneum ſit deferenda.*

8 *In aliquorum ſententia* text. in l. qui duos 10. §. cum in bello, ff. de reb. dub. *procedit, quoties queſtio verſatur circà paternam ſucceſſionem.*

Textus verò in l. ex facto 27. § ſi quis autem. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. *ſibi locum vindicat, vbi agitur de ſucceſſione in bonis extranei.*

9 *Diſtinctio inter filium puberem, & impuberem non procedit, quoties ex coniecturis præponderantibus præſumptioni legali veriſimiliter æxiſtimari poteſt, filium, licèt impuberem ſuperuixiſſe, vel puberem patri prædeceſſiſſe.*

10 *Quæ nam ſint huiuſmodi coniecturæ remiſſiuè.*

11 *In matre etiam procedunt firmata reſpectu legalis præſumptionis quòad patrem reſpectu præmorientiæ, vel ſuperexiſtentiæ filio puberi, vel impuberi.*

12 *Mater, quoties inſimul cum filia periit, quis prædeceſſiſſe præſumatur Interpretes non ſunt concordes.*

13 *Filia, quoties eſt impubes, matri præſumitur prædeceſſiſſe.*

14 *Idque, etiam ſi filius paululum pupillarem exceſſerit ætatem.*

15 *Filia pubes, & adulta; quoties inſimul cum matre obiit, præſumitur, matri ſuperuixiſſe, quoties pater, & maritus eſſet ſuperſtes, ne luctuoſa filiæ hæreditate priuetur.*

16 *Libertus, ſi ita ſimul cum filio ſuo pubere perierit, præſumendum patri prædeceſſiſſe, fauore patroni, ne, ſcilicet, à ſucceſſione liberti ſui excludatur.*

Expenditur text. in l. qui duos 10. §. cum in bello, verſ. ſi cum filio, ff. de reb. dub.

17 *Pater, quando non eſt ſuperſtes, quoties filia pubes inſimul cum matre perijt, naturæ ordo ſeruandus, vt parentes filijs premoriantur.*

18 *Legalis præſumptio, quòd pater filio puberi prædecedat in aliquorum ſententia, fuit inducta, ob commune parentum votum, vt eorum hæreditas ad filium potiùs, quàm extraneum perueniat.*

19 *Affertur ſententia affirmans, vt arbitrio iudicis ſit remittendum, an, mater filio puberi prædeceſſiſſe, vel potiùs ſuperuixiſſe ſit præſumendum.*

20 *Commemoratur nocturna trucidatio Gaſparis de Cologni vnà cum perduellibus, & Hæreticis demandata à Carolo Nono Gallorum Rege, in qua etiam fuit interfecta vxor impij Caroli Molinei cum filijs infantibus.*

21 *Affertur* deciſio Senatus Toloſani *eiuſdemq; rationes, ob quas determinauit matrẽ filijs impuberibus prædeceſſiſſe.*

22 *Commendatur* conſ. Peregrini 99. nu. 158. & ſeq. lib 6. *firmans, quod ſit præſumẽdũ, patrẽ vnà cum filio pubere, & altero impubere ſimul domi trucidatos à latronibus inſimul periſſe, neque filijs fuiſſe ſuperſtitem.*

23 *Maritus vxori præſumitur ſuperuixiſſe, ſi inſimul incendio, ruina, aut naufragio perierint.*

24 *Id tamen non procedit, contrarijs coniecturis concurrentibus, vt puta ſi maritus ſit ſenex, vel infirmus, & vxor iuuenis.*

25 *Regulariter iura præſumunt, quòd imbecillior priùs deceſſerit.*

26 *Affertur ſententia affirmans, quòd vxor in dubio non præſumatur Viro prædeceſſiſſe* & num. ſeq.

27 *Vbi non poteſt conſiderari ordo naturæ, quia non ſint pater, & filius; etiam ſi vnus ſit antiquior, & ſenior altero, lex non præſumit, eum eſſe præmortuum.*

28 *Vxor in aliquorum ſententia viro præſumitur præmortua, non ratione debilioris ſexus, ſed potiùs ratione pacti, quòd dos reſtituenda eſſet, ſi vxor in matrimonio decederet, quòd verificatur etiam, quando vterque ſimul decedunt.*

29 *Statutum, vel pactum quando tribuit lucrum viro, ſi mulier in matrimonio decedat, & è conuerſo vxori, tunc ſi coniuges eodem tempore moriuntur, lucrum dotis eſt debitũ hæredibus viri, &* de ratione.

30 *Statutum, ſi viro, aut vxori ſuperſtiti lucrum tribuat, tunc vtroque ſimul decedente, neutri lucrum eſt debitum.*

Statuto, vel pacto, quando requiritur, aliquẽ præmori, vel alteri ſuperuiuere, nõ ſufficit, quòd ſimul obierint ibidem.

31 *Lucrum, ſi debeat reſolui, aliquo ſuperuiuente, tunc ſimul morientibus coniugibus, non eſt locus reſolutioni, quia verum eſt, neminem ſuperuixiſſe.*

Reprobatur Theſaur. *refellens proximè allatas diſtinctiones.*

32 *Donatio, ad hoc, vt reuocata dici valeat, & pro non facta habeatur, an, & quando oporteat, donantem donatario ſuperuiuere.*

33 *Donans, & donatarius, ſi pariter ſpiritum poſuerint, & de ſuperexiſtẽtia donantis certitudo haberi nõ valeat, donatio ſubſtinetur, bonaq; donata ad hæredes donatarij pertinent.*

Intellige, vt num. 40.

Expenditur iura in l. ſi inter virum 9. ff. de reb. dub. & in l. cum hic ſtatus 33. § ſi ambo, ff. de donat. inter vir, & vxor.

34 *Donatio facta à patre filio, cum donantis morte confirmetur, hinc eſt, vt ſi ambo ſimul pereant, ſubſtineatur donatio.*

35 *Donationem cauſa mortis ad reuocandam quemadmodùm requiritur ſuperuiuentia donantis, an ita pariter pro validitate donationis requiri videatur qualitas, quòd donatarius fuerit ſuperſtes.*

36 *Donationes inter virum, & vxorem ab initio iure antiquo inſpecto erant irritę; licèt poſteà ex* Conſtitutione Diui Marci *fuerit temperatus huiuſmodi rigor, vt morte coniugis donãtis confirmentur.*

37 *Refellitur* Aretinus conſil. 50. *affirmans, quòd inſimul pereunte donante cauſa mortis, & donatario, ſit præſumendum, donantem ſuperuixiſſe,* & n. ſeqq.

38 *Dictio* maximè *implicat caſum magis dubium.*

Sed aliquando intelligi debet taxatiuè non implicatiuè, & nu. ſeq.

39 *Declaratur* text. in l. ſi inter virum, & vxorem, ff. de reb, dub. *in illis verbis*: Eò maximè, quòd donator non ſuperuiuat.

40 *Donans, & donatarius, ſi in diuerſis locis obierint, tunc, quando mortis ordo probari nequit, nulla iuris præſumptio militat, ſed ſtandum probationibus, quæ incumbunt allegantì prædeceſſum, vel ſuperuiuentiam.*

Nam alioquin præſumptio ſtat pro poſſeſſore rei donatæ, cuius conditio melior eſſe debet.

41 *Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu procedere poſſit.*

42 *Pluribus incendio, ruina, aut naufragio pariter pereuntibus, tunc lex præſumit aliquem præmortuum, vel ſuperſtitem fuiſſe, quando agitur ex diſpoſitione legis, ſecus ex diſpoſitione hominis.*

Commendatur doctrina Bart. *ità* diſtinguentis. Ibid.

43 *Reprobatur ſententia huiuſmodi* Bart. *diſtinctionem reprobans.*

44 *Teſtator, & legatarius, ſi eodem tempore perierint, et ignoratur, quis prior ſpiritum poſuerit, legatum remanet caducum, neque hæredibus legatarij aliquod ius competit,* & nu. 46.

45 *Legatum eſt donatio relicta à defuncto præſtanda ab hærede.*

Idcòque ad ſui validitatem pernecesſè expoſcit prædeceſſum Teſtatoris, & ſuperuiuentiam hæredis, & legatarij, vt dari, reſpectiuèque recipi valeat res legata.

46 *Teſtator, & legatarius ſi pariter pereant, lex nihil præſumit, dum verè dici non valet, legatarium fuiſſe ſuperſtitem, dum mortis ordo penitus ignoratur, neque legatarius quidquam ad*

ſuos

ſuos hæredes tranſmittit, neque ipſi conſequi valent.

Expenditur textus in l. ſed & in illo 19. ff. de reb. dub.

CAPVT CLXXXI.

QVÆSTIO eſt non vulgaris apud Interpretes exagitata, ſatiſque inuoluta, de qua diſceptari contingit; an naufragio ſimul pereuntibus, Patre, & Matre, vnà cum filiis, quis eorum priùs prædeceſſiſſe ſit præſumendum, ad plures effectus, de quibus infra; cumque huiuſmodi articulus diſputandus mihi contigerit occaſione cuiuſdam deplorandi naufragii propè Oſtia Tiberina paſſi per quemdam Siculum Mercatorem, qui miſerrimè periit inſimul cum vxore, quatuorque liberis, hæc pro veritate conſultus reſpondi.

Cumque hæc eadem quæſtio à DD. diſputetur, etiam in caſu, quo incendio, ruina, aut naufragio, vel ſimilibus, ſimul obierint maritus, & vxor, donans, & donatarius, teſtator, & legatarius, etiam de his omnibus non incongruum erit in præſentia agere.

1 Exordiendo igitur à patre vnà cum filio naufragio, incendio, vel ruina decedente, quando nullatenus conſtat, quis eorum prior diem ſuum obiierit, legalis præſumptio ſibi locum vindicat, quòd Pater filio prædeceſſerit, iuxtà nobile *Adriani Imperatoris* reſcriptũ, à *Triphonino* relatum *in leg. qui duos 10. §. cum in Bello, ff de reb. dub.* ibi: *Cum in bella pater, cum filio periſſet, materq; filij, quaſi poſteà mortui bona vindicaret; Agnati verò Patris, quaſi filius anteà periſſet, Diuus Adrianus credidit, Patrem priùs mortuum*; per quem *textum* itá determinant promiſcuè loquentes in incendio, ruina, naufragio, fulgure, terremotu, Belloque humano, vel Diuino, præceteris omiſſis aliis poſt Interpretes *in d. §. cum in bello, Caſtr. conſ. 101 num. 1. in princip. lib. 2. Aret. conſ. 50. col. 2. verſ. ſecundò hoc probatur, & col. 3. verſ. ſi ergo, Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 7. num. 8. Theſaur. qu. forenſ. 77. num. 1. lib. 3. Menoch. præſumpt. 50. num. 21. & ſeq. lib. 6. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. num. 38 Farinac. in fragm. par. 2,* verbo *mors, num. 313. verſ. dicaſque, Cald. de Iur. Enphyt. lib. 2. de nominat. qu. 16. num. 4. Carpzou. Iuris prudent. forenſ. part. 3. conſtit. 17. definit. 10. num. 6. verſ. vnde ſi pater, Praiudell. de peſte, §. certum eſt, num. 2. Merchin. de bell. Diuin. part 8. cap. 11. num. 13. Cacheran. deciſ. Pedemont. 108. n. 4.*

2 Huiuſmodi veró legalis præſumptio naturæ ordini conuenit, quam lex eſt aſſueta imitari, *§. minorem Inſtit. de Adoption.* ibi: *Adoptio enim naturam imitatur*, & in his terminis rectè aduertit *Cacheran. d. dec. 108. num. 11.* iuxtá enim ordinem naturę priùs decedere debet, qui priùs in lucem prodiit.

3 Sed quia prędictæ *l. qui duos 10. §. cum in bello, ff. de reb. dub.* directè aduerſari videtur *Vlpiani* reſponſum *in leg. ex facto 27. § ſi quis autem, ff. ad Senat. Conſult.* Trebell. ibi: *Sed ſi naufragio, vel ruina, vel adgreſſu ſimul cum patre perierit, an conditio defecerit, videamus, & magis non defeciſſe arbitror; quia non eſt verum, filium eius ſuperuixiſſe*, quorum Iurium Antinomia adeò Interpretum ingenia torſit, vt plures intellectus pro illis conciliandis excogitare conati fuerint, quorum octo refert *Ripa in d. leg. ex facto 27. n. 8. Ruſtic. in leg. cum Auus 101. lib. 4. cap. 4. ff. de condit. & demonſtr.*

4 Et quámuis inter cæteros intellectus nonnulli amplectantur traditum ab *Imol. in d. leg. ex facto, verſ. ſed certè*, per hæc verba: *Poteſt dici, quòd Intellectus, & ratio huius §. ſit talis, quòd iſta conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligitur de ſuperuiuentibus, & ideò ſi appareat, quòd prædeceſſerit filius, ſiue quòd ſimul cũ patre perierit, quòd tunc uerũ eſt dicere, quòd deceſſerit ſine filijs ſuperuiuentibus, licèt ſimul perierint, ideò obtinet fideicommiſſarius, niſi probetur, filium ſuperuixiſſe*, eúdemq; intellectum ſequitur ibidem *Goffred. num. 3. Alex. ſub n. 4. verſ. ſextus eſt intellectus, Socc. Sen. in d. leg. qui duos, §. cum in bello num 4. ff. de reb. dub. Couar. var. lib. 2. cap. 7. num. 6 Peregr. de fideicom. art. 43. num 51. Faſar. de ſubſtitut. qu. 436. num. 7. Altograd. conſ. 69. n. 18. lib. 1. Cacheran. dec. Pedemont. 108. numer. 12.* pluresſque alii, qui poſſunt laudari.

5 Nihilòminus ille frequentiori Interpretũ placito fuit receptus, mihique tamquàm verior arridet, quòd, ſcilicèt, ea ſit adhibenda diſtinctio, an filius fuerit pubes, vel potiùs impubes, ſi pubes vindicat ſibi locum diſpoſitio *textus in d. leg. qui duos 10. § cum in bello, ff. de reb. dub.* vt, ſcilicèt, ſit præſumendum, Patrem filio prędeceſſiſſe, & hunc intellectum ſectantur *Bald. conſ. 155. num. 1. verſ. modò quæritur, lib. 4. Botta conſ 80. nu 3. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 43. numer. 51. verſ. ſi verò pubes,* ibique *Cenſal. in obſeruat. verſ. ſed hic vlteriùs obſeruo, fol. 294.* iuxtà Venetam impreſſionem, *Carpan. ad Statut.* Mediolan *par. 1. cap. 298. numer. 26. & ſeqq. Menoch. præſumpt. 50. num. 21. verſ. hic filium fuiſſe puberem, lib. 6. Giurb. ad Conſuetud. Meſſanæ cap. 10. gloſ. 2. num. 10. & cap. 12. gloſ. 1. num. 5. Zacch. quæſt. Medico Legal. lib. 5. tit. 2. qu. 12. ſub num. 12. poſt med. verſ. ita habetur,* Molpheſ. *ad Conſuetud. Neap. tom. 2. in add. ad qu. 59. ſub nu. 4. 5. & 6.*

6 Huiuſmodi verò intellectus optimè remanet comprobatus, ſi eam adhibere velimus

ani-

animaduerſionem, quód ad bellum impuberes duci non ſolerent; ſed potiùs puberes ab anno decimo ſeptimo recte *Plutarcho in Gracchis*, & obſeruat antiquarum rerum peritiſſimus ſcrutator *Lipſius de militia Romanorum, lib. 1. dialog 2.* in verbis: *In annis quadraginta ſex, verſ. ſed cur non principium, fol 315. Roſin. lib. 8. antiquit. Roman. cap. 14.* et ex noſtris eruditiſſimus, ſemperque præ manibus habendus *Duarenus in d. l. qui duos 10. §. cum in bello, ff. de reb. dub. Peregr. conſ. 99. num. 95. lib. 6. Prauidell. de peſte, § certum eſt, num. 2.*

Si verò filius fuerit impubes, & tunc præſumendum, ante Patrem deceſſiſſe; Tum ob terrorẽ, qui in impubere maior eſt, quàm in pubere, & adulto; Tum ob virium, corporiſque imbecillitatem, & in his terminis intelligendum eſſe *textum in d. l. ex facto 27. § ſi quis autem. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* tradût *Felin. in cap. capitulum Sanctæ Crucis, 30. num. 19. in fin. verſ. & idem dicitur ſi pater de reſcript.* ſubtiliſſimus *Cuyac. in leg. 2. ff. de pact. dotal.* eam afferens rationem, quia tenera ætas diù cum morte colluctari non poteſt, *Corneus conſ. 196 lib. 5. Couar. lib. 2. var. cap. 7 ſub num. 8. verſ. his obſtare videtur, Menoch. d. præſumpt. 50. num. 30. verſ. natura enim lib. 6 Peregrin de fideicomm. art. 43. num. 51. verſ. & quidem ſi filius impubes fuerit,* ibiq; *Cenſal. in obſeruat. verſ ſed hic ulteriùs. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. nu. 47 Carpan. ad Statut. Mediol. p. 1. cap. 298. num. 26. Molpheſ. ad Conſuetud. Neapolit. p. 4. qu. 59. num. 17. & ſeq. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſ. 2. n. 6 & cap. 12. gloſ. 1. num. 7. Carpzou. in Iur. prudent. forenſ. p. 3 conſtit. 27. definit. 11. numer. 1. verſ. qui vnà cum patre naufragio, Prauidell. de peſte d. § certum eſt, nu. 4. Marchin. de bell. Diuin. p. 8. cap. 11. nu. 19. verſ. nam ſi hos, Zacch quæſt. Medico Legal. lib. 5. tit. 2. qu. 12. ſub n 14 verſ. impuberem contrà.*

7 Verùm proximè firmata diſtinctio non ita abſolutè eſt recipienda; ſi enim, admiſſa præſumptione, quòd impubes patri præmortuus aſſeratur, eueniret caſus, vt fauore extranei ſucceſſio paterna eſſet deferenda; tunc ad excluſionem eiuſdem extranei filius impubes ante patrem mortuus non eſt præſumendus; ita ſingulariter declarat, *Aretin. conſ. 50. col. 3.* quem commendantes ſectantur *Couar. var. d. cap. 7. n. 8. verſ. his non obſtare, Menoch. d. præſumpt. 50. n. 29. lib. 6. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. d. cap. 10. gloſ. 2. n. 15. verſ. niſi de ſuccedendo, Marchin. de bell. diuin. d. cap. 11. n. 20.*

8 Vlteriùs illa etiam eſt adhibẽda diſtinctio, quòd diſpoſitio *textus in d. l. qui duos 10. §. cum in bello ff. de reb. dub.* ſibi locum vindicet; quoties quæſtio verſatur circà paternam ſucceſſionem; *textus verò in d. l. ex facto 27. §. ſi quis autem ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* procedat, vbi agitur de ſucceſſione in bonis extranei; cum lex in beneficiũ, commodumq; filiorum præſumat, filios patri ſuperextitiſſe, ſed in extraneis nihil præſumit, ideòq; iuxtà regulas iuris ſuperuiuentia ab allegante eſt liquidò probanda, prout benè obſeruat *Peregr. de fideicom. d. art. 43. n. 57. Andreol. controu. 163. n. 5. Actolin. reſolut. 96. n. 7. & ſeqq. Du Perier. quæſt. Iur. lib. 4. cap. 9. in fin.*

9 Prout etiam prædicta diſtinctio nõ eſt amplectenda, quoties ex coniecturis, factique circumſtantiis præponderantibus præſumptioni legali prudentis Iudicis arbitrio diligenti examine perpendendis veriſimiliter exiſtimari poteſt, filium, licèt impuberem ſuperuixiſſe, vel puberem patri prædeceſſiſſe; prout optimè probat *Bald. conſ. 167. num. 1. in princip. lib. 4. Soccin. Iun. in l. ſi mulier 23. n. 10, verſ. ſed aduerte quia dubito ff. de reb. dub.* aſſerens, quód anno Iubilei 1450. ruina Pontis Sancti Angeli, cum Romæ obierint quingenti, & vltrà homines, inter quos pater, & filia treſdecim annorum in ſimul perieruut, *Soccinus* eius Patruus ex facti circumſtantiis reſpondit, præſumi, filiam patri prædeceſſiſſe, quem refert, & ſequitur *Menoch. dict. præſumpt. 50. num. 27. lib. 6. Peregrin. conſ. 99. numer. 120. lib. 6. Farinac. in fragment. crimin. part. 2.* verbo mors, *nu 315. in princ. Carpzou. Iur. pruden. foren. par. 3. Conſtit. 26. definit. 10, num. 11. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. gloſ. 2. nu. 15. in princip verſ. ſecus ſi coniecturis, Zacch. quæſtion. Medico Legal. 12. num. 18. verſ. prudenter igitur.*

10 Quæ autem ſint huiuſmodi coniecturæ conſulendi præ cæteris *Soccin. Iun. & Menoch.* in locis proximè laudatis, illaſque latè enumerant *Zacch. d. quæſt. Medico Legal. 12. nu. 15. & ſeqq. Du Perier. quæſt. Iur. lib. 4. cap 9. per tot.*

11 Prædicta verò ſuperiori loco firmata, quòd ad patrem incendio, ruina, aut naufragio inſimul cum filio pubere, vel impubere decedentem, procedunt, etiam quòad matrem vnà cum filio maſculo pereuntem, prout eſt *textus* loquens de matre *in l. ſi mulier cum filio, 24. ff. de reb. dub.* per quem ità firmant ibidem *Bart.* quem ſequuntur *Cuyac. in l. 26. ff. de pact. dotal.* & poſt *Donell. Menoch. d. præſumpt. 50. num. 30. verſ. natura enim, Theſaur. lib. 3. quæſt. forenſ. 77. num. 1. Epiſc. Ricc. collect. 2402. Carpzou. Iur. prudent. foren. d. par. 3. conſtit. 17. definit. 11. num. 19. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4 gloſ. 7. par. 2. n. 47. Barrij de ſucceſſ. lib. 17. tit. 6. de condit. mod. & cauſ. Molfeſ. part. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. qu. 59. ſub nu. 17. & ſeq. Cenſal. ad Peregrin. de fideicomm. d. art. 43. verſ. ſed hic vlteriùs, Zacch. qu. Medico Legal. d. lib. 5. tit. 2. qu. 12. nu. 14. & 22. Franch. deciſ. 454.* ibique *Add.*

12 An autem prædicta præſumptio ſibi locũ
vindicet, quoties mater inſimul cum filia
fæmina periit, non ſatis conſtans eſt inter
Interpretes ſententia, & in filia impubere fa-
13 cilè huiuſmodi præſumptio procedit, prout
firmant auctoritates ſuperiùs adductæ re-
ſpectu patris, quæ promiſcuè etiam de ma-
tre loquuntur, ſignanter *Bald. conſ. 145. nu. 6.
lib. 5.*

14 Quinimò, etiam ad filiam, quæ paululum
pupillarem exceſſit ætatem, extendit *Soc-
cin. in d. leg. ſi mulier. 24. num. 10. ff. de reb. dub.*
quem ſequitur eruditiſſimus, ſemperque
commendandus *Donell. in dict. leg. qui
duos 10 §. cum in bello, ff. de reb. dub. Redenaſc.
conſ. 49. num. 10. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 416.
num. 5. Menoch. d. præſumpt. 50. num. 33. lib. 6.
Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 4. cap. 4. nu. 33. Car-
pzou. Iur. prud forenſ. d. definit. 11. nu. 10. De
Luca ad Franch. d. dec. 454 nu. 1. propè fin. verſ.
extendunt, Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ.
d. art. 43. verſ. ſed hic vlteriùs obſeruo, in fine.*

15 Si verò filia pubes, & adulta inſimul cum
matre periret, eſſet inſpiciendum, an eiuſ-
dem filiæ puberis pater, & maritus reſpecti-
uè eſſet ſuperſtes, in quo caſu præſumptio-
ni, quòd mater filiæ puberi prædeceſſerit,
locus eſſe debet, ne pater luctuoſa filiæ hæ-
reditate priuetur, ita ſingulariter docuit
*Curt. Iun. in l. precibus 8. num 40. Cod. de impu-
ber. & aliis ſubſtitut. Alciat. Parerg. Iur. lib. 10.
cap. 9. in princip. verſ. ſicut etiam, Menoch. d.
præſumpt. 50. num. 23. lib. 6. Marchin. de bello
Diuino d. p. 8. cap. 11. nu. 1.*

16 Idque optimè remanet comprobatum
per *text.* ſingularem *in d. l. qui duos 10. § cum
in bello, verſ. ſi cum filio, ff. de reb. dub.* in quo
reperitur ſancitum, quòd, ſi libertus inſimul
cum filio ſuo pubere perierit, filium, licèt Pu-
berem prædeceſſiſſe ſit præſumendum fauore
Patroni, ne, ſcilicèt, à ſucceſſione liberti ſui
excludatur, ibi: *Si cum filio ſuo libertus ſimul
perierit, inteſtati Patrono legitima debetur hæ-
reditas, ſi non probatur, ſuperuixiſſe patri fi-
lius*; quem *textum* in propoſito expendunt
*Couarr. variar. reſolut. d. cap. 7. num. 10. lib. 2.
Menoch. de præſump. 50. num. 37. lib. 6. Theſaur.
lib. 3. qu. forenſ. 77. nu. 2. Marchin. de bello Di-
uino d. cap. 11. num. 21. Medic. tract. mors om-
nia ſoluit, p. 1. nu. 62.*

17 Quòd, ſi pater non ſit ſuperſtes, quando
filia pubes inſimul cum matre periit, tunc,
vel naturæ ordo eſt attendendus, iuxtà quem
regulare, ac frequentiſſimum eſt, vt paren-
tes filiis præmoriantur, *Caſtren. in leg. ſi inter
virum 9. ſub nu. 4. verſ. nam ſicut, ff. de reb. dub
Aretin. d. conſ. 50. column. 2. verſ. ſecundò hoc
probatur, Couar. d. cap. 7. nu. 8. in fin. verſ. ſed
hæc procedunt, Cacheran. dec. 108. nu. 4.*

Vel inſpiciendum commune parentum
votum, vt eorum hæreditas ad filiam po-
tiùs, quàm extraneum perueniat, qua po-
18 tiſſimùm ratione fuiſſe motum Imperato-
rem *Adrianum* ad huiuſmodi præſumptionẽ
inducendam in patre, & filio pubere ſimul
pereuntibus, arbitrati ſunt, *Couar. d. cap. 7.
num. 8. verſ. hic obſtare videtur, Carpzou. Iur.
prud. forenſ. d. part. 3. conſtit. 17. defin. 10. nu. 9
Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 7. par. 2.
num. 45. Caldas de Iur. Emphyt. lib. 2. de nomi-
nat. qu. 16. num. 4. Menoch. d. præſumpt. 50. nu.
21. & ſeq. Farinac. in fragment. part. 2.* verbo
*mors, nu. 313. verſ. dicaſque, Cacheran. deciſ.
Pedemont. 108. nu. 4.*

19 Verùm, quia inter Interpretes circà ſu-
periori loco firmata reſpectu matris inſimul
cum filia pubere decedentis aliqua adeſt di-
ſcrepantia, ex ponderationibus in contra-
rium adductis per *Menoch. d præſumpt. 50. nu.
22. verſ. verum, & nu. 23. verſ. hæc ratio, lib.
6. Marchin. de bello Diuino d. part. 8. cap. 11.
num. 15. verſ. quæ conſideratio*; Meritò quæ-
ſtionẽ prudentis Iudicis arbitrio decernen-
dam eſſe, inſpecta qualitate, & temperamen-
to, tàm matris, quàm filiæ, aliiſque cir-
cumſtantiis, exiſtimauit *Carpzou. Iur. prud.
forenſ. d part. 2. conſtit. 17. defin. 11. nu. 13.*

Non eſt tamen circa hanc materiam ſilen-
tio obuoluendum, quòd, ſi fortaſsè mater
alio, quàm incendii ruinæ, & naufragii ca-
ſu cum filiis perierit; non ſemper conſtans
eſt præſumptio ſuperiùs firmata, quòd ipſa
filijs impuberibus ſuperuixerit; cum enim
20 in illa ſatis nobili nocte, qua ex mandato
Caroli Noni Gallorum Regis perduelles, &
Heretici Pariſiis animaduerſione admodùm
ſalutari inſimul cum Gaſpare de Coligni eo-
rum Anteſignano fuerunt trucidati, de quo
meminit inter alios Hiſtoricos *Caterinus
Dauila Hiſtor. Franc. lib. 5. fol. 262. & ſeqq.* filia
impii, ſemperque execrandi Caroli Molinei,
Deo vindice, vnà cum filiis infantibus fuerit
miſerè interfecta; Curia Pariſienſis, exami-
nato diligenter articulo, pronunciauit,
quòd ſit præſumendum, matrem ante impu-
beres liberos, quorum nonnulli adhuc in
cunis iacebant, deceſſiſſe; prout deciſum
21 teſtatur *Maynard. deciſ. Toloſan. 83. n. 2. lib. 3.*

Idque ea potiſſimùm ratione in eadem
deciſione rectè ponderata, quòd ſit præſu-
mendum, occiſores ab iis necem incepiſſe,
qui vti fortiores aliorum conatibus reſiſtere,
aliorumque auxilia poterant implorare, de-
indèque paruulos, imbecilliores ſque truci-
daſſe, eamdemq; deciſionem commendant
*Charond. lib 5. reſponſ. cap. 51. Barrij de ſucc.
lib. 17. tit. 12. num. 31.*

22 In idem etiam conferunt ſingulariter fir-
mata per *Peregrin. conſ. 99. n. 158. & ſeq. lib. 6*
qui agens de caſu patris annorum quinqua-
ginta à latronibus in propriis laribus inter-
fecti, ſimul cum duobus filiis, quorum ma-
ior

Digitized by Google

ior decimum ſextum, alter verò ſeptimum agebat annum, reſpondit, quòd, cum latrones domum expilare non valerent; niſi præuia patris, filiorumque occiſione, neque huiuſmodi facinus ab vno tantùm homine fieri poſſet, ſed multiplici manu, ferroque opus eſſet, ſatis probabile, quinimò neceſſarium exiſtimandum ſit, latrones ſimili ſceleſto animo, parique crudelitate domum intraſſe, eodemque tempore vulneraſſe, confodiſſeque.

23 Quò verò ad maritum, & vxorem inſimul ex caſibus initio expreſſis decedentes, acerrimè oriri ſolent controuerſiæ circà eorum ſucceſſionem inter ſuperſtites, ſignanter, quando agitur de lucro dotis, ſeù quarti dotalis coniugi ſuperſtiti ex forma ſtatuti, vel ex peculiari conuentione debito, in qua quæſtione in dubio præſumendum; vxorem tamquàm debiliorem, imbecilliоremque ratione ſexus viro prædeceſſiſſe, prout eſt *textus in l. qui duos* 10 *§. ſi maritus*, ibique *gloſ.* verbo *locum habebit*, cęteriq; Interpretes, *ff. de reb. dub.* per quem *textum* in caſu obitus mariti inſimul cum vxore ratione incendii, ruinæ, naufragii, fulguris, terræmotus, belli Diuini, vel humani, ita præ ceteris firmant *Feliu. in cap capitulum Sanctæ Crucis* 130 *num.* 19. *in fin. verſ facit textus de reſcript. Lucas de Penna in l. Principes, in.* 44. *cai. Cod. de priu. agen in reb. lib.* 12. *Ancharan. conſ.* 438. *num.* 3. *verſ quando plures, Peregrin. conſ.* 99. *num.* 38. *lib.* 6. *Tiraq.* plures alios referens *in princip. leg. connubial. gloſ.* 1. *part.* 1. *num.* 58. *Cremenſ. ſingul.* 52. *Theſaur. lib* 3. *quæſt. forenſ.* 77. *num.* 1. *verſ. ſic in marito, Vaſquez controu. Iur. tom.* 1. *cap.* 32. *nu.* 15. *Medic. tract. mors omnia ſoluit, p.* 1. *num.* 55. *& ſeqq. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. p.* 1. *cap.* 298. *n.* 68. *Farinac. in fragment. p.* 2. verbo *mors, nu.* 314. *verſ. ſecundò amplia in marito, Carpzou. Iur. prud. forenſ. par* 3. *conſtit.* 17. *defin.* 12. *num.* 4. *verſ. quare coniugibus, & ſeqq. Marchin. de bello Diuino, par.* 8. *cap.* 11. *num.* 3. *Palma conſ.* 94. *num* 2. aliique relegendi penes *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 10 *gloſ.* 2. *numer.* 13. *in princip.*

24 Quòd, ſi contrariæ vrgerent coniecturæ, ſuperiùs firmata præſumptio non ſubſiſteret, vt putà, ſi maritus eſſet ſenex, vel infirmus, vxor verò Iuuenis, aut aliæ concurrerent veriſimilitudines; tunc enim præſumendum, virum vxori prædeceſſiſſe, vt poſt *Marſil.* & alios firmat *Botta conſ.* 80 *num.* 21. *verſ. vtique præſumendum foret*, loquens de marito, & vxore, qui in arce Cremonæ fulmine, quod puluerem tormentarium incenderat, ruina domus ſimul attriti fuere, *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 2. *nu.* 13. *verſ. quid dicendum.*

Regulare enim eſt in his caſibus, vt præ-
cipua virium ratio habenda ſit, ſemperque ex
æquali impetu in perſonas inæqualium vi-
25 rium illato, præſumptio ſit, quòd imbecil-
lior priùs diem ſuum obiierit, *Peregrin. dict.*
conſ. 99. *nu.* 160. *lib.* 6. *Zacch. quæſt. Medico le-*
gal. lib. 5. *tit.* 2. *qu.* 12. *num.* 18. *verſ. itaque*
maximè.

26 Sed, quia ſententia ſuperiùs allata, quòd
Vxor in dubio viro prædefuncta pręſumatur,
quando vterque ruina, naufragio, incendio,
vel alio ſimili caſu periere, nō indiſtinctè ab
omnibus ſit recepta, ſed ab ea diſſentiant,
Caſtr. in leg. ſi inter virum, num. 5. *ff. de reb.*
dub. affirmans, quòd, vbi non poteſt conſi-
derari ordo naturæ, vtpotè, quia non ſint
27 pater, & filius, etiam ſi vnus ſit antiquior,
& ſenior altero, & per conſequens debilior,
lex non præſumat, eum eſſe præmortuum
Signorol. conſ. 9. *Botta conſ.* 80. *num.* 10. *Alexandr.*
conſ 69. *num.* 51. *lib.* 1. *Couar. uar. d. cap.* 7. *n.* 10.
verſ omnibus his, lib. 2. *Peregrin de fideicom.*
art. 43. *num.* 53. *verſ. ego diutiùs, Pacian. de*
probat. lib. 2. *cap* 8. *num.* 14. aduertens, quòd
28 in *d. leg. qui duos* 10. *§. ſi maritus, ff. de reb.*
dub. fęmina priùs mortua præſumatur; non
ratione debilioris ſexus; ſed potiùs vigore
pacti, quòd dos reſtituenda eſſet, ſi vxor in
matrimonio decederet, quod verificatur,
etiam, quando vterque ſimul pereunt, *Card.*
Mant. de tacit. lib. 12. *tit.* 23. *num.* 12. *& duob.*
ſeqq. de Luca ad Franch. dec. 454. *nu.* 7. aliique
relegendi penes *Phanuc. de lucro dotis gloſ.* 4.
nu. 5. *verſ. veriùs.*

Cumque huiuſmodi controuerſia ab Interpretibus potiſſimùm exagitari ſoleat ad effectum lucrandi dotem, vel quartum dotale; aut donationem propter nuptias, iuxtà formam ſtatuti, vel pacti; plurium caſuum adhibendam eſſe diſtinctionem arbitror, ne incidamus in æquiuoca.

29 Initio igitur ille nobis ſe offert, quando ſtatutum, vel pactum tribuit lucrum viro, ſi mulier in matrimonio decedat, & è conuerſo vxori, & tunc ſi coniuges eodem tempore moriantur, lucrum dotis eſt debitum hæredibus viri; conditio enim mortis, quam ſtatutum, vel pactum reſpexit, etiam in vxore inſimul cum viro pereunte poteſt verificari; prout in ſpecie firmat communis præceptor *Bart. in d. leg qui duos* 10. *§ ſi maritus num.* 1. *verſ. certè, ff. de reb. dub.* quem præceteris ſectantur *Caſtr. in d. leg. ſi inter virum* 9. *num.* 3. *verſ. idem eſt, ff. de reb. dub. Marſil. in Rubr. de probat. nu.* 416. *Couar. uar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 3. ibique latè *Faria. in add. nu.* 8. *Roland. de lucr dot. qu.* 6. *num.* 6. aliique relati per *Menoch. d. præſumpt.* 50. *nu.* 3 *lib.* 6. *Medic. tract. mors omnia ſoluit, p.* 1. *nu.* 57. *Pacian. de probat. cap.* 8. *ſub num.* 14. *verſ. undè marito, Peregrin. de fideicom. art.* 43. *ſub nu.* 53. *verſ. quandoque* aſſerens, prædictam *Bart.* ſententiam

tiam

Digitized by Google

tiam eſſe communem Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib 12. tit. 23. nu. 12. Marchin de de bello Diuino part. 8. capit. 11. numer. 3. & ſeq.

30 Alter caſus eſt, ſi ſtatutum viro, aut vxori ſuperſtiti lucrum tribuat, & tunc, vtroque ſimul pereunte neutri lucrum eſt debitum; cum enim ambo ſimul deceſſerint, mortiſque ordo penitus ignoretur, neuter alteri ſuperuixiſſe dicitur, ſed alleganti alterius ſuperuiuentiam, incumbit onus illam liquidò probandi, vt in terminis Bart. in d. leg. quod de pariter 17. ſub num. 1. verſ. aut debet, ibique præceteris Alberic. & Caſtr. eodem num. 1. ff. de reb. dub. Præpoſit. in cap. ult. num. 12. de donat. int. uir. & uxor. Signorel. conſ. 9. per tot. Batta conſ. 80. num. 8. & ſeqq. eam afferens rationem, quòd, ſcilicèt, quando, vel ex ſtatuto, vel ex pacto requiritur, aliquem præmori, vel alteri ſuperuiuere, non ſufficiat, quòd ſemel obiierint, Altograd. conſ 69. numer. 13. lib. 1. Palma conſ. 94. numer. 19 & ſeq Couar. uar. d. cap. 7 num. 7. uerſ. primò ex hoc, Roland. de lucr. dot. qu. 60. num. 6. uerſ. limita tamen, Menoch. d. præſumpt 50. num 17. lib. 6. Tiraq. de Iur. primog. qu. 17. opin. 7. & ſeq. num. 10. in fin. Pacian lib 2. de probat cap 8. num. 20. Peregrin. de fideic. art. 43 num. 53. uerſ. aliquando uerò, Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſ. 2. n. 13. uerſ. niſi in lucro dotis, Medic. in tract. mors omnia ſoluit, num. 58. Marchin. de bello Diuino p. 8. cap. 11. n. 5. & ſeq. Carpzou. deciſ. 19. nu. 6. uerſ. neque ſi cautum ſit.

31 Vltimus demum eſt caſus, ſi lucrum debeat reſolui, aliquo ſuperuiuente, & tunc, ſimul morientibus coniugibus, non eſt locus reſolutioni; quia verum eſt neminem ſuperuixiſſe, vt poſt Iacob de Aren. optimè diſtinguit Bart. in d. leg. quod de pariter 17. n. 1. verſ. vndè dicit, Iacobus de Arena ff. de reb. dub. ibique Caſtr. & Imol. Altograd. d. conſ. 69. nu. 11. lib. 1. quidquid in contrarium dixerit, reprobans huiuſmodi diſtinctiones, vtpotè nimis ſubtiles, regulæq; deſtructiuas, Theſaurus d qu 77. nu. 3. lib. 3.

Transeamus modò ad donantem, & donatarium; cumque huiuſmodi controuerſia, quis eorum priùs diem ſuum obiierit, exagitari conſueuerit inter eorum hæredes, quando donatio eſt cauſa mortis, vel eſt facta inter perſonas prohibitas, vt putà inter maritum, & vxorem, patrem, & filium, quæ morte perneceſsè ſit confirmanda, vt exindè decerni valeat; cui nam bona donata debeantur.

32 In huiuſmodi quæſtione, præmiſſa concluſione, quòd, ad hoc, vt donatio reuocata dici valeat, & pro non facta habeatur, oporteat, donantem ſuperuiuere donatario; licèt non ſemper eodem donante ſuperexiſtente donatio ipſo iure reuocata dicatur, vtpotè ſi eſſet facta donatario, eiuſque hæredibus; Bald. in l. 2. num. 4. in fin Cod. de Iur. dot. Bich. dec. 136. nu. 29. & ſeq. & in aliis caſibus, quos longum eſſet recenſere, relegendis penes Crauett. conſ. 102. Burſatt. conſ. 183. lib. 2. Cephal. conſ. 312. numer. 3. & 86 Franc. Anton. Coſta conſ. 12. num. 78. & ſeq. Roland. conſil. 17. num. 12. lib. 1. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. de reuocand. donat. defin. 21. Molfeſ. ad conſuet. Neapolit. part. 3. qu. 5. num. 8. Cutell. de donat. tom. 2. diſc. 1. ſpecial. 37. num. 5. & ſeqq. Theſaur. dec. 22. nu. 13. Franch. dec. 59. ibique add. Bich. d. dec. 136.

33 Si tamen pariter donans, & donatarius ſpiritum poſuerint, & de ſuperexiſtentia donantis certitudo haberi non valeat, donatio ſubſtinetur, bonaque donata ad hæredes donatarii pertinent, iuxtà Pauli reſponſum in l. ſi inter virum 9. ff. de reb. dub. ibi: Quòd ſi ſimul, tam is, cui donatum eſt, quàm is, qui donauerit, quæſtionis decidendæ gratia magis placuit, valere donationem; ibique Bart. num. 9. verſ. dic, Caſtr. num. 3. cui concordant Vlpiani placitum in leg. cum hic ſtatus 33. §. ſi ambo, ff. de donat. int. vir. & vxor. ibi: Ergo ſi ambo deceſſerint naufragio forte, vel ruina, vel incendio quid dicemus, & ſiquidem poſſit apparere, quis ante ſpiritum poſuerit, expedita eſt quæſtio, ſi verò non appareat, difficilis eſt quæſtio, & magis puto, donationem valuiſſe, Burſatt. conſ 8. n. 16. lib. 1. Menoch. cõſ. 84. n. 14. lib. 1. & præsũpt. 50. n. 8. verſ. & ratio eſt, lib. 6. Peregrin. conſ. 99. n. 40. lib. 6 Altogr. cõſ 69. n. 38. & ſeq. lib. 1. Alciat. de præſumpt. regul 1. præſumpt. 49. num. 4 uerſ tertiò fallit. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap 7. num 5. verſ. ſecundò hinc, & verſ. primò tamen, ibique latè Faria in add. nu. 10. Roland. de lucro dot. q. 60. num 4 Vaſq. controu. Iur. tom. 1. cap. 32. nu. 15. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 14. num. 21. Medic. tract. mors omnia ſoluit, p. 1. nu. 59. Gaſp. Theſaur. qu. forenſ lib. 3. qu. 77. nu. 2. uerſ. item quia lex, Fontanell de pact. nupt. clauſ 4. gloſ. 7. part. 2. nu. 41. & 45. uerſ. ideò Epiſc. Barboſ. uot. 126. num. 101. Angul. in l. 1. tit. de las meioras, gloſ. 1. nu. 5. Marchin. de bello Diuino, part. 8. cap. 11. num. 8. de Luca ad Franch. dec. 454. num 6. in fin.

34 Idemque aſſerendum in donatione facta à Patre filio, quæ cum donantis morte confirmetur; hinc eſt, vt ſi ambo ſimul pereant, ſubſtineatur donatio, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. n. 38. Faria in add. ad Couar. uar. lib. 2. cap. 7. nu. 11.

35 Et licèt contra textum in d. leg. ſi inter virum 9. ff. de reb. dub. obiici valeat, quòd quemadmodum ad reuocandam donationem cauſa mortis requiritur ſuperuiuentia donantis, iuxtà Aphricani reſponſum in leg. ſi ij, qui in inuicem 26. ff. de mort. cauſ. donat. Couar. var. d. cap. 7. numer. 8. verſ. quintò, Cardin.

Mant.de coniect. vlt.volunt.lib.12.tit.7.nu.10. verſ.& ſi donator, ità pariter pro validitate donationis requiri videatur qualitas, quòd donatarius fuerit ſuperſtes, prout arguit Marchin.de bello Diuino.p.8. cap.11.n.9. verſ. ita ad valorem.

36 Nihilòminus huiuſmodi argumentum fallaciam inuoluit; cum enim ab initio donationes inter virum, & vxorem eſſent irritæ, l.1. & ſeq.ff.de donat.int.vir. & vxor. iſtarum legum rigor Cõſtitutione Diui Marci fuit temperatus, vt, ſcilicèt, ſi is, qui donauit, priùs deceſſerit, quàm pȩniteret, ipſa confirmetur donatio; ſi verò donatarius antè donantem obiiſſet, iſto ſuperſtite, donatio eſſet reſoluta, ex quo factum eſt, vt donatio inter virum, & vxorem, viro adhuc viuente, non ſit omninò inualida; cum morte coniugis in eadem voluntate decedentis confirmari valeat iuxtà notata in l. cum hic ſtatus 33. §.oratio, ff.de donat.int.vir.& uxor. Barboſ.in l.quæ dotis 34.nu.128. in fin.verſic. cui tamen ff ſolut.matrim. Caſtr.conſ.75.nu.4. lib.2. Menoch.conſ 211.num.11.& præſumpt. 50.num 7.lib.6. Clar.in § donatio, qu.9. nu.7. Card.Mant.de tacit.lib 21.tit.7. num.1.et ſeq. Caneer.var part 1.cap.8.nu.92.verſ.confirmatur, Sanchez de matrim.lib.6. diſp.14. num.1. Fragoſ.de Regim.Reip. Chriſtian.part 3. lib.2. diſp.4. §.1. nu.6.& ſeq. Bieb.dec.210.num.6.et 16. Ideóque ad illius reſolutionem neceſſaria eſt ſuperuiuentia donantis, vt per hanc ſolam probationem irritetur donatio, d. leg. cum hic ſtatus 33. § ſi ambo, ff. de donat. int. uir. & uxor. ibi: Si prior uita deceſſerit, qui donatum acceperit, Alciat. reſol 1. præſumpt.49. ſub num.3. in fin.uerſ.nam donatio, Couar uar. d.cap.7. nu.5. in princip. Altograd. conſ.69.nu. 40.lib.1. Andreol.contron.163.nu.15. uerſ. & per hanc, Fragoſ.de Regim.Reip.Chriſt. par.3. lib.2.diſp.4.§.1.nu.7.

37 Neque audiendus poſt Din. & Oldrad. Aretin.conſ.50.col.2. apertè affirmans; quòd in ſimul pereuntibus donante cauſa mortis, & donatario, ſit præſumendum, donantem ſuperuixiſſe per text.in d.l.ſi int.uir.& uxor.ff de reb.dub. in illis verbis: Eò maximè, quòd donator non ſuperuiuat, qui rem condicere 38 poſſit, ponderata dictione maximè, cuius ea eſt natura, vt non ſolùm implicet caſum magis dubium, donationem ſimiliter confirmari, ſi ambo ſimul moriantur; verùm etiam, quòd idem ſit, etiam ſi ratio expreſſa deficiat, l.1. §. vel maximè, ff. de collat. bonor. Crauett.conſ.227 num.9. & ſeq. aliiſq; relatis Epiſc Barboſ.dict.197.nu 3.

39 Siquidem Aretini lapſus, vel ex eò ſatis liquidò deprehenditur, quòd, cum in prædicta l.ſi inter uirum, & uxorem 9. ff de donat. int. uir.& uxor. reperiatur ſancitum, vt donante, & donatario ſimul defunctis, donatio ſubſiſtat, quando non conſtat, quis prior obierit, atque adeò ſubſequentia verba: Et maximè, quòd donator non ſuperuiuat, tamquàm cauſȩ finali adiecta intelligi debent taxatiuè, non implicatiuè, prout in ſpecie reprobato Aretino, egregiè firmant Socin. Iun.in d.leg. quod de pariter 17. num.6. verſ. ſed aduerte, ff. de reb. dub. quem ſequuntur Alciat.d.regul.1.præſumpt.49.n.3. in fin. verſ. ſed tamen, Couar.uar.lib.2.d.cap.7. ſub num.5. uerſ. aliud præterea, ibique latè Faria in addit.num.18. & ſeq. Menoch. d.præſumpt.50. num.11.lib.6. Sanchez de matrim. lib.6. diſp. 14. ſub num.21. verſ.ſecundò reſpondetur, & ſeq.

Prædicta verò omnia ſuperiori loco fir-40 mata tunc demum procedunt, quando donans, & donatarius in eodem loco, ruina, incendio, naufragio, aut ſimilibus caſibus pariter pereunt; ſecus autem, ſi diuerſis in locis obierint, tunc enim, quando mortis ordo probari valet, nulla Iuris præſumptio ſibi locum vindicat, ſed omninò ſtandum probationibus, quȩ incumbunt allegantì prȩdeceſſum, vel ſuperuiuentiam, nam aliòquin præſumptio eſt pro poſſeſſore rei donatæ, cuius conditio ſemper melior eſſe debet iuxtà monitum Bart.in l.2.§ ſi dubitetur, ff. quemadm. teſtam.aperian., & in leg. ſi quidem, Cod ſolut.matrim. Alciat. de præſumpt regul.1. præſ.44. Alex.in l. ſed ſi de ſua in fin.ff.de acqu. hæred & conſ.25.num.2. & conſ.117. num.3. lib 4 Zucear.in repetit.l.final.num.248.ibique Sapia n.23. Cod.de edict. Diui Adrian. tollen. Barbat.in rubric. Cod. qui admit.n.18. Cagnol. in l. ſi emancipati n.92.in fin. Cod. de collation. Menoch. præſumpt. 50.n.26. lib 6. aſſerens ab hac ſententia non eſſe recedendum, Maſcard.de probation. concluſ.1069. & in his terminis optimè Ronit. conſ.6. n. 10. lib.2. Palma conſ.94. n. 22. verſ. tertia deſumpta, & n. ſeq. Sanchez de matrim. lib. 6. diſputat. 14. n. 22. verſ. alij verò, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 436.n.13.

41 Quidquid dicant alij ab ea diſſentientes, inter quos Altograd. conſ.69.n. 45. 48. & ſeq. lib.1. Faria in addition. ad Couarru.d.cap. 7.n.21. lib.2. Marchin. de bell. Diuin. part.8. cap.11.n.12. horum enim opinio procedere non poteſt, quando ordo temporis, quo plures diuerſis in locis deceſſerant, per teſtes, vel alio modo probari poteſt; ſecus aſſerendum, quando vno impetu incendij, ruinæ, vel naufragij pariter periere; adeòut nihil probari poſſit, prout egregiè diſtinguit Bald. conſ. 176.lib.4. Maſcard.de probation.concluſ.1350. & huiuſmodi diſtinctionem admittit idemmet Altograd. d. conſ. 69. n. 46. & ſeq. lib.1.

Diſputandum tandem remanet, an ſi teſtator ſimul cum legatario perierint, quis priùs obijſſe præſumatur ad effectum validi-

tatis

Digitized by Google

tatis, vel reuocationis legati.

42 Pro cuius quæſtionis declaratione, illud præmittendum pernecesſè exiſtimo, quòd pluribus, incendio, ruina, aut naufragio pariter morientibus, tunc demum lex aliquem præmortuum, vel ſuperſtitem fuiſſe præſumit, quando, nempè, agitur ex diſpoſitione legis; ſin autem agatur ex diſpoſitione hominis inter viuos, vel ex vltima voluntate, nunquám alterum alteri ſuperuixiſſe, vel præmortuum eſſe præſumitur; ſed pernecesſè recurrendum ad propriam ſignificationem, an diſpoſitio hominis, vel legis circà illud requirat, aliquem ſuperuiuere, vel ne; prout poſt *Iacob. de Aren.* magiſtraliter diſtinguit *Bartol. in l. quod de pariter 17. n. 1. ante med. verſ. iſtud dubium ff. de reb. dub.* qui deindè *circà fin. verſ. ratio eſt*, elegautè ſui dicti aſſignat rationē, his verbis, *quia, quando quis agit ex diſpoſitione hominis, ſi non habet effectum, remanet diſpoſitio Iuris, iuxtà quam res ſuum habet exitum; ideòque lex non curat aliquid præſumere, ſed potiùs agitur ex diſpoſitione legis, ſi lex in iſto dubio nihil præſumeret, vtique caſus remaneret indeciſus, quod eſſe non debet*, eamdemq; ſingularē *Bartol.* theoricam commendantes ſequuntur, latèque comprobant *Soccin. Sen. in dicta l. qui duos 10. § cum in bello n. 3. in princ. & in l. ſed & in illo 19. ſub n. 6. verſ. ſecundū eſt dubium, & n. ſeq. ff. de reb. dub. Imol. in l. ex facto, § ſi quis ante n. 24. verſ. ſed aduerte ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. Eman. Coſt.* plures alios referens *in d. §. cum in bello n. 16. Aretin. conſ. 50. n. 4. Gargiar. conſ. 47. n. 42. Altograd. conſ. 69. n. 17. lib. 1. Alciat. regul. 1. præſumpt. 49. n. 2. in princ. Pacian. de probation. lib. 2. n. 37. Faria ad Couarr. variar. lib. 2. cap. 7. n. 38. & 67. Andreol. controu. 163. n. 19. verſ. ratio eſt. Chaberan. deciſ. 108. n. 15. verſ. non obſtat, Purpuratan conſil. impreſſ. pænes eandem deciſionem, verſ. ex quo ſumus, & verſ. dicit enim.*

43 Nullatenus attenta contraria ſententia huiuſmodi *Bart.* diſtinctionem reprobante, quam ſequuntur *Couarr. variar. d. cap. 7. n. 7. lib. 2. Menoch. d. præſumpt. 50. n. 19. verſ. nam illa, Fontanell de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 7. part. 2. n. 44. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 10. gloſ. 2. poſt med. verſ. eius tamen*; cum aberrent à communi, illoſque optimè præ cæteris reprobet *Faria ad Couarr. variar. d. lib. 2. cap. 7. n. 38. & 67. Andreol. d. conſ. 69. n. 17. lib. 1.*

Hac igitur recepta *Bartol.* diſtinctione pre-
44 miſſa, oritur reſolutio præſentis quæſtionis; ſi enim teſtator, & legatarius eodem tempore perierint, & ignoratur, quis prior ſpiritum poſuerit, legatum remanet caducum, neque hæredibus legatarij aliquod Ius competit, dum verſamur in hominis diſpoſitione, in qua lex nihil præſumit, atque adeò affirmans, teſtatorem prędeceſſiſſe, concludenti, adſtringitur probatione, prout in his terminis benè probant *Gargiar. conſ. 47. n. 42. lib. 1. Palma conſ. 94. ſub n. 7. & ſub n. 20. Altograd. d. conſ. 69. n. 16. lib. 1. Carpzou. deciſ. 19. n. 1. verſ. nam priùs.*

Idq; ea potiſſimùm ratione ex legū dedu-
45 cta principijs; cum enim legatum ſit donatio relicta à defuncto, præſtanda ab hærede, *§ legatum inſtitutionibus de legat.* meritò ad ſui validitatem pernecesſè expoſcit prædeceſſum teſtatoris, ſuperuiuentiamq; hæredis, & legatarii, vt dari, reſpectiuèque recipi valeat res legata, *l. 1. § cum triplici, & § pro ſecunda Cod. de Caduc. tollend. Caſtren. in d. l. quod de pariter 17. num. 3. verſ. ſic certè non tranſmittitur, ff. de reb. dub. Soccin. Sen. in l. ſed, & in illo 19. num. 2. ff. eod. titul. Couar. var. cap. 7. n. 3. uerſ. tertiò principaliter, & num. 8. uerſ. quartò deducitur, lib. 2. Roland de luer. dot. quæſt. 60. num. 7. Peregrin. conſ. 49. num. 5 lib. 5. Menoch. lib. 6. præſumpt. 50. num. 18. & ſeq. Farinac. in fragment part. 2.* verbo *mors, ſub numer. 315. uerſ. tertiò limita, Dilect. de arte teſtand. tit. 10. cautel. 3. num. 4. Card. Mant. de coniect. lib. 5. tit. 9. num. 12. & ſeq. Simon. de Petr. de interpretat. ultim. uolunt. lib. 4 interpretat. 3. dubitat. 2. num. 35. in fin. Bich. dec. 445. num. 1. & trib. ſeqq.* & in his terminis aduertunt *Botta conſ. 80. n. 16. & ſeq. Palma d. conſ. 94 n. 2. uerſ. & hoc totum. Altograd. d. conſ. 69. nu. 15. et ſeq. ad med. uerſ. cum iam, lib. 1. Andreol. d. controu. 163 num. 2. Cacheran. dec. 108. numer. 5. & ſeqq. Carpzou. dec. 19. num. 16. lib. 1.*

46 Atque adeò, ſi teſtator, & legatarius pariter pereant, lex nihil præſumit, cum verè dici non valeat, legatarium fuiſſe ſuperſtitem, dum mortis ordo penitus ignoratur, *leg. cum bic ſtatus 33. §. ſi ambo. ff. de donation. int. vir. & vxor.* & melior *text. in l. ſed, & in illo 19. ff. de reb. dub.* ibi: *In quibus caſibus, ſi pariter deceſſerint, nec appareat quis ante ſpiritum emiſerit, non uidetur alter alteri ſuperuixiſſe, Palma d. conſ 94. nu. 20. in princ. Roland. d. conſ. 69. nu. 16 lib. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 8. nu. 20. & ſeq. Peregrin. de fideicom. art. 43 nu. 51. & ſeq. Roland de luer. dot. qu. 60. nu. 7. Card. Mant. de coniect. lib. 5 tit. 9. num. 13 Carpzou. d. dec. 19. nu. 4. lib. 1.* vndè meritò deducitur, teſtamentum fieri caducum, neque legatarium, quidquám ad ſuos hæredes tranſmittere, aut ipſos conſequi poſſe, *Caſtren. in l. quod de pariter, num. 3. ff. de reb. dub. Soccin. Sen. in l. ſed, & in illo 19. nu. 2. uerſ. tertiò noto, & ſeqq. ff. eod. tit. Botta d. conſ. 80. num. 16. & ſeq. Altograd. d. conſ. 69. nu. 13. & 16. lib. 1. Couar. uar. d. cap. 7. ſub nu. 8. uerſ. tertiò eadem ratione, Peregrin. de fideicom. art. 43. n. 53. uerſ. aliquando uerò, Andreol. controu. 163. n. 17.*

* * * * * *
* * * * *

ARGVMENTVM.

Mutuum transfuſum, ſiue conuerſum in contractum cambij, an, & quando reſoluatur in vim nouationis; Quiduè operetur fictio legis circà ſolutionem pecuniæ ex prima cauſa mutui debitam, & per occultationem actuum retro traditam ex noua cauſa, pro qua debitor ſe obligatum eſſe debere conſenſit.

Cautela à Sapientibus Regni Neapolitani introducta, vt debitum dotis conuertatur in mutuum, ob quam cauſam fuerit inuenta.

Gener, an poſſit liquidare Inſtrumentum contrà Socerum debitorem dotis: Quiduè affirmandum, inſpecta Conſuetudine Neapolitana incipiente, *vbi dos*.

Nouatio antecedentis contractus per ſubſequentem, quando cenſeatur inducta, & ex quibus cenſeri debet excluſa.

Solemnitates ſtatutariæ, an requirantur, quando Mulieres, vel minores conſequuntur id, quod eiſdem debetur per actum à lege fictum.

Mulieres, ſiue minores, an poſſint nouare contractum, amittendo iura anterioritatis ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio pignoris dotalis non conceditur contrà Mulierem poſſidentem pro ſuis iuribus dotalibus, niſi cum clauſula*, non amota muliere á poſſeſſione, & dummodó oblationes excedant.

2 *Retentio pignoris dotalis competit mulieri creditrici anteriori illud poſſidenti, quouſque dos eidem fuerit ſoluta.*

Siue conſiſtat in pecunia, ſiue in pignoribus. ibidem.

3 *Præcipuè, quando Mulier in poſſeſſione præuenit ante exequtionem factá per concreditorem.*

Quidquid ſit, muliere non poſſidente ibid.

4 *Nouatio extinguit iura prioris contractus, etiam, quòad temporis anterioritatem.*

Expenduntur iura in l. nouatione 18. ff. de nouat & in l. ſolutum 11. in fin. ff. de pignor. action.

5 *Mutuum transfuſum in alium contractum ratione nouationis omninò reſoluitur.*

6 *In obligatione nouante cenſentur repetitæ omnes qualitates, & priuilegia primę obligationis nouatæ.*

7 *Intellige de qualitatibus, vel priuilegijs, quæ inerant ex diſpoſitione legali, vel ex natura contractus, vel rei in contractum deducta fauore creditoris.*

Secus verò in his, quæ inerant ex diſpoſitione contrahentium, vtpote eſt temporis anterioritas.

8 *Anterioritas crediti ex primo contractu nouato competens dicitur ſublata per ſecundum contractũ, ſtante caſſatione Inſtrumenti eiuſdem primi contractus.*

9 *Mutuum, ſiue alius contractus, quando in alium conuertitur, lex fingit, breui manu fuiſſe ſolutam pecuniam debitam ex prima cauſa mutui, & per occultationem actuum retrotraditam ex noua cauſa, pro qua debitor, ſe obligatum eſſe debere conſenſit.*

Expenditur text. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat.

10 *Mutuum, quando transfunditur in alium contractum dicitur conſtare de vera numeratione pecuniæ, & ſolutio vera ſit, quámuis actus ſit fictus.*

11 *Mutui contractus, ſiue alius, quando transfunditur in alium, adeò dicitur fieri verá ſolutio, licèt per actum fictum, vt Notarius non teneatur de falſo, licèt dixerit,* habuit, & recepit, *quia dicitur verè ex primo contractu recepiſſe niſi dicat* numerauit.

12 *Mutui debito ſublato per veram numerationem pecuniæ mutuatæ, extincta remanet primæua obligatio & hypotheca in vim nouationis.*

13 *Nouatio operatur effectum ſolutionis, quòad extinctionem prioris obligationis.*

14 *Nouatio inducta cenſetur quoties vnus contractus transfunditur in alium diuerſæ naturæ, & qualitatis.*

15 *Nouatio cenſetur inducta, & dicitur receſſum à primo contractu, quoties ſecundus contractus eſt incompatibilis cum primo.*

Præcipuè, quando continet pacta ſubſtantialia omninò diuerſa ibid.

16 *Declaratur* deciſio Capyc. Latr. 38. & num. ſeqq.

17 *Traditur cautela à Sapientibus Regni Neapolitani introducta, vt debitum dotis conuertatur in mutuum, pro quo dotem promittens viro remaneat obligatus.*

18 *Prædicta cautela fuit inuenta, vt gener contrà Socerum debitorem dotis poſſit liquidare Inſtrumentum via ritus,* & num. ſeq.

19 *Socer locum patris obtinet.*

20 *Filio non eſt permiſſum liquidare inſtrumentũ via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ contrà Patrem ob pœnam periurij, & infamiæ ab eodem, Ritu indictam.*

21 *Gener non poteſt liquidare Inſtrumentum contrà Socerum debitorem dotis.*

Intellige, vt num. 25.

22 *Contrarium* Franch. dec. 366.

Eadem deciſio Franch. *eſt intelligenda, inſpecta Conſuetudine Neapolis, quæ incipit* vbi dos *obligante Socerum inſolidum ad ſolutionem dotis per extenſionem interpretatiuam, licèt eadem conſuetudo ſolummodò loquatur de marito inſolidum obligato ad dotis reſtitutionem.* ibid.

Affertur ſententia affirmans, huiuſmodi extenſionem interpretatiuam non eſſe extendendam ad Socerum. ibid.

23 *Beneficium deducto ne egeat competit Socero,* quo-

quoties ex cauſa dotis à Genero, vel Nuru conuenitur.

24 *Beneficium prædictum operatur, vt Socer carceribus mancipari non valeat.*

Beneficio prædicto non poteſt Socer, neque etiam cum iuramento renunciare, vtpotè à lege introducto ratione reuerentiæ eidem Socero à Genero debitæ ibid.

25 *Contrà Socerum poteſt Gener liquidare Inſtrumentum, attenta Conſuetudine Neapolitana per extenſionem interpretatiuam obligantè inſolidum Socerum ad dotis ſolutionem.*

26 *Beneficium deducto ne egeat non procedit, quoties Socer non eſt obligatus pro dote; ſed pro mutuo, vel aliò contractu.*

27 *Nouatio non cenſetur inducta, quando ſecundus contractus continet illud idem, quod continebatur in antecedenti.*

28 *Nouatio non dicitur reſultare, quoties ſecundus contractus fuit celebratus, pro implemento, faciliorique exequtione antecedentis contractus.*

29 *Nouatio non inducitur, quoties dotis contractus transfunditur in mutuum iuxtà cautelam in Regno Neapolitano receptam.*

30 *Nouatio non inducitur ex ſecundo contractu inualido, licèt contrahentes à primo contractu voluerint recedere.*

31 Statutum Vrbis lib. 1. cap.151. *non procedit in caſibus, in quibus ipſo iure ſequitur liberatio.*

32 *Statutum prædictum non comprehendit actum neceſſarium, ad quem mulier, vel minor compelli poteſt.*

33 *Idem ſtatutum non vindicat ſibi locum in actu, per quem mulieres, vel minores non alienant, ſed potiùs conſequuntur id, quod eiſdem debetur.*

Idque, etiam ſi recipiant per actū fictum à lege num.37.

34 *Contractus ſubſtinetur abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, quoties mulier, vel minor vtiliter contrahunt.*

35 *Fictio, quando prouenit à iure, tantum operatur, quantum veritas.*

36 *Fictio circà ea, quæ iuris ſunt, indueit veritatem.*

37 *Mulieres, vel minores, quando iure recipiunt, licèt per actum fictum à lege non ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ.*

38 *Regulæ ſtandum, donec contrarium probetur.*

39 *Mulier abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs non poteſt nouare contractū amittendo iure anterioritatis.*

40 *Intellige, vt concluſio non procedat, quando nouatio operatur reſolutionem contractus ex vi ſolutionis.*

Idque, etiam operetur per actum fictum à lege.

41 *Rurſus intellige, quoties ex nouatione reſultat mulieris præiudicium inſpecto tempore contractus.*

Secus quando, inſpecto tempore contractus nullum poteſt conſiderari mulieris damnum; nullatenus attento præiudicio eiuſdem mulieris ex poſt facto eueniente.

Declaratur Bald.conſ.23.lib.5. ibid.

42 *In materia ſolemnitatum ex ſtatuto adhibendarum damnum, vel læſio mulieris conſiderari debet tempore contractus, non autem ſi poſteà damnum ſentiat, vel lædatur.*

43 *Nullitas contractus ob deſideratas ſolemnitates ſtatuti nō poteſt allegari, niſi ab ipſamet muliere contrahente non autem à tertio.*

44 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in actibus Iudicialibus.*

45 *Nullitas contractus obſeruati per receptionem partis pretij non poteſt allegari ab eodem obſeruante.*

CAPVT CLXXXII.

1 NON eſt procedendum ad deliberationem vineæ, quam mulier poſſidet pro ſuis iuribus dotalibus; niſi cum conſuetis clauſulis ſatis rationabiliter in Curia receptis, *non amota*, ſci-
2 licèt, *Muliere à poſſeſſione; & dummodò oblationes excedant*, de quibus *Card. de Luca de dot. diſc.200.nu.11.* Cum enim creditum dotale ſit anteriùs credito Aduerſariæ, competit mulieri poſſidenti retentio, quouſque dos eidem fuerit ſoluta, ſiue conſiſtat in pecunia, ſiue in corporibus, *Bald. in l. pignoris* 10 *num.1. uerſ. ſed quæro, Cod. de pignor. act. Bart. in l. ſi filio* la prima, *ſub num.1. in fin. ff. ſolut matrim. Iaſ in §. item ſeruiana, nu.71. & ſeq. inſtit. de act. & in leg. ſi non ſortem, § ſi centum, nu.10. uerſ. ultrà Doctores, ff. de condit. indeb. Roland conſ.77.n.27 lib.1. Io. Franc. de Ponte conſ.15.nu.11. lib.1. Neguſ de pignor. part.5. membr.4. num 5. Bald. nouell. de dot. p.8. priuileg.1. in fin. uerſ. tertiò limita, Giurb. ad conſuetud. Meſſan cap.10. gloſ 8. nu.10. Coſta de portion. rat. qu 58. num.1. Valaſc. conſult.191. num.44. Merlin. controu.89. nu.2. lib.1. Thor. not.94. num.10. & ſeq. Anna allegat.80. nu 9. & alleg.136. nu.8. Merlin. de pignor. lib.3. tit.2 qu 86. num.1. & ſeqq. Magon. dec. Lucenſ.64. num.3. Ludouic. dec.109. numer.1. Capyc. decis. 119. num.1. & ſeq Grammat dec.58. num.3. Mart. Medic. exam. 56. numer. 19. Gizzarell. dec.44. num.1. & ſeqq. Buratt. dec.286. num.9.*

3 Præcipuè, quando, prout in præſentia, mulier in poſſeſſione præuenit ante exequutionem factam per concreditorem. Quidquid ſit, muliere non poſſidente, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo laudati *Dec. conſ.400. num.5. Guttierez conſ.16. numer.14. Greg. Lopez. in leg.9. gloſ. deſpues que ce la preſtu, uerſ. item uxor, tit.2. p.5. Theſaur. dec. 207. nu.3.*

Fruſtrà autem Aduerſaria eius crediti anterioritatem metiri contendit ab inſtrumento mutui, quo Angelus vir reperiebatur obligatus anno 1648. ante contractū pignus dotale.

Huiuſmodi enim creditum mutui, & anterioritas ex illo deſumpta omninò euanuit, ſtante expreſſa nouatione contractus mutui

4 tran-

Digitized by Google

4 transfuſi in cambium,quę abſque dubio operatur,vt iura prioris contractus nouati,etiã
quò ad temporis anterioritatem, ipſo iure euanuerint, niſi aliter fuerit ſpecificè cõuentum, l.nouatione 18 ff. de nouat. vbi Paulus
reſpondit: Nouatione legitimè facta, hypothecæ liberantur, leg.ſolutum 11. in fin.ff. de pignorat.act. in quo Vlpianus ſit tradidit, Nouata autem debiti obligatio pignus perimit,niſi
conuenit, vt pignus repetatur, l.emptor, ff. de nouat.leg.2. Cod.eod.tit. 10. Fab.in §.præterea num.3.inſtit.quib.mod.tollit.oblig. Bald. conſ.
128.lib.2. Bertrand.conſ.291.lib.3.Surd. conſ.
298.num.44. de Ponte conſ.131. n 134.lib.2.
Cancer.uar.part.3.cap.7. nu.14. & ſeqq. Parlador.rer. quotid. cap.fin. part.1. §.12. num.4.
uerſ.prioris, cum ſeqq. & num.55. Neguſ. de pignor.part.6.membr.3.num.1. Card. Mant.de tacit.& ambig.conuent lib.11. tit.31. num.2.
Medic. de nouat. qu.7.nu.25. Salgad.in labyr. credit.p.3. cap.1.§.vnic.num.10. Gregor. Lopez in leg.15. tit.14 p.5. verbo por manera, Pacific.de Saluian.inſpect 5. cap.1. nu.79. Rot
poſt eumdem dec.293 in fin. Molin. de contr. diſp.559 nu.12. & ſeq. Merlin. de pignor. lib.
5 tit.1. qu.30. num.1. Milanenſ.dec.9.nu.110.
lib.2. Barz.dec.20.num.8.Gratian.dec.Mareh.
117.num.19.& ſeq. Mairill. dec.40. numer.1
Muta dec.33. num.1. Bich. dec.281. num 29.
5 & in ſpecie, quòd mutuum transfuſum in
alium contractum omninò reſoluatur, optimè alios referens, Amat.reſolut.50.nu.5. &
ſeqq. lib.1.

6 Neque obiiciatur, quòd in obligatione nouante repetitæ cenſeantur omnes qualitates, & priuilegia primæ obligationis nouatæ, iuxtà theoricam Bart.in leg. ſi quis cum alter 36. num.4. verſ.præterea, ff. de uerbor. obligat. ibique Iaſ.num.12. Alex.num.3. Aretin aſſerens eſſe ſingulare dictum Altograd. conſ.17. num.10.lib.1. Salgad. de Reg.protect. part.3.cap.1. Capyc.Latr.conſult 110. nu.85.
& ſeq.lib.2. Caſtill.dec.17.nu.34.lib.1.

7 Id enim eſt intelligendum de qualitatibus, vel priuilegiis, quæ inerant ex diſpoſitione legali, vel ex natura contractus, vel rei in contractum deductæ fauore creditoris; ſecus verò in his, quæ inerant ex diſpoſitione contrahentium, vtpotè eſt temporis anterioritas, prout per text.in l.nouatione, & in leg. emptor.ff. de nouat. benè declarat idemmet Bart.in leg.aliã 29.in fin.ff.de nouat. cuius opinionem communem eſſe, & ſeruari in praxi teſtatur Iaſ.in § fuerat, num.124. inſtit. de act. vbi alios refert, eamdemque diſtinctionẽ ſequũtur Surd.conſ.269. num.17. verſ.reſpondeo, cum ſeq. & conſ.445. ſub num.56.& ſeq. Card.Mant.de tacit.lib.3.tit.3.num.14.Card de Luca de Regal.diſc.33.num.11.Arias de Meſa egregius Præceptor meus in Neapolitana Accademia uar.reſolut.lib.1.cap.18. num.4.
& ſeq. Gratian.dec Mareh.117.in fin. Bich.dec.
281.nu.29.30.& ſeq.

Prædicta verò omnia eò libentiùs amplectenda in themate, de quo eſt ſermo; cum ex conſenſu præſtito caſſationi Inſtrumenti
8 mutui, ſatis apertè deprehendatur, contractum mutui fuiſſe transfuſum in contractum cambii animo abiiciendi anterioritatis priuilegium ex mutuo nouato alioquin competens, Surd.d.conſ.445.num 57. verſ. nec dicatur.

9 Idque ea potiſſimùm ratione; cum enim lex fingat, breui manu fuiſſe ſolutam pecuniam debitam ex prima cauſa mutui, & per occultationem actuum retrotraditam ex noua cauſa cambii, pro qua debitor ſe obligatum eſſe debere conſenſit, l.ſingularia, ff. ſi cert.petat. ibique Bart.Alex.Caſtr. Dec. Pur. purat. Cagnol.num.192. uerſ.non autem,& nu.
217. vbi in ſpecie de mutuo in alium debitum conuerſo, addit.ad Dec.in leg.ſingularia, num.28 Bald.conſ.128.lib.2. vbi etiam quando de mutuo fit contractus cenſualis Caſtr. conſ.9.lib.1. & conſ.170 lib.2 Bertrand.conſil.
291.lib.3. Lanar.conſ.23.vbi quando de cambio emitur redditus, Gabr.conſ.81.nu.3. & 4.
lib.1.& conſ.170.num.3.lib.2. Rimin.Sen conſ.
291 num.9. Menoch.conſ 907. num.26. & ſeq.
lib.10. optimè Surd.conſ.162. nu.43. & ſeq.
lib.2.aſſerẽs in ſpecie,quod,quando mutuum
transfunditur in alium contractum dicatur
10 conſtare de vera numeratione pecuniæ, &
ſolutio verè fiat, quàmuis actus ſit fictus,
Amat.reſolut 50. num.6.lib.1. ſingulariter
11 ex hoc inferens, quòd Notarius non teneatur de falſo, licèt dixerit, habuit, & recepit,
quia dicitur verè ex primo contractu recepiſſe, niſi dicat numerauit.

12 Hinc eſt, vt ſublato debito mutui per veram numerationem pecuniæ mutuatæ,extincta omninò remanſerit illa primæua obligatio, & hypotheca, Bart.in d. l.ſingularia, num.20.ff ſi cert.petat.Altograd.conſ.17. n.2.
& ſeqq. lib.1. qui id admittit, probata nouatione, Merlin.de pignor. lib 5. tit.1. qu.30.
num.2. Turri de camb.diſp.2.qu.20. num.7. &
in his terminis Amat.d.reſolut.50. num.5. &
ſeqq. lib.1. adeòut, cum transfuſio fuerit facta ad obligationem de nouo inducendam, nouumque creandum contractum; meritò primus mutui contractus remanſit omninò ſublatus iure ſolutionis pecuniæ mutuatę, & ſecundus incæpit iure conuentionis factæ ex noua cauſa cambii, Merlin.de pignorib.d.lib.5.tit.1. qu.30. num.9.
& 12. cum nouatio operetur effectum ſolu-
13 tionis, quòad extinctionem prioris obligationis, leg.ſi rem, §. ſi duo, ff. de nouat. l. eum qui ita, §. qui proprietatem, ff.de verbor. obligat. Fenzon. ad ſtatut. Vrb. capit.157.
num.19.

14 For-

14 Fortiùs, quia contractus mutui fuit tran-
sfuſus in contractum cambii diuerſæ naturę,
& qualitatis, quo caſu eò magis inducta,
dici debet nouatio, vt in ſpecie Bertazzol.
conſ.49. num.24 & ſeqq. Regulare enim eſt,
15 vt quoties ſecundus contractus eſt incom-
patibilis cum primo; prout reputari debet
contractus mutui cum cambio; præcipuè,
quando continet pacta ſubſtantialia omninò
diuerſa; tunc cenſetur inducta nouatio, &
dicitur receſſum à primo contractu, etiam
ſi id expreſsè actum non fuerit, Dec. in l. pa-
cta nouiſſima.num.2. Cod.de pact.Bald. in leg.
vlt. ſub num.1. verſ.vt quando fortè, ff.cod.de
nouat.Gabr.de nouat. concluſ. vnic.nu.60. Me-
noch.lib.3. præſumpt.134. num.39. & conſil.
562.num.1. lib.6. Maſcard.concluſ.t112.num.
23. Gabr.conſ.81. num.3. Bero conſ.204. num.
13.lib.3. Natt.conſ.650.num.12. Cephal.conſ.
454. nu.18. Surd.conſ.145.num.25.lib.t. &
conſ.345.num.3.lib.3. & dec.51.num.2. Ton-
dut.lib.1. quæſt.ciuil.cap.21.num.8. Gratian.
cap.290.num.27. & cap.509. numer.3. & 6.
Marcſcott.var.lib.2. cap.56. num.17. Cardin.
Mant.de tacit. & ambig. conuent. lib.17.tit.3.
num.13. Amat.d reſolut.50.num.4. lib.1. Cy-
riac.contron.124 num.4. Card.de Luca de cre-
dit.diſc.67 num.2 Caualcan dec.18.num.4.p 4.
Epiſc.Sperell.dec.40.num.56. Mart.Medic.dec.
67.num.4. Miſtrill.dec.40.num.t.in fin Card.
Seraphin.dec.1063.numer.2. Puteus dec.290.
lib.2. Rota in rec.dec.149 num.3. & dec.392.
numer.4.part.t.& dec.432. numer.4. part.9.
tom.2.

16 Neque ad rem, de qua eſt ſermo, pertinent
exarata per Capyc. Latr. ex aduerſo allega-
tum dec.38 num 41. & ſeq. in qua firmatur,
quòd, ſi contractus dotis conuertatur in con-
tractum mutui, non dicatur inducta noua-
tio.

17 Siquidem id euenit ob cautelam à Sapien-
tibus Regni Neapolitani inuentam, vt in
capitulis matrimonialibus ſponſa, ſeù eius
Pater, vel coniuncti promittant futuro viro
certam quantitatem nomine dotis, deindè-
que contracto matrimonio de præſenti, ma-
ritus confiteatur ſe recipiſſe dotem, & faciat
inſtrumentum mutui, in quo pater, ſine
coniuncti vxoris ſe conſtituunt debitores
per inſtrumentum publicum marito, non
animo nouandi dotis actionem; ſed po-
tiùs ad finem, vt marito ſit conſultum ſuper
liquida actione contrà promiſſores dotis;
cum enim capitula matrimonialia ſint pa-
ctionata, & vltrò citroque obligatoria, ne-
18 que ipſorum vigore valeat dotis promiſſor
via exequutiua conueniri, & contrà eumdem
liquidari inſtrumentum via Ritus Magnæ
Curiæ Vicariæ, fuit inuenta prædicta cau-
tela, vt maritus dotem recepiſſe fateatur,
& dotans eidem ſe conſtituat debitorem vi-
gore Inſtrumenti mutui, prout de huiuſmo-
di cautela teſtantur Anna ſingul.248. Amen-
dol.ad Franch. dec.366.num.1. Thor.not 4.nu.
4. & 48. Card.de Luca de dote diſc.28.nu.11
& aduertit idemmet Capyc.Latr.d.dec.38. nu.
34. & ſeq. & dec.200.nu.23. & conſult.155.
num.9.

Vel rectiùs aſſerendum, eamdem caute-
lam, vt obligentur dotantes per Inſtrumen-
tum mutui fuiſſe inuentam, ad hoc, vt con-
trà ſocerum dotem promittentem poſſit li-
quidari inſtrumentum via Ritus Magnæ Cu-
riæ Vicariæ, de quo poterat probabiliter
19 dubitari; cum enim ſocer locum patris ob-
tineat, l.quia ſocer, ff ſoluto matrim. quemad-
modùm non eſt permiſſum filio liquidare
inſtrumentum via Ritus Magnæ Curiæ Vica-
20 riæ contrà Patrem ob pęnas periurii, & in-
famiæ ab eodem Ritu inductas, quas idem
pater ſubiret in cauſa liquidationis inſtru-
menti, quæ reputatur criminalis, vt poſt
Salic.in l.iniquum col.fin. Cod.qui accuſar. non
poſſ.firmant Franch.dec.162. Paſchal.de patr.
poteſt.par.2.cap.9. num.2. ibique Prat. in ob-
ſeruat.de Marinis reſolut.190.lib.1.

21 Ità etiam non valeat liquidari Inſtrumen-
tum à genero contrà ſocerum, iuxtà verio-
rem, magiſque æquam ſententiam. quam
ſubſtinent Battaglin.in addit.ad Cyn. in l. qui
in poteſt.Cod de in ius vocand. Frecc.de præ-
ſent. Inſtrum. part.12. qu.1. Paſchal. de patr.
poteſt.part 2.cap 9.num.2 t.verſ qua ratione,
Gait.de credit.cap 3 tit 5. num.1096. Danza
de pugn.Doctor.tom.3.tit.de Inſtrum. liquidat.
num.27 Thor.in compend deciſ. verbo Inſtru-
mentum an liquidari poſſit per generum, part.3.
Minad.dec.2.

22 Licèt contrarium deciſum referat Franch.
dec.366 cuius ſententiam procedere poſſe
nonnulli ex Doctoribus proximè laudatis
affirmant, non inſpecto Iure communi, ſed
potiùs attenta conſuetudine Neapolitana
incipiente vbi dos, cuius vigore, ſicuti inſoli-
dum tenetur maritus ad dotem reſtituendã,
ita etiam per interpretationem extenſiuam
in Regno receptam Socer verſa vice ad do-
tem ſoluendam inſolidum genero tenea-
tur, iuxtà deducta per Franch.d. dec.366. nu.
11.& ſeq. quem ſectantur Molfeſ.ad Conſuet.
Neapol.part.6.qu.9. num.7. quàmuis prædi-
ctę interpretatiuæ extentioni non conſen-
tiant, Buccin.in d.conſuetud. vbi dos, Capyc.
Latr.conſult.155.num.8.

23 Atque adeò, cum, attenta dicta conſue-
tudine, ceſſet beneficium deducto ne egeat
alioquin de Iure ſocero competens, quoties
ex cauſa dotis à genero, vel nuru conueni-
tur, prout probant iura in leg.ex diuerſo, in
princip.ff.ſolut.matrim. l.rei iudicatæ, §. ſoce-
ro, ibiq; gloſ.ff.eod.tit.l.ſed hoc ita, ff. de ſent.
& re iudic. Eſcobar.de ratiocin.cap.35. num.7.

Muta

Muta in cap.188. Regn. Sicil. poſt num 6. & cap.190. num.4. & dec.94. poſt num.27. Brun. de ceſſ.bonor.qu.22. quart quæſt principal.Fōtanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.3.part 11. Capyc.Latr.conſult.155.nu.1. Cappell.Toloſ. dec. 259. Minad.dec.2. Epiſc.Ricc.collect.dec.227. Theſaur.dec.153.numer.13. Afflict. dec.222. Franch.dec.164.in princip.

24 Cuius beneficii vigore, licèt ſocer carceribus mancipari non valet, Bald.in leg. liber.Cod. de poſt lim. reuerſ.Franc.Aretin.in l. alia, §. eleganter, col.2.verſ. & antequàm, ff.ſolut.matrim.Guttier.pract. qu.26. numer.3. verſ. quod ſi non poteſt, Thor. in 1.part. compend.verbo ſocer, Molfeſ.ad conſuetud Neapolit.in 2 part.in addit.ad qu 9.par.6.num.4. Capyc.Latr.conſult.155.num.14.& ſeq.vbi,quòd beneficio prædicto non poſſit ſocer, neque etiam cum iuramento renunciare, cum eidem ratione reuerentiæ indulgeatur, Fontanell.de pact. nupt.clauſ.8.gloſ.vnic..num.3. Epiſc.Ricc.collect.dec.2215. Amat.dec.16. Minad.dec.2.Franch.dec.164.nu.2. Maſtrill.dec. 69.nu.2.

25 Nihilòminus, poteſt contrà eumdem ſocerū liquidari inſtrumentum, dum attenta extenſiua interpretatione dictæ conſuetudinis inſolidum conueniri poteſt pro dotis ſolutione, dicto beneficio deducto, ne egeat non aduerſante, prout aduertit de Luca ad Franch. d.dec.366.numer.2. verſ. conciliant alij.

26 Ad tollendas igitur huiuſmodi diſceptationes fuit inuenta dicta cautela, vt dotem promittens obligetur deindè pro mutuo, in quo iuxtà veriorem ſententiam dictum beneficium deducto ne egeat, non procedit, cū textus in d.leg.ex diuerſo. ff.ſolut. matrim. ſolùm loquatur in debito ex cauſa dotis, non autem in alio contractu, Capyc.Latr.conſult. 155.num.10.Caſtagna plures referens in tract. de benefic.deduct.ne egeat.qu.7.nu.29 & ſeqq. Maſtrill.dec 69.

Quibus firmatis, vt redeat ſermo ad rem, de qua initio huius obiecti agebatur, ſtante dicta cautela, vt debitum ex dote transferatur in mutuum,ſublata remanet quęlibet nouatio.

27 Tum quia ſatis liquidò deprehenditur contractum mutui continere illud idem, quod fuit conuentum in præcedentibus capitulis matrimonialibus, Surd.conſ.385. numer.19. Menoch.lib.3.præſumpt.134.num.10.Amat.reſolut.57.n.17.

28 Tum etiam, quia mutui inſtrumentum fuit celebratum pro implemento, facilioriqne obſeruantia antecedentis contractus dotis, in quo caſu non vindicat ſibi locum nouatio, iuxtà receptam theoricam Bart. in leg.ſingularia, nu.10. verſ. quandoque, ff. ſi cert petat. ibique Alex.Iaſ. Dec. & Purpurat. Grat. conſ.162. num.7.in fin.& 8. lib.2. Alex.conſ.193. num.3.lib.6. Cranett. conſ.436. num.7. & conſ.666. num.5.Cephal.conſil.351. num.23.& ſeq.Decian.conſ.11. num.51.lib.1. Hyppol.Rimin.conſ.201.num.16.lib.2.Menoch. d.lib.3.præſumpt.134. num.26. & 40. Card. Mant.de tacit.lib.17. tit.1.num.16. Amat.reſolut.57.num.18. Muta dec.33.nu.23.Fontanell. dec.560. num.16.Barz.deciſ.20. num.19. Monach.dec.Bonon.54. nu.22. & ſeqq. Rich.deciſ. 367. num.12. & dec.316. num.23. repetita in recent.dec.92. num.21.part.10. & in ter-
29 minis prædictæ cautelæ in Regno conſuetæ, vt dos conuertatur in mutuum; rectè obſeruat Capyc. Latr.dec.38. nu.41.& ſeq.

His igitur firmatis, non aduerſatur obiectum, quod caſſatio inſtrumenti ſuper mutuo ſit nulla, vtpotè facta à Ioanna auctrice aduerſariæ abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis lib.1. cap.151. atque adeò ſubſequens ſtipulatio ſuper contractu cambii, non nouet præcedentem ſuper mutuo; à quo non dicitur receſſum, cum regulare ſit, vt
30 nouatio non inducatur ex ſecundo contractu inualido; licèt contrahentes à primo voluerint recedere ad text. in leg.1.in fin.& leg. nouatio, ff. de nouat.Purpurat.in leg. pacta nouiſſima, num.14. Cod.de pact. Bellon. conſ.87. num.15. Grat. conſ.123. num.17 lib.2. Bardellon.conſ.70. nu.10. Menoch.lib.3. præſump. 134. num.45. Coſta de fact.ſcient. & ignorant. cent.2. diſtinct 89 num.10.Roderic.de ann.reddit.lib.2. qu.16. num.58. & ſeq. Hodiern. ad Surd.dec.266. nu.4. & 11.

31 Siquidem dictum Statutum Vrbis lib.1. cap.151. non procedit in caſibus, in quibus ipſo iure ſequitur liberatio, tamquàm ipſa proueniat à lege, Gratian cap 962. num.12. & duob.ſeqq. cumque debitoris liberatio, à quò verè dicitur reſtitutum mutuum ex adductis per Amat d.reſol.50.num.6.lib.1.Surd. d.conſ.162. num.42. & duob.ſeqq. lib.2. cum aliis ſupra allegatis, fuerit actus omninò ne-
32 ceſſarius, ad quem mulier recipiens cogi poterat, meritò non comprehenditur ſub ſtatuto, Iaſ.in leg.ſi unus §.pactus repeteret num.26. ff.de pact. Gabr.conſ.20.num.43.et 50 lib.2. Roman.conſ.394.per tot. Tiraq. de leg. connub.gloſ.8. num.187.Carpan.ad Statut.Mediol.cap.328. num.196. Picus ad Statut. Vrb. lib.1.gloſ.7.num.213.& gloſ.9.num.1.et duob. ſeqq.Rota poſt eumdem dec.76 num.2. Puteus dec.152.num.3.lib.3. & dec.105. num.3.lib. 1. Rot.in recent.dec.545.num.4.verſ.Tum etiã, quia fuit ex cauſa neceſſaria, p.t.

Cumque ex proximè firmatis mulier pecuniam mutuatam re vera fuerit conſequuta, nullo iure poteſt dici facta alienatio, ſeù remiſſio, multòque minus pactum de non petendo, vel quietantia, ſeù donatio, de quibus ſtatutū loquitur, & in quibus poteſt con-

Digitized by Google

conſiderari læſio, præiudiciumque mulieris contrahentis. *Card.Mant.dec.344. numer.7.* vbi quod ſtatutū, *cap.151.lib 1.* non habeat locum in actu, per quem mulieres, vel mi-
33 nores non alienant; ſed potiùs conſequuntur id, quód eiſdem debetur, *Rot.in rec. dec. 497.nu.119 p.5.tom.2.*

Præcipuè, quia nulla poteſt conſiderari læſio mulieris in diſtractu mutuo; quinimò conſtat de ſatis euidenti vtilitate ex transfuſione prædicti contractus mutui ſuaptè natura infructiferi in contractum cambii, cum legitima vſurarum conuentione; atque adeó cum mulier acquiſiuerit, & tamquàm diligentiſſimus Pater familias ſe geſſerit vtiliter
34 agendo; abſque dubio aſſerendum, ſubſtineri contractum abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, *Tiraq.de leg.connub.gloſ.8 nu.8.56. 76 & 85. Lambertengh.de contract.minor. ad fin.num.167. & de contract.mulier.gloſ.24.nu. 5.Roman.conſ.453.in princip.Soccin.conſ.160. num.12. & 17. lib.2. Rimin.Iun.conſ.140.nu. 4. Spada conſ.271.num.1.& ſeq. Gratian. cap. 756.nu.17. et duob.ſeqq. & cap.962.num.14. & cap.879.num.4. & num.9.* vbi, quòd recipiendo efficiatur locupletior, *Rot. in rec. dec.545. num 4.p.1. & dec.51.num.3.part.6. et dec.62. num.2.p.13.* & poſt *Picum ad Statut.Vrb. dec.11.n.1.*

Quæ concluſio indubitanter procedit, quando, prout in præſentia, de vtilitate mulieris notoriè conſtat, *Lambertengh.* vbi ſupra *num.170.Dec.conſ.532.Spada conſ.271 nu.1.& ſeq.lib.2.*

Nullatenus aduerſante obiecto, quòd cōcluſio ſuperiori loco firmata, quòd, nempè, non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ, quando mulier, vel minor recipit; procedat in caſu veræ, realiſque ſolutionis, non autem in caſu ficto.

Nam, omiſſo, quòd in præſenti themate, transfuſo mutuo in cambium, dicatur conſtare de vera numeratione pecuniæ, quàmuis per actum fictum, vt in ſpecie firmant *Amatus*, & *Surdus* in locis ſupra allegatis:
35 Adhuc ea eſt adhibenda animaduerſio, quòd, quando fictio prouenit; prout in themate, de quo eſt ſermo, à iure, tantum operatur, quantum veritas; *l. qui ad certum, ff.locat.l. mulier.debitori in fin.ff.de Iur.dot. l.ſi maritus, §.legis,* vbi *Bart.ff.ad leg.Iul.de adult.Doctores in leg.ſingularia*, vbi præ ceteris *Dec. num.6. ff.ſi cert.petat.Bart.in leg.ſi is, qui pro emptore, num.29. ff.de vſucap.Rip.in rubr.ff.ſi cert. petat.num.92. verſ.tu potes, Surd.conſ.349.n.45. Altograd.conſ.93. num.16.et 45. lib.2. Solorzar.de Iur.Indiar. tom.2.lib.2.cap.17. nu.50. Mierez.de maiorat.2. par.qu.1. nu.7.* in ſecunda editione; præcipuè, quòad effectum Iuris, *Bart.in leg.1.§.ſi uis,in princip ff.de acq poſſeſſ. Dec.conſ.467. num.18. Decian.reſponſ.5.n.51. lib.1. Altograd.d.conſ.93. num.16.* vbi, quòd
36 fictio circà ea, quæ Iuris ſunt, inducat veritatem.

37 Hinc eſt, vt, quemadmodum, quando mulier recipit, non tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti;ità eodem modo aſſerendum, quando lex fingit, illam verè recipere, prout in præſentia; neque aliqua ex aduerſo affertur auctoritas, quę firmet, receptionem pecunię factam à muliere per actum fictum comprehendi ſub diſpoſitione ſtatutaria; cūque concluſio ſtet pro hac parte, quòd quādo mulier recipit, non ſint ſeruandæ ſolemnitates ſtatutarię, pars aduerſa concluſionem limitare contendens in receptione facta per actum fictum tenetur limitationem concludenter probare; cum ſufficiat huic parti habere regulam generalem pro ſe, cui omninò ſtandum; donec contrarium probe-
38 tur, *leg. ab ea parte, ff.de probat. l.illud Cod. de Sacroſ.Eccleſ.l.vlt.Cod de hered.inſtit.l.apud antiquos,* Cod.de pact. *Roman.conſ.124. nu.4. Alex conſ.79 num.5.lib.7. Dec conſ.142.n.4. Surd.conſ.180. nu 9. Couar.var.lib.2. cap.12. num.4. Menoch.de recup remed.14 num.32. et conſ.88.num 51. Card.de Luca de feud. diſc.6. num.5.Card.Mant.de coniect. vlt. volunt.lib.5. tit 15. num.31. Gratian.cap 101 nu.6.Franch. dec.197.num.9.Vinius dec.67. num.15.Ludou. dec.182.num.1. Card.Mant.dec.291.numer.4. Surd.dec.255.nu.2.et dec.322.num.40.et ſeqq. Epiſc.Ricc.dec.107.nu.2.*

39 Minus etiam aduerſatur, quòd mulier abſque ſolemnitatibus non poſſit nouare contractum, amittendo iura anterioritatis, ex *Bald. conſ.23. lib.5.* aliiſque ex aduerſo allegatis.

40 Nam duplex affertur reſponſio. Primò, concluſionem non procedere, quando, prout in præſentia, nouatio operatur reſolutionem primi contractus ex vi ſolutionis; hoc enim caſu, quemadmodùm ſi mulier actu recepiſſet, non requirebantur ſolemnitates ſtatutariæ; ita eodem modo non ſunt neceſſariæ, quando adhuc verè recipit; licèt per actum á lege fictum, ex ſuprà allegatis.

41 Secundó, animaduertendum, quòd *Bald. d.conſ.23. lib.5.* cuius auctoritati potiſſimū innititur contraria ſententia, loquitur expreſsè, quoties ex nouatione reſultat præiudicium mulieris, inſpecto tempore contractus; ſecus, quando tempore contractus nullum poteſt cōſiderari mulieris damnum; quæ vtile negotium geſſit nouando mutuum infructiferum in cambium fructiferum; nullatenus attēto euentuali mulieris pręiudicio ex poſt facto eueniente ob decoctionem debitoris, exiſtentiamque creditorum anteriorum; cum regulare ſit in hac materia
42 ſolemnitatum ex ſtatuto adhibendarum,

vt damnum, vel læſio mulieris inſpici debeat tempore contractus, non autem ſi poſteà damnum ſentiat, vel lædatur, *Picus ad ſtatut. Vrbis gloſ. 7. nu. 112. Rota* poſt eumdem *dec. 10. nu. 5.*

43 Tandem prædictis omnibus ea accedat animaduerſio, quòd huiuſmodi exceptio nullitatis quietantię ob deſideratas ſolemnitates ſtatuti, quatenus, illæſa veritate, ſubſiſteret, non potuit allegari, niſi ab ipſamet muliere contrahente, non autem ab aduerſaria, *Caſtr. conſ. 160. in fin. lib. 1. Aym. conſil. 177. num. 7. Surd. conſ. 523. num. 2. Vant. de nullit. tit. quis poſſ. dic. de nullit. num. 72. Tiraq. de leg. connub. gloſ. 8. num. 9. & in leg. ſi vnquàm,* verbo *reuertatur, Cod. de reuoc. donat. Gratian. cap. 27. nu. 39. Rot. in recent. dec. 572. numer. 2. part. 4.* vbi in ſpecie nullitatis quietantiæ ex defectu ſolemnitatum ſtatuti, *& dec. 179. nu. 5. p. 5. & dec. 306. num. 50. p. 7. & in Romana hæreditatis 18. Martij 1611. coram Damaſceno.*

Signanter, quia eadem aduerſaria, nedum expreſsè ratificauit contractum, dum iudicialiter egit pro fructibus, ſorteque cambii, obtento mandato, qui actus, vtpo-
44 tè iudiciales omninò præiudicarunt ratificanti, etiam abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, *Picus ad Statut. Vrb. gloſ. 7. lib. 1. nu. 315. Gratian. cap. 704. nu. 23. Card. de Luca de hæred. diſc. 14. numer. 6. Buratt. dec. 301. num. 9. Rot. in recent. dec. 232. num. 10. part. 13.* & poſt *compend. Giliàn. ad Statut. Peruſ. deciſ. 54. in fin.*

45 Sed etiam ad computum cambii recepit quantitatem, vndè eò magis non poteſt allegare nullitatem contractus ab eademmet aduerſaria obſeruati per receptionem partis pretii, *Surd. conſ. 104. per tot.*

Iuxtà firmata fuit deciſum per Reu. Fanum.

ARGVMENTVM.

Collegia inſtituta ſine ſuperioris aſſenſu improbantur, tàm à Iure Canonico, quàm Ciuili, etiam ſi fuerint erecta ex cauſa pietatis, & Religionis, inſpecta potiſſimùm *Conſtitutione s. mem. Clementis VIII. 115. in Bullario nouo tom. 3.*

Diſſoluto Collegio non approbato, vel illicito vnuſquiſque pro rata recuperat bona in eo collata, ex quo fuerunt communia vti ſingulorum; Bona verò, quæ non ſunt ſingulorum, ſed Collegij, potiſſimùm ex fidelium largitionibus prouenientia, remanere debent in libera diſpoſitione Summi Pontificis: Ad ornatum *Text. in leg. 1. ff. de colleg. & corpor. illicit.*

SVMMARIVM.

1 *Congregationes, ſeu Colleggia inſtituta ſine ſuperioris aſſenſu ſunt omnino nulla, vtpotè improbata, tàm à Iure Ciuili, quàm Canonico.*

2 *Regulariter omnia Collegia ſunt interdicta.*

3 *Niſi tamen ſint erecta cauſa pietatis, & religionis, quo caſu ſuperioris authoritas, ſeu conſenſus non requiritur.*

Contrarium num. 7.

4 *Collegium, ſeu Congregatio ſunt licita, concurrente aliqua iuſta cauſa, quæ ad bonum, licitumque finem tendat.*

5 *Nam ex fine, & opere huiuſmodi Collegia Sancta exiſtimantur.*

6 *Collegia, Artificum, & Fabrorum ſubſtinentur, eorumque ſtatuta valent, quòad reſpicientia artem,* & num. 9.

7 *Aſſeritur contraria ſententia affirmans, quòd huiuſmodi Collegia, etiam pietatis, religioniſque cauſa inſtituta, non ſubſiſtant, niſi priùs à legitimo ſuperiore eorum inſtituta approbentur.*

8 *Non poſſunt cætus hominum congregari, aut Collegia erigi, quamuis ad bonum finem, niſi, accedente authoritate Principis, aut ordinarij loci, vbi fuerunt erecta.*

9 *Statuta condita à Collegijs artificum, adhoc vt obligẽt, an requiratur ſuperioris confirmatio.*

10 *Ceſſat hodie quelibet diſceptandi occaſio, ſtante* Conſtitutione s. m. Clementis VIII. 115. in Bullario nouo tom. 3. *decernente, vt huiuſmodi Collegia, Confraternitates, ſeu Congregationes, non poſſint erigi; niſi accedente ordinarij conſenſu.*

11 *Dictio* eò quia *adiecta in donatione denotat cauſam finalem.*

12 *Dictio* quia *importat pro certo, & conſtanti.*

13 *Cauſa poſita in verbis diſpoſitiuis donationis videtur præ cæteris contemplata.*

14 *Ceſſante cauſa finali donationis, ceſſat etiam ipſa donatio contemplatione eiuſdem cauſæ facta.*

15 *Ceſſante ratione motiua donandi generaliter reſpiciens totam donationem, ipſo iure dicitur reſoluta donatio, competitque donanti rei vindicatio.*

Idemque dicitur in donatione facta ſub conditione præſtandorum alimentorum, quæ non fuerunt præſtita.

16 *Datum ex vna cauſa, illa non ſequuta, reuocatur.*

17 *Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur modo non impleto, ſeu non ſeruato, ſed ſolùm competit actio ad implementum.*

Reprobatur contrária ſententia Roman. *& aliorum, quæ ſolùm poteſt procedere ſtante expreſſo pacto reſolutiuo.*

Traditur intellectus Text. in cap. verùm de condit. appoſit.

18 *Diſſoluto Collegio non approbato, vel illicito, vnuſquiſque recuperat bona in eò collata, ex quo fue-*

fuerunt communia, vti ſingulorum, cum nunquam fuerit Collegium.

Expenditur Text. in l. 1. ff. de Colleg. & corpor. illicit.

19 *Diſſoluto Collegio, bona, quæ non ſunt ſingulorum, ſed Collegij, remanere debent apud ſuperiorem.*

20 *Iuſpatronatus dicitur legitimè acquiſitum ob dotationem Eccleſiæ,*

21 *Præcipuè, quando non interuenit ſola, & ſimplex Eccleſiæ dotatio, ſed vlterius fuit dictum, quòd dos datur animo acquirendi Iuſpatronatus.*

22 *Reſeruatio poteſt fieri in limine fundationis, quòd Iuſpatronatus ſit Laicale, perpetuum, & hæreditarium, quòdque ordinarius in illius prouiſione ſe ingerere non valeat.*

23 *Diſſoluto Collegio, competit pro rata vnumquemque tangente Iuſpatronatus, prout in reliquis bonis.*

24 *Collegio diſſoluto, bona Eccleſiæ adiacentia empta ex pretio communi illorum, à quibus Collegium fuit conſtitutum, ſpectant ad ſingulos pro rata, vel ad eorum hæredes.*

25 *Bona elargita fauore Collegij, illo diſſoluto, remanere debent apud Summum Pontificem.*

26 *Summus Pontifex eſt Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ, ideòque bona eidem Eccleſiæ elargita ad eundem Pontificem pertinent.*

CAPVT CLXXXIII.

IN hac controuerſia de tribus potiſſimùm pro veritate diſceptari contingit.

Primùm eſt, An Collegium, ſodalitas, ſeu Congregatio à nonnullis Sacerdotibus inſtituta, præſcripta certa norma inſimul conuiuendi, vná cum alijs conuentionibus, de quibus in donatione, ſeu concordia, potuerit inſtitui abſque Apoſtolico Beneplacito, & an de Iure ſubſiſtat, itàut in Sacerdotibus ſuperſtitibus dicatur conſeruatum ius Collegij.

Secundum, an prædicta donatio irreuocabilis reciprocè facta inter eoſdem Sacerdotes ſit valida, atque adeò irreuocabilis in præiudicium eorum, quibus fuerat Ius quæſitum, vel potiùs ſit permiſſum donantibus, eorumque hæredibus, tàm de bonis emptis, & poſtmodùm ad inuicem donatis, quàm de iurepatronatus Laicali ſuper Eccleſia S. Pantaleonis quæſito ex cauſa dotationis pro rata vnumquemque tangente ad libitum diſponere.

Tertium tandem, ſuppoſita nullitate erectionis Collegij, admiſſaque illius diſſolutione, nec non reuocabilitate donationis, & concordiæ, quid ſit agendum, tàm de iurepatronatus, quàm de alijs bonis adiacentibus, ſiue emptis, ſiue poſtmodùm quæſitis titulo piorum legatorum occaſione, & cauſa prædictæ Congregationis, ſeu Collegij concordi conſenſu inſtituti.

1 Quò ad primum articulum, à quo potiſſimùm aliorum dependet reſolutio, licèt regulariter huiuſmodi Collegia, Sodalitates, ſeu Congregationes, quæ reperiuntur inſtituta, prout in præſentia, ſine legitima ſuperioris authoritate, ſint omninó nulla, vtpotè improbata, tàm inſpecto Iure ciuili, *l. 1. & 3. verſ. in ſumma, ff. de Colleg. illicit. l. conuenticula, C. de Epiſc. & Cleric* quàm Canonico, *cap. multis in princ. 16. diſtinct. cap. religionum diuerſitatem de relig. domibus lib. 6. Innoc. in cap. dilecta de exceſſ. prælat.* ibique *Abb. num. 1. & 5. Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit. Bald. in cap. 1. §. conuenticula per text.* ibi *nu. 5. de pact. Iuram. firman. in vſib. feud.* ibique *Afflict. num. 23. Vermigliol. conſ. 397. num. 1. & ſeq. Cardin. Tuſc. lit. C. concl. 456. Marta de iuriſd. part. 2. cap. 23. nu. 1. & ſeqq. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 2 cap. 11. nu. 71. & ſeq. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtian. p. 1. lib. 7. diſp. 20. tit. de Congregat. num. 1. & ſeqq.* eruditiſſimus *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 1. num. 146. & ſeqq. Xammar. de offic. Iudic. & Aduocat. p. 1. qu. 10. num. 78. & ſeq. Capon. diſcept. 262. num. 16. Marquil. in vſat. ſi contradixerint, q. 11. & ſeq. Manfrell. ad Capyc. Latr. obſer. 169. n. 17. et ſeq.* doctus *Romaguera in addit. ad Conciol. in annot. ad ſtatut. Eugub. Rubr. 20. de Statutis artificum, lib. 5. num. 6. Rot. in rec. dec. 112. num. 4. p. 7.* vbi,
2 quòd regulariter omnia Collegia ſint interdicta, quia homines non debent facere iſtas conuenticulas, ſeù Congregationes.

3 Niſi tamen ſint erecta cauſa pietatis, & Religionis, prout in præſentia, quo caſu Superioris auctoritas, ſeù conſenſus non requiritur, *d. leg. 1. ff. de Colleg. illicit.* ibi *Sed Religionis cauſa, gloſ. in d. leg. 1. in princ.* verbo *aliorum, verſ. item cauſa religionis, ff. quod cuiuſq. Vniuerſ. nomin. Bero conſ. 21. num. 17. lib. 2. Menoch. conſ. 28. nu. 11. et ſeqq. Crauett. conſ. 4. Cyriac. contr897. 504. num. 36. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. d. diſp. 20. num. 1.* Cum ſit
4 regulare, vt Cógregationes, ſeù Collegia ſint licita, concurrente aliqua iuſta cauſa, quæ ad bonum, licitumq; finem tendat, *Calderin. conſ. 261. nu. 2. verſ. præterea, Bald. conſ. 485. lib. 1. in fin.* vbi, quòd ex fine, & opere huiuſ-
5 modi Collegia ſint Sancta; atque ob hanc eamdem rationabilem cauſam Collegia ar-
6 tificum, & fabrorum ſubſtinentur, eorumdemque ſtatuta valent, quòad reſpicientia artem, *Roman. conſ. 277. in fin. Card. Tuſc. lib. 5. concluſ. 431. num. 19. Gratian. cap. 469 n. 14. Cyriac. controu. 504. nu. 37. & ſeq. & 506. n. 4. Loſſeus de Iur. Vniuerſit. p. 3. cap. 15. Xammar. de priuileg. Ciuit. Barcin. §. 13. nu. 40. Marta de Iuriſd. p. 4. centur. 1. caſ. 87. nu. 10. Capon. diſcep. 262. concluſ. 2. nu. 1. et concluſ. 3. nu. 15. Auendan. exeq. mandat. p. 1. cap. 19. nu. 11. Capiblanc. de Baron. lib. 2. cap. 71. nu. 4. Conciol. in annot. ad ſtatut. Eugub. rubr. 20. de ſtatut. Artific.*

ſic. uumer.1. ibique *Romaguera in addit nu- mer.9.*

7 Quàmuis contrarium, quòd, nempè, huiuſmodi Collegia, etiam pietatis, Religioniſque cauſa inſtituta non ſubſiſtant; niſi priùs à legitimo Superiore eorum inſtituta diligenter examinentur, & approbentur, firmant *Azeued. in l.3. tit.14. lib.8. nou. recompilat. leg. Hiſpan. nu.22. & ſeqq.* ibique *Auil. n.10. Decian. tract. crim. lib.7. cap.20. n.15. Guttierez canon. quaſt. lib.1. cap.35. num.1. in fin. Mart. de Iuriſd. p.2. cap.23. nu.18. & 24. Petr. Gregor. lib.13. de Republ. cap.3. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtian. d. diſp.20. nu.1. lib.7. tit. de Congregat. nu 4.* vbi; quòd non poſſint cætus
8 hominum congregari, aut Collegia erigi, quantumuis ad bonum finem, niſi accedente auctoritate Superioris, & approbatione Epiſcopi loci, vbi fuerint erecta; & de ſtatutis
9 conditis à Collegiis artificum, quòd non ſubſiſtant, niſi à Superiore confirmentur, tradunt *Capon. d. diſcept.262. conclus.2. num.2. & concluſ.3. nu.18. Amaydem de ſtylo Datariæ lib.1. cap.15. §.3. nu.15. Oliua de for. Eccleſ. p.3. qu.6. nu.7. & ſeq. Romaguera in addit. ad Conciol. ad ſtatut. Eugub. rubr.20. de ſtatut. artific. lib.5. num.10.* quàmuis contrarium ſentiant *Gratian. cap.721. nu.22. & ſeq. Cyriac. controu. 504. nu.39.* quos refert, & ſequitur *Conciol.* loco proximè laudato, *nu 2.*

10 Attamen, quicquid ſit de his omnibus, inſpecto iure cōmuni, ceſſat hodie quælibet diſceptandi occaſio, ſtante expreſſa *Conſtitutione S.M. Clementis VIII. 115. in ordine in Bullar. nou. tom 3. § 5.* qua reperitur apertè ſancitum, vt huiuſmodi Collegia, Confraternitates, ſeù Congregationes non poſſint erigi, niſi accedente conſenſu Ordinarii, à quo ſtatuta, ordinationeſque examinari debeant, prout allegata prædicta Bulla, firmant *Piaſecb. in prax. Epiſc. p.2. cap.3. art.5. tit. de viſit. benefic. ſimpl. nu.18 Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniu. d. lib.2. cap.11. nu.76. & ſeq. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. d. diſp.20. tit. de Congregat. num.5.* & ita declarauit *Sac. Rit. Congregatio in vna Elboren. 7 Octobris 1617.* prout refert *Barboſ.* loco proximè laudato, *numer.77.*

Cum igitur præſens Congregatio, ſeù Collegium, de quo agitur, concorditer inſtitutum inter RR. Sacerdotes careat aſſenſu Apoſtolico, abſque dubio non poteſt ſubſtineri, neque dicitur de iure validum ex allegatis.

Quò ad ſecundam inſpectionem, probata ex prædictis nullitate erectionis Collegii, ſeù Congregationis ob defectum Apoſtolici aſſenſus, corruit etiam in neceſſariam conſequentiam donatio reciprocè facta.

Si enim diligenter inſpiciatur totus tenor donationis, ſeù concordiæ apertiſſimè dignoſcitur, duas fuiſſe cauſas finales, ex quibus principaliter RR. Sacerdotes moti fuerunt ad ſibi ipſis reciprocè donandum.

Altera, nempè, vt redditus bonorum communi pretio, ſeù alio quouis modo acquiſitorum, & acquirendorum occaſione Collegii reducantur ad vnicam maſſam, adeò vt ex illis, tàm ipſimet contrahentes, & donantes, quàm eorum ſucceſſores communem vitam ducere poſſint, ibi: *Hanc autem ceſſionem, refutationem, & irreuocabilem donationem fecerunt, & quilibet ipſorum fecit, eò quia dixerunt, & declararunt; firmo animo propoſuiſſe in communione viuere.*

Altera verò, vt augeatur, vel ſaltem conſeruetur idem numerus Presbyterorum per ſubrogationem aliorum in locum deficientium, congruèque impleatur inſtitutum in dicto Inſtrumento expreſſum.

Vtraque autem cauſa cum defecerit; Tum, ex quo Sacerdotes pro tempore nunquàm vixerunt de communi maſſa, prout fuerat ſpecificè promiſſum; Tum etiam, quia numerus fuit adeò diminutus, vt multis ab hinc annis fuerit redactus ad vnum tantùm Sacerdotem, neque poſſit dubitari, quin cauſæ prædictæ fuerint omninò finales, cum expreſsè legatur declaratum, ob cauſas prædictas deueniri ad donationem, ibi: *Hanc autem ceſſionem, refutationem, & irreuocabilem donationem fecerunt, & quilibet ipſorum fecit, eo quia,* ponderata dictione *eo quia*, quæ
11 abſque dubio cauſam denotat finalem, *l. peto. § fin. ff. de alim. & cibar. legat, Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, num.8. et ſeqq. verſ. ſecundò quæro, ff. de cond. & demoſtrat. Crauet conſ.192. nu.2. verſ. et quia cauſa, Surd. conſil. 443. num.29 Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, limit.1. nu.82. et duob. ſeqq. Menoch. lib.4. præſumpt.24. num.13. Caſtill. tom.6. controu. cap. 172. num.18. Rot. in recent. dec.676. nu.2. p.2. & dec.411. num.2 p.4.* vbi, quòd dictio *quia*
12 importat pro certo, & conſtanti, *Buratt. dec.469. n.11.*

13 Præcipuè, quia, cum huiuſmodi cauſa ſit poſita in verbis diſpoſitiuis donationis, quæ præ ceteris videtur conſiderata *leg. quoties, ff. de vſufruct. l. lutius, l. vlt. ff. de hæred. inſtit. Fuſar. de ſubſtit. qu.468. nu.15. Altograd. conſ. 36 nu.17. lib.2.*

14 Hinc eſt, vt ob deficientiam prædictarum cauſarum finalium, ſine quibus contrahentes vtique non donaſſent, ceſſet etiam ipſa donatio contemplatione earundem cauſarū elargita *l. in omnibus, ff. de reg. Iur. leg. cum te fundum 6.* ibique *gloſ* verbo *conueniat, Bald. & Caſtr. num.1. Cod. de pact. int. empt. et venditor. Ripol. in l. falſa, §. quod autem, num.18. & ſeq. ff. de condit. & demonſtrat. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſ. num.11. Anchar. conſ.47. nu. 4. Roland. conſ.9. num.40. lib.4. Becc. conſ.45. num.20.*

Digitized by Google

num.20. Cephul.conſ.674.nu.17. Caſanat.conſ. 35.num.4.Surd. conſ.68. nu.21. & deciſ.220. num.19. Gratian.cap.96. nu.27. Menoch.conſ. 364 num 10.& ſeq.lib.4 et præſumpt.24.num. 12.lib.4. Molin.de ritu nupt.lib.3. qu.12.nu.8. latiſſimè innumeros iuxtà morem allegans *Caſtill.tom.6. contron. cap.172. per totum*, ſignanter *num 26. & ſeq.* optimè *Card. Mant. de tacit.et ambig. conuent.lib.3. tit.12.nu.21. et ſeqq. Valeron.de tranſact. tit.6. qu.3. nu.2. Barute.dec.469. num.11.et ſeq.*

Et in his terminis, quòd, ceſſante cauſa finali, rationeque motiua donandi genera-
15 liter reſpiciente totam diſpoſitionem, & ad illam generaliter influente, ſine qua quis non fuiſſet donaturus, ipſo iure dicatur reſoluta donatio, cõpetatq; donãti rei vindicatio. quòdq; donatio facta intuitu certę cauſæ, cauſa illa non ſequuta, irritetur, ſunt Iura *in l.1.Cod de donat. quæ ſub modo*, quæ in proximis terminis loquitur de donatione facta ſub conditione præſtandorum alimentorum, quæ non fuerunt præſtita, *l.1. & l. cum acilium, Cod.de vendit.ob.cauſ. Abb. in cap.verùm, num 2 de condit.appoſit. Bald. in leg.ſi vt proponis, in princ. Cod.de condit. ob cauſam, Curt. Iun conſ.126. num.14 verſ. ſecunda principalis concluſio, lib.1.Menoch. conſ. 388. num.46.lib.4. Gratian cap.355.num.15. Clar.in §.donatio, qu fin. num.1. et ſeq. Roſental.de feud.tom.2. cap.10. concl.40. num.31. de Marin.quotid.reſolut.cap.87. num.1.et ſeq.lib. 1. Merlin.dec.229.num.2.* & regulare eſt, vt
16 datum ex vna cauſa, illa non ſequuta, reuocetur, *l.1.ff de condit.cauſ.dat.*

17 Quæ omnia fortiùs procedunt, dum in præſentia non agitur de donatione facta Eccleſiæ, quo caſu donatio non reuocatur, modo non impleto, ſeù non ſeruato; ſed ſolùm cõpetit actio ad adimplendum, per *text. in cap.verùm 4. de condit. appoſit.* ita communi ſenſu Interpretum intellectum, ibique *Abb.in princip. et nu.2.in fin. Butr. numer.4. Barboſ.in collect. num.2. Caſtr. in l.1. numer.5. verſ. ſed ſi Eccleſia, ff. de donat. Roman. in leg.ſi pecuniam, in princip.nu.8 ff.de condict.indebit. Felin. in capit. verùm quoniam 7. col.4 poſt princip. verſ. nec obſtat, quod ſit dubium de foro compet. Soccin.in l.quibus diebus, §.Termiſſus, num.15. et ſeq.ff de condit.et demonſtr. Aldobrandin conſ.10. num.18. lib.2. Couarr. var.lib.1. cap.14.num.6. Gratian.cap.803.nu. 18.et ſeqq. Card.Mant.de tacit.et ambig. conuent.lib.13.tit.44. num.10.Epiſc.Genuenſ.pract. Eccleſ.qu.128,num.2. Ludouic.deciſ.Peruſ.93.num.43.Baratt.dec.7. nu.12. Archiep. Royas. dec.370. num.8.* Quidquid in contrarium non rectè ſenſerit *Roman. conſ.284.* quē ſequitur *Facchin. contron.Iur. lib.8. cap.90. Caren.reſolut.23.num.9.* quorum ſententia ſolùmmodò eſt admittenda, quoties adeſt expreſſum pactum reſolutiuum in caſu contrauentionis, ſeù nõ implementi, prout reperitur ſancitum *in d. cap.verùm de condit. appoſitis*, ibi: *niſi fortè tali ſit conditione collatum, quòd ea ceſſante debeat reuocari*; prout benè explicant *Couar.uar.lib.1.d.cap.14.n.6. uerſ. qui omnes, Gratian.d.cap.403.nu.25.26. 35. et ſeqq.Caren.d.reſolut.23. num.9. uerſic. tum quia obiectum, Baratt.d dec.7.nu.12. Archiep.Royas d.dec.370.nu.8.*

Sed verſamur in donatione reciproca facta inter Sacerdotes ex cauſis, de quibus ſupra, adeòut nullum poſſit conſiderari Eccleſiæ commodum, ſed ſolum priuatarum perſonarum ob rationem expreſſam inſimul conuiuendi, ſtudiiſque magis expeditè incumbendi.

Quòad tertium, probata ex prædictis nullitate Collegii, atque adeò diſſolutione eiuſdem facienda, necnon reuocabilitate donationis ob defectum cauſarum finalium; ſubingreditur quæſtio, quid ſit agendum de bonis, ſuper quo potiſſimùm verſatur huiuſmodi controuerſia. Pro cuius reſolutione præmittere oportet generalem concluſionē,
18 quòd, nempè, diſſoluto Collegio, non approbato, vel illicito, vnuſquiſque recuperat bona in eo collata, ex quo fuerunt communia, vt ſingulorum, cum numquam fuerit Collegium, vt egregiè firmat *Federic. de Senn.conſ.15.col.fin.in princ. verſ. cum non obſtent Iura, Card.Tuſc.lit.C.concl.457.numer.5.* & eſt optimus *text.in l.1. in fin.ff.de Colleg.et corpor.illicit.* ibi: *Accepta non ex eo Collegio, à quo recedit, ſed id, quod ei competit ex ratione, quę communis fuit*, ibique *Bart.* idem *Bart.in l.fin.num.22.ff. eodem tit.* qui benè diſtinguit *Abb in cap.recolendæ, num.3. de ſtat. Monac. Tondut.lib.2. quæſt Beneſic. cap.122. numer.12.verſ. quòd ſi Collegia habeant bona.*

19 Quò verò ad bona, quæ non ſunt ſingulorum, ſed Collegii remanere debeant apud Superiorem, *Bart.in d,leg fin.num.23. ff.de colleg.illicit.*

Hac igitur concluſione præmiſſa, diſtinguere oportet tria bonorum genera.

Primum, nempè, Iuſpatronatus perpetuum laicale, & hæreditarium quęſitum Sacerdotibus ſuper Eccleſia *S.*Pantaleonis.

Secundum, bona eidem Eccleſiæ adiacentia empta ex pretio communi ære erogato ab eiſdem Sacerdotibus.

Tertium, tandem bona forſan poſteà quęſita ex quouis titulo, occaſione, & contemplatione eiuſdem Eccleſiæ, & Collegii in eadem Eccleſia erecti.

20 Quòad Iuſpatronatus, cum dubitari non poſſit, quin legitimè fuerit acquiſitum ob dotationem Eccleſiæ in locis tribus Montiū donati, *cap.filijs 16. qu.7. cap. Abbatem,*

qu.2.

qu.2. cap. nobis de Iure patron. Abb. conſ.54. num.1. lib.1. & conſ.59. num.2. part.2. Gabr. conſ.196. num.1. lib.2. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu.8. num.1. Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloſ. 18. nu.33. Garz. de benefic. par.5. cap.9. nu.56. & ſeq. Vivian. de Iurepatronat. par.1. lib.2. cap. 2. et ſeqq. Add. ad Buratt. dec.1. nu.13. Cardin. de Luca de Iurepatronat. diſc.55. nu.2. Rot. in recent. dec.175. part.5. Card. Cavaler. deciſ.30. num.1.

21 Præcipuè, quando, prout in præſentia, non interuenit ſola, ſimplexque Eccleſiæ dotatio, ſed vlteriùs fuit dictum, quòd prædicta tria loca Montium donabantur Eccleſiæ ratione dotis, & animo acquirendi Iuſpatronatus, *Abb. in cap. quoniam num.10. de Iurepatronat. Lambertin. de Iurepatronat. lib.1. par.1. qu.2. art.4. num.12. & 14. & qu.6. art.2. num.31. Staphil. de litter. Grat. in rubr. de iurepatronat. nu.81. & ſeq. Duran. dec.285. nu.29. Rot. diverſ. deciſ.167. numer.2. & ſeq. part.2.* Quo caſu legitimo iure in limine fundationis, accedente potiſſimùm, prout in præſentia, Cardinalis Vicarii licentia, potuit fieri reſeruatio, quòd Iuſpatronatus ſit laicale perpetuum, & hæreditarium; quòdque

22 Ordinarius non poſſit ſe in illius prouiſione ingerere *Pariſ. cap 48. numer.1. & ſeq. lib.4. Spada conſ.16. num.1. & ſeqq. Vermigliol. conſ.474. Lotter. de re benefic. lib.2. qu.10. nu. 4. & ſeq. Calder. inter conſ.10. Calderin. Patris conſ.19. verſ. & ſuperſunt de Iurepatronat. Lambertin. de Iurepatronat. lib.1. qu.9. part.1. num.1. Gonzal. ſuper reg.8. gloſ.5. num.103. Corrad. in prax. diſpenſ. lib.4. cap.1. nu.8. & ſeqq. Card. Seraphin. dec.611. nu.1. & 4. Card. Cavaler. dec.640. n.4. verſ. tãto magis, & ſeqq. Archiep. Royas dec.274. num.4. & ſeqq.* latè *Rota in Romana Iuriſpatronatus coram Cardin. Sacrato*, penes *Vivian. de Iurepatronatus lib. 4. cap.9. nu.56. Garz. de benefic. par.5. capit.9. num.53.*

23 Hinc eſt, vt diſſoluto Collegio, competat pro rata vnumquemque tangente Iuſpatronatus, iuxta *Text. in d. leg.1. in fin. ff. de Colleg. illicit. Bart. in d. leg. fin. num.22. ff. eod. m Federic. de Sen. d. conſ.15.* Idque ea potiſſimũ ratione ſuperiùs expenſa, quia, nempè, diſſoluto Collegio, vnuſquiſque recuperat bona in eo collata, ex quo bona fuerunt communia, vt ſingulorum, quia numquàm fuit Collegium.

24 Quó verò ad bona adiacentia Eccleſiæ empta ex pretio communi eorumdem Sacerdotum, idem eſt aſſerendum, quód, ſcilicèt, competat reiuindicatio pro rata eiſdem Sacerdotibus; vel eorum hæredibus ex eadem ratione ſuperiori loco allata.

25 Demum, quòad bona elargita fauore, & contemplatione eiuſdem Collegii, illa remanere debent apud Summum Pontificem, eodem Collegio diſſoluto; non enim ſunt bona ſingulorum, ſed Collegii, ideóque, tamquàm bona vacantia ſpectare debent ad eũdem Summum Pontificem, iuxta receptam diſtinctionem *Bart in d. leg. fin. num.22. ff. de Colleg. illicit.* quem ſequitur *Abb in d. cap. recolenda, num.3. de ſtatu Monac. Ioannes Cruſius in eius Comment. tract.2. qu.1. princip. cap. 1. §.3. num.104. fol.23. & quæſt. principal.4. cap.2. §.5. num.2 fol.632. Tondut. quæſt. Beneſic. d. lib.2. cap.122. num.12. verſ. quod ſi Collegia, Modeſtin. Piſtor. conſ.47. numer.65. & ſeqq. lib.2. Rot. in recent. dec.359. num.3. & ſeq. p.14.*

26 Vel, vtpotè bona donata Eccleſiæ, quorum Summus Pontifex eſt Adminiſtrator, ad eumdem ſpectare debent, *Gemin. in cap. vnic. §. confirmatos, de Religioſ. domib. in 5. notab. in 6. Felin. in cap. dilecta, num.22. de reſcript. Rip. in l. quominus, num.167. ff. de fluminibus, Bald. in l. hæreditas, num.8. ff. de hæred. inſtituen. Rot.* aliis allegatis, *in recent. dec.24. n.1. & ſeq p.9. & d. dec.359. num.3. & ſeq. part. 14.* vbi de deſtructione Collegii auctoritate Pontificis.

Atque ex his omnibus exiſtimo, donationem eſſe reſolutam, & Collegium eſſe diſſoluendum, vtpotè nulliter conſtitutum, adeòut vnuſquiſque poſſit repetere, quod de ſuo in Collegio contulit; Cætera verò bona contemplatione eiuſdem Collegii elargita ex diſpoſitione Fidelium, vel alio quouis titulo ſpectare ad liberam Summi Pontificis diſpoſitionem.

ARGVMENTVM.

Pupilli vbi, & penes quem educari debeant, Iura remittunt prudentis Iudicis arbitrio, à quo tria potiſſimùm diligenter conſideranda, nempè, Perſona, Conditio, & Tempus; Adeòque in huiuſmodi materia eſt proſpiciendum pupillorum vtilitati, vt à Patris etiam expreſſa voluntate recedi poſſit, decreta educatione filiarum penes Matrem ad ſecundas nuptias non tranſeuntem s

SVMMARIVM.

1 *Pupilli, vbi, & penes quem educari debeant, Iura remittunt prudentis Iudicis arbitrio.*
2 *A Iudice tria potiſſimùm diligenter conſideranda, nempè Perſona, Conditio, & Tempus.*
3 *Iudex educationem Pupilli ei debet demandare, cui illam committeret, ſi filius ſuus eſſet, proſpicien-*

piciendo potiſſimùm ipſius vtilitati.

4 *Regulariter educatio Pupillorum ibi fieri debet, vbi Pater in teſtamento faciendam eſſe decreuit.*

5 *Sed huiuſmodi Patris voluntas non attendenda, ſi aliter ſuadeant circumſtantiæ loci, temporis, & cauſæ, & potiſſimùm pupillorum vtilitas prudentis Iudicis arbitrio penſanda.*

6 *Ex eiſdem rationabilibus cauſis poteſt etiam Iudex à voluntate pupillæ recedere, ſi per imprudentiam, inbecillitatem ætatis, aut ſeductionem fuerit motus ad ſibi damnoſam manſionem eligendam,*

7 *Nulli magis, quàm matri non tranſeunti ad ſecundas nuptias eſt committenda filiorum educatio.*

8 *Circà ſublenandam filiorum neceſſitatem, & educationem nemo fidelior, & magis idoneus videtur, quàm ipſorum mater.*

9 *Quis ferat liberos à Parentibus ſegregari.*

An id procedat, matre ad ſecundas nuptias tranſeunte.

10 *Teſtatoris diſpoſitio euaneſcit, ceſſante preſuppoſito; idque, etiam procedit reſpectu educationis pupillorum.*

11 *Tutor, & conſanguinei, quoties concordant circa pupillorum educationem, Iudex eorum votum ſequi debet.*

12 *Educatio pupillorum apud eum fieri debet, apud quem, ſi non fieret, periculum immineret, vt pupillus eius ſucceſſionem amitteret.*

13 *Amiſſio magni lucri dicitur ſapere damnum notabile, formalemque pœnam; ideòque licitum redditur præceptum ſpernere teſtatoris.*

14 *Amiſſio magni lucri æquiparatur pœnæ, metumque inducit.*

15 *Educatio filiæ non eſt permittenda penes matrem, ſtante ſuſpicione, quod illam poſſit inducere, vt fieret Monialis.*

16 *Pupillæ debent reponi in loco libero ad effectum explorandi eorum voluntatem ſuper educationē.*

CAPVT CLXXXIV.

1 PVPILLI, vbi, & penes quem educari debeant, iura remittuut æquitati, religionique prudentis Iudicis, *leg. 1. ff. vbi pupill. educ. deb.* ibi; *Solet Prætor frequentiſſimè adiri, qui conſtituat, vbi filij, uel alantur, vel mòrentur, & in l. ſi diſceptatur 5. ff. eod.* ibi: *Si diſceptetur vbi morari, vel educari pupillum oportet, cauſa cognita, hoc Præſidem ſtatuere oportebit,* optimè *Bald.* ad quem ſemper recurrendum in hac materia in celebri *conſ. 487. in princip.* aliàs 472. *lib. 5. Caſtrenſ. conſ. 127. num. 3. par. 1. Barbat. conſil. 60. lib. 3. Soccin. conſ. 194. in 2. dub. lib. 2. Iaſ. conſ. 53. num. 31. lib. 3. Corn. conſ. 175. nu. 13. lib. 3. Pariſ. conſ. 56. n. 3 lib. 1. Fab. de Anna conſ. 33. n. 2. Crauett. conſ. 190. n. 2. verſ. & propterea, et num. 9. Bero. conſ, 180. nu. 1. & ſeq. lib. 2. Facchin. conſ. 77. lib. 2. Valenzuol. conſ. 36. num. 35. Morot. conſ. 74. num. 15. Durant. de art. teſtand. tit. 7. caut. 5. n. 1. Car. de Luca de Tutor. diſc. 21. num. 1. in ſupplement. p. 2. Surd. de alim. tit. 4. qu. 13. Menoch. de arbitrar. caſ. 168. num. 1. & conſ. 62. num. 15. Theſaur. lib. 3. forenſ. qu. 26. num. 1. Caualcan. de Tutor. num. 300. & ſeqq. Arias de Meſa var. lib. 2. cap. 25. num. 6. Peregrin. dec. Patau. 28. num. 1. Tappia dec. 51. num. 5. Seſſe dec. Aragon. 288. numer. 2. lib. 3. Franch. dec. 352. num. 1. Gratian. dec. 55. nu. 2. Marc. dec. 131. p. 1. Maſtrill. dec. 230. num. 20. Mart. Med. exam. 38. num. 1. inter dec. Senen. Rot.* pluribus aliis allegatis *dec. 255. nu. 2. p. 6. rec. Card. Seraphin. dec. 1357.*

2 Et à Iudice in hac materia potiſſimùm ſunt tria diligenter conſideranda, nempè, perſona, conditio, & tempus, iuxtà monitum Iuriſconſulti *in d. leg. 1. ff. vbi Pupilli educ. deb. Bald. d. conſ. 487. lib. 5. Iaſ. conſ. 237. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 168. num. 5. Surd. de aliment. tit. 4. qu. 13. prope fin. Mart. Medic. d. exam. 38. num. 3. et trib. ſeqq.* quibus rectè perpenſis, Pu-
3 pilli educationem ei demandare debet, cui, illam committeret, ſi filius ſuus eſſet, proſpiciendo potiſſimùm ipſius vtilitati, *l. 1. § ſi tria luminaria, verſ. apud etiam, ff. de ventr. inſpic. Bald. d. conſ. 487. nu. 2. lib. 5.* vbi, quòd de filia aliena debeat Iudex id facere, quod de propria, decernens illius educationem penes eum, qui melior, & vtilior eſt pro pupilla, *Valenzuol conſ. 36. num. 22. et ſeqq.* vbi, quòd leges iniungant Magiſtratibus, vt bonum, vtilitatemque pupillorum procurent, ac ſi eſſet propriorum filiorum, *Bald. d. conſ. 487. lib. 5. in fin. Iaſ. conſ. 237. lib. 2. in fin. Pariſ. conſ. 58. lib. 1. Surd. de aliment. d. qu. 13. nu. 36. tit. 4. Peregrin. d. dec. 28. nu. 2. Mart. Medic. dict. exam. 38. n. 10.*

4 Idque non obſtante Paterna diſpoſitione; quàmuis enim regulariter filiorum educatio ibi fieri debeat, vbi Pater faciendam eſſe decreuit in teſtamento, *d. l. 1. ff. vbi pupilli educ. deb. l. 1. § quod natum erit. ff. de ventr. inſpic.*
5 huiuſmodi tamen Patris voluntas nullo Iure eſt attendenda, ſi aliter ſuadeant circumſtātiæ loci, temporis, cauſæ, perſonārum, & potiſſimùm pupillorum vtilitatis, ex quibus Iudex abſque dubio poteſt à Præcepto teſtatoris recedere, vt ſunt Iura apertiſſima *in d. leg. 1. ff. vbi pupilli educ. deb.* cuius hęc ſunt verba: *Et ſolet ex perſona, ex conditione, ex tēpore ſtatuere, vbi potiùs alendus ſit, & nōnunquàm à voluntate Patris recedit Prætor, & in leg. Quintus mutius 7. prope fin. ff. de annuis leg.* ibi: *Liberi mei ibi ſunto, vbi eos mater ſua volet, nullam obligationem parit, ſed ad auctoritatem defuncti conſeruandam pertinet, vt vbi iuſſerit, ibi ſint, nec tamen ſemper voluntas eius, aut iuſſus conſeruari debet, veluti ſi Prætor ductus ſit non expedire, Pupillum eò morari, vbi pater fortè ignorauit, in eis eſſet perſonis, apud quos morari iuſſit.* Et ex prædictis iuribus optimè firmant, omiſſis innumeris,

qui

Digitized by Google

qui poſſent allegari *Pariſ.conſ.56.num.3.lib.1* vbi, quòd lex Iudici poteſtatem tribuat, etiã contra Patris voluntatem, legitima ſubſiſtente cauſa poſſe decernere, apud quos educari debeant filii, *Franc.Aret.conſ.22.Berou.conſ.180. nu.2.lib.2.Portius conſ.150.nu,36.& 39 verſ.quibus ſic ſtantibus, Valenz. conſ.36. nu.20. Coſt.conſ.7.in fin.de Ponte conſ.93. nu.22. & 28. lib.2. et dec.20.num.20. Menoch de arbitr.Iudic.caſ.168.Gregor.Lopez in l.19.*verbo *el Padre, Fontanell.de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gloſ.8.part.11.num.17.et dec.546.num.21. & ſeqq. lib.2.Arias de Meſa var.lib.2.cap.25.num.6.circa med.verſ.adeò quòd,* latè *Pratus diſcept.37.lib.2.* eruditus *Altimar. ad Rouit. dec.8.num.1. & 20.Card. de Luca de Tutor. diſc.4. num.23.& diſc.21. num.3. in ſupplement.part.2.Viuius dec.16.nu.5. Afflict. dec.183.num.5.verſ.ſolet Prætor, Gramm. dec.7.num.5. & dec.55.num.1.et ſeqq.Franch.deciſ.350.num.1.Tappia dec.51.nu.4. Peregrin. d. dec.28.num.1. & 3 verſ.& quandoque, Rot. in rec. dec.255. nu.3. & duob. ſeqq.p.6.* vbi, quòd ſuprema Tribunalia in contingentia caſuum ſemper vtantur huiuſmodi arbitrio à lege indulto, etiam contra patris voluntatem, *et dec.589. et 604. eadem p.5. tom.2. Archiep.Carrill.dec.84.* quæ deciſiones ſunt valdè magiſtrales in hac materia.

6 Quinimò ex eiſdem rationabilibus cauſis prudenti Iudici benè viſis, poteſt recedere á voluntate pupilli, ſi per imprudentiam, imbecillitatem ætatis, ſeù ſeductionem motus fuerit ad ſibi damnoſam manſionem eligendam pro eius educatione; eſt enim fragile, & infirmum huiuſmodi ætatis conſilium, multiſque ſuppoſitum captionibus, multorumque inſidiis expoſitum, vt ſunt verba *textus in l.1. ff.de minor.* per quem itá in ſpecie educationis in loco Iudici bene viſo, etiã reluctantibus pupillis, aduertunt *Paris.dict. conſ 56.num.17.lib.1.* vbi, quòd ſubueniendum ſit pupillis circumuentis, malèque eligentibus, & indigentibus ſaniori conſilio *Alciat.de præſumpt.regul.1.præſumpt.22.n.2. Caualcan.de Tutor.et Curat.nu.308. Mart.Medic.d.exam.38.nu.8.*

His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris cenſura ſunt abſolutiſſima, educatio trium filiarum ſæcularium claræ mem. Ducis Cæſarini eſt omninò decernenda penes Duciſſam Cæſarinam earum Matrem, & Reu. Sororem Mariam Alexandram Cæſarinam earum Amitam Monialem in Monaſterio S. Catharinæ de Senis, cum concurrant plures vrgentiſſimæ cauſæ id ſuadentes, ex quibus ſaltem ſimul iunctis recedẽdũm eſt ex allegatis, nedũ à voluntate clar.m. Ducis eorũ patris; ſed etiã ipſarummet filiarum ſuper continuanda educatione in Monaſterio Duciſſæ Lateræ.

7 Primò: Quia cum Duciſſa Cæſarina inſtantiſſimè petat penes ſe ſuas filias educari; meritò huic iuſtiſſimæ, ſatiſque rationabili inſtantiæ eſt annuendum; nulli enim magis, quàm matri non tranſeunti ad ſecunda vota eſt committenda filiorum educatio, vt inquit *Imperator in l.1. Cod.vbi pupill.educ. deb.* ibi: *Educatio pupillorum tuorum nulli magis, quàm matri eorum, ſi non vitricum induxerit, committenda eſt, Bald.d.conſ.487.nu 2.verſ.ex quibus concludo, lib.5.* vbi ſignanter, quando agitur de educandis filiabus, *Iaſ.conſ.53. num.31. vol.3. Staiban.* Iun *reſolut.141. nu.7. lib.2 Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. part.11.nu.16.Surd.de alim.tit.4.qu.15.n.12. Card.de Luca de Tutor.diſc.4. num.23. Afflict. dec.183.num.5. in fin. Viu.dec.16.nu.1.Mart. Medic.d.dec.Senen.61. num.1. Rouit.dec.8.nu.1.* & ibi doctiſſimus *Altimar. Rot. in recent. dict. deciſ.255.nu.11. part.6.*

8 Idque non ſolùm, *quia nemo circa ſublenandam filiorum neceſſitatem, & educationem fidelior, magiſq; idoneus videtur, quàm ipſorum mater, vt ſunt verba text. in auth.de nupt. §. eiuſdem quoque Principis.*

9 Sed etiam, quia hoc ipſum ſuadet ratio naturæ, & pietatis; quis enim ferat, liberos à parentibus ſegregari, dicit *Imperator in l. poſſeſſionum 11. Cod. comm. vtriuſque Iudic.* nimiſque iniquum videretur D. Duciſſæ Matri ſeptem filiarum non eſſe permiſſam educationem trium ex illis pro eius ſolatio.

Adeòut in grauiſſimorum virorum ſententia pupillorum educatio ſit committenda Matri etiam ad ſecunda vota tranſeunti, ſi in eadem Matre, & Vitrico concurrat vitæ, famæque honeſtas, & Mater non ſit, prout in præſentia, filiis ſucceſſura ob fideicommiſſa, & Primogenituram; quæ in hac familia exiſtunt, prout vnicuique eſt notum, iuxta celebrem *deciſionem de Franch.350.* ibiq; *de Luca in obſeruat.* quam commendant, & ſequuntur *Arias de Meſa var.c.25.n.23.& 38* vbi etiam ſi Mater ſit in modico ſucceſſura *de Marinis reſolut.95. num.16. lib.1. Rouit.dec.8 num.5.de Pont.dec.20.Tapp. dec.51.* & in Granatenſi Prætorio deciſum refert *Sanch. de matrim. lib.7. diſp.88. num.19.* Hier. *de Leo dec.201. lib.2.per tot.* Idque etiam ſi mater eſſet ſucceſſura in legitima, *Thor. vot.11. Queſad. contron.cap.16.num.13.* vel etiam ſi adeſſent filii ex ſecundo matrimonio *Staiban. d.reſolut.141. num.24. lib.2.* Licèt in contrarium contra Matrem, & Vitricum indiſtinctè, ſiue ſit ſucceſſura filio, ſiue non, adhuc concurrente honeſtate vitæ acerrimè ſentiant *Caſtr. Palao.tom.5.moral.cap.99.diſp.4. punct.13.num.14. Medic.dec.Sen.36.num.18.* aliique adducti per *de Luca in obſeruat. ad Franch.d.dec.350.n.4. verſ. indiſtinctè contra matrem binubam.*

Fortiùs educatio eſt decernenda matri, quia

quia ſi diligenter conſideretur diſpoſitio facta in Codicillis à Duce eius viro, ne dum non repugnat, ſed potiùs aſſiſtit; eatenus enim filiarum educationem mandauit continuari penes Duciſſam Lateræ; quatenus credidit, eius vxorem nolle huic oneri ſe ſubiicere, prout ex verbis Codicillorum ibi; *Al qual peſo non ſoſtituiſco la Signora Ducheſſa Ceſarini mia moglie da me per altro molto ſtimata, e diletta, perſuadendomi, che ella vogli continuare nel ſuo volontario ritiramento*. Ideòque, ſtante enixa voluntate Duciſſæ, quæ ob amorem erga filias inſtat, tres ex ſeptem penes eam educari, corruit prædicta diſpoſitio ſuper educatione continuanda penes Duciſſam Lateræ; ceſſante enim præ-
10 ſuppoſito, euaneſcit Teſtatoris diſpoſitio, iuxtà theoricam *gloſ.* ab omnibus receptam *in l.mancipia Cod.de ſeru.fugit. Roman ſingul. 495. Dec.conſ 90.nu.2. & 251. num.5. Surd. conſ.150.nu.78.lib.1. Cephal.conſ.90.num.51. Rimin.Iun.conſ.29. nu.10. Becc.conſ.53.num.7. Rot.dec.523.nu 8 p.5. rec.tom.2.* & in puncto educationis benè *Portius conſ.150.numer.36. verſ.quintò aduersùs nouercam. & nu. ſeq.* vbi quòd, ceſſante præſuppoſito ſuper educatione facienda penes aliquem, ceſſet diſpoſitio, quæ ſemper debet intelligi, rebus in eodem ſtatu manentibus.

Secundò, inſtat pro educatione penes matrem, tám D.Dux Cæſarinus Patruus, & vnicus Tutor, ſtante renunciatione tutelæ factæ per Dominos Cardinales Farneſium, & Sfortiam, quàm Soror Maria Alexandra Cæſarina Amita; quoties autem Tutor, & con-
11 ſanguinei concordant, Iudex debet ſequi eorum votum circa educationem pupillorũ, *Bart.qu.16. verſ.ſolutio, col.2.* ſignanter, quia modus educandi pupillum, tàm circa locum, quàm perſonas dicitur pars tutelæ, vt monet *Bald.in l.omnem, nu.12.Cod. ad Senat.Conſult. Tertull.*

Tertiò, ſi Domina Duciſſa mater, & D. Dux Patruus non poſſent conſequi educationem iuxta eorum votum, abſque dubio, vel omninò ceſſaret, vel ſaltem tepeſceret amor, & affectio erga has puellas, quæ à matre, & patruo maximum commodum ſperare poſſunt ſucceſſionis, qua poſſent alioquin priuari, Ideòque Iudex potiſſimum conſulere debet vtilitati, commodoque pupillorum ex ſupra in principio allegatis, prout
12 in his terminis dicitur, quòd educatio fieri debeat apud eum, apud quem ſi non fieret, periculum immineret, vt pupillus eius ſucceſſionem amitteret, *Mart.Medic.d.dec. Sen. 61.num.18.verſ.tum etiam, quia,* atque amiſ-
13 ſio magni lucri dicitur ſapere damnum notabile, atque pœnam formalem; ideòque licitum redditur ſpernere præceptum teſtatoris, prout in conſimilibus terminis præcepti de nubendo latè poſt *Iaſ. in leg. Titia in princ.num.10. verſ ſecundò notabiliter limita, ff.de verbor.oblig. Ancharan in cap. Abbas, nu. 2. verſ.et idem ſi timeretur, de his, quæ vi, metu cauſ.ſiunt, & in cap 1. in fin. eod.tit. in 6. Menoch.conſ.425.num.6. verſ.tertiò admiſſo, lib.5 & conſ.1084.num.19 lib.11. Couarr. var. reſolut.lib.3. cap.7. n.296.* benè *Sanchez de matrim.lib.4.diſp.5.n.27. Capyc.Latr.conſult.72. num.20.& duob.ſeqq.lib.1.* & in eadem cauſa *Rot.in recent.dec.493. num.30. & quatuor ſeqq. par.4. tom.2.* rectèque conſerunt deducta per *Ruin. conſ.121. numer.10. lib.4. Neu.zan. conſ.47. numer.18. Cephal. conſ. 295. numer.17. Roland. conſ.100. numer. 126. lib.4. Ludouiſ. deciſ.326. numer.21. Rota in recent. deciſ.93. numer.11. part. 10.* affirmantes, quòd magni lucri amiſ-
14 ſio æquiparetur pœnæ, metumque inducat.

Quartò concurrunt aliæ cauſæ vrgentiſſimæ, ex quibus omninò inirat Iudicis arbitrium pro educatione harum puellarum penes matrem, & Amitam.

Tùm, quia Duciſſa Lateræ non adhuc contenta, ſe expiſcaſſe tres filias clar mem. D. Ducis pro ſuo Monaſterio, quæ iam ſuſceperunt habitum, reluctante reſpectu D. Corneliæ nouiſſimè effectæ Monialis D.Duce patruo, dum optabat illam in matrimonium collocare, prout eſt notiſſimùm toti Curiæ, nunc præmeditatur toto conatu, omnibuſq; artificiis reliquas tres ſorores blandis verbis ſeducere, quæ vtpotè imbecillis ætatis, & prorſus neſcientes quid agant, de facili poſſunt ſuſcipere habitum in eodem Monaſterio, ſequendo veſtigia trium aliarum ſororũ, quæ ſola ſuſpicio debet eſſe cauſa ſufficiens, ne penes Duciſſam Lateræ educentur, prout in fortioribus terminis aduertit *Mart.Medic. d.dec.61.num.19.* vbi de ſuſpicione, quòd
15 mater poſſet inducere filiam, vt fieret Monialis; eſſet enim ſub ſpecie pietatis maxima impietas, vt D.Dux ob ægram eius valetudinem omninò deſtitutus ſpe procreandi liberos, neque etiam poſſet inter cætera eius infortunia conſeruationi ſuæ Domus aliquo modo conſulere, collocando in matrimonio aliquam ex dictis tribus nepotibus, quod vtique eidem non eſſet permiſſum, ſi continuaret educatio penes D. Duciſſam Lateræ ex rationibus, & cauſis ſatis vnicuique notis; atque hoc modo adhuc viuens cogeretur D.Dux deplorare extinctionem propriæ Familiæ, quod non eſt permittendum à religioſiſſimis Iudicibus.

Tum etiam, quia reuera dictæ tres puellæ, quòad valetudinem malè ſe habent, prout ex oculari inſpectione poterit dignoſci ob aerem dicti Monaſterii, in quo degunt non omninò ſalubrem ratione depreſſi ſi-

tus, Montiſque Aurei ſuper eminentis;

Tum demùm, quia ob acerrimas lites, & controuerſias in præſentia vigentes inter D. Ducem, & D. Duciſſam ſatis notas impoſſibile omninò erit, dictas puellas poſſe ampliùs penes eamdem D. Duciſſam educari; Ideòque prudenter occurrendum eſt ſcandalis, quæ de facili poſſent oriri, etiam in maximum præiudicium pupillarum; quòd potiſſimùm ex allegatis attendi debet in hac materia.

16 Cæterùm denegari non poterit repoſitio earumdem puellarum in loco libero, ad effectum explorandi earum voluntatem, *l. fin. ff. de liber. exhib.* & in his terminis benè *Paris conſ. 56. nu. 17. lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Agitur de Concordia Rauennatenſi, eiuſque confirmatione Apoſtolica circà bona emphytheotica, illamque oſtenditur, eſſe reſtrictã ad bona in emphytheuſim, tunc temporis conceſſa, neque extendendam ad futuras conceſſiones, neque locum habere, quoties tenor repugnat Inueſtituræ.

SVMMARIVM.

1 *Preces à Principe pluries reiectæ non merentur ampliùs attendi.*

2 *Confirmatio addit robur confirmato, ſed illud non extendit, neque auget vltrà quod in illa continetur.*

3 *Idque etiam procedit in terminis Concordiæ Rauennatenſis.*

4 *Confirmatio intelligi debet iuxtà naturam, & qualitatem diſpoſitionis confirmatæ.*

5 *Confirmatio eaſdem interpretationes, & obiectiones recipit, quas patitur actus confirmatus.*

6 *Confirmatio, quod iam fuit tributum roborat, ideòque futura poſt ipſam confirmationem non complectitur.*

7 *Præcipuè vbi agitur de tertij præiudicio, multòque magis Eccleſiæ.*

8 *Reſcriptum, quoties eſt determinatum non recipit interpretationem à petitis; ſed potiùs petita reſtringi debent ad limites Reſcripti.*

9 *Confirmatio concordiæ cum clauſula* Placet, quatenus ſit in vſu, & viridi obſeruantia *dicitur in forma communi.*

10 *Confirmatio in dubio præſumitur in forma communi.*

11 *Confirmatio nihil de nouo tribuit, ſed relinquit actum in ſtatu, prout anteà erat & nihil præiudicat concedenti, neque iuuat recipienti.*

Deficientibus potiſſimùm clauſulis ex certa ſcientia, *ſeu* Motu proprio ibid.

12 *Confirmatio Concordiæ Rauennatenſis nihil eidem addit, ſed ſolùm id, quod erat, cenſetur confirmatum.*

13 *Confirmatio concordiæ Rauennatenſis non loquitur de renouationibus, ſiue caducitatibus poſt finitam lineam inueſtitorum.*

14 *Confirmationes ſubrepetitiæ non merentur attendi.*

15 *Obſeruantia plurimùm attendi debet pro confirmatione concordiæ.*

16 *Eccleſia Rauennatenſis nunquàm fuit coacta renouare, & concedere proximioribus vltimi Inueſtiti, quoties bona deuoluta pro ſe retinere voluit.*

17 *Concordia loquens de præteritis non eſt ad futura trahenda.*

18 *Tranſactio res de nouo quæſitas non comprehendit.*

19 *Concordia ſtrictiſſimè eſt interpretanda, neque extendenda ad caſus ſpecialiter non expreſſos.*

20 *Præcipuè, quando de Eccleſiæ præiudicio agitur.*

21 *Concordiæ Rauennatenſes, vtpotè reſtrictæ ad bona tunc temporis in emphytheuſim conceſſa non ſunt extendendæ ad futuras conceſſiones.*

22 *Bonifaciana aſſimilatur concordiæ Rauennatenſi.*

23 *Renouationis natura eſt, vt præſupponat conceſſionem præcedentem.*

24 *Tranſactio limitata limitatum producit effectum, neque extenditur vltrà terminos limitatos*

25 *Verba de futuro intelliguntur tantummodò comprehendere futura ex cauſa de præſenti, cui poſſunt commodè conuenire.*

26 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque diſpoſitionis, itàut talis dicatur ineſſe ſenſus in verbis, qualem demonſtrat obſeruantia, & effectus ſubſequutus.*

27 *Obſeruantiæ plurimùm eſt deferendum in terminis Concordiæ Rauennatenſis.*

28 *Obſeruantiæ valdè debetur, etiam, ſi aberret à regulis Iuris communis, & verba videantur habere contrarium, & veriorem intellectum, cum præſeferat partis confeſſionem.*

29 *Pontificis declarationi eſt omninò ſtandum.*

30 *Potiùs attẽdi debet ordo ſuccedendi præſcriptus in Inueſtitura, quam forma ſtatuti, conſuetudinis, vel alterius Indulti generalis.*

31 *Concordia Rauennatenſis locum non habet, quoties Inueſtituræ tenor repugnat.*

32 *Ex Inueſtituris deſumi poteſt, quanam bona fuerint tradita in emphyteuſim antè, vel poſt concordiam, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*

33 *Penſio eſt diminuenda diminutis fructibus.*

CAPVT CLXXXV.

INVETERATA prætenſio Communitatis Rauennæ, quòd noua Concordia anno 1434. inita ſeruari debeat, tam quòad bona menſæ Archiepiſcopalis, etiam in emphytheuſim conceſſa poſt illius ſtipulationem, quàm etiam quòad conceſſa antè concordiam, & poſtmodùm renouata cum pactis eidem

eidem contrarijs, ſicuti à *s.m. Clemente*, & *Vrbano VIII.* & *Innocentio X.* fuit pluries
1 reiecta, ità amplius in præſenti non meretur attendi, imponendumque eſt omninò perpetuum ſilentium, cum omni prorsùs iure ſit deſtituta, *l. 1. & final. Cod. ſi ſap. in integr. reſtit. Sim. de Petr. conſ. 84. num. 4.*

Quò enim ad primam partem, ſatis ſuperque litteralis eſt exceptio bonorum Menſæ Archiepiſcopalis in noua concordia anni 1434. ibi: *excepto, quòd concordia antiqua remaneat firma in dicto Archiepiſcopo, & eius Diacepto tantùm, videlicèt in rebus, quæ ſunt Sanctæ Rauennatis Eccleſiæ directi Dominij, quæ conceſſę ſint alicui per emphytheuſim, vel linellum, ſiue pactum, locum habeat concordia vetus.*

Neque ob confirmationem factam à *s. m. Iulio Secundo, Clemente VII. & Paulo III.* nonnullorum capitulorum dici poteſt extenſa concordia ad bona Menſæ Archiepiſcopalis.

Si quidem reſpectu confirmationis *Iulij II.* cum per Cummunitatem Rauennæ inter cætera fuerit exhibitum quintum Capitulum Cardinali Papienſi Legato continens, quòd bona hactenus in emphytheuſim conceſſa non inciderent in commiſſum; quòdque omnes Domini directi, neque etiam Archiepiſcopo excepto, non poſſent agere, niſi ad Canones, idem Cardinalis Legatus huiuſmodi effrænatam petitionem reſtrinxit ad bona, quæ tunc temporis incommiſſum incidiſſe reperiebantur, inpoſterum verò expreſsè mandauit, ſeruari concordiam, quæ attenta longæua obſeruantia ſine ſcandalo tolli non poterat.

Quibus ſtantibus, cum Iulius Secundus prædictam conceſſionem modo, quo ſupra per Cardinalem Legatum factam ſimpliciter confirmauerit; hinc neceſſariò reſultat, quòd huiuſmodi confirmatio cenſeri debeat omninò reſtricta ad limites approbationis eiuſdem Cardinalis, nempè ad caducitates iam incurſas, & ad omnimodam obſeruantiam dictæ concordiæ in futurum.

2 Regulare enim eſt, vt confirmatio addat quidem robur confirmato; ſed illud non extendat ad ea, quę in eodem non continentur *cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. l. Aurelius, §. 1. ff. de liberat. legata Bald. in l. nominationes circà fin. verſ. illud etiam certum eſt, Cod. de appellat. & in l. aduerſus in fin. Cod. ſi aduerſ. rem iudic. Dec. in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. num. 3. Iſern. in cap. 1. in princip. per quos ſi it inueſtit. Hoſtiens. in ſumm. de confirmat. vtil. vel inutil. Alex. conſ. 123. num. 20. lib. 4. Corn. conſ. 9. num. 5. verſ. quia confirmata lib. 3. Ruin. conſ. 158. num. 16. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 93. num. 16. Staiban. Sen. conſ. 23. num. 7. Menoch. conſ. 75. num. 32. & conſ. 658. num. 8 Surd. conſ. 330. num. 18. lib. 3. Spad. conſ. 140. nu. 25. lib. 1. Camill. de Medic. conſ. 160. num. 6. & ſeqq. & conſ. 134 num. 26. & conſ. 158. num. 1. & ſeq. de Pont. conſ. 65. num 8. lib. 2. Altograd. conſ. 79. num. 3 lib. 1. Staiban. Iun. reſolut. 183. num. 13. lib. 2. Capyc. Latr. conſult. 41. num. 22. & ſeqq. lib. 1. Card. de Luca de feud. diſc. 60. num. 11. Anna allegat. 47. num. 10 part. 1. Caſſador. dec. 1. num. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Ludouiſ. dec. 159. num. 4. Card. Caualer. deciſ. 385. Buratt. deciſ. 170. numer. 15. Archiepiſ. Royas dec. 211. nu. 7. Bich. dec. 229. nu. 17. & dec. 521. num. 13. Card. Celſus dec. 258.*
3 *num. 15.* & in ipſiſſimis terminis concordiæ Rauennatenſis optimè videndus *Berous conſ. 107. n. 11. & ſeq. lib. 1.*

Idque ea potiſſimùm ratione, quia confir-
4 matio intelligi debet iuxtà naturam, qualitatemque diſpoſitionis confirmatæ *gloſ. in cap. ex parte*, vbi ſignanter *Bald. num. 12. de conſtitution. Honded. conſ. 86. numer. 9 lib. 2. Craß. excep. 1. num. 36.* eaſdemque interpreta-
5 tiones, & obiectiones recipit, quas patitur actus confirmatus *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 1. diſput. 18 num. 9 Rot. poſt eumdem tom. 3. dec. 78.* quodque iam fuit tributum, robo-
6 rat; ideòque futura poſt ipſam confirmationem non comprehendit.

Præcipuè vbi agitur de tertij præiudicio,
7 *cap. quamuis cap. ſi pro te de reſcript. Bald in cap. 1. nu. 10. de confirmat. vtil. vel. inutil. Dec. in cap. vltimo num. 57. de conſtitutionib. Ioann. Andr. in cap. ſine culpa num. 2. in ſecunda principali quæſtione inſolutione ad contraria de regulis Iuris in. 6. Dec. in cap. vlt. num. 57. de conſtit. Card. de Luca de Præeminent. diſc. 40 num. 7. Ludouiſ. dec. 164 in fin. Rot. in recent. deciſ. 356. num. 19. part. 6. Archiep. Royas deciſ. 211. num. 6.* multòque magis Eccleſiæ *Spad. conſ. 5. nu. 47. lib. 1.*

Eiſdemque prorsùs rationibus nullo Iure dici poteſt extenſa concordia ad bona Menſæ Archiepiſcopalis per *s. mem. Clementem Septimum*; cum ipſe pariter confirmauerit nonnulla capitula mentionem facientia de Archiepiſcopo per *Cardinalem Cybum* limitata ad tenorem concordiæ, ibi: *Placet Domino Noſtro, quòd ſeruetur concordia aliàs facta cum Clericis, & Religioſis, & eam obſeruari man-*
8 *dat*, quod reſcriptum cum ſit determinatum, non recepit interpretationem à petitis; ſed potiùs petita reſtringi debēt ad limites Reſcripti, & Signaturæ *Abbas in cap. inter dilec. 6. ſub. num. 4. poſt. med. de fide inſtrumen. Felin. in cap. ſuper litteris num. 10 de reſcript. Gemin. conſ. 65. num. 29. Iaſ. conſ. 173. nu. 7. lib. 4. Ruin. conſ. 43. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. vlt. ſub num. 43. lib. 3. Decian reſponſ. 86. num. 52. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 28. num. 24. lib. 2. Natt. conſ. 726.*

num.1.Soccin.Iun.conſ.93.num.44.lib.3.Spad.
conſ.136.nu.8.& Trib.ſeqq.& conſ.143.num.2.
& 4. & conſ.53.nu.12.lib.1.Rebuff in prax.in
tertia part.ſignat.nu.13. et ſeq. Lotter.de re be-
nefic.lib.4.qu.4.nu 9. Gambar. de offic. Legat.
lib.8. num.197. Giurb.dec.41. num.8. verſ. &
habetur ratio, Rot.in rec.dec.621.num.2.in fin.
par.2. & poſt Fenzon.ad ſtatut. Vrb. deciſ.69.
verſ.quia in reſcriptis,Card.Ottobon.deciſ.165.
num.4.

Prout, neque etiam extenſio eiuſdem
concordiæ deſumi valet ex Breui S. M. Pauli
Tertij confirmatorio ſimilium Capitulorum;
cum enim confirmatio proceſſerit. cum clau-
9 ſula: Placet, quòd ſeruetur concordia, quate-
nus ſit in vſu, & viridi obſeruantia; atque
adeò in forma communi, & conditionaliter,
cap. quia diuerſitatem, ibique gloſ. & Docto-
res de conceſſ.præbend. Dec.in rubr.de confirm.
vtil vel inutil.nu.2. ibique Bero num.9.& ſeq.
Tamburin de Iur. Abbat.tom.1. diſp.18. qu.1.
num.3. Ciroce.diſcep.53.num.3.Rot.diuerſ.dec.
780.n.5 p.1.Coccin.de.448.n.11.prout in du-
10 bio præſumitur, cap. porrecta. de confirmat.
util. uel inutil Tamburin. vbi proximè, nu.5.
Ciroce.diſcept.53 nu.3.Rot.diuerſ dec.780 n.1.
par.1. nihil de nouo tribuit, ſed concordiam
11 reliquit in ſtatu, prout anteá erat, Rouit.
ſuper Pragm.in rubr.de poſſeſſ.non turband.vbi
quòd confirmatio in forma communi nihil
præiudicet concedenti, neque iuuat recipiē-
ti, Boſſ.de Princip & eius priuileg.num.356.
Anebaran.conſ.382. Capyc. Latr. conſult.41.
nu.27.lib.1.deficientibus potiſſimùm clauſu-
lis ex certa ſcientia, ſiue motu proprio, Tam-
burin. de Iur. Abbat. d.diſp.18. qu.1. num.2.
latè Rot diuerſ.d. dec.780. num.5.p.1. & in
ſpecie confirmationis concordiæ Card.Mant.
dec 222.num. 1. & ſeq.& in præciſis terminis
huius concordiæ Rauennatenſis Berous dict.
conſ.107. num.11.lib.1. vbi, quòd per dictam
12 confirmationem in forma communi nihil di-
catur additum; ſed ſolùm id, quod erat, &
quale erat, & in terminis, in quibus reperie-
batur, cenſeatur confirmatum.

Prædictis verò omnibus ea accedat ani-
maduerſio, quòd de huiuſmodi confirmatio-
nibus nulla prorſus ratio haberi poteſt; Tum,
quia neutra ex ipſis loquitur de renouationi-
13 bus, ſiue caducitatibus poſt finitam lineam
Inueſtitorum, vt in terminis Berous d. conſil.
107.nu.12.verſ.ſed in caſu noſtro,lib.1.

Tum etiam, quia non fuit Papæ narratum,
bona Menſę Archiepiſcopalis ex ſpeciali pa-
cto fuiſſe à concordia excepta, ideòque con-
14 firmationes remanent ſubreptitiæ, neque
merentur attendi; Dec. conſ.142.ſub num.5.
Rot diuerſ.dec.65.num.2.p.2. in recent. deciſ.
351.num.14. par.6. & in terminis confirma-
tionis concordiæ, Spad.conſ.170.num.2. lib.2.
Rot.in Algaren.diſmembrationis 4.Maij 1618.
§.1.coram Remboldo impreſſa poſt d. conſ. Spa-
da 170.lib.2.

15 Prædicta verò omnia optimè remanent
comprobata ex ſubſequuta obſeruantia, quæ
potiſſimùm eſt attendenda pro interpreta-
tione huius concordiæ, Bald.conſ.245. nu.2.
lib.3. Aym.conſ.211.num.8.Tondut.lib.1. qu.
benefic.cap.39. num.11. Valeron. de tranſact.
tit.6. qu.3.nu.32. Rot.in rec.dec.301.n.8.par.1.
Bich.dec.267.num.15. & in præciſis terminis
concordiæ Rauennatenſis dixit Rot. in rec.
dec.6. num.8. & 9. p 4. tom.2. bona enim
menſæ Archiepiſcopalis ſemper fuerunt de-
uoluta ob lineam finitam; adeòut Archie-
16 piſcopi pro tempore numquám fuerint coa-
cti renouare, & concedere proximioribus
vltimi inueſtiti, quoties bona deuoluta pro
ſe retinere voluerunt, prout conſtat ex plu-
ribus Rotæ deciſionibus, ſignanter coram
Card.Mant.dec.10. per tot. coram Royas dec.
402.num.1.et ſeqq.et dec.444.per tot. in receu.
dec.201. num.15.& ſeqq.p.7. & ſæpiſſimè in
aliis, quæ poſſent laudari.

Quò verò ad ſecundam partem contrariæ
petitionis, quòd, ſcilicèt, demandetur ob-
ſeruancia eiuſdem concordiæ, etiam reſpe-
ctu bonorum, quæ fuerunt de nouo conceſſa
poſt illius ſtipulationem, omninò inſuſſiſtens
detegitur prætenſio ex pluribus.

Primò, quia, ſi diligenter obſeruetur to-
tus tenor dictæ concordiæ, abſque dubio lo-
quitur de bonis emphytheoticis, quæ tunc
Populus detinebat ab aliis Eccleſiis inferio-
ribus, atque adeò de conceſſionibus iam fa-
ctis, non autem futuris; ideòque non eſt tra-
17 henda ad bona in poſterum in emphytheu-
ſim danda, cap.fin. de conſtitut.

18 Præcipuè, quando, prout in præſentia,
agitur de tranſactione, quæ ex ſui natura
nullatenus comprehendit res de nouo quæſi-
tas, leg.qui conductoribus, §.1. ff.de tranſact.
Valeron.cod. tract. tit.5. qu.2. num.1. et ſeq.
19 Sed ſtrictiſſimè eſt interpretanda, neque ex-
tendenda ad caſus ſpeciáliter non expreſſos,
leg. qui cum Tutoribus 9. §.1. ff. de tranſact.
leg.ſi de certa 31. Cod.de tranſactionib. leg.ſub
prætextu, ibique gloſ. Cod.eod. Roman. conſil.
371. num.2. Surd.conſ.418. num. 11. Valeron.
de tranſactionib. d.tit.5. qu.2. num.1. & ſeqq.
Anton.Fab.in Cod.lib.2. tit.4. de tranſaction.
definit.6. & 12. Card.Caua®ler. dec.172. nu.7.
Card.Celſ.dec.303. & 310. vtrobique num.4.
& in ſpecie huius concordiæ Berous d. conſil.
107.nu.14.lib.1.

Multòque fortiùs, quando contenta in
concordia directè aduerſantur diſpoſitioni
Iuris communis prohibentis, emphytheu-
ſim Eccleſiaſticam poſſe alienari, §. emphy-
theuſim auth.de non alienand.& agitur de gra-
20 uiſſimo Eccleſię præiudicio, quo caſu nullo
Iure eſt admittenda extenſio ad futuras con-
ceſſio-

ceſſiones, *cap.cum Cappella de priuileg.Calderin.conſ.1.de conſtitution.*
21 Et in præciſis terminis, quòd concordiæ
Rauennatenſes ſint reſtrictæ ad bona tunc
temporis im emphytheuſim conceſſa, neque
ſint extendendæ ad futuras conceſſiones,
cum loquantur per verba præteriti tempo-
ris, & aduerſentur diſpoſitioni Iuris com-
munis in graue Eccleſiarum præiudicium,
optimè firmant, *Beroua d.conſ.107. n.7.& ſeq.
lib.1. Marcabrun.conſ.26. num.9. & ſeqq.* vbi,
22 quòd *Bonifaciana,* de qua ipſe loquitur, aſſi-
miletur concordię Rauennatenſi, *Fulgin. de
Iur.emphyt.tit.de diuerſ. qu.4. num.14. prope
med. verſ ſed aduertendum eſt,* & conſtanter
tenuit *Rot.* ſignanter *coram Merlin. deciſ 85.
num.9. & duob. ſeqq. coram Archiep. Royas
dec.402.num.7. verſ. nec pariter, & numer.8.
& dec 444. num.8.& ſeq.* à qua ſententia per
Rotam toties comprobata nullatenus videtur
recedendum.

Secundò, quia concordia ſe reſtringit ad
renouationes faciendas; ideòque perneceſsè
23 eſt intelligenda de conceſſionibus anteà fa-
ctis; hæc enim eſt natura renouationis, vt
præſupponat conceſſionem præcedentem.
Valaſc.de Iur.emphyt qu.11.nu.15.ad fin.Fulgin.de emphyt.tit de renouation. qu.1.n.74. & ſeq.Cald.cod.tract. lib.1.q.2.n.1.

Neq; huiuſmodi intellectui repugnant ver-
ba euiſdem concordiæ, ibi: *Item, quòd prædicta intelligantur tantùmmodò comprehendere
futura negotia, non præterita, vel iam occurſa*; cum enim ſe referant ad ſuperiùs in eadē
concordia conuenta, quæ ſolùm loquitur de
renouationibus faciendis, & de bonis iam
24 in emphytheuſim conceſſis; neceſſariò eſt
intelligenda, quòad caſus renouationum,
qui in futurum poterant euenire, *l. iubemus
21. Cod.ad Senat.Conſult.Vellcian.Aretin.cōſ.
160.col.penult. in fin.verſ.nec ſimiliter, Rimin.
Sen.conſ.149. num.29. Surd. conſ.418. nu.14.
Cyriac. contron.213. num.7.* & optimè con-
25 fert theorica *Bart.in leg. qui Roma, §. duo
fratres, num.19.ff.de verbor. oblig.* quòd ver-
ba de futuro intelligantur, tantùmmodò cō-
prehendere futura ex cauſa de præſenti, cui
poſſunt commodè conuenire, de quo Nos la-
tiùs egimus *in 1. vol. diſp.55. nu.18.*

Sed tollit quamlibet difficultatem ſubſe-
quuta obſeruantia; ex aduerſo enim con-
trouerti non poteſt, quin deuolutio bono-
rum, quę fuerunt in emphytheuſim conceſſa
poſt ſtipulatam concordiam, ſemper fuerit
regulata ab Inueſtituris deſuper factis; non
26 autem ad limites dictæ concordiæ, quæ ob-
ſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumq;
diſpoſitionis, itá ut talis dicatur ineſſe ſen-
ſus in verbis, qualem demonſtrat obſeruan-
tia, & effectus ſubſequutus; *l.ſi de interpret.ff.
de legib.* latè *Becc.conſ.102.n.11.lib.2. Morot.
conſ.29.num.26. Altograd.conſ.7.nu.48.lib.2
Amat.reſolut.42. nu.8.p.1. Card. Mant.de tacit.lib.2.tit.1.num.5.* & in terminis huius cō-
27 cordiæ, quòd plurimùm obſeruantiæ ſit de-
ferendum, dixit *Rot.in recent.dec.6. num.8.&
ſeq. part.4.tom.2.* Idque etiam ſi aberraret à
28 regulis Iuris communis, & verba videren-
tur habere contrarium, verioremque intel-
lectum, *Honded.conſ.92.num.30.lib.1. Menoch.conſ.39. num.20. Crauett.in reſp. pro Genero.num.317. Caren.reſolut.102. num.9.Hieron.de Leo dec.Valent.29.num.8.& ſeqq.Add.
ad Ludouiſ.dec.184. num.8. verſ.aduertendum,
Buratt.dec.944. num 6. Archiep. Royas deciſ.
343.num.11. Card.Ottobon. dec.165. num.20.*
cum partis confeſſionem præſeferat, *Roman.
conſ.391. ſub nu.8. verſ.tertiò probatur, Dunozett.Iun.dec.829.num.13.* non ſecus, ac ſi ita
fuerit ab initio conuentum, *Gratian. capit.
716.nu.19. verſ. maximè, & ſeq. Ludouic.
concluſ.38. illat.121. Amat.reſolut.70. nu.19.
Card. Seraph.dec.599. nu.6. Card. Celſ. deciſ.
156. num.7. et dec.190. num.5. et ſeq.* vbi,
quòd habeat vim nouæ conuentionis.

Tandem quòad tertiam partem, in qua
petitur declarari, quòd concordia ſit ſer-
uanda circa bona in emphytheuſim ante il-
lam tradita, & poſtmodum renouata cum
pactis eidem concordiæ contrariis, neque
etiam prætenſio habet aliquod Iuris fomen-
tum.

Tum quia *S.M. Clemens VII.* etiam poſt
approbata capitula ad concordiam reſtricta
per Cardinalem Cibum, præuia narratiua,
quòd ſub illa prætenderentur comprehendi
bona conceſſa ſub pactis concordiæ contra-
riis, per Breue fauore Congregationis Late-
ranenſis mandauit, perpetuò ſeruari formā
Inueſtiturarum, etiám, quòad deuolutiones,
nullatenus attenta concordia, cui declara-
29 tioni Pontificis eſt omninò ſtandum, *Imol.in
Clement.1. circà fin de probat. Dec.conſ.51.nu.
3. Alex. conſ.112. lib.7. Oldrad. conſ.288.
Rebuff.ſuper concordat tit.de ſublat. Clement.
litter.verſ.tamen ex narratis, Gabr. de probat.
concluſ.2.num.6.Rot.in rec.dec.281. nu.5.verſ.
tum, & denique, p.1.*

Tum etiam, quia attenta receptiſſima
ſententia, ſeruanda omninó ſunt pacta In-
ueſtiturarum; non autem concordiæ, ſiue
Priuilegii, quoties à tenore concordiæ par-
tes in Inueſtitura receſſerunt, præſcribendo
formam prorſus repugnantem libertati di-
ſpoſitionis in concordia conceſſæ; cum re-
30 gulare ſit, vt potiùs attendi debeat ordo
ſuccedendi præſcriptus in Inueſtitura, quàm
forma ſtatuti, conſuetudinis, vel alteriùs
Indulti generalis, vt in terminis optimè fir-
mant *Ancharan.conſ.427. num.5. verſ. de iure
verò ſingulari*, vbi, quòd conſimile Priuile-
gium Apoſtolicum conceſſum Ferrarienſibus

non

non ſuffragetur, eidemque cenſeatur derogatum, quoties contraria adeſt ſtipulatio, ſiue conuentio, *Caſtr.conſ.146. in princ.lib.2.* aſſerens, quòd debeat ſuccedi iuxtá tenorem Inueſtituræ, poſtquàm per illam datus eſt ordo ſuccedendi; non autem iuxtà formam ſtatuti, vel Decreti Summi Pontificis, quæ tunc debent locum habere, quando de ordine Inueſtituræ aliter non apparet, aliàs ille præcipuè ſeruandus eſt, *Dec. conſ.207. num.7. & conſ.614. num.7. &* 8. & in ſpecie
31 concordiæ Rauennatenſis, quòd illa locum non habeat, quoties repugnat tenor Inueſtituræ, qui eſt omninò attendendus, concordia reiecta, à qua cenſetur fuiſſe receſſum, pluries comprobauit *Merlin.dec.86. num.12. & ſeqq.* quæ reſpondet omnibus contrariis *Archiep.Royas dec.402 num.9. & deciſ.444. num.10.*

Neque alicuius momenti eſt ponderatio ex aduerſo fieri ſolita, quòd difficilis ſit probatio, quænam bona fuerint tradita in em-
32 phytheuſim ante, vel poſt concordiam; Id enim facilè poteſt deſumi ex Inueſtituris, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, prout in ſpecie aduertit *Archiep.Royas d dec.* 402. *nu.8.et 9*

Ex quibus omnibus ſatis apertè remanet comprobatum, quòd Gratia ex aduerſo petita à Sanctiſſimo, nedum nullum habeat Iuris fomentum; ſed potiùs directè aduerſetur, non ſolùm eiuſdem Iuris diſpoſitioni; ſed etiam inconcuſſæ tot ſæculorũ obſeruantiæ; receptæque Doctorum ſententiæ circà intellectum huiuſmodi concordiis traditum, nec non tot ſententiis Supremi Rotæ Auditorii, à quo conſtantiſſimè, & articulo maturè diſcuſſo, fuerunt prolatæ plures ſententię in iudicatum iam tranſactæ, quas eſſet opus circumſcribere.

Præterquàm quòd, cum menſa Archiepiſcopalis reperiatur grauata annuis penſionibus ſcutorum ſex mille, ſi per Sanctiſſimum fortè concederetur gratia ex aduerſo petitæ extenſionis concordiæ ad nouas conceſſio-
33 nes; abſque dubio eſſet diminuenda penſio, diminutis fructibus in annuis ſcutis termille, quæ ex Laudemiis, & Capoſoldis bonorum emphytheoticorum percipiuntur, *Felin. in cap.ad audientiam 2.nu.3. de reſcript.Roman. conſ.369. Gigas de Penſion.qu.35.num.4. & 8. et conſ.147. Caccialup. eod. tit. qu.7.Tondut. eod.tract.cap.15. num.12. & part.2.quæſt.benefic.cap 1.§.4.nu.42.Staphil. de litter. Iuſtit. tit.de commiſſion.ſuper reduct.penſion.numer.7 Lotter de re benefic.lib.1. qu.42.n.60. Gambar. de offic.Legat.lib.6. nu.211.& ſeq. & nu.699. & ſeq.Garz.de benefic.p.1.cap.5. nu.367. & 400.Card.de Luca de penſion. diſc.21.num.2. Buratt.dec.369.nu.2.*

ARGVMENTVM.

Exiſtentibus duobus Titijs ęquè ac proximè eligibilibus in Procuratorem generalem cuiuſdam Religionis; ſi per ſcrutinium Electores non decernant, quemnam ex illis duobus Titijs determinatè eligant, electio dicitur nulla; atque adeò eſt procedendum ad aliam certæ Perſonæ expreſſiuam: Examinatur intellectus Iurium in *leg. duo ſunt Titij, ff.de teſtam.tutel. & l.in tempus, §.quoties in fin ff.de hæred.inſtit.*

Electio, quoties ab initio eſt nulla, non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus, neque ſuperueniens eligentium conſenſus ſufficit ad nouam electionem conſtituendam, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat quemcumque actum inter viuos, & ab illa Iura abhorrent.*
2 *Vbi pluralitas, ibi obſcuritas iuxtà monitum* Baldi.
3 *Incertitudo Perſonæ, Loci, vel Rei adimit conſenſum à toto, & à parte.*
Incertum, & nullum æquiparantur.
4 *Procuratoris electio debet eſſe certa, & determinata.*
5 *Idemque aſſerendum in Arbitro.*
6 *In electionibus, & ſcrutinijs vota incerta conditionalia, & alternatiua penitùs reprobantur.*
Electus debet eſſe omninò certus, & determinatus.
7 *Intellectus Iurium in* leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. & in l in tempus, § quoties. ff. de hæred. inſtit. & n. ſeqq.
8 *Teſtamentaria tutela, ſiue legatum relictum Titio, ſi duo ſunt Titij, non indè vitiatur propter incertitudinem, ſed illi præſtari debet, cui teſtatoris veriſimilis aſſiſtit voluntas.*
9 *Reipublicæ intereſt ſuprema mortuorum elogia ſubſtineri, vt firmum remaneat, quod iterum non redit arbitrium.*
10 *Iura prædicta, de quibus nu. 7. procedunt cum præſuppoſito, quòd ex coniecturis, & ex voluntate teſtatoris conſtet, de quo Titio ſenſerit.*
11 *Ideòque, vt prædicta Iura procedant, incertitudo perſonæ eſt reducenda ad certitudinem, ſiue ex coniecturis, ſiue ex diſpoſitione Iuris.*
12 *Determinatum, certumque illud dici valet, quod certificari poteſt.*
13 *Diſpoſitio incerta per viam vltimæ voluntatis alioquin à Iure Ciuili reprobata, attenta æquitate canonica, ſubſtinetur, & ex ea agi poteſt, vt declaretur boni Viri arbitrio.*
14 *Intellige, vbicumque, inſpectis circumſtantijs, conie-*

conie&uris, & præſumptionibus mens diſponentis elici poteſt.

15 *Illatio non eſt facienda ab vna lege poſitiua ad aliam loquentem in diuerſa materia, & habentem peculiarem rationem.*

16 *Idque, etiam ſi diuerſitas in ſola ratione verſetur.*

17 *Circumſtantiæ aliquæ, licèt ſuadeant, eligentes potiùs de vno Titio, quàm de alio ſenſiſſe, id tamen non ſuffiet pro validanda electione, cum ad ſummùm electio remaneat purè probabilis, non autem certa.*

18 *Electio ab initio nulla non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus.*

19 *In electionibus ſpectari debet initium.*

20 *In electione nulla ſuperueniens Electorum conſenſus non ſufficit ad conſtituendam nouam electionem, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus.*

C A P V T CLXXXVI.

IN propoſita quæſtione, an exiſtentibus duobus Titiis æquè, ac proximè eligibilibus in Procuratorem generalem cuiuſdam Religionis, ſi per ſcrutinum Electores non decernant, quemnam ex illis duobus Titiis determinatè eligant, electio dici debeat nulla; atque adeò ſit procedendum ad aliam certæ Perſonæ expreſſiuam; abſque dubio reſpondendum exiſtimo pro nullitate ex infrà firmandis.

1 Primó, quia regulare eſt, vt incertitudo vitiet quemcumque actum inter viuos, & ab illa Iura omninò abhorreant, vt ſunt tex. concordantes in l. ſi ſtipulatus, l. triticum, l. vbi autem non apparet, l. qui ex pluribus, ff. de verb. obligat. l. Pomponius, §. fin. ff. de rei vindic. Bart. in leg. 3. §. incertam, ff. de acquir. poſſeſ. Alex. conſ. 153. in fin. lib. 2. latè Surd. ad plura inferens de alim. tit. 8. priuil. 17. num. 1. & ſeqq. & conſ. 235. num. 9. & 19. & conſ. 39. num. 27 Gomeſ. var. tom. 2. cap. 11. de qualit. contract. ex num. 7. vſque ad 12. Gutierez de iuram. confirmat. part. 1. cap. 64. num. 1. latè pluribus congeſtis Caſtill. quotid. controu. lib. 8. de alimentis cap. 34. num. 1. & ſeqq. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 30. per tot. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſ. 188. & centur. 5. caſ. 479. Card. de Luca de Regal. diſc. 15. num. 4.

2 Vbi enim pluralitas, ibi obſcuritas iuxtà monitum Bald. in l. hac conſultiſſima num. 6. Cod. qui teſtam. facere poſſ. relatum per Rot. in recent. dec. 267. num. 4. part. 2. Adeòut incerti-
3 tudo Perſonæ, loci, vel rei adimat conſenſum à toto, & à parte, omnemque vitiet diſpoſitionem, leg. ſi decem 54. aliàs 52. ff. locat. Bimius conſ. 69. num. 11. & ſeq. benè Caſanat. conſ. 57. num. 10. Aym. conſ. 231. num. 3. Surd. conſ. 235. à num. 8. ad 11. Salgad. in labyr. Cred. part. 2. cap. 9. num. 6. & ſeq. Cyriac. controu. 320. num. 22. Gratian. cap. 742. num. 51. aſſerens, quòd incertum, & nullum æquiparentur, Fontanell. dec. 518. num. 26.

4 Secundó, quia idem expreſsè habemus diſpoſitum in electione Procuratoris, quem omninò certum, ac determinatum eſſe debere iura clamant, vt eſt tex. in l. dummodò certus 2. ff de procurator. ibi: dummodò certus ſit, qui datus intelligitur, & aduertit Gloſ. in cap. 1. §. licèt verbo certa non expreſſa perſona in fin. de procurator. in 6. Caſtrenſ. conſ. 177. num. 2.
5 lib. 2. idemque habemus ſancitum in arbitro, l. ſi vnus, § ſi in duos, ff. de arbitr.

6 Tertiò, quia in præciſis terminis legitur in iure cautum, vt in electionibus, & ſcrutiniis vota incerta penitùs reprobentur iuxtà reſponſum Innocentij IV. in Concilio generali Lugdunenſi relatum in cap. in electionibus de elect. in 6. ibi: In electionibus, & poſtulationibus, ac ſcrutinijs vota cõditionalia, alternatiua, vel incerta penitùs reprobamus, ibique gloſ. verbo incerta, gloſ. additionalis in d. cap. 1. §. licet autem, verſ. datur ſimile de electo de procurator. in 6. vbi, quòd electus debeat eſſe omninò certus, ac determinatus.

His igitur firmatis, cum in ſcrutinio habito ex duobus Titiis æquè, ac proximè eligibilibus in Procuratorem, electores neglexerint deſignare certum Titium, electio laborat incontrouertibili vitio nullitatis, & per conſequens eſt facienda noua electio certæ Perſonæ expreſſiua.

7 Neque aduerſari poterunt iura in leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. ibi: Is datus eſt, quem dare ſe Teſtator, ſenſit leg. in tempus, §. quoties, ff. de hæred. inſtit. in fin. ibi: Niſi ex alijs apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona Teſtator ſenſerit; Ex qui-
8 bus iuribus colligitur concluſio, quód teſtamentaria tutela, ſiue legatum relictum Titio, ſi duo ſint Titii, non indiſtinctè propter incertitudinem vitietur, ſed ex coniecturis, & præſumpta Teſtatoris voluntate illi præſtandum, cui veriſimiliter magis dari Teſtator voluit, & de quo ſenſiſſe probabiliùs videtur, & ſi cognomen non expreſſerit, & duo extant Titii, quodque vbi de perſona legatarii dubitari contingat interpretatio ex cõiecturata voluntate Teſtatoris ſit deſumenda.

9 Nam præterquàm quòd Iura ſuperiùs allegata loquuntur in vltimis voluntatibus, pro quibus ſubſtinendis benignior eſt facienda interpretatio, cum omnia Iura clament Reipublicæ intereſſe, ſuprema Mortuorum elogia ſubſtineri, & effectum ſortiri, ne reddantur eluſoria, firmumque remaneat, quod iterum non redit arbitrium, leg. vel negare, ff. quemadm. teſtam. aperian. l. ſi pars, ff. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 11. ſub num. 20. ante fin.

Grat.

Digitized by Google

Grat.conſ. 30.num.26.lib.2. Alb.conſ.106.nu.
18.Caſtr. conſ.247. num. 3.lib.1.Card.Mantic.
de coniect.vlt.volunt.lib.2. tit.15. num.8. Fu-
ſar.de ſubſtit.qu.318.num.99. Bich. deciſ.176.
num.23; Card.Celſ.dec.165.nu.4. Rot. in recen.
dec.134. nu.3. p.7.

10 Adhuc pro recto eorundem Iurium intel-
lectu ea eſt adhibenda animaduerſio, quòd
illa procedant cum præſuppoſito, quòd, in-
ſpectis circumſtantiis, ac præſumptionibus,
nec non coniecturata voluntate Teſtatoris
apertè deprehendatur, de quo Titio idem
Teſtator determinatè ſenſerit; itaut de in-
diuidualitate perſonæ non valeat hæſitari,
prout colligitur ex lectura eorumdem Iuriū,
ſignanter *ex text. in l. quem hæredi. ff. de reb.*
dub. ibi; *Si quibuſdam argumentis apparebit, et*
in l. in tempus, § quoties in fin. ff. de hæred. in-
ſtit. ibi, *Niſi ex aliis apertiſſimis probationibus*
fuerit reuelatum, pro qua perſona Teſtator ſen-
ſerit, & in d.leg. duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tu-
tel. ibi *Is datus eſt, quem dare Teſtator ſen-*
ſit, & bene explicat *gloſ. in l. ſi ita fuerit 11.*
verbo *ſed ſi legatum, verſ. item hoc verum, ff.*
de reb. dub. & in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter
duos, verbo *debere, verſ. impediri*, ibique *Bart.*
num.1. et ſeq. ff. de legat. 2. Bald. in leg. hac con-
ſultiſſima, num.5 Cod. qui teſtam. facere poſſ. &
latè proſequuntur præ ceteris, qui poſſent
allegari *Corn. conſ.41. num.4 in fin. lib.4. Card.*
Mant. de coniect. ult. uolunt. lib.8. tit.4. nu.4. &
ſeq. Caſtill. lib.8. controu. cap.34. nu.17. vbi
in ſpecie ita dicit intelligendum *text. in d. leg.*
duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tutel. cum aliis con-
cordantibus in obiecto allegatis *Rot. in rec.*
dec.245. num.4. & ſeqq. p.5. et dec.310. n.3. &
ſeqq. et dec.350. n.10 & ſeq p.10.

11 Itaut pernecesſè requiratur, ad hoc vt
eorundem Iurium diſpoſitio ſibi locum vin-
dicet, vt incertitudo perſonę reduci valeat ad
certitudinem, ſiuè ex circumſtantiis, & ve-
hementibus coniecturis id apertè ſuadenti-
bus, ſiue ex diſpoſitione Iuris, prout expli-
cando prædicta Iura optimè aduertunt *Cal-*
derin. conſ.188. lib.5. Roman. *conſ.188. num.3.*
& 4. Crauett. conſ.162. nu 3.4. et 6. Surd. conſ.
128. num.19. & ſeq. & conſ.221. nu.56. et ſeq.
Rub. de teſtam. cap 81. *nu.66. Gratian. cap.766.*
12 *num.8.* cum determinatum, certumque etiā
illud dici valeat, quod certificari poteſt,
Bart. in leg. qui liberis, §. hæc verba, num.8.
ff. de vulgar. & pupillar. Ruin. conſ.29. num.4.
lib.2. Pariſ. conſ.97. nu.96. lib.1. Rot. in rec. dec.
234. nu.18. verſ. uel certificari poterat, part.4.
tom.2.

Inſpecto autem præſenti themate, nullo
Iure prædicta valent applicari, neque modo
aliquo congruere; ſiquidem ſupponimus duos
Titios æquè, ac proximè eligibiles in Procu-
ratorem, ita ut, attentis circumſtantiis, ſi-
gnanter maioris, vel minoris meriti, & ha-
bilitatis, non poſſit electio dici certificata
potiùs de vno, quám de altero, neque valeat
innoteſcere certus, determinatuſque animus
electorum, de quo Titio in electione ſenſe-
rint.

13 Prædicta remanent etiam comprobata;
licèt enim, attenta æquitate Canonica, diſpo-
ſitio incerta per viam vltimæ voluntatis,
alidquin á Iure Ciuili reprobata, ſubſtinea-
tur, & ex ea agi poſſit, vt declaretur arbitrio
boni viri, iuxtà originalem, ſingularemque
theoricam *Archidiacon.*, quam Canoniſtæ
extollunt, in *cap. ſunt nonnulli, nu.2. verſ. ſi res*
alia prima, qu.1. quem ſequûtur *Butr.* aſſerens
eſſe notabile, & perpetuò menti tenendum
in cap. ex parte, nu.7. de cenſ. Panormit. in cap.
1. num.5. eod. tit et in cap.1. de decim. Auan.
in cap. cum iuramento, ibique *Felin. de homicid.*
Bald. in l. qui mutuam, §. ſalarium in lectura
antiqua, numer.2. verſ. item vidi, ff. mandat.
Alex. affirmans, eſſe Legiſtis incognitum in
l. ſi cui ſtipulatus, col.3. ibique *Iaſ. col.2. Ripa*
nu.25. ff. de fideiuſſor. Gutier. de Iuram. con-
firm. p.1. cap.69. nu.6. Gomeſ. var. tom.2. cap.
11. num.10. verſ. aduertendum. Afflict. dec.337.
num 10.

14 Id tamen intelligendum, vbicumque, in-
ſpectis circumſtantiis, coniecturis, & præ-
ſumptionibus, mens diſponentis elici poteſt,
prout explicant DD. ſuperiùs allegati, &
benè proſequitur *Alex. conſ.158. num.8. lib.7.*
Card. Tuſc. pract. concluſ. tom.4. lit. I. *concluſ.*
65. nu.56. Epiſc. Barboſ. axiom. 119. nu.5.

Ceſſatque omninò quælibet difficultas,
dum enim in Iure reperitur expreſſum, vt
tam electio per ſcrutinium, quàm Procura-
15 toris fieri debeat de Perſona certa, ac de-
terminata, nullatenus eſt facienda illatio ab
vna lege poſitiua ad aliam loquentem in di-
uerſa materia, habentemque peculiarem
rationem, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. l.*
inter ſtipulantem, § Sacram, ibi; *Sed hæc diſſi-*
milia ſunt, ff. de uerb. obligat. l. naturalem, § ni-
hilòminus, ff. de acq. poſſeſſ. Pariſ. conſ.18. nu.
10 vol.1. Surd. conſ.150. nu.94. & conſ.460.
num.59. Socein. conſ.18. num.41. lib.1. Gra-
tian. cap.516. num.6. Antonin. var. reſolut. lib.
1. reſol.106. num.42. Monac. dec. Bonon.6. n.5.
16 *& dec.19. num.34.* Idque etiam ſi diuerſitas
verſetur in ſola ratione, *Menoch. conſ.106.*
num.304. Epiſc. Barboſ. axiom. 114. in fin.

17 Quinimmò, etiam admiſſa hipotheſi,
quòd fortaſsè circumſtantiæ aliquæ ſuade-
rent, eligentes potiùs de vno Titio, quàm
de altero ſenſiſſe; non ex indè dici poterit
certificata electio, quòad perſonam deter-
minatam, prout Iura expreſsè requirunt,
ſed ad ſummum remaneret purè probabilis,
quod non ſufficit ex ſupra firmatis.

Neque prædicta nullitas electionis poterit
euitari, ex quo Superior Præſidens vniuerſæ
Con-

Congregationi electorum à ſingulis poſtmodùm perquiſiuerit, an ob æquiuocationem inter duos Titios eligibiles exiſtimarent electionem Titij iteratò faciẽdam nec nè, quòdque quamplures ex Electoribus maiorem partem conſtituentes oretenus decreuerint, non eſſe denuò faciẽdam nouam electionem, ſed factã ſubſtineri in perſona vnius determinati Titii.

Cum enim ex ſuprà firmatis, dubitari nõ poſſit, quin electio ab initio fuerit ipſo Iure
18 nulla ratione incertitudinis Perſonæ electæ; Hinc pernecesſsè reſultat, vt ex poſt facto non potuerit conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis ſolemnitatibus pro forma requiſitis in huiuſmodi electionibus per ſcrutinium faciendis, tàm attenta diſpoſitione *Iuris Canonici, in cap. quia propter, de elect.* quàm *Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular.*

19 Siquidem abſolutiſſimùm eſt in Iure, vt in electionibus ſpectari debeat initium, *Ioan. Andr. in cap. non firmatur, num. 4. uerſ illa tamen. & num. 7. de regul. Iur. in 6. Caldas conſ. 8. ſub. num. 5. uerſ. quamobrem, Calderin. conſ. 1. num. 3. de elect. Pariſ de reſignat. lib. 9. qu. 17. nu. 7. & ſeq. Bich. dec. 351 n. 20.*

20 Et in præciſis terminis, quòd in electione nulla conſenſus electioni ſuperueniens per ſe non ſufficiat ad conſtituendam nouam electionem, niſi repetantur, & iterentur ea, quæ neceſſariò repetenda, iterandaque ſunt ad validitatem actus, in ſpecie firmant *Barb. in d. cap. non firmatur, num. 4. de reg. Iur. in 6. Epiſc. Barbaſtren. de Intruſ. qu. 103. nu. 19.* & eſt *text.* ſingularis *in cap. auditis 29. de elect.* ibi. *Quamuis aſſeueret, quòd electioni factæ, plures alij conſenſerint, cum tamen ex poſt facto nequiuerit conualeſcere, quod ab initio non valebat, quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo Iure, per ſubſequentem conſenſum non poterat eſſe rata*; ibique Canoniſtæ.

ARGVMENTVM.

Epiſcopo, an ſit permiſſum, Monialibus contradicentibus, vel irrationabiliter inuitis, numerum augere ob redditus excreſcentes, licèt numerus à Conſtitutione, vel Statuto reperiatur præfixus, Ad intellectum *Cõſtitutionis S. M. Gregorij XIII.* incipientis *Deo Sacris*.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario eſt permiſſum numerum Monialium augere ob redditus excreſcentes,* & nu. 3.

2 *Idque, etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel ſtatuto, cum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus, non autem mutato rerum ſtatu.*

Ita intelligenda Conſtitutio Gregorij XIII. *incipiens* Deo Sacris, *mandans, quòd ſupra numerum præfixum aliæ Moniales recipi non poſſint.*

3 *Ordinarius poteſt augere numerum ob redditus excreſcentes, etiam non conſentiẽtibus Monialibus, & irrationabiliter inuitis.*

4 *Monialium receptio non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Conuentum.*

Intellige, vt num. 8.

5 *Id tamen non procedit in Gynæceis, ſeu Scholis Mulierum ex quadam benignitate ordinarii toleratis.*

6 *In Monaſterijs Regularibus, eatenus non poteſt aliqua in Monialem admitti, niſi accedentibus ſecretis ſuffragijs Monialium, quia inter Monaſterium recipiens, & Monialem profitentem reciprocus celebratur contractus irreuocabilis.*

7 *Huiuſmodi ratio ceſſat in Gynæceis Mulierum, quæ pro earum arbitrio ad proprios lares redire poſſunt.*

8 *Monialium receptio liberè ſpectat ad Abbatiſſam, & Conuentum; dummodo in recipiendo negligentia non adſit, quam poteſt Epiſcopo ſupplere, & ſupra num. 1. & 3.*

9 *Præcipuè quando apertè conſtat Mulieres malitiosè, & irrationabiliter ſe opponere receptioni alicuius Puellæ ad eludendum Ius alioquin Ordinario competens ſuper augmento numeri.*

10 *Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia, & Regina interpretationum.*

11 *Præcipuè in ſtatutis, & conſtitutionibus.*

12 *Obſeruantia interpretatiua optimè remanet comprobata, etiam per vnicum actum, multòque magis per plures, neque præſcriptionem requirit.*

13 *Præcipuè, quando ſpecificè probatur in caſu controuerſo.*

14 *Electionis in materia maximoperè attendenda eſt conſuetudo,*

15 *Electio alicuius honeſtæ Puellæ in Collegium iam admiſſæ non eſt de facili permittenda, ne ſcandali ſuſpicio oriatur.*

16 *Arbitrium, quod aliòquin poteſt eſſe liberum, & abſolutum, non debet eſſe effrænatum; ſed potiùs ratione arctandum, vt ſine cauſa quis non lædatur.*

17 *Appellatio datur ab habente liberum, & abſolutum arbitrium, ſi ex illo quis ſit enormiter læſus.*

18 *In Cappellanijs, ſeu Beneficijs manualibus, licèt, etiam ſine cauſa, ſit licita amotio; non eſt tamen permiſſa, ſi adſit malitia, vel odij præſumptio.*

19 *Nouitius admiſſus ad Religionem, & probatus cum Tyrocinio, nõ poteſt ab eius ſuperiore ſine legitima cauſa reijci a Profeſſione, & ſi reijciatur, poteſt appellare.*

20 *Actus reijciendi aliquem à Collegio ſine cauſa, cum ſit merè voluntarius, non eſt exercibilis, aliquibus de Collegio reluctantibus.*

CAPVT CLXXXVII.

CVM per binas reſolutiones captas ab hac S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium fuerint omninò reiectæ preces porrectæ à Gyneceo Virginum, quæ nuncupantur Tauellæ ſuper eiectione honeſtiſſimæ puellæ Iacobæ Caterinæ Baldradæ à Reu. Archiepiſcopo Rauennaten. multis ab hinc menſibus introductæ in idem Gynæceum; cumque in exequutionem earũdem conformium reſolutionum in omnibus partibus fauorabilium Ordinario, eadem Puella ſuſcepto habitu, vnà cum aliis Virginibus Tauellis pluries egreſſa fuerit per Ciuitatem Rauennaten. ad audiendum Sacrum.

Prodiit tandem reſolutio, vt per vota exquiri deberet, an dicta Puella ſit admittenda, aduersùs quam per Reu. Archiepiſcopum benignè obtenta noua Audientia, rogamus pro receſſu ex infraſcriptis.

1 Siquidem, cum dubitari non valeat, quin redditus huiuſmodi Gynæcei Mulierum longè excreuerint; ne dum ob elargitam donationem contiguæ Domus; ſed etiam ob adeptã opulentiſſimam hæreditatem; abſque difficultate fuit permiſſum Ordinario quartumdecimum numerum augere vſque ad decimumquintum, inſtante potiſſimùm Ciuitate pro huiuſmodi augmento ad conſulendum indigentiis plurium familiarum nobilium, latè *Fagnan. in cap. non ampliùs, nu. 34. et ſeq. de inſtit. & in cap. cum Mareus Ferarienſis, num 45. & trib ſeqq. de conſtitut.* qui benè aduer-
2 tit, hoc ipſum procedere, etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel Statuto; tum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus; non autem mutato rerum ſtatum ob redditus extreſcentes, & hunc intellectũ recipere *Conſtitutionem Gregorij XIII.* incipientem *Deo Sacris*, mandantem, quòd ſuprà numerum præfixum aliæ Moniales recipi nõ poſſint, tradit *Barboſ. part. 3. de poteſt. Epiſc. allegat 98. numer. 1. & ſeq. & de Iur. Eccleſ. Vniuerſ. lib. 1. cap. 44. nu. 28. Lezana in ſumma* verbo *Moniales, nu. 5. Piaſec. in prax. Epiſc. part. 2. cap. 3. art. 7. de viſita. Sanctimonial. num. 11.*

Cumque ſatis proternè, ac pertinaciter vſque ad omnimodum Ordinarii contemptũ Tauellæ recuſauerint recipere, nedum prædictam Baltradam, ſed quamcumque aliam Mulierem, non ob perſonales exceptiones, quas iſta honeſtiſſima Puella neque per ſomnium patitur, prout ex fide Parochi, & ex litteris Magiſtratus; ſed ex eo, quia acerrimè contendebant, ipſarum numerum nullo modo augeri poſſe; itaut paratas ſe exhibuerint eãdẽ Puellã recipere poſt obitum alicuius ex ipſis quatuordecim, prout ex fide publica

3 His igitur ſtantibus, fuit permiſſum Ordinario huiuſmodi pertinaciam confringere, ſuoque legitimo Iure vti, augendo numerum, illumque explendo, cum introductione prędictæ Puellæ, etiam reluctantibus, & irrationabiliter inuitis eiſdem Tauellis, vt egregiè in fortioribus terminis Monialium Regularium, præceteris firmant *Philipp. Franc. in cap. fin. nu. 3. verſ. quando tamen Monaſteriũ abundaret*, ibique *Geminian. num 5. prope fin. verſ. ſed ſi Monaſterium, de Regular. lib. 6.* vbi, quòd in Monaſteriis, quæ abundant redditibus, valeat Epiſcopus monere Abbatiſſam, & Conuentum, vt de nouo debeant aliquas Moniales creare, quod, ſi non paruerint, valeat Epiſcopus ſuo Iure vti, illarum negligentiam ſupplendo, ibique Moniales propria auctoritate conſtituendo, quos refert, & ſequitur *Fagnan. in cap porrectum, num. 28. & ſeq. de regularib. Calderin. conſ 16. eod. tit.* Vbi, quòd poſſit Epiſcopus aliquam incorporare Ordini, vel Religioni, ſaltem in caſu negligentiæ, vel defectus, *Sanch. ad præcepta Decalog. lib. 5. cap 4. numer. 71. verſic. tertiò quia*, vbi, quòd Epiſcopus valeat ſupplere conſenſum Conuentus, *Pellizar. de Monial. cap. 3. qu. 25. nu. 35.*

4 Atque hinc patet reſponſio vnico contrario obiecto, quòd, inſpecta Iuris Canonici diſpoſitione, Monialium receptio non ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Conuentum iuxta *gloſ. per illum text. in cap. fin.* verbo *pertineat*, ibique *CanonLſtæ de regularib. in 6. Lapus alleg. 31. per tot.* cum aliis ex aduerſo congeſtis.

5 Siquidem diſpoſitio *text. in d. cap. fin. de regularib. in 6.* vtpotè loquens de Monaſteriis Regularibus, nullo Iure eſt trahenda ad huiuſmodi Gynæcea, ſeù Scholas Mulierum ex quadam benignitate, & conniuentibus oculis toleratas ab Ordinario, non obſtante reſiſtentia *Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum*, præcipuè *Beati Pij V.* incipientis *Paſtoralis*, cum in illis diuer-
6 ſa militet ratio: eatenus enim in Regularibus Monaſteriis non poteſt aliqua in Monialem admitti, niſi accedentibus ſuffragiis ſecretis aliarum Monialium, quia inter Monaſterium recipiens, & Monialem profitentem celebratur contractus reciprocus perpetuò valiturus, & irreuocabilis, ex quo Monialis Ius acquirit. *Nauarr. conſ. 26. nu. 1. de Regular.* iuxta ſecundam impreſſionem, *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 5. cap 4. num. 62.* qui contractus, cum non poſſit celebrari, niſi accedente reciproco conſenſu ex notiſſimis regulis Iuris; Meritó in Monaſteriis Regularibus idem conſenſus aliarum Monialium in receptione præcisè requiritur
7 ad perficiendum contractum, quæ omnia prorſus ceſſant in huiuſmodi Collegiis Mu-

lie-

lierum, quæ cum nullatenus dici debeant Religioſæ, *cap.vnic. de Religioſ. domib. nu.6. Suar. de Relig. tom.4. lib.1. de variet. Relig. in gen. cap.10. num.10.* neque vnum corpus cõſtituant, ſed potiùs nullis adſtrictæ votis, liberam habeant facultatem pro ipſarum arbitrio ad proprios lares redeundi. Hinc ſequitur, vt inter Congregationem recipientem, mulieremque receptam ceſſat ratio cõſenſus reciproci inductiui contractus irreuocabilis, in quo potiſſimùm ſe fundat conclusio, quòd Monialis recipi non debeat ſine conſenſu Monaſterii.

8 Cęterùm ſublata remanet difficultas; contraria enim propoſitio, quòd receptio Monialium liberè ſpectet ad Abbatiſſam, & Cõuentum; non autem ad Epiſcopum, præcipuè limitatur, data, prout in præſenti, negligentia, quam potuit Ordinarius ſupplere, augendo numerum, etiam reluctantibus Monialibus, prout limitando *text. in d. cap. fin. de regularib. in 6* & ſpecificè declarando allegationem *Lapi* 31. ex aduerſo alllegatam, cum qua cæteri tranſeunt, benè firmant *Gemin. Franch.* & *Caldcrin.* in locis ſuprà laudatis, & remiſſiuè *Mandoſ. in annot. ad d. allegationem Lapi lit. C. verſ. ex his,* & admittit *Fagnan. in d. cap. porrectum, num.28. et duob. ſeqq. de regular.*

9 Præcipue, quando nimis apertè conſtat, has mulieres malitiosè ſe oppoſuiſſe receptioni huius puellæ. ad effectum eludendi ius Ordinario alioquin competens ſuper augmento numeri, prout rectè aduertit *Turrecremat. in d. cap. fin. num. 17. qu.6. Sanchez ad præcept. Decalog. d. lib.5. cap.4. num.65. propè fin. uerſ. niſi* Conuentus *malitioſè reſiſtit.*

10 Multòque magis prædicta omnia procedunt, ſtante obſeruantia ſubſequuta, quæ eſt optima interpres in quacumque materia, & dicitur Regina interpretationum, *leg. ſi de interpretatione, ff. de legib. Bart. in l. neque leges num.2. ff. eod. Decian. conſ.32. nu.14. lib.2. Pariſ. conſ.56. num.34. lib.2. Surd. conſ.382. n.12. Morot. conſ.29. nu.26.* Hondcd *conſ.92. num.30. lib.1. Becc. conſ.20. num.11. lib.2. Caren. reſolut.102. num.9. Add. ad Ludouiſ. dec.184. nu.8. Amat. reſolut.42. num.8. lib.1. Leo dec. Valent. 29. num.8. & ſeqq. Rot. coram Creſcentio dec.1. de conſtit num.1. Bich. dec.73. numer.9. Card. Ottobon. dec.165. num.20. Archiep. Royas dec. 343. num.11.* præcipuè in ſtatutis *Franc. Ant.*

11 *Coſta conſ.4. num.64. & conſ.23. num 91. & conſ.50. num.10. Becc. conſ.202. num.11.* Hon*dcd. conſ.92. nu.30. lib.1. et conſ.35. numer.45. lib.2. Surd. conſ.140. n.43. et ſeq. lib.1. Menoch. conſ.39. nu.20. Card. de Luca de credit. diſc.13. nu.15. Rot. in rec. dec.1. num.1. part.11. Buratt. dec.87. num.17. & ſeq. & dec.930. numer.11. Vbald. dec.14. num.8. Card. Ottobon. deciſ.161. num.11.* dantur enim plures atteſtationes

iuratę nonnullarum mulierum ex eiſdem Tauellis aſſerentium, quòd, licèt aliquando Reuerendiſſimus Archiepiſcopus pro ſua benignitate exegerit aſſenſum, quoties euenit caſus receptionis; adhuc tamen numquàm earumdem conſenſus, exquiſitis ſecretis ſuffragiis, interuenerit, quinimó pluries ab eodem Archiepiſcopo, eiuſque Vicario Tauellæ aggregatæ, & adſcriptæ fuerint, non obſtante irrationabili earumdem diſſenſu.

12 Quæ obſeruantia interpretatiua, ſicuti optimè remanet comprobata, etiam per vnicum actum, multòque magis per plures, neque præſcriptionem requirat, *Rimin. Iun. conſ.257. nu.107. Crauett. conſ.111. ſub num.4. & conſ.202. ſub num 12. Menoch. conſ.1144. nu. 85 Valenz. conſ.103. num.31. Franc. Ant. Coſta conſ.44. nu.65. Mandel. conſ.418. num.19. & ſeqq. Crauett. conſ.118. num.2. Lotter. de re beneſic. lib.2. qu.47. num.30. Card. de Luca de dot. diſc.134. num.7. & de emphyt. diſc.28. num.14 Rot. in recent. dec.446. nu.3. p.1. Buratt. deciſ. 679. num.9. Bich dec.244 num.37. Card. Ottobon. dec.165. num.19. Card. Celſ. deciſ.190. num.7.*

13 Ita fortiùs vrget, cum in caſu ſpeciali, de quo eſt controuerſia, probetur, eamdem obſeruantiam ſuiſſe ſuum effectum ſortitam, ſcientibus dictis mulieribus, & non reclamantibus, *Soccin. Sen. conſ.12. num.10. lib.3. Pariſ. conſ.11. num.39. lib.2. Decian reſp.87. nu 22. lib.2. Menoch. conſ.337. in fin. lib.4. Coccin. dec.436. nu.9.*

14 Quibus ſtantibus, manutenendus eſt Dominus Archiepiſcopus in huiuſmodi poſſeſſione, cum maximè in hac materia electionis ſit attendenda conſuetudo, *Rot. dec.4 de conceſſ. præben. in non.* Caſſ*id. dec 22. eodem tit.* & penes *Poſth de manut. dec.285. nu.6.*

Tandem enixè rogantur Eminentiſſimi Domini aduertere, quód, cum iſta honeſtiſſima puella habeat omnia neceſſaria requiſita; & neque ex aduerſo vnquàm in medium afferri potuerit aliqua perſonalis exceptio, multiſque ab hinc menſibus reperiatur ex mandato Ordinarii ſuo iure ex ſuprà firmatis vtente aggregata Gynæceo Tauellarum, quinimò confiſa reiteratis fauorabilibus reſolutionibus huius Sacræ Congregationis, eiſdem Tauellis auditis, habitu, veloque iam ſuſcepto per Ciuitatem, vnà cum aliis mulieribus publicè inceſſerit, non videtur Iuri, minuſque æquitati conſentaneum, vt ſit in abſoluta, effrænataque voluntate harum mulierum, alioquin egrè ferentium reſtauratam earum diſciplinam, formamque à Domino Archiepiſcopo laxatæ clauſulæ præſcriptam cum conſtructione Oratorii ad audiendum Sacrum, & obloqutorii pro ſcandalis euitandis; vt eſt notum Eminentiſſimis Dominis, prædictam puellam reiicere, cum

maximo opprobrio, nedum Ordinarii, ſed
etiam eiuſdem puellæ, ſuæque honeſtiſſimæ
familiæ, cum abſque dubio non ſine ingenti
ſcandalo totius populi poſſet oriri ſuſpicio,
quòd eadem Puella, vtpotè aliquali vitio
15 laborans, par non eſſet dignitati Gynæcei,
vt benè aduertunt *Carpan.ad ſtatut.Mediolan
cap.415.num.56.Eſcobar.de purit. & nobilit.
qu.9.§.1. nu.11.et ſeqq.Card.de Luca de bene-
fic.diſc 97.num.12.* & optimè, ac prudenter
conſiderauit *Rot.* in his terminis eiectionis à
Collegio *in Bononien. aggregationis ad Colle-
gia, coram Merlin.dec.832.num.29.et dec.882.
num.19.in fin.& ſeq.in recent.deciſ.37.num.1.
p.15. & dec.6.de reſtit.ſpoliat.in antiq.*

16 Regulare enim eſt, vt quoties agitur de
notabili alterius præiudicio, arbitrium,
quòd aliòquin liberum eſſe poſſet, & abſo-
lutum, non debeat eſſe effrænatum, ſed po-
tiùs ratione arctandum, ac reſtringendum,
vt ſine cauſa quis non lædatur *Bald.conſ.183
lib.2. Aleiat.conſ.30.num.20 et ſeq. lib.2. A-
lex.conſ.47.nu.5.lib.7. Ruin.conſ.105. num.8.
& conſ.129.nu 7. lib.5.Iaſ.conſ.120.num.5. et
ſeqq.lib.4.et conſ.77.nu.1.et ſeqq.lib.3.Cephal.
conſ.237.numer.21. verſ.his oſtenſis Sanchez
conſ.moral.lib.7. cap.1.dub.55. ſub nu.7.in fin.
& nu.18. Menoch.de arbitrar.lib.1. qu.48.per
tot. & qu.55 num.1.& ſeqq.* & in his termi-
nis *Carpan.ad ſtatut.Mediol.d.cap.415.nu.56.
Eſcobar.de purit. & nobilit. d.qu.9.§.1.nu.11.
& ſeqq.Rot.coram Merlin.d.dec.882.num.17.
& 20.* vbi, quòd detur appellatio ab hâben-
17 te liberum, abſolutumque arbitrium, ſi ex
tali arbitrio quis ſit enormiter leſus.

Præcipuè, quia in præſentia non agitur,
an hæc puella, re adhuc integra, ſit recipien-
da; ſed potiùs, an ſit expellenda, poſtquàm
ex rationabilibus cauſis Iuris fomentum ha-
bêtibus per Ordinarium iam reperitur mul-
tis ab hinc menſibus introducta, ideòque,
ſemota legitima cauſa, nullo iure debet ex-
pelli ex ſolo motiuo odii, & animo ſe vin-
dicandi contra Ordinarium ex cauſis benè
notis Sacræ Congregationi, & vindicat ſibi
locum vulgatum illud *Turpiùs eijcitur, quàm
non admittitur hoſpes.*

18 Prout in ſimili habemus in Cappellaniis,
ſeù beneficiis manualibus, quæ licèt ex ſui
natura ſint ad libitum amouibilia, etiam
ſine cauſa, ex doctrina *Cardin. in Clem.1. §.
præmiſſa num.4.* ibiq; *Imol.nu.14. de ſupplend.
neglig. Prælat. Fagnan. in cap. cum ad Mona-
ſterium, num.31. & ſeq.de ſtat.Monachor.Dec.
in cap.ad noſtram, nu.23. verſ.ſed in Italia, de
confirmat.util. vel inutil. Io.Andr. in cap. cum
ſingula, circà fin. Gemin.nu.10. Ancharan.n.4.
Franc. nu.5 de præbend.in 6. Nauarr. com-
ment.2. de Regular. num.65.Gonzal.ad regul.
8. Canceller.gloſ.5. §.6.nu.46. Lotter lib.1. qu.
benefic.20. nu.117.& ſeq. Barboſ.de Iur. Eccl.
vniuerſ.lib.3.cap.6. num.26.& ſeq. Guttierez
pract. lib.3. cap.11.Garz.de benefic.p.1.cap.2
num.88. Add.ad Buratt.dec.346. Card. de Lu-
ca de benefic.diſc.80.nu.5. Rot.diuerſ.dec.778.
part.2.in recent.dec.325.p.2. & dec.116.n.24.
p.9. & dec.217. num.4. par.13. Arch. Car-
ril.dec.96.nu.7.& ſeqq.* latè *Peutinger. deciſ.
15.num.32.* non tamen à Iure eſt permiſſa
amotio, ſi adeſt malitia, vel præſumptio
odii, cum animo ſe vindicandi, quo caſu
amoto competeret officium ſuperioris, *Dec.
in cap.ad noſtrum, in fin. num.7. de confirmat.
util.uel.inutil Franc.in cap.cum ſingula, num.5.*
ibique *Anchar.nu.4. de præbend.in 6. Card.in
Clement.1.§.præmiſſa, num.4. uerſ.ego puto de
ſupplen.neglig prælat.Rebuff.de pacific. poſſeſſ.
num.331.Gonzal.ad Regul.8.Cancell.gloſ 5 §.6
nu.40. & ſeq.48.& 51.Garz.de benefic.par.1.
cap.2.num.88.Tondut.lib.1.qu. benefic.cap.56.
num.14.et ſeq. Gratian.cap.167.nu.22.Vermi-
gliol.conſ.460. Card. Caualer.deciſ.72. Buratt.
dec.382.nu.4. Peutinger.dec.15. nu.40. Rota
diuerſ.dec.778. num.2. et ſeq.par.1.in rec. dec.
325.nu.2.p.2. & dec.217.nu.9.p.13.*

Ad idem etiam confert magis proximè
19 aliud ſimile, quòd, quàmuis Religionum
Superiores poſſint pro eorum arbitrio non
admittere ad Nouitiatum, annumque pro-
bationis, ingredi volentes in Religionem, ni-
hilòminus ſi admittant, & Tyrocinium quis
peregerit, non eſt eiſdem Superioribus per-
miſſum, hunc deindè iam admiſſum, & pro-
batum reiicere ſine cauſa à Profeſſionis emiſ-
ſione, adeò ut fortaſsè abſque iuxtà cauſa
denegetur profeſſio, poterit ille cui dene-
gatur, appellare, eidemque competit ius
agendi contra Religionem, prout in ſpecia-
libus terminis firmant *Card.Caietan.ad D.Th.
in 2.2. qu.vlt. art.4. dub.3.* aſſerens, quòd
reiicientes abſque cauſa à Profeſſione, poſt
quàm admiſerunt ad probationem, peccent
contra charitatem, & contra iuſtitiam, &
abutantur poteſtate ſibi conceſſa; & poſt *Io.
Andr. & Hoſtienſ. Sanchez ſuper præcept. De-
calog.lib.5. cap.4. ſub num.59. uerſ. quàmuis
aliàs, Suarez de Relig.tom.3. cap.3.num.7. &
tom.5. cap.11. nu.5. Mirand. in Manual. Præ-
lat.tom.1. qu.25.art.12.Caſtr.Pal.tom.3.tract.
16.diſp.1.punct.9.nu.13. Eſcobar.de Purit.&
Nobilit.qu.13. §.4. ſub nu.15. verſ. maximè,
Card.de Luca de benefic.diſc.97. nu.15. uerſic.
vndè propterea, Coccin,dec.215.nu.14.*

20 Multòque magis, quia, cum huiuſmodi
actus aliquem reiiciendi ſine cauſa ſit merè
voluntarius, non eſt exercibilis aliquibus de
Collegio, prout in præſentia, reluctantibus,
ſed debent omnes conuenire, *cap. fin.de ma-
iorat.& obedient.* vbi *Innoc. num.3. Hoſtienſ.
ſub nu.18. verſ item, Abb.num.2. uerſ.item no-
ta, Felin.in cap.cum omnes ſub num.17.verſ.et
hanc fallentiam, de conſtit. Rot.in rec.dec.755.*

ſub

ſub nu.4.verſ.& tamen, p.2. & in his terminis *Merlin.d.dec.882.nu.18.*

ARGVMENTVM.

Falſitate commiſſa à Mercatoribus in ludo vulgò nuncupato *Lotto*, debetur ſpondentibus, qui pecunias in eodem ludo crediderunt, integrum lucrum, quod conſequi potuiſſent.

SVMMARIVM.

1 *Damna, & intereſſe hæredibus occiſi reficienda, intelligi debent de integra quantitate, quam occiſus potuiſſet in vita lucrari.*

2 *Expenduntur nonnulla iura id ipſum comprobantia.*

3 *Spondentibus in ludo, data falſitate in illo commiſſa, eſt reficiendum totum lucrum, quod in ludo facere potuiſſent.*

4 *In odium ſubtrahentis ſiue occupantis ſcripturas illæ habentur pro perfectis, & ſufficientibus pro fundanda intentione illius, qui occupationem eſt paſſus.*

CAPVT CLXXXVIII.

PRÆSVPPOSITA falſitate commiſſa á luſoribus in ludo, qui vulgò dicitur *Lotto*, non ſolùm in ſchedulis, ſed etiam in nominibus Patritiorum; Quæſtio eſt, an ſpondentibus, qui pecunias crediderunt in eodem ludo, ſit debitum integrum lucrũ, quod conſequi potuiſſent.

Huiuſmodi controuerſiam omninò ſubſtulit ſententia in rem iudicatam tranſacta, in qua luſores, ne dum fuerunt condemnati ad reſtitutionem pretii accepti; ſed vlteriùs ad damna, & intereſſe, quæ abſque dubio non poſſunt intelligi, niſi de eo, quod ſponden-
1 dentes lucrari potuiſſent; prout in pròximis terminis dicitur, quòd damna, & intereſſe hæredibus occiſi reficienda intelligi debeant de integra quantitate, quam occiſus potuiſſet in vita lucrari, prout per *text.* quem dicunt ad hoc ſingularem, *Bart. Alberic. & alii*, ibique *gloſ. in l.qui nomine, ff. ad l. Cornel.de falſ. et in l fin. ff.de his, qui eiecer. vel effuder.* in ſpecie firmant loquentes de damnis, & intereſſe reficiendis hæredibus occiſi, *Io. Fab.et Angel.de Aret. in §. Iudex. inſtit. de obligat. quæ ex quaſ.de lic.naſcunt. Bart. in l. 2. § h.c edicto num.1.ff. de vi bonor.rapt.& in leg. in fumem. num.4. ff.de public. Iudic. Abb. in cap. I. in fin. verſ. vlteriùs, extra de iniur. Speculat.in tit.de iniur. §.2. uerſ.numquid pulcrè, Plot.inter conſ.crimin.diuerſ.conſ.73.n.53.* & meliùs *in tract. de in lit.iurand. §.40. & in leg. ſi quando, nu 694.& ſeqq. Cod.vnde vi, Angel.de Peruſ.in l.querelam, Cod de falſ.in fin. Nauarr. in ſumma cap.15. num.23. & in 2.par.decret.in 5.præcept.decalog.cap.15.nu.23. Hyppolit.conſ.115. num.19. Grat.conſ.91. num.17.lib.2. Roland. conſ.39.per tot. lib 2. Clar.in §. homicidium,* verbo *tenetur*, ibique *Baiard.num 67. & ſeq.Farinac.conſ.3.num.8. lib.1. & de accuſat.qu.15.nu.13. Couar.lib.2. var.reſolut.cap.10.nu.7. Rofred.in libell. de leg Aquil.num.10. Sotus de Iuſt. & Iur. lib.4. qu 6. art.3. Leſs.eod.tract.lib. 2.cap.9.dub.19 in princip. Petr.Aplaz.in epit.de delictis cap.6 num.32. Gomes lib.3. var.reſol.cap.3.num.37. & ſeq. Caball.reſolut.crimin.caſ.248. num 26. Cancer.p.2.var.cap.11.de treg.& pact.n°73.& ſeq. Aylon.ad Gomez tom.3.cap6.n.10.Berlich. concluſ.61.à nu 59.Paſchal.de patr.poteſt.p.4. cap.3. nu.38. Dian.par. 2.tract.2. miſcell.reſolut.53.Franch.dec.460.* ibique *de Luca num.1. Capyc. Latr. dec.75. num.1.* ibique eruditus Manfrell. *Vrſil.ad Afflict. dec.34. num.9.Epiſc Ricc.collect.467.* doctus *Romaguera in addit.ad annot.Conciol. ad ſtatut. Eugub. 14.de æſtimat. iniurar. num.6. Ludouic.deciſ.Lucenſ.62. p.1.* egregiè, & magiſtraliter *Puteus dec.279 per tot.lib.3. in correct.* vbi de damnis, & intereſſe reficiendis filiis Doctoris occiſi, & in eiſdem terminis *Achill.de Graſſ.dec.vnic. aliàs 365. de iniur. & damn.dat.*

2 Huiuſmodi verò concluſionem optimè comprobant *Iura in d. §. Iudex inſtitut. de obligat.quæ ex quaſ.delict. naſcun. leg fin. ff. de his, qui deiecer. uel effuder. leg. ex hoc, ff. ſi quadrup.pauper.feciſ.dicat.leg. ait lex, ff.ad leg. Aquil. l.qui nomine, ff.ad leg. Cornel. de falſ.* vbi ſignanter *Bart.& Alberic. gloſ.in leg qua ratione, §.in colluctatione*, ibique *Fulgoſ. ff. ad leg.Aquil.*

3 Cæterum ſemota etiam prædicta ſententia, adhuc ſpondentibus eſt reficiendum totum lucrum, quod in ludo facere potuiſſent, vt egregiè omnia perlegendus *Azor. Inſtitut. moral. p.3. lib.5.cap.25. in princip.* ibi; *Secundò notandum eſt in ludo, ſi quis iniuſta ſimulatione, deceptione, dolo, vel fraude vſus aliquid acquirat, tenetur ad reſtitutionem tàm illius, quod per fraudem acquiſiuit, quam illius lucri, à quo alterum ne conſequeretur, per fraudem iniuſtam impediuit: in hoc enim concurrunt Auctores; nam in huiuſmodi fraudibus iniuſtitia contra alterum committitur tùm ex parte lucri, quod acquiritur, quàm ex parte lucri, à quo alter impeditur, ne in ludo conſequatur.* Hactenus *Azorius*, quem ſequitur *Scacc.de commer. & camb. §.1. qu.1. ſub num.123. uerſ. amplia primo*, vbi, quòd luſor, ſtante dolo teneatur reſtituere, non ſolùm lucrum, quod ipſe fecit; ſed etiam lucrum, quod colluſor deceptus facturus eſſet.

4 Id

non ſuffragetur, eidemque cenſeatur derogatum, quoties contraria adeſt ſtipulatio, ſiue conuentio, *Caſtr. conſ. 146. in princ. lib. 2.* aſſerens, quòd debeat ſuccedi iuxtá tenorem Inueſtituræ, poſtquàm per illam datus eſt ordo ſuccedendi; non àutem iuxtà formam ſtatuti, vel Decreti Summi Pontificis, quæ nunc debent locum habere, quando de ordine Inueſtituræ aliter non apparet, aliàs ille præcipuè ſeruandus eſt, *Dec. conſ. 207. num. 7. & conſ. 614. num. 7. &* 8. & in ſpecie
31 concordiæ Rauennatenſis, quòd illa locum non habeat, quoties repugnat tenor Inueſtituræ, qui eſt omniuò attendendus, concordia reiecta, à qua cenſetur fuiſſe receſſum, pluries comprobauit *Merlin. dec. 86. num. 12. & ſeqq.* quæ reſpondet omnibus contrariis *Archiep. Royas dec. 402 num. 9. & deciſ. 444. num. 10.*

Neque alicuius momenti eſt ponderatio ex aduerſo fieri ſolita, quòd difficilis ſit probatio, quænam bona fuerint tradita in em-
32 phytheuſim ante, vel poſt concordiam; Id enim facilè poteſt deſumi ex Inueſtituris, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, prout in ſpecie aduertit *Archiep. Royas d. dec. 402. nu. 8. et 9*

Ex quibus omnibus ſatis apertè remanet comprobatum, quòd Gratia ex aduerſo petita à Sanctiſſimo, nedum nullum habeat Iuris fomentum; ſed potiùs directè aduerſetur, non ſolùm eiuſdem Iuris diſpoſitioni; ſed etiam inconcuſſæ tot ſæculorũ obſeruantiæ; receptæque Doctorum ſententiæ circà intellectum huiuſmodi concordiis traditum, nec non tot ſententiis Supremi Rotæ Auditorii, à quo conſtantiſſimè, & articulo maturè diſcuſſo, fuerunt prolatæ plures ſententię in iudicatum iam tranſactæ, quas eſſet opus circumſcribere.

Præterquàm quòd, cum menſa Archiepiſcopalis reperiatur grauata annuis penſionibus ſcutorum ſex mille, ſi per Sanctiſſimum fortè concederetur gratia ex aduerſo petitæ extenſionis concordiæ ad nouas concessio-
33 nes; abſque dubio eſſet diminuenda penſio, diminutis fructibus in annuis ſcutis termille, quæ ex Laudemiis, & Capoſoldis bonorum emphytheoticorum percipiuntur, *Felin. in cap. ad audientiam 2. nu. 3. de reſcript. Roman. conſ. 369. Gigas de Penſion. qu. 35. num. 4. & 8. et conſ. 147. Caccialup. eod. tit. qu. 7. Tondut. eod. tract. cap. 15. num. 12. & part. 2. quæſt. benefic. cap. 1. § 4. nu. 42. Staphil. de litter. Iuſtit. tit. de commiſſion. ſuper reduct. penſion. numer. 7 Lotter de re benefic. lib. 1. qu. 42. n. 60. Gambar. de offic. Legat. lib. 6. nu. 211. & ſeq. & nu. 699. & ſeq. Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. nu. 367. & 400. Card. de Luca de penſion. diſc. 21. num. 2. Buratt. dec. 369. nu. 2.*

ARGVMENTVM.

Exiſtentibus duobus Titijs ęquè ac proximè eligibilibus in Procuratorem generalem cuiuſdam Religionis; ſi per ſcrutinium Electores non decernant, quemnam ex illis duobus Titijs determinatè eligant, electio dicitur nulla; atque adeò eſt procedendum ad aliam certæ Perſonæ expreſſiuam: Examinatur intellectus Iurium in *leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. & l. in tempus, §. quoties in fin ff. de hæred. inſtit.*

Electio, quoties ab initio eſt nulla, non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus, neque ſuperueniens eligentium conſenſus ſufficit ad nouam electionem conſtituendam, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat quemcumque actum inter viuos, & ab illa Iura abhorrent.*
2 *Vbi pluralitas, ibi obſcuritas iuxtà monitum* Baldi.
3 *Incertitudo Perſonæ, Loci, vel Rei adimit conſenſum à toto, & à parte.*
Incertum, & nullum æquiparantur.
4 *Procuratoris electio debet eſſe certa, & determinata.*
5 *Idemque aſſerendum in Arbitro.*
6 *In electionibus, & ſcrutinijs vota incerta conditionalia, & alternatiua penitùs reprobantur.*
Electus debet eſſe omninò certus, & determinatus.
7 *Intellectus Iurium in* leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. & in l. in tempus, § quoties. ff. de hæred. inſtit. & n. ſeqq.
8 *Teſtamentaria tutela, ſiue legatum relictum Titio, ſi duo ſunt Titij, non indè vitiatur propter incertitudinem, ſed illi præſtari debet, cui teſtatoris veriſimilis aſſiſtit voluntas.*
9 *Reipublicæ intereſt ſuprema mortuorum elogia ſubſtineri, vt firmum remaneat, quod iterum non redit arbitrium.*
10 *Iura prædicta, de quibus nu. 7. procedunt cum præſuppoſito, quòd ex coniecturis, & ex voluntate teſtatoris conſtet, de quo Titio ſenſerit.*
11 *Ideòque, vt prædicta Iura procedant, incertitudo perſonæ eſt reducenda ad certitudinem, ſiue ex coniecturis, ſiue ex diſpoſitione Iuris.*
12 *Determinatum, certumque illud dici valet, quod certificari poteſt.*
13 *Diſpoſitio incerta per viam vltimæ voluntatis aliòquin à Iure Ciuili reprobata, attenta æquitate canonica, ſubſtinetur, & ex ea agi poteſt, vt declaretur boni Viri arbitrio.*
14 *Intellige, vbicumque, inſpectis circumſtantijs,*

conie-

coniecturis, & præſumptionibus mens diſponentis elici poteſt.

25 *Illatio non eſt facienda ab vna lege poſitiua ad aliam loquentem in diuerſa materia, & habentem peculiarem rationem.*

26 *Idque, etiam ſi diuerſitas in ſola ratione verſetur.*

27 *Circumſtantiæ aliquæ, licèt ſuadeant, eligentes potiùs de vno Titio, quàm de alio ſenſiſſe, id tamen non ſuffiet pro validanda electione, cum ad ſummùm electio remaneat purè probabilis, non autem certa.*

28 *Electio ab initio nulla non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus.*

29 *In electionibus ſpectari debet initium.*

30 *In electione nulla ſuperueniens Electorum conſenſus non ſufficit ad conſtituendam nouam electionem, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus.*

C A P V T CLXXXVI.

IN propoſita quæſtione, an exiſtentibus duobus Titiis æquè, ac proximè eligibilibus in Procuratorem generalem cuiuſdam Religionis, ſi per ſcrutinum Electores non decernant, quemnam ex illis duobus Titiis determinatè eligant, electio dici debeat nulla; atque adeò ſit procedendum ad aliam certæ Perſonæ expreſſiuam; abſque dubio reſpondendum exiſtimo pro nullitate ex infrà firmandis.

1 Primó, quia regulare eſt, vt incertitudo vitiet quemcumque actum inter viuos, & ab illa Iura omninò abhorreant, vt ſunt *text.* concordantes in *l. ſi ſtipulatus, l. triticum, l. vbi autem non apparet, l. qui ex pluribus, ff. de verb. obligat. l. Pomponius § fin. ff. de rei vindic. Bart. in leg. 3. §. incertam, ff. de acquir. poſſeſ. Alex. conſ. 153. in fin. lib. 2.* latè *Surd. ad plura inferens de alim. tit. 8. priuil. 17. num. 1. & ſeqq. & conſ. 235. num. 9. & 19. & conſ. 39. num. 27 Gomeſ. var. tom. 2. cap. 11. de qualit. contract ex num. 7. vſque ad 12. Guttierez de iuram. confirmat. part. 1. cap. 64. num. 1.* latè pluribus congeſtis *Caſtill. quotid. controu. lib. 8. de alimentis cap. 34. num. 1. & ſeqq. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 30. per tot. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. caſ. 188. & centur. 5. caſ. 479. Card. de Luca de Regal. diſc. 15. num. 4.*

2 Vbi enim pluralitas, ibi obſcuritas iuxtà monitum *Bald. in l. hac conſultiſſima num. 6. Cod. qui teſtam. facere poſſ.* relatum per *Rot. in recent. dec. 267. num. 4. part. 2.* Adeòut incerti-
3 tudo Perſonæ, loci, vel rei adimat conſenſum à toto, & à parte, omnemque vitiet diſpoſitionem, *leg. ſi decem 54. aliàs 52. ff. locat. Bimius conſ. 69. num. 11. & ſeq.* benè *Caſanat. conſ. 57. num. 10. Aym. conſ. 231. num. 3. Surd. conſ. 235. à num. 8. ad 11. Salgad. in labyr. Cred. part. 2. cap. 9. num. 6. & ſeq. Cyriac. controu. 320. num. 22. Gratian. cap. 742. num. 51.* aſſerens, quòd incertum, & nullum æquiparentur, *Fontanell. dec. 518. num. 26.*

4 Secundó, quia idem expreſsè habemus diſpoſitum in electione Procuratoris, quem omninó certum, ac determinatum eſſe debere iura clamant, vt eſt *tex. in l. dummodò certus 2. ff. de procurator.* ibi: *dummodò certus ſit, qui datus intelligitur,* & aduertit *Gloſ. in cap. 1. §. licèt* verbo *certa non expreſſa perſona in fin. de procurator. in 6. Caſtrenſ. conſ. 177. num. 2.*
5 *lib. 2.* idemque habemus ſancitum in arbitro, *l. ſi vnus, § ſi in duos, ff. de arbitr.*

6 Tertiò, quia in præciſis terminis legitur in iure cautum, vt in electionibus, & ſcrutiniis vota incerta penitùs reprobentur iuxtà reſponſum *Innocentij IV. in Concilio generali Lugdunenſi relatum in cap. in electionibus de elect. in 6.* ibi: *In electionibus, & poſtulationibus, ac ſcrutinijs vota côditionalia, alternatiua, vel incerta penitùs reprobamus,* ibique *gloſ.* verbo *incerta, gloſ. additionalis in d. cap. 1. §. licet autem, verſ. datur ſimile de electo de procurator. in 6.* vbi, quòd electus debeat eſſe omninò certus, ac determinatus.

His igitur firmatis, cum in ſcrutinio habito ex duobus Titiis æquè, ac proximè eligibilibus in Procuratorem, electores neglexerint deſignare certum Titium, electio laborat incontrouertibili vitio nullitatis, & per conſequens eſt facienda noua electio certæ Perſonæ expreſſiua.

7 Neque aduerſari poterunt iura in *leg. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel.* ibi: *Is datus eſt, quem dare ſe* Teſtator, *ſenſit leg. in tempus, §. quoties, ff. de hæred. inſtit. in fin.* ibi: *Niſi ex alijs apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona Teſtator ſenſerit;* Ex qui-
8 bus iuribus colligitur concluſio, quód teſtamentaria tutela, ſiue legatum relictum Titio, ſi duo ſint Titii, non indiſtinctè propter incertitudinem vitietur, ſed ex coniecturis, & præſumpta Teſtatoris voluntate illi præſtandum, cui veriſimiliter magis dari Teſtator voluit, & de quo ſenſiſſe probabiliùs videtur, & ſi cognomen non expreſſerit, & duo extant Titii, quodque vbi de perſona legatarii dubitari contiugat interpretatio ex côiecturata voluntate Teſtatoris ſit deſumenda.

9 Nam prætèrquàm quòd Iura ſuperiùs allegata loqnuntur in vltimis voluntatibus, pro quibus ſubſtinendis benignior eſt facienda interpretatio, cum omnia Iura clament Reipublicæ intereſſe, ſuprema Mortuorum elogia ſubſtineri, & effectum ſortiri, ne reddantur eluſoria, firmumque remaneat, quod iterum non redit arbitrium, *leg. vel negare, ff. quemadm. teſtam. aperian. l. ſi pars, ff. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 11, ſub num. 20. ante fin.*

Grat.

Digitized by Google

Grat.conſ.30.num.26.lib.2. Alb.conſ.106.nu. 18.Caſtr.conſ.247.num.3.lib.1.Card.Mantic. de conect.vlt.volunt.lib.2. tit.15. num.8. Fuſar.de ſubſtit.qu.318.num.99. Bieh. deciſ.176. num.23; Card.Celſ.dec.165.nu.4. Rot.in receu. dec.134.nu.3. p.7.

10 Adhuc pro recto eorundem Iurium intellectu ea eſt adhibenda animaduerſio, quòd illa procedant cum præſuppoſito, quòd, inſpectis circumſtantiis, ac præſumptionibus, nec non coniecturata voluntate Teſtatoris apertè deprehendatur, de quo Titio idem Teſtator determinatè ſenſerit; itaut de indiuidualitate perſonæ non valeat hæſitari, prout colligitur ex lectura eorumdem Iuriũ, ſignanter ex text.in l.quem heredi. ff. de reb. dub. ibi; Si quibuſdam argumentis apparebit, et in l. in tempus, § quoties in fin. ff.de hered. inſtit. ibi, Niſi ex aliis apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona Teſtator ſenſerit, & in d.leg.duo ſunt Titii, ff.de teſtam.tutel. ibi Is datus eſt, quem dare Teſtator ſenſit, & bene explicat gloſ.in l. ſi ita fuerit 11. verbo ſed ſi legatum, verſ.item hoc verum, ff. de reb. dub. & in l.ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, verbo debere, verſ.impediri, ibique Bart. num.1.et ſeq. ff.de legat.2. Bald.in leg hac conſultiſſima, num.5. Cod.qui teſtam. facere poſſ. & latè proſequuntur præ ceteris, qui poſſent allegari Corn.conſ.41.num.4 in fin.lib.4.Card. Mant.de coniect ult.uolunt.lib.8. tit.4.nu.4. & ſeq. Caſtill.lib.8.controu. cap.34. nu.17. vbi in ſpecie ita dicit intelligendum text.in d.leg. duo ſunt Titii, ff.de teſtam.tutel. cum aliis concordantibus in obiecto allegatis Rot. in rec. dec.245.num.4.& ſeqq.p.5.et dec.310.n.3.& ſeqq.et dec.350.n.10 & ſeq.p.10.

11 Itaut pernecesſè requiratur, ad hoc vt eorundem Iurium diſpoſitio ſibi locum vindicet, vt incertitudo perſonę reduci valeat ad certitudinem, ſiuè ex circumſtantiis, & vehementibus coniecturis id apertè ſuadentibus, ſiue ex diſpoſitione Iuris, prout explicando prædicta Iura optimè aduertunt Calderin.conſ.188.lib.5. Roman. conſ.188.num.3. & 4.Craueтt.conſ.162.nu 3.4.et 6. Surd.conſ. 128.num.19. & ſeq. & conſ.221. nu.56.et ſeq. Rub.de teſtam.cap 81.nu.66.Gratian.cap.766.
12 num.8. cum determinatum, certumque etiã illud dici valeat, quod certificari poteſt, Bart. in leg.qui liberis, §. hac verba, num.8. ff de vulgar. & pupillar. Ruin.conſ.29.num.4. lib.2.Pariſ.conſ.97.nu.96.lib.1. Rot.in rec. dec. 234.nu.18.verſ.uel certificari poterat, part.4. tom.2.

Inſpecto autem præſenti themate, nullo Iure prædicta valent applicari, neque modo aliquo congruere; ſiquidem ſupponimus duos Titios æquè, ac proximè eligibiles in Procuratorem, ita ut, attentis circumſtantiis, ſignanter maioris, vel minoris meriti, & habilitatis, non poſſit electio dici certificata potiùs de vno, quám de altero, neque valeat innoteſcere certus, determinatuſque animus electorum, de quo Titio in electione ſenſerint.

13 Prædicta remanent etiam comprobata; licèt enim, attenta æquitate Canonica, diſpoſitio incerta per viam vltimæ voluntatis, aliòquin á Iure Ciuili reprobata, ſubſtineatur, & ex ea agi poſſit, vt declaretur arbitrio boni viri, iuxtà originalem, ſingularemque theoricam Archidiacon., quam Canoniſtæ extollunt, in cap.ſunt nonnulli, nu.2. verſ.ſi res alia prima, qu.1. quem ſequũtur Butr. aſſerens eſſe notabile, & perpetuó menti tenendum in cap.ex parte, nu.7. de cenſ.Panormit.in cap. 1.num.5. eod. tit et in cap.1. de decim.Anan. in cap.cum iuramento, ibique Felin.de homicid. Bald.in l.qui mutuam, §. ſalarium in lectura antiqua, numer.2. verſ.item vidi, ff. mandat. Alex. affirmans, eſſe Legiſtis incognitum in l.ſi cui ſtipulatus, col.3. ibique Iaſ. col.2. Ripa nu.25. ff.de fideiuſſor. Gutier. de Iuram. confirm. p.1. cap.69. nu.6. Gomeſ.var.tom.2. cap. 11.num.10.verſ.aduertendum. Afflict.dec.337. num 10.

14 Id tamen intelligendum, vbicumque, inſpectis circumſtantiis, coniecturis, & præſumptionibus, mens diſponentis elici poteſt, prout explicant DD. ſuperiùs allegati, & benè proſequitur Alex.conſ.158.num.8.lib.7. Card.Tuſc. pract.concluſ.tom.4. lit.I. concluſ. 65.nu.56.Epiſc.Barboſ.axiom.119.nu.5.

Ceſſatque omninò quælibet difficultas, dum enim in Iure reperitur expreſſum, vt tam electio per ſerutinium, quàm Procura-
15 toris fieri debeat de Perſona certa, ac determinata, nullatenus eſt facienda illatio ab vna lege poſitiua ad aliam loquentem in diuerſa materia, habentemque peculiarem rationem, l.Papinianus exuli, ff. de minor. l. inter ſtipulantem, § Sacram, ibi; Sed hæc diſſimilia ſunt, ff.de uerb.obligat. l.naturalem, § nihilòminus, ff.de acq. poſſeſſ. Pariſ.conſ.18. nu. 10 vol.1. Surd.conſ.150. nu.94. & conſ.460. num.59. Soccin. conſ.18. num.41. lib.1. Gratian.cap.516. num.6. Antonin. var.reſolut.lib. 1.reſol.106. num.42. Monac.dec.Bonon.6.n.5.
16 & dec.19.num.34. Idquè etiam ſi diuerſitas verſetur in ſola ratione, Menoch. conſ.106. num.304. Epiſc. Barboſ.axiom.114.in fin.

17 Quinimmò, etiam admiſſa hipotheſi, quòd fortaſsè circumſtantiæ aliquæ ſuaderent, eligentes potiùs de vno Titio, quàm de altero ſenſiſſe; non ex indè dici poterit certificata electio, quòad perſonam determinatam, prout Iura expreſsè requirunt, ſed ad ſummum remaneret purè probabilis, quod non ſufficit ex ſupra firmatis.

Neque prædicta nullitas electionis poterit euitari, ex quo Superior Præſidens vniuerſæ

Con-

Congregationi electorum à ſingulis poſtmodùm perquiſiuerit, an ob æquiuocationem inter duos Titios eligibiles exiſtimarent electionem Titii iterató faciẽdam nec nè, quòdque quamplures ex Electoribus maiorem partem conſtituentes oretenus decreuerint, non eſſe denuò faciẽdam nouam electionem, ſed factã ſubſtineri in perſona vnius determinati Titii.

Cum enim ex ſuprà firmatis, dubitari nõ poſſit, quin electio ab initio fuerit ipſo Iure
18 nulla ratione incertitudinis Perſonæ electæ; Hinc pernecesſè reſultat, vt ex poſt facto non potuerit conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis ſolemnitatibus pro forma requiſitis in huiuſmodi electionibus per ſcrutinium faciendis, tàm attenta diſpoſitione *Iuris Canonici, in cap. quia propter, de elect.* quàm *Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular.*

19 Siquidem abſolutiſſimùm eſt in Iure, vt in electionibus ſpectari debeat initium, *Ioan. Andr. in cap. non firmatur, num. 4. verſ. illa tamen. & num. 7. de regul. Iur. in 6. Caldas conſ. 8. ſub. num. 5. verſ. quamobrem, Calderin. conſ. 1. num. 3. de elect. Pariſ de reſignat. lib. 9. qu. 17. nu. 7. & ſeq. Bich. dec. 351 n. 20.*

20 Et in præciſis terminis, quòd in electione nulla conſenſus electioni ſuperueniens per ſe non ſufficiat ad conſtituendam nouam electionem, niſi repetantur, & iterentur ea, quæ neceſſariò repetenda, iterandaque ſunt ad validitatem actus, in ſpecie firmant *Barb. in d. cap. non firmatur, num. 4. de reg. Iur. in 6. Epiſc. Barbaſtren. de Intruſ. qu. 103. nu. 19.* & eſt text. ſingularis *in cap. auditis 29. de elect.* ibi. *Quamuis aſſeueret, quòd electioni factæ, plures alij conſenſerint, cum tamen ex poſt facto nequiuerit conualeſcere, quod ab initio non valebat, quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo Iure, per ſubſequentem conſenſum non poterat eſſe rata*; ibique Canoniſtæ.

ARGVMENTVM.

Epiſcopo, an ſit permiſſum, Monialibus contradicentibus, vel irrationabiliter inuitis, numerum augere ob redditus excreſcentes, licèt numerus à Conſtitutione, vel Statuto reperiatur præfixus, Ad intellectum *Cõſtitutionis S. M. Gregorij XIII.* incipientis *Deo Sacris*.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario eſt permiſſum numerum Monialium augere ob redditus excreſcentes,* & nu. 3.

2 *Idque, etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel ſtatuto, cum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus, non autem mutato rerum ſtatu.*

Ita intelligenda Conſtitutio Gregorij XIII. *incipiens* Deo Sacris, *mandans, quòd ſupra numerum præfixum aliæ Moniales recipi non poſſint.*

3 *Ordinarius poteſt augere numerum ob redditus excreſcentes, etiam non conſentientibus Monialibus, & irrationabiliter inuitis.*

4 *Monialium receptio non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Conuentum.*

Intellige, vt num. 8.

5 *Id tamen non procedit in Gynæceis, ſeu Scholis Mulierum ex quadam benignitate ordinarij toleratis.*

6 *In Monaſterijs Regularibus, eatenus non poteſt aliqua in Monialem admitti, niſi accedentibus ſecretis ſuffragijs Monialium, quia inter Monaſterium recipiens, & Monialem profitentem reciprocus celebratur contractus irreuocabilis.*

7 *Huiuſmodi ratio ceſſat in Gynæceis Mulierum, quæ pro earum arbitrio ad proprios lares redire poſſunt.*

8 *Monialium receptio liberè ſpectat ad Abbatiſſam, & Conuentum; dummodò in recipiendo negligentia non adſit, quam poteſt Epiſcopo ſupplere, & ſupra* num. 1. & 3

9 *Præcipuè quando apertè conſtat Mulieres malitiosè, & irrationabiliter ſe opponere receptioni alicuius Puellæ ad eludendum Ius, alioquin Ordinario competens ſuper augmento numeri.*

10 *Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia, & Regina interpretationum.*

11 *Præcipuè in ſtatutis, & conſtitutionibus.*

12 *Obſeruantia interpretatiua optimè remanet comprobata, etiam per vnicum actum, multòque magis per plures, neque præſcriptionem requirit.*

13 *Præcipuè, quando ſpecificè probatur in caſu controuerſo.*

14 *Electionis in materia maximoperè attendenda eſt conſuetudo.*

15 *Electio alicuius honeſtæ Puellæ in Collegium iam admiſſæ non eſt de facili permittenda, ne ſcandali ſuſpicio oriatur.*

16 *Arbitrium, quod aliòquin poteſt eſſe liberum, & abſolutum, non debet eſſe effrænatum; ſed potiùs ratione arctandum, vt ſine cauſa quis non lædatur.*

17 *Appellatio datur ab habente liberum, & abſolutum arbitrium, ſi ex illo quis ſit enormiter læſus.*

18 *In Cappellanijs, ſeu Beneficijs manualibus, licèt, etiam ſine cauſa, ſit licita amotio; non eſt tamen permiſſa, ſi adſit malitia, vel odij præſumptio.*

19 *Nouitius admiſſus ad Religionem, & probatus cum Tyrocinio nõ poteſt ab eius ſuperiore ſine legitima cauſa reijci à Profeſſione, & ſi repellatur, poteſt appellare.*

20 *Actus reijciendi aliquem à Collegio ſine cauſa, cum ſit merè voluntarius, non eſt exercibilis, aliquibus de Collegio reluctantibus.*

CAPVT CLXXXVII.

CVM per binas reſolutiones captas ab hac S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium fuerint omninò reiectæ preces porrectæ à Gyneceo Virginum, quæ nuncupantur Tauellæ ſuper eiectione honeſtiſſimæ puellæ Iacobæ Caterinæ Baldradæ à Reu. Archiepiſcopo Rauennaten. multis ab hinc menſibus introductæ in idem Gynæceum; cumque in exequutionem earũdem conformium reſolutionum in omnibus partibus fauorabilium Ordinario, eadem Puella ſuſcepto habitu, vnà cum aliis Virginibus Tauellis pluries egreſſa fuerit per Ciuitatem Rauennaten. ad audiendum Sacrum.

Prodiit tandem reſolutio, vt per vota exquiri deberet, an dicta Puella ſit admittenda, aduersùs quam per Reu. Archiepiſcopum benignè obtenta noua Audientia, rogamus pro receſſu ex infraſcriptis.

1 Siquidem, cum dubitari non valeat, quin redditus huiuſmodi Gynæcei Mulierum longè excreuerit; nedum ob elargitam donationem contiguæ Domus; ſed etiam ob adeptã opulentiſſimam hæreditatem; abſque difficultate fuit permiſſum Ordinario quartumdecimum numerum augere vſque ad decimumquintum, inſtante potiſſimùm Ciuitate pro huiuſmodi augmento ad conſulendum indigentiis plurium familiarum nobilium, latè *Fagnan. in cap. non ampliùs, nu. 34. et ſeq. de inſtit. & in cap. cum Mareur Ferarienſis, num 45. & trib ſeqq. de conſtitut.* qui benè aduer-
2 tit, hoc ipſum procedere, etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel Statuto; tum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus; non autem mutato rerum ſtatum ob redditus excreſcentes, & hunc intellectũ recipere *Conſtitutionem Gregorij XIII.* incipientem *Deo Sacris*, mandantem, quòd ſuprà numerum præfixum aliæ Moniales recipi nõ poſſint, tradit *Barboſ. part. 3. de poteſt. Epiſc. alligat 98. numer. 1. & ſeq. & de Iur. Eccleſ. Vniuerſ. lib. 1. cap. 44. nu. 28. Lezana in ſumma* verbo *Moniales, nu. 5. Piaſec. in prax. Epiſc. part. 2. cap. 3. art. 7. de viſita. Sanctimonial. num. 11.*

Cumque ſatis proteruè, ac pertinaciter vſque ad omnimodum Ordinarii contemptũ Tauellæ recuſauerint recipere, nedum prædictam Baltradam, ſed quamcumque aliam Mulierem, non ob perſonales exceptiones, quas iſta honeſtiſſima Puella neque per ſomnium patitur, prout ex fide Parochi, & ex litteris Magiſtratus; ſed ex eo, quia acerrimè contendebant, ipſarum numerum nullo modo augeri poſſe; itaut paratas ſe exhibuerint eãdẽ Puellã recipere poſt obitum alicuius ex ipſis quatuordecim, prout ex fide publica

3 His igitur ſtantibus, fuit permiſſum Ordinario huiuſmodi pertinaciam confringere, ſuoque legitimo Iure vti, augendo numerum, illumque explendo, cum introductione prędictæ Puellæ, etiam reluctantibus, & irrationabiliter inuitis eiſdem Tauellis, vt egregiè in fortioribus terminis Monialium Regularium, præceteris firmant *Philipp. Franc. in cap. fin. nu. 3. verſ. quando tamen Monaſteriũ abundaret*, ibique *Geminian. num 5. prope fin. verſ. ſed ſi Monaſterium, de Regular. lib. 6.* vbi, quòd in Monaſteriis, quæ abundant redditibus, valeat Epiſcopus monere Abbatiſſam, & Conuentum, vt de nouo debeant aliquas Moniales creare, quod, ſi non paruerint, valeat Epiſcopus ſuo Iure vti, illarum negligentiam ſupplendo, ibique Moniales propria auctoritate conſtituendo, quos refert, & ſequitur *Fagnan. in cap porrectum, num. 28. & ſeq. de regularib. Calderin. conſ 16. eod. tit.* Vbi, quòd poſſit Epiſcopus aliquam incorporare Ordini, vel Religioni, ſaltem in caſu negligentiæ, vel defectus, *Sanch. ad præcepta Decalog. lib. 5. cap 4. numer. 71. verſic. tertiò quia*, vbi, quòd Epiſcopus valeat ſupplere conſenſum Conuentus, *Pellizar. de Monial. cap. 3. qu. 25. nu. 35.*

4 Atque hinc patet reſponſio vnico contrario obiecto, quòd, inſpecta Iuris Canonici diſpoſitione, Monialium receptio non ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Conuentum iuxta *gloſ. per illum text. in cap. fin.* verbo *pertineat*, ibique *Canoniſtæ de regularib. in 6. Lapus alleg. 31. per tot.* cum aliis ex aduerſo congeſtis.

5 Siquidem diſpoſitio *text. in d. cap. fin. de regularib. in 6.* vtpotè loquens de Monaſteriis Regularibus, nullo Iure eſt trahenda ad huiuſmodi Gynæcea, ſeù Scholas Mulierum ex quadam benignitate, & conniuentibus oculis toleratas ab Ordinario, non obſtante reſiſtentia *Sacri Concilii Tridentini*, & *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, præcipuè *Beati Pij V.* incipientis *Paſtoralis*, cum in illis diuer-
6 ſa militet ratio: eatenus enim in Regularibus Monaſteriis non poteſt aliqua in Monialem admitti, niſi accedentibus ſuffragiis ſecretis aliarum Monialium, quia inter Monaſterium recipiens, & Monialem profitentem celebratur contractus reciprocus perpetuò valiturus, & irreuocabilis, ex quo Monialis Ius acquirit. *Nauarr. conſ. 26. nu. 1. de Regular.* iuxta ſecundam impreſſionem, *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 5. cap 4. num. 62.* qui contractus, cum non poſſit celebrari, niſi accedente reciproco conſenſu ex notiſſimis regulis Iuris; Meritò in Monaſteriis Regularibus idem conſenſus aliarum Monialium in receptione præcisè requiritur
7 ad perficiendum contractum, quæ omnia prorſus ceſſant in huiuſmodi Collegiis Mulie-

lierum, quæ cum nullatenus dici debeant
Religioſæ, *cap.vnic. de Religioſ. domib. nu.6.
Suar. de Relig. tom.4. lib.1. de variet. Relig. in-
gen. cap.* 10. *num.*10. neque vnum corpus cō-
ſtituant, ſed potiùs nullis adſtrictæ votis, li-
beram habeant facultatem pro ipſarum ar-
bitrio ad proprios lares redeundi. Hinc ſe-
quitur, vt inter Congregationem recipien-
tem, mulieremque receptam ceſſat ratio cō-
ſenſus reciproci inductiui contractus irreuo-
cabilis, in quo potiſſimùm ſe fundat con-
cluſio, quòd Monialis recipi non debeat ſine
conſenſu Monaſterii.

8 Ceterùm ſublata remanet difficultas; con-
traria enim propoſitio, quòd receptio Mo-
nialium liberè ſpectet ad Abbatiſſam, & Cō-
uentum; non autem ad Epiſcopum, præci-
puè limitatur, data, prout in præſenti, ne-
gligentia, quam potuit Ordinarius ſupplere,
augendo numerum, etiam reluctantibus Mo-
nialibus, prout limitando *text. in d. cap. fin.
de regularib. in 6* & ſpecificè declarando alle-
gationem *Lapi* 31. ex aduerſo alllegatam,
cum qua cæteri tranſeunt, benè firmant
Gemin. Franch. & Calderin. in locis ſuprà
laudatis, & remiſſiuè *Mandoſ. in annot. ad d.
allegationem Lapi lit. C. verſ. ex his,* & admit-
tit *Fagnan. in d. cap. porrectum, num.28. et duob.
ſeqq. de regular.*

9 Præcipuè, quando nimis apertè conſtat,
has mulieres malitiosè ſe oppoſuiſſe rece-
ptioni huius puellæ. ad effectum eludendi ius
Ordinario alioquin competens ſuper aug-
mento numeri, prout rectè aduertit *Turre-
cremat. in d. cap. fin. num.* 17. *qu.6. Sanchez ad
præcept. Decalog. d. lib.5. cap.4. num.65. propè
fin. verſ. niſi Conuentus malitiosè reſiſtat.*

10 Multòque magis prædicta omnia proce-
dunt, ſtante obſeruantia ſubſequuta, quæ eſt
optima interpres in quacumque materia, &
dicitur Regina interpretationum, *leg. ſi de
interpretatione, ff. de legib. Bart. in l. neque leges
num.2. ff. eod. Decian. conſ.32. nu.14. lib.2. Pa-
riſ. conſ.56. num.34. lib.2. Surd. conſ.382. n.12.
Morot. conſ.29. nu.26. Honded conſ.92. num.30.
lib.1. Becc. conſ.20. num.11. lib.2. Caren. reſo-
lut.102. num.9. Add. ad Ludouiſ. dec.184. nu.8.
Amat. reſolut.42. num.8. lib.1. Leo dec. Valent.
29. num.8. & ſeqq. Rot. coram Creſcentio dec.1.
de conſtit. num.1. Bich. dec.73. numer.9. Card.
Ottobon. dec.165. num.20. Archiep. Royas dec.
343. num.11.* præcipuè in ſtatutis *Franc. Ant.*
11 *Coſta conſ.4. num.64. & conſ.23. num 91. &
conſ.50. num.10. Becc. conſ.202. num.11. Hon-
ded. conſ.92. nu.30. lib.1. et conſ.35. numer.45.
lib.2. Surd. conſ.140. n.43. et ſeq. lib.1. Menoch.
conſ.39. nu.20. Card. de Luca de credit. diſc.13.
nu.15. Rot. in rec. dec.1. num.1. part.11. Buratt.
dec.87. num.17. & ſeq. & dec.930. numer.11.
Vbald. dec.14. num.8. Card. Ottobon. deciſ.161.
num.11.* dantur enim plures atteſtationes
iuratę nonnullarum mulierum ex eiſdem Ta-
uellis aſſerentium, quòd, licèt aliquando
Reuerendiſſimus Archiepiſcopus pro ſua be-
nignitate exegerit aſſenſum, quoties euenit
caſus receptionis; adhuc tamen numquàm
earumdem conſenſus, exquiſitis ſecretis ſuf-
fragiis, interuenerit, quinimò pluries ab eo-
dem Archiepiſcopo, eiuſque Vicario Tauel-
læ aggregatæ, & adſcriptæ fuerint, non ob-
ſtante irrationabili earumdem diſsenſu.

12 Quæ obſeruantia interpretatiua, ſicuti
optimè remanet comprobata, etiam per vni-
cum actum, multòque magis per plures,
neque præſcriptionem requirat, *Rimin. Iun.
conſ.257. nu.107. Crauett. conſ.111. ſub num.4.
& conſ.202. ſub num 12. Menoch. conſ.1144. nu.
85 Valenz. conſ.103. num.31. Franc. Ant. Coſta
conſ.44. nu.65. Mandel. conſ.418. num.19. &
ſeqq. Crauett. conſ.118. num.2. Lotter. de re be-
neſic. lib.2. qu.47. num.30. Card. de Luca de dot.
diſc.134. num.7. & de emphyt. diſc.28. num.14
Rot. in recent. dec.446. nu.3. p.1. Buratt. deciſ.
679. num.9. Bich dec.244 num.37. Card. Ot-
tobon. dec.165. num.19. Card. Celſ. deciſ.190.
num.7.*

13 Ita fortiùs vrget, cum in caſu ſpeciali, de
quo eſt controuerſia, probetur, eamdem ob-
ſeruantiam fuiſſe ſuum effectum ſortitam,
ſcientibus dictis mulieribus, & non recla-
mantibus, *Soccin. Sen. conſ.12. num.10. lib.3.
Pariſ. conſ.11. num.39. lib.2. Decian reſp.87. nu
22. lib.2. Menoch. conſ.337. in fin. lib.4. Coccin.
dec.436. nu.9.*

14 Quibus ſtantibus, manutenendus eſt Do-
minus Archiepiſcopus in huiuſmodi poſſeſ-
ſione, cum maximè in hac materia electio-
nis ſit attendenda conſuetudo, *Rot. dec.4 de
conceſſ. preben. in nou. Caſſ. id. dec 22. eodem tit.*
& penes *Poſth de manut. dec.285. nu.6.*

Tandem enixè rogantur Eminentiſſimi
Domini aduertere, quód, cum iſta honeſtiſ-
ſima puella habeat omnia neceſſaria requiſi-
ta; & neque ex aduerſo vnquàm in medium
afferri potuerit aliqua perſonalis exceptio,
multiſque ab hinc menſibus reperiatur ex
mandato Ordinarii ſuo iure ex ſuprà firma-
tis vtente aggregata Gynæceo Tauellarum,
quinimò confiſa reiteratis fauorabilibus re-
ſolutionibus huius Sacræ Congregationis,
eiſdem Tauellis auditis, habitu, veloque iam
ſuſcepto per Ciuitatem, vnà cum aliis mu-
lieribus publicè inceſſerit, non videtur Iuri,
minuſque æquitati conſentaneum, vt ſit in
abſoluta, effrænataque voluntate harum
mulierum, alioquin egrè ferentium reſtau-
ratam earum diſciplinam formamque à Do-
mino Archiepiſcopo laxatæ clauſulæ præſcri-
ptam cum conſtructione Oratorii ad audien-
dum Sacrum, & obloqutorii pro ſcandalis
euitandis; vt eſt notum Eminentiſſimis Do-
minis, prædictam puellam reiicere, cum

maximo opprobrio, nedum Ordinarii, ſed
etiam eiuſdem puellæ, ſuæque honeſtiſſimæ
familiæ, cum abſque dubio non ſine ingenti
ſcandalo totius populi poſſet oriri ſuſpicio,
15 quòd eadem Puella, vtpotè aliquali vitio
laborans, par non eſſet dignitati Gynæcei,
vt benè aduertunt *Carpan. ad ſtatut. Mediolan*
cap. 415. num. 56. Eſcobar. de purit. & nobilit.
qu. 9. §. 1. nu. 11. et ſeqq. Card. de Luca de bene-
fic. diſc. 97. num. 12. & optimè, ac prudenter
conſiderauit *Rot.* in his terminis eiectionis à
Collegio *in Bononien. aggregationis ad Colle-*
gia, coram Merlin. dec. 832. num. 29. et dec. 882.
num. 19. in fin. & ſeq. in recent. decıſ. 37. num. 1.
p. 15. & dec. 6. de reſtit. ſpoliat. in antiq.

16 Regulare enim eſt, vt quoties agitur de
notabili alterius præiudicio, arbitrium,
quòd aliòquin liberum eſſe poſſet, & abſo-
lutum, non debeat eſſe effrænatum, ſed po-
tiùs ratione arctandum, ac reſtringendum,
vt ſine cauſa quis non lædatur *Bald. conſ. 183.*
lib. 2. Alciat. conſ. 30. num. 20 et ſeq. lib. 2. A-
lex. conſ. 47. nu. 5. lib. 7. Ruin. conſ. 105. num. 8.
& conſ. 129. nu 7. lib. 5. Iaſ. conſ. 120. num. 5. et
ſeqq. lib. 4. et conſ. 77. nu. 1. et ſeqq. lib. 3. Cephal.
conſ. 237. numer. 21. verſ. bis oſtenſis Sanchez
conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 55. ſub nu. 7. in fin.
& nu. 18. Menoch. de arbitrar. lib. 1. qu. 48. per
tot. & qu. 55 num. 1. & ſeqq. & in his termi-
nis *Carpan. ad ſtatut. Mediol. d. cap. 415. nu. 56.*
Eſcobar. de purit. & nobilit. d. qu. 9. § 1. nu. 11.
& ſeqq. Rot. coram Merlin. d. dec. 832. num. 17.
& 20. vbi, quòd detur appellatio ab haben-
17 te liberum, abſolutumque arbitrium, ſi ex
tali arbitrio quis ſit enormiter læſus.

Præcipuè, quia in præſentia non agitur,
an hæc puella, re adhuc integra, ſit recipien-
da; ſed potiùs, an ſit expellenda, poſtquàm
ex rationabilibus cauſis Iuris fomentum ha-
bétibus per Ordinarium iam reperitur mul-
tis ab hinc menſibus introducta, ideòque,
ſemota legitima cauſa, nullo iure debet ex-
pelli ex ſolo motiuo odii, & animo ſe vin-
dicandi contra Ordinarium ex cauſis benè
notis Sacræ Congregationi, & vindicat ſibi
locum vulgatum illud *Turpiùs eijcitur, quàm*
non admittitur hoſpes.

18 Prout in ſimili habemus in Cappellaniis,
ſeù beneficiis manualibus, quæ licèt ex ſui
natura ſint ad libitum amouibilia, etiam
ſine cauſa, ex doctrina *Cardin. in Clem. 1. §.*
præmiſſa num. 4. ibiq; *Imol. nu. 14. de ſupplend.*
neglig. Prælat. Fagnan. in cap. cum ad Mona-
ſterium, num. 31. & ſeq. de ſtat. Monachor. Dec.
in cap. ad noſtram, nu. 23. verſ. ſed in Italia, de
confirmat. util. vel inutil. Io. Andr. in cap. cum
ſingula, circà fin. Gemin. nu. 10. Ancharan. n. 4.
Franc. nu. 5 de præbend. in 6. Nauarr. com-
ment. 2. de Regular. num. 65. Gonzal. ad regul.
8. Canceller. gloſ. 5. §. 6. nu. 46. Lotter lib. 1. qu.
benefic. 20. nu. 117. & ſeq. Barboſ. de Iur. Eccl.
vniuerſ. lib. 3. cap. 6. num. 26. & ſeq. Guttierez
pract. lib. 3. cap. 11. Garz. de benefic. p. 1. cap. 2.
num. 88. Add. ad Buratt. dec. 346. Card. de Lu-
ca de benefic. diſc. 80. nu. 5. Rot. diuerſ. dec. 778.
part. 2. in recent. dec. 325. p. 2. & dec. 116. n. 24.
p. 9. & dec. 217. num. 4. par. 13. Arch. Cer-
ril. dec. 96. nu. 7. & ſeqq. latè *Peutinger. deciſ.*
15. num. 32. non tamen à Iure eſt permiſſa
amotio, ſi adeſt malitia, vel præſumptio
odii, cum animo ſe vindicandi, quo caſu
amoto competeret officium ſuperioris, *Dec.*
in cap. ad noſtrum, in fin. num. 7. de confirmat.
util. uel. inutil Franc. in cap. cum ſingula, num. 5.
ibique *Anchar. nu. 4. de præbend. in 6. Card. in*
Clement. 1. §. præmiſſa, num. 4. uerſ. ego puto de
ſupplen. neglig prælat. Rebuff. de pacific. poſſeſſ.
num. 331. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 6
nu. 40. & ſeq. 48. & 51. Garz. de benefic. par. 1.
cap. 2. num. 88. Tondut. lib. 1. qu. benefic. cap. 56.
num. 14. et ſeq. Gratian. cap. 167. nu. 22. Vermi-
gliol. conſ. 460. Card. Canaler. deciſ. 72. Buratt.
dec. 382. nu. 4. Peutinger. dec. 15. nu. 40. Rota
diuerſ. dec. 778. num. 2. et ſeq. par. 1. in rec. dec.
325. nu. 2. p. 2. & dec. 217. nu. 9. p. 13.

Ad idem etiam confert magis proximè
19 aliud ſimile, quòd, quàmuis Religionum
Superiores poſſint pro eorum arbitrio non
admittere ad Nouitiatum, annumque pro-
bationis, ingredi volentes in Religionem, ni-
hilòminus ſi admittant, & Tyrocinium quis
peregerit, non eſt eiſdem Superioribus per-
miſſum, hunc deindè iam admiſſum, & pro-
batum reiicere ſine cauſa á Profeſſionis emiſ-
ſione, adeóut fortaſsè abſque iuxtá cauſa
denegetur profeſſio, poterit ille cui dene-
gatur, appellare, eidemque competit ius
agendi contra Religionem, prout in ſpecia-
libus terminis firmant *Card. Caietan. ad D. Th.*
in 2. 2. qu. vlt. art. 4. dub. 3. aſſerens, quòd
reiicientes abſque cauſa à Profeſſione, poſt
quàm admiſerunt ad probationem, peccent
contra charitatem, & contra iuſtitiam, &
abutantur poteſtate ſibi conceſſa; & poſt *Io.*
Andr. & Hoſtienſ. Sanchez ſuper præcept. De-
calog. lib. 5. cap. 4. ſub num. 59. uerſ. quàmuis
aliàs, Suarez de Relig. tom. 3. cap. 3. num. 7. &
tom. 5. cap. 11. nu. 5. Mirand. in Manual. Præ-
lat. tom. 1. qu. 25. art. 12. Caſtr. Pal. tom. 3. tract.
16. diſp. 1. punct. 9. nu. 13. Eſcobar. de Purit. &
Nobilit. qu. 13. §. 4. ſub nu. 15. verſ. maximè,
Card. de Luca de benefic. diſc. 97. nu. 15. uerſic.
vndè propterea, Coccin. dec. 215. nu. 14.

20 Multòque magis, quia, cum huiuſmodi
actus aliquem reiiciendi ſine cauſa ſit merè
voluntarius, non eſt exercibilis aliquibus de
Collegio, prout in præſentia, reluctantibus,
ſed debent omnes conuenire, *cap. fin. de ma-*
iorat. & obedient. vbi *Innoc. num. 3. Hoſtienſ.*
ſub nu. 18. verſ. item, Abb. num. 2. uerſ. item no-
ta, Felin. in cap. cum omnes ſub num. 17. verſ. et
hanc fallentiam, de conſtit. Rot. in rec. dec. 755.

ſub

Digitized by Google

ſub nu.4.verſ.& tamen, p.2. & in his terminis *Merlin.d.dec.882.nu.18.*

ARGVMENTVM.

Falſitate commiſſa à Mercatoribus in ludo vulgò nuncupato *Lotto*, debetur ſpondentibus, qui pecunias in eodem ludo crediderunt, integrum lucrum, quod conſequi potuiſſent.

SVMMARIVM.

1 *Damna, & intereſſe hæredibus occiſi reficienda, intelligi debent de integra quantitate, quam occiſus potuiſſet in vita lucrari.*
2 *Expenduntur nonnulla iura id ipſum comprobantia.*
3 *Spondentibus in ludo, data falſitate in illo commiſſa, eſt reficiendum totum lucrum, quod in ludo facere potuiſſent.*
4 *In odium ſubtrahentis ſiue occupantis ſcripturas illæ habentur pro perfectis, & ſufficientibus pro fundanda intentione illius, qui occupationem eſt paſſus.*

CAPVT CLXXXVIII.

PRÆSVPPOSITA falſitate commiſſa á luſoribus in ludo, qui vulgò dicitur *Lotto*, non ſolùm in ſchedulis, ſed etiam in nominibus Parritiorum; Quæſtio eſt, an ſpondentibus, qui pecunias crediderunt in eodem ludo, ſit debitum integrum lucrũ, quod conſequi potuiſſent.

Huiuſmodi controuerſiam omninò ſubſtulit ſeutentia in rem iudicatam tranſacta, in qua luſores, ne dum fuerunt condemnati ad reſtitutionem pretii accepti; ſed vlteriùs ad damna, & intereſſe, quæ abſque dubio non poſſunt intelligi, niſi de eo, quod ſponden-
1 dentes lucrari potuiſſent; prout in próximis terminis dicitur, quòd damna, & intereſſe hæredibus occiſi reficienda intelligi debeant de integra quantitate, quam occiſus potuiſſet in vita lucrari, prout per *text.* quem dicunt ad hoc ſingularem, *Bart. Alberic. & alii*, ibique *gloſ. in l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de falſ. et in l fin. ff. de his, qui eiecer. vel effuder.* in ſpecie firmant loquentes de damnis, & intereſſe reficiendis hæredibus occiſi, *Io. Fab. et Angel. de Aret. in §. Iudex. inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. de lic. naſcunt. Bart. in l. 2. § h.c edicto num.1. ff. de vi bonor. rapt. & in leg. in famem. num.4. ff. de public. iudic. Abb. in cap. 1. in fin. verſ. vlteriùs, extra de iniur. Speculat. in tit. de iniur. §.2. uerſ. numquid pulcrè, Plot. inter conſ. crimin. diuerſ. conſ.73. n 53.* & meliùs *in tract. de in lit. iurand. §.40. & in leg. ſi quando, nu 694. & ſeqq. Cod. vnde vi, Angel. de Peruſ. in l. quærelam, Cod de falſ. in fin. Nauarr. in ſumma cap.15. num.23. & in 2. par. decret. in 5. praecept. decalog. cap. 15. nu. 23. Hyppolit. conſ. 115. num. 19. Grat. conſ. 91. num. 17. lib. 2. Roland. conſ. 39. per tot. lib 2. Clar. in §. homicidium,* verbo *tenetur,* ibique *Baiard. num 67. & ſeq. Farinac. conſ. 3. num. 8. lib. 1. & de accuſat. qu. 15. nu. 13. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 10. nu. 7. Rofred. in libell. de leg Aquil. num. 10. Sotus de Iuſt. & Iur. lib. 4. qu. 6. art. 3. Leſs. eod. tract. lib. 2. cap. 9. dub. 19 in princip. Petr. Aplaz. in epit. de delictis cap. 6 num. 32. Gomes lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 37. & ſeq. Caball. reſolut. crimin. caſ. 248. num. 26. Cancer. p. 2. uar. cap. 11. de treg. & pact. n. 73. & ſeq. Aylon. ad Gomez tom. 3. cap 6. n. 10. Berlich. concluſ. 61. à nu 59. Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. cap. 3. nu. 38. Dian. par. 2. tract. 2. miſcell. reſolut. 53. Franch. dec. 460.* ibique *de Luca num. 1. Capyc. Latr. dec. 75. num. 1.* ibique eruditus Manfrell. *Vrſil. ad Afflict. dec. 34. num. 9. Epiſc. Ricc. collect. 467.* doctus Romaguera *in addit. ad annot. Conciol. ad ſtatut. Eugub. 14. de æſtimat. iniurar. num. 6. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 62. p. 1.* egregiè, & magiſtraliter *Puteus dec. 279 per tot. lib. 3. in correct.* vbi de damnis, & intereſſe reficiendis filiis Doctoris occiſi, & in eiſdem terminis *Achill. de Graſſ. dec. vnic. aliàs 365. de iniur. & damn. dat.*

2 Huiuſmodi verò concluſionem optimè comprobant *Iura in d. §. Iudex inſtitut. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſcun. leg fin. ff. de his, qui deiecer. uel effuder. leg. ex hoc, ff. ſi quadrup. pauper feciſ. dicat. leg. ait lex, ff. ad leg. Aquil. l. qui nomine, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* vbi ſignanter *Bart. & Alberic. gloſ. in leg. qua ratione, §. in colluctatione,* ibique *Fulgoſ. ff. ad leg. Aquil.*

3 Cæterum ſemota etiam prædicta ſententia, adhuc ſpondentibus eſt reficiendum totum lucrum, quod in ludo facere potuiſſent, vt egregiè omnia perlegendus *Azor. Inſtitut. moral. p. 3. lib. 5. cap. 25. in princip.* ibi; *Secundò notandum eſt in ludo, ſi quis iniuſta ſimulatione, deceptione, dolo, vel fraude vſus aliquid acquirat, tenetur ad reſtitutionem tàm illius, quod per fraudem acquiſiuit, quam illius lucri, à quo alterum ne conſequeretur, per fraudem iniuſtam impediuit: in hoc enim concurrunt Auctores; nam in huiuſmodi fraudibus iniuſtitia contra alterum committitur tàm ex parte lucri, quod acquiritur, quàm ex parte lucri, à quo alter impeditur, ne in ludo conſequatur.* Hactenus *Azorius*, quem ſequitur *Scacc. de commer. & camb. §. 1. qu. 1. ſub num. 123. uerſ. amplia primo*, vbi, quòd luſor, ſtante dolo teneatur reſtituere, non ſolùm lucrum, quod ipſe fecit; ſed etiam lucrum, quod colluſor deceptus facturus eſſet.

4 Idque optimè comprobari poterit ex conſimili caſu ſubtrahentis ſcripturas in perniciem collitigantis; nam in odium occupantis habentur pro perfectis, & ſufficientibus pro fundanda intentione illius, qui occupationem eſt paſſus, *leg. prouidendum §. ſi quis autem Cod. de poſtulando DD. in leg. hæredes, §. fin. ff. ad leg. faleidiam*, Honded. *conſ. 19. n. 13. lib. 1. Giurb. dec. 29. num. 10. Rot. in rec. deciſ. 410. num. 24. p. 9.*

Huiuſmodi cauſa fuit cum luſoribus tranſactione ſopita.

ARGVMENTVM.

Falſa expreſſio, an, &, quando vitiet Gratiam: Quiduè aſſerendum, quando falsò narratum, attenta Iuris diſpoſitione, non erat pernecesſè exprimendum.

Gratia reſeruationis penſionis ſuper Cappellania, an dici debeat obreptitia, ob falſam expreſſionem, quòd perſonalem reſidentiam non requirat.

Plures Gratiæ contentę ſub vnica ſupplicatione, an ob ſubreptionem, vel obreptionem cadant in totum, vel ſolùm in ea parte, in qua adeſt ſubreptio, vel obreptio.

SVMMARIVM.

1 *Falſa expreſſio vitiat Gratiam, illaque redditur ſubreptitia, etiam quòd aliàs Papa fuiſſet conceſſurus.*

2 *Gratia fundata in falſa aſſertiua, quòd Cappellania requireret perſonalem reſidentiam, eſt ſubreptitia.*

Contrarium num. 12.

3 *Regulariter falſa expreſſio in gratioſis vitiat gratiam, etiam ſi aliàs Princeps fuiſſet conceſſurus.*

4 *Id tamen non procedit, quandò falsò narratum, attenta Iuris diſpoſitione, non erat neceſſariò exprimendum; tunc enim ex falſa expreſſione, gratia non redditur obreptitia.*

Quidquid ſit, quando Iuris neceſſitas, vel ſtylus Cancellariæ vrgebat pro expreſſione, qua facta, Princeps, vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs.

5 *Non omnia tacita, vel falsò expreſſa reddunt gratiá ſubreptitiam; ſed ſolùm illa, quæ, vel ſunt in Iure expreſſa, vel in non expreſſis illa, de quibus in Iure, & de iure eſt veriſimile, quòd, ſi Papa ſciuiſſet, non conceſſiſſet,*

6 *Gratia non redditur ſubreptitia, quando falſa expreſſio, vtpotè omninò ſuperflua, præſumi debet emiſſa abſque dolo, & ex circumſtantijs colligi poteſt, Papam non ità de facili gratiam fuiſſe negaturum.*

7 *Sublata Iuris neceſſitate, ſi quid falsò narretur, ceſſat doli præſumptio; atque adeò gratia non irritatur.*

8 *Falſa narratiua Præsbiteratus in gratia de beneficio actu non curato nõ vitiat gratiá tamquàm ſuperflua.*

9 *Dolus excluditur, ſtante errore Expeditoris.*

10 *Gratia reſeruationis penſionis ſuper Cappellania, an dici debeat obreptitia ob falſam expreſſionem, quòd perſonalem reſidentiam non requireret,* & num. ſeqq.

11 *Expreſſio iurata valoris beneficij illud probat in præiudicium confitentis.*

12 *Gratia non poteſt dici ſubreptitia ob non factã expreſſionem qualitatis reſidentialis in Cappellania, eò quia huiuſmodi expreſſio talis non ſit, quę potuiſſet retrahere Pontificem à conceſſione gratiæ.*

13 *In Cappellania, quæ eſt ſimplex beneficium ſine cura, cum reſidentia non ſit præciſa: ſed cauſatiua, qualitas reſidentiæ non eſt exprimenda.*

14 *In Cappellania reſidentia in dubio præſumitur cauſatiua; non autem præciſa.*

Etiam ſi in limine fundationis Cappellano fuerit iniunctum onus celebrandi quotidiè Miſſas, quod poteſt per alium impleri, cum non dicatur electa induſtria perſonæ.

15 *Contrarium aſſerendum, quoties in fundatione legitur Cappellano iniuncta ſpecialis obligatio celebrandi Miſſas per ſe ipſum per verba perſonaliſſima.*

16 *Vel ſaltem verbis æquipollentibus, id fuerit demandatum.*

17 *Expreſſio, quòd Cappellania non requirat reſidentiam, poteſt ſaluari ab obreptione, quoties poteſt intelligi de reſidentia præciſa;*

18 *Omnis poſſibilis interpretatio capienda eſt pro euitanda ſubreptione.*

19 *Ad effectum inſpiciendi, an Gratia ſit ſubreptitia, vel obreptitia, & an Papa fuiſſet, vel ne conceſſurus, attendi potiſſimum debet communis vſus aliarum litterarum, vel ſolitum concedi.*

20 *Gratia reſeruationis penſionis ſuper præbenda non dicitur ſubreptitia ob non factam expreſſionem, quòd eadem præbenda haberet annexam Pænitentiariam, dum, attento ſtylo, huiuſmodi expreſſio fieri non conſueuit.*

21 *Gratiarum circà interpretationem attenditur ſolitum Principis.*

22 *Gratia contenta ſub vnica ſupplicatione, an ob obreptionem, vel ſubreptionem cadat in totum, vel ſolùm in ea parte, in qua cadit obreptio, ſiue ſubreptio,* & num ſeqq.

23 *Gratia ſubreptitia, vel obreptitia obtenta, quoties eſt vnica, continens, ſcilicèt, collationem vnius beneficij; tunc ſubreptio, tamquàm reſpiciens ipſam ſubſtantiam Gratiæ, toti gratiæ reſiſtit, influendo etiam in omnes clauſulas ibidem conceſſas.*

24 *Subreptio in vno, quoties non fuit cauſa obtinendi, quòad omnia, tunc, ceſſante dolo, non vitiat gratiam, quòad alia capitula ſeparata.*

25 *Subreptio in vno, quoties fuit cauſa obtinendi, quòad omnia, habetque connexitatem cum reliquis, vel interceſſit dolus, tunc gratia vitiatur in totum.*

26 *Correſpectiuitas omnium contentorum in Gratia, an reſultet ex illorum contextualitate ſub*

vnica

Digitized by Google

vnica ſupplicatione, & expeditione, & nu. ſeq.

27 *Correſpectiuitas, ſeu connexitas actuum debet adeſſe ex parte Papæ concedentis; ad hoc vt gratia corruat in totum ratione connexionis.*

28 *Secus verò reſpectu reſignantium, in quibus non poteſt conſiderari huiuſmodi correſpectiuitas actuum, cum ex illa in beneficialibus reſultaret Simonia.*

29 *Correſpectiuitas, etiam in prophanis non habet locum, quando actus contextuales ſunt diuerſæ naturæ, & vnus non influit ad determinationem alterius, habentque ſinguli peculiarem cauſam.*

30 *Stante nullitate penſionis, an poſſit reſignanti dari regreſſus ad beneficia reſignata.*

CAPVT CLXXXIX.

IN huiuſmodi controuerſia de pluribus cõtingit pro veritate diſceptari,

Primò, an penſio reſeruata fauore Panzerii ſuper Cappellania S. Hilarii ſubſiſtat, non obſtante prætenſa obreptione ob falſam aſſertionem emiſſam in ſupplicatione, quòd eadem Cappellania non requirat perſonalem reſidentiam.

Secundò, quatenus reſeruatio non ſubſiſtat, an gratia reddatur nulla in omnibus partibus, vel ſolùm in ea tantùm, in qua cadit ſubreptio.

Tertiò, admiſſa nullitate gratiæ; ſiue in toto, ſiue in parte, an liceat Panzerio, & Gamerasio reſpectiuè regredi ad Beneficia reſignata, & in caſu regreſſus iteratò, & magis validè eadem beneficia ad libitum reſignare valeant.

Quòad primum, videtur obſtare pro firmanda nullitate reſeruationis ſuper Cappellania controuerſa, quòd, cum in ſupplicatione fuerit Papæ narratum, prædictam Cappellaniam non requirere perſonalem reſidentiam, cuius contrarium probari ex ad-
1 uerſo contenditur; ex huiuſmodi falſa expreſſione vitietur gratia, illaque reddatur ſubreptitia, etiam quòd aliàs Papa fuiſſet conceſſurus, *cap. ſuper litteris, cap. poſtulaſti, de reſcript. Innoc. Butr. & alii in d. cap. ſuper litteris*, ibique ex recentioribus præceteris *Barboſ. num. 6.* latè *Fagnan. num. 2. 3 26. & ſeqq. Felin. in cap. ad aures, nu. 9. de reſcript. Oldrad. conſ. 262. Cardin. conſ. 96. Petr. Gregor. de reſcript lib. 1. cap. 15. num 11. Garz. de benefic. p. 6. cap. 2. §. 2. num. 197. & ſeqq. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 30. num. 30 Tondut. quæſt. benefic. cap. 27. num. 26. lib. 1. Card. de Luca de Regal. diſc. 4. num. 11. Verrall. deciſ. 254. num. 4. part. 2. Puteus dec. 414. lib. 1. in correct. Card. Seraphin. dec. 1310. num. 1. Archiep. Carrill. dec. 250. num. 9.* & in præciſis
2 terminis quòd gratia fundata in falſa aſſertiua, quòd Cappellania requireret perſonalem reſidentiam, ſit ſubreptitia, *Rot. in recent. dec. 155. num. 1. p. 4. & dec. 80. nu. 13. part. 7. Archiep. Rayas dec. 303. nu. 8.*

3 Sed his non aduerſantibus contrarium videtur in Iure probabilius, licèt enim regulariter falſa expreſſio in gratioſis vitiet gratiam, etiam ſi aliàs Princeps fuiſſet conceſſurus, *cap. ſuper litteris*, vbi præcipuè *Butr. et Felin. de reſcriptis, Card. conſ. 31. num. 3. Verall. dec. 34. nu. 5. par. 2. Ægid. dec. 4. num. 2. Puteus dec. 414. lib. 1. Rot. in recent. dec. 68. num. 4. & ſeq. p. 4. tom. 2. Reuerter. dec. 317. num. 2.*

4 Huiuſmodi tamen concluſio non procedit, quando falsò narratum, attenta Iuris diſpoſitione, non erat neceſſariò exprimendum, prout in rei veritate exiſtebat; tunc enim ex falſa expreſſione gratia non redditur obreptitia, quidquid ſit, quando Iuris neceſſitas, vel ſtylus Cancellariæ pro expreſſione vrgebat, qua facta Princeps, vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs, *gloſ. in Clem. 1. verbo alteri de præbendis*, & eſt recepta diſtinctio, de qua *Felin. in d. cap. ſuper litteris, col. 3. in fin. verſ. declara etiam notabiliter*, ibique *Fagnan. num. 69. de reſcriptis, Calderin. conſ. 1. de rer. permut. & conſ. 6. de præbendis, Amat. conſ. 17. nu. 21. Mandoſ. de ſignat. gratiæ, tit. de abſolut. ab hæreſi, verſ. diſpenſatum fuerat, Nauarr. in manual. cap. 22. num. 8. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6. qu. 2. num. 36. Boſſ. in prax. tit. de remedys ex ſola Clementia Principis, n. 34. de Põte de poteſt. Proreg. tit. 8. §. 10. n. 19. Menoch. de arbitr. cap. 201. num. 26.* latè *Garz. de benefic. p. 8. cap. 3. numer. 19. & ſeq. & 29. Card. de Luca de præeminet. diſc. 94. num. 10. Ludouiſ. dec. 150. nu 2. Capyc. Latr. deciſ. 182. num. 13. Rot. dec. 32. num 5. de reſcript. in nou. & dec. 21. num. 7. de præbend. in eiſdem*, vbi,
5 quòd non omnia tacita, vel falsò expreſſa reddant gratiam ſubreptitiam, ſed ſolùm illa, quæ vel ſunt in Iure expreſſa, vel in non expreſſis, illa, de quibus eſt veriſimile de Iure, & in Iure, quòd ſi Papa illa ſciuiſſet, numquàm gratiam conceſſiſſet, & coram *Verall. dec. 310. num. 3. p. 1. & dec. 257. nu. 3.* poſt ſecundum volumen, *conſil. Farinae. Mohedan. dec. 317. aliàs 13. incip. fuit dubitatum, in fin de conceſſ. præbend.*

6 Multòque magis, quando falſa expreſſio, vtpotè omninò ſuperflua, præſumi debeat emiſſa abſque dolo, & ex circumſtantiis colligi poteſt, Papam non ità de facili fuiſſe gratiam negaturum; tunc enim gratia non redditur obreptitia, *Fagnan. in d. cap. ſuper litteris, num. 48. & ſeq. de reſcript.* vbi etiam, ſi vero expreſſo, Princeps difficiliùs conceſſiſſet, *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 54. nu. 30.*
7 benè aduertens, quòd, ſublata Iuris neceſſitate, ſi quid falſi narretur, ceſſet doli præſumptio; & per conſequens inde gratia non irritetur, *Rot. deciſ. 70. de reſcriptis in antiquis, & dec. 10. eod. tit. in nou. Bellamer. dec. 4. num. 2.*

Digitized by Google

num.2.Caſſador.dec.10.de præbend. Achill. de
Graſſ.dec.11.de reſcriptis, Put.dec.187. lib.1.
Merlin. dec.563. num.6. Rota poſt ſecundum
*vol.conſ.Farinac.dec.270. num.1. & ſeqq.*vbi,
8 quòd falſa narratiua Presbyteratus in gratia
de beneficio non curato actu nõ vitiet gra-
tiam tamquàm ſuperflua, & non habita in
conſideratione à Papa, qui nihilòminus
fuiſſet conceſſurus, cum illa qualitas Pre-
sbyteratus falsò enunciata non eſſet neceſ-
ſaria, tàm de Iure communi, quàm de ſtylo
Cancellariæ, optimè *Rot.in recent. deciſ.310.*
& dec.419. vtrobique numer.1. part.14. vbi
9 etiam excluditur dolus, ſtante errore Expe-
ditoris.

10 His igitur præmiſſis, quæ in Iure, & iu-
xtà ſenſum *Rotæ* ſunt abſolutiſſima, gratia
reſeruationis penſionis ſuper Cappellania
nullo Iure poteſt dici obreptitia ob falſam
expreſſionem, quòd perſonalem reſidentiam
non requireret, quia ad effectum, vt ſubſti-
neatur penſio impoſita ſuper ſimplici Cap-
pellania, nullatenus à Iure attenditur, an
ſit reſidentialis, vel ne, ſed ſolùm, an bene-
ficium ſit capax illius penſionis, & an verifi-
cetur expreſſus valor fructuum, cuius iuſti-
ficatio incontrouertibilis redditur in præ-
ſentia, nedum quia ex aduerſo contrarium
non probatur; ſed fortiùs, ſtante Iurata
11 expreſſione valoris ſcutorum 60. auri de
Camera facta ab eodem aduerſario, *Garz.de*
benefic par.5. cap.3.nu.202.& ſeq.Cardin. de
Luca de benefic.diſc.26. num.9. & diſc.90. nu.
21. Cardin.Mantic.dec.132. numer.1. Buratt.
dec.931.num.1. Ludouiſ dec.143. nu.2. Arch.
Royas dec.337. nu.2. verſ. præſertim. Cardin.
Ottobon.dec.187. nu.3. Rot.in rec.dec.357. nu.
10. & dec.168. nu.4. & ſeq part.10.

Ideòque militant ſuperiùs firmata, quòd
falſa aſsertio, quòad qualitatem non reſi-
dentiæ non vitiet gratiam, cum de Iure illa
non debuerit neceſſariò exprimi, neque à
Papa in aliqua conſideratione haberi potue
rit ad effectum reſeruationis penſionis ſuper
dicta Cappellania, quám nihilòminus, etiam
expreſſa qualitate reſidentiæ, fuiſſet con-
ceſsurus, prout in his terminis, quòd gra-
12 tia non poſſit dici ſubreptitia ob non factã
expreſſionem qualitatis reſidentialis in Cap-
pellania, eò quia huiuſmodi expreſſio talis
non eſset, quæ potuiſset retrahere Pontifi-
cem à conceſſione gratiæ; ideòque non in-
ducat ſubreptionem, quę gratiam annullet,
egregiè *Card.Caualer. dec.551. num.5. Arch.*
Royas d.dec.337. nu 5. in qua fuit receſsum
ab altera *deciſione* contraria 303. *nu.*8. ſupra
*nu.*2. allegata in obiecto.

13 Prædicta fortiùs procedunt abſque vlla
controuerſia; ſi hæc Cappellania eſset bene-
ficium ſimplex ſine cura, prout enunciatur
in litteris Apoſtolicis, quo caſu, cum reſi-
dentia non ſit præciſa; ſed cauſatiua; prout
in dubio præſumitur, iuxtà receptam alle-
gationem *Lapi 35. & 117. vtrobique num.2.*
Butr.in cap.final.num.7. de Cleric.*non reſiden.*
Bich dec.13. num 8. Arch.Royas.dec.337.nu.
5. eò magis qualitas reſidentiæ non erat ex-
primenda, vt in terminis *Card.Caualer.dict.*
dec.551.num.6. Arch. Royas d.dec.337.nu.5.
et duob.ſeqq.

14 Idque etiam, ſi in limine fundationis,
prout in præſentia, fuerit iniunctum onus
Cappellano quotidiè Miſſas celebrandi, quod
poteſt per alium implere, cum non dicatur
electa induſtria perſonæ, *Lapus d.allegat.35.*
nu.3. & allegat.117.nu.2. verſ.quod autem,
Cardin.in cap.de multa, § fin.in fin verſ. quintò
quæro, de præbend.Felin.in cap.cum omnes.nu.
32. circa fin. verſ.& hoc procedit, et n.55.Fab.
de Anna conſ.22.per tot. lib.1.Gabr.conſ.191.
num.1. lib.1.Gonzal.ad regul.8.gloſ.5. nu.74.
& ſeqq. Hoyed de incompatibilit.benefic.par.2.
cap.1.nu.2. Garz.de benefic.par.7. cap.1.n.85.
& ſeq. aſserens, quòd ista opinio ſit vera,
& tenenda, *Lotter.de re benefic. lib.3. qu.27.*
num.13. Squillan.de priuileg.Cleric.cap.4.num.
26. & ſeq. Gratian.diſcept.133. nu.12. et ſeq.
Epiſc.Ricc in prax.for.Eccleſ.reſolut.337.nu.2.
& reſolut.339. nu.3. verſ.his accedit, Campa-
nil.in diuerſ.Iur.Canon.in 2. Comment.rubr.7,
cap.6.num.13. Tondut.lib.1.qu.benefic.cap.31.
num.1. & duob.ſeqq. Antonin. reſolut.4. nu.3.
Epiſc.Viuian.in prax.Iur patronat. lib.6.cap.6.
num.31.& ſeqq. Quarant.in ſumm. bullar. in
verbo *ſeruitium Cappellaniæ*, *Card.de Luca*
de benefic.diſc.58.num.2.Ciurlin.controu.211.
num.41. Caſtr.Pal.oper.moral.part.2.tract.13.
diſp.1. p.6.nu.18. Burat.dec.92. nu.2. Ludou.
dec.108. nu.5. ibique *add. numer.15. Merlin.*
dec.825. num 4.et ſeqq.Card.Celſ.dec.155. nu.
11.Rot.in rec.dec.203. nu.14. p.11.

15 Contraria verò ſententia, de qua *Barbat.*
conſ.33. num.6.& 7. lib.2. Dec.conſ.129. n.3.
Guttierez conſ.1.n.11. & conſ.2. per tot.Perez
in l.1. tit.6. ordinum.col.246. verſ.notabile,
Lambertin.de Iur.patron.lib.2. part.1. quæſt.7.
princip.art.27. nu.1. procedit, quoties in fun-
datione legitur iniuncta ſpecialis obligatio
celebrandi Miſsas per ſeipſum per verba per-
ſonaliſſima, *Lapus d.alleg.35.nu.3 & allegat.*
117.ſub num.2. verſ.nec obſtat, Felin.in cap.cũ
omnes, num.32.circa fin.verſ. & hoc procedit,
de inſtit. Card.in cap final.nu.16.de cleric.non
reſiden.Lotter de re benefic.lib.3.qu.27.nu.12.
& lib.2. qu.47.nu.34. & ſeqq. vbi, quòd licèt
diſponens referat onus celebrandi ad per-
ſonam; ſi tamen expreſsè non remouet hác
facultatem celebrandi per alium; inflectitur
illa relatio, vt ſtet demonſtratiuè ad quali-
tatem oneris, non autem diſpoſitiuè ad qua-
litatem perſonæ illud abſoluere debentis,
Sanch.conſil.moral.lib.7.cap.1. dub.48.nu.14

Garz.

Garz.de beneſic.p.7. cap.1.nu.85.& ſeqq. inquiens, ità pluries fuiſse declaratum per Sacram Congregationem Concilii, *Gonzal. ad regul.8.gloſ.5. num.74.& ſeq. Addent. ad Ludouiſ.dec.108. nu.5.* Card.*Mant.dec.86.n.3. Merlin.dec.825.num.5. et ſeqq.* referens plures reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, *Bich dec.436. numer.21. Card. Celſ.deciſ.367. num.17.*

16 Vel ſaltem verbis æquipollentibus id fuerit demandatum, *Fagnan. in cap. vt Abbates num.76.verſ obſeruandum eſt tamen, de ætat. & qualit Gonzal.ad d regul.8. Cancell. gloſ.5. n.101 Garz. de beneſic.d.p.7. cap.1. n. 98. Corrad in Prax. beneſic. lib.2. cap* 10. il ſecondo, *num.89. Barboſ.de Iur.Eccleſ.lib.3.cap 5.n 32. verſ.vice verſa.* vbi plures enumerat cõiecturas, ex quibus huiuſmodi teſtatoris voluntas deprehendi poteſt, vt Cappellania ſit Sacerdotalis, *Card.de Luca de beneſic. diſc.61. num.4. & diſc.62. nu.6. verſ.quò verò.*

17 His igitur firmatis, expreſſio, quòd Cappellania non requirat reſidentiã benè poteſt ſaluari ab obreptione, cum poſſit intelligi
18 de reſidentia præciſa, omnis enim poſſibilis interpretatio capienda eſt pro euitanda ſubreptione, *Felin. in cap. nonnulli, nu.18. de reſcript.Gabr.conſ.200. numer.14.lib.1. Caſſador. dec.12.nu.6. de præbend.& dec.1. de priuileg. Duran.dec.285. nu.50. Bich. dec.472. num.5. repetita in rec. dec.177. nu.6. p.11.*

Vlteriùs ad maiorem prædictorum confirmationem eſset diligenter inſpiciendum, an iuxtà ſtylum Cancellariæ in reſeruatione conſimilium penſionũ ſuper huiuſmodi Cappellaniis conſueuerit exprimi qualitas perſonalis reſidentiæ, vel non reſidentiæ; ſi enim fortaſsè hæc qualitas non eſt ſolita exprimi, vindicaret ſibi locum recepta concluſio;
19 quòd ad effectum inſpiciendi, an gratia ſit ſubreptitia, vel obreptitia, vel ob taciturnitatem, vel ob falſam expreſſionem, & an Papa fuiſset, vel ne conceſsurus, attendi potiſſimùm debeat communis vſus aliarum litterarum conceſsarum, vel ſolitum concedi, prout benè aduertunt *Felin. in cap. ſuper litteris, nu.8. & in cap.in noſtra, num.19. de reſcript. Lap.alleg.* 89. *num.6. add.ad* Ludo*uiſ.dec.150. num.10. verſ.et maximè, add. ad Burratt.dec.510. in fin.Card.de* Luca *de beneſic diſc.40.num.15. et diſc.42.nu.11.Caſſador.dec. 12. nu.14.de præbend.Coccin.dec.328. num.2.*
20 *& ſeq.* vbi in proximis terminis, quòd gratia reſeruationis penſionis ſuper præbenda non dicatur ſubreptitia ob non factam expreſſionem, quòd eadem præbenda haberet annexam Pœnitentiariam, dum, attento ſtylo, communique vſu conſimilium litterarum huiuſmodi expreſſio fieri non conſueuerat, optimè *Rot. in recent.dec.310. num.2.et 5. & et dec.419. num.1. part.14.* rectèque con-
21 fert concluſio, quòd circa interpretationem gratiarum ſolitum Principis ſit attendendum, *Boſſ.de remed. ex ſola clement.Principis, num.7. Io.Franc. de Ponte conſ.69. numer.38. lib.1.*

22 Quòad ſecundam inſpectionem, admiſsa, ſine veri præiudicio, nullitate reſeruationis penſionis ob falſam aſsertionem, quòd Cappellania non requireret perſonalem reſidentiam ſubingreditur quæſtio, an gratia contenta ſub vnica ſupplicatione, in qua fuerunt admiſsæ reſignationes plurium beneficiorum, cum nonnullis penſionibus, & inter alias cum prædicta penſione controuerſa ſuper Cappellania, corruat in totum, vel ſolum reſpectu dictæ penſionis reſeruatæ ſuper eadem Cappellania, ſuper qua cadit prætenſa obreptio ob falſam expreſſionem non reſidentiæ.

In huiuſmodi quæſtione apud Interpretes nimis inuoluta ob cõtrarias ſentẽtias, ne incidamus, in æquiuoca; arbitror eſſe procedendum cum infraſcriptis diſtinctionibus.

23 Aut enim gratia ſubreptitiè, ſiue obreptitiè obtenta eſt vnica, continens, ſcilicèt, collationem vnius beneficii, & abſque dubio ſubreptio, tamquàm reſpiciens ipſam ſubſtantiam gratiæ toti gratiæ reſiſtit, influendo etiam in omnes clauſulas ibidem contentas, iuxtà receptam diſtinctionem *Putei 390.lib.1.in correct.* quẽ ſequitur *Rot in rec.dec. 394.n.5. p.4.* repetita coram *Vbald. dec.304. n.13. Archiep.Carrill.dec.250.nu.9.*

Si verò gratia continet plura capitula ſeparata reſpectu perſonarum, & beneficiorũ, & tunc eſt adhibenda ſubdiſtinctio.

24 Aut ſubreptio in vno non fuit cauſa obtinendi, quòad omnia, & tunc, ceſſante dolo, non vitiat gratiam, quòad alia capitula ſeparata, vt eſt *text. in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6.* ibique *Franc. num.4. Felin. in cap.ſedes, nu.1. & ſeq.eod.tit.Abb. in d.cap. ſuper litteris in primo notab.* ibique *Zabarell. num.4. Butr.in cap.conſtitutus 21. de reſcript. Dec.in princip.* & latè *Fagnan. num.72. Barboſ num.4. eod. tit. de reſcript.* idem *Fagnan. in cap. ad audientiam,* il primo, *num.6. de reſcript. Rebuff.tom.2. ad l.Gallia,tit.de reſcript. in Præfat.num.110. Perez in l.1. qu.13. verſ. tamen ſecundum quos, tit.12. lib.3.ordinat. Tiraq.de pœn.temperand. cap.44. nu.41. Garz.de beneſic. p.8.cap.3. nu.16.& ſeq.Sanchez. de matrim.lib.8.diſp.2. num.71. & ſeq. Reuerter. dec.317. nu.2.propè fin.* ibique *de Marin.in obſeruat.& dec.319. num.2. circa med.Creſcent. dec.17. num.2. de reſcript.Cæſar.de Graſſ.dec.3 num.3. de præbend.Card.Seraphin.dec.351.nu. 15. Rot. in Legien. Praſtimon. 26. Martij 1593. coram Card. Pamphilio,* vbi, quòd gratia ſubſtineatur reſpectu aliorum beneficio-

rum, cum ſubreptio in vna parte gratiæ, ſeù reſcripti, quando non eſt doloſa, non vitiet in parte ſeparata.

25 Aut ſubreptio in vno fuit cauſa obtinendi quòad omnia, habetque connexitatem cum reliquis, vel fuit in parte, quæ cauſat principaliter conceſſionem, vel interceſſit dolus, & tunc gratia remanet vitiata in totum, vt latè poſt plures allegatos *Fagnan. in d. cap. ad audientiam* il primo, *num. 7. et in d. cap. ſuper litteris, num. 18. & ſeq. et num. 62. et 78. de reſcript. Garz. d. p. 8. cap. 3. num. 18. Rot. in Burgen. Decimarum de Eſcalante 30. Ianuar. 1589. & 16. Februar. 1590. coram Bubalo*, aliique ſuperiùs adducti in primo membro ſubdiſtinctionis.

Qua diſtinctione præmiſſa à communi Doctorum Schola recepta, & cum qua optimè poſſunt concordari deciſiones contrariæ, videtur reſpondendum, quód, quatenus obreptio poſſit ſubſiſtere, non exinde vitietur gratia, niſi reſpectu penſionis reſeruatæ ſuper Cappellania, ſuper qua cadit obreptio; non autem quòad reſignationes beneficiorũ, quæ continentur in eadem gratia, tamquàm omninò inter ſe ſeparata, neque aliquo modo connexa.

Præcipuè, quia nullatenus poteſt dici, quòd ſubreptio, quòad non reſidentiam falsò expreſſam in Cappellania fuerit cauſa obtinendi reſignationes aliorum beneficiorum, cum aliis penſionibus impoſitis.

26 Neque poteſt reſultare correſpectiuitas omnium contentorum in gratia ex illorum contextualitate ſub vnica ſupplicatione, & expeditione *l. petens C. de pactis*, vbi ſignater *Bald. nu. 49. Spad. conſ. 297. num. 27. lib. 3. de Ponte conſ. 10. nu. 3. & ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 279 num. 7. & ſeqq. Surd. dec. 7. nu. 33. & deciſ. 23. num. 5. & dec. 155. nu. 9. Giurb. dec. 85. nu 18. et duob. ſeqq. Verall. dec. 206 nu. 3. p. 1. Card. Caualer. dec. 612. nu. 24.*

27 Siquidem huiuſmodi correſpectiuitas, ſeù connexitas actuum debuit adeſſe ex parte Papæ concedentis; ita vt vnum ſine altero non conceſſiſſet; ad hoc, vt gratia corruat in totum ratione ſubreptionis ex allegatis.

Secus verò reſpectu reſignantium, in qui-
28 bus non poteſt conſiderari huiuſmodi correſpectiuitas actuum, cum ex illa in beneficialibus reſultaret Simonia, *Felin. in cap. paſtorales de reſcript. Dec. in l. ſi certi conditio, §. ſi nummos num. 14. ff. ſi cert. petat. & in cap. ex parte* il primo *de offic. delegat. Corn. conſil. 1. lib. 1. Sarmen. in Regul. de triennal. quæſt. 12. num. 12.* & in his terminis reſignationis benè *Spad. conſ. 86. num. 6. conſ. 111. num. 2. & conſ. 154. num. 3. & 5. lib. 1. Saruen. de triennali qu. 12. verſ. ſecundò*, vbi, quòd in beneficialibus actus reciproci inducant ſimoniam *Pariſ. de reſignat. lib. 14. q. 9. n. 9. & ſeqq. Redoh. de ſimon. par. 2. cap. 11. n. 16. Mohed. dec. 4. et 5. de ſimon. Verall. dec 206. par. 1. & dec. 240. p. 3. Put. dec. 171. lib. 2. in antiq. Card. Seraph. dec. 237. nu. 2.*

Præterquàm quòd, quatenus etiam verſa-
29 remur in prophanis; adhuc ſublata remaneret prætenſa correſpetiuitas, quæ non habet locum, quando actus contextuales ſunt diuerſæ naturæ, & vnus non influit ad determinationem alterius, habentque ſinguli peculiarem cauſam, *Anchar. in cap. acceſſorium ſub num. 16. verſ. prætereà iſti duo actus, de reg. Iur. in 6. Baptiſt. de Sancto Blaſio in tract. de correlatiuis qu. 66. num 54. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 28. in addit. lit. F. Bich. dec. 406. num. 31. & dec. 281. num. 27. & ſeq. Archiepiſc. Carrill. dec. 177. in fin. Dunozett. Iun. dec. 881. num. 12.*

Quòad tertiam inſpectionem, reſolutio pendet à præcedenti quæſtione; ſi enim ex ſupra firmatis gratia non corruit in totum; ſed ſolùm in ea parte, in qua cadit obreptio reſpectu penſionis impoſitę ſuper dicta Cappellania ſub falſa expreſſione, quòd non requireret reſidentiam; abſque dubio non poterit dari regreſſus ad Canonicatum, & be-
30 neficia reſignata, cui eatenus poſſet eſſe locus, quatenus omnes reſignationes fuerint à Papa admiſſæ intuitu penſionis impoſitæ ſuper Cappellania, quo caſu poſſet dari regreſſus reſignantibus, ſtante nullitate eiuſdẽ penſionis ex adductis per *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6. qu. 3. num. 7. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 40. num. 272. & ſeq. Ciarlin. controu. 36 num. 2. lib. 1. Tondut. de penſion. cap. 45. nu. 6. Creſcent. dec. 17. ſub n. 3. verſ. aliàs vidi de reſcri. Burat. dec. 830. n. 3 & ſeq. Merl. dec. 214. num. 3.* & in his terminis poteſt procedere facultas ſuper regreſſu conceſſa reſignantibus in litteris Apoſtolicis.

ARGVMENTVM.

Cappellania, ex quibus ſit præſumenda potiùs Sacerdotalis, quàm ſimplex: Ad intellectum allegationis *Lapi 35.*

Sacerdotalis qualitas ſuperueniens, in quo caſu non ſuffragetur, ſed præcisè requiratur in actu præſentationis.

Diſpoſitio *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17.* prohibens pluralitatem beneficiorum ſub eodem tecto, an procedat in beneficijs de Iurepatronatus.

Cappellaniæ, vniformes exiſtentes ſub eodem tecto obtineri valent ab eodem

Cap-

Cappellano, abſque diſpẽſatione Apoſtolica, quoties ad diuerſos fines ſunt inſtitutæ, & ad ſeparatam Congregationem faciendam, ità vt idem Cappelnus integrum miſſarum onus per ſe ipſum implere poſſit.

Fœminę, in quo caſu dici debeant excluſæ à Iure præſentandi.

Beneficii incompatibilitas, ex quibus excluſa remaneat.

S V M M A R I V M.

1 *Cappellania, an ſit ſimplex, vel Sacerdotalis à verbis fundationis eſt definiendnm.*

2 *Cappellania dicitnr Sacerdotalis, quando Teſtator inſimnl innxit actum præſentationis cũ qualitate Sacerdotij in Cappellanum, & cnm onere celebrandi.*

3 *Celebrandi exercitium, non conuenit Sacerdoti habitu tantùm.*

4 *Cappellania fortiùs præſumitur Sacerdotalis, qnando qualitas Sacerdotalis legitnr plnries à fundatore requiſita.*

5 *Verbum* Presbyter *poteſt conuenire etiam Clericis, ſignanter, qnando eſt prolatnm materno ſermone.*

6 *Contrarium, quòd verbum* Presbyter *in propria ſignificatione ad Sacerdotem ſit referendum.*

7 *Verbum* Presbyter *refertnr ad Sacerdotem, qnãdo Teſtator loquntns eſt de Presbytero idoneo ad celebrandum.*

8 *Vna pars teſtamenti alteram declarat.*

9 *Verba ſubſequentia alióquin dubia, à precedentibus interpretationem recipiunt.*

10 *Verbum* Presbyter *intelligi debet de Sacerdote, quando fundator promiſcuè loqnutus fuit de Sacerdote, & Presbytero.*

11 *Cappellania non dicitnr Sacerdotalis, quoties non fuit expreſſum, quòd Sacerdos per ſe ipſum celebret.*

Secus ſi fuerit adiectũ onus ſimpliciter celebrandi, eum cenſeri debeat demonſtratiuè adiectum ad denotandum qualitatem oneris beneficio impreſſi, non autem taxatiuè ad eligendam Sacerdotis perſonam.

12 *Declaratur* Lapus allegat. 35. & n. 14.

13 *Fundator, quoties diſpoſuit, vt ſi reperiatur Sacerdos de agnatione, præſentetur, cæteriſq; preferatur, tunc Sacerdotalis qualitas præciſè tempore præſentationis debet adeſſe.*

Adeò vt Sacerdotii qualitas ſuperueniens Clericis præſentatis non ſuffragetur, exiſtente tunc temporis Sacerdote de agnatione, qui omnino eſt preſentandus, & ſucceſſiuè inſtituendus.

14 Allegatio Lapi 35. *ſolùm procedit, quando ſimpliciter fundator vult, quòd præſentatus celebret Diuina in Altari conſtructo, quia poteſt per alium celebrare, non autem, quando expreſsè in fundatione cauetur, vt præſentetur Sacerdos.*

15 *Cappellaniæ in fundatione, quando fuit appoſitum ſimplex onus Miſſarum, per ſubſtitutum celebrari valent.*

Secus, ſi qualitas Sacerdotalis in præſentando requiratur.

16 *Vigore legis vniuerſalis, vel particularis ſtatuti, conſuetudinis, vel priuilegij, quoties debet fieri collatio, vel præſentatio beneficiati habentis Sacrum Ordinem annexum, tunc ſufficit, quòd ille, cui ſit collatio, ætatem habeat legitimam ad illum ordinem ſuſcipiendum.*

Secus, quãdo agitur de Iurepatronatus præſertim Laicali, in quo Laicus fundator diſponat, quòd præſentetur Sacerdos, tunc enim non ſufficit, quòd præſentatus ætatem habeat ad Sacerdotium; ſed præciſè requiritur, quòd ſit actu Sacerdos tempore præſentationis,

Commendatur Rota in rec. dec. 218. part. 2. & dec. 496. part. 1.

17 *Quando verſamur in diſpoſitione legis vniuerſalis, vel particularis, & Ordo Sacerdotalis ſimpliciter deſideratur, neque actum reſpicit præſentationis, tunc cenſetur per modum aptitudinis requiſitus, non contemporaneè, & actu cum ipſa electione, & prouiſione.*

Contrarium aſſerendum, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & Ordo Sacerdotalis reſpicit actum præſentationis.

18 *In Iure non adeſt repugnantia, quòd donec exiſtat Sacerdos de agnatione, Cappellania cenſeatur Sacerdotalis, adeò ut Sacerdos agnatus ſit præferẽdus Clerico pariter agnato, non exiſtente verò Sacerdote agnato, efficiatur ſimplex.*

19 *Iuſpatronatus ſimplex, finita familia euadit hereditarium.*

Laudatur Ancharan. conſ. 81. nu. 4.

20 Rotæ Romanæ *auctoritati in materiis beneficialibus eſt ſummoperè deferendum.*

21 *Sacerdotij qualitatem habens à fundatore requiſitam dici debet ab eodemmet fundatore nominatus, & præſentatus, etiamſi fortaſsè minora Patronorum ſuffraggia enumeret.*

22 *Idque etiam, ſi à nullo fuiſſet præſentatus.*

23 *Qualitates fundationis, quãdo vni tantùm conueniunt, Patronus tenetur illum præſentare, neque legem fundationis tranſgredi valet.*

24 *Sacerdotalem qualitatem à fundatore requiſitam non habens tempore præſentationis, non eſt inſtituendus in Cappellania, quamuis maiora Patronorum ſuffraggia obtinuerit*

25 *Iuſpatronatus ſub Vniuerſitate bonorum hæreditariorum comprehenditur,*

26 *Fœminæ à maſculis deſcendentes dicuntur perpetuò excluſæ à Iurepatronatus, donec maſculi exiſtant, ſtante diſpoſitione fundatoris fœminas expreſsè excludente.*

27 *Fœminæ excluduntur à Iurepatronatus, quoties eſt vocata linea maſculina; multóque magis, quãdo linea maſculina expreſsè reperitur excluſa.*

28 *Iuſpatronatus reſeruatum taxatiuè pro maſculis fęminas non admittit, neque ab illis deſcendentes.*

29 *Obſeruantiæ interpretatiuæ in claris non eſt locus.*

30 *Obſeruantia proxima; non autem remota eſt attendenda.*

31 *Idque etiam procedit in terminis obſeruantiæ pro declaratione Iuriſpatronatus.*

32 *Obſeruantia dicitur remota, quando non eſt intra quadraginta annos.*

33 *Maſculi ſunt præferendi fęminis in ſingulis proprijs lineis, non autem reciprocè, vt fideicommiſſum tranſeat de linea ad lineam.*

34 Id tamen non procedit, ſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus, vt nempè, hæreditas conſeruari debeat in linea maſculina tantùm perpetuò, & ſemper excluſa linea fœminina.

35 Duæ Cappellaniæ vniformes exiſtentes in eadem Eccleſia, & ſub eodem tecto, vtpotè incompatibiles obtineri non poſſunt ab eadem perſona, abſque Apoſtolica diſpenſatione.

Declara, vt num. 37. & ſeqq.

36 Diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17. prohibens pluralitatem beneficiorum, vtpotè loquens de collatione, non procedit in aliquorũ ſententia in inſtitutione, atque adeò in Iurepatronatus.

37 Duæ Cappellaniæ ſimplices nullam actualem reſidentiam requirentes in eadem Eccleſia retineri poſſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione.

38 Cappellaniæ, an, & quando dici non valeant beneficia vniformia ſub eodem tecto, & num. ſeqq.

39 Beneficia vniformia ſub eodem tecto propriè loquendo eſſe dicuntur, quando in eadem Eccleſia exiſtunt.

40 Intellige, vt ad effectum incõpatibilitatis neceſſè ſit, quòd vtrumque beneficium requirat idem miniſterium, exercitiumque in eodem loco, itàut beneficiati, ſeu Cappellani conuenire debeant in vnum, eademque peragant munera.

Secus, ſi eſſent plures Cappellaniæ in eadem Eccleſia ad diuerſos fines inſtitutæ, & ad ſeparatam congregationem faciendam; tunc enim nulla prorſus oritur incompatibilitas.

41 In Cappellanijs, licèt ſub eodem tecto exiſtẽtibus, quoties idemmet Cappellanus integrum Miſſarum onus per ſe ipſum implere poteſt, tunc nõ adeſt incompatibilitas, vt idem Cappellanus vtramque obtineat abſque diſpenſatione Apoſtolica.

42 Incompatibilitas ad ſummum impedire poteſt retentionem; non autem collationem, acquiſitionemque ſecundi beneficij.

43 Fundator, quoties reſtrinxit in aliqua parte præſentationem, vel inſtitutionem, non eſt præſumendum, voluiſſe, vt ea locum habeat in his, quos ipſe, vtpotè proximiores, atque adeò prædilectos ad Iuſpatronatus vocauit; ſed ſolùmmodò in ſucceſſoribus.

44 Iurepatronatus in aſſequendo ex Iuris præſumptione, melioris conditionis eſſe non debent remotiores de agnatione, quàm proximiores.

45 Fauor in odium retorqueri non debet.

46 Verba ſubſequentia, licèt ampla, non comprehendunt ea, de quibus Teſtator diſcretiuè prouidit in alia parte, etiam ſi alioquin eſſent apta comprehendere.

47 Clauſula generalis non operatur circa ea, de quibus eſt ſpecialiter diſpoſitum.

48 Relatio non ſe habet ad omnia præcedentia, quando adeſt ſpecialis prouiſio.

49 Præcipuè, quando concurrit præſumpta voluntas.

50 Fundator Iuriſpatronatus ſibi debet imputare, cur legem apertiùs non dixerit.

51 Succeſſio in Iurepatronatus eſt omninò regulanda à lege præſcripta in fundatione.

52 Tempus potiùs cenſeri debet adiectum demonſtratiuè, quàm taxatiuè.

53 Veriſimilitudo operatur, vt diſpoſitio facta à Teſtatore in vno caſu porrigatur ad alium, in quo veriſimiliter idem diſpoſuiſſet, ſi de eo cogitaſſet, aut fuiſſet interrogatus, & nu. 56.

54 Caſus habens eamdem rationem, quam habebat ille conſideratus à teſtatore, dicitur comprehenſus.

55 Quando veriſimiliter habetur violenta coniectura voluntatis teſtatoris, debet ſuppleri, & plus cenſeri dictum, & minus ſcriptum.

56 Nulla melior eſt diſpoſitionis interpretatio, quam ea, quę deprehenditur, quòd, ſi viueret teſtator, aut, ſi fuiſſet interrogatus, veriſimiliter fuiſſet reſponſurus; adeòut pro diſpoſito, & expreſſo haberi debeat, licèt diſpoſitum adhuc non fuerit.

57 Obſeruantia optimè declarat verba dubia; Ita vt talis dicatur adeſſe ſenſus in verbis, qualem demonſtrat obſeruantia, effectuſque ſubſequutus.

58 Obſeruantia optimè interpretatur qualitatem beneficiorum.

59 Obſeruantia eſt valdè attendenda in materia incompatibilitatis.

60 Declarat ambiguitatem fundationis Iuriſpatronatus.

Signanter, quando eſt proxima immediatè poſt mortem Fundatoris, non autem remota.

C A P V T CXC.

CIRCA triplicem inſpectionem præſens quæſtio verſatur.

Primò: An Cappellania controuerſa ſit Sacerdotalis, vel potiùs ſimplex.

Secundò: An fęminæ præſentare valeant.

Tertiò demum: An aliqua adſit incompatibilitas inter primam, ſecundamq; Cappellaniam, itaut R. D. Batholomæus Cerrone præſentatus, cuius Iura tnemur, non poſſit in vtraque inſtitui abſque Apoſtolica diſpenſatione.

Aggrediendo igitur primi articuli diſputationem, Cappellania erecta á qu. Ioanne Cerrone abſque vlla prorſus controuerſia, eſt Sacerdotalis; adeòut pernecesſè ſit præſentandus Sacerdos, actu, non autem habitu;

1 Idque ſatis liquidè deprehenditur, inſpectis diligenter verbis fundationis, à quibus tota huiuſmodi quæſtio eſt definienda, cap. præterea il ſecondo de Iur. patron. Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora, nu. 11. de electione, Barbat. conſ. 33. nu. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 50. n. 14. lib. 4. Lam-

Lambert.de Iurepatronat.p.1.lib.2.qu.7.art.28.nu.2.Garz.de beneſic.p.7.cap.1.n.84.Rot.in rec.dec.496.nu.2. p.1. ibi; *Che detta Cappellania doppo la morte del Diacono Domenico Cerrone mio figlio, ritrouandoſi altro in ordine di Sacerdote, & habile à poter celebrar dette Meſſe, e fuſſe della ſua Caſata, ſia preſentato in d. Iuſpatronato. et non ritrouandoſi Prete, ſeù altro di detta Caſata, ſi debba preſentare vn'altro Prete idoneo.*

2 In quibus verbis ea eſt adhibenda diligens animaduerſio, quòd Teſtator inſimul iunxit actum præſentationis cum qualitate Sacerdotii in Cappellanum, & cum onere celebrādi, adeòut qualitas illa Sacerdotalis, oneriſque prædicti Miſſas celebrandi per conſequēs debeat ineſſe, & concurrere in ipſomet præſentationis tempore, prout in his præciſis terminis per *tex.in cap.nemo deinceps*, ibique *gloſ.* verbo *Sacerdotio*, vbi *Gemin.de elect.in 6.* firmant *Abb.in d.cap.cum in cunctis §.inferiora, nu.10. et ſeq.* ibique *Dec.nu.21.ad fin.et nu.ſeq.de elect Barbat.conſ.33 n.8.10.et 21. lib.2. Dec.con.129 nu.5.Pariſ.conſ.150. num.13. et ſeqq.lib.4.Guttier.conſ.1.nu.12.et ſeqq.Bellon.Iun conſ.56.nu.4 Ferrett.conſ 211.nu.8. & 9.* Roce.*de Iurepatr.* verbo *honorificum,n.27. Lābert.eod.tract. lib.2.par.1.qu.7. art.27.et 29. Rebuff.in prax.tit.requiſita ad collationem,nu.33.Garz.de beneſic p.7.cap.1.nu.58.64.65. & 78.et ſeqq.Lotter de re beneſic.lib.2.q.47. n.8.et ſeqq Spino de teſtam.gloſ.4.nu.67. Zecch.de Republ Eccleſ.cap.de beneficiariis,nu.4. notab.vlt.verſ.quo verò, Gonzal.ad regul.8.gl 5.num.105.Aldan.in compend.can.reſolut.lib.2.tit.4.n.3.Ciarlin.contr.211.n.29.et ſeqq. Maceraten.var.reſolut.lib.1 reſolut.19.nu.1. Sanchez.reſp.Moral.lib.7.cap.1.dub.48.n.3 et 15 in fin.Monet.de commut.vlt.volunt.cap.10.num.137.& ſeq.et 145.Viuian.de Iur.patr lib 6.cap.6.n.42.et ſeq.Caſtropal.oper Mor.tract.13.diſp.1.punct.6 nu.11.et ſeq. Barbol.de poteſt. Epiſc.alleg 72.nu.104* plurieſq; cōprobauit *Rot.* ſignanter *in rec.dec.596.p.1 dec.216.n.2.et ſeq.p.2.Cardin Seraph.dec.871.nu.1 Barat dec.680.nu.2. & ſeq.* vbi in ſpecie de Cappellania *Dunoz. Iun.dec.956.nu.10.Bich.dec.553.n.12.& dec.313.nu.5.et ſeq. et in Cremonen. Præpoſituræ 23. Maii 1644. coram Card. Corrado impreſſa penes Viuianum de Iur.patr. dec.139. nu.23.* repetita poſt *Caren.cap.10.eod.num.*

In quibus deciſionibus habetur, quòd præſentandus debeat eſſe actu Sacerdos, tempore præſentationis, cæteriſq; huiuſmodi qualitate Sacerdotali deſtitutis ſit præferendus, neque Sacerdotium ſufficiat ſuperueniens, quoties expreſsè teſtator, ſiue fundator diſpoſuit, vt præſentari debeat Sacerdos.

3 Ponderando potiſſimùm verba, ibi: *habile à poter celebrare dette Meſſe*, cum celebrandi exercitium nullatenus conueniat Sacerdoti habitu tantùm, prout in ſpecie aduertit *Barbat.d.conſ.33.n.10. lib.2.Lambert.de Iuriſpatr lib.2.p.1.qu.2 princip.art.27.nu.29.* quos refert, & ſequitur *Rot.in rec.d.dec.496.numer.3 par.1.*

4 Multóq; magis, quia qualitas Sacerdotalis legitur pluries à fundatore repetita, ibi: *E non trouandoſi Prete, ſeù altro di detta caſata, ſi debba preſentare vn'altro Prete idoneo*; vt in ſpecie *Pariſ.d.conſ.50.nu.14.et ſeq.lib.4.Mar.Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.3.num.7.Ciarlin.contron.211.n.18.verſ.ſed nihilòminus,& ſeq.Garz.de benef par.7.cap.1.n.66.verſ.ex quibus Rot.in rec dec.216.n.2. p.2.Card.Seraph.deciſ.871.n.1.* vbi in terminis de verbis geminatis *Sacerdos, & Presbyter.*

5 Neque obiiciatur, quòd verbum *Presbyter* poſſit conuenire etiam Clericis, ſignanter, quando prout in præſenti, eſt prolatum materno ſermone, *cap.noſtra de cohabit. Clericor.Card. Mant.dec.129.nu.2.*

6 Quidquid enim ſit de prædictis, quæ abſq; difficultate non tranſeunt, cum verbum *Presbyter* in propria ſignificatione ad Sacerdotem ſit referendum, *cap.Cleros 21.diſt.Barbat.d conſ.33.n.9. lib.2.Dec conſ.22.n.5. Moneta de commut.ult.vol.cap.10.n.55.Garz.de benef.p.7.cap 1.n.56.Rot.in rec dec.216.n.2.p 2.*

Sublata prorſus remanet quælibet difficultas, cum teſtator loquutus fuerit de Præsbytero idoneo ad celebrandum, ibi: *Si debba*
7 *preſentare vn'altro Prete idoneo*, quod perneceſſe eſt intelligendum de Sacerdote, vt in
ſpecie *Rot in rec.dec.496 nu.8.p.1.* Signanter,
quia per eadem ferè verba loquutus fuit teſtator,
quando expreſſam de Sacerdote mentionem
fecerat in antecedentibus verbis, ibi: *in ordine di Sacerdote, & habile à poter celebrare*,
vna enim pars teſtamenti ab altera
8 declaratur, *l.vxor, § fin.* vbi præcipuè *Bald.ff.
de legat.3. Alex conſ.94.n.1.lib.1. Pariſ. conſ.
74.n.12.lib.3.Marta vot.107.n.28.Rnn.conſil.
83.n.5.& 15.lib.2.Caſtill.lib.2.contr. cap.4.n.
11.Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.
9.nu.1.Larrea dec Granat.67.nu.8.Bich.deciſ.
101 n.3.et dec.134.nu.19.*

9 Et eſt regulare, vt verba ſubſequentia, aliòquin dubia, à præcedentibus interpretationem recipiant, *l.non eſt nouum, ff.de legib. l.ſi ex pluribus ,ff.de ſolution.Cephal conſ.13.n.17 Surd.conſ.421.n.12.et dec.233.n.19.et ſeq.Altogr.cōſ.3.n.18.lib.1.Cornazz.dec.10.n.21.* & in his terminis *Ciarl.in d.contr. 211.n.48.*
10 vbi, quòd nomen *Presbyter* intelligi debeat
de Sacerdote, quando fundator loquutus
promiſcuè fuit de Sacerdote, & Presbytero.

11 Nullatenus verò ſubſiſtunt ex aduerſo deducta, quòd, nempè, Cappellania non ſit cenſenda Sacerdotalis, cum in teſtamento non legatur expreſſum, quòd Sacerdos per ſeipsū celebret, quòdque eiuſdem teſtatoris volun-

tari

tati ſatis ſuperque dicatur conſultum, ſi à
quocumque Miſſæ celebrentur, cum onus ce-
braudi cenſeri debeat demonſtratiuè adie-
ctum ad denotandam qualitatem oneris be-
neficio impreſſi, non autem taxatiuè ad eli-
gendam Sacerdotis perſonam, iuxtà celebrē
allegationem *Lapi* 35. quam præceteris ſe-
ctantur *Gonzal.ad regul.8.Cancell. gloſ.5. nu.
74.& ſeq. Garz.de beneſic.p.7.cap.1.nu.85. &
ſeq.Lotter.de re beneſ.lib.2.qu.47. nu.34.et ſeq.
Alphonſ.de Leon.de offic.Cappel.p.1.q.4 prax.
1.n.98.et prax.6. nu.208.et 210. Squillant. de
priuil.Cleric.cap.4.n.27.Gratiā.cap.133.n.10.
& ſeqq. & dec.155.n.4.Barboſ. de Iur. Eccleſ.
vniu.lib.3.cap.5.n.30.et in Collect.ad Cōc.Trid.
ſeſſ.25.cap.5.n.4.5.& 6.Epiſ.Genuenſ.in prax
Arch.cap.24.n.11.in 1.edition.Monet.de com-
mut.vlt.volunt.cap.10.nu.104.et ſeqq. Beltra-
min.ad Ludouiſ.dec.208. nu.15. Ciarlin. contr.
38.nu.15.*

Siquidē pro tollendis æquiuocis, quæ fre-
quenter inter Interpretes in huiuſmodi arti-
culo contingere ſolent, eſt animaduertendū,
quòd proximè firmata concluſio rectè pro-
cedere valeat, quando ſimpliciter fundator
decreuit, quód præſentatus celebret, vel quòd
præſentetur, ſiue eligatur Cappellanus, ſiue
Sacerdos, qui Miſſas celebret; tunc enim cum
poſſit per alium celebrare, meritò Cappel-
12 lania non dicitur Sacerdotalis, & in his ter-
minis loquitur *Lapus d. alleg.35.* aliique ſu-
periùs laudati.

Secus aſſerendum, quando, prout in the-
mate, de quo diſceptatur, expreſsè in funda-
tione Cappellaniæ reperitur cautum, vt ſi re-
periatur Sacerdos de Agnatione præſentetur,
13 cæteriſque præferatur; tunc enim abſque
vlla prorſus controuerſia huiuſmodi Sacer-
dotalis qualitas tempore præſentationis præ-
cisè debeat adeſſe, adeòut Sacerdotium ſu-
perueniens nullo iure Clericis præſentatis
ſuffragari valeat, exiſtente tunc temporis
Sacerdote de Agnatione, qui omninò eſt præ-
ſentandus, & ſucceſſiuè inſtituendus, *Abb.in
d.cap.cum in cunctis, §.inferiora, nu.10. et ſeq.*
ibique *Dec.n.20.21. ad fin.& ſeq.de elect.Bar-
bat.conſ.33.nu.8.lib.2.Rocc.de* Iur.patr.in ver-
bo *honorificum, q.4.n.2.6.& ſeq.*Lambertin.*de
tract.lib.2. p.1.q.7.princip.art.28.Gonzal. ad
reg.8.Cancell.gloſ.5.in princip.nu.105. Garz.
de beneſic.p.7.cap.1.n.58.& ſeqq.Gratian cap.
133.n.4.& 25.Lotter.de re beneſic.lib.2.qu.47
n.10.& ſeqq.Zeroll.in prax.Epiſc.*verbo *bene-
ficium, concluſ.5.* aliiſque relatis latè *Ciarlin.
contr.211.nu.29.& ſeqq.Barboſ.de* Iur.*Eccleſ.
vniu.lib.3.cap.5.num.32.propè fin.verſ.ſecundò
quando, Epiſc. Ricc.dec.238.p.3. Duran.deciſ.
290.num.4.* & ſatisfaciendo prædictæ allega-
tioni *Lapi* 35. aliſque auctoritatibus in obie-
cto allegatis, conſtanter huiuſmodi diſtin-
ctionem adhibuit *Rota*, omninò videnda, ſi-
guanter coram *Card.Seraph.dec.871.n.1.et 7.*
in ſpecie affirmans, quòd allegatio *Lapi 35.*
14 ſolùmmodò procedat; quandò ſimpliciter
fundator vult, quòd præſentatus celebret di-
uina in altari conſtructo, quia poteſt per
alium celebrare, non autem, quando expreſ-
sè in fundatione cauetur, vt præſentetur Sa-
cerdos, aſſerens, ità perpetuò fuiſſe in *Rota*
ſeruatum, *Buratt.dec.680. num.5.& 6.* affir-
mans, quòd contraria concluſio, ſolùm ſibi
locum vindicet, quando in fundatione Cāp-
15 pellaniæ eſt appoſitum ſimplex onus Miſſa-
rum, in quo caſu per ſubſtitutum celebrari
valent, ſecus, ſi qualitas Sacerdotalis in præ-
ſentando requiratur, *Dunozett. Iun.dec.956.
nu.10.& ſeq.* in qua aliæ concordantes *Rotæ
deciſiones* allegantur.

16 Viteriùs contraria concluſio procedit,
quando vigore legis Vniuerſalis, vel parti-
cularis ſtatuti, conſuetudinis, vel priuilegii
debet fieri collatio, vel præſentatio beneficii
habentis Sacrum ordinem annexum; tunc
enim ſufficit, quòd ille, cui fit collatio, ætatē
habeat legitimam ad illum ordinem ſuſci-
piendum.

Secus affirmandum in Iurepatronatus præ-
ſertim Laicali, & quando verſamur in diſpo-
ſitione Laici apponentis legem in re ſuà, quá
vtique poteſt adiicere, hoc enim caſu, quan-
do Laicus diſponit, quòd præſentetur Sacer-
dos, nullatenus ſufficit, quòd præſentatus
ætatem habeat ad Sacerdotium, ſed præcisè
requiritur, quòd ſit actu Sacerdos tempore
præſentationis, prout in ſpecie poſt *Barbat.
d.conſ.33.in fin. lib 2. alioſq.allegatos*, egregiè
aduertit *Rot.videnda in rec.dec.218.n 4. verſ.
nec etiam obſtat, p.2.* idemque firmatur *deciſ.
496. num.4. & ſeq. p.1.* in qua optimè ad
rem, de qua eſt ſermo, aduertitur, quòd con-
traria ſibi locum vindicent, quando verſa-
mur in diſpoſitione legis vniuerſalis, vel par-
17 ticularis, & ordo Sacerdotalis ſimpliciter
deſideraretur, neque actum reſpiceret præ-
ſentationis, quia tunc cenſeretur per modum
aptitudinis requiſitus, non contemporaneè,
& actu cum ipſa electione, vel prouiſione,
ſecus verò, quando, prout in hac facti ſpecie;
ſumus in diſpoſitione hominis, & ordo Sa-
cerdotalis reſpicit actum præſentationis. pō-
deratis verbis, ibi; *ritrouandoſi altro in ordi-
ne di Sacerdoto, & habile à poter celebrar det-
te Meſſe*, in hoc enim caſu nullo prorſus iure
ſubſiſteret præſentatio, niſi præſentatus eſſet
actu Sacerdos, eamdemque diſtinctionem
inter diſpoſitionem legis, & hominis, vti ve-
riſſimam admittit, *Card. de Luca de beneſic.
diſc.96.nu.19.*

Minus etiam aduerſatur, quòd Cappella-
nia ſit cenſenda ſimplex, non autem Sacerdo-
talis, inſpectis verbis, *& non trouandoſi Pre-
te, ſeù altro di detta caſata.*

18 Siquidem nulla prorſus adeſt in iure repu-
gnantia, quòd donec exiſtat Sacerdos de A-
gnatione, Cappellania cenſeatur Sacerdota-
lis, adeout Sacerdos Agnatus ſit præferen-
dus Clerico pariter Agnato, non exiſtente
verò Sacerdote Agnato, efficiatur ſimplex,
prout in ſimili habemus, quòd Iuſpatrona-
tus gentilitium, finita familia, euadat hære-
19 ditarium, iuxtà celebre *conſ. Archaran. 81.*
num. 4. & per tot. Calderin. *conſ. 48. num. 21.*
lib. 4. Ferret. conſ. 131. n. 10. lib. 1. Lotter. de re
benefic. lib. 2 qu. 11. nu. 11. & ſeqq. Tondut. lib. 2.
qu. benefic cap. 157. n. 34. Caren. reſolut. 142. nu
6. Card de Luca de Iurepatr. diſc 35. n. 3. Rot. di-
uerſ. dec. 385. p. 1. Card. Seraph. dec. 364 num. 3.
& ſeq. Merlin. dec. 450. n. 14. Card. Celſ. dec. 85.
in fin. Bich. dec. 553. nu. 3.

20 His igitur firmatis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura videntur abſolutiſſima iuxtà ſenſum
Rotæ Romanæ, cuius auctoritati in huiuſmo-
di materiis beneficialibus eſt ſummoperè de-
ferendum, abſque dubio R. D. Bartholomeus
Cerrone præſentatus ad Cappellaniam con-
trouerſam eſt inſtituendus, cum tanquàm
habens Sacerdotii qualitatem à fundatore
requiſitam dici debeat ab eodemmet funda-
21 tore nominatus, & præſentatus, idque etiã
ſi fortaſsè minora Patronorum ſuffragia enu
meret, *Rocc. de Iurepatr. in* verbo *beneficium*,
qu. 16. n. 43. Lambert. eod tract. lib. 2 p. 3. qu. 4.
art. 5. n. 1. et ſeq. Garz. de benefic. par. 7. cap 15.
n. 2. & ſeqq. Bich. dec. 189. n. 12. & dec. 661. nu.
1. & 4 Rot. in rec. dec. 216. p. 2. & dec. 122. n. 1.
& ſeq. p. 11. vbi etiam ſi á nullo fuiſſet præ-
22 ſentatus, & in ſpecie Cappellaniæ, in qua
fundator decreuit, vt præſentari debeat Sa-
cerdos, *Buratt. dec. 680. per tot.* Quando enim
23 qualitates fundationis vni tantùm conue-
niunt, Patronus tenetur illum præſentare,
neque legem fundationis tranſgredi valet,
Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 38. nu. 26. & ſeqq.
& qu. 51. nu. 39. & ſeqq. Put. dec. 252. ſub n. 2.
& 3. lib. 3. in correct. Rot. in rec. dec. 97. num. 7.
p. 3. Bich. dec. 189. num. 10. & ſeq. & dec. 264.
n. 18. & dec. 277. n. 1. Buratt. dec. 559. nu. 1. &
dec. 737. nu. 5.

24 E conuerſò autem nullo prorſus iure eſt
inſtituendus Clericus Cerrone aduerſarius,
vtpotè prædicta qualitate Sacerdotali om-
ninò deſtitutus tempore præſentationis,
quàmuis iuxtà eius ſuppoſitum maiora obti-
nuerit patronorum ſuffragia, *cap. quia conti-*
git de Relig. domib. Abb. in d. cap. cum in cun-
ctis, §. inferiora, nu. 10. & ſeq. de elect. Barbat. d.
conſ. 33. ſub n. 9. uerſ. cum ergo voluerit teſtator,
& ſeq. lib. 2. Bellon. Iun. conſ. 56. nu. 4. Garz. de
benef p. 7. cap. 15. n. 2. 3. & 7. Card. Seraph. dec.
1270. nu. 1. Card. Maut. dec. 115. nu. 5. uerſ. neq;
obſtat, Duran. dec. 8. & 25. vtrobiq. nu. 3. Bich.
dec. 661. nu. 13. Rot. in rec. dec. 372. nu. 2. p. 11.
& in ſpecie Cappellaniæ *Buratt. dec. 680. ſub*
num. 1.

Quó verò ad ſecundam inſpectionem, An
feminæ admitti debeant ad præſentandum,
licèt de ea nõ eſſet opus diſputare, nam etiã,
ſine veri præiudicio, admiſſo, quòd feminis,
Ius competat preſentandi, quòdque in ad-
uerſario maior ſuffragiorum numerus con-
currat, adhuc eidem non ſuffragatur ob defi-
cientem Sacerdotii qualitatem præcisè á
fundatore requiſitam, tempore præſentatio-
nis, ex ſupra firmatis;

Nihilòminus, quatenus de prædicta inſpe-
ctione eſſet agendum, extra omnem videtur
controuerſiam feminarum excluſio, ponde-
ratis verbis teſtamenti, ibi: *Item, che detti*
heredi vno ſucceda all'altro in infinitum, & in
nullo modo poſſa, e vaglia hereditare robbe
mie paterne, nè quello io hò acquiſtato in perpe-
tuum, mà debbiano eſſere della linea mia ma-
ſcolina tantùm, e non feminina, quale debbia
hauer la dote ſua di paraggio, e ſua legitima
tantùm, & non aliter, nec alio modo, nella qua-
le hereditá la femina ex nunc l'excludo, & ſiano
caſſe, irrite, e nulle, ma ſempre in futurum
habbia da eſſere della linea mia maſculina, &
non aliter. Cumque abſque difficultate Iuſ-
patronatus ſub Vniuerſitate bonorum hæ-
25 reditariorum dici debeat comprehenſum,
cap. ex literis, cap. cũ ſeculũ, ibique *gloſ.* verbo
emptorum de Iurepatronatus, Couarr. var. reſol.
lib. 2. cap 13. nu. 3. Garz. de benefic. p. 5. cap. 9.
nu. 16. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 9. nu. 49. &
ſeq.

Hinc eſt, vt ſtante prædicta diſpoſitio-
26 ne Iuſpatronatus complectente, feminæ á
maſculis deſcendẽtes dicantur perpetuó ex-
cluſæ à Iurepatronatus, donec maſculi exi-
ſtant, iuxtà receptam theoricam *Caſtren. in*
l. maritus, ſub nu. 5. C. de procurat. quam omiſ-
ſis penè innumeris, qui poſſent allegari; præ-
ceteris ſectantur *Ruin. conſ. 149. num 11. lib 2*
& conſ. 126. nu. 13. lib. 1. Giouagn. reſponſ. 7. nu
15. 17. & 41. lib. 1. latè. & benè *Menoch. conſ.*
205. nu. 18. & ſeq. & nu. 38. & conſ. 625. nu. 9.
& conſ. 1153. nu. 9. Caball. conſ. 84. per tot. lib. 2
Soccin. Iun. conſ. 69. nu. 30. lib. 3. Baudenſ. conſil.
55. nu. 2. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 29
& 30. Molin. de Hiſpan Primog. lib. 1. cap. 6. ſub
nu. 38. & lib. 3. cap. 5. ſub nu. 69. Fuſar. conſil.
192. nu. 29. & de ſubſtit. qu. 346. ſub num. 31.
Tondut. lib. 2. qu. ciuil. cap. 183. nu. 20. de Luca
de linea legal. ar. 16. n. 44. & ſeq. Manz. conſult
61. Add. ad dec. 199. nu. 163. & ſeq. p. 8. rec. Rot.
in rec. dec. 223. ſub nu. 5. p. 2. & dec. 33. num. 1.
& ſeq. p. 7. & dec. 95. nu. 5. & ſeqq. p. 11. re-
petita poſt *Cenſal. ad Peregr. dec. 17. & deciſ.*
312. cad. p. 11. rec. Duran. dec. 300. nu. 6.

27 Et in his ſpecialibus terminis pro exclu-
ſione feminarum à Iurepatronatus, quoties
eſt vocata linea maſculina, multòque magis,
quando, prout in præſenti, linea feminina
expreſsè reperitur excluſa, *Ancharan. in cap.*
ex

Digitized by Google

ex inſinuatione ſub nu.2. extrà de Iurepatronatus, Abb. in cap.1.nu.3. eod.tit. Lambert. de Iur. patr. par.2.lib.1.qu.2.principal.art.15.nu.1. & ſeqq. Rocc. de Curt. eod. tract. verbo competens, nu.1. & ſeq. Pariſ. conſ.48. ſub nu.8. verſ. ex quibus, & nu.14. & ſeqq. lib.4. Maccratenſ. var. lib.1. reſolut.60. nu.1. Tondut. lib.2. qu. benefic. cap.157. nu.33. & ſeq. Lotter de re benefic. lib.2 qu.11. nu.67. & ſeqq. Card. de Luca de Iur. patr. diſc.30. nu.5. & ſeqq latè Rot. dec.139. nu.7. & ſeqq. poſt Viuian. de Iur. patr. Bich. dec.206 nu.2. Cracouien. Præpoſituræ 12. Iunij 1645. §. eiuſdem verò, in fin. & 4. Maij 1646. §. primo
28 coram Veroſpio, vbi, quòd Iuſpatronatus reſeruatum taxatiuè pro maſculis, feminas non admittat, neque ab illis deſcendentes.

Nullatenus aduerſante contraria obſeruantia deducta ex duabus præſentationibus factis à feminis anno 1603. & 1679. Si enim illam pars aduerſa deducere contendat vti interpretatiuam, nullo prorſus iure poterit ſuffragari; cum enim feminarum perpetua excluſio à Iure præſentandi ex lege fun-
29 dationis ſit apertiſſima, vt ſupra eſt comprobatum, in claris non eſt locus obſeruantiæ interpretatiuæ, l.3. in fin. Cod. de liber. præterit. Aretin. conſ.115. n.2. Dec. conſ.49. nu.1. Lotter. de re benefic. lib.1. qu.39. nu.229. & qu.40. nu.238. Ciarlin. controu.211. nu.51. & ſeq. Card. de Luca de Iur. patronat. diſc.29. num.10. Ludouiſ. dec.184. nu.5. Rot. in rec. dec.170. n.6. part.11.

30 Signanter, quia de prima præſentatione anni 1603. vtpotè antiquiſſima nulla prorſus eſt habenda ratio, cum obſeruantia proxima ſit attendenda, non autem remota, l. mela 14. verſ. ſed ſi alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat. Bald. in probæm. ff n.7. Ludouiſ. dec 325. nu.1. ibique add. nu.25. Rota diuerſ. deciſ. 759. nu.3. & dec 105. nu.10. p.7. & in terminis obſeruantiæ pro declaratione Iuriſpa-
31 tronatus Card. de Luca de Iur. patronat. diſc.60 nu.11. & diſc.34. nu.10. Card. Ottobon. deciſ.26. num.14. & ſeq. remota autem dici debet, quãdo, prout in præſentia, non eſt intra quadra-
32 ginta annos, ſed illos longè plus duplo excedit, add. ad Ludouiſ. d. dec.325. numer.25. verſ. dicitur autem, Rot. in rec. dec.105. nu.12. p.7. Bich. dec.295. n.18.

33 Neque meretur attendi obiectum, quòd maſculi ſint præferendi feminis diſcretiuè in ſingulis propriis lineis, non autem reciprocè, vt fideicommiſſum trãſeat de linea ad lineã, adeòut femina ob maſculorum deficientiam ſuperſtes ex vna linea excludi debeat á maſculis alterius lineæ, iuxtà celebrem deciſionem Card Seraph. 1023 n 3. & ſeq.

34 Siquidem id non procedit, ſtantibus verbis geminatis perpetuitatem denotantibus, vt hæreditas conſeruari debeat in linea maſculina tantùm, perpetuò, & ſemper excluſa linea feminina; prout ex verbis teſtamenti ſupra relatis fruſtrá repetendis; non enim hæreditas perpetuò conſeruaretur in linea maſculina tantùm, neque ſempiterna eſſet prælatio maſculorum feminis, cum omnimoda excluſione cuiuſuis lineæ femininæ iuxtà Teſtatoris voluntatem, niſi adeſſet fideicommiſſum reciprocum maſculinum, etiã de linea ad lineam; prout in terminis optimè arguunt reſpondendo contrariis, & ponderando dictionem ſemper, & in perpetuum, quæ in quocumque gradu, & linea prælert maſculos vnius lineæ feminis alterius, illas excludendo ab hæreditate proprii parentis, deducta ſolùmmodo dote, vel legitima, Rimin. Iun. conſ.313. n.32. & ſeqq. & in eodem caſu Leonius conſ.23. & trib. ſeqq. Peregr. conſ. 62. nu.16. & ſeqq. lib.1. & conſ.47. nu.9. lib.4. Aldonin. conſ.92. n.17. & ſeqq. latè, & egregiè Caſanat. conſ.47. nu.67. & 112 & conſ.50. n.2. & ſeqq. Paueirol. conſ 91. nu.20. Roman. conſ.9. n.16. verſ. & notanda, & conſ.100. ſub nu.63. verſ. & interuenientibus, & nu.64. Fuſar. de ſubſtit. q.475. n.23. Altograd. conſ 92. nu.7. & ſeqq. lib.1. Io. Bapt. Saminiat. penes Altogr. Iun. controu.42. n.45. verſ. coniectura, & ſeqq. Redeuaſch. conſ.58. n.135. Gratian. cap.621. nu.19 & ſeq Menoch. lib.4. præſump.85. n.18. Caren. reſol. 129. n.4. & ſeqq vbi n.6. verſ. & in hoc caſu in ſpecie põderatur geminatio verborũ ſuper perpetuitate, quę adeſt in pręſẽti, Baitel. vlt. volunt. dec.8. nu.16. Caſtill. dec.103. n.8 lib.1. Cutell. dec. Sicil. 29. nu.11. & ſeqq. Rot. in rec. dec.284. n.36. & ſeq p.6.

35 Quòad tertiam inſpectionem nullo prorſus iure aduerſatur prætenſa incompatibilitas conſequendi duas Cappellanias abſque diſpenſatione Apoſtolica, vtpotè vniformes, & exiſtentes in eadem Eccleſia, & ſub eodem tecto ob reſiſtentiam Iuris Canonici in cap. de multa 28. de præbend. cui eſt omninò conforme Sacr. Conc. Trid. ſeſſ.7. de reformat. cap.4. idque ex pluribus, quæ ſaltem inſimul ponderanda rem conſtituunt extrà omnem controuerſiam.

36 Primò, quia in ſatis probabili ſententia diſpoſitio Sac. Conc. Trid. ſeſſ.24. de refor. cap. 17. prohibens pluralitatem beneficiorum, vtpotè loquens de collatione, non procedit in inſtitutione, atque adeò in beneficiis de Iurepatronatus, vt in ſpecie firmant Lambertin. de Iur. patr. p.1. lib.2. q.7. art.15. n.15. aſſerens, ſe fuiſſe inſtitutum in triginta ſeptem beneficiis, quorum maior pars erat de Iurepatronatus Laicorum, eumdemque ſectãtur Maſſobr. in cap. haben. concurſ. requiſit.7. dub.18 nu.1. & ſeqq. Viuian. de Iur. patr. lib.6. cap.10. nu.25. & ſeqq. eidemque ſententiæ tamquàm vltimo loco relatæ adhæret, Barboſ. in collect. ad dictum Concil. num.8. verſ. contrà Lambertinus.

37 Se-

37 Secundò magis in ſpecie duæ Cappellaniæ ſimplices nullam actualem reſidentiam requirentes in eadem Eccleſia retineri poſſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione, vt in ſpecie firmat *Nauarr.conſ.16.de præbend. & in Enchirid.cap.25.n.127.Iacob.de Graff.lib.2. decis.caſ.conſcient.cap.96.nu.25 Grinell.dec. Dolan.89.Tondut.lib.1.qu.beneſic.p.2.cap.5.§.6. n.4.Zerol.in Prax.Epiſc.2.p.*verbo *beneficium, §.13.Io.Franc.Leo in Theſaur for.Eccl.p.2.cap 3.n.12.& cap.8.num.55.Epiſc.Antonell. de Regim.Eccleſ.lib.3.cap.3.n.16.*

38 Præcipuè, quia, & hoc rogatur aduerti, Cappellaniæ controuerſæ reuera dici non valent beneficia vniformia ſub eodem tecto, in quibus vindicat ſibi locum diſpoſitio, *cap. de multa 28.de præbend.& Sac.Conc. d.ſeſſ.7.*
39 *de reformat.cap.*4. Sed potiùs difformia; licèt enim propriè loquendo beneficia vniformia ſub eodem tecto eſſe dicantur; quando in eadem Eccleſia exiſtunt.

40 Nihilòminus ad effectum incompatibilitatis, neceſsè eſt, quód vtrumque beneficium requirat idem miniſterium, exercitiumq; in eodem loco; ità vt benefitiati, ſeù Cappellani conuenire debeant in vnum, eademque peragant munera; nam, ſi eſſent plures Cappellaniæ in eadem Eccleſia ad diuerſos fines inſtitutæ, & ad ſeparatam Congregationem faciendam, nulla prorſus oriretur incompatibilitas, prout in terminis optimè declarat *Nauarr.conſ.16.n.2.de præbend.* iuxtà nouiſſimam impreſſionem, qui teſtatur, itá pluries in praxi vidiſſe receptum; quem ſequuntur *Gonzal ad Regul.8.Cancell.gloſ.10.nu.34.Gratian.cap 133.nu.20. Mandoſ de ſignatur. Gratian.tit.de diſpenſat.ad beneſic.ſub eodem tecto, verſ.ad duo, Zerol.in prax.Epiſc.2.p.*verbo *beneficium,§.13.*& verbo *conformitas,§.1.Zecch. de Republ.Eccleſ.cap.de beneſic. ſub n.4. verſ. in primo capite,& de beneſic.& penſion.cap.5. n.4.Piaceeb.in prax.Epiſc.p.2. cap.25. nu.26. Tondut.lib.1.qu.beneſic p.2.cap.5 §.6.num.11. Laym.in Theolog.Moral.lib.4.tract.2.cap.8. de Eccleſiaſt.beneſic.n.7. verſ.probabile item eſt, Card.de Luca de beneſic.diſc.57. num.4.* rectè aſſerens, quód nulla adſit incompatibilitas in duobus beneficiis vniſotmibus eiuſdem nominis, quæ tamen ordinata non ſint ad idem miniſterium, neque ſimul concurrant ad efformandum, ſeù conſtituendum vnum, idemque corpus, ſed conſiderentor ſingulariter, ac diſtinctè, puta, quia ſint diuerſæ Cappellaniæ ad diuerſos fines, & cum diuerſis oneribos in Cappella eiuſdem Eccleſiæ erectæ.

41 His igitur firmatis, quæ ioxtà receptiorē ſententiam ſunt in iure ſolidiſſima, cum in cappellaniis, de quibus agitur, abſque dubio poſſit idemmet Cappellanus in eadem hebdomada integtum miſſarum onus etiam per ſeipſum implere: Meritò nulla prorſus adeſſe videtur vniformitas, quæ incompatibilitatem parere valeat, cum ſolùm illa verificetur in duabus dignitatibus, Canonicatibus, vel ſimilibus in eadē Eccleſia exiſtētibus, prout explicatur in *d.cap.de multa 28.de præben.* cui eſt omninò cōſorme *Sac.Conc.Trid.d.ſeſſ.7 de reformat.cap.*4. quorum miniſterium per eamdem perſonam impoſſibile ſit adimpleri vno, eodemque tempore, prout in ſpecie optimè declarat *Layman.in Theol.Moral.d.lib.4.tract. 2.cap.8.de Eccleſ.beneſ.num.7. verſ. probabile item eſt,* aſſerens iure communi inſpecto, cōceſſum eſſe, vt duo Altaria, quibus vnus Cappellanus ſatisfacere poteſt, eidem conferantur, quia difformia beneficia cenſeri debent, cum diſtincta onera, ſine officia habeant, V.G. vt in vno Altari bis in hebdomada, in altero aliis tribus, vel quatuor diebus ſacrificium peragatur.

Tandem non aduerſatur obiectum ſuper prætenſa incompatibilitate, eó, quòd Reu. Bartholomæus poſſideat tertiam Cappellaniam erectam à qu.Antonio Cerrone, à quo fuit prohibitum, vt eius Cappellanus pro tēpore non valeat eſſe beneficiatus in Cappellania qu.Ioannis Cerrone.

42 Siquidem, quatenus, illæſa veritate, admittatur prætenſa incompatibilitas inter vtramque Cappellaniam, illa tamen ad ſummum impedire fortaſsè poſſet retentionem, non autem collationem, acquiſitionemque ſecundi beneficii, prout ſunt iura *in cap commiſſa de elect.in 6. cap. de multa de præbend. Gabr.conſ.193.n.6.lib.1. Lotter. de re beneſic. lib.3.qu.23.nu.27. Mohedon. dec.14 de præbend.Card. Seraphin.dec.774.n.2. Card. Caualer dec.450.nu.6.*

Denique non aduerſatur, quòd, nempè ſecunda portio Cappellaniæ controuerſæ erectæ à qu Dominico Cerrone anno 1666. cuius collatio fuit reſeruata Reu. Ordinario Auerſano, ſit omninò ſeparata à prima portione, atque adeò non poſſit vtraque obtineri á R.D.Bartholomæo Cerrone, præcipuè, quia idem fundator diſpoſuit, vt deficientibus Presbyteris, & Clericis familiæ Cerrone, conferri debeat Beneficiato Cappellaniæ S.Io Baptiſtæ.

Siquidem huiuſmodi prætenſa ſeparatio primæ portionis Cappellaniæ à ſecunda nullo prorſus iure poteſt intelligi, quòad perſonas, ſed ſolùmmodò, quòad actum inſtitutionis, expeditionemque Bullarum, cum prima diſcrepet à ſecunda, quòad præſentationem, collationemque, nam prima præſentatio ſpectabat ad Patronos, ſolùmque inſtitutio ad Ordinarium; in ſecunda verò fuit reſeruata collatio priuatiuè fauore eiuſdem Ordinarii, cum legibus à fundatore præſcriptis, ideòque, ne vtraque portio Cappellaniæ ſub eiſdem regulis præſentationis fa-

ciendæ comprehendatur, prudenter diſpo-
ſuit fundator, vt ſecunda portio ab eo ere-
cta ſit ſeparata à prima, præcipuè pro eius
memoria conſeruanda, ad quod potiſſimùm
huiuſmodi fundationes reſpiciunt.

Nullatenus aduerſante, quòd fundator
diſpoſuerit, ibi: *In caſo non vi fuſſero Preti,*
ò Clerici di Caſa Cerrone, ò deſcendenti dalle
femine, in tal caſo detta ſeconda portione ſi
debba conferire à quello ſarà Beneficiato di
detta Cappellania di S. Gio. Battiſta, Iuſpatro-
nato di detta famiglia.

Ex prædictis enim verbis nullo prorſus iu-
re valet inferri prætenſa incapacitas Reu. D.
Bartholomæi aſſequendi vtramque portio-
nem; cum enim huius vocatio ad Iuſpatro-
natus poſt obitum Scipionis primo loco vo-
cati, ſit incontronertibilis, & literalis in fun-
datione ſecundæ portionis facta à Domini-
co, vtpotè fratris eiuſdem Scipionis, ibi: *E*
ſuccedendo il caſo, che moriſſe detto Clerico
Scipione frà lo ſpatio d'anni quindici, ſi confe-
riſchi ad vn'altro figlio di detto Gio. che forſe
ſi ritrouaſſe Clerico, qualis eſt R. D. Bartho-
lomæus filius d Ioannis. & reſpectiue frater
Scipionis primo loco vocati ad Iuſpatrona-
tus.

Hinc reſultat, vt ſtante prædicta expreſſa
vocatione R. D. Bartholomæi poſt obitum
Scipionis fratris, ſubſequens Teſtatoris di-
ſpoſitio, ibi; *In tal caſo detta ſeconda portione*
ſi debba conferire à quello ſarà beneficiato di
detta Cappellania di S. Gio. Battiſta, nullo iure
intelligi valeat reſpectu perſonæ R. Bartho-
lomæi in antecedenti diſpoſitione expreſsè
vocati, vtpotè nepotis proximioris ex Io-
anne fratre, ſed potiùs de aliis ſucceſſiuè vo-
catis poſt tempus remotiſſimum, quod á te-
ſtatore fuit conſideratum, poſt nempè defi-
cientiam Sacerdotum, & Clericorum de fa-
milia, vel deſcendentinm ex [f]œminis: Cum
43 regulare ſit, quòd, quoties fundator reſtrin-
xit in aliqua parte præſentationem, vel in-
ſtitutionem, non ſit præſumendum, voluiſſe,
vt ea locum habeat in his, quos ipſemet, vt-
potè proximiores, atque adeò prædilectos
vocauit ad Iuſpatronatus, ſed ſolùmmodò
in ſucceſſoribus poſt filios, alioſque deſcen-
dentes Ioannis fratris, *Spada conſ 341. nu. 13*
lib. 3.

Nam alioquin, admiſſo intellectu contra-
rio, nedum ſequeretur maximum abſurdum
repugnans præſumptæ voluntati Teſtatoris,
reguliſq; Iuris, quòd melioris conditionis in
44 aſſequenda huiuſmodi ſecunda portione, eſ-
ſent remotiores de agnatione, quàm R. Bar-
tholomæus proximior, vtpotè ex Io. fratre
nepos, *Ruin. conſ 42. num 8. & ſeq lib. 2. Cra-*
uett. conſ. 135. n. 8. Surd. conſ. 85. num. 27. lib. 1.
Gabr. conſ. 14. num. 35 lib. 1. Fuſar. conſ. 176. nu.
25. de ſubſtit. qu. 320. num. 44. Card. Mant. de
coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 16. Sed etiam
45 vocatio ad ſecundam portionem fauore R.
Bartholomæi inducta retorqueretur in eius
odium, ſi vtramque portionem conſequi non
poſſet, contra Iura *in l. nulla iuris ratio 24. ff.*
de legib. leg. quod fauore, Cod. eod. tit. cap. quòd ad
gratiam, de reg. Iur. in 6.

46 Huiuſmodi verò intellectus remanet com-
probatus duabus inconcuſſis regulis Iuris.
Primò, quòd verba ſubſequentia licèt ampla
non comprehendant ea, de quibus Teſtator
diſcretiuè prouidit in alia parte, etiamſi
alioquin eſſent apta comprehendere, *Ruin.*
conſ. 131 num. 4. lib. 2. Corn. conſ. 90. num. 6. &
ſeq. lib. 3.

47 Secundò, quòd clauſula generalis non ope-
retur circà ea, de quibus eſt ſpecialiter diſpo-
ſitum, *l. doli, clauſ. 19. ff. de verbor. oblig. l. liber-*
tis 18. ff. de alim. & cibar. legat. Bero. conſ. 121.
nu. 3. lib. 2. Crauett. conſ. 32. nu 1. Surd. conſ. 241
num. 29. Bertazzol. conſ. crim 64 lib. 1. & conſ.
115. nu. 4. Gratian. cap. 268. nu. 10. Cyriac. con-
trou 283. nu 59.

48 Prout ex hac eadem ratione relatio non
ſe habet ad omnia præcedentia, quando
adeſt ſpecialis prouiſio, *Caſtr. in l. 1. nu. 2. Cod.*
de liber. cauſ. Gabr. de clauſ concluſ. 9. nu. 1. Pe-
regrin de fideicom. art. 16. nu. 17. Menoch. præ-
ſumpt. 181. qu. 6. & ſeqq. lib. 4 Buratt. dec. 161.
n. 13 Bich. dec. 307. n. 7.

49 Multòque magis, quando concurrit præ-
ſumpta voluntas fundatoris, quem non vi-
detur veriſimile voluiſſe excludere à ſecunda
portione R D. Bartholòmæum proximiorem
nepotem prędilectum, & ſpecificè ad illam
vocatum, *Bart. conſ. 54. ſub nu. 4. verſ. & eos,*
quos magis dilexit, Fuſar. conſ. 180. n. 27. verſ.
ex veriſimili verò mente teſtatoris; Aym. conſ.
70 num. 9. Dec. conſ. 379. n 12. Paleaz de mato.
rat. p. 2. q. 12. n. 62. & in ſpecie ſucceſſionis in
Iurepatronatus, *Buratt. dec. 21. nu. 13. & ſeqq.*
Bich. dec. 334. num. 13. verſ. minus obſtat ſubſe-
quentia verba.

Vlteriùs, non ob aliam cauſam fun-
dator voluit, vt non exiſtentibus Sacerdoti-
bus, ſiue Clericis familiæ Cerrone, Iuſpatro-
natus conferri deberet Beneficiato Cappel-
laniæ S. Io. Baptiſtæ, niſi ad refrenandum Or-
dinarii Auerſani arbitrium, ne aliis extrà fa-
miliam conferat, ſed non exinde inferri va-
let, quòd, ſi caſus eueniat; vt R. D Bartho-
lomæus nepos primam portionem obtineat,
ſit incapax conſequendi ſecundam, cum id
nullibi in fundatione legatur, ſitque gratui-
ta ratiocinatio partis aduerſæ, ſibique debet
imputare fundator, cur legem apertiùs non
50 dixerit, *l. veteribus, ff. de pact.* cum aliis vul-
gatis, parumque faciendæ contrariæ depoſi-
tiones teſtium, cum in huiuſmodi materia
eſt potiſſimùm deferendum legi præſcriptæ
in fundatione, á qua ſucceſſio in Iurepatro-
natus

Digitized by Google

51 natus eſt omninò regulanda, Bald. conſ. 322.
lib. 2. Alex. conſ. 107. n. 5. & ſeq. lib. 2. Viuian.
de Iurepatr. p. 1. lib. 4. cap. 2. nu. 7. & p. 2. lib. 6.
cap. 6. n. 17. Nauar. conſ. 6. de Cleric. non reſidẽt.
Creſcent. dec. 7. de Iurepatr.

Fruſtrà autem obiicitur, quòd vocatio R.
D. Bartholomæi fuerit limitata ad tempus
annorum quindecim, infrà quod Scipio pri-
mo loco à fundatore vocatus obierit, cum
52 tempus illud cenſeri debeat appoſitum, po-
tiùs demonſtratiuè, quàm taxatiuè, cum co-
gitauerit vacationem fortaſsè infra illud tẽ-
pus euenturam, argum. text. in l. mulier 22.
ff. ad Senat. Conſult. Trebell. neque veriſimile
videri poteſt aliter diſpoſuiſſe, ſi poſteà con-
tigeret, ex qua veriſimilitudine, credibile
eſt, & præſumitur hoc voluiſſe teſtatorem,
53 debetque attendi, ac ſi expreſſiſſet, leg. cum
res 47. aliàs 49. in princip. ibi: nam ſi alibi vo-
luit, ibi præſtandum eſt, vbi Teſtator voluit;
vel vbi veriſimile eſt eum voluiſſe, ff. de legat. 1.
Iaſ. in l. Titius 25. §. Lutius, num. 2. ff. de de liber.
& poſthum. aſſerens, quòd prouiſio facta à
Teſtatore in vno caſu porrigatur ad alium,
in quo veriſimiliter idem prouidiſſet, ſi de eo
cogitaſſet, aut fuiſſet interrogatus, quod-
que in vltimis voluntatibus, non habeamus
vtiliorem regulam, quàm ſit iſta, Alex. conſ.
75. ſub num. 5. verſ. corroboratur prædicta,
Socein. Iun. conſ. 188. nu. 16. lib. 2. vbi, quòd di-
ſpoſitio debeat interpretari, prout de oc-
54 currenti caſu veriſimiliter reſpondiſſet teſta-
tor Alba conſ. 335. nu. 15. aſſerens, quòd ca-
ſus habens eamdem rationem, quam habe-
bat ille conſideratus à teſtatore, dicatur cõ-
prehenſus, Card. Mant. de coniect. vlt. volunt.
lib. 3. tit. 19. num. 1. & ſeq. vbi, quòd, quando
veriſimiliter habemus, prout in præſentia,
55 violentam coniecturam voluntatis teſtato-
ris debeat ſuppleri, & plus cenſeri dictum, &
minus ſcriptum, Cyriac. controu. 415. num. 13.
& ſeqq. & controu. 301. num. 12. & controu.
302. num. 11. & 15. Peregrin. de fideicom. art.
11. nu. 32.

56 Neque diſpoſitionis melior eſt inter-
pretatio, quàm ea, quę deprehenditur ex eo,
quòd, ſi viueret teſtator, aut, ſi fuiſſet inter-
rogatus, veriſimiliter fuiſſet reſponſurus,
adeòut pro diſpoſito, & expreſſo haberi de-
beat; licèt diſpoſitum adhuc non fuerit, l. tale
pactum, §. fin. ibique celebris gloſ. ff. de pact. l.
Titius, §. lucius, ff. deliber. & poſthum. l. Barba-
rius, verſ. ſed ſi ſciuiſſet, vbi præceteris Bald. in
notab. 1. ff. de offic. prætor. latè Burgos de Pax.
conſ. 34. nu. 29. & ſeq. Surd. conſ. 44. n. 4. et conſ.
112. n. 100. Gabr. conſ. 111. nu. 15. lib. 1. de Pon-
te conſ. 40. num. 10. lib. 1. Molin. de primog. Hi-
ſpan. lib. 1. cap. 4. nu. 24. & cap. 13. nu. 96. Sim.
de Petr. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dub. 4.
ſolut. 1. n. 77. & ſeqq. Caſtill. controu. Iur. lib. 4.
cap. 25. nu. 29. & latiùs cap. 12. nu. 1. & ſeqq.
Epiſc. Rocca Vol. II.

Viuius dec. 284. lib. 2. Franch. dec. 91. nu. 24.

Ceſſatque omninò quælibet difficultas, ſi
enim fortaſsè aliqua adeſſet dubietas in fun-
datione, quæ ex ſuprà firmatis reuera non
adeſt, illa prorſus ſublata remanſit ex ſubſe-
quuta obſeruantia, dum in facto mihi ſup-
ponitur, quòd R. Scipio Cerrone à fundato-
re primò vocatus ad hanc ſecundam portio-
nem Cappellaniæ fuerit etiam aſſequutus
primam portionem, ex qua obſeruantia op-
57 timè remanent declarata verba dubia eiuſ-
dem fundationis, itaut talis dicatur adeſſe
ſenſus in verbis, qualem demonſtrat obſer-
uantia, effectuſque ſubſequutus, latiſſimè
Becc. conſ. 202. nu. 11. lib. 2. Dec. conſ. 48. nu. 2.
Soccin. conſ. 111. nu. 5. lib. 1. Surd. conſ. 382. n. 2.
Ioſeph. Ludouic. concl. 38. Caren. reſolut. 102. nu.
9. Amat. reſolut. 42. n. 8. p. 1. Hier. Leo dec. Va-
lent. 29. nu. 8. & ſeqq. Add. ad Ludouiſ. dec. 184.
nu. 8. Card. Ottob. dec. 165. nu. 20. Card. Celſ. dec.
135. num. 6. Card. Canaler. dec. 80. & 199. Et
58 optimè interpretatur qualitatem beneficio-
rum Tondut. qu. benefic. p. 3. cap. 144. num. 17.
Epiſc. Maranta reſponſ. 46. nu. 32. p. 3. Rot. in
rec. dec. 275. nu. 7. Merlin. dec. 870. nu. 4. & 442.
num. 11. quòdque ſit valdè attendenda in
59 materia incompatibilitatis, Hoied. de incõ-
patibilit. par. 2. cap. 11. num. 2. & in ſpecie,
60 quòd declaret ambiguitatem fundationis
Iuriſpatronatus Buratt. dec. 679 num 8. & 9.
Card. Celſ. dec. 102 nu. 7. Rot. in rec. deciſ 490.
nu. 3. p. 1. & dec. 30. nu. 11. & dec. 86. num. 20.
poſt Viuian. de Iur. patr. Card. de Luca de Iur.
patr. diſc. 60. n. 11.

Signanter, quando eſt proxima immedia-
tè poſt mortem fundatoris, non autem re-
mota, prout in præſenti themate Caren. reſo-
lut. 10. nu. 3. & 5. Card. de Luca de Iur. patr.
diſc. 60. num. 11. Rot. diuerſ. dec. 34. numer. 13.
par. 2.

ARGVMENTVM.

Gratia conceſſa à Principe reſpectu alicu-
ius certæ, determinatęque qualitatis,
eatenus cenſetur conceſſa, quatenus ea-
dem qualitas perſeueret: Et, an, &
quando gratia dici debeat conceſſa po-
tiùs intuitu perſonæ, quàm officij, & è
conuerſo.

Ponſio extincta remanet per aſſumptio-
nem militiæ Sæcularis, & adhunc effe-
ctum trina monitio non requiritur.

Idque, etiam, ſi Penſionarius inſeruierit in
Militia Romano Pontifici; qui, quòad
cuſtodiam Status Eccleſiaſtici reputa-

tur Princeps omninò Sæcularis.

Gratia reſeruationis penſionis, quoties eſt conditionalis expectans ſuam perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus eiuſdem Gratiæ ſubſtantia, non autem illius executio fuerit tranſlata, ſi conditio fortè eueniat poſt obitum Papæ reſeruantis penſionem, gratia expirat: Ad ornatum *text. in cap. ſi cui de præbend. in 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Gratia, quoties fuit conceſſa à Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret.*

2 *Idque, etiam procedit in terminis penſionis.*

3 *Præcipuè, quando gratia conceditur intuitu officij, pretio quæſiti.*

4 *Gratia dicitur conceſſa potiùs intuitu perſonæ, quàm officij, quando fuit dictum* Concedimus Titio, qui etiam Miles Lauretanus exiſtit; *Secus verò, ſi ſimpliciter dictũ ſit* Concedimus Titio Militi Lauretano, *quo caſu militia ſtat taxatiuè; non autem demonſtratiuè.*

5 *Idem aſſerendum de penſione reſeruata alicui nominato Clerico, quo caſu Clericatus ſtat taxatiuè, non demonſtratiuè.*

6 *Qualitas expreſſa in Gratia per verbum futuri temporis non ſufficit, ſi ſemel extiterit; ſed omninò debet in futurum perſeuerare, vtpotè cauſa conſeruatiua Gratiæ; non autem inductiua.*

Qualitas in gratia expreſſa cenſetur gratia eſ-
7 *ſendi, quando in diſpoſitione adeſt verbum tractum temporis ſucceſſiuum denotans.*

8 *Penſio alicui quoties reſeruatur, vti Clerico, videtur ineſſe tacita conditio, ſi Clericus remaneat.*

9 *Penſionis reſeruatio tota pendet, & perficitur à voluntate Pontificis.*

10 *Clericatus ſuperueniens non ſuffragatur ad ſuſtinendam reſeruationem penſionis factam fauore alicuius vti Clerici.*

11 *Habilitas perſonæ ad beneficia, ſeù penſiones inſpici debet tempore prouiſionis.*

12 *Nec non tempore actus celebrati.*

13 *Habilitas ſuperueniens non ſuffragatur, re non adhuc integra, & in tertij præiudicium.*

14 *Declaratur* Spad. conſ. 62. lib. 2.

15 *Penſio remanet extincta per aſſumptionem militiæ ſæcularis.*

16 *Amplia, etiam ſi Penſionarius numquàm fuerit in bello, neque ſæua exercuerit, cum huiuſmodi inſpectio ſolùm poſſit procedere, quòad amiſſionem priuilegij Clericalis, non autem penſionis.*

17 *Non requiritur in hoc caſu trina monitio, cum non agatur de amittendo priuilegio Clericali; ſed penſione, quam Clericus ipſo Iure amittit per militiam ſæcularem.*

Prout non recuperat beneficium, etiam ſi nulla præceſſerit citatio.

18 *Penſio eiſdem modis extinguitur, quibus beneficium vacat.*

19 *Reprobatur* Carena *non rectè confundens amiſſionem beneficij Clericalis, cum amiſſione beneficij, & penſionis.*

20 *Stant ſimul, quòd quis non amittat priuilegium Clericale, & nihilòminus beneficium, & penſionem amittat, prout in Clerico, qui matrimonium contraxit cum Virgine, ſi incedat in habitu.*

21 *Diſpenſatio ſtrictè eſt intelligenda; adeòut non recipiat extenſionem, neque etiam ex identitate, vel maioritate rationis.*

22 *In his, quæ veniunt ex diſpẽſatione Apoſtolica, non licet arguere à paritate, vel maioritate rationis.*

23 *Tot debent eſſe diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, & ſuper omnibus debet expreſsè diſpenſari.*

24 *Diſpenſatio extenditur ad ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam.*

25 *Penſio amittitur ob militiam; etiam ſi quis militauerit pro Sede Apoſtolica.*

Reprobatur contraria ſententia Card. de Luca.

26 *Doctoris ſimplicis auctoritas non habentis contradictorem dicitur caſus legis.*

27 *Miles ſæculi, effectus miles Chriſti, deſinit eſſe miles ſæculi.*

28 *Clericus per aſſumptionem militiæ ſæcularis deſinit eſſe miles Chriſti, & per aſſumptionem vnius militiæ, videtur alteri renunciaſſe.*

29 *Non poteſt quis Deo, & ſeculo militare.*

30 *Penſio reſeruata alicui, vti Clerico, amittitur ob ſuſceptionem Officij Notariatus, præcipuè in criminalibus.*

31 *Idem aſſerendum de aſſumptione ad ſimplex Officium Gubernatoris ſæcularis.*

32 *Papa gerit vices Principis ſæcularis, quòad cuſtodiam Status Eccleſiaſtici.*

Expenditur text. ſingularis in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

33 *Cardinalis in Sacris conſtitutus poteſt retinere feudum in Statu Eccleſiaſtico.*

34 *Clericus, qui militiam exercuit pro patriæ defenſione in bello iuſto, reaſſumendo habitum Clericalem, an gaudeat priuilegio fori.*

35 *Exceptio, quòd quis amiſerit penſionem ob militiam ſæcularem aſſumptam, eſt reijcienda ad petitorium, ob poſſibilitatem Indulti, ſeu diſpẽſationis Apoſtolicæ, & interim penſionarius manutenendus in poſſeſſione exigendi penſionem.*

36 *Intellige, quando penſionarius exiſtit, in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; ſecus quando inſtat pro exequtione literarum Apoſtolicarum, & per titularem docetur de extinctione per publica documenta ob aſſumptam militiam.*

37 *Facto firmato, Ius ſemper dicitur certum, neque altiorem requirit indaginem.*

38 *Quando factum eſt probatum, diſputatio Iuris non facit, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem.*

39 *Exceptio oriens ex ventre earumdem litterarum Apoſtolicarum ſuper reſeruatione penſionis retardat exequtionem earumdem litterarum.*

40 *Exceptio oriens ex vẽtre ſcripturæ numquam cenſetur excluſa, ſed admittitur, etiam ſi requirat altiorem indaginem.*

41 *Exceptio dicitur clara, neque requirit altiorem indaginem, quoties turbiditas eſt tantummodò in replicatione.*

42 Pen-

42 *Penſionarius, ſi oſtendat diſpenſationem ſuper retentione penſionis; adhuc exceptio extinctionis incontinenti probata impedit ſolutionem, niſi conſtet, etiam de iuſtificatione ipſius diſpenſationis.*

43 *Gratia, quoties eſt conditionalis expectans ſuã perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus ſubſtantia ipſius gratiæ, non autem illius executio fuit translata, ſi eueniat conditio poſt mortem Principis concedentis, gratia expirat.*

44 *Gratia conditionalis de tempore exiſtentis conditionis fieri, ſeu perfici dicitur; non autem de tempore datæ.*

45 *Impoſſibile uidetur, perfectionem gratiæ ſequi quoties non adſunt perſonæ neceſſariæ ad faciendum actum ob mortem ſubſequutam Papæ facientis eamdem gratiam.*

46 *Supplantare ſucceſſorem, nedum à Iure communi prohibetur Prælatis inferioribus.*

47 *Sed etiam Papæ, cui Pontificatus non ſucceſſione, ſed electione defertur.*

48 *Dictio* Poſtquàm *conditionem importat.*

49 *Conditio reſultat, quoties ad aliquem futurum euentum ſuſpenditur diſpoſitio.*

50 *Gratia dicitur conditionalis, quoties intrinſeca ineſt conditio, ſi ſuperuixerit.*

51 *Clauſula* ex nunc pro tunc, *non aduerſatur Gratiæ conditionali purificandæ de tempore exiſtentis conditionis, quæ ſolùm operatur, quòd gratia dicatur facta, tempore exiſtentis conditionis, non autem, quòd retrotrahatur ad tempus datæ.*

52 *Penſio, quoties eſt reſeruata de præſenti, eiuſque ſolutio eſt tantùmmodò collata poſt obitum alicuius, an gratia reſeruationis poſſit dici conditionalis.*

53 *Singula ſingulis ſunt congruè referenda.*

54 *Verba in reſeruatione penſionis appoſita poſt obitum alicuius ibi;* effectum ſortitura *reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ, verba verò ibi;* Percipienda *ſunt trahenda ad ſolutionem.*

55 *Declarantur* deciſ. Rotæ in Salamantina Penſionis coram Bubalo, & Cæſarauguſtanâ penſionis coram Giptio.

56 *Penſionis ſubiectum ſunt fructus beneficij.*

57 *Gratia non eſt conferenda in tempus præſens, quo res non extat; ſed ſolùm in tempus futurum, quo res erit.*

58 *Gratia, vt operetur in momento, hoc eſt de præſenti, oportet, materiam eſſe in ſubſtantia, & accidentibus præparatis ad formam, iuxtà tempus operationis.*

59 *Clauſula* Dummodò remaneant mille pro Epiſcopo *ſubintelligitur in penſionibus reſeruatis ſuper fructibus Eccleſiæ Cathredalis.*

60 *Gratia reſeruationis penſionis, quoties eſt conditionalis, eſt iuſtificanda à Penſionario, aliàquin literæ Apoſtolicæ non poſſunt exequi.*

61 *Idque, etiam ſi penſio ſit reſeruata* Motu proprio *in Conciſtorio.*

62 *Vel, etiam ſi titularis reſeruationi penſionis conſenſerit ſub obligatione Camerali, quia conſenſus preſtitus intelligitur ſub eadem conditione, quam habet gratia.*

63 *Clauſula* Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo, *quòad effectum ex ea reſultantem, paria ſunt, quòd ſit expreſſa in reſeruatione penſionis, & quòd tacitè ſubintelligatur.*

64 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

65 *Signanter, quando tacitum neceſſariò prouenit ex diſpoſitione Iuris.*

66 *Regula ſtandum, donec conſtet de limitatione ex aduerſo afferenda.*

CAPVT CXCI.

LITTERÆ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, quóad tres penſiones reſeruatas fauore Frattrum de Maculanis ſuper fructibus Menſæ Archiepiſcopalis Beneuentanæ.

Siquidem reſpectu pẽſionis ſcutorum 200. auri reſeruatæ in fauorem Vincentii Militis Lauretani, abſque dubio illa remanſit extincta, dimiſſa militia; quoties enim gratia
1 legitur facta á Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret, *Cuman. in l. ex facto num. 3.* ibique alii *ff. de vulg. & pupill. Bart. per illum text. in l. vniuerſi*, ibique præ cęteris *Io. de Platea, & Rebuff. Cod. de legation. lib* 10. idem *Io. de Platea in l. cum legem* 15. *antè fin. Cod. de excuſat. muner. lib. 10. Oldrad. conſ. 8. Soccin. Sen. conſ. 27. nu. 13. &* 18. *lib. 4. Dec. conſ. 92. col. ult. verſ. quintò in propoſito, Roland. conſ. 66. n. 47. lib. 1*
2 & in terminis penſionis benè *Tondut. de penſion cap. 28. nu. 39. & ſeq* vbi potiſſimùm, quando gratia conceditur intuitu Officii pe-
3 cunia quæſiti, *Rot. diuerſ. dec. 70. nu. 2. in fin. verſ. & vbi Princeps, p. 1. Buratt. dec. 12. n. 7.* ibique *Add. lit. E. verſ. quæ concluſio. & in Taurinenſi, & Auguſtana penſionis 18. Maij 1607. coram Card. Mellino.*
4 Præcipuè, quia non poteſt dubitari, quin gratia reſeruationis penſionis fuerit facta non intuitu perſonæ, ſed potiùs militiæ, Tum inſpectis verbis Bullæ, ibi; *Vincentio Militi Lauretano* aduertendo, quòd non fuit dictum *Vincentio, qui, etiam Miles Lauretanus exiſtis*, quo caſu poſſet fortè dici, perſonam principaliter, Officiũ verò Lauretanum ampliatiuè, minuſque principaliter fuiſſe conſideratum, prout argumento *text. in l. qui habet. ff. de reb dub. l. ſi communis ſeruus, propè fin. ff. de ſtipulat. ſeruor. Canoniſtæ in cap. quoniam Abbas de offic. Iudic. delegat.* in ſpecie rectè aduertit *Tondut. de Penſion. d. cap. 28. num. 38. Buratt. d. dec. 12. nu. 10. in fin. verſ. quod apertiùs*, in quibus terminis procedunt omnia contraria; ſed potiùs ſimpliciter *Vincentio Militi Lauretano*; Vnde expreſſio militiæ ſtat taxatiuè; non autem demonſtratiuè, prout
5 in ſimili de reſeruatione penſionis facta alicui nominato Clerico, *Gigas de penſion. q. 22. nu. 8. Rot in rec. dec. 158. n. 1. p. 1. & in Romana penſionis 29 Martij 1574. coram Card. Blanchetto.*

Tum etiam, & ſublata remanet quęlibet dif-

tur Princeps omninò Sæcularis.

Gratia reſeruationis penſionis, quoties eſt conditionalis expectans ſuam perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus eiuſdem Gratiæ ſubſtantia, non autem illius exequtio fuerit translata, ſi conditio fortè eueniat poſt obitum Papæ reſeruantis penſionem, gratia expirat: Ad ornatum *text. in cap. ſi cui de præbend. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia, quoties fuit conceſſa à Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret.*

2 *Idque, etiam procedit in terminis penſionis.*

3 *Præcipuè, quando gratia conceditur intuitu officij, pretio quæſiti.*

4 *Gratia dicitur conceſſa potiùs intuitu perſonæ, quàm officij, quando fuit dictum* Concedimus Titio, qui etiam Miles Lauretanus exiſtit; *Secus verò, ſi ſimpliciter dictũ ſit* Concedimus Titio Militi Lauretano, *quo caſu militia ſtat taxatiuè; non autem demonſtratiuè.*

5 *Idem aſſerendum de penſione reſeruata alicui nominato Clerico, quo caſu Clericatus ſtat taxatiuè, non demonſtratiuè.*

6 *Qualitas expreſſa in Gratia per verbum futuri temporis non ſufficit, ſi ſemel extiterit; ſed omninò debet in futurum perſeuerare, vtpotè cauſa conſeruatiua Gratiæ; non autem inductiua.*

7 *Qualitas in gratia expreſſa cenſetur gratia eſſendi, quando in diſpoſitione adeſt verbum tractum temporis ſucceſſiuum denotans.*

8 *Penſio alicui quoties reſeruatur, vti Clerico, videtur ineſſe tacita conditio, ſi Clericus remaneat.*

9 *Penſionis reſeruatio tota pendet, & perficitur à voluntate Pontificis.*

10 *Clericatus ſuperueniens non ſuffragatur ad ſuſtinendam reſeruationem penſionis factam fauore alicuius vti Clerici.*

11 *Habilitas perſonæ ad beneficia, ſeù penſiones inſpici debet tempore prouiſionis.*

12 *Nec non tempore actus celebrati.*

13 *Habilitas ſuperueniens non ſuffragatur, re non adhuc integra, & in tertij præiudicium.*

14 *Declaratur* Spad. conſ. 62. lib. 2.

15 *Penſio remanet extincta per aſſumptionem militiæ ſæcularis.*

16 *Amplia, etiam ſi Penſionarius numquàm fuerit in bello, neque ſæua exercuerit, cum huiuſmodi inſpectio ſolùm poſſit procedere, quòad amiſſionem priuilegij Clericalis, non autem penſionis.*

17 *Non requiritur in hoc caſu trina monitio, cum non agatur de amittendo priuilegio Clericali; ſed penſione, quam Clericus ipſo Iure amittit per militiam ſæcularem.*

Prout non recuperat beneficium, etiam ſi nulla præceſſerit citatio.

18 *Penſio eiſdem modis extinguitur, quibus beneficium vacat.*

19 *Reprobatur* Carena *non rectè confundens amiſſionem beneficij Clericalis, cum amiſſione beneficij, & penſionis.*

20 *Stant ſimul, quòd quis non amittat priuilegium Clericale, & nihilòminus beneficium, & penſionem amittat, prout in Clerico, qui matrimonium contraxit cum Virgine, ſi incedat in habitu.*

21 *Diſpenſatio ſtrictè eſt intelligenda; adeout non recipiat extenſionem, neque etiam ex identitate, vel maioritate rationis.*

22 *In his, quæ veniunt ex diſpẽſatione Apoſtolica, non licet arguere à paritate, vel maioritate rationis.*

23 *Tot debent eſſe diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, & ſuper omnibus debet expreſsè diſpenſari.*

24 *Diſpenſatio extenditur ad ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam.*

25 *Penſio amittitur ob militiam; etiam ſi quis militauerit pro Sede Apoſtolica.*

Reprobatur contraria ſententia Card. de Luca.

26 *Doctoris ſimplicis auctoritas non habentis contradictorem dicitur caſus legis.*

27 *Miles ſæculi, effectus miles Chriſti, deſinit eſſe miles ſæculi.*

28 *Clericus per aſſumptionem militiæ ſæcularis deſinit eſſe miles Chriſti, & per aſſumptionem vnius militiæ, videtur alteri renunciaſſe.*

29 *Non poteſt quis Deo, & ſeculo militare.*

30 *Penſio reſeruata alicui, vti Clerico, amittitur ob ſuſceptionem Officij Notariatus, præcipuè in criminalibus.*

31 *Idem aſſerendum de aſſumptione ad ſimplex Officium Gubernatoris ſæcularis.*

32 *Papa gerit vices Principis ſæcularis, quòad cuſtodiam Status Eccleſiaſtici.*

Expenditur text. ſingularis in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

33 *Cardinalis in Sacris conſtitutus poteſt retinere feudum in Statu Eccleſiaſtico.*

34 *Clericus, qui militiam exercuit pro patriæ defenſione in bello iuſto, reaſſumendo habitum Clericalem, an gaudeat priuilegio fori.*

35 *Exceptio, quòd quis amiſerit penſionem ob militiam ſæcularem aſſumptam, eſt reijcienda ad petitorium, ob poſſibilitatem Indulti, ſeu diſpẽſationis Apoſtolicæ, & interim penſionarius manutenendus in poſſeſſione exigendi penſionem.*

36 *Intellige, quando penſionarius exiſtit, in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; ſecus quando inſtat pro exequtione literarum Apoſtolicarum, & per titularem docetur de extinctione per publica documenta ob aſſumptam militiam.*

37 *Facto firmato, Ius ſemper dicitur certum, neque altiorem requirit indaginem.*

38 *Quando factum eſt probatum, diſputatio Iuris non facit, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem.*

39 *Exceptio oriens ex ventre earumdem litterarum Apoſtolicarum ſuper reſeruatione penſionis retardat exequtionem earumdem litterarum.*

40 *Exceptio oriens ex vẽtre ſcripturæ numquam cenſetur excluſa, ſed admittitur, etiam ſi requirat altiorem indaginem.*

41 *Exceptio dicitur clara, neque requirit altiorem indaginem, quoties turbiditas eſt tantummodò in replicatione,*

42 *Pen-*

Digitized by Google

42 *Penſionarius, ſi oſtendat diſpenſationem ſuper retentione penſionis; adhuc exceptio extinctionis incontinenti probata impedit ſolutionem, niſi conſtet, etiam de iuſtificatione ipſius diſpenſationis.*

43 *Gratia, quoties eſt conditionalis expectans ſuã perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus ſubſtantia ipſius gratiæ, non autem illius executio fuit tranſlata, ſi eueniat conditio poſt mortem Principis concedentis, gratia expirat.*

44 *Gratia conditionalis de tempore exiſtentis conditionis fieri, ſeu perfici dicitur; non autem de tempore datæ.*

45 *Impoſſibile uidetur, perfectionem gratiæ ſequi quoties non adſunt perſonæ neceſſariæ ad faciendum actum ob mortem ſubſequutam Papæ facientis eamdem gratiam.*

46 *Supplantare ſucceſſorem, nedum à Iure communi prohibetur Prælatis inferioribus.*

47 *Sed etiam Papæ, cui Pontificatus non ſucceſſione, ſed electione defertur.*

48 *Dictio* Poſtquàm *conditionem importat.*

49 *Conditio reſultat, quoties ad aliquem futurum euentum ſuſpenditur diſpoſitio.*

50 *Gratia dicitur conditionalis, quoties intrinſeca ineſt conditio, ſi ſuperuixerit.*

51 *Clauſula* ex nunc pro tunc, *non aduerſatur Gratiæ conditionali purificandæ de tempore exiſtentis conditionis, qua ſolùm operatur, quòd gratia dicatur facta, tempore exiſtentis conditionis, non autem, quòd retrotrahatur ad tempus datæ.*

52 *Penſio, quoties eſt reſeruata de præſenti, eiuſque ſolutio eſt tantùmmodò collata poſt obitum alicuius, an gratia reſeruationis poſſit dici conditionalis.*

53 *Singula ſingulis ſunt congruè referenda.*

54 *Verba in reſeruatione penſionis appoſita poſt obitum alicuius ibi;* effectum ſortitura *reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ, verba verò ibi;* Percipienda *ſunt trahenda ad ſolutionem.*

55 *Declarantur* deciſ. Rotæ in Salamantina Penſionis coram Bubalo, & Cæſaraugustanã penſionis coram Giptio.

56 *Penſionis ſubiectum ſunt fructus beneficij.*

57 *Gratia non eſt conferenda in tempus præſens, quo res non extat; ſed ſolùm in tempus futurum, quo res erit.*

58 *Gratia, vt operetur in momento, hoc eſt de præſenti, oportet, materiam eſſe in ſubſtantia, & accidentibus præparatis ad formam, iuxtà tempus operationis.*

59 *Clauſula* Dummodò remaneant mille pro Epiſcopo *ſubintelligitur in penſionibus reſeruatis ſuper fructibus Eccleſiæ Cathredalis.*

60 *Gratia reſeruationis penſionis, quoties eſt conditionalis, eſt iuſtificanda à Penſionario, alioquin literæ Apoſtolicæ non poſſunt exequi.*

61 *Idque, etiam ſi penſio ſit reſeruata* Motu proprio *in Conciſtorio.*

62 *Vel, etiam ſi titularis reſeruationi penſionis conſenſerit ſub obligatione Camerali, quia conſenſus præſtitus intelligitur ſub eadem conditione, quam habet gratia.*

63 *Clauſula* Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo, *quòad effectum ex ea reſultantem, paria ſunt, quòd ſit expreſſa in reſeruatione penſionis, & quòd tacitè ſubintelligatur.*

64 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*

65 *Signanter, quando tacitum neceſſariò prouenit ex diſpoſitione Iuris.*

66 *Regulæ ſtandum, donec conſtet de limitatione ex aduerſo afferenda.*

CAPVT CXCI.

LITTERÆ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, quóad tres penſiones reſeruatas fauore Fratrum de Maculanis ſuper fructibus Menſæ Archiepiſcopalis Beneuentanæ.

Siquidem reſpectu pẽſionis ſcutorum 200.
auri reſeruatæ in fauorem Vincentii Militis
Lauretani, abſque dubio illa remanſit extincta, dimiſſa militia; quoties enim gratia
1 legitur facta á Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret, *Cuman. in l. ex facto num. 3.* ibique alii *ff. de vulg. & pupill. Bart. per illum text. in l. vniuerſi*, ibique præ ceteris *Io. de Platea, & Rebuff. Cod. de legation. lib* 10. idem *Io. de Platea in l. cum legem* 15. *antè fin.* Cod. *de excuſat. muner. lib.* 10. *Oldrad. conſ.* 8. *Soccin. Sen. conſ.* 27. *nu.* 13. & 18. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 92. *col. ult. verſ. quintò in propoſito, Roland. conſ.* 66. *n.* 47. *lib.* 1
2 & in terminis penſionis benè *Tondut. de penſion cap.* 28. *nu.* 39. & *ſeq* vbi potiſſimùm, quando gratia conceditur intuitu Officii pe-
3 cunia quæſiti, *Rot. diuerſ. dec.* 70. *nu.* 2. *in fin. verſ. & vbi Princeps, p.* 1. *Burato. dec* 12. *n.* 7. ibique *Add. lit. E. verſ. quæ concluſio. & in Taurinenſi, & Auguſtana penſionis* 18. *Maij* 1607. *coram Card. Millino.*
4 Præcipuè, quia non poteſt dubitari, quin gratia reſeruationis penſionis fuerit facta non intuitu perſonæ, ſed potiùs militiæ, Tum inſpectis verbis Bullæ, ibi; *Vincentio Militi Lauretano* aduertendo, quód non fuit dictum *Vincentio, qui, etiam Miles Lauretanus exiſtis*, quo caſu poſſet fortè dici, perſonam principaliter, Officiũ verò Lauretanum ampliatiuè, minuſque principaliter fuiſſe conſideratum, prout argumento *text. in l. qui habet, ff. de reb. dub. l. ſi communis ſeruus, propè fin. ff. de ſtipulat. ſeruor. Canoniſtæ in cap. quoniam Abbas de offic. Iudic. delegat.* in ſpecie rectè aduertit *Tondut. de Penſion. d. cap.* 28. *num.* 38. *Buratt. d. dec.* 12. *nu.* 10. *in fin. verſ. quod apertiùs*, in quibus terminis procedunt omnia contraria; ſed potiùs ſimpliciter *Vincentio Militi Lauretano*; Vnde expreſſio militiæ ſtat taxatiuè; non autem demonſtratiuè, prout
5 in ſimili de reſeruatione penſionis facta alicui nominato Clerico, *Gigas de penſion. q.* 22. *nu.* 8. *Rot in rec. dec.* 158. *n.* 1. *p.* 1. & *in Romana penſionis* 29 *Martij* 1574. *coram Card. Blanchetto.*

Tum etiam, & ſublata remanet quælibet dif-

difficultas, ponderatis aliis verbis ſubſequentibus, ibi: *& per te iuxta priuilegia Militibus Lauretanis conceſſa percipientur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſeruamus*: Ex quibus verbis reſpicientibus non tẽpus præteritum, & præſens, ſed futurum, ſatis apertè conſtat de voluntate Pontificis reſeruãtis,
6 quòd, nempè, qualitas militiæ ſit duratura per tractum temporis ſucceſſiuum, permanẽtemque, adeòut nullatenus ſufficiat, ſemel eamdem qualitatem, aliquo temporis interuallo, extitiſſe; ſed omninò debeat in futurũ perſeuerare, vtpote cauſa conſeruatiua gratiæ, non autem ſimplicıter inductiua, iuxtà receptã theoricam *Bald. in l. generaliter, ſub n. 8. verſ. duo igitur, & nu. 7. verſ. ſed ego dico, C. de Epiſc. & Cler. Dec. in cap. cum ceſſante, n. 10. de appellat. Rip. in l. ex facto, nu. 7. ff. de vulg. et pupill. Spad. conſ. 195. num 3 lib. 2.* egregiè ad
7 propoſitum afferens, quòd cenſeatur qualitas cauſa eſſendi, quando in diſpoſitione adeſt verbum importans tractum ſucceſſiuũ *Tiraq.* plura ponens exempla *in tract. ceſſante cauſa, limit* 4. & in his terminis egregiè *Rot. diuerſ. d. dec. 70. nu. 9. verſ. vndè cum ſit qualitas ſucceſſiua, & n. 14. verſ. quia verum eſt, p. 1, Buratt. d. dec 12. nu. 11.*
8 Prout in proximis terminis dicitur, quòd quoties alicui reſeruatur aliqua penſio, vti Clerico, videatur ineſſe tacita conditio, ſi Clericus remaneat, *Ciarlin. controu. 36. nu. 37. verſ. nam primo poſſet reſponderi, lib. 1.*

Neque aduerſatur, quòd ante dimiſſionẽ Militiæ Lauretanæ Vincentius habitum Clericalem ſuſceperit; quia, vt ſupra eſt firmatum, cum intuitu eiuſdem militiæ, non autem Clericatus fuerit penſio reſeruata; hinc reſultat, vt qualitas Clericatus ſuperueniens nullo iure poſſit ſuffragari ex defectu volun-
9 tatis Pontificis, à qua tota pendet, & perficitur penſionis reſeruatio, *Pariſ. de reſignat. lib 6. qu 2. n. 80. & qu. 17. nu. 70. lib. 9. Garz. de benef p. 5. cap. 5. n. 275. Tõdut. de penſion. cap 1. n. 10. Achill. de Graff. dec 12. de penſion. nu. 3 Car. Ottob. dec. 76. n. 5. Rot. inrec. dec. 169 n. 15. p 7.* cum Papa voluerit illã reſeruare fauore Aduerſarii vti Militis Lauretani, nõ autẽ vti Clerici, prout in proximis terminis, quòd ex
10 prędicta ratione deficiẽtis cõſenſus Pontificis Clericatus ſuperueniens non ſuffragetur per *text. in cap ſi eo tempore, nu. 9. de reſcript. in 6.* affirmant *Gigas de penſion. qu. 22. nu. 16. Lambert. de Iur. patr. part. 1 lib. 2. qu. 7. art. 7. n. 7. Pariſ. de reſignat. lib. 4. qu. 1. nu. 10. & 14. & qu. 2. nu. 15. & ſeq. Rebuff. de pacific poſſeſſ nu. 190. Gratian. cap. 508 nu. 10. Spad. conſ. 103. nu. 1. & 4. lib 2. Aym. conſ. 104. nu. 4. ad med. Add. ad Burratt. dec. 791. nu. 6. & ſeq. Cardin. de Luca de penſio. diſc. 10. num. 9. Epiſc. Sperell. dec. 166. num. 31. & ſeq. lib. 2. Rot. dec. 1. num. 14. & ſeq. de renunc. in nou.* & penes *Mohedan. dec. 12. de reſcript. in recent. dec iſ. 158. num 3 part. 1. & dec. 539. nu. 6. & duob. ſeqq. part. 5. tom. 2. Dunozett. Iun. deciſ. 881. numer. 2. & ſeq.*
11 Regulare enim eſt, vt habilitas perſonæ ad beneficia, ſeù penſiones inſpici debeat tempore prouiſionis *cap cũ te de reſcript. cap. ſi pro eo tempore eodem tit. leg. procurator, ff. mandat. l. familiæ, ff de ſenator. Franch. in cap ſi pro Clericie 8. col. 1. in princip. num. X. in fin. de præbend. in 6. Calderin. conſ. 1. de elect. Celſ. Vgo conſ. 59. nu. 1. verſ. prædictis tamen, Pariſ. de reſignat. lib. 4. qu. 1. n. 14. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. nu. 190. Ceuall. commun. contrà commun. qu. 666. nu. 6. Guttier, conſ. 1. n. 15. Roder. Suarez alleg. 12. num. 3. Gratian. cap 508. num. 10. Tondut. lib. 1. qu. benefic. cap. 99. numer. 6. Epiſc. Sperell. dec. 167. nu 27. lib. 2. Bich. dec. 313. n. 9.*
12 Nec non tempore actus celebrati, *cap. poſt ceſſionẽ extra de probat. l. ſi Titius, ff. de teſt. milit. Abb. in cap. conſulti num. 1. notab. extra de procurat. Altograd. conſ. 23. numer. 37. lib. 1.*
13 adeóut ſuperueniens non ſuffragetur, re non adhuc integra, & in præiudicium tertii, *cap. quamuis 8. de reſcript. in 6. cap. non confirmatur de reg. Iur. in 6. Ancbar. conſ. 169. ſub n. 2. Ruin. conſ. 200. nu. 18. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 49 ſub nu. 9. & ſeq. lib. 4. Menoch. conſ. 186. num. 6. & ſeq. Pereir de poteſt. elig cap. 10 nu. 5. Epiſ. Sperell. dec. 166. nu. 12. lib. 2. Menchaca. de ſucceſſ. §. 10. nu. 54. Ludouiſ. dec. 279. num. 21. Card Ottobon. dec. 148. nu. 13.*
14 Neque contrarium firmat *Spad.* ex aduerſo allegatus *conſ. 62. nu. 8. & duob. ſeqq. lib. 3* cum loquatur in terminis omninò diuerſis, nempè de officio Militis Lauretani ſuperueniente poſt diſpoſitionem iam obtentam à Pontifice; quòd tribuit penſionario facultatem incedendi in habitu laicali, & ducendi vxorem.
15 Quó verò ad aliam conſimilem penſionem ſcutorum 200. reſeruatam fauore Marchionis Coſmi Maculani per aſſumptionem Militiæ ſæcularis remanſit extincta, dum multis ab hinc annis Præfectus militum exitit, *gloſ. in cap. vltimo,* verbo *redierint verſ. ſuper hoc tamen diſtingue,* ibique *Imol. nu. 6. de Cleric. nõ reſident. Zabarell. in cap. 1. § eadem in 6. quæſt. num. 5.* ibique *Imol. nu. 26. de ſupplend. neglig. Prælat. & in Clem. 1. qu. 18. nu. 19. de reb. Eccleſ. non alien. Barbat. conſ. 11. ſub nu. 19. verſ. prætereafacit, lib. 1. Gambar. de offic. legat. lib. 5. nu. 743. & ſeqq. Gigas de penſion. qu. 55. per tot. Caccialup. de penſion. qu. 15. Tondut. eodem tract. cap. 77 nu. 1. & ſeqq. Ciarlin. contr. 36. ſub num. 42. & ſeqq. lib. 1. & contr. 136. nu. 7. lib. 2 Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3 cap. 14. n. 31. & cap. 11. nu. 50. & in cap fin. nu. 2. & ſeq de Cleric. coniug. Caſtropal. oper. moral. p. 2. tract. 13. diſp. 1. punct. 11. §. 10. n. 9.* reddens rationẽ, quia per militiam aſſumitur ſtatus alienus ab

Ec-

Digitized by Google

Eccleſia, atque adeò quis efficitur indignus,
cui concedantur illius fructus *Viuian.de Iur.
patr.lib.13. cap.9. n.55.in fin. verſ.uel ſi fiat
miles, Epiſc.Riceiul.de* Iure *perſon.lib.7.cap.5
num.26. & ſeqq.* vbi reprobat *Graſſium conſ.1
de Cleric. coniug.* contrarium ſentientem
*Zecch.de benefic.& penſion.Eccleſ.cap.11.n.9.
verſ.quintò cam amittit, Azor.inſtit.moral.par
2.lib.8. cap.10.qu.4. Lotter.de re benefic. lib.3.
qu.26.nu.84.& ſeq. Bellett diſquiſit. Clerical.
p.1.§.11 nu.7. Carol.de Graſſ de effect. Clericat.
effect.1.nu.865. Coccbier.in reg.8.Cancell.gloſ.
7.poſt nu.13.uerſ.10. Epiſc.Maranta contr.Iur.
reſp.50.per tot.p.5. Pariſ.de reſignat.benef.lib.
1.qu.1.nu.22. & de confid.benef.qu.9.num.25.
Gonzal.ad regul.de menſib.gloſ.14.num.63. &
gloſ.15.nu.54. Farinac.in fragment.p.1.*verbo
*clericus nu.184. Card.de Luca de penſion. diſc.
47.nu.3. & diſc.73. nu.16. Rot.* articulo ad
partes diſcuſſo coram *Card.Celſ.dec.69.n.17.
& ſeq. & dec.216.& 338.per tot.*

16 Etiam ſi numquàm fuerit in bello, neque
ſæua exercuerit; cum huiuſmodi inſpectio
solùm poſſit procedere, quòad amiſſionem
priuilegii Clericalis, iuxta terminos *Clement.
1.verſ.quamdiù,* ibiq; *gloſ.de vit.& honeſt Cle-
ric.* & notata per Canoniſtas, ſignanter per
Abb. in cap.1. nu.7. & 8. ibique *Anchar.n.2.
Innoc.nu.3.* Hoſtienſ.*n.4. Io. Andr.* paulò poſt
*princip.uerſ.diſtinguebat enim, Soccin. num.8.
Card.num.4. Anan.num.11. de Apoſt.* in qui-
bus terminis loquuntur ex aduerſo allegati
Graſſ.de effect.Cleric.effect.1.nu.662. vbi, quòd
militia non tollat priuilegium Clericatus, ſed
oporteat, vt ſit perſeueratum ſæua exercẽdo
*Caſſan.in conſuetud.Burgund.rubr.1.§.5.nu 54.
Capyc.dec.161.per tot.Epiſ.Ricc.dec.154.nu.6.
par.4.*

Secus verò reſpectu penſionis, & benefi-
cii, cum ab vno ad aliud non rectè inferatur,
vt benè diſtinguunt vtrumque caſum, poſt
plures allegatos *Ricciull. de Iure perſonar d.
lib.7.cap 5.nu.22.& ſeqq.Barboſ.de Iur.Eccleſ.
vniuerſ.lib.1. cap 39.§.2.n.79.& lib.3.cap.14.
n.31.& ſeq. & in cap fin.n.2.de Cleric coniug.*
vbi reprobat *Graſſ.* contrarium ſentientem
egregiè, ac latè *Car.Celſ.d.dc.69.n.19.& ſeqq*

17 Atque ob hanc eandem rationem non re-
quiritur trina monitio, vel citatio, cum non
agatur de amittendo priuilegio Clericali,
iuxta *text. in cap. fin. de vit.et honeſt. Cleric.*
Sed tantùmmodò de amiſſione penſionis, quã
Clericus ipſo iure amittit per militiam ſæcu-
larem, neque recuperat per habitus reaſ-
ſumptionem, prout non recuperat benefi-
cium, etiam ſi nulla præceſſerit monitio, iu-
xtà receptam doctrinam *gloſ.in cap.fin.* verbo
redierint, ibique *Hoſtienſ. propè fin. verſ. aut
115. Abb. nu.4. de Cleric. non reſident. Azor.
Inſtit.moral.p.2. lib.7. cap.15. poſt princ.uerſ.
quæres, an Eccleſia, Gonzal.ſuper reg.8. Can-
cell.gloſ.15.nu.56.* benè *Card.Celſ. d.dec.216.
nu.6. et duob.ſeqq.*

18 Penſio enim eiſdem modis extinguitur,
quibus beneficium vacat, *Gabr.conſ.187.nu.
11.et conſ.200. nu.12.lib.2. Farinac.* plures
referens *conſ.204.nu.17.et ſeqq. Garz. de be-
nefic.p.1. cap.5.nu.106. et ſeqq. Sanchez ad
præcept Decalog. tom.1.lib.2. cap.28. num.36.
Pariſ.de reſignat.benefic. lib.3.qu.1.nu.13.*

19 Neque eſt audiendus *Caren.practic.reſolut,
cap.11.* non rectè confundens amiſſionem
beneficii clericalis cum amiſſione beneficii,
& penſionis; ſtant enim ſimul, quód quis nõ
20 perdat priuilegium Clericale, & nihilòmi-
nus beneficium, penſionemque amittat, pro-
ut exemplum habemus in Clerico, qui ma-
trimonium contrahit cum virgine; ſi enim
incedat in habitu, & tonſura, non amittit
priuilegium Clericale, vt eſt *text.in cap. vnic.
de Cleric.coniug.in 6. Abb.in cap.Ioannes,n.3.
cod.tit.*Herinch.*Bouich.in cap ex litteris, nu.4.
de vit.& honeſt.Cleric.* & nihilòminus idem
Clericus beneficium, penſionemque abſque
dubio amittit, vt habetur *in cap.1.cap.3. &
cap.5.de Clerig.coniug.Gig. de penſion. qu.54.
Rot dec.293. num.5. verſ.tum quia, licèt* Cle-
rici coniugati, poſt 2.vol.conſ. Farinac., pro-
ut in ſpecie reprobato *Carena,* optimè diſtin-
guit *Card.Celſ.d.dec.69.nu.23.& ſeqq.*

Neque poterit ſuffragari diſpenſatio ex
aduerſo producta; quia vtpotè reſtricta ad
primam militiam contra Turchas, & odio-
ſa, tamquàm vulnerans ius commune, ſtrictè
21 eſt intelligenda, adeòut non recipiat ex-
tenſionem, neque etiam ex identitate, vel
maioritate rationis, *cap. paſtoralis,* ibique
*gloſ.de priuileg cap.1.de fil.præsbyter. Abb. in
cap. ad aures nu.7.& ſeq.de reſcript.* vbi etiãſi
concurrat identitas, vel maioritas rationis,
*Felin.in cap poſtulaſti, ſub num.8. verſ.circa
tertium, eod.tit.Gemin.conſ.33.num.8.Gonzal.
ad reg.8.gloſ.13 num.97. Rebuff.de diſpenſ.ſu-
per defect.natal.num.47.& ſeqq. Spad. conſ.71.
& conſ.73.* vtrobique *nu.1.lib.3.& conſ.102.
nu.6. lib.2. Pariſ.de reſignat.lib.6.qu.4. nu.31.*
vbi, quòd verba ſtrictè ſint intelligenda *Põt.
de matrim.lib.8. cap.21. nu.2. & 8.* Card. *de
Luca de præemineat.diſc.38.num.11. & de be-
nefic.diſc.68. num.13.* & in terminis diſpen-
ſationis in materia retinendæ penſionis *Rot.*
coram *Verallo dec.8.nu.6. & dec.264. num.5.
p.1. & dec.100. nu.15.par.3. diuerſ. dec.233.
num.2.uerſ.quòad tertium, & dec.240. nu.12.
par.1.coram Penia dec.438. num.2. & duobus
ſeqq.* iuxta Venetam impreſſionem, *in rec.dec
497.num.2.circa med. verſ.& in iis, par.1.* vbi,
22 quòd in his, quæ veniunt ex diſpenſatione
Apoſtolica, non liceat arguere á paritate,
vel maioritate rationis, *& dec.94.nu.5.par.6.
Card.Celſ.d.dec.69. num.27.* Tot enim debent
23 eſſe diſpenſationes, quot ſunt obſtacula,

Ge-

Gemin.conſ.33.Spada conſ.64. in fin.lib.3.Gratian.cap.397.num.39.Tondut.de penſion. cap. 78.num.36 Caſſador.dec.9.n.4.de præbend. & d.dec.233.num.2 p.1 .diuerſ. vbi , quòd ſuper omnibus debeat expreſsè diſpenſari , Ludouiſ.dec.87.nu.6.Card.Celſ.d.dec.69.nu.29.

24 Contraria verò procedunt , quando agi-
tur de his, quæ veniunt in neceſſariam con-
ſequentiam diſpenſationis , in quo caſu non
dicitur extenſio , ſed potiùs comprehenſio ,
in quibus terminis loquûtur ex aduerſo alle-
gati Abb.in cap. quia ſi tamen 5.num.4. de
præben.Felin.in cap poſtulaſti n.10. de reſcript.
Menoch.conſ.478.num.29.Tondut.lib.1. quæſt.
beneſic.cap.92.nu.5. Card. de Luca de Canonic.
diſc.5.num.3. in fin & diſc.13.ſub nu.11.San-
chez de matrim.lib.8.diſp.1. num.19.Oyed. de
incompatib.benefic. p.1.cap.17. nu.29 Rebuff.
in prax.tit.de promouend. num.55.Staphil. de
grat.expect.in 2.forma, nu.16. Silua.de benef.
par.9. qu.52. num.5. Duran.dec.439. nu.5. &
dec.462.nu.17.Rot.in Terulana ſtatutorum 11.
Aprilis 1644. coram Archiep. Carrillo inter
ſuas non impreſſa , vtpotè extenſa per Pentin-
gerium .

25 Reſponſio verò allata per Card.de Luca ex
aduerſo ſcribentem in hac eadem cauſa de
Penſion.diſc.46. num 9. quòd ob ſeruitium
præſtitum in militia pro Sede Apoſtolica nõ
fuerit amiſſa penſio , non probatur aliqua
auctoritate, & eſt omninò diuinatoria, cum
in contrarium adſit auctoritas Rotæ coram
Card.Celſo in d dec.69. 216. & 338. quæ ar-
ticulo ad partes diſcuſſo per trinas confor-
mes reſolutiones in ſpecialibus terminis lo-
quuntur de Clerico penſionario , qui euaſit
miles inſeruiendo Pontifici in Statu Eccle-
ſiaſtico , quibus deciſionibus omninò ſtan-
26 dum , cum etiam auctoritas ſimplicis Do-
ctoris contradictorem non habentis dicatur
caſus legis , teſte Iaſ in l.penul.col.pen.Cod. de
pact. Surd.conſ.313. Becc. conſ.35.n.18.lib.1.
Marta vot.6. num.7. Gratian.cap.531. nu.29.
Borgnin.Canalean.dec.28.nu.16.verſ.& quan-
do & num. 37. & ſeqq.Rot.Lucenſ.dec.98.num
27. Franch.dec 363.nu.4. Rot.in rec. dec.354.
nu.24.p.11.

27 Idque ea potiſſimùm ratione optimè de-
ducta in d.dec.Card. Celſ 69. nu.12. & duob.
ſeqq. quòd , nempè , ſicuti miles ſæculi effe-
ctus miles Chriſti deſinit eſſe miles ſæculi, vt
ad litteram diſponit text. in cap.1. ibique
Bald.ſub nu.1. verſ.deſinit enim, Balzaran. nu.
11.& ſeq.de Vaſſall milit.qui arm. bell. depoſ.
Gloſ.margin.in cap fin.verbo ſicut, ibique An-
char.num.2. Imol.num.3.de Cleric coniugat.

28 Ita etiam Clericus per aſſumptionem mi-
litiæ ſæcularis deſinit eſſe miles Chriſti , &
per electionem vnius militiæ videatur alteri
renunciaſſe, gloſ.in cap.vlt. verbo redierint ,
de Cleric.non reſid. ibique Imol.nu.6.Io Andr.
in cap.fin.num.2.de Cleric.coniug. Barbat. conſ.
11.n.2.verſ.præterea, lib 1.Gig.de penſion.d.q.
55.n.2.Pariſ.de reſignat.benef.lib.1.q.1. n.22.
Rebuff.de nominat. qu.fin ſub nu.19. verſ. item
facilè dicitur renunciare, Tondut.eod. tractat.
cap.77.num.1 .et duob ſeqq.Gonzal ſuper regul
8.Cancell gloſ.15. nu.54. Lotter de re benefic.
lib.3. qu.26. nu.7.& 87.Layman Theolog mo-
ral.lib.4.tract.2.cap.17. num.4. in fin. Caſtro-
pal.oper.moral.q.7.tract.13.diſp 1. punct.11.
§.10.nu 9. Clar.lib.5.ſentent.§ fin. qu.73. ſub
num.6.verſ.item Clericus, Epiſc.Marant.contr.
Iur.reſp.50. per tot.p.5. Epiſch.Riccull.de Iure
perſonar.lib.7. cap.5.nu.26.et ſeqq. Zecch.de
benefic.& penſion.Eccleſiaſt. cap.11 numer.9.
Gambar.de offic.legat.lib.6. num.743.& ſeqq.

29 Cum non poſſit Deo , & ſęculo militare , vt
inquit text. in can. quicumque il ſecondo 23.
qu.8.

30 Prout in fortioribus terminis ob hanc
eandem rationem renunciationis militiæ cę-
leſtis , penſio reſeruata alicui, vti Clerico ,
amittitur ob ſuſceptum officium Notaria-
tus, præcipuè in criminalibus , vt poſt Inno-
cent. alioſque Canoniſtas in cap.ſicut ne Cle-
ric. vel Monac. firmant Graſſ. de effect Cleric.
effect.8.num.11.Maiol.de irregular.lib.2.cap.6.
num 5. Card.de Luca de penſio.diſc.48.num.2.
optimè Rota in Cæſaraugustana penſionis 14.
Iunii 1660. coram Veroſpio , Idemque dicitur
de aſſumptione ſimplicis officii Gubernato-
31 ris ſæcularis , ob quod pariter amittitur
penſio , Rota in Romana penſionis 15. Iunii
1668. coram Albergato.

Huiuſmodi verò ratio abſque dubio con-
uenit , etiam militiæ aſſumptæ pro ſeruitio
Sedis Apoſtolicæ , potiſſimùm, quia , quòad
cuſtodiam Status Eccleſiaſtici Papa gerit
32 vices Principis omninò ſæcularis , pro-
ut eſt notiſſimum , & comprobat text valdè
ſingularis in cap.per venerabilẽ, qui fil.ſint le-
git. ibi : Id autem in patrimonio B Petri liberè
poteſt Apoſtolica Sedes efficere,in quo,et Sum-
mi Pontificis auctoritatem exercet , & Summi
Principis exequitur poteſtatem , Card. de Luca
de feud. diſc.93. & de dote diſc.22. vtrobique
num 6.& de iuriſdict.diſc.116. nu.5. verſ. &
de altera diſtinctione , in ſupplem. p.1. Carol.
Anton.de Luca de pluralit.hominis cap.29. ei-
demque milites inſeruiunt tamquàm Princi-
pi ſæculari ; ideòque nullum poterit afferri
iuridicum diſcrimen inter vnum caſum , &
alterum .

33 Neque meretur in contrarium allegari
Iaſ conſ.119.lib 4. per tot. cum loquatur in
terminis toto Cęlo diuerſis , nempè , quòd
Cardinalis Farneſius , licèt in Sacris conſti-
tutus , potuerit ſuccedere in feudis, illaque
retinere in Statu Eccleſiaſtico ; & in eiſdem
terminis loquitur Fagnan. in cap quæ in Ec-
cleſiarum, nu.104. de conſtit. quod nihil prorſus

ſus

ſus commune habet cum præſenti quæſtione,
in qua, cum habeamus indiuiduales aucto-
ritates *Rotæ in prædictis deciſionibus coram*
Card. Celſ. illis omninò eſt ſtandum, præci-
puè non allata aliqua auctoritate in contra-
rium, ſed cum ſimplici ratiocinio iuxtà mo-
rem eiuſdem *Card. de Luca* loco ſuperiùs lau-
dato, meo Iudicio parum commendabili
in hac noſtra legali ſcientia, in qua erube-
ſcimus ſine lege, vel auctoritate loqui.

34 Prout, neque etiam applicantur deducta
per *Rot. in rec. dec. 355. p. 14.* ibi enim tantù-
modò agitur de articulo, An Clericus, qui
militiam exercuit pro Patriæ defenſione in
bello iuſto, reaſſumendo habitum Clerica-
lem, gaudeat priuilegio fori, quod nihil pa-
riter commune habet cum præſenti caſu, in
quo eſt quæſtio ſuper amiſſione penſionis ob
aſſumptam militiam ſecularem.

35 Minus etiam releuat obiectum, quòd, nem-
pè, huiuſmodi exceptio reiicienda ſit ad pe-
titorium, vtpotè altiorem requirens indagi-
nem, & interim non ſit deneganda manuten-
tio penſionario, cum ſatis ſuperque ſufficiat
poſſibilitas alterius Indulti, ſeù diſpenſa-
tionis reſpectu militiæ aſſumptæ pro ſeruitio
Sedis Apoſtolicæ *Spad. conſ. 72. lib. 1. Gratian.*
cap. 113. num. 28. Gigas de penſion. qu. 17. n. 7.
in fin. Tondut. pluribus congeſtis *eod. tractat.*
cap. 51. num. 1. & 6. Card. de Luca de penſion.
diſc. 17. nu. 4. Verall. dec. 321. p. 1. & dec. 317.
num. 3. p. 2. Penia dec. 167. nu. 12. & ſeq. Bich.
dec. 210. num. 27. Rot. dec. 162. & dec. 180. nu.
19. & ſeq. & dec. 318. num. 8. poſt *tract. Poſth.*
de manuten.

36 Siquidem ſupradictæ auctoritates proce-
dunt, quando Penſionarius exiſtit in quaſi
poſſeſſione exigendi; Secus verò quando,
prout in præſenti themate, inſtat pro execu-
tione litterarum Apoſtolicarum ſuper re-
ſeruatione penſionis, & per Titularem in
promptu docetur per publica documenta de
extinctione penſionis ob aſſumptam militiã
in Statu Eccleſiaſtico, ſuper qua non aderat
diſpenſatio; hoc enim caſu huiuſmodi exce-
ptio impedit executionem litterarum Apo-
ſtolicarum; neque dici poteſt, quòd altiorem
requirat indaginem, cum conſiſtat in Iure
ſatis claro ex allegatis, non autem dubio, ac
37 controuerſo, quod, facto firmato, ſẽper dici-
tur certum, iuxtà monitum *Bald. in l. Ancilla*
num. 2. C. de furt. Natt. conſ. 502. nu. 10. Soccin.
Iun. conſ. 67. nu. 9. & ſeq. lib. 4. Anell. de Amat.
conſ. 100. nu. 38. Menoch. de arbitr. qu. 53. nu. 4.
Capyc. Latr. conſult. 77. num. 25. Card. de Luca
de feud. diſc. 104. num. 10. Tapp. dec. 1. num. 33.
Card. Seraph. dec. 430. num. 4. Rota poſt Pa-
ciſic. de Saluian. dec. 63. num. 12. & ſeq. vbi,
38 quòd, quando factum eſt probatum, diſpu-
tatio Iuris non faciat, quòd exceptio dica-
tur requirere altiorem indaginem.

39 Fortiùs, quia eadem exceptio extinctio-
nis penſionis ob non obtentã diſpenſationẽ
tatione militiæ exercitæ in ſtatu Eccleſiaſti-
co oritur ex ventre eiuſdem diſpenſationis
ex aduerſo exhibitæ, & limitatæ ad militiam
contra Turchas, quibus ſtantibus, abſq; dif-
ficultate retardat exequtionem litterarum
Apoſtolicarum, prout dicitur de exceptione
oriente ex ventre earumdem litterarum A-
poſtolicarum, *Tondut. de penſion. d. qu. 57. n. 7*
Card. de Luca de penſio. diſc. 30. num. 6. verſ. ſe-
cus autem vbi exceptio, Rot. in rec. dec. 617. nu.
3. p. 1. vbi reſpondetur prædictæ *deciſioni co-*
ram Verall. 321. p. 1. ex aduerſo allegatæ.

40 Idque eſt regulare in quocumque Iudicio,
quàmuis ſummario, & exequtiuo, vt admit-
tantur exceptiones reſultãtes ex ventre eiuſ-
dem ſcripturæ, in qua actor ſuam intentio-
nem fundat, quæ numquàm cenſetur excluſa;
idque etiam ſi requireret altiorem indaginẽ,
Bart. in l. eum, qui ita, §. qui ita, ff. de verbor.
obligat., & in l. 1. §. parui, nu. 5. ff. quod vi, aut
clam, Bald in auth. præſente, in 1. notab. Cod. de
fideiuſſor. & in l. bonæ fidei in fin. Cod. de pact.
Felin. in cap. ex parte il ſecondo *verſ. decimò*
fallit, de offic. delegat. Caſtr. conſ. 270. n. 3. verſ.
allegata verò n. 3. Surd. conſ. 186. n. 22. lib. 2. Ro-
man. conſ. 42. num. 3. Dec. conſ. 80. nu. 7. Cephal.
conſ. 287. nu. 13. Capyc. Latr. conſult 86. nu. 31.
& ſeq. Angel. de acquir. poſſeſſ. qu. 2. art. 7. nu.
236. Card. Seraph. dec. 980. & dec. 430. nu. 5.
Buratt. dec. 122. nu. 2. & ſeq. Bich. deciſ. 455.
num. 4.

Neq; ſubſiſtit replicatio Penſionarii, quòd
ſufficiat allegare poſſibilitatem alterius di-
ſpenſationis; cum enim reperiatur iam pro-
ducta diſpenſatio irreleuans, ex qua oritur
exceptio clara extinctionis penſionis ex alle-
gatis, eadem exceptio dicitur clara, & im-
41 peditiua, neque requirit altiorem indaginẽ,
quoties, prout in præſentia, turbiditas eſt
tantùmmodò in replicatione, *Franc. in cap.*
1. num. 18. verſ. vndecimò limita de lit. conteſt.
Honded. conſ. 24. n. 53. lib. 2. Barth. Soccin. conſ.
59. nu. 4. verſ. nec refert. Gabr. conſ. 58. nu 16.
Capyc. Latr. conſult. 77. nu. 54. lib. 2. Argel. de
acqur. poſſeſſ. qu. 2. art. 9. nu. 333. Card. de Luca
de camb. diſc. 22. num. 41. Poſth. de manut. ob-
ſeruat. 42. num. 143. Afflict. dec. 63. nu. 13. Put.
dec. 233. & 234 lib. 3. Rot. in rec. dec. 559 n 9.
p. 1. & in præciſis terminis omninò videndus
Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 557. & ſeq.
42 vbi, quòd, ſi Penſionarius oſtenderet diſpen-
ſationem, adhuc exceptio extinctionis in-
continenti probata impedit ſolutionem, &
executionem penſionis, niſi conſtet etiam de
iuſtificatione ipſius diſpenſationis, nam iſta
exceptio non requirit altiorem indaginem,
ſed altior indago oritur ex replicatione Pẽ-
ſionarii, vnde non videtur reſeruanda ad
petitorium, vt ſunt ipſiſſima verba *Garz.* loco

proximè allegato, benè Rot. in Vrgellen. Ca-
nonicatus 21. Maij 1593. coram Card. Blan-
chetto apud eundem Garz.p.6.cap.3.n.21.

Vlteriùs non eſt locus executioni litte-
rarum Apoſtolicarum, quia cum S.M.Vrba-
nus VIII. poſt obitum clar. mem. Cardinalis
Maculani ſupradictas penſiones ex nunc,
prout ex tunc, reſeruauerit fauore Partis
aduerſæ, abſque dubio, cum ex infrà firman-
43 dis, gratia dictæ reſeruationis ſit conditio-
nalis expectans ſuam perfectionem à futuro
euentu obitus eiuſdem Cardinalis, ad quod
tempus ſubſtantia eiuſdem Gratiæ, non au-
tem illius exequtio fuit translata, eademq;
conditio obitus extiterit poſt mortem Pon-
tificis reſeruantis, meritò gratia expirauit,
cap.ſi cui 36. verſ.ſecus de præbend.in 6.Gabr.
conſ.186.nu.14.verſ.ergo ſi conditio, & nu.15.
verſ: ſecundò ſine dubio, & num.16. lib.1.benè
ad rem aduertēs, quòd, ſi poſt mortem Pō-
tificis purificatur conditio, gratia non ſub-
ſtineatur, deficientibus perſonis neceſſariis
ad faciendum actum, Garz.de benefic.p.6.cap.
2.nu.304. Molin.de Hiſpan.Primog.lib.2: cap.
7.nu.63.& ſeq.Sanchez de matrim. lib.8. diſp.
28.num.86.& ſeqq.præcipuè nu.99 Fontanell.
de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.13.n.43.& ſeq. Ve-
rall.dec.35.n.1.& ſeqq. par.2. Rot. in rec. dec.
512.nu.14 & ſeq p.13.
44 Idque duplici potiſſimùm ratione. Altera,
quòd, cum gratia conditionalis de tempore
éxiſtentis conditionis fieri, ſeù perfici dica-
tur; non autem de tempore datæ, cap. ſi pro
te, vbi Canoniſtæ de reſcript.in 6.Clement.vnic.
in princip de conceſſ.præbend.Gemin.conſ.107.
num.4. verſ.nec obſtat, Gabr. conſ.185.num.3.
& d.conſ.186.n.14.lib.1. Caſſad.dec.3.n.14.de
45 præbend. Impoſſibile videtur, huiuſmodi
perfectionem ſequi, cum non adſint perſonæ
neceſſariæ ad faciendum actum ob defectum
Papæ facientis, prout benè ratiocinatur Gabr
d.conſ.186.nu.14. poſt med. verſ. ergo ſi condi-
tio, & num.15. & ſeq. lib.1.

Altera verò, quia, dum caſus euenit poſt
mortem dicti Pontificis reſeruantis, & tem-
pore ſucceſſoris gratia fieri dicitur, vtique
exerceret idem Pontifex poteſtatem poſt il-
lam iam reſolutam per eius obitum, ac di-
ſponeret, tempore inhabili, ſupplantando
ſucceſſorem, quod omninò eſt á Iure prohi-
46 bitum, nedum Prælatis inferioribus, cap 1.
ibique Afflict. & Aluarot.qui ſucceſſ.feud.dar.
teneant.cap.1.§ morib.ſi de feud.defunct.Gabr.
de Iur.quæſit.concl.5. nu.6. & latè alter Gabr.
conſ 83.d nu 41.vſque ad 48. Schrader.de feud.
p.3.cap.2. n.25.Roſental.eod.tract.cap 6. cōcl.
16.n.2.& 13. ibique gloſ.lit.A.& concl.17.n.
1.& ſeqq. Capyc dec.162.n.5.& 6.
47 Sed etiam Papæ, cui Pontificatus defer-
tur non ſucceſſione, ſed electione, vt in ſpe-
cie loquentes de Pontifice, & Imperatore,
aduertunt Præpoſit.in d.cap.1.num.5.qui ſuc-
ceſſ.feud.dar.teneant. ibique Afflict. num.94.
Mar.Land.nu.15.Vult.de feud.lib.1.cap.10.nu.
16.verſ.de Pōtifice Romano, Roſental.eod.tract
d.cap.6.concl.17.n.1.ibique gloſ.litt.R.Schra-
der.de feud.p.3.cap.2.nu.25. benè Fagnan.re-
probans contrariam ſententiam in cap. ex
parte, nu.36. de feud.

Quòd autem iſta gratia reſeruationis pen-
ſionis fuerit conditionalis, eiuſdemque ſub-
ſtantia collata in tempus obitus Cardinalis,
plura ſuadent; Tum quia legitur facta poſt
mortem eiuſdem Cardinalis, quod idem eſt,
ac ſi dictum fuerit, poſtquàm idem Cardina-
48 lis obierit, quæ dictio poſtquàm conditionē
importat, l.ſi ita, § fin.ibique gloſ. ff. de legat.
2.l.ab hoſtibus 15.§.fin.ff.ex quib. cauſ. maior.
Bart in l.quibus diebus, §.Termilius, nu.6. ff.
de condit.& demoſtr.Rot.in rec.dec.46.n.2.p.2
& dec.323. num.17.p.6. & eſt regulare, vt
49 conditio reſultet, quoties ad aliquem futu-
rum euentum ſuſpenditur diſpoſitio, Bart. in
l.1.nu.15. & 22.ff.de condit.& demonſtr.ibi;
Subiicio tamen hic regulam, quòd omne aduer-
bium, quod diſpoſitionem ſuſpendat in aliquem
futurum euentum, facit conditionem Galganet.
de condit.& demonſtr.p.1.cap.5.n.2.& p.2.cap
1.qu.2. num.5. & meliùs d.p.1.cap.89. num.8.
Rot.in rec.dec.320.n.1.p.10.
50 Tum etiam, quia eſt facta, ſi non expreſsè,
ſaltem tacitè, & virtualiter, poſtquàm re-
ſeruatio Penſionis fauore Cardinalis ceſſa-
uerit, quo caſu dici conditionalem, firmant
Pariſ.conſ.82. nu.5.& ſeqq.lib.4.Gabr.d conſ.
186.lib.1.Tondut de penſion.cap.44. n.19. Mo-
hedan.dec.11.de locat. vbi verba conditiona-
lia erant appoſita ſolutioni, ibi; poſt tamen
dicti Ottoboni mortem ſoluendi, & nihilòminus
deciditur, quòd gratia erat conditionalis,
ex quo intrinſecè inerat ſupradicta cōditio,
ſi ſuperuixerit, Rot.in rec.dec.614.n.45.par.4.
tom.3. & dec.602.n.12.verſ primò, quòd gra-
tia, & nu.13.p.5.tom.2.
51 Neque aduerſatur clauſula ex nunc, prout
ex tunc; poſita enim gratia conditionali
tempore exiſtentis conditionis perficienda,
dicta clauſula operatiua eſſet ad retrotra-
ctionem, dummodò extrema eſſent habilia;
ſecus, vbi res deuenit ad caſum, à quo inci-
pere non poteſt, repugnante natura ipſius
gratiæ non ſortientis effectum, niſi tem-
pore euenientis conditionis; Tunc enim di-
cta clauſula ſolùm poſſet operari, quòd, nem-
pè, gratia dici debeat facta, tempore exiſtē-
tis conditionis; non autem, quòd ad tempus
datæ retrotrahatur, Anchar.in Clement.vnic.
nu.6.de conceſſ.præbend.Gabr.d conſ.186.num.
18.& ſeq.& conſ.189.num.13 lib.1. Roſ. di-
uerſ.lib.3.p.3.dec.1311.verſ.etiam ſi adſit clau-
ſula exnunc; & benè in rec.d.dec.602.nu.24.
et ſeq p.5.to.2.et d.d.614. n.49.et ſeqq.p.4.to.3

Nul-

52 Nullatenus verò aduerſatur, quòd penſio
reſeruata extiterit de præſenti, eiusque ſo-
lutio fuerit tantùmmodó collata ad tempus
obitus Cardinalis, quibus ſtantibus, gratia
reſeruationis penſionis non poſſit dici con-
ditionalis, ex adductis per *Rot. in Salaman-
tina Penſionis 18 Iunii 1582. coram Bubalo, et
in Cæſarauguſtana Penſionis 18. Iunii 1590.
Coram Gipsio* Non ſolùm, quia inepta fuiſſet
clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, quæ cum non
ſit adaptabilis ſolutioni Penſionis, quæ ſolū
demandatur poſt obitum Cardinalis, per-
neceſsè dicendum, quòd ipſam reſpiciat ſub-
ſtantiam reſeruationis.

Sed etiam; quia id rectè deſumitur, in-
ſpectis verbis Breuis Apoſtolici, ibi; *Effectum
ſortiturum, & percipiendam, poſtquàm dictus
Vincentius viam vniuerſæ carnis ingreſſus fue-*
53 *rit*; ſingula enim ſingulis congruè referen-
do, prout fieri debet, *l. quoties, C. famil. er-
ciſc.* prædicta verba, ibi: *effectum ſortitura* re-
54 ſpicere debent ſubſtantiam gratiæ; ſequen-
tia verò, ibi. *& percipiendam, poſtquàm, &c.*
trahenda ſunt ad ſolutionem.

55 Neque in contrarium vrgent ſupradictæ
*deciſiones in Salamantina Penſionis coram Bu-
balo, & Cæſarauguſtana penſionis coram Gipſio*;
in illis enim admittitur concluſio, quòd,
quando reſeruatio eſt conditionalis, dicatur
imperfecta. & attendatur tempus euenientis
conditionis; ſed obiectum euitatur ex facto,
quia in caſu earumdem deciſionum conditio
non erat appoſita ſubſtantiæ reſeruationis,
ſed ſolutioni; præcipuè, quia verbum *reſer-
uamus*, præcededat verba *poſtquàm aliæ pēſio-
nes ceſſarent*; vndè nil mirum, ſi ibidem fir-
metur, quòd illa verba, *poſtquàm penſiones
ceſſarent*, referantur ad ſolutionem, quòdque
ſubſtantia penſionis, hoc eſt ipſa reſeruatio,
ſit pura, ſolutio verò conditionalis; quod
ſecus aſſerendum in præſenti themate, cum
verbum *reſeruamus* antecedēter ſit prolatum
verbis *poſt obitum*.

Prædicta verò omnia eò fortiùs remanent
comprobata; cum enim, tempore datæ reſer-
uationis penſionis, Eccleſia Beneuentana re-
periretur grauata aliis penſionibus vſque ad
ſcuta ſex mille, vtique, dempta congrua de
Iure debita Reu. Archiepiſcopo, non rema-
nebat ſubiectum aliorum fructuum, ſuper
quibus de præſenti penſiones controuerſæ
reſeruari potuerint, ideòq; nil mirum, ſi Pa-
pa noluerit de præſenti hanc penſionem re-
ſeruare, ſed potiùs illius ſubſtantiam in tē-
56 pus mortis Cardinalis contulerit; cumque
ſubiectum penſionis abſque dubio ſint fru-
ctus beneficii *Burſatt. conſ. 178. num. 28. Gigas
de penſion. qu. 7. nu. 50. Tondut. eod. tract. cap. 17
nu. 23. & cap. 65. nu. 1. & 3. Lotter. de re bene-
fic. lib. 3. qu. 29. nu. 86.*

Impoſſibile omninó videtur, quòd penſio
illo tempore intelligi debeát reſeruata, dum
non aderant fructus, qui ſunt ſubiectum ip-
ſius Penſionis; ſed potiùs aſſerendum, quòd
Papa tantùmmodò illam reſeruare voluerit
in futurum, quando poſt ceſſatam reſeruatio-
nem fructuum fauore Penſionariorum de
tempore eiuſdem reſeruationis exiſtentium,
adeſſent fructus, qui poſſent eſſe ſubiectum
ipſius penſionis, *Mohed. dec. 11. nu. 1. de locat.*

Si enim aliter diceretur, quòd, nēpè, non
exiſtentibus fructibus aliis Penſionariis aſ-
ſignatis, ſubſtantia penſionis eſſet collata in
tempus præſens, idem eſſet, ac reſeruare pē-
ſionem ſuper non ente, quod fieri non poteſt;
57 Non enim eſt conferenda gratia in tempus
præſens, quo res non extat, ſed ſolùm in
tempus futurum, quo res erit, *Zabarell. in Cle-
ment. litteras, num. 2. & 4. ante med. verſ. venio
ad tertium*, & inferiùs *verſ. ſecundò per colla-
tionem, de reſcript.* vbi ſignanter *Imol. nu. 23.
poſt princip.* & latiùs *ante fin. eiuſd. num. verſic.
iſta verba* optimè aſſerēs, hoc probari natu-
58 rali ratione; quia, vt gratia operetur in mo-
mento, hoc eſt de præſenti, oportet, mate-
riam eſſe in ſubſtantia, & accidentibus præ-
paratis ad formam ſecundum tempus opera-
tionis; ſi enim materia tunc non ſubeſt, im-
poſſibile eſt, quòd Agens, ideſt Papa, opere-
tur in momento, & de præſenti, ſed oportet,
ſubſtantiam gratiæ conferri in futurum.

59 Huiuſmodi verò quantitas fructuum Ec-
cleſiæ eſt iuſtificanda ab ipſis Penſionariis,
quia, cum agatur de penſione reſeruata ſu-
per fructibus Eccleſiæ Cathedralis, & ſubin-
telligatur clauſula, *dummodò remaneant mil-
le pro Epiſcopo* ex notiſſima diſpoſitione Sa-
cri Concilii Tridentini; Gratia, vtpotè con-
60 ditionalis, eſt iuſtificanda à Penſionariis,
aliàs litteræ Apoſtolicæ non poſſunt exequi,
*Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 464. Gigas de
penſion. qu. 85. nu. 10. & qu. vlt. nu. 15. Lotter.
de re benefic. lib. 1 qu. 38. nu. 40. & ſeq. Caſſa-
dor. dec. 10. de reſcript. Card. Seraphin. dec. 1017
num. 4. Ludouiſ. dec. 57. nu. 2.* ibique *Add. n. 12
Bich. dec. 222. nu. 6. Peutinger. dec. 427. nu. 2.
Card. Caualer. dec. 183. nu. 1. & ſeq. Dunozett.
Iun. dec. 633. nu. 3. & ſeq. Rot. in rec. dec. 547
nu. 3. & ſeq. p. 1. & dec. 288. num. 4. & ſeqq.
part 11.*

61 Idque, etiam ſi penſio ſit reſeruata *Motu
proprio* in Conciſtorio, *Rota in Neritonen.
penſionis 5 Nouembris 1601. coram Lutta* pe-
nes *Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. fol. 531. nu. 4
Bich. dec. 222. num. 3. & 4.* Vel etiamſi Titu-
62 laris reſeruationi penſionis conſenſerit ſub
obligatione Camerali, quia talis conſenſus
ſub eadem conditione, quam habet gratia,
cui accedit, intelligitur præſtitus *Spad. conſ.
67. num. 3. lib. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 38
num. 48.* Card. *Seraph dec. 1017. nu. 3. & ſeq.
Card. Millin. dec. 28. nu. 1. Car. Caualer. dec. 183.*

num.6. & ſeq. Bich.dec.222.nu.3. Dunoz.Iun. dec.633. nu.5. Rota in rec.dec.288.n.5.et ſeqq part.11.

Neque meretur attendi reſponſio ex ad-
63 uerſo data, quòd prædicta procedant, quando clauſula *dummodò remaneăt mille pro Epiſcopo*, eſt expreſſa in reſeruatione; ſecus, quando tacitè ſubintelligitur; Huiuſmodi enim limitatio gratis ex aduerſo affertur, neque aliqua poterit auctoritate firmari; quinimò contra Penſionarium ſtat regula Iuris, quòd taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, *l.numquid*, cum ibi notatis, ibique præcæteris *Iaſ.num.5. ff.ſi cert. petat. l. triticum, ff.de verbor.oblig.Roland.conſ.34. nu.54.lib.4.*
64 *Bald.in l.vnic.§.et ut plenius,nu.6. Cod. de rei vxor act. Menoch.conſ.108. nu.54. Altograd. conſ.57.nu.18.lib.1.Capyc.Latr.conſult.2.n.12 & conſult.10 nu.4. Carleual.de Iudic.lib.1.tit. 3.n.35.Ciarlin.controu.230.nu 69. Gonzal. ad reg.8.Cancell.gloſ.14.n.64. Paleaz de maiorat. p.1.qu.38.nu.1.& ſeqq. Mencach. controu. Illuſtr.cap.33.nu.26. Pariſ.de reſignat. benefic. lib.1.qu.1.nu.3.et ſeqq.& qu.13.nu.13.Hermoſil in l.2.gloſ.5.nu.1.2.& 6.tit.1.p.5. Vela diſſert.12.nu.12.Rot.in rec.dec.354.nu.52. p.11*

65 Signanter, quando, prout in præſentia, tacitum neceſſariò prouenit ex diſpoſitione Iuris, quo caſu paria ſunt conditio, quæ tacitè ineſt à lege, & expreſſa ab homine; *Soccin. conſ.182. circa initium, verſ.& ſi dica-*
66 *tur, lib.2.* cui regulæ ſtandum, donec conſtet de limitatione ex aduerſo afferenda, neque in dubio præſumenda, *l.ab ea parte, ff.de probat.l.illud, Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Salicet. in l fundum in fin.Cod.qui potior.in pign.hab.* aſſerens, quod numquàm ſit recedendum á regula, niſi de contrario doceatur, *Bertazzol in l.ſi quis maior.num.603.& 604.Cod de tranſact.* Dec.*conſ.142. nu.4. Ancharan. conſ.223. in fin.* vbi ait, quód, qui habet regulam pro ſe, poſſit dicere alleganti limitationem, da mihi textum hoc dicentem *Fulgoſ.conſil.182. Roland.Valle conſ.81.num.4. lib.1. Tiraq. de retract.ligniag. §.1.gloſ.9. nu.209. Guttier. de iuram.confirm.p.1. cap.1. num.64. & practic. lib.3.qu.3. nu.13.& qu.76.num.8. Antonin. lib.2. reſolut.59. caſu 12. Græue.ad pract. Cameræ Imperialis.lib.1. conſiderat.36. num.1. Glorit.reſp.2. num.29.Card. de Luca de feud. diſc.6.nu.5. Franch.dec.197. nu.9.Card.Mant. dec.251.nu.4. Ludouiſ.dec.182. nu.1.Rot. in rec.dec.354. nu.52.p.11.*

ARGVMENTVM.

Indulta retinendi, transferendiq; penſiones reſeruatas non eſt neceſſe, quòd legantur expreſſa in ipſamet Cedula Cōciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum; ſed ſufficit præcedens Indultum ſuper retentione, translationeque penſionis in euentum futuræ promotionis.

Formula conſueta in translatione penſionis, vt ſcilicet, de conſenſu penſionarij antiqua penſio extinguatur, & noua creetur, eſt requiſita ad certos effectus, mutationis ſcilicet perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, certòque ſciatur, per cuius obitum penſio extingui debeat.

In reſeruatione, ſiue translatione penſionis impoſitæ ſuper Iurepatronatus, an requiratur Patroni cenſenſus,

Milites Lauretani ſunt capaces penſionis, etiam ſi Clerici coniugati exiſtant.

SVMMARIVM.

1 *Penſio extinguitur ob promotionem penſionarij ad Epiſcopatum iuxtà ſtylum Curiæ deſumptum ex quadam extrauaganti* Iulij 2.

2 *Facultas retinendi, transferendique penſiones, ex quibus verbis dici debeat præſeruata, penſionario facto Epiſcopo.*

3 *Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas debet legi expreſſum in ipſamet Cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum.*

4 *Contrarium, vt ſuffragetur præcedens Indultum ſuper retentione, & translatione penſionis in euentum futuræ promotionis ad Epiſcopatum.*

5 *Sex Epiſcopatus Cardinalitij, vtpotè annexi Cardinalatui, cum qualitate Antianitatis non inducunt aliquam incompatibilitatem, etiam cum alio actuali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non compellunt ad reſidentiam.*

6 *Ideòque ſunt compatibiles cum beneficijs, & Commendis, multòque magis cum penſionibus.*

7 *Epiſcopi Titulares in partibus Infidelium penſiones poſſunt retinere.*

8 *Translatio penſionis, vt ſit valida, requiritur, quòd antiqua penſio priùs caſſetur, & poſtquàm caſſata, extinctaque fuerit, alia ſimilis penſio reſeruetur.*

Intellige, vt num.10.

9 *Penſionis translatio, quando fit per Cardinalem, vt ſit valida, debet fieri, ſeruata forma præſcripta in eius Indulto.*

10 *Formula translationis penſionis, de qua ſupra* num.8: *requiritur ad certos effectus, mutationis, ſcilicèt, perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, & vt certò ſciatur, per cuius obitum penſio debeat extingui.*

11 Pen-

Digitized by Google

11 *Penſionis noua creatio ſequi non poteſt ſine corruptione antiquæ,*
12 *In translatione penſionis ſufficit, ſeruari formulam datam in facultate; non autem verba.*
13 *Translatio penſionis dicitur validè facta, quoties penſionarius declarauit in actu translationis, quòd omnia cenſeatur facta iuxtà formam facultatum, cum proteſtatione, quòd contrà illam factum, habeatur pro non facto.*
14 *Accedente potiſſimùm clauſula* omni meliori modo.
15 *Littera reſeruationis penſionis, facultas transferendi, & inſtrumentum translationis non ſunt diſtinctim, & de per ſe conſideranda, ſed mixtim, & tamquàm vnum integrale conſtituentia.*
16 *In translatione penſionis, non requiritur conſenſus Patroni.*
17 *Idque etiam procedit in Iurepatronatus Regio.*
18 *Translatio penſionis validè reſeruatæ, etiam ſuper Iurepatronatus non eſt noua ſeruitus; ſed prorogatio iam impoſitæ; adeòut Eccleſia nouo onere non grauetur.*
19 *In translatione penſionis, non requiruntur derogationes, quæ ſunt neceſſariæ in reſeruatione.*
20 *Non eſt neceſſarium, mentionem fieri de Iurepatronatus in translatione; licèt ſit facienda in impoſitione.*
21 *Aliarum penſionum mentio non debet fieri de neceſſitate in translatione, licèt ſit facienda in impoſitione, quia aliud eſt imponere ſeruitutem, aliud prorogare iam impoſitam.*
22 *In reſeruatione penſionis non eſt neceſſarius conſenſus Patroni.*
23 *Declaratur* deciſio Buratt. 343.
24 *Milites Lauretani vigore priuilegiorum ſunt capaces penſionis.*
25 *Etiam, ſi matrimonium poſt adeptas penſiones contrahant.*
26 *Idque, etiam procedit in penſionibus reſeruatis ſuper Iurepatronatus.*
27 *Vnaquaque militia Lauretana habilitat ad retinendas penſiones in ducatis biſcentum.*

CAPVT CXCII.

PENSIO, de qua agitur, videtur validè translata per Cardinalem de Medicés ad fauorem Marchionis Gerini, nullatenus aduerſantibus quatuor obiectis deductis pro inualiditate translationis.

2 Quò enim ad primum, quòd penſio dici debeat extincta ob promotionem Cardinalis ad Epiſcopatum Tuſculanum, abſque expreſſa facultate retinendi, transferendique penſiones iuxtà ſtylum Curiæ ex quadam extrauaganti *S. M. Iulii II.* per alios Pontifices confirmata, de quibus *Ferrett. conſil. 53. num. 4. & ſeqq. Gabriel. conſ. 200. num. 5. lib. 2. Valenzuol. conſ. 137. nu. 42. Germon. de Indult. Cardin. §. ſi verò illa, nu. 48. uerſ. amittit, igitur*, latè *Lotter. lib. 1. de re benef. q. 41. n. 7. & duob. ſeqq. Gigas de penſion. qu. 56. circa fin. Mareſc. var. lib. 2. cap. 18. nu. 33. Gratian. cap. 296. nu. 66. Pariſ. de reſignation. lib. 3. qu. 1. n. 8. & 78. verſ. & non ſolùm*, aliiſque congeſtis, *Tondut. de penſion. cap. 73. nu. 5. et plurib. ſeqq. Cardin. de Luca de penſion. diſc. 43. n. 2. Rota diuerſ. dec. 233. nu. 1. p. 1. in rec. dec. 143. n. 1. p. 2. Verall. dec. 313. lib. 2. Card. Ottob. deciſ. 239. n. 13.*

2 Obiectum remanet omninò ſublatum ex tenore litterarum reſeruationis, ibi; *Et pro te etiam, vnà cum S. Euſtachii de Vrbe, quæ denominatio tui Cardinalatus exiſtit, & quacumque alia tibi proſimili denominatione, ſeù titulo tui Cardinalatus, pro tempore aſſignanda, ac quibuſuis aliis Cathredalibus, & Metropolitanis, ſeù Patriarchalibus Eccleſiis, &c. etiam cum facultate transferendi, &c. cæteriſque facultatibus, & indultis; &c. tenore præſentium reſeruamus.* Ex quibus verbis abſque dubio præſeruata remanſit facultas Cardinali, nō ſolùm retinendi, ſed etiam transferendi pēſiones in caſu futuræ promotionis ad Epiſcopatum, *Card. Canaler. dec. 148. nu. 7. uerſ. hæc difficultas, Rot. in rec. dec. 143. nu. 1. p. 2.*

3 Neque obiiciatur, quòd huiuſmodi Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas debeat legi expreſſum in ipſamet cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum Tuſculanum; prout ex nonnullis Apoſtolicis Conſtitutionibus vidētur ſupponere, *Lotter. de re benefic. d. lib. 1. q. 41. n. 8. Tondut. de penſion. d. cap. 73. nu. 11. Card. Ottobon. dec. 239. n. 14.*

4 Si quidem huiuſmodi obiectum eſt omninò irreleuans, quia, etiamſi in Cedula Conciſtoriali expedita ſuper promotione ad Epiſcopatum non legeretur facultas, ſeù Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas; adhuc ſuffragari debet præcedens Indultum ſuper retentione, & translatione penſionis in euentum futuræ promotionis ad Epiſcopatum, ex allegatis; neque *Lotter. Tondut. & Rota* in locis proximè laudatis requirunt præcisè conceſſionem Indulti in ipſamet Cedula Conciſtoriali, adeòut præcedens Indultum non ſuffragetur, ſed loquūtur á frequenter accidentibus, cum huiuſmodi facultates, vt plurimum ſoleant impartiri in ipſiſmet Cedulis Conciſtorialibus ſuper promotione ad Epiſcopatum.

5 Vlteriùs, etiamſi dicta diſpenſatio non adeſſet, adhuc ea non erat neceſſaria; iſti enim ſex Epiſcopatus Cardinalitii, inter quos enumeratur Tuſculanus, vtpotè ipſi Cardinalatui annexi, cum qualitate Antianitatis, non inducunt aliquam incompatibilitatem, etiam cum alio actuali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non cogunt ad aliquam reſidentiam; prout articulo accuratè diſcuſſo in Congregatione particulari á *S. M. Alexandro VII.* deputata, fuit decretum occaſione optionis factæ de Epiſcopatu Sabinenſi à clar. mem. Cardinali Brancaccio Epi-
6 ſcopo Viterbienſi, eodem Epiſcopatu Viterbienſi retento; ideòque ſi iſti ſex Epiſco-

ſcopatus Cardinalitii ſunt compatibiles cum alio Epiſcopatu actuali, ac beneficiis, & Commendis Monaſteriorum, multò magis id aſſerendum cum penſionibus, in quibus incompatibilitas, ſeù ceſſatio penſionis potiùs prouenit ex quodam Curiæ ſtylo deſumpto ex *Conſtitutionibus S. M. Iulii II. & Leonis X.* quàm ex diſpoſitione Iuris,

7 Prout in proximis terminis habemus, quòd ex eodem ſtylo Curiæ Epiſcopatus Titulares in partibus Infidelium dictam incompatibilitatem non cauſant, dum eorum poſſeſſio, ac adminiſtratio non obtinetur, adeòut penſiones poſſint retineri, vt poſt *Gabr. conſil. 200. num. 1. in fin. lib. 2. Gratian. cap. 296. nu. fin* in ſpecie aduertit poſt alios *Card. de Luca de penſion. diſc. 43. n. 2.*

8 Minus aduerſatur ſecundum obiectum, quòd, cum non fuerit ſeruata forma præſcripta in facultate transferendi, nempè, vt antiqua penſio priùs caſſetur, & poſtquàm caſſata, extinctaque fuerit, alia ſimilis penſio reſeruetur, translatio remanſerit nulla, ex adductis per *Ferrett. conſ. 53. num. 10.* ſubſtinens caſſationem eſſe de forma, *Mandoſ. de Signat. Gratiæ* verbo *Penſionum translationes, Pariſ. de reſignat. lib. 6. cap. 4. nu. 6. Rot. diuerſ. dec. 401. num 1. part 1. in recent. dec. 327. par. 1. & dec. 650. num. 6 part. 4. tom. 3.*

9 Regulare enim eſt, vt penſionis translatio quando fit per Cardinalem, vt ſit valida, debeat fieri, ſeruata forma præſcripta in eius Indulto, *Rot. in rec. dec. 307. n. 5. & 6. p. 10.*

10 Licèt n. conſueta formalitas ſit iſta, quòd ſcilicèt, priùs de cōſenſu poſſeſſoris pēſionis caſſetur antiqua, deindeque per Delegatum fiat reſeruatio nouæ; attamen iſta eſt formalitas verborum, quæ attendi non debet, niſi ad certos effectus, mutationis, ſcilicèt, perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, certòque ſciatur, per cuius obitum penſio debeat extingui, *Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 36. nu. 75. Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. nu. 256 add. ad Ludouiſ. dec. 18. nu. 12. Rot. in rec. dec. 327. nu. 4. verſ. quàmuis enim, & dec. 122. num. 9. p. 1.* vbi, quòd iſta extinctio ſit momentanea, *& dec. 650. num. 7. & ſeqq. par. 4. tom. 3.* prędictæ formæ videtur abundè ſatisfactum, dum in translationis Inſtrumento Cardinalis deputans Executorem cōſenſit extinctioni antiquæ, & reſeruationi nouæ penſionis ad fauorem translatarii ab ipſo primo penſionario implicitè voliti, ac per neceſſarium antecedens ſubintelligitur caſſatio; dum no-
11 ua creatio ſequi non poteſt ſine corruptione antiquæ, vt rectè aduertit *Rot. in rec. d. deciſ. 650. nu. 9. & ſeq. part. 4. tom. 3.* Sufficit enim
12 in translatione penſionis, ſeruare in ſubſtantia formulam datam in facultate; non autem verba, *Spad. conſ. 76. numer. 1. lib. 1.*
13 cumque Cardinalis expreſsè declarauerit, quòd omnia cenſeantur facta iuxtà formam facultatum, cum ſpeciali proteſtatione, *quòd ſi aliquid contra illam appareret, pro non facto haberetur; ità ut vtile per inutile non vitietur,* eò magis aſſerendum, translationem fuiſſe validè factam, *Rot. in rec. dec. 252. n. 11. & ſeqq. p. 4. tom. 2.* accedente potiſſimùm
14 clauſula *omni meliori modo*, *Spad. conſil. 76. n. 3. lib. 3. Duran. dec. 60. n. 38. Rot. in rec. dec. 733. nu. 9. p. 2.*

15 Multòque magis, quia hæc tria, litteræ reſeruationis, facultas transferendi, & Inſtrumentum. translationis non ſunt diſtinctè, & de per ſe conſideranda: ſed inſimul, & tamquàm vnum integrale conſtituentia; pro ut argumento *text. in l. cum de lanionis, §. aſinam, verſ. quod ſi, ff. de fund. inſtruc.* in ſpecie rectè ponderat *Rot. in rec. dec. 30. n. 13. & dec. 46. nu. 9. p. 5.*

16 Irreleuans pariter detegitur tertium obiectum, quòd in translatione penſionis non interuenerit conſenſus Regis Catholici, ſed tantùm Oratoris, cum in translatione penſionis non requiratur conſenſus Patroni, *Spad. conſ. 85. num. 8. lib. 3. Gigas de penſion. qu. 23. num. 8. Gambar. de offic. & poteſt. Legat. lib. 6. tit. de penſion. num. 94. & ſeq. Coſm. Guymier. in Pragmat. Sanction. §. item. inſuper,* verbo *diſponere ſub tit. de collat. num. 12. Tondut. de penſion. cap. 25. nu 10. & ſeq. Card. de Luca de Iur. patr. diſc. 66. nu. 14. Caſſador. dec. 3. de Iur. patr. Card. Seraph. dec. 1264. nu. 1. Rot. in rec. dec. 186. num. 4. & dec. 213. num. 10. p. 6.*
17 & in ſpecie Iuriſpatronatus Regii *Simonett. dec. 33. Rot. in rec. dec. 307. p. 3.*

18 Idque ea potiſſimùm ratione, quia translatio penſionis iam validè, & ſeruatis ſeruādis reſeruatæ, etiam ſuper Iurepatronatus, non eſt noua ſeruitus, ſed prorogatio iam impoſitæ, adeòut Ecclesia nouo onere non grauetur, *Spad. conſ. 85. num. 8. lib. 3. Rot. in rec. dec. 501. p. 1. Card. Ottobon. dec. 22. nu. 39. & ſeqq.*

19 Hinc in translatione penſionis non requiruntur derogationes, quę ſunt neceſſariæ in reſeruatione, *Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 257. in fin. addit. Gratian. cap. 551. num. 19. & ſeqq. Rota in Bonon. translationis penſionis 22. Iunij 1601. coram Card. Millino,* inter ſuas impreſſa *deciſ. 277. Card. Ottobon. deciſ. 22. nu. 39.*

20 Prout non eſt neceſſarium, mentionem fieri de Iurepatronatus in translatione; licèt ſit facienda in impoſitione, *Rot. in recen. dec. 505. nu. 4. p. 1. & dec. 307. nu. 1. ad med. p. 3. Card. Ottobon. d. dec. 22. num. 40.* aliarumque
21 penſionum mentio non debet fieri de neceſſitate in translatione; licèt ſit facienda in impoſitione, quia aliud eſt imponere ſeruitutem, aliud prorogare iam impoſitam, *Buratt. dec. 684. num. 4. Card. Ottobon. d. deciſ. 22. num.*

num.41. & ſeq. Rot.in rec.dec.24.num.20. & ſeq. & dec.452. num.44.p 5. Durau. deciſ.67. num.3. & ſeq. Rota in Veronen. penſionis coram Card.Veroſpio Seniore penes *Marcheſan; de commiſſ.p.2.fol.555. nu.202.*

22 Quinimò, neque etiam in reſeruatione eiuſdem penſionis fuiſſet neceſſarius conſenſus patroni, *Gigas de Penſion.qu.23. ex nu.8. Rebuff.in 3.part. ſignat.* verbo *nec non Iuriſpatronatus, nu.18. Gambar.de offic.& poteſt. Legat.lib.6.tit.de penſion.nu.94. & ſeqq.Viuian. de Iurepatr.lib.13.p.2. cap.9.num.22. & ſeqq. Lotter.de re benefic. lib.1.qu.34.nu.89.Caſſador.dec.3. de Iur.patr.Card.Seraphin.dec.264. num.1.*

23 *Deciſio* verò *Buratt.343.* ex aduerſo allegata non aduerſatur, firmans poſt *Gigas de penſion. qu.24.num.4.* & poſt *Rot.in Romana penſionis 4.Iulii 1601. coram Cardin. Pamphilio.* quòd difficiliùs ſoleat Papa grauare penſionibus beneficia de Iurepatronatus, ſignanter Regio, Id enim non procedit, quando, prout, in præſentia, agitur de penſionis iam validè, ac ſeruatis ſeruandis, reſeruatæ translatione, ex rationibus proximè allatis.

Tandem, quartum obiectum ſuper incapacitate Marchionis Gerini translatarii retinendi penſionem vti Clerici coniugati, ſublatum omninó remanet ex notoriis priuile-
24 giis Militum Lauretanorum, prout eſt Dominus Marchio, qui ſunt capaces penſionũ, *Pariſ.de reſignat.lib.6. qu.4. num.11. Cardin. de Luca de penſion.diſc.58. nu.8. Add. ad Buratt.dec.791. num.15. Tondut.de penſion. capit. 77. num.29. Ludoniſ.dec.18. Coccin. dec.299. num.3. Card.Ottobon.dec.22. num.36.*

25 Idque etiam, ſi Milites Lauretani matrimonium poſt penſiones adeptas contrahant, *Tondut. de penſion.cap.77. num.28. verſ. imò, & capaces ſunt, Card.de Luca de penſion.diſc. 58.n.8.*

26 Quæ priuilegia comprehendunt penſionem reſeruatam etiam ſuper Regio patronatu, *Tondut.de penſion.d.cap.77. num.31. Rot. in rec.dec.307. part.3.* & ſuffragantur eidem Marchioni pro retentione penſionis in ducatis auri de Camera 1200, ſtante emptione
27 ſex militiarum, quarum vnaquæque habilitat ad retinendam penſionem in ducatis 200. *Add.ad Buratt.dec.791. num.15. Card.de Luca de penſion.diſc. 58.num.8.Tondut.de penſion. cap.77. num.29. Card. Seraphin.dec.758. in princip.& num.3.*

ARGVMENTVM.

Clementina plures de Iurepatronatus decernens, in Iurepatronatus hæreditario, ſeù mixto ſucceſſionem in ſtirpes, & non in capita eſſe deferendam, vtpotè noui Iutis non inductiuam; ſed potiùs declaratiuam Iuris antiqui cõtrouerſi, ad præteritas fundationes extendi debet.

In Iurepatronatus mixto, deficiente vna ex duabus lineis, eius portio in altera ſuperſtite remanet conſolidata.

Vnio Beneficiorum de Iurepatronatus fieri debet, accedente Patronorum conſenſu; niſi tamen Papa ſpecificè Iucipatronatus derogauerit.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ veniunt appellatione hæredum, & ſucceſſorum in Iurepatronatus.*

2 *Ante editionem* Clemen. plures de Iur. patronat. *nonnulli exiſtimant, quòd vigeret ſententia affirmans, quod in Iurepatronatus hæreditario, ſeu mixto ſuccederetur in capita, & non in ſtirpes.*

3 *Eadem* Clementina *non eſt extendenda ad præteritas fundationes, virtus enim legis eſt normam tradere futuris, non autem præteritis negotijs.*

4 Clementina *prædicta in Iurepatronatus hæreditario, ſeu mixto ſucceſſionem ſtatuit in ſtirpes, & non in capita.*

5 Clementina *non eſt noui Iuris inductiua, ſed potiùs declaratiua Iuris antiqui controuerſi, ideòque non ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præterita.*

6 *Quando præteritum expectat perfectionem à futuro, nempè, à præſentationibus ſucceſſiuo tempore faciendis, tunc lex ad illud extenditur.*

7 Deciſio Rotæ in Florentina Iuriſpatronatus penes Viuianum, *procedit in Iurepatronatus gentilitio, in quo ex longiſſima obſeruantia præſentationes ſemper in capita fuerunt factæ.*

8 *Obſeruantia ſuccedendi in ſtirpes deſumitur ex donationibus certarum portionum præſeferentibus excluſionem ſucceſſionis in capita.*

9 *Obſeruantia eſt potiſſimùm attendenda circa modum ſuccedendi in Iurepatronatus.*

10 *Iuſpatronatus non dicitur merè gentilitium, ſeu familiare; ſed potiùs mixtum, quoties ab initio eſt reſeruatum ſucceſſoribus ſuis, atque adeò hæredibus tantùm ſanguinis.*

11 *In Iurepatronatus mixto eſt controuerſa quæſtio, an, deficiente vna ex duabus lineis, eius portio in altera ſuperſtite conſolidata remaneat, vel potiùs vltimus lineæ deficientis ad hæredes eius portionem tranſmittat.*

12 *Pro tranſmiſſione nonnulli affirmant.*

13 *Sed contraria ſententia eſt receptior, quòd, vel ex coniunctione verbali, vel reali, vel mixta, vel potiùs ob indiuiduitatem Iuriſpatronatus, ſit locus*

Digitized by Google

Gemin.conſ.33.Spada conſ.64. in fin.lib.3.Gratian.cap.397.num.39.Tondut.de penſion. cap.78.num.36 Caſſador.*dec.9.n.4.de prabend.* & *d.dec.233.num.2 p.1 diuerſ.* vbi, quòd ſuper omnibus debeat expreſsè diſpenſari, *Ludouiſ.dec.87.nu.6.Card.Celſ.d.dec.69.nu.29.*

24 Contratia verò procedunt, quando agitur de his, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam diſpenſationis, in quo caſu non dicitur extenſio, ſed potiùs comprehenſio, in quibus terminis loquũtur ex aduerſo allegati *Abb.in cap.quia ſi tamen 5.num.4. de praben.Felin.in cap.poſtulaſti n.10. de reſcript.* Menoch.*conſ.478.num.29.Tondut.lib.1. quæſt.benefic.cap.92.nu.5.* Card. *de Luca de Canonic.diſc.5.num.3. in fin* & *diſc.13.ſub nu.11.Sanchez de matrim.lib.8.diſp.1. num.19.Oyed. de incompatib.benefic. p.1.cap.17. nu.29* Rebuff. *in prax.tit.de promouend. num.55.Staphil. de grat.expect.in 2.forma, nu.16. Silua.de benef. par.9. qu.52. num.5. Duran.dec.439. nu.5.* & *dec.462.nu.17.Rot.in Ternana ſtatutorum 11. Aprilis 1644. coram Archiep. Carrillo inter ſuas non impreſſa, vtpotè extenſa per Peutingerium.*

25 Reſponſio verò allata per Card.*de Luca* ex aduerſo ſcribentem in hac eadem cauſa de *Penſion.diſc.46. num.9.* quòd ob ſeruitium præſtitum in militia pro Sede Apoſtolica nõ fuerit amiſſa penſio, non probatur aliqua auctoritate, & eſt omninò diuinatoria, cum in contrarium adſit auctoritas *Rota coram Card.Celſo in d dec.69.216.* & *338.* quæ articulo ad partes diſcuſſo per trinas conformes reſolutiones in ſpecialibus terminis loquuntur de Clerico penſionario, qui euaſit miles inſeruiendo Pontifici in Statu Eccleſiaſtico, quibus deciſionibus omninò ſtan-
26 dum, cum etiam auctoritas ſimplicis Doctoris contradictorem non habentis dicatur caſus legis, teſte *Iaſ in l.penul.col.pen.Cod. de pact. Surd.conſ.313. Becc. conſ.35.n.18.lib.1. Marta vot.6. num.7. Gratian.cap.531. nu.29. Borgnin.Caualcan.dec.28.nu.16.verſ.* & *quando* & *num.37.* & *ſeqq.Rot.Lucenſ.dec.98.num 27. Franch.dec 363.nu.4. Rot.in rec. dec.354. nu.24.p.11.*

27 Idque ea potiſſimùm ratione optimè deducta in *d.dec.Card. Celſ 69. nu.12.* & *duob. ſeqq.* quòd, nempè, ſicuti miles ſæculi effectus miles Chriſti deſinit eſſe miles ſæculi, vt ad litteram diſponit *text. in cap.1.* ibique *Bald.ſub nu.1. verſ.deſinit enim, Balzaran. nu.11.* & *ſeq.de Vaſſall milit.qui arm. bell. depoſ. Gloſ.margin.in cap fin.*verbo *ſicut,* ibique *Anchar.num.2. Imol.num.3.de Cleric coniugat.*

28 Ita etiam Clericus per aſſumptionem militiæ ſæcularis deſinit eſſe miles Chriſti, & per electionem vnius militiæ videatur alteri renunciaſſe, *gloſ.in cap.vlt.* verbo *redierint*, *de Cleric.non reſid.* ibique *Imol.nu.6.Io Andr. in cap.fin.num.2.de Cleric.coniug. Barbat. conſ.11.n.2.verſ.præterea, lib 1.Gig.de penſion.d.q.55.n.2.Pariſ.de reſignat.benef.lib.1.q.1. n.22. Rebuff.de nominat. qu.fin.ſub nu.19. verſ. item facilè dicitur renunciare, Tondut.eod. tractat. cap.77.num.1.et duob ſeqq.Gonzal ſuper regul 8.Cancell gloſ.15. nu.54. Lotter de re benefic. lib.3. qu.26. nu.7.* & *87.Layman Theolog moral.lib.4.tract.2.cap.17.num.4. in fin. Caſtropal.oper.moral.q.7.tract.13.diſp 1. punct.11. §.10.nu 9. Clar.lib.5.ſentent.§ fin. qu.73. ſub num.6.verſ.item Clericus, Epiſc.Marant.contr. Iur.reſp.50. per tot.p.5. Epiſch.Picciull.de Iure perſonar.lib.7. cap.5.nu.26.et ſeqq. Zecch.de benefic.* & *penſion.Eccleſiaſt. cap.11 numer.9. Gambar.de offic.legat.lib.6. num.743.* & *ſeqq.*
29 Cum non poſſit Deo, & ſęculo militare, vt inquit *text. in can. quicumque* il ſecondo *23. qu.8.*

30 Prout in fortioribus terminis ob hanc eamdem rationem renunciationis militiæ cęleſtis, penſio reſeruata alicui, vti Clerico, amittitur ob ſuſceptum officium Notariatus, præcipuè in criminalibus, vt poſt *Innocent.* alioſque Canoniſtas *in cap.ſicut ne Cleric. vel Monac.* firmant *Graſſ. de effect Cleric. effect.8.num.11.Maiol.de irregular.lib.2.cap.6. num 5. Card.de Luca de penſio.diſc.48.num.2.* optimè *Rota in Cæſaraugustana penſionis 14. Iunii 1660. coram Veroſpio*, Idemque dicitur de aſſumptione ſimplicis officii Gubernato-
31 ris ſæcularis, ob quod pariter amittitur penſio, *Rota in Romana penſionis 15. Iunii 1668. coram Albergoto.*

Huiuſmodi verò ratio abſque dubio conuenit, etiam militiæ aſſumptæ pro ſeruitio Sedis Apoſtolicæ; potiſſimùm, quia, quòad cuſtodiam Status Eccleſiaſtici Papa gerit
32 vices Prinçipis omninò ſæcularis, prout eſt notiſſimum, & comprobat *text* valdè ſingularis *in cap.per venerabilẽ, qui fil.ſint legit.* ibi: *Id autem in patrimonio B Petri liberè poteſt Apoſtolica Sedes efficere, in quo et Summi Pontificis auctoritatem exercet, & Summi Principis exequitur poteſtatem, Card. de Luca de feud. diſc.93.* & *de dote diſc.22.* vtrobique *num.6.* & *de iuriſdict.diſc.116. nu.5. verſ.* & *de altera diſtinctione, in ſupplem. p.1. Carol. Anton.de Luca de pluralit.hominis cap.29.* eidemque milites inſeruiunt tamquàm Principi ſæculari; ideòque nullum poterit afferri iuridicum diſcrimen inter vnum caſum, & alterum.

33 Neque meretur in contrarium allegari *Iaſ conſ.119.lib 4. per tot.* cum loquatur in terminis toto Cęlo diuerſis, nempè, quòd Cardinalis Farneſius, licèt in Sacris conſtitutus, potuerit ſuccedere in feudis, illaque retinere in Statu Eccleſiaſtico; & in eiſdem terminis loquitur *Fagnan. in cap quæ in Eccleſiarum, nu.104. de conſtit.* quod nihil prorſus

ſus

Digitized by Google

ſus commune habet cum præſenti quæſtione,
in qua, cum habeamus indiuiduales auctoritates *Rotæ in prædictis deciſionibus coram Card. Celſ.* illis omninò eſt ſtandum, præcipuè non allata aliqua auctoritate in contrarium, ſed cum ſimplici ratiocinio iuxtà morem eiuſdem *Card. de Luca* loco ſuperiùs laudato, meo Iudicio parum commendabili in hac noſtra legali ſcientia, in qua erubeſcimus ſine lege, vel auctoritate loqui.

34 Prout, neque etiam applicantur deducta per *Rot.in rec.dec.355.p.14.* ibi enim tantũmodò agitur de articulo, An Clericus, qui militiam exercuit pro Patriæ defenſione in bello iuſto, reaſſumendo habitum Clericalem, gaudeat priuilegio fori, quod nihil pariter commune habet cum præſenti caſu, in quo eſt quæſtio ſuper amiſſione penſionis ob aſſumptam militiam ſecularem.

35 Minus etiam releuat obiectum, quòd, nempè, huiuſmodi exceptio reiicienda ſit ad petitorium, vtpotè altiorem requirens indaginem, & interim non ſit deneganda manutentio penſionario, cum ſatis ſuperque ſufficiat poſſibilitas alterius Indulti, ſeu diſpenſationis reſpectu militiæ aſſumptæ pro ſeruitio Sedis Apoſtolicæ *Spad.conſ.72. lib.1. Gratian. cap.113. num.28. Gigas de penſion. qu.17.n.7. in fin. Tondut.* pluribus congeſtis *eod. tractat. cap.51. num.1. & 6. Card.de Luca de penſion. diſc.17. nu.4. Verall.dec.321.p.1.& dec.317. num.3. p.2. Penia dec.167.nu.12.& ſeq. Bich. dec.210. num.27. Rot.dec.162. & dec.180.nu. 19.& ſeq. & dec.318.num.8.* poſt *tract. Poſth. de manuten.*

36 Siquidem ſupradictæ auctoritates procedunt, quando Penſionarius exiſtit in quaſi poſſeſſione exigendi; Secus verò quando, prout in præſenti themate, inſtat pro executione litterarum Apoſtolicarum ſuper reſeruatione penſionis, & per Titularem in promptu docetur per publica documenta de extinctione penſionis ob aſſumptam militiã in Statu Eccleſiaſtico, ſuper qua non aderat diſpenſatio; hoc enim caſu huiuſmodi exceptio impedit executionem litterarum Apoſtolicarum; neque dici poteſt, quòd altiorem requirat indaginem, cum conſiſtat in Iure ſatis claro ex allegatis, non autem dubio, ac
37 controuerſo, quod, facto firmato, ſẽper dicitur certum, iuxtà monitum *Bald.in l. Ancillæ num.2. C.de furt. Natt.conſ.502.nu.10. Soccin. Iun.conſ.67. nu.9.& ſeq.lib.4. Anell.de Amat. conſ.100.nu.38. Menoch.de arbitr.qu.53. nu.4. Capyc.Latr.conſult.77.num.25. Card. de Luca de feud.diſc.104.num.10. Tapp.dec.1.num.33. Card.Seraph. dec.430. num.4. Rota poſt Pacifiic.de Saluian. dec.63. num.12. & ſeq.* vbi,
38 quòd, quando factum eſt probatum, diſputatio Iuris non faciat, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem.

39 Fortiùs, quia eadem exceptio extinctionis penſionis ob non obtentã diſpenſationẽ ratione militiæ exercitæ in ſtatu Eccleſiaſtico oritur ex ventre eiuſdem diſpenſationis ex aduerſo exhibitæ, & limitatæ ad militiam contra Turchas, quibus ſtantibus, abſq; difficultate retardat exequtionem litterarum Apoſtolicarum, prout dicitur de exceptione oriente ex ventre earumdem litterarum Apoſtolicarum, *Tondut. de penſion.d.qu.57.n.7 Card.de Luca de penſio.diſc.30.num.6. verſ. ſecus autem vbi exceptio, Rot.in rec.dec.617.nu. 3.p.1.* vbi reſpondetur prædictæ *deciſioni coram Verall.321.p.1.* ex aduerſo allegatæ.

40 Idque eſt regulare in quocumque Iudicio, quàmuis ſummario, & exequtiuo, vt admittantur exceptiones reſultãtes ex ventre eiuſdem ſcripturæ, in qua actor ſuam intentionem fundat, quæ nunquàm cenſetur excluſa; idque etiam ſi requireret altiorem indaginẽ, *Bart. in l.eum, qui ita, §.qui ita, ff. de verbor. obligat., & in l.1.§.parui, nu.5. ff.quod vi, aut clam, Bald in auth. præſente, in 1.notab. Cod.de fideiuſſor. & in l.bonæ fidei in fin. Cod. de pact. Felin. in cap.ex parte* il ſecondo *verſ. decimò fallit, de offic.delegat. Caſtr.conſ.270. n.3. verſ. allegata verò n.3. Surd.conſ.186.n.22.lib.2. Roman.conſ.42.num.3. Dec.conſ.80.nu.7. Cephal. conſ.287.nu.13. Capyc.Latr.conſult 86.nu.31. & ſeq. Angel.de acquir.poſſeſſ. qu.2. art.7.nu. 136. Card.Seraph. dec.980. & dec.430. nu.5. Buratt. dec.122.nu.2. & ſeq. Bich. deciſ.455. num.4.*

Neq; ſubſiſtit replicatio Penſionarii, quòd ſufficiat allegare poſſibilitatem alterius diſpenſationis; cum enim reperiatur iam producta diſpenſatio irreleuans, ex qua oritur exceptio clara extinctionis penſionis ex allegatis, eadem exceptio dicitur clara, & im-
41 peditiua, neque requirit altiorem indaginẽ, quoties, prout in præſentia, turbiditas eſt tantùmmodò in replicatione, *Franc. in cap. 1.num.18. verſ.vndecimò limita de lit. conteſt. Honded.conſ.24.n.53. lib.2. Barth.Soccin.conſ. 59.nu.4. verſ.nec refert. Gabr.conſ.58.nu 16. Capyc.Latr.conſult.77.nu.54. lib.2. Argel. de acquir.poſſeſſ.qu.2.art.9.nu.333. Card.de Luca de camb.diſc.22. num.41. Poſth. de manut.obſeruat.42.num.143. Afflict.dec.63.nu.13. Puc. dec.233.& 234 lib.3. Rot.in rec.dec.559 n 9. p.1.* & in præciſis terminis omninò videndus *Garz.de beneſic. p.1.cap.5.num.557. & ſeq.*
42 vbi, quòd, ſi Penſionarius oſtenderet diſpenſationem, adhuc exceptio extinctionis incontinenti probata impedit ſolutionem, & executionem penſionis, niſi conſtet etiam de iuſtificatione ipſius diſpenſationis, nam iſta exceptio non requirit altiorem indaginem, ſed altior indago oritur ex replicatione Pẽſionarii, vnde non videtur reſeruanda ad petitorium, vt ſunt ipſiſſima verba *Garz.* loco

proximè allegato, benè Rot. in Vrgellen. Canonicatus 21. Maij 1593. coram Card. Blanchetto apud eundem Garz.p.6.cap.3.n.21.

Vlterius non eſt locus executioni litterarum Apoſtolicarum, quia cum S.M.Vrbanus VIII. poſt obitum clar. mem. Cardinalis Maculani ſupradictas penſiones ex nunc, prout ex tunc, reſeruauerit fauore Partis aduerſæ, abſque dubio, cum ex infrà firman-
43 dis, gratia dictæ reſeruationis ſit conditionalis expectans ſuam perfectionem à futuro euentu obitus eiuſdem Cardinalis, ad quod tempus ſubſtantia eiuſdem Gratiæ, non autem illius exequtio fuit translata, eademq; conditio obitus extiterit poſt mortem Pontificis reſeruantis, meritò gratia expirauit, cap.ſi cui 36. verſ.ſecus de præbend.in 6.Gabr. conſ.186.nu.14.verſ.ergo ſi conditio, & nu.15. verſ.ſecundò ſine dubio, & num.16. lib.1.benè ad rem aduertēs, quòd, ſi poſt mortem Pōtificis purificatur conditio, gratia non ſubſtineatur, deficientibus perſonis neceſſariis ad faciendum actum, Garz.de benefic.p.6.cap.2.nu.304. Molin.de Hiſpan.Primog.lib.2. cap.7.nu.63.& ſeq.Sanchez de matrim. lib.8. diſp.28.num.86.& ſeqq. præcipuè nu.99 Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.13.n.43. & ſeq. Verall.dec.35.n.1.& ſeqq. par.2. Rot. in rec. dec. 512.nu.14 & ſeq p.13.

44 Idque duplici potiſſimùm ratione. Altera, quòd, cum gratia conditionalis de tempore ēxiſtentis conditionis fieri, ſeù perfici dicatur; non autem de tempore datæ, cap. ſi pro te, vbi Canoniſtæ de reſcript.in 6.Clement.vnic. in princip de conceſſ.præbend.Gemin.conſ.107. num.4. verſ.nec obſtat, Gabr. conſ.185.num.3. & d.conſ.186.n.14.lib.1. Caſſad.dec.3.n.14.de
45 præbend. Impoſſibile videtur, huiuſmodi perfectionem ſequi, cum non adſint perſonæ neceſſariæ ad faciendum actum ob defectum Papæ facientis prout benè ratiocinatur Gabr d.conſ.186.nu.14. poſt med. verſ. ergo ſi conditio, & num.15. & ſeq. lib.1.

Altera verò, quia, dum caſus euenit poſt mortem dicti Pontificis reſeruantis, & tempore ſucceſſoris gratia fieri dicitur, vtique exerceret idem Pontifex poteſtatem poſt illam iam reſolutam per eius obitum, ac diſponeret, tempore inhabili, ſupplantando ſucceſſorem, quod omninò eſt á Iure prohi-
46 bitum, nedum Prælatis inferioribus, cap 1. ibique Afflict.& Aluarot.qui ſucceſſ.feud.dar. teneant.cap.1.§ morib.ſi de feud.defunct.Gabr. de Iur.quæſit.concl.5. nu.6. & latè alter Gabr. conſ 83.à nu 41.vſque ad 48. Schrader.de feud. p.3.cap.2. n.25 .Roſental.eod.tract.cap 6. cōcl. 16.n.2.& 13. ibique gloſ.lit.A.& concl.17.n. 1.& ſeqq. Capyc dec.162.n.5.& 6.

47 Sed etiam Papæ, cui Pontificatus defertur non ſucceſſione, ſed electione, vt in ſpecie loquentes de Pontifice, & Imperatore, aduertunt Præpoſit.in d.cap.1.num.5.qui ſucceſſ.feud.dar.teneant.ibique Afflict. num.94. Mar.Land.nu.15.Vult.de feud.lib.1.cap.10.nu. 16.uerſ.de Pōtifice Romano, Roſental.eod.tract d.cap.6.concl.17.n.1.ibique gloſ.litt.R.Schrader.de feud.p.3.cap.2.nu.25.benè Fagnan.reprobans contrariam ſententiam in cap. ex parte, nu.36. de feud.

Quòd autem iſta gratia reſeruationis penſionis fuerit conditionalis, eiuſdemque ſubſtantia collata in tempus obitus Cardinalis, plura ſuadent; Tum quia legitur facta poſt mortem eiuſdem Cardinalis, quod idem eſt, ac ſi dictum fuerit, poſtquàm idem Cardina-
48 lis obierit, quæ dictio poſtquàm conditionē importat, l.ſi ita, § fin.ibique gloſ. ff. de legat. 2 l.ab hoſtibus 15.§.fin.ff.ex quib. cauſ. maior. Bart in l.quibus diebus, §.Termilius, nu.6. ff. de condit.& demoſtr.Rot.in rec.dec.46.n.2.p.2 & dec.323. num.17.p.6. & eſt regulare, vt
49 conditio reſultet, quoties ad aliquem futurum euentum ſuſpenditur diſpoſitio, Bart. in l.1.nu.15. & 22.ff.de condit.& demonſtr.ibi; Subiicio tamen hîc regulam, quòd omne aduerbium, quod diſpoſitionem ſuſpendit in aliquem futurum euentum, facit conditionem Galganet. de condit.& demonſtr.p.1.cap.5.n.2.& p.2.cap 1.qu.2. num.5.& meliùs d.p.1.cap.89. num.8. Rot.in rec.dec.320.n.1.p.10.

50 Tum etiam, quia eſt facta, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè, & virtualiter, poſtquàm reſeruatio Penſionis fauore Cardinalis ceſſauerit, quo caſu dici conditionalem, firmant Pariſ.conſ.82. nu.5.& ſeqq.lib.4.Gabr.d conſ. 186.lib.1.Toudut de penſion.cap.44. n.19. Mohedan.dec.11.de locat. vbi verba conditionalia erant appoſita ſolutioni, ibi; poſt tamen dicti Ottoboni mortem ſoluendi, & nihilòminus deciditur, quòd gratia erat conditionalis, ex quo intrinſecè inerat ſupradicta cōditio, ſi ſuperuixerit, Rot.in rec.dec.614.n.45.par.4. tom.3. & dec.602.n.12.uerſ primò, quòd gratia, & nu.13.p.5.tom.2.

51 Neque aduerſatur clauſula ex nunc, prout ex tunc; poſita enim gratia conditionali tempore exiſtentis conditionis perficienda, dicta clauſula operatiua eſſet ad retrotractionem, dummodò extrema eſſent habilia; ſecus, vbi res deuenit ad caſum, à quo incipere non poteſt, repugnante natura ipſius gratiæ non ſortientis effectum, niſi tempore euenientis conditionis; Tunc enim dicta clauſula ſolùm poſſet operari, quòd, nempè, gratia dici debeat facta, tempore exiſtētis conditionis; non autem, quòd ad tempus datæ retrotrahatur, Anchar.in Clement.vnic. nu 6.de conceſſ.præbend.Gabr.d conſ.186.num. 18. & ſeq.& conſ.189.num.13 lib.1. Rot. diuerſ.lib.3.p.3.dec.1311.uerſ.etiam ſi adſit clauſula exnunc; & benè in rec.d.dec.602.nu.24. et ſeq p.5.to.2.et d.d.614. n.49.et ſeqq.p.4.to.3

Nul-

52 Nullatenus verò aduerſatur, quòd penſio reſeruata extiterit de præſenti, eiusque ſolutio fuerit tantùmmodò collata ad tempus obitus Cardinalis, quibus ſtantibus, gratia reſeruationis penſionis non poſſit dici conditionalis, ex adductis per *Rot. in Salamantina Penſionis 18 Iunii 1582. coram Bubalo, et in Cæſarauguſtana Penſionis 18. Iunii 1590. Coram Gipſio* Non ſolùm, quia inepta fuiſſet clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, quæ cum non ſit adaptabilis ſolutioni Penſionis, quæ ſolùm demandatur poſt obitum Cardinalis, pernéceſſe dicendum, quòd ipſam reſpiciat ſubſtantiam reſeruationis.

Sed etiam; quia id rectè deſumitur, inſpectis verbis Breuis Apoſtolici, ibi; *Effectum ſortiturum, & percipiendam, poſtquàm dictus Vincentius viam vniuerſæ carnis ingreſſus fue-*
53 *rit*; ſingula enim ſingulis congruè referendo, prout fieri debet, *l. quoties, C. famil. erciſc.* prædicta verba, ibi: *effectum ſortitura* re-
54 ſpicere debent ſubſtantiam gratiæ; ſequentia verò, ibi, *& percipiendam, poſtquàm, &c.* trahenda ſunt ad ſolutionem.

55 Neque in contrarium vrgent ſupradictæ *deciſiones in Salamantina Penſionis coram Bubalo, & Cæſarauguſtana penſionis coram Gipſio*; in illis enim admittitur concluſio, quòd, quando reſeruatio eſt conditionalis, dicatur imperfecta. & attendatur tempus euenientis conditionis; ſed obiectum euitatur ex facto, quia in caſu earumdem deciſionum conditio non erat appoſita ſubſtantiæ reſeruationis, ſed ſolutioni; præcipuè, quia verbum *reſeruamus*, præcedebat verba *poſtquàm aliæ penſiones ceſſarent*; vndè nil mirum, ſi ibidem firmetur, quòd illa verba, *poſtquàm penſiones ceſſarent*, referantur ad ſolutionem, quòdque ſubſtantia penſionis, hoc eſt ipſa reſeruatio, ſit pura, ſolutio verò conditionalis; quod ſecus aſſerendum in præſenti themate, cum verbum *reſeruamus* antecedéter ſit prolatum verbis *poſt obitum*.

Prædicta verò omnia eò fortiùs remanent comprobata; cum enim, tempore datæ reſeruationis penſionis, Eccleſia Beneuentana reperiretur grauata aliis penſionibus vſque ad ſcuta ſex mille, vtique, dempta congrua de Iure debita Reu. Archiepiſcopo, non remanebat ſubiectum aliorum fructuum, ſuper quibus de præſenti penſiones controuerſæ reſeruari potuerint, ideòq; nil mirum, ſi Papa noluerit de præſenti hanc penſionem reſeruare, ſed potiùs illius ſubſtantiam in tē-
56 pus mortis Cardinalis contulerit; cumque ſubiectum penſionis abſque dubio ſint fructus beneficii *Burſatt. conſ. 178. num. 28. Gigas de penſion. qu. 7. nu. 50. Tondut. eod. tract. cap. 17 nu. 23. & cap. 65. nu. 1. & 3. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 29. nu. 86.*

Impoſſibile omninò videtur, quòd penſio illo tempore intelligi debeat reſeruata, dum non aderant fructus, qui ſunt ſubiectum ipſius Penſionis; ſed potiùs aſſerendum, quòd Papa tantùmmodò illam reſeruare voluerit in futurum, quando poſt ceſſatam reſeruationem fructuum fauore Penſionariorum de tempore eiuſdem reſeruationis exiſtentium, adeſſent fructus, qui poſſent eſſe ſubiectum ipſius penſionis, *Mohed. dec. 11. nu. 1. de locat.*

Si enim aliter diceretur, quòd, népè, non exiſtentibus fructibus aliis Penſionariis aſſignatis, ſubſtantia penſionis eſſet collata in tempus præſens, idem eſſet, ac reſeruare pēſionem ſuper non ente, quod fieri non poteſt;
57 Non enim eſt conferenda gratia in tempus præſens, quo res non extat, ſed ſolùm in tempus futurum, quo res erit, *Zabarell. in Clement. litteras, num. 2. & 4. ante med. verſ. ueuio ad tertium*, & inferiùs *verſ. ſecundò per collationem, de reſcript.* vbi ſignanter *Imol. nu. 23. poſt princip.* & latiùs *ante fin. eiuſd. num. verſic. iſta verba* optimè aſſerēs, hoc probari natu-
58 rali ratione; quia, vt gratia operetur in momento, hoc eſt de præſenti, oportet, materiam eſſe in ſubſtantia, & accidentibus præparatis ad formam ſecundum tempus operationis; ſi enim materia tunc non ſubeſt, impoſſibile eſt, quòd Agens, ideſt Papa, operetur in momento, & de præſenti, ſed oportet, ſubſtantiam gratiæ conferri in futurum.

59 Huiuſmodi verò quantitas fructuum Eccleſiæ eſt iuſtificanda ab ipſis Penſionariis, quia, cum agatur de penſione reſeruata ſuper fructibus Eccleſiæ Cathedralis, & ſubintelligatur clauſula, *dummodò remaneant mille pro Epiſcopo* ex notiſſima diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini; Gratia, vtpotè con-
60 ditionalis, eſt iuſtificanda à Penſionariis, aliàs litteræ Apoſtolicæ non poſſunt exequi, *Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 464. Gigas de penſion. qu. 85. nu. 10. & qu. vlt. nu. 15. Lotter. de re benefic. lib. 1 qu. 38. nu. 40. & ſeq. Caſtador. dec. 10. de reſcript. Card. Seraphin. dec. 1017 num. 4. Ludouiſ. dec. 57. nu. 2. ibique Add. n. 12 Bich. dec. 222. nu. 6. Peutinger. dec. 427. nu. 2. Card. Caualer. dec. 183. nu. 1. & ſeq. Dunozett. Iun. dec. 633. nu. 3. & ſeq. Rot. in rec. dec. 547 nu. 3. & ſeq. p. 1. & dec. 288. num. 4. & ſeqq. part 11.*

61 Idque, etiam ſi penſio ſit reſeruata *Motu proprio* in Conciſtorio, *Rota in Neritonen. penſionis 5 Nouembris 1601. coram Litta* penes *Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. fol. 531. nu. 4 Bich. dec. 222. num. 3. & 4.* Vel etiamſi Titu-
62 laris reſeruationi penſionis conſenſerit ſub obligatione Camerali, quia talis conſenſus ſub eadem conditione, quam habet gratia, cui accedit, intelligitur præſtitus *Spad. conſ. 67. num. 3. lib. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 38 num. 48. Card. Seraph dec. 1017. nu. 3. & ſeq. Card. Millin. dec. 28. nu. 1. Car. Caualer. dec. 183.*

num.6. & ſeq. Bich.dec.222.nu.3. Dunoz.Iun.
dec.633.nu.5. Rota in rec.dec.288.n.5.et ſeqq
part.11.
Neque meretur attendi reſponſio ex ad-
63 uerſo data, quòd prædicta procedant, quan-
do clauſula *dummodò remaneăt mille pro Epi-
ſcopo*, eſt expreſſa in reſeruatione; ſecus,
quando tacitè ſubintelligitur; Huiuſmodi
enim limitatio gratis ex aduerſo affertur,
neque aliqua poterit anctoritate firmari;
quinimò contra Penſionarium ſtat regula
Iuris, quòd taciti, & expreſſi eadem ſit vir-
tus, *l. numquid*, cum ibi notatis, ibique præ-
cæteris *Iaſ.num.5. ff.ſi cert. petat. l. triticum,
ff.de verbor.oblig.Roland.conſ.34.nu.54.lib.4.*
64 *Bald.in l.vnic.§.et ut plenius,nu.6. Cod. de rei
vxor act. Menoch.conſ.108. nu.54. Altograd.
conſ.57.nu.18.lib.1.Capye.Latr.conſult.2.n.12
& conſult.10 nu.4. Carleual.de Iudic.lib.1.tit.
3.n.35.Ciarlin.controu.230.nu 69. Gonzal. ad
reg.8.Cancell.gloſ.14.n.64. Paleaz de maiorat.
p.1.qu.38.nu.1.& ſeqq. Mencaeb. controu. Il-
luſtr.cap.33.nu.26. Pariſ.de reſignat. benefic.
lib.1.qu.1.nu.3.et ſeqq.& qu.13.nu.13.Hermo-
ſil in l.2.gloſ.5.nu.1.2.& 6.tit.1.p.5. Vela diſ-
ſert.12.nu.12.Rot.in rec.dec.354.nu.52. p.11*
65 Signanter, quando, prout in præſentia, ta-
citum neceſſariò prouenit ex diſpoſitione
Iuris, quo caſu paria ſunt conditio, quæ
tacitè ineſt à lege, & expreſſa ab homine;
Socein. conſ.182. circa initium, uerſ.& ſi dica-
66 *tur, lib.2.* cui regulæ ſtandum, donec con-
ſtet de limitatione ex aduerſo afferenda, ne-
que in dubio præſumenda, *l.ab ea parte,ff.de
probat.l.illud, Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Salicet. in
l fundum in fin.Cod.qui potior.in pign.hab.* aſ-
ſerens, quod numquàm ſit recedendum á re-
gula, niſi de contrario doceatur, *Bertazzol
in l.ſi quis maior.num.603.& 604.Cod de tran-
ſact.* Dec.*conſ.142. nu.4. Ancharan. conſ.223.
in fin.* vbi ait, quód, qui habet regulam pro
ſe, poſſit dicere alleganti limitationem, da
mihi textum hoc dicentem *Fulgoſ.conſil.182.
Roland.Valle conſ.81.num.4. lib.1. Tiraq. de
retract.lігniag. §.1.gloſ.9. nu.209. Guttier. de
iuram.confirm.p.1. cap.1. num.64. & practic.
lib.3.qu.3. nu.13. & qu.76. num.8. Antonin.
lib.2. reſolut.59. caſu 12. Graue.ad pract. Ca-
meræ Imperialis. lib.1. conſiderat.36. num.1.
Gloriт.reſp.2. num.29.Card. de Luca de feud.
diſc.6.nu.5. Franch.dec.197. nu.9.Card.Mant.
dec.251.nu.4. Ludouiſ.dec.182. nu.1.Rot. in
rec.dec.354. nu.52.p.11.*

ARGVMENTVM.

Indulta retinendi, transferendiq; penſiones reſeruatas non eſt neceſsè, quòd legantur expreſſa in ipſamet Cedula Cõciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum; ſed ſufficit præcedens Indultum ſuper retentione, translationeque penſionis in euentum futuræ promotionis.

Formula conſueta in translatione penſionis, vt ſcilicet, de conſenſu penſionarij antiqua penſio extinguatur, & noua creetur, eſt requiſita ad certos effectus, mutationis ſcilicet perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, certòque ſciatur, per cuius obitum penſio extingui debeat.

In reſeruatione, ſiue translatione penſionis impoſitæ ſuper Iurepatronatus, an requiratur Patroni conſenſus,

Milites Lauretani ſunt capaces penſionis, etiam ſi Clerici coniugati exiſtant.

SVMMARIVM.

1 *Penſio extinguitur ob promotionem penſionarij ad Epiſcopatum iuxtà ſtylum Curiæ deſumptum ex quadam extrauaganti* Iulij 2.

2 *Facultas retinendi, transferendique penſiones, ex quibus verbis dici debeat præſeruata, penſionario facto Epiſcopo.*

3 *Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas debet legi expreſſum in ipſamet Cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum.*

4 *Contrarium, vt ſuffragetur præcedens Indultum ſuper retentione, & translatione penſionis in euentum futuræ promotionis ad Epiſcopatum.*

5 *Sex Epiſcopatus Cardinalitij, vtpotè annexi Cardinalatui, cum qualitate Antianitatis non inducunt aliquam incompatibilitatem, etiam cum alio actuali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non compellunt ad reſidentiam.*

6 *Ideòque ſunt compatibiles cum beneficijs, & Commendis, multòque magis cum penſionibus.*

7 *Epiſcopi Titulares in partibus Infidelium penſiones poſſunt retinere.*

8 *Translatio penſionis, vt ſit valida, requiritur, quòd antiqua penſio priùs caſſetur, & poſtquam caſſata, extinctaque fuerit, alia ſimilis penſio reſeruetur.*

Intellige, vt num.10.

9 *Penſionis translatio, quando fit per Cardinalem, vt ſit valida, debet fieri, ſeruata forma præſcripta in eius Indulto.*

10 *Formula translationis penſionis, de qua ſupra* num.8: *requiritur ad certos effectus, mutationis, ſcilicèt, perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, & vt certò ſciatur, per cuius obitum penſio debeat extingui.*

11 Pen-

11 *Penſionis noua creatio ſequi non poteſt ſine corruptione antiquæ.*

12 *In translatione penſionis ſufficit, ſeruari formulam datam in facultate; non autem verba.*

13 *Translatio penſionis dicitur validè facta, quoties penſionarius declarauit in actu translationis, quòd omnia cenſeatur facta iuxtà formam facultatum, cum proteſtatione, quòd contrà illam factum, habeatur pro non facto.*

14 *Accedente potiſſimùm clauſula* omni meliori modo.

15 *Littera reſeruationis penſionis, facultas transferendi, & inſtrumentum translationis non ſunt diſtinctim, & de per ſe conſideranda, ſed mixtim, & tamquàm vnum integrale conſtituentia.*

16 *In translatione penſionis, non requiritur conſenſus Patroni.*

17 *Idque etiam procedit in Iurepatronatus Regio.*

18 *Translatio penſionis validè reſeruatæ, etiam ſuper Iurepatronatus non eſt noua ſeruitus; ſed prorogatio iam impoſitæ; adeòut Eccleſia nouo onere non grauetur.*

19 *In translatione penſionis, non requiruntur derogationes, quæ ſunt neceſſariæ in reſeruatione.*

20 *Non eſt neceſſarium, mentionem fieri de Iure patronatus in translatione; licèt ſit facienda in impoſitione.*

21 *Aliarum penſionum mentio non debet fieri de neceſſitate in translatione, licèt ſit facienda in impoſitione, quia aliud eſt imponere ſeruitutem, aliud prorogare iam impoſitam.*

22 *In reſeruatione penſionis non eſt neceſſarius conſenſus Patroni.*

23 *Declaratur* deciſio Buratt. 343.

24 *Milites Lauretani vigore priuilegiorum ſunt capaces penſionis.*

25 *Etiam, ſi matrimonium poſt adeptas penſiones contrahant.*

26 *Idque, etiam procedit in penſionibus reſeruatis ſuper Iurepatronatus.*

27 *Vnaquæque militia Lauretana habilitat ad retinendas penſiones in ducatis biſcentum.*

CAPVT CXCII.

PENSIO, de qua agitur, videtur validè translata per Cardinalem de Medices ad fauorem Marchionis Gerini, nullatenus aduerſantibus quatuor obiectis deductis pro inualiditate translationis.

1 Quò enim ad primum, quòd penſio dici debeat extincta ob promotionem Cardinalis ad Epiſcopatum Tuſculanum, abſque expreſſa facultate retinendi, transferendique penſiones iuxtà ſtylum Curiæ ex quadam extrauaganti *S. M. Iulii II.* per alios Pontifices confirmata, de quibus *Ferrett. conſil. 53. num. 4. & ſeqq. Gabriel. conſ. 200. num. 5. lib. 2. Valenzuol. conſ. 137. nu. 42. Germon. de Indult. Cardin. §. ſi verò illa, nu. 48. uerſ. amittit, igitur*, latè *Lotter. lib. 1. de re benef. q. 41. n. 7. & duob. ſeqq. Gigas de penſion. qu. 56. circa fin. Mareſc. var. lib. 2. cap. 18. nu. 33. Gratian. cap. 296. nu. 66. Pariſ. de reſignation. lib. 3. qu. 1. n. 8. & 78. verſ. & non ſolùm*, aliiſque congeſtis, *Tondut. de penſion. cap. 73. nu. 5. et plurib. ſeqq. Cardin. de Luca de penſion. diſc. 43. n. 2. Rota diuerſ. dec. 233. nu. 1. p. 1. in rec. dec. 143. n. 1. p. 2. Verall. dec. 313. lib. 2. Card. Ottob. deciſ. 239. n. 13.*

2 Obiectum remanet omninò ſublatum ex tenore litterarum reſeruationis, ibi; *Et pro te etiam, vnà cum S. Euſtachii de Vrbe, quæ denominatio tui* Cardinalatus *exiſtit, & quacumque alia tibi pro ſimili denominatione, ſeù titulo tui* Cardinalatus, *pro tempore aſſignanda, ac quibuſuis aliis Cathredalibus, & Metropolitanis, ſeù Patriarchalibus Eccleſiis, &c. etiam cum facultate transferendi, &c. cæteriſque facultatibus, & indultis; & e. tenore præſentium reſeruamus.* Ex quibus verbis abſque dubio præſeruata remanſit facultas Cardinali, nõ ſolùm retinendi, ſed etiam transferendi pẽſiones in caſu futuræ promotionis ad Epiſcopatum, *Card. Canaler. dec. 148. nu. 7. uerſ. hæc difficultas, Rot. in rec. dec. 143. nu. 1 p. 2.*

3 Neque obiiciatur, quòd huiuſmodi Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas debeat legi expreſſum in ipſamet cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum Tuſculanum; prout ex nonnullis Apoſtolicis Conſtitutionibus vidẽtur ſupponere, *Lotter de re benefic. d. lib. 1. q. 41. n. 8. Tondut. de penſion. d. cap. 73. nu. 11. Card. Ottobon. dec. 239. n. 14.*

4 Si quidem huiuſmodi obiectum eſt omninò irreleuans, quia, etiamſi in Cedula Conciſtoriali expedita ſuper promotione ad Epiſcopatum non legeretur facultas, ſeù Indultum retinendi, & transferendi penſiones reſeruatas; adhuc ſuffragari debet præcedens Indultum ſuper retentione, & translatione penſionis in euentum futuræ promotionis ad Epiſcopatum, ex allegatis; neque *Lotter. Tondut. & Rota* in locis proximè laudatis requirunt præcisè conceſſionem Indulti in ipſamet Cedula Conciſtoriali, adeòut præcedens Indultum non ſuffragetur, ſed loquũtur á frequenter accidentibus, cum huiuſmodi facultates, vt plurimum ſoleant impartiri in ipſiſmet Cedulis Conciſtorialibus ſuper promotione ad Epiſcopatum.

5 Vlteriùs, etiam ſi dicta diſpenſatio non adeſſet, adhuc ea non erat neceſſaria; illi enim ſex Epiſcopatus Cardinalitii, inter quos enumeratur Tuſculanus, vtpotè ipſi Cardinalatui annexi, cum qualitate Antianitatis, non inducunt aliquam incompatibilitatem, etiam cum alio actuali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non cogunt ad aliquam reſidentiam; prout articulo accuratè diſcuſſo in Congregatione particulari á *S. M. Alexandro VII.* deputata, fuit decretum occaſione optionis factæ de Epiſcopatu Sabinenſi à clar. mem. Cardinali Brancaccio Epi-
6 ſcopo Viterbienſi, eodem Epiſcopatu Viterbienſi retento; ideóque ſi illi ſex Epiſco-

ſcopatus Cardinalitii ſunt compatibiles
cum alio Epiſcopatu actuali, ac beneficiis,
& Commendis Monaſteriorum, multò ma-
gis id aſſerendum cum penſionibus, in qui-
bus incompatibilitas, ſeù ceſſatio penſionis
potiùs prouenit ex quodam Curiæ ſtylo de-
ſumpto ex *Conſtitutionibus S. M. Iulii II. &*
Leonis X. quàm ex diſpoſitione Iuris,

7 Prout in proximis terminis habemus, quòd
ex eodem ſtylo Curiæ Epiſcopatus Titulares
in partibus Infidelium dictam incompatibi-
litatem non cauſant, dum eorum poſſeſſio,
ac adminiſtratio non obtinetur, adeòut pen-
ſiones poſſint retineri, vt poſt *Gabr. conſil.*
200. num. 1. in fin. lib. 2. Gratian. cap. 296. nu.
fin in ſpecie aduertit poſt alios *Card. de Lu-*
ca de penſion. diſc. 43. n. 2.

8 Minus aduerſatur ſecundum obiectum,
quòd, cum non fuerit ſeruata forma præſeri-
pta in ſacultate transferendi, nempè, vt an-
tiqua penſio priùs caſſetur, & poſtquàm caſ-
ſata, extinctaque fuerit, alia ſimilis penſio
reſeruetur, translatio remanſerit nulla, ex
adductis per *Ferrett. conſ. 53. num. 10.* ſubſti-
nens caſſationem eſſe de forma, *Mandoſ. de*
Signat. Gratiæ verbo *Penſionum translationes,*
Pariſ. de reſignat. lib. 6. cap. 4. nu. 6. Rot. diuerſ.
dec. 401. num 1. part 1. in recent. dec. 327. par.
1. & dec. 650. num. 6 part. 4. tom. 3.

9 Regulare enim eſt, vt penſionis translatio
quando fit per Cardinalem, vt ſit valida, de-
beat fieri, ſeruata forma præſcripta in eius
Indulto, *Rot. in rec. dec. 307. n. 5. & 6. p. 10.*

10 Licèt n. conſueta formalitas ſit iſta, quòd
ſcilicèt, priùs de cõſenſu poſſeſſoris pẽſionis
caſſetur antiqua, deindeque per Delegatum
fiat reſeruatio nouæ; attamen iſta eſt forma-
litas verborum, quæ attendi non debet, niſi
ad certos effectus, mutationis, ſcilicèt, per-
ſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, certò-
que ſciatur, per cuius obitum penſio debeat
extingui, *Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 36. nu.*
75. Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. nu. 256 add. ad
Ludouiſ. dec. 18. nu. 12. Rot. in rec. dec. 327. nu.
4. verſ. quàmuis enim, & dec. 122. num. 9. p. 1.
vbi, quòd iſta extinctio ſit momentanea,
& dec. 650. num 7. & ſeqq. par. 4. tom. 3. præ-
dictæ formæ videtur abundè ſatisfactum,
dum in translationis Inſtrumento Cardina-
lis deputans Exequtorem cõſenſit extinctio-
ni antiquæ, & reſeruationi nouæ penſionis ad
fauorem translatarii ab ipſo primo penſio-
nario implicitè voliti, ac per neceſſarium
antecedens ſubintelligitur caſſatio; dum no-
11 ua creatio ſequi non poteſt ſine corruptione
antiquæ, vt rectè aduertit *Rot. in rec. d. deciſ.*
650. nu. 9. & ſeq. part. 4. tom. 3. Sufficit enim
12 in translatione penſionis, ſeruare in ſub-
ſtantia formulam datam in facultate; non
autem verba, *Spad. conſ. 76. numer. 1. lib. 1.*
13 cumque Cardinalis expreſsè declarauerit,
quòd omnia cenſeantur facta iuxtà formam
facultatum, cum ſpeciali proteſtatione,
quòd ſi aliquid contra illam appareret, pro non
facto haberetur; ità ut vtile per inutile non vi-
tietur, eò magis aſſerendum, translationem
fuiſſe validè factam, *Rot. in rec. dec. 252. n. 12.*
& ſeqq. p. 4. tom. 2. accedenre potiſſimùm
14 clauſula *omni meliori modo*, *Spad. conſil. 76.*
n. 3. lib. 3. Duran. dec. 60. n. 38. Rot. in rec. dec.
733. nu. 9. p. 2.

15 Multòque magis, quia hæc tria, litteræ re-
ſeruationis, facultas transferendi, & Inſtru-
mentum translationis non ſunt diſtinctè,
& de per ſe conſideranda: ſed inſimul, &
tamquàm vnum integrale conſtituentia; pro-
ut argumento *text. in l. cum de lanionis, §.*
aſinam, verſ. quod ſi, ff. de fund. inſtruc. in
ſpecie rectè ponderat *Rot. in rec. dec. 30. n. 13.*
& dec. 46. nu. 9. p. 5.

16 Irrcleuans pariter detegitur tertium obie-
ctum, quòd in translatione penſionis non in-
teruenerit conſenſus Regis Catholici, ſed
tantùm Oratoris, cum in translatione pen-
ſionis non requiratur conſenſus Patroni,
Spad. conſ. 85. num. 8. lib. 3. Gigas de penſion. qu.
23. num. 8. Gambar. de offic. & poteſt. Legat. lib.
6. tit. de penſion. num. 94. & ſeq. Coſm. Guymier.
in Pragmat. Sanction. §. item. inſuper, ver-
bo *diſponere ſub tit. de collat. num. 12. Tondut.*
de penſion. cap. 25. nu. 10. & ſeq. Card. de Luca
de Iur. patr. diſc. 66. nu. 14. Caſſador. dec. 3. de
Iur. patr. Card. Seraph. dec. 1264. nu. 1. Rot. in
rec. dec. 186. num. 4. & dec. 213. num. 10. p. 6.
17 & in ſpecie Iurispatronatus Regii *Simonett.*
dec. 33. Rot. in rec. dec. 307. p. 3.

18 Idque ea potiſſimùm ratione, quia tran-
slatio penſionis iam validè, & ſeruatis ſeruã-
dis reſeruatæ, etiam ſuper Iurepatronatus,
non eſt noua ſeruitus, ſed prorogatio iam
impoſitæ, adeòut Eccleſia nouo onere non
grauetur, *Spad. conſ. 85. num. 8. lib. 3. Rot. in*
rec. dec. 501. p. 1. Card. Ottobon. dec. 22. nu. 39.
& ſeqq.

19 Hinc in translatione penſionis non requi-
runtur derogationes, quę ſunt neceſſariæ in
reſeruatione, *Garz. de benefic. p. 1. cap. 5. num.*
257. in fin. addit. Gratian. cap. 551. num. 19. &
ſeqq. Rota in *Bonon. translationis penſionis 22.*
Iunij 1601. coram Card. Millino, inter ſuas
impreſſa *deciſ. 277. Card. Ottobon. deciſ. 22.*
nu. 39.

20 Prout non eſt neceſſarium, mentionem
fieri de Iurepatronatus in translatione; licèt
ſit facienda in impoſitione, *Rot. in recen. dec.*
505. nu. 4. p. 1. & dec. 307. nu. 1. ad med. p. 3.
Card. Ottobon. d. dec. 22. num. 40. aliarumque
21 penſionum mentio non debet fieri de neceſ-
ſitate in translatione; licèt ſit facienda in
impoſitione, quia aliud eſt imponere ſerui-
tutem, aliud prorogare iam impoſitam, *Bu-*
ratt. dec. 684. num. 4. Card. Ottobon. d. deciſ. 22.
num.

Digitized by Google

num.41. & ſeq. Rot.in rec.dec.24.num.20. & ſeq. & dec.452. num.44 p 5. Duran. deciſ.67. num.3. & ſeq. Rota in Veronen. penſionis coram Card.Veroſpio Seniore penes *Marcheſan. de commiſſ.p.2.fol.555. nu.202.*

22 Quinimò, neque etiam in reſeruatione eiuſdem penſionis fuiſſet neceſſarius conſenſus patroni, *Gigas de Penſion.qu.23. ex nu.8. Rebuff.in 3.part. ſignat.* verbo *nec non Iuriſpatronatus, nu.18. Gambar.de offic.& poteſt. Legat.lib.6.tit.de penſion.nu.94. & ſeqq.Viuian. de Iurepatr.lib.13.p.2. cap.9.num.22. & ſeqq. Lotter.de re benefic. lib.1.qu.34.nu.89.Caſſador.dec.3. de Iur.patr.Card.Seraphin. dec.264. num.1.*

23 *Deciſio* verò *Buratt.343.* ex aduerſo allegata non aduerſatur, firmans poſt *Gigas de penſion. qu.24.num.4.* & poſt *Rot. in Romanæ penſionis 4.Iulii 1601. coram Cardin. Pamphilio.* quòd difficiliùs ſoleat Papa grauare penſionibus beneficia de Iurepatronatus, ſignanter Regio, Id enim non procedit, quando prout, in præſentia, agitur de penſionis iam validè, ac ſeruatis ſeruandis, reſeruatæ translatione, ex rationibus proximè allatis.

Tandem, quartum obiectum ſuper incapacitate Marchionis Gerini translatarii retinendi penſionem vti Clerici coniugati, ſublatum omninò remanet ex notoriis priuile-
24 giis Militum Lauretanorum, prout eſt Dominus Marchio, qui ſunt capaces penſionū, *Pariſ.de reſignat.lib.6. qu.4. num.11. Cardin. de Luca de penſion.diſc.58. nu.8. Add. ad Buratt.dec.791. num.15. Tondut.de penſion. capit. 77. num.29. Ludouiſ.dec.18. Coccin. dec.299. num.3. Card.Ottobon.dec.22. num.36.*

25 Idque etiam, ſi Milites Lauretani matrimonium poſt penſiones adeptas contrahant, *Tondut. de penſion.cap.77. num.28. verſ. imò, & capaces ſunt, Card.de Luca de penſion.diſc. 58.n.8.*

26 Quæ priuilegia comprehendunt penſionem reſeruatam etiam ſuper Regio patronatu, *Tondut.de penſion.d.cap.77. num.31. Rot. in rec. dec.307. part.3.* & ſuffragantur eidem Marchioni pro retentione penſionis in ducatis auri de Camera 1200, ſtante emptione
27 ſex militiarum, quarum vnaquæque habilitat ad retinendam penſionem in ducatis 100. *Add.ad Buratt.dec.791. num.15. Card.de Luca de penſion.diſc.58.num.8.Tondut.de penſion. cap.77.num.29. Card. Seraphin.dec.758. in princip.& num.3.*

ARGVMENTVM.

Clementina plures de Iurepatronatus decernens, in Iurepatronatus hæreditario, ſeù mixto ſucceſſionem in ſtirpes,& non in capita eſſe deferendam, vtpotè noui Iuris non inductiuam; ſed potiùs declaratiuam Iuris antiqui cōtrouerſi, ad præteritas fundationes extendi debet.

In Iurepatronatus mixto, deficiente vna ex duabus lineis, eius portio in altera ſuperſtite remanet conſolidata.

Vnio Beneficiorum de Iurepatronatus fieri debet, accedente Patronorum conſenſu; niſi tamen Papa ſpecificè Iuripatronatus derogauerit.

SVMMARIVM.

1 *Feminæ veniunt appellatione hæredum, & ſucceſſorum in Iurepatronatus.*

2 *Ante editionem* Clemen. plures de Iur. patronat. *nonnulli exiſtimant, quòd vigeret ſententia affirmans, quòd in Iurepatronatus hæreditario, ſeu mixto ſuccederetur in capita, & non in ſtirpes.*

3 *Eadem* Clementina *non eſt extendenda ad præteritas fundationes, virtus enim legis eſt normam tradere futuris, non autem præteritis negotijs.*

4 Clementina *prædicta in Iurepatronatus hæreditario, ſeu mixto ſucceſſionem ſtatuit in ſtirpes, & non in capita.*

5 Clementina *non eſt noui Iuris inductiua, ſed potiùs declaratiua Iuris antiqui controuerſi, ideòque non ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præterita.*

6 *Quando præteritum expectat perfectionem à futuro, nempè, à præſentationibus ſucceſſiuo tempore faciendis, tunc lex ad illud extenditur.*

7 Deciſio Rotæ in Florentina Iuriſpatronatus penes Viuianum, *procedit in Iurepatronatus gentilitio, in quo ex longiſſima obſeruantia præſentationes ſemper in capita fuerunt factæ.*

8 *Obſeruantia ſuccedendi in ſtirpes deſumitur ex donationibus certarum portionum præſeferentibus excluſionem ſucceſſionis in capita.*

9 *Obſeruantia eſt potiſſimùm attendenda circa modum ſuccedendi in Iurepatronatus.*

10 *Iuſpatronatus non dicitur merè gentilitium, ſeu familiare; ſed potiùs mixtum, quoties ab initio eſt reſeruatum ſucceſſoribus ſuis, atque adeò hæredibus tantùm ſanguinis.*

11 *In Iurepatronatus mixto eſt controuerſa quæſtio, an, deficiente vna ex duabus lineis, eius portio in altera ſuperſtite conſolidata remaneat, vel potiùs vltimus lineæ deficientis ad hæredes eius portionem tranſmittat.*

12 *Pro tranſmiſſione nonnulli affirmant.*

13 *Sed contraria ſententia eſt receptior, quòd, vel ex coniunctione verbali, vel reali, vel mixta, vel potiùs ob indiuiduitatem Iuriſpatronatus, ſit lo-*

cus

cus Iuri accreſcendi, vel non decreſcendi.

14 *Iuſpatronatus, non ſolùm familiare, & gentilitium; ſed etiam mixtum, finita familia, efficitur merè hæreditarium, & tranſitorium ad hæredes etiam extraneos, neque Eccleſia libertatem acquirit, niſi aliter conſtet ex diſpoſitione fundatoris.*

15 *Vnio beneficiorum de Iurepatronatus regulariter fieri non poteſt, non accedente patronorum conſenſu, idque, ſiue Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticum, ſiue Laicale.*

16 *Niſi tamen Pontifex expreſsè Iuripatronatus derogauerit, quò caſu vnio facta Auctoritate Sedis Apoſtolicę eſt valida, etiam non interueniente conſenſu patronorum.*

CAPVT CXCIII.

PRÆSVPPOSITA lege adiecta á Dominis de Salimbenis in limine fundationis Commendę ſimplicis Hoſpitalis Sãcti Lazari Papiæ per infraſcripta verba, *quòd hæredes, & ſucceſſores noſtri, & hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum ſucceſſores in infinitum de Domo; & Parentela Noſtra de Salimbene tantùm, ſint, & eſſe debeant Patroni; ità quòd per ipſos ſucceſſores noſtros, & ſucceſſorum noſtrorũm ſucceſſores ad regimen continuò eligatur aliquis idoneus de ſupradicta progenie, & parentela noſtra de Salimbene, & nemo alius, niſi de ſupradicta progenie, & parentela noſtra ſe intromittere poſſit ad illud regimen, vſquequò quis adſit de iſta progenie, & parentela noſtra, qui ipſum onus aſſumere velit.*

Nec non etiam præmiſſa vacatione dictæ Commendæ per obitum Comitis Ioſephi Salimbene nullo ex eo ſuperſtite hærede, qui illam prætendere poſſit ex lege fundationis, atque ad eamdem Commendam concurſu Marchionis Belliſoni, Marchionis Siri de Curtę, & Anibalis Olepani.

Diſceptari cõtingit de duobus; Primò, an Ius præſentandi ad dictam Commendam, inſpecta ſupradicta lege fuodationis, competat Victoriæ, & Liuiæ de Salimbenis.

Secundò, admiſſa pertinentia ad eaſdem, an poſt illarum obitum libera collatio ſpectet ad Magnum Magiſtrum ordinis Sancti Mauritij, cui anno 1565. ex *Conſtitutione S. M. Py. IV.* fuit vnita, vel potiùs tranſeat ad ſucceſſores earumdem Victoriæ, & Liuiæ in infinitum.

Quò ad primum, pertinentia Iuriſpatrona-
1 tus ſpectat ad Liuiam, & Victoriam, quæ, vti de familia Salimbene, abſque, dubiò veniunt ſub appellatione hæredum, & ſucceſſorum in infinitũ, quorũ fauore Cõmenda fuit erecta, iuxta veriorem ſententiam, quam præ cæteris ſubſtinent *Gabr. conſ. 195. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 51. num. 13. lib. 2. et conſ. 35. in fin. lib. 3. Spad. conſ. 9. num. 14. lib 2. Garz. de benefic. part. 5. capit. 9. §. 1. numer. 144. Vi. Viuian. de Iur. patronat. lib. 4. cap 2. numer. 45. & ſequent. Molin. de Hiſpan. Primogenit lib. 3. cap. 4. Auendan. in l. 40. Taur. gloſ. 9. numer. 14. Merlin. dec. 563. nu. 15.* repetita in *rec. dec. 166. nu. 15. p. 6. Epiſ. Ric. dec. 175. num. 120. & ſeqq.*

Solùmque poſſet dubitari, an Iuſpatronatus pro æquis portionibus ſpectet ad Liuiam, & Victoriam; itaut ab vnaquaque ex ipſis Præſentatus dicatur habere medietatem vocum, vel potiùs portiones ſint diſpares, adeòut maior pars ſpectet ad vnam, quàm ad alteram.

Super qua inſpectione videntur meo iudicio ſubſiſtere ponderationes vtriuſque deciſionis editas in hac cauſa impræſsas in *recent. deciſ. 352. part. 16. & deciſ. 99. part. 17.* in quibus iuxta modum ibi expreſſum, & ratas diſtinctas decernitur maior portio fauore Victoriæ, non obſtante vnico obiecto Liuiæ prætendentis in hoc
2 Iurepatronatos hæreditario, ſeù potiùs mixto fundato anno 1157. atque adeò longè antè *Clementin. plures de Iurepatronat.* locum habere opinionem nonnullorum Canoniſtarum firmantium ſucceſſiones in capita, & non in ſtirpes, ideòque eamdem *Clementin.* non eſſe extendendam ad præteritas fundationes, cum
3 virtus legis ſit normam tradere futuris; non autem præteritis negotiis, *leg. leges 7. Cod. de legib. cap. fin.* vbi Canoniſtæ *de Conſtitution. Bald. in leg. illam, Cod. de donationib. Felin. in capit. vltim. numer. 1. & 3. de conſtitut. Calcan. conſil. 15. & ſequent. Menoch. conſil. 499. numer. 3. & conſil. 1003. numer 76. Mart. vot. 17. Cephal. conſil. 461. numer. 28. & ſeqq. Riminald. Iun. conſil. 56. numer. 78. Tort. ad ſtatut. Pap. 121. numer. 150. Farinac. in fragment. in* verbo *lex, numer. 25. & ſeqq. Mierez ad Conſtitution. Cathalon. part. 2. collat. 10. capit. 25. numer. 6. Burg. de Pax. in leg. 3. Taur. numer. 37. Perez in leg. 10. gloſ. 1. column. 2. ante fin. tit. 1. libr. 3. ordinament. Azeued. leg. 6. tit. 1. libr. 2. non. recompilat. fol. 157. Matienz. leg. 3. gloſ. 6. tit. 10. lib. 5. eiuſdem nouæ recompilat. Ferrer. ad Conſtitut. Cathalon. gloſ 4. numer. 28. Cardin. Seraphin. deciſ. 1001. numer. 2. Bich. deciſ. 109. numer. 8. Rot. in recentior. deciſ. 318. numer. 6. part. 2.* & in his præciſis terminis *Spada conſil. 12. numer. 2. in fin. verſic. vltrà quòd, & duob. ſeqq. lib. 2. Viuian. de Iurepatronat. lib. 4. cap. 1. poſt numer. 71.* vbi referuntur *deciſiones in Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis 10. Martii 1603. coram Card. Lancellotto.*

Nam

Nam quidquid ſit, an tempore ere-
ctionis vigeret magis communis ſenten-
tia Canoniſtarum pro ſucceſſione in ca-
4 pita, cum tamen poſteà ad tollendas hu-
iuſmodi controuerſias ſuperuenerit dicta
Clementina plures, ſtatuens in Iurepatro-
natus hæreditario, ſeù mixto ſucceſſio-
nem in ſtirpes; vtique illa eſt attenden-
da, Bald. in leg. 2. in fin. uumer.4. verſ. cæ-
terum, Cod. de ſuis, & legitim. Alex. de
Neuo conſil. 63. uumer. 1. & ſequent. San-
chez conſ. moral. lib.2. capit.3. dubitat.98.
uumer.3. & 4. Morot. conſ.33. num.4. Gabr.
conſ.196. numer.3. lib.2. Lotter. de re bene-
fic. lib.2. quæſt.11. num.126. Toudut. lib.1
quæſt. benefic. capit.32. numer.4. & lib.2. ca-
pit.157. numer.16. verſic. ſecundus effectus
eſt, Cardin. de Luca de Iurepatronat. diſcurſ.
23. numer.2. Epiſc. Ricc. deciſ.199. Caſſa-
dor. deciſ.2. numer.1. de Iurepatronat. Rota
in recentior. deciſ.251. numer.5. part.2. Bu-
ratt. deciſ.647. numer.4. & 679. Peuia de-
ciſ.934. uum.6. & ſeq. iuxtà impreſſionem
Lugdunenſem.

5 Præcipuè, quia cum eadem Clementina
plures, non ſit noui iuris inductiua; ſed
potiùs declaratiua Iuris antiqui controuer-
ſi, prout in dict. Clementin. declarant Ca-
noniſtæ, ſignanter Vitalin. numer.1. & 45.
& in ſpecie aduertunt Gabr. conſ.196. nu-
mer.3. lib.1. Morot. conſ.33. numer 4. Lotter.
de re benefic. dict.lib.2. quæſt.11. numer.126.
Cardin. de Luca de Iurepatronat. diſcurſ.61.
numer.6. & 8. vtrobique circa med. Caſſa-
dor.deciſ.2. numer.1. de Iurepatronat. non
ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præteri-
ta, Felin in capit. final. numer.4. de conſti-
tut. Iaſ. in leg. non dubium, numer.10. ver-
ſic. tamen quando, Cod. de legib. Gabriel. de
regul. Iur. concluſ.3. numer.10. Alex. conſ.7.
numer.4. lib.2. Gemin. conſ.72. numer.1. cir-
ca med. verſ. licèt etiam, Farinac in fragmene
part.2. verbo lex, numer.51. & ſeqq. Cald.
de Emphyth. lib.3. cap.11. numer.3. poſt
med. verſ. quapropter, Puteus deciſ.469. nu-
mer.4. verſ. item, lib.2. Dunozett. Iun. deciſ.
830.nu.14.

6 Multòque magis, quia, quando, prout
in præſentia, præteritū expectat perfectio-
nem à futuro, nempè à præſentationibus
ſucceſſiuo tempore faciendis; tunc lex ad
illud extenditur, gloſ. in Clementin.2. verbo
in poſterum de ætat. et qualit. Felin. in cap. fin. n.
11. de conſtit. ibique Dec. numer.17. Bart.
in leg. omnes populi. numer.45. ff. de Iuſt. &
Iur. Bald. in leg. prima, numer.10. ff. de orig.
Iur. Bald. conſ.477. num.4. ad fin. verſic. &
poſito, lib.1. Soccin. Iun. conſ.21. numer.15.
lib.1. Suarez de legib. lib.3. cap.14. num.12.
verſ. nam lex, Roland. de lucr. dot. quæſt.93.

numer.4. per tot. Magon. dec. Florent.88. nu-
mer.12. Rot. deciſ.15. numer.5. poſt Gilian.
in compend. ad ſtatut. Peruſ. Caſſador. deciſ 3.
num.16. de præbend. & in ſimilibus terminis
Pariſ. de confident. quæſt.12. numer.12. &
ſequent. Cardin. Seraphin. deciſ.920. numer.5.
& deciſ.1001. numer.3. in recent. deciſ.69. nu-
mer.18. & ſeq. part.12. Arch. Royas deciſ.43.
num.8. & 9.

7 Neque aduerſantur auctoritates Rotæ in
dicta Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis,
coram Lancellotto, penes Viuian. de Iurepa-
tronat. lib.4. capit.1. poſt numer.71. & Spada
qui in eadem cauſa ſcripſit conſ.12. num.2.
& duob. ſeqq. lib.2. ibi enim proceditur cum
ſuppoſito, quòd Iuſpatronatus ſit gentili-
tium, in quo ex longiſſima obſeruantia
præſentationes ſemper fuerunt factæ in ca-
pita, quæ circumſtantia deficit in præſentia,
imò contraria concurrit.

8 Tum, quia Iuſpatronatus, inſpecta lege
fundationis, detegitur mixtum ex infrà pro-
ximè firmandis; Tum, quia adeſt obſer-
uantia proxima ſuccedendi in ſtirpes, etiam
deſumpta ex donationibus certarum por-
tionum, ſeù ratarum huius patronatus pre-
ſeferentibus excluſionem ſucceſſionis in ca-
pita; quæ obſeruantia in hac materia eſt
9 potiſſimùm attendenda, Gabr. conſ.196. nu-
mer.6. lib.1. Peregrin. conſ.33. numer.25. &
ſeq. lib 3. Gratian. cap 521. num.19. Tondut.
reſolut. benefic. part.1. capit.144. numer.17.
Caren. reſolut.10. numer.1. & 3. Ciarlin. con-
trou.1. numer.17. Epiſc. Marant reſponſ.46.
numer.32. lib.3. Rot in recent. dec.275. num.7.
& 8. part.7. Merlin. dec.870. numer.4. Ninot.
dec.27. nu.2.

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, an
ſcilicèt poſt obitum Victoriæ, & Liuiæ li-
bera commendæ collatio ſpectet ad Magnum
Magiſtrum, vel potiùs tranſeat ad hæredes
earundem in infinitum, pro recto, ac iuri-
dico examine eſt premittendum, quòd non
10 verſemur in Iurepatronatus merè gentili-
tio, ſeù familiari, ſed potiùs mixto, vtpo-
tè ab initio reſeruato ſucceſſoribus ſuis; at-
que adeò pro hæredibus tantùm ſanguinis ex
adductis per Pariſ. conſil.48. numer.9. & ſe-
quent. lib.4. Tondut. quæſt. benefic. lib.2. ca-
pit.157 numer.16. & duob. ſeqq. Cardin. de
Luca de Iur. patronat. diſcurſ.24. numer.6.
Achill. dec.9. de Iurepatronat. Burait. deciſ.
647. numer.2. & 4. Rot. in recentior. deciſ.
267. numer.3. & 6. part.6. & deciſ.254. nu-
mer.9. & deciſ.203. numer.4. part.11. qui-
bus præmiſſis, plurium caſuum adhibenda
diſtinctio.

11 Primus eſt, ſi fortè contingat extinctio
lineæ Victoriæ, ſuperſtite altera linea Li-
uiæ, & in hoc themate, quàmuis in Iure

patronatus mixto controuerſa ſit queſtio; an ſcilicet, deficiente vna ex duabus lineis eius portio in altera ſuperſtite conſolidata remaneat, vel potiùs vltimus lineæ deficientis ad hæredes eius portionem tran-
12 ſmittat, & pro tranſmiſſione ſolcat allegari, *Merlin. deciſ.798.* repetita penes *Viuian. de Iurepatronat. deciſ.120. numer.13. & ſeq.*

13 Nihilòminus contraria ſententia eſt receptior, quòd, vel ex coniunctione verbali, vel reali, vel mixta, vel fortiùs ob indiuiduitatem ipſius Iuriſpatronatus, ſit locus Iuri accreſcendi, vel potiùs non deſcreſcendi, vt omiſſis aliis, latè præceteris firmant *Alex. in leg. ſi mihi & Titio* 110. *numer. 22. ff. de verbor. obligation. Bald. conſil.280. numer.1. verſ. nono probatur, lib.3. Monald. conſ.82. numer.9. lib.1. Pariſ.conſ.48. numer.20. & 23. libr.4. Lambertin. de Iurepatronat. artic.5. quæſt.4. part.2. lib.1. Rocc. de Curte in tractat. de Iur. patronat.* in verbo *Ius, numer.10. verſ. ex iſta concluſione, Craſſ. in §. Ius accreſcendi, quæſt 27. Gratian. cap.521. numer.55.* aliiſque pluribus fideliter allegatis, latè *Bellon. Iun. de Iur. accreſcend. capit.6. quæſt.48. numer.3. & 10. Cardin. de Luca de* Iure*patronat. diſc.35. numer.10. verſ. in contrarium,* vbi, quòd contraria *deciſio Merlin. 798. alias* 120. penes *Viuian.* non contineat deciſionem Tribunalis, ſed potiùs id aſſerat ex mente alicuius ex Auditoribus, & hanc ſententiam perpetuó amplexa eſt *Rot. in recentior. deciſ.336. numer.4. part.5. & deciſ.217. numer.18 part.6.* & in terminis Iuriſpatronatus mixti *Achill. deciſ 9. de Iurepatronat. Rot. in recent. dec.220. numer.14. & 374. numer.4. & ſeqq. & 254. numer.12. part.11. coram Penia deciſ.61. numer.4. & deciſ 75. numer.3. & 17.* & poſt *Viuian. de Iur. patr. dec. 76. nu.2.*

14 Secundus caſus eſt, ſi omninò remaneat extincta vtraque linea Victoriæ, & Liuiæ, & in hoc caſu, etiam ſi verſemur in Iurepatronatus mixto, finita familia, efficitur merè hæreditarium, & tranſitorium ad hæredes, etiam extraneos; neque Eccleſia libertatem acquirit, niſi aliter conſtet ex diſpoſitione Fundatoris, vt reprobato *Geminian. conſ.45. numer.7.* & ſequendo celebre *conſil. Ancharan.81. numer.4. & per tot. & Calderin. conſ.4. de Iurepatronat.* firmant *Pariſ. conſ. 48. nu.21. lib.4. Ferrett. conſ.131. numer.10. lib.1. Lotter. de re benefic. lib.2. qu.11. numer. 11. & ſeqq. Coſt. de ration. rat. quæſt.97. nu.12. Tondut. lib.1. quæſt. benefic. cap.32. num.18. & cap.118. numer.15. & lib.2. cap.157. numer. 22. Cardin. de Luca. de Iurepatronat. d. diſcurſ. 35. num.3. & de feud. diſc 44. num.6. Caſſador. dec.1. num.3. de Iurepatronat. Cardin. Seraphin. dec.364. num.2. verſ. his tamen non obſtantibus & ſeqq. & dec.378. Rot. diuerſ. dec.385. nu.1. part.1. in recent. dec.166. num.16. & ſeq. p.6. Buratt. dec.183. num.21. Merlin. dec.450. nu.14 & dec.798. num.25. Card. Celſ. dec.85. in fin. Priol. dec.318. nu.1.*

Verùm, quia ſupponitur vnio huius Commendæ facta fauore Magni Magiſtri Ordinis
15 Sancti Mauritii; ideò eſſet inſpiciendus tenor eiuſdem vnionis, & an interuenerit conſenſus Patronorum, quo deficiente, regulariter vnio non poſſet fieri de beneficiis de Iurepatronatus, *Clement. vnic. §. ad hæc deſtat. Monach. Abb. in cap. cum acceſſiſſent, nu.5.* ibiq; *Felin. num.19. de conſtit. Cardin. in Clement. fin. q.14. de reb. Eccleſ. non alien Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſion.24. cap.15. de reformation.* ibi: *cum patronorum conſenſu, Rebuff. in prax. tit. de vnion. num.28. & in regul. de vnion. gloſ.11. nu.61. & conſ.20. verſ. quintò reſpondetur, Pariſ. de reſignat. benefic. lib.2. quæſt.4. num.11. Zerol in prax. 1. part.* verbo *vnio, §7. dub.4. Couarr. var pract . cap. 36. num.10. Lambertin. de Iurepatronat. part.1. lib.2. quæſt.7. art.30. num.2. Soccin. Sen conſ 1. num.6. lib.3. Garz* alios referens *de benefic. part.12. cap.2. num.202. Corrad. in prax. benefic. lib.4. cap.8. num.30. & ſeqq.* Lotter. *de re benefic. lib.1. qu. 28. num.169. Tondut. lib.2. quæſt. benefic. cap. 144. num.8. & ſeq.* vbi, ſiuè Iuſpatronatus ſit Laicale, ſiue Eccleſiaſticum, *Viuian. de Iurepatronat. lib.14. cap.5. numer.58. Card. de Luca de Iurepatronat. diſc.66. num.9. Rub. in annot. ad dec.373 numer.26. part.4. tom.2. Merlin. dec.837. nu.8.*

16 Niſi tamen Pontifex expreſsè Iuripatronatus derogauerit, quo caſu, cum vnio facta auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſit valida, etiam non interueniente conſenſu Patroni, *Pariſ. conſ.123. num.23. & ſeq. lib.4. Rebuff. conſ.20. verſ. quintò reſpondet, Garz. de Benefic. part.12. cap.2. num.202. Tondut. lib.2. quæſt. benefic. dict. cap.144. numer.11. & ſeqq.* poterit collatio Commendæ ſaltem poſt extinctas lineas Victoriæ, & Liuiæ pleno iure ſpectare ad Magnum Magiſtrum, excluſis omninò hæredibus extraneis, ſed ſuper hoc non poteſt efformari rectum iudicium, non inſpecto dictæ vnionis integro tenore.

* * * * * *
* * * * *

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Renunciationis reſolutio ipſo iute demandata à *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 16.* ſequuto egreſſu è Monaſterio, non emiſſa Profeſſione, vel nulliter peracta, non vindicat ſibi locum in Monaſterio non Regulari.

Renunciatio Primogenituræ realis, perpetua, & abdicatiua facta à Muliere, ingrediente Monaſterium, ſiue Gynæceum, in quo Regularis non emittitur profeſſio, ſed ſimplex ſolemnis Oblatio, non reſoluitur ob egreſſum; quoties eſt facta per viam donationis irreuocabilis, & ob plures cauſas ęquè finales, quarum aliquam ſubſiſtere ſatis, ſuperque eſt, licèt cauſa ingreſſus in Monaſterium deficiat, quæ potiùs occaſionalis, quàm finalis eſt præſumenda, ſignanter in concurſu cum cauſa conſeruandæ agnationis, multòq; magis, quādo renuncians certò ſcit, è Monaſterio egredi poſſe.

Oblatio emiſſa in Monaſterio non Regulari, cum ſuſceptione habitus monaſtici, ſimplex caſtitatis votum præſefert, illicitum reddens egreſſum, multòque magis Matrimonium abſque Apoſtolica diſpēſatione contractum, quæ, quatenus etiam fuiſſet obtenta, ſuffragari ſolùmmodò valet ad effectum idem Matrimonium legitimandi, non autem ſucceſſionis in Primogenitura iam renunciata in præiudicium Sororis Secundògenitæ, cui, intermedio tēpore, fuit Ius quæſitū, vel ſaltem delatum in eadē ſucceſſione.

Moniali Primogenitæ Oblatæ non eſt impartiendus regreſſus ad bona Primogeniturę ſemel renunciata, quoties eſt egreſſa è Monaſterio, re non integra, poſtquàm Sorori Sécundogenitæ ius eſt quæſitum, vel delatum in Primogenituræ ſucceſſione ex lege ab eadē Primogenitura pręſcripta: Et in quo caſu res adhunc effectum nō integra dici valeat.

In feudo tunc demum Clerici ſuccedere poſſunt, quando, re integra, habitum deſerunt, & priùs quàm alteri ſit Ius, quæſitū, vel delatū in feudi ſucceſſione: Secus verò, re nō integra; Idemq; aſſerēdū in Monaco ad Epiſcopatū promoto.

Capacitas ſuperueniens Primogenito ad ſuccedendum, inſpecto tempore obitus vltimi poſſeſſoris Maioratus, non ſuffragatur, quoties ex ſpeciali lege Primogenituræ ob declarationem à Primogenita factam aſſumendi ſtatum cęlibem, in ſucceſſione eiuſdem Primogenituræ eſt ius quęſitum, vel ſaltem delatum Sorori Secundogenitæ, intermedio tempore nuptæ, aliòquin non nupturæ: Ad declarationem *conſ. Federic. de Sen. 26.*

Inter plures renunciatarios, ſeu vocatos ad ad ſucceſſionem Primogenituræ, quoties quæſtio verſatur, non eſt inſpiciendum tempus delatæ ſucceſſionis, ſed potiùs peractæ renunciationis.

Pręuentiua reſtitutio Maioratus facta ab vltimo poſſeſſore eſt à iure interdicta, quoties frans conſiderari valet, ſecus illa ceſſante ex facti circumſtantiis prudentis Iudicis arbitrio ad examen reuocandis.

Matris renunciatio filijs non reſiſtit: Vel quando, eadem prædefuncta, filij ex propria perſona ad ſucceſſionem renunciatam vocantur.

Vel, quando, Matre renunciante adhuc inter viuos exiſtente, contendunt ſucceſſionem independenter ab ipſa iure propriæ vocationis, proprijq; gradus, quo inſpecto, ſint alijs ad ſucceſſionem concurrentibus proximiores, nullatenus indigentes beneficio repræſentationis eorum Matris, vel ſubingreſſionis in eius locum.

Secus aſſerendū, quando mater renuncians adhuc eſt ſuperſtes, vel, illa prædefuncta, filij reperiuntur in gradu remotiores vltimo poſſeſſori Maioratus, atq; adeò ex ſucceſſorio Edicto excludendi à renunciataria proximiore.

Conditio in Maioritatibus indicta fęminæ Primogenitæ nubendi cum certo perſonarum genere, quatenus de iure ſubſiſtat, cum ſublata omninò non remaneat Matrimonij libertas, tàm à Iure Ciuili, quám Canonico demandata, ſed potiùs reſtricta; Nihilòminus à iure reprobatur, neque eſt ſeruanda, quando ex facti circumſtantiis Matrimonium ad vnam tantùm perſonam inter plures eſt reſtrictum.

Quoties agitur de Primogenituris interprætandis, attendi non debet ſimplex verborum cortex, & figura, ſed potiùs ſubſtantia voluntatis ipſius diſponentis, eiuſdemque finis, ob quem fuerit motus ad ita diſponendum, adeòut admitti debeat adimplementum per æquipollens, quando liquidò deprehenditur, potiùs effectum, quàm modum implementi fuiſſe contemplatum: Idque pluribus ſingularibus comprobatur exemplis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*

2 *Diuiſio controuerſiæ in quatuor inſpectiones.*

3 *Renunciationis reſolutio ipſo Iure demandatur* à Sac. Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regul. cap. 16. *ſequuto egreſſo è Monaſterio, non emiſſa Profeſſione, vel nulliter peracta.*

4 *Eadem Conciliaris diſpoſitio non procedit in Monaſterio non Regulari.*

5 *In renunciatione facta ob cauſam ingreſſus in Monaſterium Regulare non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ.*

Expenditur text. in §.illud.quoq; Auth.de Monac.

6 *Nouitij reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ; atque adeò Laicalibus ſtatutis non obnoxij.*

7 *Renunciationes ob ingreſſum in Monaſterium redolent naturam donationum cauſa mortis, ſiue vltimarum voluntatum, dum non ſequuta Profeſſione, vel nulliter emiſſa, ipſo iure reſoluuntur.*

8 *Solemnitates ſtatutariæ deſiderari ſolent ratione præiudicij.*

9 *Regreſſus non datur renuncianti ad iura ſemel renunciata.*

Satis abſurdum eſt velle redire ad id, cui quis renunciandum putauit.

10 *Renuncianti non conceditur pœnitentia ad effectum habendi regreſſum ad iura renunciata.*

Sera eſt poſt ius amiſſum pœnitentia.

11 *A regula iuris, vt recedi valeat, requiruntur concludentia, præpotentiaque argumenta.*

12 *Renunciatio facta ob ingreſſum in Monaſterium dici debet reſoluta ob ceſſantē cauſā ingreſſus.*

Declara, vt num.16.&. ſeqq.

13 *Ad inducendam cauſæ neceſſitatem attendi debet Originale principium; non autem cauſatiuū.*

Qualitas voluntatis, vel neceſſitatis eſt metienda ab origine obligationis.

14 *Quoties actus in ſui origine eſt voluntarius, ſi ex poſt facto efficiatur neceſſarius, non tamen ex hoc deſinit eſſe voluntarius.*

15 *Renunciatio realis, perpetua, & abdicatiua ſemper, & in quocumque caſu, renunciantem excludit, perindè ac ſi in rerum natura amplius non exiſteret,* & num.47.

16 *Renunciatio realis facta ab ingrediente Monaſterium irregulare, à quo certò ſcit, poſſe exire, ratione propriæ ſucceſſionis, etiam in caſu defectus lineæ maſculinæ. non poteſt intelligi, niſi in caſu egreſſus è Monaſterio,*

17 *Donanti ad bona irreuocabiliter ſemel donata non competit amplius regreſſus.*

18 *Renunciatio, quoties eſt facta per viam donationis irreuocabilis. bona renunciata, reſpectiuèque donata perpetuò à perſona renunciantis, ſiue donantis abdicuntur.*

Adeò vt renuncians ad illa nullo vnquàm tempore regreſſum habeat, quia in omnem caſum donare voluiſſe eſt cenſendum.

19 *Renunciatio, quando eſt facta per modum donationis irreuocabilis, nunquàm eſt locus reſolutioni, neque datur regreſſus ad bona renunciata, reſpectiuèque donata, etiam cauſa ceſſante.*

20 *Renunciatio, quoties eſt facta ob cauſam ingreſſus in Monaſterium non Regulare, in quo profeſſio non emittitur, ſed ſolùm ſimplex oblatio, non eſt locus reſolutioni, quoties egreſſus non fuit inuoluntarius, ſed omninò irrationabiliter voluntarius.*

21 *Renunciatio facta ob cauſam iam impletam eſt valida, & irreuocabilis.*

22 *In renunciatione Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *poteſt intelligi actu ipſo pendente, & non conſumato, ſecus verò poſt actum conſumatum, effectumque ſortitum.*

23 *Verba in renunciatione adiecta, quòd renuncians non contrauenire promiſerit, ex quouis prætextu, & cauſa, cogitatis, & non cogitatis, nullum prorſus caſum excludunt.*

24 *Renunciatio ſubſtinetur ob ſolam cauſam adherendi præcepto in Primogenitura præſcripto.*

25 *Renunciatione pro validanda, eiuſdemque irreuocabilitate inducenda, ſufficiens cauſa eſt agnationis conſeruatio,* & nu.35.& ſeqq.

26 *Stante dicta cauſa agnationis conſeruandæ, ſubſtinetur renunciatio, quàmuis cauſa ingreſſus in Religionem deficiat.*

27 *Renunciatio tota eſt regulanda à proœmio.*

28 *Renunciatio, ex quibus verbis dici debeat facta, potiùs occaſione ingreſſus, quàm ex cauſa eiuſdem.*

29 *Verba,* quia ſic ſibi de rebus ſuis facere placuit, & placet *liberam, abſolutamque renunciationem præſeferunt.*

30 *Renunciatio, quoties eſt facta ex pluribus cauſis, licèt vna ex illis deficiat, adhuc ſubſtineri debet, neque eſt locus reſolutioni.*

31 *In renunciatione, licèt deficiat cauſa ingreſſus in Monaſterium, nihilominus ex alijs cauſis expreſſis potiſſimùm æquè finalibus, ſubſtineri debet, neque eſt reſoluenda.*

32 *In renunciatione ob ingreſſum in Monaſterium cauſa eiuſdem ingreſſus æxiſtimari debet finalis, nullatenus attenta aliarum cauſarum æquè principalium expreſſione.*

Contrarium num 36.& ſeqq.

33 Rotæ deciſiones, *quarum pendet reuiſio, non merentur allegari ad deciſionem cauſarum.*

34 *In renunciatione ex cauſa ingreſſus in Religionem Regularem iuxtà formā à* Sac.Conc.Trid. *præſcriptam eſt ſpeciale, vt cauſa ingreſſus reputari debeat finalis, cæteræque Cauſæ impulſiuæ ob reſolutionem ipſo iure ab eodem* Sac. Concilio *demandatam, non ſequuta Profeſſione, vel nulliter emiſſa.*

35 *Agnationis conſeruandæ ratio eſt ſufficiens cauſa ad renunciationem ſubſtinendam, ſemota etiam cauſa ingreſſus in Religionem.*

36 *Agnationis conſeruandæ cauſa reputari debet finalis, etiam in concurſu cum cauſa ingreſſus in Religionem, quæ potiùs dici debet occaſionalis.*

Commendatur Merlin.dec.894.n.3.

37 *Aliæ cauſæ expreſſæ in renunciatione non poſſunt eſſe minus principales comparatiuè ad cauſam ingreſſus, quoties renuncians voluit, vt omnes Cauſæ expreſſæ ſint æquè principales.*

38 *Non ſubſiſtit raticinatio, abſque huiuſmodi cauſæ concurſu actus non fuiſſet geſtus, ergo ex alijs cauſis non ſubſtinetur.*

39 *De quæſtione, an cauſa ingreſſus in Monaſterium fuerit finalis, cæteræque impulſiuæ, non eſt*

ag n-

Digitized by Google

agendum, qnando renuncians declarauit, quòd quælibet ex cauſis expreſſis ſit ex ſe principalis, efficax, & æquè finalis.

40 *Iudici non eſt licitum interpretari in caſu claro. Nam alioquin non eſſet interpretari, ſed diſpoſitionem omninò ſubuertere.*

41 *Iudex, neque etiam ex æquitate poteſt interpretari, qnando verba ſunt omninò clara.*

42 *Omnia inſtrumenti verba cenſeri debent appoſita à Notario ex voluntate, mandatoque contrahentium.*

43 *Notariorum verba præſumuntur eſſe verba partium.*

44 *Clauſulæ appoſitæ in renunciatione non cenſentur ex ſtylo Notariorum adiectæ, ſed potiùs ex voluntate ipſiuſmet renunciantis.*

45 *Contraria procedunt, quando ex verbis, ſiue clauſulis à Notario adiectis, actus per contrahentes venera geſtus immutatur, vel deſtruitur.*

46 *Renuncians Primogenituræ pro mortuo habetur,* & num. 15. & 50.

47 *Secnndogenitus euadit Primogenitus, nedum ratione mortis natnralis Primogeniti.*

48 *Sed etiam mortis ciuilis.*

49 *Primogenitns, quando renunciat Primogenituræ, Secnndogenitus Primogenitus euadit.*

50 *Paria ſnnt, aliquem rennnciaſſe, eſſeqne præmortuum.*

51 *Renunciatio reſolnitur, quoties, quis egreditur è Religione ante emiſſam Profeſſionem.*

52 *Idemque aſſerendum, ſi irritetur Profeſſio.*

53 *Vel qnando adeſt expreſſa conditio redenndi ad bona renunciata in omni caſn exitus è Religione.*

54 *Vel, quoties, qnis egreditur è Religione, facto Pontificis, vel ex ſimili diſpoſitione, aut prouiſione Apoſtolica, dùmmodò ad bona renunciata non ſit alteri ius quæſitum.*

55 *Renunciatio reſolnitur, quando deficiunt perſonæ contemplatæ, quarum intuitu eſt facta.*

56 *Oblatio emiſſa ſub Regula per Sedem Apoſtolicam approbata, veram, Regularemque profeſſionem præſefert.*

Expenditur Lapus allegat. 129. ſub. nu. 10.

57 *Oblatio emiſſa in Monaſterio non Regnlari ſimplex caſtitatis votum præſefert, quòd regnlariter reſultat ex qnalibet oblatione facta Deo.*

58 *Ex oblatione reſultat, nedum illicitum fuiſſe egreſſum è Monaſterio; ſed etiam Matrimoninm abſque Apoſtolica diſpenſatione contractum.*

59 *Oblatæ peccant ſimplex caſtitatis votum violando.*

60 *Examinatur* text. in cap. vnic. *ibique* gloſ. *verbo* debeatur de Voto, & Voti redempt.

61 *Votum ſimplex, quòad ſubſtantiam, naturamque rei à ſolemni non differt.*

62 *Votum ſimplex, quòad Deum, non minus, quàm ſolemnis profeſſio obligat.*

63 *Simplex propoſitum, cum ſuſceptione, delationeqne habitus oblati effectum ſortita, præſefert votum caſtitatis expreſſum, reddens illicitum egreſſum è Monaſterio, multòque magis Matrimoninm.*

64 *Stante ſolenni oblatione in facie Eccleſiæ peracta, Apoſtolica eſt exhibenda diſpenſatio pro Matrimonio contrahendo pro vtroqne foro.*

65 *Diſpenſatio eſt etiam obtinenda à Viro, qui ſcienter, & illicitè Matrimonium contrahit cum muliere voto caſtitatis obſtricta.*

Idque, etiam ſi ipſa præueniat, matrimoniumque offerat.

66 *Diſpenſatio obtenta ſuffragari tantùmodò poteſt ad effectum legitimandi Matrimonium; non autem ſucceſſionis in* Primogenitura *in præiudicium tertij, cui ius, medio tempore, fuit quæſitum.*

67 *Diſpēſare nunquàm Pontifices conſueuerunt, quoties agitur de tertij præiudicio, quod ſemper cēſetur præſernatum.*

68 *Vir prætendens aliqnam in Vxorem, eidem debet facere denunciationem, antequàm cum alio viro Matrimonium contrahat.*

69 *Expenditur* text. in l. denunciaſſe 17. verſ. quid ergo, ff. ad leg. Iul. de Adult.

70 *Moniali non eſt impartiendns regreſſus ad bona renunciata, quoties re non integra, eſt egreſſa è Monaſterio, à quo alioquin poterat exire.*

71 *In ſeudo tunc demnm Clerici ſuccedere valent, quando, re integra, habitum deſerunt, & priùs quàm alijs ius ſit quæſitnm in feudo.*

Secus verò, re non integra.

72 *Res integra intelligenda eſt eo caſu, quo, neque extincta, neque aliquo modo immutata reperitur.*

73 *Ius etiam alteri delatnm operatur, vt non dicatur ampliùs res integra, ad effectnm, ne poſſit habitum Eccleſiaſticum dimittens præiudicium inferre ſequenti Agnato cui interim ius acquirendi feudum fuit delatum, vel quæſitum.*

74 *Monaco ad Epiſcopatum promoto, ideò non competit regreſſus ad bona renunciata alteri quæſita, vel delata, quia res non eſt ampliùs integra.*

75 *Regnlare eſt in qualibet materia, vt habilitas ſnperueniens, re non integra, & in præiudicium tertij non ſnffragetnr.*

76 *Iudicis prudentis arbitrio in aliquorum ſententia remittitur, ſpectatis circumſtantijs rei, & perſonarnm, an ſtatim, & re integra, vel poſt longnm tempus habitus fuerit dimiſſus à contendēte ſuccedere in fendo.*

77 *Dolus ad lucrum ſuffragari non debet.*

78 *Voluntas rectè deprehendi valet ex actu nullo, ſiue reſolubili, effectumque non ſortito.*

79 *Non valet quis ampliùs reaſſumere ius, à quo ex hominis diſpoſitione fuit ſemel excluſns.*

80 *Capacitas ſuperueniens Primogenito ad ſuccedendum, inſpecto tempore obitus vltimi poſſeſſoris Maioratns, ſnffragatur.*

Declara, vt num. 85. & ſeqq.

81 *Ad effectum inſpiciendi, quis ſit natu maior, & Primogenitus naturalis pro ſucceſſione in Primogenitura, attendi debet tempus delatæ ſucceſſionis.*

Intellige, vt num 89.

82 *In ſucceſſionibus aperiendis poſt mortem hæredis grauati non meretur attendi præuentiua reſtitutio facta, ipſo adhuc viuente.*

Diſpoſitio text. in leg. poſt mortem, Cod. de fideic. *procedit in præiudicium facientis præuentiuam reſtitutionē, & habentium cauſam ab eo, non autem tertij.*

Declara, vt num. 102.

83 *Verbum* declaraſſe, *tanquàm præteritum tempus præſeferens comprehendit etiam declarationem factam, tempore præterito.*

84 *In Primogenituris, nedum verbum, ſed neque*

que etiam Syllaba manere debet ſuperflua, & otioſa.

Argumentum à ſuperfluitate vitanda validum, & efficax diiudicari debet.

85 *Potiùs eſt admittenda iuris communis correctio, quàm, quòd verba ſint ſuperflua.*

86 *Verba potiùs impropriè accipienda, quàm, quòd otioſa remaneant.*

87 *Declaratur* conſ. Federici de Senis 26. & nu.ſeqq.

88 *Idem* conſ. *firmans concluſionem, quòd in Primogenituris ſit attendenda habilitas ſuperueniens, tempore delatæ ſucceſſionis, non procedit in caſu, in quo ſpecialis lex Primogenituræ contrarium ſuadeat.*

89 *Prædictum* conſ. *loquitur in terminis inteſtatæ ſucceſſionis, diſpoſitioniſque iuris communis, & dùmmodò res ſit integra, neque adſit actus contrarius intermedius.*

Secus, ſi agatur de diſpoſitione hominis.

90 Conſ. Federic. de Senis 26. *eſt intelligendum in caſu, in quo res eſt omninò integra.*

Secus, ſi alteri, intermedio tempore, fuerit ius quæſitum, vel delatum in ſucceſſione in Primogenitura.

91 *Non admittitur in ſententia* Baldi *ſuperueniens capacitas in præiudicium Agnatorum, quibus per illius incapacitatem fuit quæſita hæreditas, etiam non adita, quia ſufficit, ius adeundi fuiſſe quæſitum.*

92 *Tempus delatæ ſucceſſionis in Primogenitura attendi debet ad effectum inſpiciendi, quis ſit natu maior, quando, nempè, res eſt integra.*

Secus, ſi intermedio tempore, fuit alteri ius quæſitum, vel delatum.

93 Capyc. dec.115. *communi Interpretum ſenſu reprobatur.*

94 Caſtill.dec.201. lib.3. *declaratur.*

95 *Inter plures renunciatarios, ſiue vocatos ad ſucceſſionem, quoties quæſtio verſatur, non eſt inſpiciendum tempus delatæ ſucceſſionis, ſed potiùs peractæ renunciationis.*

96 *Clericus non tenetur vitam cælibem agere, ſed pro eius arbitrio Clericatui valet renunciare, & Vxorem ducere abſque Apoſtolica diſpenſatione.*

97 *Illatio non fit à diuerſis.*

Idque, etiam ſi diuerſitas in ſola ratione verſetur.

98 *Primogeniti appellatione, venit etiam fœmina.*

99 *Præceptum iniunctum vni ex Primogenitis, cenſeri debet in omnibus alijs repetitum.*

100 *Ratio, ne ſucceſſio in Primogenitura diù ſtet in ſuſpenſo, & incerto expreſſa per viam regulæ vniuerſalis, conuenit omnibus vocatis, ſiue maſculis, ſiue fœminis.*

101 *Maſculinum concipit femininũ, & è contrà ex ui identitatis rationis.*

102 *Præuentiua reſtitutio fideicommiſſi facta ab hærede grauato eſt à iure interdicta, quoties conſiderari valet fraus, ſecus illa ceſſante.*

103 *Mulieres poſt annum quatrageſimum, vt plurimùm ſteriles euadere ſolent.*

104 *Maſculi vſque ad annum 65. filios generare valent.*

105 *Non ſine verecundia fit, vt quæ ſemel habitum Monaſticum accepit, illum dimittat, viroque copuletur.*

106 *In Monaſterio, ſeù Conſeruatorio Turris Speculorum ſpatio tot ſæculorum non eſt auditum, vt Monialis oblata virum ducere, neque per ſomnium cogitauerit.*

107 *Matris renunciatio filijs non reſiſtit, vel, quando, eadem matre renunciante prædefuncta, filij ex propria perſona ad ſucceſſionem vocantur.*

108 *Vel, quando filij, matre renunciante adhuc inter viuos exiſtente, veniunt ab ipſa independenter iure propriæ vocationis, proprijque gradus, quo inſpecto, ſint alijs ad ſucceſſionem concurrentibus proximiores, non indigentes beneficio repræſentationis eorum Matris, vel ſubingreſſionis in eius locum.*

109 *Declaratur* de Marinis reſolut. 189. n.94. & ſeqq. lib.2.

110 *Dictio* deinde *ſucceſſiuum ordinem fideicommiſſarium præſefert.*

111 *Teſtator ſi mandauit, poſt ſuam Vxorem hæreditatem peruenire debere ad vnum ex filijs Vincentij, deindèque ad Primogenitum electi, adhoc, vt Primogenitus admitti valeat, requiritur, quòd electus primò ſucceſſerit.*

Commendatur Rot. in recent. dec. 322. n.7. part.1.

112 *In Primogenituris ſucceſſio eſt regulanda reſpectu gradus proximioris vltimo poſſeſſori.*

113 *Idque, etiam ſi agatur de ſucceſſione tranſuerſali.*

114 *Matre excluſa à ſucceſſione, pariter ſunt reijciendi filij, vtpotè carentes principio productiuo.*

115 *Infecta primitiua, infecta etiam remanet deriuatiua.*

Excluſa cauſa, multò magis excludi debet cauſatum.

116 *Quando medium, per quod alicui extremo debet fieri conuerſio, eſt inhabile, impedit acquiſitionis effectum.*

117 *Satis abſurdum eſt, ipſa origine rei ſublata eiuſdem imaginem derelinqui, cum expulſa radice, ab ea cuncta dependentia dicantur eiecta.*

Expenditur text. in l. vnic. Cod. de latin. libert. tollend:

118 *Conditio in Maioratibus adiecta nubendi cum certo perſonarum genere, an ſit nulla, vel potiùs valida, eſt anceps quæſtio inter Interpretes.*

119 *Aſſeritur ſententia affirmans, eſſe reijciendam, vtpotè Matrimonij libertatem impedientem.*

120 *Adducitur alia opinio diſtinguens, quòd, licèt metu pęnæ non poſſit quis compelli ad Matrimonium contrahendum cum certo perſonarum genere, valeat tamen ſpe lucri ad illud allici.*

121 *Traditur alia ſententia ſubdiſtinguens improbans huiuſmodi conditionem, quoties agatur de amiſſione magni lucri, quæ in hoc caſu pęnæ æquiparatur.*

122 *Sententia affirmans, vt ſpe lucri ſuſtineatur conditio nubendi cum certo perſonarum genere, innititur potiſſimum fundamento, quòd ſublata*

non

non remaneret facultas nubendi, ſed ſolùmmodò reſtringatur, ex quo cum multis alijs inter plures Matrimonium contrahi valeat.

Expenditur ſingulare Caii reſponſum in l. cum ita 62.ff. de condit. & demonſtrat.

123 Matrimonij libertas eſt demandata, tàm à Iure Ciuili, quàm Canonico.

124 Conditio nubendi cũ certo perſonarum genere reijcitur, quando Matrimonium, attentis facti circumſtantijs, ad vnam tantùm perſonam inter plures eſt reſtrictum.

125 Aequalitas coniugum inter cætera eſt in ætate ſeruanda.

126 Maritus non debet vxorem ætate anteceellere, niſi annis decem, & ad plus viginti.

127 In ſententia Ariſtotelis Mulier debet eſſe annorum viginti octo, vir autem annorum triginta ſex.

128 Adoloſcentia eſt ætas ad nubẽdum glorioſior.

129 Ex inæquilitate ætatis reijcitur conditio nubendi cum certo perſonarum genere.

130 Non eſt præſumendum, eum, qui ſemel fuit vnius ſententiæ, in eadem noluiſſe perſiſtere.

131 Non videtur honeſtum, neque Mulieri nobili congruum in Clericali tonſura incedentes requirere, an nuptias ſecum contrahere velit.

132 Ob qualitatem paupertatis in viro reijcitur conditio nubendi, etiam cum certo perſonarum genere.

133 Mulier coacta Matrimonium contrahere cum perſona ſibi non benè viſa perpetuæ addicitur ſeruituti duriori, quàm ſi à nuptijs abſtinere prohiberetur.

Expenditur text. in l. cum ita legatum 62. ff. de condit.& demonſtrat.

134 Nuptię coactę malum exitum habere ſolent.

135 Quod quis non diligit, facilè contemnit.

136 Quoties agitur de Primogenituris interpretandis, attendi non debet ſimplex verborum cortex, figura, ſed potiùs ſubſtantia voluntatis ipſius diſponentis, eiuſdemque finis, ob quem fuerit motus ad ita decernendum.

137 Voluntas magis ex cauſa, rationeque diſpoſitionis, quàm ex verbis elicitur.

138 Nulla melior eſt diſpoſitionis interpratatio, quàm deſumpta ex eo, quòd ſi inter viuos exiſteret diſponens, aut, ſi fuiſſet interrogatus, reſpondiſſet.

Adeòut pro diſpoſito, & expreſſo haberi debeat, licèt alioquin diſpoſitum non fuerit.

139 Propagatio Familiæ non minus eſt exoptabilis vno potiùs modo, quàm alio.

140 Veriſimilitudo operatur, perindè, ac ſi diſponens ita in ſpecie demandaſſet.

141 Prouiſio facta in vno caſu porrigitur ad aliũ, in quo veriſimiliter idem fuiſſet prouiſum, ſi de eò diſponens cogitaſſet, aut fuiſſet interrogatus.

142 Caſus habens eamdem rationem, quam habebat ille conſideratus à diſponente, dicitur comprehenſus.

143 In conditionibus voluntarijs admittitur implementum, per æquipollens, quando conſtat, diſponentem, potiùs effectum, quàm modum implemẽti conſideraſſe, & nu.ſeqq.

144 Quoties diſpoſitio confertur in certum caſum à diſponente conſideratum reſpectu alicuius effectus, tunc, licèt caſus ille non eueniat, ſi tamen caſus contingat, per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio eſt trahenda ad caſum euenientem, inſpecta diſponentis voluntate, & n.ſeqq.

145 Prouiſio facta in vnum caſum trahitur ad alium, in quo teſtator veriſimiliter prouidiſſet.

146 Forma ſpecificè dicitur impleri, quando pleniùs, pinguiùſque impletur, & nu.145.

147 Quoties de implemento conditionis agitur, voluntas, magis, & quod principaliter intendit diſponens, quàm verborum figura ſpectari debet.

148 In conditionibus poteſt forma adimpleri per æquipollens, quoties parti pinguiùs prouidetur.

149 Enumerãtur plures caſus, in quibus ſpectatur æquipollens, vbi voluntas Teſtatoris pinguiùs impletur, & n.ſeqq.

150 Teſtator, ſi demandauit, poſt deficientiam ſuorum deſcendentium eligi Iuuenem, qui Vxorem ducere, & filios procreare deberet, atque ita Familiam renouare, ſubſtituetur electio Viri in matura ætate conſtituti, qui plures filios maſculos habeat, cum ita pinguiùs impleta dici debeat Teſtatoris voluntas.

151 Deficientibus maſculis, ſi teſtator vocat ad fideicommiſſum fęminam natu maiorem, quæ, tempore euenientis caſus fideicommiſſi, nupta non reperietur, ſub lege, vt nubat viro nomen, & Inſignia Familiæ aſſumenti, debetur ſucceſſio, etiam excluſo ſubſtituto, Viduæ in decrepita ætate conſtitutæ, ſi tamen plures filios maſculos haberet paratos aſſumere Cognomen.

152 A Teſtatore, ſi vocentur ad Primogenituræ ſucceſſionem filij naſcituri poſt eius obitum, ex ſua Nepte, quæ tunc temporis reperiretur innupta, eueniente caſu, quòd, eodem teſtatore, adhuc ſuperviuente, eadem nuptis nuberet, filioſque procrearet, illis ſucceſſio Primogenituræ debetur, quia teſtatoris voluntas pinguiùs impleta dici debet.

153 Diſpoſitio facta à Matre, in caſu, quo eius filij ſui iuris effecti fuerint per mortem patris, extenditur ad caſum emancipationis, quia idem reſultat effectus.

CAPVT CXCIV.

1 CLARÆ Memoriæ Dux Ioãnes Georgius Cæſarinus, eiuſque fratres Alexander, Virginius, Ferdinandus, & Petrus pro conſeruanda Agnatione, & facultatibus eorũ nobiliſſimæ Familiæ anno 1621. vnanimi conſenſu realẽ Maioratum, Primogenituramque perpetuò valituram conſtituère, in qua, vocatis priùs omnibus eorum deſcendetibus maſculis legitimis, & naturalibus de Primogenito in Primogenitum, deficientibus omnibus lineis maſculinis ab ipſis deſcendentibus, ſiue legitimis, ſiue naturalibus, ſuccedere decreuerunt fęminam Primogenitam legitimam, & naturalem vltimo maſculo proximiorem; deindeque omnes eius liberos, & deſcendentes de Primogenito in Primogenitum, quatenus reperiretur nupta cum aliquo ſecundò, vel vltrò genito vnius ex quatuor Familiis, nempè, Vrſina, Gaetana, Sfortia, & Cæſia, vel, ſi nupta non eſſet, cum aliquo ex eiſdem Familiis matrimonium contraheret, & quatenus

Digitized by Google

tenus nupta reperiretur in aliena Familia; tunc illa excluſa, demandarunt, Primogenituram alteri fęminæ nuptæ, vel nubendæ in vna ex dictis quatuor Familiis eſſe deferendam; quatenus verò non exiſteret alia fęmina habilis ad ſuccedendum, ſucceſſio deferri deberet ad fęminam, etiam nuptam extrà dictas quatuor Familias, eiuſque filios, & deſcendentes.

In eadem Primogenitura nonnullæ fuerũt adiectæ conditiones, & pacta, quę ſeruari voluerunt in omnibus, ſingulisque prędictis caſibus, & inter alia fuit demandata perpetua excluſio Religioſorum, tàm ſæcularium, quàm regularium, Militumque illarum Religionum cęlibatum requirentium, & ne ſucceſſio diù ſtet in ſuſpenſo, & incerto, fuit ſancitum, quòd ſinguli Primogeniti, is, nempè, cui pro tempore ſucceſſio aperiretur, cũ primum ad vigeſimum quintum annum deuenerit, declarare, ſeù declaraſſe debeat, an velit Sacris initiari, & in cęlibatu viuere, ſeù potiùs vxorem ducere, quam cum effectu ante annum trigeſimum completum ducere teneretur, aliòquin cadat à commodò Primogenituræ; ſucceſſioque alteri deferatur iuxtà ordinem in Primogenitura præſcriptum.

Vltimus ſucceſſor in Primogenitura ex maſculis fuit clar. mem. Dux Philippus, qui cum filios non haberet, & ob eius aduerſam valetudinem ſpe illos ſuſcipiendi reperiretur omninò deſtitutus, ea, qua pręſtabat prudentia, & vigilantia in conſulendo conſeruationi, propagationiq; ſuę Familiæ; cum rectè agnouerit inter plures neptes ex clar. mem. Duce Iuliano fratre prædefuncto ſuperſtites, vitam Regularem, cęlibemque omnes ducere velle, præcipue Excellentiſſimam D. Liuiam, quę tunc temporis decimum octauum annũ agẽs in Monaſterio, ſeù Gynæceo B. Mariæ Septẽ Dolorum habitum Regularem anno 1664. ſuſceperat, ſolemni emiſſa oblatione, ſolùmque in ſæculo extaret Excell. D. Cleria, cum qua Familiæ conſeruatio, et propagatio fieri poterat.

Propterea anno 1671. eam nuptui tradidit clar. mem. Nobiliſſimo viro Excell. Philippo Columnæ Principi Sonneni Excell. Comeſtabilis Columnę fratri, plaudentibus, tam egregio matrimonio, & congratulantibus omnibus Sororibus, & præceteris D. Liuia, tunc temporis oblata in prædicto Monaſterio, ex quo coniugio infra annum fuit procreatus filius maſculus hodiernus Princeps Sonneni, deindeque alii tres maſculi, duæq; fęminæ; translata demùm per Ducem Philippum poſſeſſione ciuili Primogenituræ in D. Cleriam, iuxtà formam in eadem primogenitura præſcriptam.

Cumque ſingularis caſus euenerit retro actis ſæculis fortaſsè ignotus, quòd prædicta D. Liuia annum agens vigeſimum octauum, immemor omninò eorum, quæ Deo, Angelis, & hominibus cum Iuramento promiſerat, quàmuis decem annorum ſpatio habitum geſtaſſet Monaſticum ſub nomine Sororis Mariæ Pulcheriæ, ex abrupto, non ſine omnium admiratione, matrimonium cõtrahaxit cum Excell. D. Federico Sfortia, contendens ius ſuccedendi in dicta Primogenitura ad ipſam pertinere, vti Primogenitam nuptã in Familia Sfortia, vna ex quatuor Familiis in Primogenitura deſignatis, nulla ratione habita de renũciatione tãquàm facta ob cauſam finalem ingreſſus in Monaſterium, & ob egreſſum ipſo iure reſoluta.

E conuerſo autem prætendente D. Cleria ad ipſam Primogenituræ ſucceſſionem ſpectare; Tum ob ampliſſimam, realemque renunciationem D. Liuiæ; Tum etiam ob ſolemnem oblationem ab eadem emiſſam in dicto Monaſterio, declarationemque factam ſuper ſtatu cęlibi; Tum demum ob literalem vocationem eiuſdem D. Cleriæ in vim ipſius Primogenituræ demandantis, vt non exiſtẽte alia fęmina habili ad ſuccedendum, ſucceſſio deferri deberet ad fęminam etiam nuptam, extrà dictas quatuor Familias.

In huiuſmodi ſatis nobili controuerſia, quæ, quòad petitoriũ adhuc pendet omninó indeciſa in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio ab Excell. D. Comeſtabili Columna, tempore, quo huius Regni optimo, fęlicique regimini fuit potiùs oſtenſus; quám datus, cum mihi fuerit demandatum, vt iura Excell. D. Cleriæ Sonneni Principiſſæ tuerer, infrà ſcripta nouiſſimè exaraui ea, qua potui breuiori methodo in re tanti momenti, tantiſque Iuris articulis inuoluta.

2 Circá quatuor potiſſimùm inſpectiones præſens quæſtio verſatur. Primò, nempè, an renunciatio facta à D. Liuia, tamquàm cauſatiua ob ingreſſum in Monaſterium, fuerit ob egreſſum ipſo iure reſoluta.

Secundò, an pętenſo regreſſui ad bona renunciata aduerſari valeat ſolemnis oblatio, & an D. Liuia poſt eamdem oblationem peractam, potuerit declarare, ſe velle matrimonium contrahere, tempore, quo res nõ erat ampliùs integra ob præiudicium D. Cleriæ antecedenter nuptæ, aliòquin matrimonium non contracturæ.

Tertiò, an prædicta omnia præiudicium inferre potuerint filio Primogenito ex eadẽ D. Liuia procreato, contendenti ex propria perſona ad Primogenituræ ſucceſſionem eſſe vocatum.

Quartò tandem, an ſucceſſioni D. Cleriæ in Primogenitura aduerſari valeat matrimonium ab eadem contractum extrà quatuor Familias Vrſinã, Gaetanã, Cæſiam, & Sfortiã.

3 Exordiendo igitur à prima inſpectione præ-

Digitized by Google

præmittendum arbitror, quòd in themate,
de quo eſt ſermo, non vindicat ſibi locum
renunciationis reſolutio ipſo iure deman-
data à *Sac.Conc.Trid. ſeſſ 25 de Regular. cap.
16.* ſequuto egreſſu è Monaſterio, non emiſſa
profeſſione, vel nulliter peracta, tamquàm
ob ceſſantem cauſam ingreſſus, cuius con-
templatione, cum præſumi debeat facta re-
nunciatio, nil mirum, ſi non ſequuto effectu,
remaneat reſoluta; Tum quia Conciliaris di-
4 ſpoſitio expreſsè loquitur de Monaſteriis
Regularibus, in quibus ſolemnes emittuntur
profeſſiones, ibi: *Non aliàs intelligatur effe-
ctum ſuum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione*; at-
que adeò non congruit Monaſterio, ſiue Gy-
næceo, ſeù vt vulgò aiunt, Conſeruatorio, in
quo non fit Regularis profeſſio, ſed ſimplex
oblatio, iuxtà ſuppoſitum partis aduerſæ.

Tum etiã, quia ſubſequuta obſeruãtia hoc
ipſũ ſatis liquidò cõprobauir, dũ renunciatio
legitur facta á D. Liuia, non adhibitis ſolem-
nitatibus á *Sacro Concilio Tridentino* pręe-
ſcriptis; ſed potiùs ſtatutariis, quę aliòquin
5 non erant neceſſariæ in renunciatione ob
cauſam ingreſſus in Monaſterium Regulare,
§. illud quoque Auth. de Monach. ibi; *illud quo-
que decreuimus, qui in Monaſterium introire
voluerit, antequàm Monaſteriũ ingrediatur, licẽ-
tiã habere ſuis vti, quo voluerit modo*, quæ ver-
ba perneceſsè debent intelligi abſque ſolem-
nitatibus, nam aliòquin nihil operarentur;
prout per eumdem *text.* aduertunt *Bart. in l.
1. num 40. verſ. ſed per Autheut. Cod. de Sacroſ.
Eccleſ. Abb. in cap. in præſentia, nu. 54.* ibique
*Bero nu. 150. uerſ. tertiò hæc concluſio, & n. 155
de probat Dec. conſ. 31. nu. 3. uerſ. & per illum
text. Sim. de Petr. conſ. 72. n. 8. Manent. conſ. 58.
nu. 4. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 328. nu. 34.
& ſeqq. Sanchez ad præcept. decalog. lib 7. cap.
6. ſub nu. 20. uerſ. indè infertur, Picus ad ſtatut.
Vrb. cap. 151. gloſ. 2 num 30. Caren. reſolut. 245
num. 2. Card. de Luca de renunciat. diſc. 1. n. 14.
& ſeqq. & de Regular. diſc. 58. Amat. dec. Marcb
46. nu. 22. Buratt. dec. 461. nu. 10. & ſeqq. Card.
Ottobon. dec. 10. n. 48. Rot. in rec. dec. 161. nu. 8.
& ſeqq. p. 10.*

6 Siue, quia Nouitii reputantur perſonę Ec-
cleſiaſticę, *cap. Religioſo, §. 1. de ſent. excom.
in 6. Nauarr. conſ. 5. tit. 2. de for. competent. Dec.
conſ. 31. num. 3. circa med. Ancbaran. conſ. 69.
Roderic. Suarez alleg. 20. nu. 29 Epiſc. Sperell.
dec. 16. nu. 13. & 14. Duran. dec. 121. num. 37.*
aliiſque relatis *Diana p. 3. reſolut. moral. tract.
2. reſolut. 73.* atque adeò Laicalibus ſtatutis
non obnoxii, *Bero in d. cap. in præſentia, num.
155. de probat. Dec. conſ 31 n. 3. Acbaran conſ.
69. nu. 7. & ſeqq. Manent. conſ. 52. nu. 47. Lam-
berteugh de contract. gloſ. 2. n. 62. Caren. reſolut.
245. nu. 2. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 328.
nu. 34. Amat. dec. Marcb. 46. num. 22. Epiſ. Tho-
mat. dec. 192. num. 11. Epiſc. Sperel. dec. 16. nu.
12. Duran. d. dec. 121. num. 37. & trib. ſeqq.
Arcbiep. Royas dec. 40. nu. 3. & ſeq. Card. Otto-
bon. dec. 10. nu. 48. Dunozett. Iun. dec. 641. nu-
mer. 9.*

7 Siue, quia huiuſmodi renunciationes na-
turam redolent donationum cauſa mortis,
*Io. Andr. in cap. ſtatuimus poſt princip. de Re-
gular.* ibique *Ancbaran. nu. 6. Butr. nu. 2. Abb.
num. 4. Bero in cap. in præſentia, nu. 154. & ſeq
de probat. Dec. conſ. 86. num. 5. verſ. nam dum
inquit, Manent. conſ. 57. numer. 1. Amat. deciſ.
Marcb. 46. num. 14. Buratt. dec. 461. nu. 5. Rota
in rec. dec. 161. nu. 9. p. 10.* ſiue vltimas præſe-
ferunt voluntates, dum inſpecta prædicta
diſpoſitione Conciliari, non ſequuta
profeſſione, vel nulliter emiſſa, ipſo
iure reſoluuntur, atque adeò renuncianti-
bus præiudicium non affertur irreparabile,
cuius ratione ſolemnitates ſtatutariæ deſi-
8 derari ſolent, *Dec. conſ. 31. ſub. nu. 5. & ſeqq.
Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 6. ſub nu
20. verſ. inde infertur, Cardin. de Luca de re-
nunciat. diſc. 1. nu. 14. & ſeq. Rot. in recent. dec.
714. n. 9. verſ. atq; hinc in ſimilibus renunciatio-
nibus, p. 2. & in Romana hæreditatis 23. Martij
1685 §. einſdem coram Rev. Rondanino.*

His igitur præmiſſis, quæ ſunt in Iure ab-
ſolutiſſima, etiam iuxtà ſenſum partis ad-
uerſæ, prætenſa renunciationis reſolutio, ac
regreſſus ad bona Primogenituræ renuncia-
ta ob ſequutum egreſſum D. Liuię è Mona-
ſterio nullo prorſus iure meretur attendi ex
infrà firmandis, quæ ſaltem inſimul ponde-
randa rem videntur extrà omnem contro-
uerſiam conſtituere.

Cum enim D. Liuia renuncians rectè ſci-
uerit in prædicto Monaſterio Septem Dolo-
rum Regularem profeſſionem non emitti, ſed
ſolùmmodò ſimplicem oblationem matri-
monium poſteà contractum non dirimentem,
prout in diſputatione habita in Sacra Con-
gregatione Concilii mordicùs contendit,
ſe optimè ſcire, quòd illud non eſſet Regulare
Monaſterium, ſed potiùs ſimplex Gynęceum,
ſeù Conſeruatorium, quòdque ipſa non eſſet
vera Monialis profeſſa, ſed ſimplex oblata,
cum libera egrediendi facultate, & nihilò-
minus prædictorum omnium rectè conſcia
realem, perpetuam, abdicatiuamque Pri-
mogenituræ renunciationem fecerit, iſta
per egreſſum nullo iure reſoluitur.

9 Licet. n. ab initio vnicuiq; ſit licitum iuri ſuo
renũciare; nihilóminus eſt regulare, vt ad iura
ſemel renũciata nõ detur ampliùs regreſſus,
*cap. 1. § præterea quib. mod feud amittat. cap.
1. §. ſi quis deceſſerit, uerſ. Titius, ſi de feud. de-
funct. fuer. controu. int. Dom. & agnat. l. 1. §. qui
ſemel, ff. de ſucceſſ. edict. l. ſicuti, Cod. de repud.
hæredit. l. ſi quis ius iurandum 11. Cod. de reb.
credit.* vbi Imperator reſcripſit: *Satis abſur-
dum eſt redire ad hoc, cui renunciandum pu-*

tauit, Aretin. in §. ſi minus, nu.15. inſtit. de action. Abb.in cap.ex tranſmiſſa de renunciat. Dec.conſ.445 ſub num.56. propè fin. verſ. breuiter reſpondetur, Roman.conſ.167.in fin.Becc. conſ.38.nu.74. vtrobique *num.4. Soccin.Iun. conſ.94.nu.31.lib.3.Decian.conſ.39. num.49. & conſ 35.nu.12. Surd.conſ.395.nu.4.lib.3. & dec.163.nu.2. & dec.51. nu.14. & dec.106. num.9. lib.2. Molpheſ. conſ.1. numer.16. & ad Conſuet Neap.p.3.qu.26.numer.8. Gabr. conſ. 127. numer.6. lib.1. Gallerat.* plures alios referens *de renunciat.lib.2.cap.5. numer.4.& ſeqq. Donad. eod. tract.cap.32. numer.264. & ſeq.Coler.de proceſſ.exequut.p.1. cap.10.nu. 224. Pariſ.de reſignat.benefic.lib.1.qu.13.nu.8 & lib.6.qu.5.n.6.9. & 107. Tiraq.de retract. ligniag.§.1.gloſ.9.num.119. Barz.deciſ.18.nu. 12.Afflict.dec.220.nu.19 Viuius.dec.316.n.2. Franch.dec.239.nu.4.Rouit. dec.10.nu.15.Capye.Latr.dec.17.n.5.Bich.dec.31.nu.1.& dec. 586.n.6.Rot.in rec.dec.261.n.1.p.11.*

10 Neque ſit locus pęnitentiæ, *cap.quàm periculoſum 7. qu.1. Abb.in cap. cauſam in fin. verſ.ſecundò probatur,* ibique *Dec. n.23. & in cap.cum à te, nu.6.verſ.ſi verò ſciebat,* ibique *Card.Zabarell nu.4. verſ. ſecus dicit,de Cleric. coniug.*Bald *in cap.1.tit.quid iuris,ſi poſt amiſſ feud.id vaſſall.recup.* aſſerens, quòd ſera ſit poſt ius amiſſum pęnitentia, *Cald. Pereyr in l.ſi curatorem,* verbo *læſis,nu.42.Cod.de reſtit. in integ.* Tiraq.*de Iur.Primog. qu.28. n.1. & ſeq. Mierez de maiorat.par.3. qu.18. num.34. Sanchez ad precept.decalog.lib.7.cap.1.n.29. Gallerat.de renunc.tom.1.lib.2.cap.5.n.12.*

11 Prædicta verò Iuris regula, à qua, vt recedi valeat, requiruntur concludentia, præpotentiaque argumenta; adeòut perfectā, manifeſtamque præſeferant probationem, *l.nuptura;ff.de iur. dot.l.ſi plures ff de vulgar. Bart.in l.2.in princip. ff. ſi quis in ius vocat. Dec.in l.2. in 2.notab.ff.de reg.Iur. Surd.conſ. 361.nu.33. & dec.75.nu.8. & dec.126. nu.2.* Molin.*de Primog.lib.3.cap 4. ſub n.32.Rot. in rec.dec.151.nu.7.& ſeq.p.6.* ſignanter in cōtractibus, in quibus ſtrictior fieri debet interpretatio, *Card.*Mant.*de tacit. lib.2.tit.15. nu.15.Surd dec.173.nu* 21. elidi non poterit ex motiuis excitatis in duabus contrariis deciſionibus Ro*tæ* editis coram *RR.Albergato, & Emerix* meritiſſimo Decano pro colorando iudicio poſſeſſorio, ſuper quo eædem deciſiones emanarunt, quód, nempè, ſit locus reſolutioni renunciationis; Tum quia nō agatur de renunciatione indifferenti voluntaria; ſed potiùs facta ex cauſa neceſſaria ingreſſus in Monaſterium in exequutionem præcepti eiuſdem Primogenituræ, adeòut; licèt voluntarius fuerit egreſſus; non tamen uoluntaria fuerit renunciatio.

Tum etiam, quia ingreſſus in Monaſteriū fuit potiſſima cauſa finalis renunciationis, aliòquin non faciendæ, cæteræque cauſæ impulſiuæ diiudicari debeant, vel potiùs ex ſtylo Notariorum adiectæ; ideóque ob licitum
12 egreſsū è Monaſterio renūciatio dici debeat reſoluta ob ceſſantem cauſam ingreſſus ex latè deductis per *Fagnan.in cap.ſtatuimus de Regular. Altograd. conſ.36.nu.14. lib.2. Sanchez ad precept.Decalog.lib.7.cap.1.n.28.Bottilier.de ſucceſſ.ab inteſt.theor.63.n.12.et ſeqq.* eruditiſſimus *Torre de pact futur.ſucceſſ.lib.2 cap.25.n.10.& ſeqq.Cutell.de don.tract.1.diſc. 2.partic.3. nu.12.et ſeq.Rot.in rec.dec.587.nu. 4. verſ.quia fuit reſponſum, p.1. Bich.deciſ.52. nu.18.& ſeqq. Dunozett.Iun.dec.951. nu.5.& ſeqq.* Neutrum enim obiectum in Iure ſubſtineri valet.

Non quidem primum; cum enim fuerit in libero renunciantis arbitrio ſtatum ſæcularem, vel potiùs Regularem, ſiue cælibem aſſumere; quàmuis poſteà ratione ingreſſus renunciationem peregerit; itàut, quòd priùs erat omninò voluntarium, euaſerit neceſſarium; non indè tamen renunciatio dici valet neceſſaria; nam cum fuerit conſequutiua ad
13 ingreſſum voluntarium, dicitur etiam ipſa voluntaria, cum ad inducendam cauſæ neceſſitatem attendi debeat originale principium; non autem cauſatiuum, iuxtà nobile monitum *Bald.conſ.47.nu.5. verſ. nam à primordio, lib.3.Crauett in reſp pro genero,nu.94. & ſeq. Tiraq.de retract.ligniag § 1.gloſ.14.nu. 13. Menoch. præſumpt.110. lib.4.* Præceptor meus in Neapolitana Accademia *Arias de Meſa var. lib.3. cap.26. num.4 Bondeu. collat.8. nu.148.et 178 tom.2. Fontanell.* alios referens *dec.278.n.17. Rot.in recent.dec.152 nu.16.p.9. & dec.68, nu.3.p.17. Buratt.deciſ. 291. nu.3.Arch.Royas dec.261. num.13.* vbi, quòd qualitas voluntarii, vel neceſſarii ſit metienda ab origine obligationis, an, ſcilicèt, origo proueniat ex facto hominis; vel legis.

Solùmque renunciatio dici poſſet originaliter ex cauſa neceſſaria, quoties, inſpecta lege Primogenituræ, fuiſſet demandata; ſecus aſſerendum, quando reperitur decreta, quatenus fęminæ Monaſterium ingredi vo-
14 luerint; cum regulare ſit, vt quoties actus in ſui origine eſt voluntarius; ſi ex poſt facto efficiatur neceſſarius, non tamen ex hoc deſinit eſſe voluntarius, *Bald.d.conſ.47.num.5. verſ.nam à primordio, lib.3. Rot.in rec. deciſ. 392.nu.11.p.15.*

Minus etiam aduerſatur ſecundum obiectum, quòd, ſcilicèt, ingreſſus in Monaſteriū fuerit potiſſima cauſa finalis renunciationis, alioquin non faciendæ; cætereque cauſæ expreſsæ diiudicandæ ſint impulſiuæ; illud enim omninò remanet ſublatum; ſi diligenter eiuſdem renunciationis verba ad examen reuocentur, ex quibus ſatis liquidò deprehen-

ditur,

ditur, renunciationem fuiſſe factam, nō ſimpliciter ob ſolam cauſam ingreſſus in Monaſterium, prout gratis pro incontrouertibili ſuppopunt contrariæ *deciſiones Rotæ*; ſed potiùs abſolutè in omnem, & quemcumque caſum; atque adeò virtualiter etiam in caſu egreſſus è Monaſterio, adeòut à Sapientiſſimis Iuriſconſultis excogitari non potuerit tutior, & amplior modus renunciandi Primogenituram, ibi: *Quòd dicta renunciatio ſit, & eſſe debeat realis, & perpetua, & non facta intuitu patris, & agnationis ſolùm; ſed quandocumque, & ſemper ſortiri debeat effectum ad fauorem omnium, & ſingulorum vocatorum, & ſucceſſorum, quomodolibet in dicta Primogenitura, etiam, quòd eſſent fœminæ, & ſuccedant in deficientiam lineæ maſculinæ in quibuſcumque caſibus in dicta Primogenitura quomodolibet cogitatis*.

Prædictis igitur verbis adeò effrænatis, & prægnantibus inſpectis, ſatis ſuperque reſultat implicantia, quòd D.Liuia voluerit renunciare ob ſolam cauſam ingreſſus in Monaſterium, à quo certó certiùs ſciebat pro eius arbitrio, liberaque voluntate egredi poſſe, & nihilòminus renunciationem realē,
15 perpetuam, atq; abdicatiuam facere voluerit, quæ ſemper, & in quocumque caſu renūciantem excludit, perindè, ac ſi in rerū natura ampliùs non exiſteret, *Afflict. in cap. 1. n. 11. de eo, qui fin. fec. Agnat. Alex. conſ. 13. n. 5 Pariſ. conſ. 26 lib. 3. Menoch. conſ. 6. Surd. conſil. 244. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 1. nu. 29. Molpheſ. ad conſuet. Neap. tom. 1. tit. 4. de renunciat. qu. 2. num. 13. & ſeq. & Merlin. controu. 5. nu. 14 lib. 1. Caren. reſol 69 n. 8. Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 3. p. 6. num. 127. verſ. ſin autem renunciatio, Paſchal. de Patr. poteſt. p. 3. cap. 7. n. 48. & 57. Capyc. Latr. conſult. 76. n. 45 & ſeqq. lib. 2. Card. Cerrus dec. 537. n. 8. et dec. 716. n. 6.*

16 Aduertendo potiſſimùm, quòd cum Primogeniture renunciatio legatur facta in perpetuum *ratione propriæ ſucceſſionis, etiam ſi caſus defectus lineæ maſculinæ euenerit*; vtique id contingere non poterat, niſi in caſu egreſſus è Monaſterio, in quod ingrediendo ad effectum ibidem vitam cęlibem ducendi, erat omninò incapax ſuccedendi in Primogenitura, atque adeò huic caſui renunciando, pernecesſè aſſerendum, apertiſſimè etiam de egreſſu fuiſſe cogitatum.

Multòque fortiùs prædicta omnia amplectenda, quia, cum renunciatio fuerit facta per viam donationis, ibi: *ſiue per viam donationis, & cuiuſcumque alterius contractus*, & apertiùs infrà *atque donauit donatione pura, mera, ſimplici, & irreuocabili, quæ ſit, & dicitur fieri inter viuos d. Duci Iuliano, & aliis Primogenitis prædictis, ſuiſque, &c. quàmuis eſſent fœminæ, & ſuccedant in deficientiam maſculorum*; eò magis repugnat intellectus aduerſantium deciſionum, quòd voluerit ſimpliciter renunciare ex ſola cauſa ingreſſus in Monaſterium, á quo egredi poſſe rectè ſciebat, & nihilòminus donationem facere irre-
17 uocabilem inter viuos, cuius ea eſt pręcipua natura, vt donāti ad bona ſemel donata non competat ampliùs regreſſus, *l. 1. ff de donat.*

18 Et in ſpecialibus terminis, quòd quoties renunciatio fuit facta per viam donationis irreuocabilis, bona renunciata, reſpectiuèq; donata perpetuò à perſona renunciantis, ſiue donantis abdicentur, adeòut renuncians ad illa nullo vmquàm tempore regreſſum habere valeat, quia in omnem caſum donare voluiſſe eſt cenſendum, optimè firmant *Abb. in cap quod à te nu. 6. verſ. ſi verò ſciebat, de Cleric. cōiug. Dec. in cap. cauſam, nu. 23. in fin. uerſ. item non videtur verum, de probat. Tapia in auth. ingreſſi*, verbo *ſua, cap. 11. nu. 5. & ſeq. & nu. 9. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Fagnan. in cap. porrectum, num. 57. de Regular. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 1. n. 29. Conciol. alleg. 31. num. 42. Rot. in rec. dec. 203. num. 4. p. 8. & in Romana hæreditatis 20. Martii 1684. §. deindè, coram Ren. Heruault, & 23. Martij 1685. §. modus pariter renunciandi coram Ren. Rondanino, & in Melenitana ſucceſſionis 21. Iunij 1686 §. ſecundò, quia renunciatio fuit facta per viā donationis inter viuos, coram Card. Mattheio.*

19 Regulare enim eſt, vt quoties renunciatio legitur facta per modum donationis irreuocabilis, numquam ſit locus reſolutioni, neq; detur regreſſus ab bona renunciata, reſpectiuèque donata, etiam cauſa ceſſante, *Amat. dec. March. 42. ſub nu. 4. & ſeq.* & in fortioribus terminis *Arch. Ruyas dec. 122. num. 5. & ſeqq.* in qua non fuit admiſſa donationis reuocatio, quàmuis fuerit elargita etiam ob cauſam ingreſſus in Religionem, emiſſa ſpecifica proteſtatione, quòd ſuum non deberet ſortiri effectum, niſi profeſſione ſequuta, multòque magis in præſentia ob expreſſum pactum, & iuramentum de non reuocando, & non contraueniendo ex quouis prætextu, & cauſa cogitatis, & incogitatis.

Atque hinc etiam reſultat, vt cum renuncians voluerit etiam donare donatione irreuocabili inter viuos, quam quilibet donans rectè non ignorat, reuocari non poſſe; meritó reiicienda omninò eſt, tamquám repugnās, interpretatio, quód animum habuerit reuocandi per egreſſum, quòdque, ſi egredi cogitaſſet, vtique non renunciaſſet.

20 His omnibus accedat, quòd, quoties renūciatio non eſt facta ob cauſam finalem ingreſſus in Monaſterium Regulare, iuxtà formam à *Sac. Concil. Trid.* præſcriptam, *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 16.* Sed ob ingreſſum in aliquod Monaſterium, in quo Regularis profeſſio non emittitur, ſed ſolùm ſimplex ob-

latio; numquám vindicat ſibi locum reſolu-
tio, neque impartiendus regreſſus ad bona
renunciata; quando, prout in themate, de
quo diſcepratur, egreſſus non fuit inuolunta-
rius; ſed omninò irrationabiliter voluntá-
rius; prout optimè per *text. in l. ſi quis hære-
dem, Cod. de inſtit. & ſubſtit.* ſubſtinēt *Fagnan.
in cap. porrectum, nu. 57. de Regular. Tapia in
auth. ingreſſi in* verbo *ſua, cap. 11. nu. 5. & ſeq.
& num. 9. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* aſſerens, quòd
numquàm renuncians recuperet bona renú-
ciata ob cauſam ingreſſus, quando egreſſus
eſt voluntarius, *Abb. in cap. cum à te, numer. 6.
verſ. ſi verò ſciebat. de Cleric. coniug. Dec. in cap.
cauſam, nu. 23. in fin. verſ. item non videtur ve-
rum, de probat. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7
cap. 1. nu. 29. Andreol. controu. 396. nu. 15.* vbi
poſt plures allegatos, quòd contraria pro-
cedāt, quando actus non fuiſſet conſumatus;
ſecus verò poſt actum iam conſumatum, &
effectum ſortitum, cum tunc renunciatio pu-
ra remaneat, *Rouit. dec. 10. ſub nu. 7. verſ. hoc
argumentum, Rot. in rec. dec. 222. num. 8. p. 12*
rectè, que conferunt firmata per *Bart. in l. 2. §.
fin. nu. 3 ff. de donat. Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ.
limit. 11. & 12. Dexart. dec. Sardin. 20. n. 10.*

Cum ſit regulare, vt renunciatio facta
21 ob cauſam iam impletam, valida ſit, & irre-
uocabilis, *Parſ. conſ. 69. nu. 66. lib. 3.* & benè
conueniunt exarata per *Iacob. de Beluiſ. in l. 2
§. vlt. ff. de donat. Alberic. in l. generaliter 41. n.
6. verſ. ſi autem ceſſat, Cod. de Epiſc. & Cleric.
Tiraq. in tract. ceſſante cauſ. limit. 11. & 12. De-
xart. dec. Sard. 20. n. 10.*

22 Atque ex his patet reſponſio obiecto, quòd
in renunciatione ſubintelligi debeat clauſu-
la *rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu per-
manentibus*, quæ ſolùm ſibi locum vindicat,
actu ipſo pendente, & non conſumato, ſe-
cus verò poſt actum conſumatum, effectum-
que ſequutum; tunc enim renunciatio, vtpo-
tè pura, remanet omninò irreuocabilis, ne-
que ampliùs datur regreſſus ad iura ſemel
renunciata; prout in ſpecie optimè aduertit
ſatisfaciendo obiecto poſt *Rouit. Andreol. cō-
trou. 396. nu. 14. & ſeqq.*

23 Accedentibus potiſſimùm clauſulis in ea-
dem renunciatione adiectis, quòd nedum re-
nuncians, ſiue donans non contrauenire pro-
miſerit ex quouis prætextu, & cauſa cogi-
tatis & incogitatis, quæ verba nullū prorſus
caſum excludunt, *Zarath. dec. 14. n. 23.* cum
clauſula *rebus ſic ſtantibus* perdet officium
ſuum, ſi aliquo modo cauſæ ſuperuenientis,
etiam in genere poſſibilis fuit cogitatio, *leg.
plane, ff. vt in poſſeſſ. legat. Bart. & Bald. in l.
final. Cod. de ſponſal. Angel. in l. nemo, Cod. de
exact. tributor. lib. 10. Imol. in l. 2. in princip. ff.
ſolut. matr. Natta conſ. 125. nu. 18. & ſeq. &
conſ. 160. nu. 24. Ruin. conſ. 105. in fin. lib. 5. Ma-
nent. conſ. 84. nu. 58. & ſeqq. Alciat. præſumpt.
16. num. 6. in fin verſ. fallit quartò, Regul. 2.
Coſta de clauſ. conuent. clauſ. 10. in fin. Gratian.
cap. 613. nu. 29. Tondut. de penſion. cap. 58. nu.
19. Iacob Schulteſ. in addit. ad Modeſtin. q. 149.
nu. 80. & ſeqq. Cacheran. dec. 51. nu. 14.* & in
ſpecie *Rouit. d. dec. 10. numer. 16.* egregiè iu-
xtà morem in fortioribus terminis aduertēs,
quòd d. clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, ſubintel-
ligenda, ab Interpretibus eſt admiſſa in illis
diſpoſitionibus, quę ſimpliciter leguntur
conceptæ, ſecus autē, vbi etiam verbis impli-
citis cogitatum eſt, etiam de noua cauſa ſu-
perueniente; tunc enim eueniente etiam no-
ua cauſa non eſt recedendum à veteri diſpo-
ſitione.

24 Sed vlteriùs renunciatio fuit facta, *Non
ſolùm inhærendo præcepto ſibi in dicta Primo-
genitura, vt ſupra indicto*; quæ ſola cauſa ſuf-
ficeret pro renunciatione ſubſtinenda, *Rota
dec. 108. & 109. poſt Torre de pact. futur. ſuc-
25 ceſſ. Sed etiam, quia ipſa cupit, quantum in ſe
eſt eamdem Primogenituram in ſuo ſplendore
manuteneri*; quæ adhuc exiſtimari debet cau-
ſa ſatis ſuperque ſufficiens pro validanda re-
nunciatione, eiuſdemque irreuocabilitate
inducenda *Aldobrandin. conſ. 10. num. 20. &
ſeqq. lib. 2. Merlin. dec 229. nu. 15. & dec. 392.
num. 12. Card. Cerrus dec. 99. num. 20. & 22. et
dec. 133. nu. 1. Rot. in rec. dec. 222. nu. 9. par. 12.*
26 vbi, quòd ſubſtineatur renunciatio, quàm-
uis cauſa ingreſſus in Religionem defi-
ciat.

27 Signanter, quia, ſi iſtius renunciationis
proemium inſpicere velimus, à qua tota ea-
dem renunciatio eſt regulanda, *leg. fin. ff. de
hæred. inſtit.* ibique *Barc. & in leg. ambitioſa,
numer. 27. ff. de decret. ab ordin. faciend.
Purpurat. in l. cum quid, num. 110. circa med.
ff. ſi cert. pet. Barbat. conſ 40. nu. 67. lib. 4. Curt.
Iun. conſ. 20. numer. 7. verſ. confirmatur, lib. 3.
Crauett. conſ. 245. nu. 2. Decian. conſ. 72. num. 49
lib. 2. Natt. conſ. 80. Oldrad. conſ. 105. nu. 1. &
Corn. cōſ. 267. n. 5. lib. 4. Garz. de nobil. in diuiſ.
num. 2. & ſeq. Menoch. lib. 6. præſumpt. 2. nu. 1.
et ſeqq. Gratian. cap. 96. num. 29. Menoch. præ-
ſumpt. 2. num. 1. et ſeqq. lib. 6. Rot. diuerſ. deciſ.
214. nu. 2. p. 2. in rec. dec. 185. num. 4. p. 1. et
216. num. 18. p. 11. Buratt. dec. 543. nu. 11. Lu-
douiſ. dec. 158. nu. 2. Areb. Royas dec. 199. nu.
21.* nullibi conſtat, eamdem renunciationem
fuiſſe factam ob finalem cauſam ingreſſus in
Monaſterium; ſed potiùs occaſione ingreſſus,
ibi: *Ipſamque Diuino Spiritu ductam, vitam
cęlibem velle ducere in Venerabili Monaſterio,
ſeque Monialē fieri decreuiſſe, et in eo profeſſio-
nem emittere ad renunciationem infrà dicendā
deuenire ſtatuiſſe.*

28 Quibus verbis diligenter ponderatis, ſatis
liquidò arguitur, renunciationem non fuiſſe
factam ex cauſa ingreſſus, ſed potiùs occa-
ſione eiuſdem, *Paſſarin. in cap. quamuis n. 49.
in prin-*

Digitized by Google

in princip. de pact. Bece. conſ.74.nu.20.et ſeq.
lib.1. Roland.conſ.44.nu.15.et conſ.69. nu.39.
lib.4. Menoch. conſ. 6. ſub nu.10. uerſ. tertia
ratio, Burſat.conſ.264.num.10.lib.3. Honded.
conſ.29.nu.71.lib.1.Decian.reſp.7. nu.19.lib.1
Surd.conſ.164.nu.31.et ſeq.et conſ.446.nu.20.
et dec.152.n.4.Bardellon.conſ.58.n.63.Molfeſ.
ad Conſuet.Neap. tom.1.p.4. tit. de renunciat.
q.18.n.26. 37. et ſeq.eruditiſſimus Manſius cõ-
ſult.258. n.71. verſ.patet ingreſſum Religionis,
et conſult.295.nu.15.et conſult.392. n.19. Ma-
nent. dec.8.nu.25.quorũ aliquos optimè re-
fert, & ſequitur Merlin.dec.894. nu.3. et dec.
126.num.66. et ſeqq. Roc.in rec.dec.330.nu.5.
par.14. cum aliòquin infra generalibus ver-
bis declarauerit, ſe ad renunciationem de-
29 ueniſſe, quia ſic ſibi de rebus facere placuit, et
placet, quę verba liberam, abſolutamque
renunciationem præſeferunt, vt in ſpecie
Surd.conſ.531.nu.7.Mareſcott.var.reſolut.cap.
20.nu.8.lib.2.Conciol.alleg.50.nu.25. Merlin.
dec.392. nu.12.et ſeqq.

Nullatenus aduerſante, quòd inferiùs fue-
rit dictum, Hanc autem renunciationem, et
donationem fecit, tàm in vim ſupradictæ Pri-
mogenituræ, quàm ob amorem, quò eius Patrē
proſequitur; Tum quia ingreſſura eſt Religio-
nem, & aliis ſupra expreſſis iuſtis cauſis; ita ut
qualibet ex eis ſit ex ſe æquipollens, ſufficiens,
principalis, efficax, & finalis.

Siquidem; quatenus (illæſa veritate) præ-
dicta verba: Tum quia ingreſſura eſt Religio-
nem, cauſam finalem; non autem occaſiona-
lem præſeferant; prout ſupponunt contra-
30 riæ deciſiones: Nihilòmiuus, cum ex aliis
pluribus cauſis ęquè finalibus appareat facta
renunciatio, vindicat ſibi locum receptiſſima
Iuris concluſio, quòd, licèt vna ex prædictis
cauſis deficiat, adhuc ſubſtineri debeat renũ-
ciatio, neque ſit reſoluenda, §. affinitatis in-
ſtit.de nupt.l.ſi quando, C.de inoffic. teſtam.Dec.
in cap.ex literis col.5.de conſtit.Tiraq.in tract.
ceſſante cauſ.limit.22.num.1.Corn.conſ.289.col
fin.verſ.& inſuper, lib.4.Natt.conſ.14. num.6.
Molin.de Primog.lib.1.cap.16.nu.11.Raudenſ.
de analogis, cap.27.nu.70.Oſaſch.dec.18.nu.7.
Larrea dec.53. num.5. ante fin.uerſ.& ex dua-
bus cauſis finalibus, Puteus dec.69.

Et in his terminis egregiè Surd. conſ.361.
nu.14.& 20. & conſ.351.num.7. & conſ.430.
nu.36. lib.3. Cephal.conſ.81. nu.13. Gozadin.
conſ.54.n.5.Natt.conſ.14.nu.6. Mareſc.uar.re-
ſolut.lib.2.cap.20.nu.8. Gratian.cap.96. nu.8.et
16. Conciol.allegat.50.num.25. & ſeqq. Barz.
dec.25. nu.86. Merlin.dec.229. nu.15. & dec.
392.nu.12.Rot.in rec.dec.587.nu.7.p.1.et dec.
221.nu.3.& ſeqq. par.14. Card.Ottobon.deciſ.
10.num.46. rectèque conferunt firmata per
Fontanell.dec.50. nu.6.
31 Et magis in ſpecie, quòd, ſi in renuncia-
tione deficiat cauſa ingreſſus in Monaſteriũ;
nihilòminus ex aliis cauſis expreſſis potiſſi-
mùm, prout in pręſentia, ęquè finalibus, ſub-
ſtineri debeat renũciatio, neq; ſit locus reſo-
lutioni, firmāt Coſcia in eius tract. ſeu reſponſ.
de renũc.ingred.Relig.n.54.fol.26.Gratian.cap
96.ſub n.7. & ſeq. & cap.971. ſub n.6.& ſeq.
et dec.Marcb.42.ſub.n.3.et ſeqq. Actol.reſol.
40.n.27.verſ.vltimo, Gobius cõſult.21.n.29.&
31. Pignatell.conſulc.canon.105.n.3.verſ ſicuti
quando, Rot.in rec.dec.222. nu.9.p.12. & dec.
314.in princip.p.14. & poſt Torre de pact. fu-
tur.ſucceſſ. dec.108. nu.5.& ſeq.& nu.11. &
dec.109.nu.8.& ſeqq.
32 Prædictis verò omnibus firmatis, non ad-
uerſantur deducta per Soccin.conſ.183. nu.3.
lib.2. Dec.conſ.86. col.4.verſ.quantùm verò ad
portionem hæreditatis, Cuuarr.in cap. quàmuis
p.3.§.2.nu.4.verſ.tertia ratio de pact.in 6.Barz
dec.Bonon.25.nu.68.uerſ.ſicuti eſt in propoſito,
Bich.dec.586.nu.13.Rot.in recent.dec.587.n.4.
& ſeq.p.1.& in Romana hæreditatis 20. Mar-
tii 1684. coram Ren. Hernault. & 23. Martii
1685.coram Ren. Rondanino, & in Romana
hæreditatis de Lanuuiis 18.Iunii 1685. coram
Ren.Hernault, in quibus fuit firmatum, quòd
nullatenus attenta plurium cauſarum æquè
principalium expreſſione facta in renuncia-
tione, adhuc cauſa ingeeſſus in Religionem
exiſtimari ſemper debeat finalis.

Nam præterquàm, quòd contrà prædi-
ctas deciſiones in Romana hæreditatis coram
Ren.Hernault, & Rondanino fuit conceſſa no-
na audientia, & adhuc pendet reuiſio, ideó-
33 que non merentur allegari ad deciſionem
cauſarum; iuxtá inconcuſſum, laudabilem-
que ſtylum huius Sacri Auditorii, de quo
teſtatur eadem Rota in rec. dec.405. num.54.
p.5. & dec.397.nu.13.uerſ.prætereà, p.12.

Et in prædicta Romana hæreditatis de La-
nuuiis coram Ren. Hernault non legebatur in
renunciatione expreſſio; quæ in præſenti
adeſt, quòd vnaquæque cauſa eſſet æquipol-
lens, ſufficiens, principalis, efficax, & finalis;
Prout, neque etiam eadem aderat expreſſio
in dec.Rot.in rec. 587. nu.4. & ſeq. p.1. et co-
ram Bichio dec.586. num.13. neque in prædi-
ctis terminis, vt vnaquæque cauſa debeat eſſe
æquè finalis, loquuntur Soccin.Dec.Couarr.et
Barz. in locis proximè laudatis, quibus au-
ctoritatibus potiſſimùm innituntur ſupradi-
ctæ contrariæ deciſiones Rotæ.

Adhuc eędem deciſiones non aduerſan-
tur, nedum, quia verior; magiſque recepta
ſententia eſt in contrarium, nõ ſolùm ex au-
ctoritatibus Doctorum egregii nominis, ſed
etiam ex ipſiſmet Rotæ deciſionibus ſuperiori
loco allegatis.
34 Sed etiam, quia in eiſdem deciſionibus
agebatur de renunciationibus factis ex cau-
ſa ingreſſus in Religionem Regularem, iuxtá
formam à Sac.Concil.Trid. præſcriptam, in
qui-

Digitized by Google

quibus eſt ſpeciale, vt cauſa ingreſſus reputari debeat finalis, cæteræque cauſæ impulſiuæ ob reſolutionem renunciationum ipſo iure ab eodem *Sacro Concilio* demandatam; nõ ſequuta profeſſione, vel nulliter emiſſa; prout initio eſt animaduerſum, & in his terminis loquuntur ex aduerſo laudati *Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 1. nu. 107. & ſeqq. Curtell. de donat. tract. 1. diſc. 2. partic. 4. n. 24. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 25. nu. 102. et 105. de Marinis reſolut. 195. nu. 16. & ſeq. lib. 2.* aliæque auctoritates allegatæ in *deciſione coram Reu. Emerix Decano, §. tertium verò, nec etiam releuat.*

Multòque magis, quia cum in ipſis deciſionibus firmetur concluſio, quòd renunciatio non ſit reſoluenda ex eo, quòd ſola cauſa ingreſſus in Religionem ſatis ſuperque ſit, quòd ſubſiſtat, quámuis aliæ deficiant, pro ſubſtinenda reali, ac perpetua renunciatione, nulla prorſus habita ratione alterius cauſæ, æquè principalis ob amorem Patris, vel familiæ; quæ ob præmorientiam eiuſdem Patris, deficientiamque omnium de familia iam eſse deſierat.

Hinc reſultat, vt prædictæ deciſiones potiùs mirificè contrà renũciantem retorqueri valeant, dum renunciationis contendit reſolubilitatem, quàmuis non ceſſauerint cauſæ æquè principales expreſsę, ſignãter agnatio-
35 nis conſeruandæ ratio; quæ inter cæteras, nedum eſt ſufficiens ad renunciatinnem ſubſtinendam, ſemota etiam cauſa ingreſſus in Religionem, *Torniell. inter conſ. Port. 81. n. 28 Gratian. cap. 924. nu. 31. Rot. in rec. deciſ. 118. num. 11. p. 6. & dec. 108. & 109.* poſt *Torre de pact. futur. ſucceſſ.*

36 Sed vlteriùs reputari debet cauſa finalis, etiam in concurſu cum cauſa ob ingreſſum in Religionem, quæ potiùs dici debet occaſionalis, prout in ſpecie *Roland. conſ. 44. num. 15. & conſ. 69. nu. 39. lib. 4. Burſat. conſ. 264. n. 10. lib. 3* Honded. *conſ. 29. n. 71. lib. 1. Decian. reſp. 7. nu. 19. Bardellon. conſ. 58. nu. 63. Becc. conſ. 74 nu. 20. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 6. ſub nu. 10. uerſ. tertia ratio, & conſ. 197. nu. 74. Surd. conſ. 164. nu. 31. & ſeq. conſ. 446. num. 20. et deciſ. 252. nu. 4. Cyriac. contr. 475. nu. 1. et ſeq. Molpheſ. ad conſuet Neap. tom. 1. p. 4. tit. de renunc. qu. 18. n. 26. 37. et ſeq. Manent. dec. 8. num. 25.* quos egregiè refert, & ſequitur *Merlin. deciſ. 894. nu. 3.*

37 Cumque prædictæ aliæ cauſæ in renunciatione expreſsę non ſint minus principales, prout eadem renuncians ſpecificè aſſeruit, *Actolin. reſolut. 40. n. 28 Merlin. dec. 392. n. 12. Rot. in rec. dec. 561. nu. 67 p. 4 tom. 3.*

Meritò non meretur attendi, quòd ad renunciationem non fuerit deuentum, niſi renuncians Monaſterium fuerit ingreſſa; non
38 enim ſubſiſtit iſta ratiocinatio, abſque huiuſmodi cauſæ concurſu actus non fuiſſet geſtus, ergo ex aliis cauſis non ſubſtinetur, iuxtà monitum *Bald. in l. auia, col. vlt. Cod. de Iur. dot.* quem ſectantur *Caſtr conſ. 314. nu. 2. verſ. nam quadam, lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 662. nu. 31. et ſeqq. Altograd. conſ. 1. num. 11. lib. 1. Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 20. n. 2. Card. Mãt. de tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 22. nu. 24.*

39 Cæterùm in re, de qua eſt ſermo, ſublatæ omninò remanent huiuſmodi diſputationes; an, ſcilicèt, ingreſſus in Monaſterium fuerit cauſa vnicè finalis renunciationis, cæteræq; cauſæ impulſiuæ; cum de huiuſmodi quęſtione eſſet agendum, quando inſimul cum cauſa ingreſſus plures aliæ cauſæ fuiſſent expreſſæ, abſque vlla prorſus declaratione, proteſtatio neque emiſsa à renunciante, quòd omnes cauſæ eſsent finales, ſecus aſserendum in themate præſenti, in quo renuncians verbis pluſquàm cubitalibus expreſsè declarauit velle, quòd quælibet ex cauſis expreſſis ſit ex ſe æquipollens, ſufficiens, principalis, effi-
40 cax, & finalis; Stante enim expreſsa huiuſmodi declaratione, non eſt licitum Iudici interpretari, *l. ille, aut ille, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de uerb. oblig. Bald. in leg. ancillæ,* Cod. *de furt. Caſtr. in l. hæredes palam, §. ſi quid, poſt num. 1. ff. de teſtam. et conſ. 340. nu. 1. et conſ. 338. ſub n. 2. verſ ſed vbi verba ſunt clara, lib. 1. Aretin. conſ. 116. nu. 2. Becc. conſ. 3. nu. 44. et ſeqq. Cyriac. contr. 210. nu. 52.* Gratian. *cap. 927. nu. 2. Rot. in rec. dec. 136. nu. 9. ante fin. p. 1. et dec. 91. n. 23. p. 10. Card. Seraph dec. 762. n. 1. Bich. dec. 7. n. 23.*

Nam alioquin hoc non eſset interpretari, ſed diſpoſitionem omninò ſubuertere, prout admonet *Bald. in l. 3. num. 2. verſ nam dicta interpretatio. Cod. commun. Epiſt. Rot in rec. dec. 314. nu. 10. p. 19.* vbi, quòd neque etiam
41 ex æquitate poſſit Iudex interpretari, quãdo verba ſunt omninò clara; neque vlla ex aduerso adduci poterit auctoritas, firmans concluſionem contrariam in terminis huiuſmodi ſpecificę proteſtationis emiſsæ; quòd, nempè, quælibet ex cauſis expreſſis in renunciatione ſit ex ſe æquipollens, ſufficiens, principalis, efficax, & finalis.

Agnoſcens *Rota*, non poſſe effugere vim, efficaciamque prædictarum clauſularum, quę in præſenti renunciatione leguntur, contẽdit illas euertere, confugiendo in poſtrema *deciſione* edita coram *Reu. Emerix Decano in § nec quidquàm refert, in fin* ad animaduerſionem; quòd, nempè, prædictæ alię cauſæ, præter ingreſſum in Religionem, expreſsę in renunciatione, præſumi debeant appoſitæ ex ſtylo Notarii, inſcia prorſus, & non conſentiente renunciante.

Sed, pace dixerim tanti Auditorii, cuius maximam auctoritatem ſummoperè veneror, huiuſmodi aſsertio aduerſatur receptiſſimæ

Inter-

Interpretum ſententiæ affirmanti , vt omnia
42 verba Inſtrumenti cenſeri debeant appoſita
à Notario ex voluntate , mandatoque con-
trahentium ; prout poſt gloſ.in l.ſciendum 30
ff.de verbor.oblig. aduertunt Bald in l.errare,
nu.2. verſ.aut in eo,quod pertinet, C.de teſtam.
& in l.Mater, nu.7. Cod.de rei vindic. & in l.
1.ad fin.Cod.de priuileg.dot. & in cap. cum in
Iure peritus, num.15.de offic.deleg. Cagnol. in
l.ſi librarius 93.nu.7 ff.de regul.iur. Natt.conſ.
16.nu.15.& 18.lib.1. Soccin.Sen.conſ.159.nu.
14.lib.2.Dec.conſ.450.num.2.& ſeq.& conſ.
639.num.9.& conſ.410.nu.2.& conſ.123.n.9.
Menoch.conſ.37 n.130.et ſeq.et lib.2.præſũp.79
n.4.aſſerens,quòd ſit communis Interpretum
ſententia,Alciat.regul.3.præſumpt.13.n.2.Ma-
ſcard.de probat.concluſ.645 nu.25.& ſeq.Fari-
nac.qu.156 n.16.Pantſchaz lib.1.pract.quæſt.
cap.7 n.47.Gratian.cap.116.nu.24 Mareſc.var
lib.1.cap 93.nu.2.& ſeqq.Cyriac.controu.408.
nu.37.& ſeq. Medic. dec.Senenſ. 18.n.6.Card.
Seraph.dec.570.nu.5. affirmans , quòd verba
43 Notariorum , præſumantur eſſe verba par-
tium, Rot poſt 2.vol.conſ.Farinac.dec.324.nu.
3. Dunozett.Iun.dec.604. nu.26.
44 Et in ſpecialibus terminis huiuſmodi obie-
ctum, quòd, nempè, clauſulę appoſitæ in re-
nunciatione cenſeantur ex ſtylo Notariorum
adiectæ, reiiciunt Neuizan.conſ.91.nu.23.Ca-
pyc.Latr.conſult.40.nu.10.et ſeqq.lib.1. Rota
in Romana hæreditatis de Lannuise 18. Iunij
1685. §.quapropter, coram Reu.Hernault. &
nouiſſimè in Melcuitana ſucceſſionis 18. Apri-
lis 1687 §. neque ſubſiſtit obiectum, quòd No-
tarius ad ampliorem hanc ſtipulationem, coram
Reu. Benincaſa.

Ideòque , cum huiuſmodi concluſio, tam-
quàm receptiſſima fuerit toties ab hoc Sacro
Auditorio in his præciſis terminis, approba-
ta, non debet in huiuſmodi cauſa reiici; præ-
cipuè, quia aliòquin actum eſſet de vi , & ef-
ficacia clauſularum, quæ in inſtrumentis ad-
ijciuntur ; inaneſque omninò fuiſſent labo-
res egregii nominis Iuriſconſultorum, qui
celebres ediderunt tractatus ſuper earum-
dem clauſularum declaratione, & intellectu,
ſi pro illis elidendis aſſerere velimus , fuiſſe
appoſitas ex conſueto Notariorum ſtylo.
45 Solùmque contraria procedunt , quando
ex verbis , ſiue clauſulis à Notario adiectis
actus per contrahentes re vera geſtus immu-
tatur, vel deſtruitur , in quibus terminis lo-
quitur Bart.in l.1.in.6.qu.ff.de Iur. Codic. Co-
uarr.in 2.par.rubr. de teſtam.ſub num.14. verſ.
verùm , cæteræque auctoritates contrariæ ,
quæ allegari poſſunt.
46 Fruſtrà autem obiicitur; quòd renunciatio
non legatur ſpecificè facta fauore D. Cleriæ
Secundogenitæ; ſatis enim eſt ex ſupra firma-
tis, quòd fuerit perpetua realis , & abdicati-
ua, ad hoc, vt Primogenita renuncians pro
mortua habeatur , Donad.de renunciat. tom.
1.cap.32.nu.265.& tom.2. cap.44. n.30. Rota
in rec.dec.328.nu.7.& ſeqq.p.12.& deciſ.456.
nu.3. & ſeqq.p.13.& dec.113.nu.17.& ſeqq.
p.18.Bich.dec.632.n.13. Card.Cerrus dec.716.
num.6. atque adeò Secundogenita, Primoge-
47 nita euadat ; quod contingere ſolet, nedum
ratione mortis naturalis Primogenitæ ,
Iſern.in cap.1. §.præterea, nu.13 quæ ſit prim.
cauſ.benefic.amitt.Menoch.conſ.442.n.21.Bur-
ſatt.conſ.229.nu.21. Honded. conſ.70. nu.16.
lib.2.Surd.conſ.468.nu.4. & 403.nu.17.Epiſc.
Valenzuol.conſ.69.nu.10.Becc.conſ.123. nu.1.
Marta conſ.106.nu.18. Gregor.Lopez.in leg.28
tit.8.p.5. in verbo ſegun ſe auuierte, Paleaz.de
maiorat.p.2.qu.4.illat.3.n.1. Tiraq.de Iur.Pri-
mog.qu.1.nu.3. Molin.de Primog. Hiſpan.lib.1.
cap.5. nu.20. Hier.de Leo dec.Valenc.209.nu.
8.& ſeq.Rot.diuerſ.dec.128.n.1.p.2.Card.Otto-
bon.dec 254.nu.2.
48 Sed etiam ratione mortis ciuilis Bald. in l.
ſi quis priorem § talem. nu.1. in fin.& ſeq.C.
de ſecund.nupt.Tiraq.de Iur.primog q.3.n.6.&
ſeq. Molin.de Primog.cap.13.nu.92. Rot.in rec.
dec.346.nu.2.& ſeq.p.12.
49 Et in ſpecie, quòd , quando Primogenitus
renunciat , Secundogenitus Primogenitus
efficiatur, Gionagn conſ.91.nu.13. verſ. primò
caſu, lib.1. Donad de renunciat.cap.44. nu .30.
tom.2. Rot.in rec.dec.360.nu.7.p.16. cum pa-
50 ria ſint , aliquem renunciaſſe , eſſeque præ-
mortuum , Matheſil.de ſucceſſ. ab inteſt. art.2.
nu.15. in fin.& art.3.nu.11.

Cæterùm ſublata omninò remanet quæli-
bet diſceptatio , quia renunciatio fuit con-
cepta ſub ampliſſima forma, ibi: Ad fauorem
Patriæ, aliorum Primogenitorum , & ſucceſſo-
rum in Primogenitura, ſi eſſent, & qui erunt ,
tàm nati, quàm naſcituri , etiam ſi eſſent fęmi-
næ, & in deficienciam maſculorum ſuccedant ;
iuxtà formam , & tenorem Primogenituræ ;
pluries reiteratis eiſdem verbis , ibi : Renun-
ciauit eiue Patri , & alijs Primogenitis prædi-
ctis, ſuiſque, quàmuis eſſent fæminæ, & ſucce-
dant in deficientiam maſculorum; Atq; adeò, cũ
ex vi dictæ renunciationis D.Liuia ſe de me-
dio auferre voluerit, Primogenituræ ſucceſ-
ſio fuit aperta ad fauorem D. Cleriæ , quæ
Primogenita euaſit per obſtaculi remotio-
nem ex ſupra firmatis.

Inſpecta potiſſimùm lege Primogenituræ id
expreſsè decernentis , ibi : In caſu , quo fę-
mina nupta reperiretur cũ alio ex aliis Familiæ
ſupra expreſſis , excluſa cenſeatur , dummodò
filia fęmina adſit ad ſuccedendum habilis, aliàs
ipſa quoque, & ſui filij, & ſucceſſores pro tem-
pore, nihilòminus ſuccedere poſſint, et valeant.

Vlteriùs aggrediendo diſputationem ſe-
cundæ inſpectionis, ſiue articuli, D Liuiæ nõ
poteſt competere regreſſus ad bona Primo-
genituræ renunciata ex infrà firmandis D.
Cleriæ

Digitized by Google

Cleriæ iam quæſita, cum auctoritates ex adverſo allegatæ pro prætenſa reſolutione firmanda, procedant in terminis toto Cœlo à theſi, de qua eſt ſermo, diuerſis.

51 Vel quoties, quis licitè egreditur è Religione ante emiſſam profeſſionem, in quibus terminis loquuntur Dec. conſ. 86. nu. 5. verſic. & iſta donatio, Menoch. de arbitrar. caſ 436. nu. 6. et ſeq. Gratian. cap. 96. nu. 1. et ſeqq. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 1. nu. 107. et ſeqq. Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 2. p. 4. n. 24. de Marinis reſolut. 195. numer. 16. & ſeqq. lib. 2. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 25. nu. 102. & 125. aliæque auctoritates allegatæ in contraria deciſione coram Reu. Emerix, § tertium verò, nec etiam releuat.

52 Vel, ſi Profeſſio irritetur, in quo caſu procedunt firmata per Honded. conſ. 73. nu 10. & ſeq. lib. 2. Sanchez ad præcept. Decal: lib. 7. cap. 1 nu. 25. & ſeqq. Nouar. qu. forenſ. p. 2. qu. 72. n. 1 et ſeqq. Camerat. reſp. 5. art. 1. Card. de Luca de renunciat. diſc. 17. nu. 4. Rota dec. 75. poſt collect. Bondeni.

53 Vel, quando adeſt expreſsa conditio redeundi ad bona renunciata in omni caſu exitus è Religione, in qua ſpecie loquuntur Natta conſ. 180. Card. de Luca de renunciat. dict. diſc. 17. nu. 7. Bich. dec. 52. num. 9. et dec. 625. nu. 3. repetita in rec. dec. 32. p. 9. et deciſ. 349. par. 11.

54 Vel, quoties quis egreditur è Religione facto Pontificis, vel ex ſimili diſpoſitione, aut prouiſione Apoſtolica, dummodò ad bona renunciata non ſit alteri Ius quæſitum, cum diſpenſatio ex infrà firmandis in tertii præiudicium non retrotrahatur, in quo caſu vindicant ſibi locum, firmata per Bart. in tract. minor. lib. 4. diſt. 3. cap. 2. nu. 9. Bald. in in Auth. ingreſſi, nu. 64. verſ. ſi tamen Papa, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Add. ad Buratt. dec. 756. num. 26. Epiſc. Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 42. nu. 242. Buratt. dec. 510. et 576. Rot. in rec. dec. 222. nu. 1. et ſeq. p. 12.

55 Vel demum, quando deficiunt perſonæ contemplatæ, quarum intuitu facta eſset renunciatio, in qua facti ſpecie procedunt exarata per Bald. in l. pactum dotali 3. ſub nu 9. in 4. q. ibique Caſtren. ſub nu. 6. Cod. de collation. Roman. in l. qui ſuperſtitis, ſub nu. 1. ff. de acq. hæred. Alex. conſ. 29. num 9. lib. 3. Pariſ. conſ. 3. nu. 27. et ſeqq. lib. 2. Lanar. conſ. 49. de Ponte conſ. 39. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Rouit. conſ. 23. n. 21. lib. 1. Gratian. cap. 557. nu. 35. & ſeqq. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tit. de renunc. qu. 3. num. 3. et ſeq. Anna Alleg. 21. num. 22. Cyriac contr. 475 nu 1. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. nu. 17. et ſeqq. Sanchez ad præcept. Decal. lib 7. cap. 7. nu. 25. de Marin. reſol. 189. nu. 26. et ſeq. lib. 2. et in obſeru. ad Reuert. dec. 581. Donad. de renũciat. cap. 7. nu. 30. Marcian. Iun. diſp. 8. nu. 5. et ſeq. lib 1. Rocc. reſp. 48. nu. 6. & ſeqq. lib. 2. Nouar. quæſt. forenſ. 67. p. 1. Cacheran. dec. 98. nu. 11. Rot. in rec. dec. 543. nu. 31. et ſeqq. p. 5. et dec. 330. n. 2. p. 14. et dec. 23. nu. 2. et dec. 272. nu. 3. verſ. non obſtat, p. 15. Romana fideicommiſſi 13. Aprilis 1668. §. nec obſtat, et ſeq. et 27. Maii 1669. §. nec meretur coram Reu. Calataiu.

Huiuſmodi verò caſus reſolutionem renũciationis firmantes, quos omnes oportuit recenſere pro æquiuocis tollendis, & ne auctoritates in vno caſu loquentes non rectè aliis applicentur, ſunt omninò extranei à themate, de quo eſt ſermo, in quo agitur de egreſſu D. Liuiæ à Monaſterio, nedum omninò voluntario, nulla prorſus legitima, rationabilique cauſa impellente, ſed illicito, & á iure prorſus reprobato, ſtante ſolemni oblatione emiſsa, cuius ipſiſſima verba placeat tranſcribere: Ego Soror Maria Pulcheria S. Ambroſii offero me Omnipotẽti Deo, Glorioſæ Virgini Septẽ Dolorum, Beatiſſimo Patri noſtro Auguſtino in Cõgregatione Sãctæ Mariæ Septem Dolorum coram omnibus Sanctis, quorum Reliquiæ in hoc loco habentur, & in præſentia R. P. D. Nicolai Zucchi ſubſtituti à Reu. Patre Ioanne Olina, & coram Excellentiſſima Domina Camilla Sabella Farneſia Fundatrice, coram Sorore Maria Sancti Dominici mea Superiorisſa, & Matre Sorore Maria Franciſca Vicaria, & in præſentia omnium Monialium, promitto perpetuam ſtabilitatem in dicta Congregatione, conuerſionem morum, & obedientiam, iuxtà conſuetudinem prædictæ Congregationis.

56 Quæ oblationis formula, ſi fuiſſet fortaſsè emiſsa ſub Regula per Sedem Apoſtolicam approbata; vtique veram, Regularemque Profeſſionem prætuliſset, atque adeò tria vota ſolemnia, iuxtà receptam allegationem Lapi 129. ſub nu. 10. verſ. Ego N. promitto, vbi de oblatione debiliori, in qua ſimpliciter fuerat dictum Ego N. promitto ſtabilitatem, conuerſionem morum meorum, & obedientiam coram Deo, & Sanctis eius in præſentia Abbatis Monaſterii.

57 Sed cum fuerit facta in Monaſterio non Regulari, abſque vlla controuerſia ſimplex caſtitatis votum præſefert, quod regulariter reſultat ex qualibet oblatione facta Deo, prout in ſpecie firmat Donat. in prax. quæſt. Regul. tom 2. p. 4. tract. 17. de Soror. in ſæcul. qu. 3. nu. 4. et 18 atque adeò reſultat, ne dum
58 illicitum fuiſse egreſsum è Monaſterio, ſed etiam Matrimonium abſque Apoſtolica diſpenſatione contractum, Sanchez. de matrimon. lib. 7. qu. 11. nu. 4. Caſtr. Pal. oper. moral. tom 3. tract. 15. diſp. 1. punct. 5. nu. 2. Dian. oper. moral. p. 8. tract. 7. reſolut. 88. aliique relegendi penes Donat. in prax. Regul. tom. 2. tract. 13. de Oblatis qu. 6. nu. 3. & ſeq. aſſerens, quòd
59 huiuſmodi Oblatæ peccent ſimplex caſtitatis votum violando, & tract. 15. de Tertiar. qu. 5. nu. 2.

60 Idem-

60 Idemque comprobat *textus in cap.vnic. de*
voto, & vot.redempt. in 6. ibi: *Reliqua verò*
vota, et ſi quandoque matrimonium impediant
contrahendum, & quantò manifeſtiùs ſunt emiſ-
ſa, tantò propter plurium ſcandalum, et exem-
plum durior pœnitentia transgreſſoribus debea-
tur; vbi *gloſ.* verbo *debeatur*, aduertit,
61 quòd ex manifeſtatione voti grauius ſit pec-
catum; Votum enim ſimplex, quòad ſubſtan-
tiam, naturamque rei à ſolemni non dif-
fert, *Lucidor. de illegit. cap.2. nu.5. Baſſæus in*
florib. Theolog. verbo *votum. num. 15.* vbi de
62 communi, & quòad Deum non minus, quàm
ſolemnis profeſſio obligat, prout eſt *textus*
in cap. rurſus 6. qui Clerici, vel volent. matrim
contrah. poſſ. ibi: *Cum ſimplex votum apud*
Deum, non minus obliget, quàm ſolemne, ibiq;
gloſ. verbo *apud Deum, Fagnan. in cap. ſi quis,*
nu.46. de Regul. Baſſæus in florib. Theolog. ver-
bo *votum, nu.15. Corrad. in prax. diſpenſ. Apo-*
ſtolicar. lib.8. cap.10. nu.3.
63 Quinimò ſimplex propoſitum cum ſuſce-
ptione, delationeque habitus oblati effectũ
ſortita præſeferre votum caſtitatis expreſ-
ſum, reddens illicitum egreſſum è Monaſte-
rio, multòque magis matrimonium, latè
firmat *Fagnan. in cap. conſulti, nu.13. et ſeqq*
& num.8. et ſeqq. de Regular. Petrus de Palud.
in 4. ſent. diſt.38. qu.1. art.1. concluſ.3. n.11. S.
Antonin. in 3.p. tit.16. cap.2. §.4. uerſ. quartus,
64 *ſed quantum ad Deum*; ideòque, ſtante ſolem-
ni oblatione in facie Eccleſiæ peracta, Apo-
ſtolica eſſet exhibenda diſpenſatio pro vtro-
que foro, *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic.*
lib.8. cap.10. ſuper impedimento voti, n.7. & 9
65 eademque diſpenſatio obtinenda quoque
fuiſſet á viro, qui ſcienter, & illicitè matri-
monium contraxit cum muliere voto caſti-
tatis obſtricta, *Leander. oper. moral. tom.2.*
tract.9. de Sacram. matrim. diſp.23. qu.4. Boſ-
ſius in tract. de effect. matrim. cap.3. nu.12. et nu.
14. vbi ampliat, etiam ſi voto adſtricta ipſa
66 præueniat, matrimoniumque offerat.
Et quatenus fuiſſet obtẽta, ſuffragari tantũ-
modò potuiſſet ad effectum legitimandi ma-
trimonium, non autem ſucceſſionis in Pri-
mogenitura in præiudicium Dominæ Cle-
riæ; cui ex infrà firmandis Ius fuerat quæſi-
67 tum, vel ſaltem delatum, cum abſolutiſſi-
mum ſit in Iure, vt numquàm diſpenſare Põ-
tifices conſueuerint, quoties agitur de tertii
præiudicio, quod ſemper cenſetur præſer-
uatum, *Rub. Alex. conſ.147. nu.12. Nauar. conſ*
14. nu.8. de voto, Rodriq. qu. Regul. tom.3. qu.
53. art.27. col.2. in princip. uerſ. et banc opinio-
nem, Rot. in rec. dec.222. numer.2. p.12. Burat.
dec.576. nu.5. Priol. dec.367. num.16. & in his
terminis *Marta de ſucceſſ. legal. p.3. qu.13. art.2*
nu.13. Rouit. dec.10. nu.15. verſ. per quam ſo-
lam rationem.
His igitur præmiſſis, quę in ſtricta Iuris
cenſura omninò ſubſiſtunt, cum egreſſus è
Monaſterio fuerit, nedum omninò volunta-
rius; ſed etiam illicitus & à iure reprobatus,
quinimò ex ſuprà firmatis declaratio á D. Li-
uia emiſſa, quòd intenderet Matrimonium
contrahere, fuerit peracta, nedum poſt lon-
gum tempus octo annorum, à die ſolemnis
oblationis peractæ ſimplex caſtitatis votum
præſeferentis, ſed etiam poſtquàm D. Cleria
ciuilis Primogenita ob ſtatum cęlibatus ab
eius ſorore Primogenita aſſumptum, opti-
ma fide matrimonium contraxerat prædictæ
ſolemni oblationi confiſa, aliòquin, neque
ipſa, neque eius vir adeó egregiæ nobilitatis
matrimonium contracturi, quòdque deplo-
rabiliùs videtur poſt iam ſuſceptam prolem
Maſculinam, nedum ſciente, & approbante,
ſed etiam ſummoperè gratum habente eadẽ
D. Liuia, prout in Vrbe lippis, & tonſoribus
eſt notiſſimum, cui eſt imputandum, quòd
eius voluntatem ſuper deſertione ſtatus cę-
libis, aſſumptioneque coniugalis non de-
nunciauerit D. Cleriæ, ſiue Duci Patruo, ſta-
tim habita notitia, quòd de Matrimonio D.
68 Cleriæ ageretur, prout in proximis termi-
nis viri prætendentis aliquam mulierem in
vxorem, quód eidem debuerit fieri denun-
ciatio, antequàm cum alio viro Matrimoniũ
contrahat, benè dixit *Rot. in rec. dec.493. nu.*
5. et ſeq. p.4. tom.2. repetita coram *Cocciu. dec.*
1462.
69 Rectèque confert *textus in l. denunciaſſe*
17. verſ. quid ergo, vbi ſignanter *Bart. num.2.*
verſ. quandoque requiritur, ff. ad leg. Iulian. de
Adult. in qua reperitur ſancitum, vt Mari-
tus debeat denunciare vxori, ne nubat, &
quòd abſtineat à nubendo, quia intendit
eam accuſare.
70 Hinc eſt, vt ſtantibus prædictis, cum res
non valeat dici ampliùs integra ob præiudi-
cium D. Cleriæ, quæ iam ex matrimonio con-
tracto ſtatum aſſumpſerat irretractabilem;
imò ex infrà firmandis Ius iam quæſitum ha-
beret in Primogenituræ ſucceſſione, reiicien-
da omninò videtur irrationabilis, imó cul-
poſa mutatio voluntatis D. Liuiæ, eiuſque
declaratio, quòd in ſtatu cęlibi cum Iura-
mento in ſolemni oblatione promiſſo am-
pliùs perſeuerare nolit, quòdque eidem ad
bona renunciata ſit impartiendus regreſſus,
prout in ſpecie Monialis, re non integra,
egreſſa è Monaſterio, á quo aliòquin po-
terat exire, poſt plures allegatos, fir-
mat omninò videndus *Capyc. in Inueſtit.*
feudal. tit. feuda amittuntur, quæſt. 42.
verſ. ſi autem non faceret Profeſſionem,
fol.63.
71 Idque, etiam in proximis terminis habe-
mus in feudo, ad quod tunc demum Clerici
ſuccedere valent, quando, re integra, habitũ
deſerunt, & priùs, quàm aliis Ius ſit quæſi-

tum in ſeudo, ſecus verò, re non integra,
prout eſt receptiſſima ſententia, quam, omiſ-
ſis pluribus aliis, qui poſsent laudari, præ-
ceteris firmat feudorum Euangeliſta *Iſern. in
cap. 1. §. ex hoc, verſ. ſed ſi patre mortuo, de
feud. fæmin.* ibique *Iacob. de Beluiſ.* cæterique
feudiſtæ *in cap. Imperialem, col. 52. de probib.
feud. aliena. per Federicum Ardizzon. in ſum-
ma de feud. cap 97. vtrum vaßall. feud. ſi Cle-
ric. efficiat. Io. Thomas de Marinis tit. 2. n. 140.
verſ. tertia, & vltima fuit opinio, Felix Scha-
laleo,* quem refert *Camill. Salern. in add. ad
Napod. in progm. Conſuct. Neapolit. numer. 33.
Crauett. conſ. 103. nu. 8. & ſeq. Roland. conſ. 23.
nu. 23. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 231. nu.
10. Arthman. Piſtor. lib. 2. qu. 33. nu. 18. Minad
in Conſtit. Regni in aliquibus,* verbo *filiorum,
nu. 21. Vulteius de feud. lib. 1. cap 9. n. 67. verſ.
de Clericis tamen, fol. 67. Roſental. de feud. cap
7 concl. 30. nu. 1. & ſeqq. Vrſin. de ſucceſſ feud.
p. 1 qu. 9. art. 1. concl. 3. nu. 18. verſ. hac enim
ratio, Coſta de re integr. diſt. 17. num. 3 verſ. hoc
namque, & ſeq. Marta de ſucceß. legal. p. 3. qu.
13. art. 2. nu. 11. 13. & ſeq. Faiard. in quæſt. de
Prælat. Regul. nu. 90. et ſeq.* impreſsa poſt *al-
legat. fiſcal. Staiban. Iun. in add. ad conſil. Stai-
ban. Sen. 55.* benè *Rot. in rec. dec. 493. nu. 55.
p. 4. tom. 2.* repetita *corā Coccin. dec 1462.* opti-
mè *Theodor. alleg. 58. n. 17. & ſeqq.* aſserens,
quód ſit veriſſima huiuſmodi diſtinctio, an,
tempore declarationis factæ à contendente
ſuccedere in feudo, res ſit integra, vel ne?
71 quòdque res integra intelligenda ſit eo ca-
ſu, quo, neque extincta, neque aliquo modo
immutata reperitur; ſubdens, latèque fir-
73 mans *num. 37. 39. 40. & ſeq.* quod etiam al-
teri ius delatum operetur, vt non dicatur
ampliùs res integra, ad effectum, ne poſſit
habitum Eccleſiaſticum dimittens præiudi-
cium inferre ſequenti agnato, cui interim
ius acquirendi feudum fuerit delatum, vel
quæſitum, & in eiſdem terminis, quando res
eſt omninò integra, quòd tunc Clericus ad
feudi ſucceſſionem admittatur, loquuntur
auctoritates allegatæ in poſtrema contraria
*deciſione coram Reu. Emerix Decano in §. mi-
nuſque,* ſignanter *Camill. de Medic. conſ. 2. nu.
72. & ſeq. de Marin. cap. 120. nu. 15. & ſeq. lib.
1. de Ponte dec. 4. nu. 4. et ſeqq. Card. Cerr. dec.
344. nu. 17. & ſeq.*

Rectèque conferunt in proximis terminis
firmata, quòd non ob aliam rationem in
veriori, magiſque recepta ſententia Mona-
74 cho ad Epiſcopatum promoto non compe-
tat regreſsus ad bona renunciata, alteri quę-
ſita, vel delata, niſi quia res non ſit ampliùs
integra, prout præcęteris latè firmant reie-
ctis contrariis, *Fab. de Auna conſ. 45. nu. 84 et
ſeqq.* ſignanter *num. 90. verſ. ſi Monacus re-
manet, lib. 1. Cutell. de Donat. contemplat. Ma-
trim. tract. 2. diſc. 2. p. 3. nu. 132. Bottiglier. de
ſucceſſ. ab inteſt. cap. 2. Theorem. 73. num. 2. &
ſeq. Andreol. controu. 396. nu. 7. et ſeqq. Epiſc.
Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. n.
242. de Luca de pluralit. homin. legal. cap. 37.
num 5. Card. de Luca de renunciat. diſc. 17. num.
10.* Ro*mit. dec. 10. per tot.*

Regulare enim eſt in qualibet materia, vt
habilitas ſuperueniens, re adhuc non inte-
75 gra, & in Præiudicium tertii non ſuffrage-
tur, *cap. quamuis 8. de reſcript. in 6. Ancharan.
conſ. 169. ſub nu. 2. Ruin. conſ. 200. nu. 18. lib. 2.
Soccin. Iun. conſ. 49. ſub nu. 9. et ſeq. lib. 4. Dec.
conſ. 662. n. 12. & ſeq. Menoch. conſ. 186. num. 6
et ſeq. Card. Ottobon. dec. 148. nu. 13.*

76 Præcipuè, quia; ſi illam velimus amplecti
ſententiam, quòd prudentis Iudicis arbitrio
remittatur, ſpectatis circumſtantiis rei, &
perſonarum, an ſtatim, & re integra, vel poſt
longum tempus habitus fuerit dimiſſus à cō-
tendente ſuccedere in feudo; de qua *Af-
flic. in cap. 1. de milit. Vaſſall. nu. 13. in fin. add.
ad Iſern. ſuper eod. cap. lit. D. fol. 290. Menoch.
de arbitrar. caſ. 231. num. 29. & ſeq.* vtique
omnes circumſtantiæ inferiùs recenſendæ
ſuadere debent, re non integra, fuiſſe habi-
tum Monaſticum à D. Linia dimiſſum.

Si igitur prædicta abſque dubio ſibi locum
vindicant, etiam, quando habitus Clericalis
dimiſſio in Clerico eſt alioquin à iure per-
miſſa, & egreſſus Monaci è Monaſterio eſt li-
citus ob adeptum Epiſcopatum, quantó for-
tiùs in pręſenti themate libentiſſimè admit-
tēda, in quo egreſſus D. Liuiæ è Monaſterio ex
ſuprà firmatis eſt omninò à iure reprobatus.

Accedente potiſſimùm euidenti præiudi-
cio D. Cleriæ iam nuptæ, ne alioquin D. Li-
uia periurii, promiſſęque fidei violatrix, adeò
magnum conſequatur lucrum, D. Cleriam,
eiuſque Nobiliſſimum Virum, liberoſque
innocentes ex ſe ſuſceptos dolosè, quodam-
modò eludendo, & ſupplantando qui eiuſ-
dem D. Liuiæ fidem ſunt ſequuti, contrà om-
nem æquitatem, Iuriſque Ciuilis, & natura-
77 lis principia *leg. 1. & ſeq. Cod. ſi minor. ſe ma-
ior. dixerit l. nec ex dolo 13. ff de dol. malo, l. is,
qui dolo, ff. de rei vindicat. l. ſi ex dolo, ff. de re
Iudicat. Becc. conſ. 106. num. 14. Cyriac. controu.
232. num. 4. & ſeq. & controu. 178. num. 64. Gra-
tian. cap. 118. num. 55. & 906. num. 12. & 849.
num. 11. Surd. conſ. 15. num. 15. & ſeqq. lib. 1.
Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9 num. 68.
Farinac. in prax. criminal. part. 1. qu. 31. numer.
155. Fontanell. dec. 195. num. 7. Epiſcop. Sperell.
deciſ. 35. num. 41. Capyc. Latr. deciſ. 192. num.
47. lib. 2.*

Prædictis verò omnibus, ea accedat ani-
maduerſio, quòd D. Cleria prædicta renun-
ciatione, oblationeque emiſſa non intendit
vti, tanquám ſimpliciter animum renuncian-
dæ Primogenituræ præſeferente, ſed æquè
principaliter, vtpotè declarante voluntatem
D. Li-

Digitized by Google

D. Liuiæ aſſumendi ſtatum perpetui cælibatus omninò incompatibilem cum ſucceſſione in Primogenitura, cuius prorſus incapaces exiſtunt Clerici; & Religioſi, omneſque alii, qui vitam cęlibem ducere velint, adeòut, eadem declaratione peracta, eiuſdem Primogeniturę ſucceſſio fuerit aperta ad fauorem eiuſdem D. Clerię vnicæ filiæ fęminæ ſuperſtitis ex Familia habilis ad ſuccedendum, vtpotè iam nuptæ, ideòque ea, quæ in contrariis deciſionibus obiiciuntur contrà actum renunciationis, pro prætenſa illius reſolubilitate, aduerſari nequeunt contra actum declaratiuum voluntatis eiuſdem D. Liuiæ aſſumendi ſtatum cælibem, cum etiam ex actu nullo,
78 ſiue reſolubili, effectumque non ſortito, voluntas rectè deprehendi valeat, *arg. text. in l. final. ff. de reb. dub. l. final. Cod. Famil. erciſcund. l. 2. Cod. de confirmat. tutor. l. in teſtamentis, ff. de fideicom. libertat. l. final. ff. de. reb. eor. qui ſub tutor. Ripa in l. re coniunctis num. 136. ff. de legat. 3. Iaſ. in l. Dominus ſub num. 2. ff. de condit. indebit. Fulgoſ. conſ. 99. propè fin. Burſatt. conſ. 89. num. 15. Honded. conſ. 64. num. 30. lib. 2. Alex. conſ. 45. poſt num. 2. lib. 1. Andreol. controu. 221. num. 10. Cyriac. controu. 577. num. 21. & controu. 426. nu. 76. Tondut. lib. 2. qu. Ciuil. cap. 110. num. 30. Peregr. de fideicom. art. 11. numer. 69. Surd. dec. 333. nu. 3. & 152. num. 18. Fontanell. dec. 88. num. 17. Rot. diuerſ. deciſ. 613. num. 7. part. 1. in recent. deciſ. 206. numer. 23. part. 7. Ludouiſ. deciſ. 76. numer. 3. Card. Caualer. deciſ. 326. nu. 3. Bich. dec. 151. num. 17. & dec. 382. nu. 25.*

Inſpecta potiſſimùm ſpeciali lege Primogenituræ, quæ, ſacta declaratione ſuper ſtatu cęlibatus, excludit declarantem à ſucceſſione, qui ampliùs non valet reaſſumere ius, à
79 quo ex hominis diſpoſitione fuit ſemel excluſus, *l. in quibus, Cod. de ſecund. nupt. Bald. conſ. 215. lib. 2. Epiſcop. Valenzuol. conſ. 83. nu. 126. & ſeq. Altograd. conſ. 96. num. 54 lib. 1.*

Nullatenus verò videtur ſubſiſtere obiectum, cui potiſſimùm contrariæ deciſiones innituntur, & in quo reuera cardo totius difficultatis in hac celebri quæſtione verſatur, quód, nempè, huiuſmodi declaratio voluntatis in Primogenitura demandata ſuper ſtatu cęlibi, vel coniungali aſſumendo, ne ſucceſſio diù ſtet in ſuſpenſo, & incerto, fieri deberet, tempore apertæ ſucceſſionis, atque adeò ſuffragari debeat D. Liuiæ capacitas ſuperueniens ad ſuccedendum, vtpotè Primogenitæ, nedum exiſtenti in ſtatu Seculari;
80 ſed etiam iam nuptę in vna ex quatuor Familiis, inſpecto tempore obitus D. Ducis Philippi Patrui vltimi poſſeſſoris Maioratus, pro excluſione D. Cleriæ, nedum Secundogenitæ; ſed etiam nuptæ extra quatuor Familias ex adductis per *Federic. de Senis conſ. 26. num. 2. & ſeqq. Molin. de Primog. lib. 3. cap. 2. num. 16. & ſeq. Mierez. de Maiorat. part. 1. qu. 2. ſub numer. 53. verſic. ex quo infertur, & num. ſeqq. & part. 2. qu. 3. num. 153. Caſtill. controu. Iur. lib. 3. cap. 15. num. 3. Capyc. deciſ. 115. num. 13. & ſeqq. Caſtill. deciſ. Sicil. 201. lib. 3.*

Præcipuè, quia eſt recepta ſententia affir-
81 mans, quód ad effectum inſpiciendi, quis ſit natu maior, & Primogenitus naturalis pro ſucceſſione in Primogenitura, attendi debeat tempus delatæ ſucceſſionis, *Menoch. conſ. 106. num. 354. & 357. & conſ. 269. num. 10. & lib. 4. præſump. 92. nu. 2. & 6. Epiſcop. Valenz. conſ. 69. num. 10.* & latiùs *conſ. 97. num. 19. & duob. ſeqq. lib. 1. Honded. conſ. 70. num. 16. lib. 2. Marta conſ. 106. nu. 10. Tiraquell. de Iur. Primog. q. 3. n. 6. & ſeq. Molin. de. Primog. lib. 1. cap. 6. num. 43. Mierez. de Maiorat. part. 2. qu. 4. illat. 3. nu. 1. Fuſar. de ſubſtit. qu. 387. num. 48 & qu. 388. num. 1. & ſeqq. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 93. §. 1. num. 34. & ſeqq. Viuius dec. 502. num. 8. Rota diuerſ. deciſ. 128. numer. 1. part. 2. Dunozett. Iun. deciſ. 602. num. 7. Card. Otthob. deciſ. 254. num. 2.*

Multòque magis, quia Dux Philippus vltimus poſſeſſor non poterat transferre poſſeſſionem ciuilem Primogenituræ in D. Cle-
82 riam, cum in ſucceſſionibus aperiendis poſt mortem hæredis grauati, non mereatur attendi præuentiua reſtitutio ſacta, ipſo adhuc viuente, diſpoſitio enim *textus in l. poſt mortem, Cod. de fideicom.* rectè procedit in præiudicium ſacientis præuentiuam reſtitutionem, & habentium cauſam ab eo, non autem præiudicare valet D. Liuię, cui ſucceſſio, vtpotè Primogenitæ nuptæ in vna ex quatuor Familiis, erat debita tempore, quo per mortem vltimi Ducis purificabatur conditio, prout per Iura in *leg. cum. pater 77. §. à filia*, ibique benè *Cuiac. l. vnum ex Familia. in princip. ff. de legat. 2. l. filius fam. §. Diui il primò, ff. de legat. 1. leg. vxorem 41. §. Seium, ff. de legat. 3. l. ſi mulier ex aſſe, ff. de iur. dot.* firmant *Padill. in dict. l. poſt mortem num. 8. & 23. Cod. de fideicom. Roman. conſ. 452. Anton. Bellon. conſ. 33. Surd. conſ. 164. nu. 24. lib. 2. Gomeſ. ad leg. 17. Tauri. num. 6. & ſeq. Auendan. ad l. 45. Tauri gloſ. 2. num. 5. & ſeq. Anton. Faber. lib. 18. coniect. cap. 5. Solorzan. de Iur. indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 14. num. 49. & ſeqq. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 112. num. 18. & lib. 3. cap. 12. numer. 111. & ſeqq. Molin. de Primog. lib. 2. cap. 4. num. 24 & ſeqq. & lib. 1. cap. 6. num. 45. Mierez. de. Maiorat. par. 3. qu. 18. num. 4. & 6. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 20. Olea de ceſſion. Iur. tit. 3. qu. 4. num. 35. et ſeqq. Tondut. lib. 1. qu. Ciuil. cap. 50. n. 48. et ſeqq. Card. de Luca de feud. diſc. 13. num. 14. Fontanell. dec. 39. et. 40. Vbald. deciſ. 1. numer. 3. et ſeqq.* repetita *in recent. deciſ. 263. part. 1.*

Siquidem pro remouẽdis huiuſmodi obie-

ctis eſt animaduertendum, quòd, diligenti examine inſpecta lege Primogenituræ, caſus ſucceſſionis, ſiue vocationis ſequentis in gradu nullatenus legitur limitatus ad tempus mortis vltimi ſucceſſoris; ſed potiùs declarationis voluntariè faciendæ ſemper, & quandocumque, ibi: *Et ampliùs, nc diù ſtet in ſuſpenſo, ct incerto ſucceſſio in dicta Primogenitura, vnanimiter diſpoſuerunt, et mandarunt, vt ſinguli Primogeniti ad ſucceſſionem dictorum bonorum, ct Iurium prædictorum vocati, is, ſcilicèt, cui dicta ſucceſſio pro tempore aperietur, cum primùm peruenerit ad vigeſimũ quintum eius ætatis annum, declarare, ſeù declaraſſe debeat, an velit Sacris initiari, et in cęlibatu viuere; ſeù potiùs Vxorem ducere, aliàs cadat à commodo præſentis Primogenituræ, ct ſucceſſio in eu aperiatur, ct deuoluatur ulteri iuxtà ordinem Primogenituræ priùs vocato.*

83 Ponderando verba, ibi: *declarare, ſeù declaraſſe debeat*, ex quibus ſatis liquidò dignoſcitur, ſingulos Primogenitos vocatos non poſſe cogi ante annum vigeſimum quintum declarare, an velint ſtatũ cęlibem, vel potiùs coniugalem aſſumere; ſed non indè in Primogenitura reperitur interdictum, antecedenti tempore declarare; Idque ad oculum demonſtrat diſcretiuum illud verbum *declaraſſe*, quod tamquàm præteritum tempus præſeferens, comprehendit, etiam declarationem factam, tempore præterito, ante apertam ſucceſſionem in Primogenitura *Menoch. conſ. 1. num. 172. ct conſ. 97. num. 60 Eucrard. conſ. 3. num. 95. lib. 1. Becc. conſ. 195. num. 12. Dunozeit. Iun. dec. 548. num. 17. Card.* Cerrus *dec. 578. nu. 1.* & complectitur declarationem iam factam, & perfectam, *Bart. in l. hoc articulo num. 2. ff. de hered. inſtit. Bald. in l. fin. nu. 14. Cod. de ſenten. quæ ſin cert. quantit. Marſil. conſ. 115. num. 26. Eucrard.* Iun. *conſ. 28. num. 6. lib. 2. Caſſan. ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 123. Gratian. cap. 372. num. 19.*

84 Signanter, quia verbũ *declaraſſe* remaneret alioquin fruſtratorium, & nihilòminus in Primogenituris, & potiſſimùm in hac de qua agitur, adeò accuratè confecta, nedum verbum; ſed neque etiam ſyllaba manere debet ſuperflua, & otioſa, cum argumentum à ſuperfluitate vitanda validum, & efficax diiudicari debeat, *leg. ſi quando, ff. de legat. 1. l. 3. §. quibus, Cod. de nou. Codic faciend. l. fin. Cod. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. poſſ. cap. ſi Papa de priuileg. in 6 gloſ. in l. 1. ff quod metus cauſ.* Bald. *in rubr. Cod. de contr. empt. q. 9. n. 9. Dec. conſ. 69. nu. 4. Cephal. conſ. 149. nu. 3. lib. 1 Cranett. conſ. 297. nu. 4. Peregrin. conſ. 43. nu.* 8. *Roland. conſ. 62. num. 30. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 108. nu. 24 & 34. lib. 2. Menoch. conſil. 197. nu. 14. Decian. conſ. 129. nu. 46. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 11. nu. 13. lib. 1. Fuſar. conſ. 93. nu. 28. Altograd. conſ. 54. nu. 110. verſ. maximè quando, lib. 1. Gratian. cap. 306. nu. 16. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 12. nu. 1.* Marcian. Iun. *diſp. 14. nu. 3. lib. 1. & diſp. 87. numer. 15. lib. 2. Surd. dec. 322. nu. 25. Burz. dec. 12. n. 30. Franch. dec. 606. nu. 10. propè fin. verſ. cum in qualibet diſpoſitione, Magon. dec. Florent. 3. num. 4. Giurb. dec. 24. nu. 22. Put. dec. 171. nu. 4. lib. 1. Ronit. dec. 91. nu. 14. Rota diuerſ. dec. 121. n. 25. p. 1, & dec. 340. n. 2. & 4. poſt 2. volum. conſil. Farinac. in rec. dec. 687. nu. 11. dec. 702. n. 3. in fin. p. 2. & dec. 354. n. 35. p. 11.*

85 Adeò, vt potiùs ſit admittenda Iuris communis correctio, quàm, quòd verba ſint ſuperflua; *Cruncet. conſ. 92. num. 5. Cardin. Tuſcu. S. concluſ. 895. num. 38.* verbaque ſint po-
86 tiùs impropriè accipienda, quàm, quòd otioſa remaneant, *l. fundus*, ibique *Cuman. ff. de fund. inſtruct. Roman. conſ. 56. n. 4. Soccin. Iun. conſ. 75. nu. 19. lib. 3. Pariſ. conſ. 90. nu. 33 lib. 2. Nutta conſ. 484. nu. 30. & ſeq. Curt. Iun. conſ. 85. nu. 4. Alex. conſ. 75. nu. 8. lib. 9. Fuſar. conſ. 93. nu. 29.*

87 Atque ex his patet *reſponſio d. conſ. Federic. de Senis 26.* quem ſectantur *Molina, Mierez, Caſtill.* aliique allegati in *deciſione coram Ren. Emerix, § neque obſtat replicatio, in fin.* firmantes concluſionem, quòd in Primogeniturìs ſit attendenda habilitas ſuperueniens, tempore delatæ ſucceſſionis; Tum quia,
88 non loquitur in caſu, in quo ſpecialis lex Primogenituræ contrarium ſuadear, vt, nempè, facta declaratione ſuper ſtatu cęlibi aſſumendo, ad illam aliòquin vocatus cadat à commodo Primogenituræ, ſucceſſioque alteri aperiatur.

89 Tum fortiùs, quia prædictum *conſ. Federici de Senis*, à quo cæteri in contrarium allegati mutuarunt, potiùs mirificè retorquetur, dum loquendo in terminis inteſtatæ ſucceſſionis, diſpoſitioniſque Iuris communis, ſpecificè affirmat, id procedere, dummodò res ſit integra, neque adſit actus contrarius intermedius, & vlteriùs, *num. 6.* diſtinctionem adhibet inter diſpoſitionem legis, & hominis, ibi: *Sed ſi eſſet excluſus per hominem, videretur venire ſequens*, idemque latiùs comprobat *conſ. 27.*

90 Et in ſpecie prædictum *conſ. Federici de Senis* eſſe intelligendum in caſu, in quo res eſt omninò integra; ſecus ſi ex ſupra firmatis fuerit alteri, intermedio tempore, ius quæſitum, vel delatum in ſucceſſione in Primogenitura, optimè aduertit *Theodorus allegat. 58. nu. 39.* rectèque confert ſingularis doctrina *Bald. in proem. Cod. num. 9. in verſ. aut*
91 *iſta*, aſſerentis, quòd non admittatur ſuperueniens capacitas in præiudicium Agnatorum, quibus per illius incapacitatem fuerit quæſita hæreditas, etiam non adita, quia ſufficit, ius adeundi fuiſſe quæſitum, quem refert, & ſequitur *Theodor. d. alleg. 58. n. 50.*

92 Eam-

92 Eamdemq;diſtinctionem inter caſum, quo res ſit integra, vel ne, adhibent eædeminet auctoritates allegatæ in contraria *deciſione coram Ren.Emerix Decano, §. nec obſtat replicatio*, ſignanter *Merlin. Mierez, Caſtill. & de Marinis*, & cum præſuppoſito, quòd res ſit omninó integra, neque alteri, intermedio tempore, ſit ius quęſitum, vel delatum, loquuntur cõtrariæ auctoritates ſuperiùs laudatæ firmantes concluſionem, quòd ad effectum inſpiciendi, quis ſit natu maior in Primogenitura, attendi debeat tempus delatæ ſucceſſionis.

93 Nullatenus aduerſante *dec.Capyc.*115.quę magis proximè percutit caſum, de quo diſceptamus, cum illam communi Interpretum ſenſu eſſe reiectam, teſtentur *Piſtor. Vrſin. & de Ponte*, allegati per *Thor. in compend.decil.p.*1.verbo *Monialis Tertii Ordinis.*

94 *Deciſio* verò *Caſtill.*201.*lib.*3. potiſſimùm innititur fundamento, quòd ille Primogenitus haberet iam quæſitum ius in vita poſſeſſoris, & antequàm fieret caſus ſucceſſionis ob præſentiam, acceptationemque donationis!

His omnibus accedat, quòd, cum in præſentia res agatur inter D.Liuiam, quæ, præuia renunciatione, declarauit, velle aſſumere ſtatum cęlibem, & D. Cleriam renunciatariam, nemo ex Doctoribus auſus eſt affirmare, attendendum eſſe tempus delatæ ſucceſſionis; ſed ſolummodò ab eiſdem exagitari ſolet quæſtio, an reſpectu plurium renun-
95 ciatariorum, ſine vocatorum ad ſucceſſionem, inſpiciendum ſit ab initio tempus renunciationis, vel potiùs delatæ ſucceſſionis, & attendendam eſſe rationem temporis peractæ renunciationis, affirmant *Napodan. in conſuet.ſi qua moriens*, verbo *tantùm, num.*13. *Cannet.in cap.volentes, §. & quatenus, Camerar.in cap.Imperialem, fol.*30 *lit.P. Gallup. in method.feudal.*2.*p. cap.*5.*nu.*17. *Camill. de Medic.conſ.*35. *n.*28.*& ſeq. Ronit.conſ.*29.*n.*9. *lib.*2.

Fruſtrá autem in deciſione coram *R. Emerix Decano, §.minuſque, in fine*, adducitur exemplum, quõd vltimus Dux Philippus, licèt Clericus, nihilòminus Primogenituræ ſucceſſionem ſuerit aſſequutus.

96 Nam ſimplex Clericus non tenetur vitã cęlibem ducere, ſed pro eius arbitrio Clericatui valet renunciare; licitèque, dimiſſo habitu, vxorem ducere abſq; vlla prorſus Apoſtolica diſpenſatione, *cap.*1.*de Cleric.coniug cap.vnic. eod.tit.in* 6. atque adeò Primogenitura ſolos Clericos in ſacris conſtitutos excludit, non autem ſimplices primam obtinentes tonſuram, & licèt idem vltimus Dux, qui in Primogenitura ſucceſſit, illam retinuerit, abſque eo, quòd vxorem duxerit, id euenit, quia eidem vtpotè vltimo maſculo nihil prorſus fuit à ſęminis oppoſitum.

Prout, neque etiam congruit exemplum Viduæ Primogenitæ aliàs nuptæ extrà quatuor Familias, quam Primogenitura ad ſuccedendum admittit; ſi iterum vni ex quatuor Familiis nubere velit.

Nam in vidua conſiderari valet ſpecialis ratio præſeruatiua ſucceſſionis, tamquám idonea ad Familiæ propagationem, quam potiſſimùm Primogenitura reſpexit, quod ſibi locum non vindicat reſpectu declarantis, velle aſſumere ſtatum cęlibem, cui optimo Iure ab ipſa Primogenitura poſt eamdem declarationem ſuit interdicta ſucceſſio, vtpotè ad Familiæ propagationem inhabili.

Præcipuè, quia lex Primogenituræ non loquitur de Vidua faciente realem perpetuã, abdicatiuam, iuratamquerenunciationem, etiam in caſu propriæ ſucceſſionis, cum declaratione ſacta aſſumendi ſtatum cęlibem, ſolemni oblatione emiſſa ſaltem ſimplex votum caſtitatis inuoluente, atque adeò ſtante multiplici diſparitate inter Viduam,
97 & Oblatam, non rectè ab vno caſu ad alium valet inferri, *l.Papinianus exuli, ff.de minor. l.inter ſtipulantem, § ſacrum, verſ ſed hæc diſſimilia ſunt, ff.de verbor.obligat.l.naturalem,§. nihilòminus, ff.de acq. poſſeſſ. Pariſ. conſ.*18. *nu.*10.*lib.*1. *Surd.conſ.*150. *n.*94. *& conſ.*460. *nu.*59. *Soccin.conſ.*18.*num* 41. *lib.*1. *Gratian. cap.*516. *n.*6.*Monaeb.dec.Bonon.*6.*n.*5.*& dec.* 19.*n.*34. idq;etiam ſi diuerſitas in ſola ratione verſetur, *Menoch.conſ.*106.*n.*304. *Barboſ. axiom.*114.*in fin.*

Omninò autem eſt contemnenda contraria ponderatio; quòd lex Primogenituræ in ea parte, in qua excludit à ſucceſſione declarantem, ſe vitam cęlibem velle ducere, illamque re ipſa aſſumentem, reſtringi debeat ad ſolos maſculos, vtpotè vtens verbis maſculini generis, non valentibus ſęminas comprehendere.

98 Explorati ſiquidem Iuris eſt, quód appellatione Primogeniti, veniat etiam ſęmina, *Mierez de maiorat.p.*2.*qu.*3.*nu.*1.*& ſeqq. & p.*6.*nu.*326 *verſ.quòd ſi Princeps, Card.de Luca de fideic.in ſummar.num.*68. eruditiſſimus *Palma allegat.*61. *num.*9. *& alleg.*62. *nu.*20. *lib.*1.*& alleg.*101. *nu.*26. *Rot.in rec. deciſ.*18. *nu.*9. *& dec.*26. *p.*18.*Bich.dec.*622.*numer.*1. *Dunozett Iuo.dec.*996. *num.*4. vbi in ſpecie,
99 quòd præceptum iniunctum vni ex Primogenitis cenſeri debeat in omnibus aliis repetitum:

Sublataque remanet quælibet diſceptandi occaſio; cum in eadem Primogenitura reperiatur ſancitum, vt diſpoſitum in maſculis, cenſeri debeat in ſęminis repetitum, ibi: *Vocarunt, ac nominarunt filiam fæminam Primogenitam, &c. iuxtà formam, & cum eiſdem pactis, conditionibus, obligationibus, vinculis,*

& ſub-

Digitized by Google

*& ſubſtitutionibus appoſitis in Primogenitura,
& vt infrà apponendis, quas hic de verbo ad
verbum pro inſertis, & expreſſis, & ad illas
relationem habiti voluerunt.*

100 Potiſſimùm inſpecta ratione, ne ſucceſ-
ſio in Primogenitura diù ſtet in ſuſpenſo, &
incerto, quæ ratio vniuerſalis per viam re-
gulæ expreſſa conuenit omnibus vocatis, ſi-
ue maſculis, ſiue fęminis, *Mierez de maio-
rat. p.2. qu.6.nu.321. & ſeqq.* cum regulare
101 ſit, vt maſculinum comprehendat fęmini-
num, & è contrá ex vi identitatis rationis,
*Bald. in l. vlt. Cod. de verb. ſignifi. Rebuff. in leg.
1. verſ. limitate procedere, & verſ. ſeqq. fol.14.
eod. tit. Bald in l. vlt. qu.14. nu.35. poſt prin-
cip. verſ. item in propria loquutio, Cod. de hæ-
red. inſtit. Cyn. in l. quicumque, vol.2 in fin. verſ.
vt ergo ſciatur, Cod. de ſeru. fugit. Alberic. in
l.1. nu.1. in fin. ff. de pecul. Imol. in l. ſi ità ſcri-
ptum, nu.8. ff. de legat.2. Iaſ. in l. ſi quis, id,
quod, nu.24. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Gabr. conſ.
96. ſub nu.27. lib.1. Altograd. conſ.86. n.44.
lib.1. Gratian. cap.530. num.2. & ſeq. Tiraq.
de retract. ligniag. §.1. gloſ.9. nu.228. propè
med. numer. ſeq. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. qu.
27. nu.11. & ſeq. Hodier. ad Surd. dec.9. nu.7.
& ſeqq. Bich. dec.307. nu.11.* rectèque confe-
runt adducta per *Molin. de Primogen. libr.3.
cap.5. ſub nu.4. verſ. hoc autem, & num.6. &
ſeq. Medic. examin.31. nu.7. inter dec. Senenſes
Rot. in rec. dec.548. nu.4. p.1. & dec.604. nu.2.
par.2.*

102 Præuentiua verò reſtitutio Primogenitu-
ræ facta à D. Duce Philippo adhuc inter vi-
uos exiſtente fauore D. Cleriæ omninó
ſubſiſtere debet, dum ſolùm modó reperitur
à Iure interdicta, quoties conſiderari valet
fraus præſumpta, vel ſaltem illa re ipſa præ-
iudicii, vbi non adeſſet illa conſilii, cui po-
tiſſimùm contraria innititur concluſio, quæ
fraus in præſentia omninò remanet excluſa;
ſi facti circunſtantiæ diligenter ad examen
renocentur, inter quas potiſſimùm inferiùs
recenſendæ videntur maxima animaduer-
ſione dignæ; quòd, nempè, matrimonium
D. Cleriæ cum clar. mem. D. Philippo Colum-
na ſatis prudenti conſilio fuit initum ad
pinguiùs implendam voluntatem Erectorum
Primogenituræ; cum enim, deficiente linea
maſculina, vocaſſent fęminam Primogenitã
à nobiliſſimo viro ducendam, ob enixam vo-
luntatem artificialiter renouandæ, conſer-
uandæque Familiæ.

Hinc prudentiſſimè Dux Philippus vlti-
mus ſuperſtes ex linea maſculina, inhærendo
eidem voluntati dictam præuentiuam reſti-
tutionem Primogenituræ fecit pro pleniori,
& pinguiori effectu conſequendo ab eiſdem
Erectoribus Primogenituræ vehementiſſimè
exoptato; nam aliòquin ab eodem D. Duce
imprudentiſſimè fuiſſet actum; ſi eius obitum
expectare voluiſſet; cum enim tunc tempo-
ris annum ageret quinquageſimum; longèq;
plus ſuperuiuere potuiſſe; prout euentus cõ-
probauit, cum deceſſerit poſt annum ſeptua-
geſimum, iſtæque puellæ iã nubilem exceſſiſ-
ſent ætatem, dum D. Liuia, quatenus præ-
ſupponi potuiſſet in ſtatu ſæculari, annum
agebat vigeſimum quintum, & D. Cleria de-
cimum ſextum, differendo illas nuptui trade-
re, vtique ſubiiciebat propriam Familiam
apertiſſimo diſcrimini omnimodę extinctio-
nis, adimendo ſpem artificialis renouatio-
nis per Erectores Primogenituræ adeò ala-
103 cri ſtudio deſideratę, cum Mulieres poſt
annum quadrageſimum vt plurimùm ſteriles
euadere ſoleant, *Maſsar. lib.4. tract. Medic.
cap.6.* aliiſque allegatis *Rot. dec.119.* poſt *Tur-
ri de pact. futur. ſucceſſ.* ducto etiam argumẽ-
to à lege in eadem Primogenitura maſculis
indicta, vt antè annum trigeſimum vxorem
ducere debeant, aliòquin eos excludendo à
104 ſucceſſione; cum nihilòminus Homines vſq;
ad annum ſexageſimũ quintum filios genera-
re ualeant, teſte *Ariſt. lib.1. de Hiſtor. Ani-
mal. cap.4. Maſsar. lib.4. pract. medic. cap.6.* &
ex noſtris *Connan. comment. Iur. lib 8. cap.4. Soc-
cin. conſ.65. n.1. lib.3. Purpurat. conſ.302. n.11
& ſeq. Card. Paleot. de Noch. & ſpur. cap.24.
in fin. Surd. dec.93. n.12. Narbon. de ætat. anno
ſexageſimo quinto, qu.1. nu.6. & ſeqq.*

Electiò verò potiùs D. Cleriæ, quám D. Li-
uiæ nuptui tradendæ ad effectum conſeruan-
dæ agnationis pariter cum optima fide pro-
ceſſit; Tum quia communi exiſtimatione D.
Liuia Monialis Profeſſa credebatur; atque
adeò inhabilis ad matrimonium contrahen-
dum; cumque iuxtà votum prolatum per nõ-
nullos celebres Theologos, & Iuriſtas in acer
rima diſputatione habita in Sacra Congre-
gatione Concilii ſuper eius ſtatu, id etiã pro
certo fuerit habitum, idemq; etiã adhuc poſt
reſolutionem captam cõſtãtiſſimè ſubſtinẽt,
licèt ſuffragiorum maior pars fuerit in con-
traria ſententia; multó magis id potuit iu-
ſtiſſima credulitate ductus opinari D. Dux
Philippus; potiſſimũ confiſus, nedum renun-
ciationi D. Liuiæ; ſed etiam eiuſdem declara-
tioni factæ ſuper ſtatu cęlibatus in ſolemni
oblatione emiſſa; præcipuè, quia adhuc ſi exi-
ſtimaretur Monialis oblata, vix credi po-
tuit, ipſam matrimoniũ fuiſſe contracturam;
105 cum non ſine verecundia fiat, vt, quę ſemel
habitum Monaſticum accepit, illum dimittat
viroque copuletur, vt in ſpecie inquit *Capyc.
Latr. conſult.77. nu.51. lib.1.*

106 Idemq; experientia luculenter cõprobauit
in conſimili Nobiliſſimo Monaſterio, ſeù Gy-
næceo Turris ſpeculorum Vrbis, in quo ſpa-
tio tot ſęculorũ, quòd illud fuit erectum à S.
Franciſca Romana, numquã adfuit memoria,
quód, nè quidem vna Monialis oblata matri-
mo-

Digitized by Google

monium contraheret, neque etiam per ſomnium cogitauerit, habitu Monaſtico dimiſſo.

Tum etiã, quia ſuper Matrimonio D. Cleriæ contrahendo cum clar.mem. D.Philippo Columna Sonneni Principe, longo temporis interuallo fuit actum, illudque contractum publicè, & palàm, ſciente, gratumque habẽte eadem D.Liuia, penes quam in eodem Monaſterio D.Cleria eius ſoror natu minor educabatur, neque in Duce Philippo Patruo, & in clar. mem. Principe Sonneni peculiaris dignoſcebatur amor, & propenſio, potiùs erga vnam, quàm erga aliam ex iſtis puellis, ſed ſolùmmodò agebatur de adimplenda voluntate, fineque à Primogenitura exoptato propagandæ artificialiter familiæ cum matrimonio vnius ex eiſdem puellis; ideòque ſi D.Liuia, dum de iſtis agebatur, eius voluntatem declaraſſet virum ducendi, cum ipſa abſque dubio ſubſequutum fuiſſet matrimonium, prout de his omnibus ego ipſe ingenuè teſtari poſſum, dum tunc temporis munus Auditoris exercebam clar.mem Ducis Philippi, qui in omnibus mea opera eſt vſus in eodem matrimonio tractando, prout vnicuique in Vrbe eſt notiſſimum, adeòut cum Ænea penes Virgilium rectè dicere valeam.

. . . . Quæque ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui. . . . .

Prædictis igitur omnibus facti circumſtãtiis prudentis Iudicis arbitrio in huiuſmodi controuerſia diligenter penſatis, vnuſquiſq; emunctæ naris agnoſcet, quòd omninò excluſa remanſerit fraus, ſiuè præiudicium, ob quod huiuſmodi præuentiuæ reſtitutiones Maioratuum à Iure improbantur.

Quò verò ad tertiam inſpectionem, nullo prorſus iure filii D.Liuiæ poſſunt contendere, Matris renunciationem eiſdem non aduerſari, vtpotè vocatis ex propria perſona ad Primogenituræ ſucceſſionem.

Huiuſmodi enim obiectum ex aduerſo magni factum, & in poſtrema *deciſione coram Rou.Emerix Decano, in § fin.* admiſſum, nullum Iuris habet fomentum; concluſio enim ex aduerſo adducta, quòd Matris renunciatio filiis non reſiſtat, in duplici potiſſimùm ſpecie procedit.

107 Vel, quando Matre renunciante prædefuncta, filii ex propria perſona ad ſucceſſionem vocantur, qualis eſt præcisè caſus, de quo agunt auctoritates in contrarium allegatæ, ſignanter *Bart.in leg.qui ſuperſtitis 93.* ibique *Roman.Caſtr.* & alii *ff.de aequir. hæred. Bald.in l.fin.Cod.de pact.& in l.pactum dotali, qu.18. C.de collat.Surd.conſ.133.n.18.et ſeqq. Morot.conſ.22.Rouit.conſ 23.n.4.& ſeqq.lib.1. Theſaur.lib.2.qu.forenſ.90.nu.3.& ſeqq.lib.2. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5. gloſ.vnic.p.1. n.59.& ſeq.Staiban.Iun.reſol.181.n.52.et ſeqq lib.2.de Marinis reſol.189.nu.91.& reſol.192. n.13.& ſeqq.lib.2.& in obſeru.ad Reuerter.dec. 40.nu.2.& dec.157.n.3.Theodor.alleg.1 n.70. & ſeqq.Marcian.Iun.diſp.14.nu.35. lib.1. Botiglier.de ſucceſſ.abinteſt.cap.2. theor.46. Ant. Faber.in Cod. lib.2. tit.3. de pact. definit.14. Franch.dec.67.nu.4.Rembold. dec.438.nu.1. & 3. & dec.459.nu.3.*

108 Vel, quando filii, matre renunciante adhuc inter viuos exiſtente, veniunt ab ipſa independenter iure propriæ vocationis, propriique gradus, quo inſpecto, ſint aliis ad ſucceſſionem concurrentibus proximiores, non indigentes beneficio repræſentationis eorum Matris, vel ſubingreſſionis in eius locum, in quibus terminis loquuntur pariter ex aduerſo laudati *Caſtr.in l.qui ſuperſtitis, nu.3. verſ.& hoc ſi extabant alii,* ibique *Imol. nu.2. verſ.ſed vbi filia, ff.de aeq.hæred.Corn.in l.pactum dotali, nu.24. verſ ſi verò concurrerent, C.de collat. Roder. Suar.in l.quoniam, in prioribus in declaratione legis Regn.in 4.limit.num. 10.fol.155.Anton.Gomez ad l.22.Taur.nu.10. in princ.* & demum in principio, *verſ. vnum tamen eſt, Morot.conſ.22.nu.1.& 7.Craſſ. in §.legitima, qu.4.nu.3. Molin.de rit.nupt.lib.3. qu.84.n.23.Sanch.ad præcept.Decal.lib.7.cap. 7.nu.38. Merlin.de legit.lib.1 tit.2. qu.11.n.5. verſ.tertius caſus eſt, Rembold.dec.438.et 459. de Marin. reſol.189. nu.94. & ſeqq.lib.2.* vbi
109 de celebri cauſa ſucceſſionis Principatus Venafrii, & Comitatus Celani apertæ per mortem Principis Peretti, inter Principiſſã Sabellam eius filiam, eiuſque liberos ex vna, & Ducem Brachiani Nepotem ex ſorore ex altera, in qua fuit firmatum, quòd vbi etiam obſtaret renunciatio ipſi Matri viuenti, adhuc ſucceſſio potiùs debita fuiſſet eius filiis, cum ipſi eſſent nepotes ex filia, ideòque proximiores Duce Brachiani tranſuerſali nepote ex Sorore, atque adeò filii non indigerent repræſentatione Matris renunciantis, neque ex eius iure venirent, vtpotè ex lege Inueſtituræ ad feudorum ſucceſſionem vocati, proximioreſque in proprio gradu; Neutrum autem ex prædictis caſibus conuenit in præſentia.

Non quidem primum; cum enim D.Liuia renuncians, adhuc inter viuos ſuperſit, eiuſdẽq; filii ad ſucceſſionem Primogenituræ nõ habeant vocationem propriam, directamq; prout gratis ex aduerſo contenditur; ſed potiùs obliquam, & fideicommiſſariam, ordine, nempè, ſucceſſiuo poſt eorum Matrem, in quam ſupponitur ingreſſa Primogenitura, prout apertiſſima ſunt verba eiuſdem Primogenituræ, ibi: *Succedere voluerunt fæminam Primogenitam, legitimam, & naturalem vltimo Maſculo proximiorem, deindeque omnes eius liberos, & deſcendentes, de Primogenito in Primogenitum.*

110 Pon-

110 Ponderata dictione, Deinde, abſque dubio ſucceſſiuum ordinem fideicommiſſarium præſeferente, poſtquàm Primogenituræ ſucceſſio fuerit in Matre firmata, l ſi tibi, ff. de adim.legat. l.filius familias, ff.de relig.& ſüpt. funer. l.vltima, C.ad l Cornel. de falſ. Tiraq. in l.ſi vnquam, verbo et poſteà, nu.9. Cod. de reuoc. donat. Rebuff. in leg. partus 59. verſic. deinde, & in l.appellatione, verbo deinceps, ff. de verb. ſignific. Bald.conſ.293. nu.2. verſ. illa enim dictio, lib.2. Surd.conſ.429.nu.10.et conſ. 365.n.9. Honded.conſ.40.n.19. lib.2.

Hinc reſultat; vt D.Liuia renuncians, priùs ſuccedere debuerit in Primogenitura, à qua ex ſuprà firmatis eſt omninò excluſa, prout in ſpecie ponderando prædictam dictionem Deinde, egregiè firmat Rota videnda in rec.dec 322. nu.7. p.1. vbi in caſu, in
111 quo teſtator mandauerat, poſt ſuam vxorem hæreditatem, & bona peruenire debere ad vnum ex filiis Vincentii, & deinde ad Primogenitum electi, quòd, ad hoc, vt Primogenitus admitti valeat, præcisè requiratur, quòd electus primò ſucceſſerit, ponderando verbum Deinde, quod ordinem denotat ſucceſſiuum; idemq; aduertit Altograd. conſ.46. n.8. verſ.quibus addi poteſt, lib.1.

Minus etiam concurrit ſecundum, quia filii D Liuiæ renunciantis ſunt remotiores in gradu, dum D.Cleria eſt Neptis vltimi
112 Ducis patrui, ex cuius perſona in Primogenituris ſucceſſio eſt regulanda, prout in ſpecie tradunt Molin.de Primog. lib.3.cap.9. nu.15. Mierez de maiorat.2.p. qu.8.Barbat. de maiorat.& Primog.perſonal.p.2. art.1. ſub nu. 81. Auend.in l.40. Tauri, gloſ.20.nu.17.et 22. Roxus de incompatib.p.3.cap.4.nu.51. Caſtill. lib.3.controu.cap.15.nu.51.& lib.5.cap.91.nu 61. Theſaur.lib.2. qu forenſ. 12.nu.18.de Ponte conſ.4.nu.67. lib.1.Epiſc.Valenz.conſ.97.n.17 Burgos de Pax conſ.29.nu.51.& de Tenut. cap. 85.nu.62.& ſeq. Sarmient.lib.8. ſelect.ad leg. cum ita, §.in fideicommiſſo, nu.12.ff. de legat.2. Fuſar.de ſubſtit.qu.484.nu.15. Milanenſ. deciſ. 208.nu.203.Gamma dec.7.& dec.206.nu.23. & ſeqq.& dec.354.nu.10.

113 Idque etiam, ſi agatur de ſucceſſione tranſuerſali, Ramon.conſ.100.nu.490. & ſeq. Epiſc.Valenz.conſ.97.nu.17.& ſeq.& nu.214. & ſeq. Molin.de Primog.d.lib.3.cap.9.nu.11.et ſeq. Auendan.ad l.40.Tauri, gloſ.20. num.22. Marta de ſucceſſ.legal p.4.qu.3.art.6.n.33.Molin.de rit.nupt.lib.3.qu.24.n.333. Ribera de ſucceſſ.Regn.Portugall.nu.23.fol.8. Card.de Luca de fideicom.diſc.1.nu.15.propè fin.et diſc. 3.nu.6.& diſc.23.n.4. Fõtanell.dec.36.n.12.& ſeq. Larrea dec.54.n.2.lib.2. & Ego ipſe latiùs firmaui lib.1.diſp.Select.cap 3.nu.37.& ſeqq.

Filii verò D.Liuiæ, ſunt pronepotes ex nepte, atque adeò in gradu remotiori, vndè meritò excludi debent à D. Cleria, vti proximiore ex ſucceſſorio edicto; iuxtà vulgata Iuris principia.

His igitur firmatis, reiectiſque contrariis, ſicuti à Succeſſione in Primogenitura excludi debet D.Liuia renuncians; prout ſuperiori loco eſt latè comprobatum; ità pa-
114 riter reiiciendi eius filii, vtpotè carentes principio productiuo, iuxtà nobile monitum Bald.in l.quoties, nu.2.C.de ſuis, & legit. Bellon.Iun.conſ.72. nu.5. Cyriac.controu.386.n.3 Prat.diſcept.4.nu.36.& ſeqq. lib.1.de Philipp. diſſert.38.nu.41. & ſeq. cum regulare ſit, vt
115 infecta primitiua, infecta etiam remaneat deriuatiua, Franch.dec.169.nu.8. Fontanell. dec.368.n.17. quòdq; excluſa cauſa, multò magis excludi debeat cauſatum ex latè congeſtis per Surd.conſ.85.nu.12.& ſeqq.Card.de Luca de ſucceſſ.diſc.8.nu.31.& diſc.14.num.7. Rot.in rec.dec.405.nu.51.& ſeq.p.5. quòd ue,
116 quando medium, per quod alicui extremo debet fieri conuerſio, eſt inhabile, impediat acquiſitionis effectum, l.qui in ſella, §.1.ff. de ſeruit.ruſtic.prædior.l.in tradendis, §. interpoſitas, ff. commun. prædior. & in his terminis Theſaur.lib.2.qu.forenſ.90.nu.20.lib.2.

117 Satis enim abſurdum eſt eleganter reſcripſit Iuſtinianus in l.vnic.in princip. Cod. de Latin.libert.tollend. ipſa origine rei ſublata, eius imaginem derelinqui, cum expulſa radice, ab ea cuncta dependentia dicantur eiecta, cap. 1.verſ.hoc autem de his, qui feud dar.poſſ.Soccin.conſ.241.nu.7. lib.2. Purpurat. conſ.225. nu.15. Epiſc.Valenz.conſ.113.nu.23. verſ. & ratio eſt. Vela diſſert.49.nu.60. Prat.diſcept.4. nu.33 & ſeqq.lib.1.& in his terminis Dec.cõſ. 85.in fin.et conſ.471.n.7.Surd.conſ.85.n.10.in fin.& ſeqq.& conſ.183. nu.3.Crauett. conſ.127. nu.4. Bellon.Iun. conſ.72.num.5. Tiraq. de Iur. Primogenit.qu.12 nu.6.Molin.de Primog.lib.3 cap.15.

Quò ad quartam tandem inſpectionem, ſucceſſioni D.Cleriæ in Primogenitura nullo prorſus iure aduerſatur matrimonium ab eadem contractum, cum clar. mem.D.Philippo Columna extrà quatuor Familias Vrſinam, Gaetanam, Cęſiam, & Sfortiam ab eadem Primogenitura præſcriptas, etiam in concurſu cum D. Liuia nuptui tradita cum D.Federico Sfortia; quòd, vt apertiùs demonſtretur, eſt pernecesſè pręmittendum, quòd, quidquid ſit de ea quęſtione inter Interpretes adeò exagitata, an conditio in
118 Maioratibus adiecta nubendi cum certo perſonarum genere ſit nulla, vel potiùs valida, nonnullis grauiſſimæ auctoritatis affirmantibus, eſſe reiiciendam, vtpo-
119 tè matrimonii libertatem impedientem, inter quos præ cęteris Emanuel à Coſta in l. ſi arbitratu, §.reſcriptum, ff de condit.& demonſtr Morot.conſ.97. latè Menoch.conſ.425.et 1083 viginti primæ claſſis Doctores pro hac ſenten-

ten-

tentia enumerans, Vaſq.contr.Ill lib.3.cap 44
n.14.Capyc.Latr.conſult.72 n.10.& ſeq.lib.1.
120 Aliis verò diſtinguentibus, quòd, licèt
metu pęnæ non poſſit quis compelli ad ma-
trimonium cum certo perſonarum genere
contrahendum, valeat tamen ſpe lucri ad
illud allici; pront per iura in l.Titio centum,
§.Titio genero, l.cum ità legatnm, §. videmus,
ff.de condit.& demonſtr. cap.de illis de ſponſal.
originaliter diſtinxit Oldrad.in celebri conſil.
16. quem ex recētioribus ſectantur Guttierez
conſ.2.& 18. & de matrim.cap.20. nu.5. Ra-
mon.conſ.94.et 95. Molpheſ.conſ.12. Molin. de
ritu nupt.lib.2. differ.7 nu.11.Duran.de condit
et mod.impoſſib.ac Iur.prohibit.p.2.cap.3.n.43.
impreſſo poſt ſuas deciſ. Mierez de maiorat.
p.1.qu.50. add. ad Molin.de Primog.lib.2.cap.
13.num.1. & ſeqq. Sanchez de matrim. lib.1.
diſp.33.Maria de ſucceſſ.legal.p.4 qu.18.art.3.
nu.45.& voto 50.Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap
3.gloſ.4.p.1.ſub nu.42.Coſcia differt 9.Galga-
nei.de condit.& demonſtr.p.1.cap.18.Caſtill.
lib.4.controu. cap.25. nu 19. & ſeqq. Fonta-
nell.de pact nupt.p.4. clauſ.6.gloſ.3.nu.5.Tan-
cred.de matrim.lib.1. diſp.33. Capyc.Latr.con-
ſult.134 nu.3.lib.2.& conſult.72. nu.54.lib.1.
Marcian.Iun.diſp.77.nu.5. & ſeqq. Boſſ. de
matrim.cap.11. nu.264. Card.de Luca de ma-
trim.diſc.14.nu.5.& de teſtam.diſc.73.num.21
verſ.vbi autem, Cabed. dec.31.n.3. Rot. in rec.
dec.493.nu.1.p.4.tom.2. repetita coram Coc-
cin.dec.1462.& dec.93.nu.6.p.10.
121 Niſi tamen agatur de amiſſione magni
lucri, quæ in hoc caſu pęnæ æquiparatur,
prout alii rectè ſubdiſtinguūt, inter quos prę-
ceteris poſt Cyn.in l.interpoſita nu.1.Cod.de
tranſact. Iaſ.in l.Titia, in princip. nu.10.verſ.
ſecundò notabiliter limita, ff.de verbor. obligat.
vbi ſic limitat concluſionem, quòd quis ſpe
lucri poſſit inuitari ad matrimonium, An-
charan.in cap.Abbas, nu.2. verſ. & idem ſi ti-
meretur de his, quæ vi, met.cauſ. et in cap.1.in
fin eod.tit.in 6. Ruin.conſ.121 nu.10.lib.4.Ne-
uizan.conſ47.nu.18.Cephal.conſ.295.n.17.Ro-
land.conſ 100 nu.126. lib.4. Sanchez de ma-
trim.lib.4.diſp.5.nu.27. latè Menoch.conſ.425.
num.6. verſ. tertio admiſſo, & ſeqq. lib.5. et
conſ.1083.nu.19. Capyc. Latr.conſult.72.n.20.
et duob.ſeqq.lib.1. Cyriac.controu.451.n.83.et
ſeq.Rot.in rec.d.dec.493. nu.30. et ſeqq.par 4.
tom.2. repetita coram Coccin.dec.1462.Ludo-
uiſ.dec.326.nu.21.Bich.dec.89.nu.13.
Nihilòminus, etiam admiſſa ſententia af-
firmante, vt ſpe lucri valeat conditio alli-
ciens ad Matrimoninm cum certo perſona-
rum genere contrahendum, etiam ſi de amiſ-
ſione magni lucri agatur, quòd ex proximè
firmatis abſque difficultate non tranſit; Ad-
122 huc eſt animaduertendum, quòd eadem
ſentētia illi potiſſimùm innitatur fundamen-
to; quò l ſublata non remaneat facultas nu-

bendi; ſed ſolùmmodò reſtringatur, ex quo cū
multis aliis inter plures Matrimonium con-
trahi valeat, vt inquit Caius in l.cum ita le-
gatum 62 ff.de condit.et demoſtr. ibi; Cum alii
cuilibet ſatis commodè nubere poſſit, Card. de
Luca de matrim.diſc.14.nu.8:
Ideòque quotieſcumque ex facti qualitate,
& circumſtantiis prudentis Iudicis arbitrio
perpendeudis, dignoſci valet, quòd præce-
ptum á Primogenituræ Erectoribus iniunctū
fęminis cum certo perſonarum genere nu-
bendi non ſit ad praxim deducibile, quódque
non adfuerit competens perſonarum nume-
rus, in quibus exerceri poſſet Matrimonii li-
123 bertas, alióquin demandata, tàm à Iure
Ciuili, in l.Titia, ff.de verb. oblig. quàm Ca-
nonico, in cap.requiſiuit, et cap. gemma, de
ſponſal. Sacrique Concil. Trid. diſpoſitione
ſeſſ.24 de reformat. cap.9. Sed Matrimonium
124 pernecesſè ad vnam tantùm perſonam in-
ter plures ſit reſtrictum; tunc eadem condi-
tio nnbendi cum certo perſonarum genere,
omni iure eſt reiicienda, vtpotè auferens li-
beram contrahendi Matrimonii facultatem,
illamque nimium reſtringens, prout admit-
tunt eædem auctoritates ſuperiùs laudatæ.
In hac autem facti ſpecie præſens quæſtio
verſatur, quòd, vt liquidò demonſtretur, eſt
pernecesſè facienda partiumenumeratio, quò
ad Matrimonia, quæ in ſingulis quatuor Fa-
miliis in Primogenitura deſcriptis contrahi
poterant.
Exordiendo igitur à Familia Vrſiña non
legitur vocata in vniuerſum, ſed ſolùmmodò
domus Ducum S.Gemini iam extincta in
clar. mem. Duce Io. Antonio Auo Materno
hodierni Ducis Brachiani, et Fratruum exi-
ſtentium de Domo Brachiani, de quibus,
quatenus etiam aliqua ratio eſſet habenda,
adhuc pro non extantibus diiudicari debe-
bant, dum eorum Primus, erat Cardinalis
in Sacris Ordinibus conſtitutus, Alter Dux
Brachiani Vxorem habens ſenem ſpe liberos
ſuſcipiendi omninó deſtitutus, & Tertius
demum ſucceſſor eius Domus, nimium æta-
te inæqualis annum agens ſupra quinquage-
ſimum, cum quo Matrimonium contrahi nō
poterat, ſtante ſatis iuuenili ætate D. Cle-
riæ in anno decimo ſexto, tunc temporis
125 exiſtentis, cum æqualitas coniugum inter
cætera ſit in ætate ſeruanda, Cepoll.in l pre-
cibus, nu.7. ff.de hedil.edict. Tiraq.de leg. con-
nub.l.6.gloſ.1. qu.6. aſſerens num.46. et 49.
126 quòd noſtra ætate receptum ſit, vt mari-
tus nō debeat vxorem ætate antecellere, niſi
annis decem, & ad plus viginti, idemque
tradunt Ariſt.lib.7. Politic. cap.16.fol.822.
in parua impreſſ. affirmans, mulierem debe-
127 re eſſe annorum viginti octo, virum au-
tem triginta ſex, ibique D.Thom. lect.12 §.
propter. lit.O. verſ.concludit elegantē ex mo-

Digitized by Google

re reddit rationē, *Ægid.de regim.Princ.lib.2 par.2.cap.12.* vbi, quòd tempus valeat anti-
128 cipari; quòdque adoleſcentia ſit ætas ad nubendum glorioſior, *Silua nuptial.* verbo *qualitas coniugum, lib.2. nu.*108.

129 Et in his terminis, quòd ex inæqualitate ætatis reiiciatur conditio nubendi cum certo perſonarum genere, tradunt *Menoch.conſ. 1083. num.19. verſ.ſeptimò, & vltimo,* magnam diſparitatem ætatis conſiderans inter virum annorum quadraginta ſeptem, cum muliere annorum viginti trium, *Molpheſ.cōſ. 12. nu.8. Marcian.Iun.diſp.77. num.16. lib.2. Card.de Luca de teſtam.diſc.73. nu.40. Capyc. Latr conſult.72. nu.45. 62. & ſeq.lib.1.* & in eadem cauſa *Rot. in rec.dec.493.n.61.& ſeqq p.4.tom.2.* repetita *coram Coecin.dec.1462.*

Familia Cæſia dici quoque poterat adhùc effectum, ac ſi non adeſſet, dum reperiebatur reſtricta ad ſolum Ducem Aquæſpartæ ſine prole domum propriam conſeruantem.

In Familia Gaetana aderat Dux Sermonetæ octuagenarius vxoratus; Princeps Caſertæ filius adhuc vxoratus, duos tantùm habens filios, qui in tenera, & incongrua ætate exiſtebant, dum primus annum nonū agebat, qui vtpotè Primogenitus propriam domum conſeruare debebat, ideòque iſta Primogenitura vocat aliquem Secundogenitum; alter verò annum ſeptimum in ætate pariter incongrua.

Reſtringebatur ergo res ad ſolam Familiam Sfortiam, in qua quinque aderant adoleſcentes filii clar.mem. Pauli Secundogeniti, quorum primus erat deſtinatus ſucceſſor in propria domo; dum Dux Oñani Conſobrinus, & Primogenitus erat de prole deſperatus.

Duo iam reperiebantur addicti militiæ Clericali incedentes in habitu, & tonſura: ideòque, cum viam Deo ſeruiendi elegerint, non potuit, neque debuit D. Cleria cogitare, illos hanc voluntatem mutare voluiſſe;
130 cum non ſit præſumendum, eum, qui ſemel vnius fuit ſententiæ, in eadem noluiſſe perſiſtere. *l.eum, qui, ff.de probat.leg.cum hic ſtatus. § pænitentiam, ff.de donat. int.vir, & vxor. l.Iulius* il primo *ff.de legat.2.cap.1.* vbi *gloſ.* verbo *temerè, quod met. cauſ.* & in his ſpecialibus terminis *Marcian.Iun.diſp.77. nu. 18.& ſeqq. lib.2.* aduertens *num.20. verſic. ideò*, quòd non videatur honeſtum, neq; Mu-
131 lieri Nobili congruum in Clericali tōſura incedentes requirere, an ſecum nuptias contrahere velint, *Rot in rec.d.dec.493.n.5. 56.et ſeq.p.4.tom.2.* repetita *corā Coccin.dec.1462.*

Alter verò in ætate exiſtebat pupillari, ideòque ad nuptias contrahēdas incongrua, ſolúmque ſupererat D.Federicus, qui poſteà D.Liuiam duxit; atque adeò nimis reperiebatur coarctata libertas matrimonii, cum D.Cleria erga eumdem propenſa nō adeſſet, accedente ſatis rationabili cauſa; licèt enim eſſet nobiliſſimus, neque in ætate, natalibuſque diſpar; nihilòminus, inſpecta eius qualitate, erat nimis pauper; prout in ſpe-
132 cie, paupertatis qualitatem in viro ponderant, ad effectum reiiciendi præceptum iniunctum mulieri nubendi cum certo perſonarum genere, *Menoch.conſ.425. nu 9. Card. de Luca de teſtam.diſc.33.nu.40.Capyc Latr. dict. conſult.72.nu.26.& ſeq.& nu.34.& ſeq.lib.1.*

His igitur firmatis, cum ab omnibus legibus, tàm Ciuilibus, quàm Canonicis ſit permiſſa Matrimonii libertas, ne aliòquin, cum hoc ſit vinculum indiſſolubile, is, qui cogi-
133 tur Matrimonium contrahere cum perſona ſibi non benè viſa, addicatur perpetuæ ſeruituti duriori, quàm, ſi à nuptiis abſtinere prohiberetur, vt eleganter inquit *Caius in l. cum ita legatum 62. ff.de condit.& demonſtrat* ibi: *Imò, ſi verum amamus, durior hæc conditio eſt, quàm illa, ſi non nupſerit, Cyriac.controu.251.nu 89.& ſeq.*

134 Præcipuè, quia nuptiæ coactæ malū exitum habere ſolent, *cap. cum locum 14. de ſponſal.* ibi: *Et ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptiis prouenire,* vbi *gloſ.* verbo *pro-*
135 *uenire*, aduertit, quòd quis non diligit, facilè contemnit, *Canoniſtæ in cap. requiſiuit, & cap.ex literis, de ſponſal.Menoch.conſ.786.Bell. conſ.32.nu.11.Giouagn.conſ.16.nu.29. et conſ. 67. nu.22.lib.1. Cyriac.d.contr.451. num.91. Card.Mant.de tacit conuent. lib.3. tit.17. Tondut.p.3.qu.benefic.cap.184.nu.4.*

Prædicta verò omnia; cò libentiùs admittenda, cum enim Erectores Primogenituræ non aliud vehementiſſimè exoptauerint, niſi artificialem conſeruationem eorum Agnationis, cum Matrimonio fœminæ habilis ad ſuccedendum cum vna ex quatuor Familiis in eadem Primogenitura deſcriptis, quoties temporis progreſſu eueniet caſus, aliòquin nō prçuiſis, vt reuera Matrimonii libertas contrà Iuris Ciuilis, Canonicique prohibitionē, nimis coarctaretur cum Matrimonio in vna tantùm Familia contrahendo, & in eadem cum vno tantùmmodò viro; prout à partium ennmeratione eſt ſuperiori loco ſatis liquidò comprobatum. Tunc voluntas Fundatorum Primogenituræ rectè potuit adimpleri, nedum per equipollens, ſed etiam pinguiùs vigore Matrimonii contracti per D.Cleriam, tunc temporis ex ſuprà firmatis Primogenitam Ciuilem, habilemque ad ſuccedendum cum clariſſimo viro D.Philippo Columna, Fratre Secundogenito Excellentiſſimi Comeſtabilis Columnæ, cuius egregiæ Familiæ, quanta ſit nobilitas, dignitas, &
136 æſtimatio toti Orbi innoteſcit; cum regulare ſit, quòd, quoties agitur de Primogenituris interpretandis, attendi non debeat ſim-

ſimplex verborũ cortex, & figura; ſed potiùs
ſubſtãtia volũtatis ipſius diſponẽtis, eiuſdéq;
finis, ob quem fuerit motus ad ita decernẽ-
dum, *l. pater Seuerinam, §. conditionum verba*,
cum ibi notatis, *ff. de condit. & demonſtrat.*
Crauett. conſ. 869. num. 5. aſſerens, quòd uo-
137 luntas magis ex cauſa, & ratione diſpoſitio-
nis, quàm ex uerbis eliciatur, *Card. Mant. de*
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. nu. 3. & lib 3.
tit. 3. num. 9 Fuſar. de ſubſtit. qu. 460. na 7. latè
ad plura inferens *Caſtill. controu. Iur lib 4. cap*
25. nu. 36. & ſeqq. Card. de Luca de fideicom.
diſc. 45. nu. 6.

138 Nullaque melior ſit diſpoſitionis inter-
pretatio, quàm deſumpta ex eo, quòd, ſi in-
ter uiuos exiſteret diſponens, aut ſi fuiſſet
interrogatus, reſpondiſſet, adeòut pro di-
ſpoſito, & expreſſo haberi debeat, licèt, aliò-
quin diſpoſitum non fuerit, *l. tale pactum, §.*
fin. ubi celebris *gloſ ff. de pact. nupt. l. Titius,*
§. Lutius, ff. de liber. & posthum. l. Barbarius,
verſ. ſed ſi ſciuiſſet, ubi præ cęteris *Bald. in 1.*
notab. ff. de offic. Prætor. l. fin. iux à intellectum
Bart. Alex. & aliorum, *Cod. de poſthum. hæred.*
inſtit. l. generaliter, § cum autem, Cod. de inſtit.
et ſubſtit. Menoch. conſ. 173. nu. 66. lib 2. Sard.
conſ. 44. nu. 4. & conſ. 443. nu. 24 lib. 3. & dec.
37. nu. 30. et dec. 202. nu. 3. de Ponte conſ. 40. nu.
10. lib. 1. Gabr. conſ. 111. nu. 15. lib. 1. Honded.
conſ. 57. num. 3. & 35. & conſ 64. na. 3. lib 2.
latè *Burgos de Pax conſ 34. nu. 29. & ſeq. Mo-*
lin. de Hiſpan. *Primog. lib. 1. cap 4. num. 24. &*
cap. 13. nu 96. Caſtill. controu. Iur. lib. 4. cap. 25
nu. 39. & latiùs *cap. 12. nu. 1. & ſeqq. Cardin.*
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. na. 7.
& tit. 19. nu. 4. et duob ſeqq. Paſchal de patr.
poteſt. p. 1. cap. 9. n. 46. Sim. de Petr. de interpr.
vlt. volunt. lib. 3. dub. 4. ſolut. 1. nu. 77. & ſequ.
Vta. dec. 284. lib. 2. Franch dec. 91. nu. 24.

Accedente potiſſimùm maxima ueriſimi-
litudine; quòd ſi Erectores Primogenituræ
cogitaſſent, fuiſſe euenturũ caſum, ut, nempè,
artificialis conſeruatio eorũ Familiæ ſequi
deberet cum matrimonio cũ Fratre Excell.
Comeſtabilis Columnæ, ob ſublatam liber-
tatem illud pro libito contrahendi in una ex
quatuor Familijs deſignatis ob deficientiam
uirorum inter plures eligendorum pro ſub-
ſtinenda matrimonij libertate, & ne eadem
conditio aliòquin à Iure reprobata rema-
neat; utique prædictum matrimonium liben-
tiſſimè exoptaſſent, cum magis egregium,
nedum in Vrbe, ſed etiam in Orbe ſperare
non ualuiſſent.

139 Præcipuè, quia propagatio Familiæ Cæ-
ſarinæ, eiuſdemque artificialis conſeruatio,
non minùs fuerit exoptabilis uno potiùs
modo, quàm alio, prout poſt *Anchar. conſ.*
113. na. 4. Pariſ. conſ. 19. nu. 36. lib. 2. Molin. de
Hiſp. Prim. lib. 2. c. 14. a. 5. et ſeqq. Gratian. cap.
288. n. 14. dixit *Rot. in rec. dec. 142. n. 6. p. 7.*
Epiſc. Rocca Vol. II.

Stante igitur huiuſmodi veriſimilitudine
ab vnoquoque emunctę naris approban-
da, oritur, vt ſit præſumendum, Fundatores
140 Primogenituræ ab hoc matrimonio non
fuiſſe alienos, debetq; attendi, ac ſi ita in ſpe-
cie diſpoſuiſsẽt *l. cum res 47. aliàs 49. in prin-*
cip. ibi; *nam ſi alibi voluit, ibi præſtandam eſt,*
vbi Teſtator voluit, vel vbi veriſimile eſt, eum
voluiße, ff. de legat. 1. Iaſ. in l. Titius 25. §. La-
tius, nu. 2. ff de lib. et poſthum. aſſerens, quòd
141 prouiſio facta in vno caſu, porrigatur ad
alium, in quo veriſimiliter idem fuiſſet pro-
uiſum, ſi de eo diſponens cogitaſſet, aut fuiſ-
ſet interrogatus, quòdque non habeamus
vtiliorem regulam, quam iſtam, *Alex. conſ.*
75. nu. 5. verſ. cum probantur prædicta, *Soccin.*
Iun. conſ. 188. n. 16. lib. 2. Alba conſ. 335. n. 15
142 affirmans, quòd caſus habens eamdem
rationem, quam habebat ille conſideratus á
diſponente, dicatur comprehenſus, *Cardin.*
Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. cap. 19. na. 1.
et ſeq. Peregrin. de fideic. art. 12. nu. 32. Cyriac.
controu. 415. na. 13. & ſeqq. et controu. 301. nu.
12. et controu. 302. nu. 11. et 15.

143 Præcipuè, quia etiam in conditionibus
voluntariis admittitur implementum per
æquipollens; quando ex facti circumſtan-
tiis prudentis Iudicis arbitrio ad examen
reuocandis veriſimile videtur, diſponentem
potiùs effectum conſeruandæ artificialiter
ſuæ Agnationis cum matrimonio contrahen-
do cum aliquibus Familiis, quám modum
implementi conſideraſſe; in quo caſu, etiam
forma certum, determinatumque requirens
effectum, poteſt adimpleri per æquipollens;
prout argumento Iurium *in l. quoties 4. §. ſi*
quis nomen, ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater, C. de
inſtit. et ſubſtit. l. mulier 22. in princip. ff. ad
Senat. Conſult. Trebell. l. 3. Cod. de inſtit. & ſub-
ſtit. ex mente *Bart.* aduertit *Soccin. Sen. in leg.*
Gallus, §. et quid ſi tantum, n. 6. ff. de liber. &
poſthum, ibique *Galiaul. nu. 31. Soccin. Iun. eod.*
nam egregiè præ cęteris *Bolognett. à num. 89.*
vſq. ad 120. benè *Alciat. lib. 3. de verb. ſigni-*
fic. à nu. 24. vſq. ad 29. Soccin. Iun. conſ 90. na.
27. & conſ. 106. nu. 23. lib. 1. et conſ. 181. nu.
50. lib. 2. Dec. conſ. 227. nu. 12. verſ. non obſtat,
Pariſ. conſ. 20. numer. 41. lib. 3. Rimin. Iun.
conſ. 37. numer. 21. Rain. conſ. 89. numer. 5.
lib. 4. Alex. conſil. 100. numer. 8. lib. 4. Pa-
cian. conſ. 23. nu. 54. Schiurf. conſ. 81. ante nu. 1.
Decian. reſp. 1. ſub na. 160. lib. 1. Fuſar. conſil. 50
num. 11. et 13. verſ. non obſtat tertium, Gouean.
conſ. impreſſo *poſt dec. Theſaur. 270. nu. 28. 29.*
et 31. eruditus *Rodoer. conſ. 18. nu. 10. & ſeqq.*
rectè ex more aduertens, quòd ſit attenden-
dum ſimplex implementum conditionis, non
modus implementi, optimè *Peregrin. de fi-*
deic. art. 11. num. 46. aſſerens, quòd, quoties
144 diſpoſitio confertur in certum caſum à di-
ſponente conſideratum reſpectu alicuius ef-

Yyy 2 fectus

fectus; tune licèt caſus ille non eueniat; ſi ta-
men caſus contingat, per quem idem ſequa-
tur effectus, diſpoſitio ſit trahenda ad caſum
euenientem, inſpecta diſponentis voluntate;
145 quòdq; prouiſio ſacta in vnum caſum, tra-
hatur ad alium, in quo Teſtator ſimiliter
prouidiſſet, ſi illum ſpecificè cogitaſſet, idem
*Peregrin. conſ.51.nu.17. lib.5. Card.Mant. de
coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.16. nu.4. Menoch.
præſumpt.184.nu.6. et ſeqq. lib.4. Cyriac. con-
trou.478. num.85. et 90. et conſ.687. num.32.*
146 vbi, quòd forma ſpecificè dicatur impleri,
quando plenius, pinguiùſque impletur, & *nu.
34. Caſtill. lib.2. contro u. cap.11. nu.22. & ſeqq.*
& latiùs *lib.4. cap.15. nu.57. et ſeqq.* vbi, quòd
147 quoties de implemento conditionis agitur,
voluntas magis, & quod principaliter inten-
dit diſponens, quàm verborum figura ſpe-
ctari debeat, *Salgad. in Labyr. credit. p.1. cap.
fin. nu.137. verſ. idem, et de condit. et de Reg.
poteſt. p.2. cap.13. nu.246. Paſchal de patr. po-
teſt. p.1. cap.9. nu.45. et ſeqq. Cancer. var. re-
ſolut. p.1. cap.1. ſub n.64. verſ. ſedtamen, et ſeqq.
Vela diſſert.21. nu.43. et ſeq.* latè *Rota Bonon.
conſ. vnic* poſt *Dec. Barz.d nu.529. vſque ad
180. Capye. Latr. conſult.76. nu.13. et 27. lib.2.
add. ad dec.542. nu 84. et ſeq. p.4. recent. tom.3
Card. de Luca de fideicom. diſc.45. nu.4. et ſeqq.
& diſc.33. nu.21. et de Regalib. diſc.13. num:4.*
& deciſum teſtantut *Leo dec. Valent.*108.*nu.*
13. *Larrea dec.78. nu.7. Fontanell. dec.*440.
num.21. lib.2. vbi, quòd in conditionibus
148 poſſit forma adimpleri per æquipollens,
quoties parti pinguiùs prouidetur, *Capyc.
Latr. dec.118. nu.19. et ſeqq lib.1.* & hanc ſen-
tentiam pluries amplexa eſt *Rota*, ſignanter
*coram Puteo dec.488. numer.7. lib.2. in cor-
rect. Card. Seraph. dec.589 nu.9. & 11. Merlin.
dec.306. nu.5. et ſeq. Duran. dec.40. nu.56. et ſeq.
Bieh. dec.196. nu.14.*
149 Neque eſt nouum in Iure, vt, quoties di-
ſponentis voluntas, finiſque ab eo conſide-
ratus, pinguiùs impletur, tunc verborum
repugnantia, eorumdemque cortex non ſit
attendendus, prout plures afferri poſſent res
indicatæ hoc ipſum firmantes, inter quas,
omiſſis aliis, nonnullæ magis proximæ ad
rem, de qua eſt ſermo, ſunt inferiùs recen-
ſendæ,
150 Si Teſtator mandauit, poſt deficientiam
ſuorum deſcendentium, ab Adminiſtratori-
bus locorum Piorum eligi Iuuenem, qui vxo-
rem ducere, filioſque procreare deberet, at-
que ita eius Familiam renouare, ſubſiſtit ele-
ctio viri in prouecta, maturaque ætate con-
ſtituti, qui plures filios maſculos iam habe-
bat, cum itá pinguiùs dici debeat impleta
teſtatoris voluntas; atque certò obtineatur,
id, quod iuxtà formam à Teſtatore præſcri-
ptum erat incertum; prout articulo acerri-
mè diſceptato itá deciſum per *Rotã* teſtatur
Dunozett. Iun. dec.417. nu.7. lib.2. repetita *in
rec. dec.95. p.7. Card. de Luca de fideic. diſc.45.
num.5.*
151 Prout etiam, ſi Teſtator, deficientibus
maſculis, vocauit ad fideicommiſſum ſemi-
nam natu maiorem, quæ, tempore euenien-
tis caſus fideicommiſſi, nupta non reperiretur,
ſub ea lege præſcripta, vt nubat Viro No-
men, & Inſignia Familiæ aſſumenti; quo cõ-
traueniente, vocauit gradatim iuxtà ordinẽ
ætatis aliam ſeminam dictam legem adim-
plentem, & demùm ſubſtituit Locum Pium,
ſi caſus eueniret, vt vnica ſemina ex prædi-
cta deſcendentia ſuperſtes qualitatem non
haberet à Teſtatore deſideratam, quòd eſſet
innupta, habiliſque ad ducendum virum
cum filiorum procreatione, itá Familiam
artificialiter renouatura, dum erat Vi-
dua, & in decrepita ætate conſtituta, ſine
dubio inhabilis ad nouam prolem ſuſcipien-
dam; ſi tamen eadem Vidua plures fi-
lios maſculos haberet paratos aſſumere
Cognomen, ſucceſſio in fideicommiſſo eidem
eſt debita, excluſo ſubſtituto, quia volun-
tas fideicommittentis in conſeruatione ar-
tificiali Familiæ remanet impleta, prout de-
ciſum refert per *Sacr. Congr. Reu. Fabricæ S. Pe-
tri Card. de Luca de fideic. diſc.45.*
152 Itá pariter, ſi á Teſtatore vocẽtur ad Pri-
mogenituræ ſucceſſionem filii naſcituri poſt
eius obitum ex ſua nepte; quæ tunc tempo-
ris reperiatur innupta; ſi eueniat caſus, quòd,
eodem Teſtatore adhuc ſuperuiuente, eadem
neptis nuberet, filioſque procrearet, *illis*
ſucceſſio Primogenituræ debetur, cum Te-
ſtatoris voluntas pinguiùs impleta dici de-
beat; prout articulo acerrimè diſceptato,
etiam ad excluſionem ſubſtitutorum, fuit de-
ciſum per *Rot. in rec. dec.77. 134. et 142. p.7.
Card. de Luca de fideic. diſc 45. nu.5.*
153 Itá etiam Matris diſpoſitionem factam in
caſu, quo eius filii ſui iuris effecti fuerint per
mortem patris, extendit Iuriſconſultus ad
caſum emancipationis ob eamdem rationẽ,
quia idem reſultat effectus, iuxtà ſingulare
Vlpiani reſponſum *in l. mater.22. ff. ad Senat.
Conſult. Trebell.*

F I N I S.

TABVLA VERBORVM.

Sub quibus Concluſiones, & Materiæ præſentis Indicis ſunt extenſæ.

A

ACcollatio.
Acquiſitio.
Acta.
Actio.
Actor.
Actus.
Addictio in diem.
Adiectus
Adimplementum. Vide Implementum.
Aditio.
Adminiſtrator.
Aduerſatiua.
Ædificium.
Ædiles.
Æger.
Ægidiana.
Æmulatio.
Æqualitas.
Æquitas.
Æſtimatio.
Æſtimator.
Æſtimum.
Agnatio.
Alienatio.
Alimenta.
Alternatiua.
Amotio.
Androlepſia.
Animalia.
Apoca.
Appellatio.
Aqua.
Aquæductus.
Arbiter.
Arbitrium.
Arbor.
Archiuium.
Argumentum.
Arrha.
Artifex. vide Colleggium.
Aſſecuratio.
Aſſecurator.
Aſſenſus.
Aſſociatio.
Attentata.
Auditor Cameræ.

B

BArattetia.
Bellum.
Beneficiatus.
Beneficium Eccleſiaſticum.
Beneficium deducto ne egeat.
Beneplacitum. vide Aſſenſus.
Bona fides.
Bonifaciana.

C

CAducatio.
Calculus.
Cambium.
Cambium maritimum.
Cambij litteræ.
Campſor.
Canones.
Capitale.
Capitula.
Cappellania.
Cappellanus.
Cardinalis.
Caſtitas.
Caſtrum.
Caſus.
Cataſtrum. vide Æſtimum.
Cauſa.
Cautela.
Cautio.
Cenſus.
Ceſſio.
Cedens.
Ceſſionarius.
Circuitus.
Citatio.
Clarigatio.
Clauis.
Clauſulæ diuerſæ.
Clericus.
Collatio.
Collecta.
Colleggium.
Compenſatio.
Computum.
Commercium.
Commiſſum.
Condemnandus.
Conditio.
Conductor.
Confeſſio.
Confines.
Congregatio. vide Colleggiũ.
Confirmatio.
Conſcientia.
Conſors.
Conſtitutum.
Conſtituens. Conſtitutor.
Cõſtituti Clauſula. vide Clauſula Conſtituti.
Contractus, Contrahens.
Contraria.
Contumacia.
Correctio.
Correſpectiuum.
Correſpectiuitas.
Creditor.
Creditum.
Culpa.
Curioſus.

D

DAmnum.
Datio in ſolutum.
Debitor.
Debitum.
Deciſio.
Declaratio.
Decoctio.
Decoctus.
Delegatio.
Delegatus.
Deliberatio.
Deliberatarius.
Denunciatio.
Depoſitum.
Deriuatiua.
Derogatio.
Determinatum.
Dictiones diuerſæ.
Dilatio.
Diſcretiua.
Diſpenſatio.
Diſpoſitio,
Diſponens.
Diſpoſitiua.
Doctor.
Dolus.
Domicilium.
Dominium.
Domus.
Donatio.
Donans.
Donatarius.
Dos.
Dotis lucrum.

E

EDucatio.
Effectus.
Eiectio.
Electio.
Emancipatio,
Emphyteuſis.
Emptio.
Emptor.
Euunciatiua.

Epi-

Epiſcopus.
Epiſcopatus.
Epiſtolæ.
Euangelium.
Euentus.
Euictio.
Exceptio.
Exceptiones diuerſæ.
Exceſſus.
Excuſſio.
Exemptio. vide Immunitas.
Exequutio.
Exequtiua Via. vide Via Exequtiua.
Exequtiuum ius.
Exequtor Apoſtolicus.
Exequtor Teſtamentarius.
Expenſæ.
Expreſſum.
Extare.

F

Factum.
Facultatiui actus.
Falſitas, Falſum.
Familia,
Fauor.
Feciales.
Feneſtra.
Feudum.
Fictio,
Fida.
Fideicommiſſum.
Fideiuſſio.
Fideiuſſor.
Filius familias.
Filiorum appellatio.
Fiſcus.
Flumen.
Fœmina.
Forenſis.
Forma.
Foueum.
Fridericus Imperator.
Fructus.
Fructus Beneficii.
Fructus recompenſatiui.
Furnus.
Furor.
Furioſus.
Futurum.

G

Gabella.
Gabellarius.
Gazagá.
Generatio.
Gratia.
Gregoriana Bulla ſuper Retractu.

H

Habilitas.
Habitatio.
Haſta fiſcalis.
Hębreus.
Hæres.
Hæres beneficiatus.
Hypotheca.
Hypothecarius creditor.

I

Iactatio.
Ianuenſis.
Ignorantia.
Illatio.
Identitas.
Immemorabilis.
Immunitas.
Implementum.
Incendium.
Incertitudo.
Incertum.
Incolatus.
Indebitum.
Indultum.
Inquilinus, Inquilinatus Ius.
Inſertum.
Inſtitor.
Inſtitoria.
Inſtrumentum.
Intellectus. vide Interpretatio
Interdictum.
Intereſſe.
Interpretatio.
Inuentarium.
Inueſtimentum.
Inueſtitura.
Iudex.
Iudicium.
Iuramentum.
Iuramentum in litem.
Ius.
Iuriſperitus.
Ius offerẽdi. vide Offerẽdi Ius.
Ius paſcendi. vide Paſcua.
Ius patronatus.

L

Laudemium.
Legatum.
Legitimatio.
Legitima.
Lex.
Liberatio.
Liberorum appellatio.
Lis.
Litteræ Cambii. vide Cambii litteræ.
Locatio.
Lucrum.
Ludus.
Læſio.

M

Mala fides.
Macedonianum.
Mandatum.
Manutentio.
Mare.
Maſculiatio.
Maſculitum.
Mater.
Matrimonium.
Medium.
Melioramenta.
Menſura.
Mercator, Mercatura.
Mercedis remiſſio. vide Remiſſio.
Metus.
Miles.
Militia.
Minor.
Mixtum.
Mixtura.
Modus.
Molendinum.
Moleſtiæ.
Monachus.
Monialis.
Mora.
Moroſus.
Mors.
Mulier.
Multiplicum.
Murus.
Mutuum.

N

Naufragium.
Nauigans.
Nauis.
Nauta.
Nauticum fœnus. vide Cambium Maritimum.
Negatiua.
Negligentia.
Negligens.
Nix.
Nobilis.
Nobilitas.
Nominatio.
Notarius.
Notorium.
Nouatio.
Nouerca.
Nouitius.
Nullitas.

O

Oblatio.
Oblata.
Obligatio.
Obligatio Cameralis.
Obreptio. vide Subreptio.
Obſeruantia.
Odium.
Offerendi Ius.
Officium.
Omiſſum.

One:

Oneratio.
Opinio.
Optio.
Origo.
Originale.

P

PActum.
Pactum additionis in diem.
Pactum reſolutiuum.
Pactum de retrouendendo.
Pactum ſucceſſionis.
Papa.
Paries. Vide Murus.
Partita.
Paſcendi Ius, ſiue Seruitus.
Paupertas.
Pedes.
Penſio.
Penſionarius.
Periculum.
Peritus.
Permutatio.
Perſona.
Perſonalis.
Peſtis.
Petitio.
Pignus.
Pluralitas.
Pœna.
Poſſeſſio.
Poſſeſſori.
Potioritas.
Præſes.
Præiudicium.
Prælatio.
Præsbyter.
Præſcriptio.
Præſentia.
Prætium.
Præuentio.
Primogenitura.
Primogenitus.
Primitiua.
Princeps.
Priuilegium.
Probatio.
Procurator.
Productio.
Proœmium.
Prohibitio.
Promiſſio.
Prorogatio.
Proteſtatio.
Prothomiſeos Ius. Vide Retractus.
Prouiſio.
Proxeneta.
Publicus.
Pupilli educatio. Vide Educatio.

Q

QValitas.

R

RAdix.
Ratificatio
Rationis redditio.
Recognitio.
Reconuentio.
Regreſſus.
Regula.
Regulares.
Relatio.
Relatum.
Referens.
Remedium.
Remiſſio mercedis
Renouatio.
Renunciatio.
Repreſaliæ.
Repugnantia.
Reſcriptum.
Reſignatio.
Reſignans.
Reſolutio.
Reſtitutio.
Reſtitutio in integrum.
Retentio.
Retia.
Retractus.
Retrotractus.
Retrouenditio. Vide Pactum de retrouendendo.
Reus.
Rigor.
Ripa.
Riuus.
Rota Romana.
Rubrica.
Ruſticum.

S

SAcerdos.
Saluianum.
Scandala.
Scientia.
Sententia.
Seruitus.
Simonia.
Simulatio.
Singula.
Singularis.
Singularitas.
Socer.
Societas.
Societas Officij.
Socius.
Solemnitas.
Solutio.
Soluens.
Spolium Clericorum. Vide Fructus Beneficij.
Sponſalia.
Spontè.
Statutum.
Stillicidium.
Stipulator.
Stipulatio.
Stornatio.
Stylus.
Subhaſtatio.
Subingreſſio.
Subreptio.
Subrogatio.
Subſcriptio.
Succeſsor.
Superfluitas.

T

TAcitum.
Tempus.
Tertius.
Teſtamentum.
Teſtator.
Teſtis.
Titulus.
Tranſactio.
Tranſitus.
Tutor.

V

VAlor.
Vectigal.
Velleianum.
Venditio.
Venditor.
Verba.
Verbum.
Veriſimilitudo.
Verſio.
Via.
Via exequtiua.
Vicus.
Vidua.
Vigilans.
Vinea.
Vinum.
Vita hominis.
Vnio.
Voluntas.
Voluntarium.
Votum.
Vrbanum.
Vſusfructus.
Vſufructuarius.
Vſura.
Vtilitas.
Vxor. Vide Mulier.

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM NOTABILIVM, ET SENTENTIARVM.

Accollatio.

Accollatio eſt loco ſolutionis, præcipuè, quãdo legitur facta cum promiſſione redimendi, & extinguendi canonem, cap.164 num.20. fol.393.

Acquiſitio.

Acquirere quis poteſt ſibi ex aliena pecunia, remanente, qui pecuniam expoſuit, creditore, cap. 98.nu.9. fol.32.

Acta.

Actorum amiſſio inducit præſumptionem, quòd ſolemnitates fuerint ſeruatæ, adeòut præſumatur, vt id, quod deficit in actis contineatur, c.141. nu.11. fol.279.

Extra acta id, quod eſt, dicitur eſſe extrà mundum, cap.141. n.25. fol.281.

Actio.

Actio omnis, quæ competit reſpectu rei tollitur, re. perempta, cap.120. nu.10. fol.179.

Actio confeſſoria competit contrà quemcumque poſſeſſorem turbantem, vel impedientem aliquem in ſua ſeruitute, cap.168.n.12. fol.408.

Actio hypothecaria. Vide Hypotheca.

Actio Inſtitoria. Vide Inſtitoria.

Actio negatoria competit etiam actori non poſſidenti, negando ius ſeruitutis aduerſario competere, cap.175.n.13. fol.429.

Vide alia Præſcriptio Seruitus.

Actio de in rem verſo an detur creditori cambij contrà ſocios, quoties pecunia ad cambium alteri ſocio credita in communem vtilitatem eſt verſa, cap.100. n.6. & ſeqq. fol.41. & ſeq.

Actio de in rem verſo, cuius vigore poteſt creditor, qui cum ſocio contraxit, nomine proprio agere, etiam contrà conſocium non contrahentem, nec nominatum, eſt iuxta æquitati, l. ſi me, & Titium 32. ff. ſi cert. petat. cap.100. num.7. fol.41.

Actio de in rem verſo excluditur quoties partita legitur adnotata ad creditum ſocij, cap.100. num.12. fol.42.

Actio de in rem verſo eò magis, remanet excluſa, quoties ſocius contraxit ſuper re omninò extranea, ſocietatique nullatenus conuenienti, cap. 100.n.15. fol.43.

Contrariæ auctoritates procedunt, ſi à ſocio fuerint receptæ res pro mercimonio ad ſocietatem ſpectantes. ibid. num.16.

Actio de in rem verſo procedit inter ipſoſmet ſocios, quando conſtat, verſam fuiſſe pecuniam in communem vtilitatem. Sed creditori nulla competit actio contra illum ſocium, cum quo nõ contraxit, cap.100.n.18 fol.43. Vide Verſio.

Actio de in rem verſo ceſſat contrà Dominum, ſi ſeruus factus fuerit debitor Domini, cap.100. nu.12. fol.42.

Actor.

Actor, & reus non debent ad imparia iudicari, cap.94.n.8. fol.14.

Actus.

Actus contrà voluntatem agentis non eſt interpretandus, cap.110. nu.24 fol.112.

Actus, qui ex capite valido, & inualido geri potuit, pro valido proceſſiſſe eſt intelligendus, cap. 110. nu.24. fol.112

Non eſt præſumendum, quòd quis viá eligere voluerit, per quam actus irritetur, ibid.n.22.

Ad actum potiùs confirmandum, quàm infirmandum adaptari debet præſumptio, cap.110.n.25 fol.112.

Actu pro ſubſtinendo cauſa etiam impulſiua dici debet finalis, cap.110. num.26. fol.112.

Actus nihil refert, an ex tunc, vel ex nunc ſubſtineatur, dum idem contrahens eidem actui conſenſum præbuit, cap.111.n.16. fol.117.

Actus ſubſequens regulari omninò debet à præcedenti, in cuius exequtionem geritur, cap.131. nu 24. fol.236.

Actus, qui non habuit effectum, non eſt in conſideratione habendus, cap.153. nu.42. fol.337.

Actus, qui ex aliquo futuro euentu poteſt reſolui, quantum attinet ad præſentem ſtatum dicitur purus, non ſecus, ac ſi nullo caſu illius daretur reſolutio, ſed ſolummodò, quò ad Iuris effectum præſens eius ſtatus eſt conſiderandus, cap.119 num.60. fol.174.

Actus, quoties in ſui origine eſt voluntarius, ſi ex poſt facto efficiatur neceſſarius, non ex hoc deſinit eſſe voluntarius, cap.194. n.14. fol.522.

Actus, eiuſdemque confirmatio, potiùs eſt tribuendus mandanti, quam exequenti, cap.149. num.14. fol.313.

Actus facultatiui. Vide Facultatiui actus.

Addictio in diem.

Addictionis in diem pactum an, & quando dicatur adeſſe in contractu venditionis, vel locationis, quoſque operetur effectus, cap.123.n.1. & ſeqq. fol.191. & ſeqq.

Vide Pactum addictionis in diem.

Adiectus.

Adiectus in rem propriam nedum poteſt ſolutionem recipere; ſed etiam agere, cap.92. nu.37. fol.6.

Adiectus in rem propriam dicitur intereſſe habens formaliſſimum, cap.92. nu.36. fol.6.

Vide Cambii litteræ.

Adi-

I N D E X

Aditio.

Adita dicitur hæreditas per cedentem, ex ceſſione Iurium hæreditatis, cap. 145. n. 6. fol. 296.

Adminiſtrator.

Adminiſtrator differt ab Inſtitutore, cap. 102. nu. 12. fol. 52. & nu. 18. fol. 53.

Aduerſatiua.

Aduerſatiuæ vna pars declarat alteram in eiſdem terminis loqui, & de eiſdem perſonis, cap. 107. nu. 37. fol. 90.

Aduerſatiuis ex verbis, verba imperſonalia declarantur, & ad perſonalitatem reducuntur, cap. 107. nu. 38. fol. 90.

Vide clauſula Saluis tamen, & reſeruatis.

Ædificium.

Ædificare vnicuique licet in ſolo proprio, altiuſq; tollere, etiam ſi luminibus vicini officiatur, cap. 163. n. 35. fol. 388. & cap 174. num. 21. fol. 426.

Id tamen non procedit, quando ædificium ſit ad æmulationem, cap 174. n. 22. fol. 426.

Ædificare licet quis poſſit in area propria, etiam cum damno vicini, cap. 174. n. 5. fol. 424.

Id tamen debet intelligi: quando poteſt ædificare de iure communi, ſecus ſi ex priuilegio ſpeciali, vel generali; tunc enim intelligendum ſine damno alterius, ibid. num. 6.

Idque, ſiue damnum concernat publicam vtilitatem, ſiue priuatam. ibid. num. 6.

Ædificare non licet, neque etiam in ſolo proprio, ſi via publica ex ædificio deterior fiat, cap. 174. num. 11. fol. 425.

Ædificare non licet impediendo maris proſpectum, cap. 175. nu. 35. fol. 431.

Ædificium, ne in loco publico fiat interdictum, procedit, etiam ſi quid fiat in priuato, quod publico noceat, cap. 174. n. 7. fol. 424.

Ædificandi facultatem, quando Princeps concedit in loco publico, locus publicus efficitur priuatus; non autem remanet publicus, cap. 174. num. 7. fol. 424.

Ædificandi facultas in ſolo publico conceſſa à Principe intelligi debet ſine incommodo, damnoque alterius, cap. 174. nu. 1. fol. 424.

Priuilegium, l. 2. § ſi quis, quod in publico, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. *id apertè comprobans, cum ſit clauſum in corpore Iuris, ſpeciali indiget derogatione, ibid. num. 2.*

Damnum conſiderabile alterius in propoſito, quod nam dicatur. ibid. num. 3.

Ædificet ſi quis ex priuilegio; tunc priuilegium eſt reſtringendum, ità vt non noceat iuri alterius, cap. 174. nu. 4. fol. 424.

In ædificio, quando ſpatio duorum pedum ſit relinquendum, cap. 174. n. 29. & ſeq. fol. 427 & cap. 163. n. 38. & ſeqq. fol. 388.

In ædificijs priuatis an ſpatium decem pedum demandatum à l. Mæniana 11. Cod. de ædificiis priuatis, *ſit in vſu, vel loquatur de ſolis Mænianis, vel de ædificijs extra Italiam, non autem in* Italia *conſtitutis, cap. 163. n. 38. & ſeqq. fol. 388.*

Ædiles.

Ædiles Curules erant curatores Viarum apud Romanos, cap. 174. n. 9. fol. 425.

Æger.

Ægro interim ventura ſanitas nihil prodeſt, teſte Seneca, *cap. 119. nu. 6. fol. 174.*

Ægidiana.

Ægidiana Conſtitutio à Papa confirmata non comprehendit cauſas, perſonaſque Eccleſiaſticas, cap. 160. n. 17. fol. 366.

Æmulatio.

Æmulatio in dubio non præſumenda, cap 163. nu. 58. fol. 390. & cap. 175. nu. 6. fol. 429. & cap. 176. nu. 6. fol. 433.

Cum quilibet in dubio præſumatur ædificare ad ſui vtilitatem principaliter, non autem, ut alteri noceat, cap. 176. nu. 7. fol. 433.

Æmulatio excluditur, quoties manifeſtè conſtat de maxima vtilitate ædificare volētis, quinimò de præciſa neceſſitate pro fabrica iam incapta perficienda, cap. 163. n. 59. fol. 390.

Æmulatione pro arguenda circumſtantię diligenter penſandæ prudentis Iudicis arbitrio, cap. 163. n. 11. fol. 385.

Æmulatione pro excludenda, ſufficit etiam modica vtilitas ædificare volentis, cap. 175. n. 36. fol. 431. & cap. 176. n. 8. fol. 433.

Æmulatio probatur coniecturis, cap. 174. nu. 25. fol. 426.

Æmulatio præſumitur in ædificare volente, quoties maior eſt impenſa, quàm fructus, cap. 163. nu. 10. fol. 385.

Æmulatio præſumitur, quoties eleuatio muri directè tendit ad eludendam ſententiam obtentā ſuper feneſtrarum aperitione, cap. 174. nu. 24. fol. 427.

Æmulatio præſumitur, quoties inter partes ſunt ortæ rixæ. ibid. nu. 25.

Æmulatio præſumitur in ædificare volente in domo propria, ſtante lite excitata reſpectu domus collateralis, cap. 174. nu. 26. fol. 427.

Æqualitas.

Æqualitas in Iudicijs ſeruanda, cap. 94. num. 7. fol. 14.

Æquitas.

Æquitati non ſcriptæ præferri debet rigor ſcriptus, cap. 160. n. 2. fol. 364.

Ex æquitate non debet Iudex interpretari, quando verba ſunt clara, cap. 194. n. 41. fol. 526

Æquitatem numquàm lex eſt aſſueta imitari in tertij præiudicium, cap. 147. n. 12. fol. 303.

Æſtimatio.

Æſtimationis facienda per Peritos conditio adiecta in contractu emptionis, & venditionis inducit formam ſpecificè implendam per electū, & non per alium, cap. 161. n. 25. fol. 374.

Vide Venditio, Arbiter.

Æſtimator.

Æſtimatores electi pro exequtione, & obſeruan-

I N D E X

tia laudi, nou poſſuut illud ſubuertere, & immutare, cap.158.n.6. fol.355.

Æſtimum.

Æſtimi liber probat valorem fructuum, c.143. num.29. fol.289.

Æſtimi librorum ex reuolutione non probatur quis non accataſtratus, uiſi etiam probetur, nullos alios adeſſe libros, in quibus fieri potuerit accataſtratio, cap.149.n.27. fol.315.

Agnatio.

Agnatio conſeruatur per eos, qui ſunt de familia, ſecus de aliena, cap.107.n.47. fol.91.

Agnationis couſeruandæ ratio ceſſat, quoties cum maſculis vocantur fœminæ, cap.107. num.28. fol.89.

Ex agnatione coniectura deſumpta non poteſt allegari ab ijs, qui ſunt de aliena agnatione, cap.107.num.46. fol.91.

Vide Renunciatio.

Alienatio.

Alienandi facultatem nou eſt inconueniens, quòd quis habeat, & nihilòminus ſi non alienauerit, fideicommiſſum remaneat. cap.107.nu.64. fol.93.

Alienatio bonorum Eccleſiæ, reſeruato Apoſtolico beneplacito, habet implicitum ſtatum validitatis, ſaltem Eccleſia non reclamante, cap.111.n.7. fol.116.

Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita, etiam impropriè, & improprijſſimè accepta, cap.139. num.48. fol.273.

Nou tamen intelligitur prohibita generalis bonorum hypotheca. ibid.nu.49.

Alienatio bonorum regulariter reo nou interdicitur poſt crimen contractum, & ante ſententiam, cap.179.nu.26. fol.446.

Alienationis prohibitio, ſeù pactum de non alienando, an extendatur ad hypothecam, cap.105.num.46. fol.69.

Alienari prohibita non comprehenduntur in generali obligatione bonorum, præcipuè ad excludendam caducitatem, contractuſque reſolutionem, cap.105.nu 47. fol.69.

Idque, etiam ſi obligans non habuerit alia bona, quia poteſt intelligi de in futurum per eũ acquirendis. ibid.num.47.

Ad alienandum mandatum generale non comprehendit bona ſub pœna caducitatis alienari prohibita, cap.106.n.48. fol.69.

Alienatio bonorum aduentitiorum facta à filio familias. Verbo Filius familias.

Alienatio Emphyteuſis. Vide Emphyteuſis.

Alimenta.

Alimenta vnà cum ætate ſunt augenda, cap.143. num.31. fol.289

Nec non pro temporum varietate, alijſque circumſtantijs. ibid.

Alimenta præſtita per Tutorem pupillis ſunt ponenda in calculo; non enim eſt præſumendum de vento vixiſſe, cap.143.n.30. fol.289.

Alimenta præſtari debent Mulieri pendente lite ſuper nullitate matrimonij, ſtante paupertate eiuſdem mulieris, bonique Iuris præſumptione, cap.118.n.20. fol.160.

Sed in hoc caſu paupertas non præſumitur, ſed eſt liquidò probanda, ibid.nu.21.

Vide Paupertas.

Alternatiua.

Alternatiua ea eſt natura, vt vno ſit contenta; neque omnium expoſtulet concurſum, cap.110. num.20. fol.111.

Alternatiuè quoties requirit ſtatutum, vel præſentiam Iudicis, vel proximiorum, ſufficit vnum ex his concurrere, cap.110.n.20. fol.111.

Amotio.

Amotio licet ſit licita in Cappellanijs, ſeù Beneficijs manualibus; non eſt tamen permiſſa, ſi adeſt malitia, vel odij præſumptio, cap.187.nu.18. fol.484.

Vide Cappellania, Colleggium, Nouitius.

Androlepſia.

Androlepſia Græcorum erat ius hominum pignorandorum, quando occiſor à Ciuitate, in quam confugerat, illis non tradebatur, ad quos commiſſi criminis punitio pertinebat, cap.180. num.6. fol.448.

Id confirmatur ex loco Sacræ Scripturæ 2. Reg.cap.2. ibid.

Animalia.

Animalia nemo poteſt immittere, & paſcere in Feudo alterius, inuito Domino, cap.167.nu.9. fol.400.

Vide Paſcua.

Animaliũ ad caput ſaluum ſi fuerit inita ſocietas, damnatur à Bulla S.M. Sixti V. 45. cap.99. num.6. fol 37.

Apoca.

Apocæ recognitio per teſtes. Vide Recognitio

Apocæ de recepto ſubſcriptio facta à tertio. Vide Confeſſio de recepto.

Appellatio.

Appellatio datur ab habente liberum, abſolutumque arbitrium, ſi ex illo quis ſit enormiter læſus, cap.187. nu.17. fol.484.

Appellare poteſt Nouitius admiſſus ad Religionem, probatuſque cum Tyrocinio, ſi ab eius Superiore ſine legitima cauſa reijcia.ur à Profeſſione.ibid. num.18.

Aqua.

Aquæ, ne decurrant iuxtà ſolitum, impedimentum præſtari nequit, factumque tollendum, cap.161.n.11. fol.378.

Aquæ conceſſio eſt exibenda, alioquin quis remanet priuatus iure Aquæ, cap.177.n.3. fol.436.

Aqua calida, & frigida promiſcuè Romani in conuiuijs vtebantur, & præcipuè gelida, quando ſtomachus nimia ciborum indigeſtione æſtuabat, cap.119. num.4. fol.166.

Aquæductus.

Aquæductus ædificatus in via publica ſine licentia

tia

tia Principis, vel Magiſtratus, eſt omninò amouendus, cap.177. num.1. fol.436.

Arbiter.

Arbiter excedens compromiſſi fines nulliter procedit, cap.158. nu.5. fol.354.

Arbiter poteſt pronunciare ſuper connexis, & dependentibus, ſine quibus ſibi expreſsè commiſſa commodè explicari nequeunt. ibid.n.7 fol.355.

Arbitri electia debet eſſe certa, & determinata, cap.186. n.5. fol.479.

Arbitrium.

Arbitrium, quod alioquia poteſt eſſe liberum, & abſolutum, non debet eſſe effrenatum, ſed potiùs ratiane arctandum, vt ſine cauſa quis non lædatur, cap.187. nu.16. fol.484.

Arbitrium liberum, & abſolutum, ab habente datur appellatio, ſi ex illo quis ſit enormiter læſus, cap.187. num.17. fol.484.

In arbitrium tertij locatio collata non dicitur pura, ſed conditionalis, atque adeò imperfecta, donec merces arbitretur, cap.161. n.19. fol.374.

In arbitrium æſtimatorum collato pretio venditio volnataria non dicitur pura, ſed conditionalis, & imperfecta. ibid.nu 17.24.& 29.

Arbitrio contrahentium pretium committi non poteſt in contractu emptionis, & venditionis, cap.133. n.13. fol.243.

Arbitrio boni viri, an declaretur incerta diſpoſitia, attenta æquitate Cananica, cap.186. n.13. & ſeq. fol.480.

In arbitrium baui viri pretio collato, venditia eſt perfecta, cap.134. n.14. fol.247.

In arbitriũ tertij collata locatia. Vide Locatio.

Arbor.

Arbores in ripa riui publici exiſtentes in vicinorum commodum cedunt, c.162.n.10. fol.374.

Archiuium.

In Archiuia ſcripturas conſeruatas Reu.Cameræ Apoſtolica non poteſt dicere ſe ignorare, cap. 149. n.40. fol.316.

In Arch.uio, eò ipſa, quòd quis conſeruat ſcripturas contrarias, ſuper quibus præſcribere contendit, mala fides cuiuslibet præſcriptionis impeditiua dicatur reſultare, cap.149. numer.41. fol.316.

Argumentum.

Argumentum à ſuperfluitate euitanda validum, & efficax reputatur, c.194.n.84. fol.532. Vide Superfluitas.

Argumentum valet à teſtataris voluntate ad ſtatutum, cap.114. n.35. fol.141.

Arrha.

Arrha traditio perfectionem arguit contractus, etiam ante ſtipulatum inſtrumentum, adeòut uan ſit ampliùs lacus pœnitentiæ, cap.133. numer.16. fol.243.

Idque etiam procedit, inſpecto ſtatuto Vrbis, cap.112. lib.1. ibid.n.17.

Arrha, vbi datur in pecunia numerata, cenſetur etiam tradita pro parte pretij. cap.133. nu.19. fol.244.

Arrhæ traditione ſtante, vigare ſtatuti Vrbis cap. 112. lib.1. nemo ex contrahentibus poteſt à cõtractu recedere, quàmuis emptor velit arrham amittere, vel venditori reddere duplicatam, cap.133. n.18. fol.244.

Quidquid aliud ſit, inſpecta diſpoſitiane Iuris communis, ibid.

Artifex. vide Colleggium.

Aſſecuratio.

Aſſecuratio eſt quædam ſpecies fideinſſionis indemnitatis, cap.97. nu.32. fol.31.

Aſſecurationis duæ Apocæ fieri non poſſunt, cap. 97. n.29. fol.30.

Intellige, quando pro eodem periculo duæ fiunt ſeparatæ aſſecurationes, quarum qualibet ratam mercium aſſecuratarum abſorbeat. ibid. nu.30.

Secus aſſerendum, ſuſpicione fraudis ceſſante. ibid. nu.31. fol.31.

Aſſecurationes plures cum diuerſis Apocis fieri poſſunt ſuper vno, eodemque pericula, cap.97. num,34. fol.31.

Aſſecurationem duplicatam recipere pro eiſdem mercibus non eſt interdictum, quoties diuerſitas itineris, vel periculi accedat, cum ſufficiat, non adeſſe duplicationem in eodem valore, & periculo, cap.97. n.37. fol.31.

Aſſecurationes plures perneceſſè adeſſe oportet pro diuerſis ſummis, & temporibus, vbi agitur de magnis mercibus onerandis, & de ratione, cap.97. nu.35. fol.31.

Aſſecuratæ merces, quando non ſunt in dominio Gubernatoris Nauis, ſed alterius, & nihilominus idem Gubernator gerat vices Inſtitoris, ſeù Præpoſiti ſuper mercium cuſtodia, tunc aſſecuratores tenentur, cap.97. n.27. fol.30.

Aſſecuratarum mercium pro nectura, quando ſimpliciter opera Gubernatoris Nauis fuit adhibita, earumdemque cuſtodia alteri reperitur demandata vulgò nuncupato Sopracarico, tunc caſus contingens ex culpa Gubernataris Nauis, quoties Baratteriam non redolet, venit ſub caſuum ſuſceptione per Aſſecuratores aſſumpta, cap.97. nu.28. fol.30.

In aſſecuratione commiſſa dicitur ſtipulatio, probato euentu caſus, & periculi per Aſſecuratores ſuſcepti, cap.97. n 4. fol.28.

Aſſecurationis ſtipulatio dicitur commiſſa, etiamſi damnum in parte mercium aſſecuratarum cõtingat, ſtante ſpeciali pacto, c.97. n.6. fol.28

Signanter, ſi fuit promiſſa aſſecuratia in caſu di diſaſtro, quod, non ſolùm denotat rei aſſecuratæ amiſſionem, ſed etiam detrimentum in parte. ibid. n.7.

Aſſecurationis Apoca generalis ſuper omnibus caſibus comprehẽdit caſum depredationis Nauis euenientem ob ſuſpicionem, quòd ad hoſtes accederet, cap.97. n.10. fol.28.

Aſſecuratorem non excuſat culpa Gubernatoris

Nauis, qui ſolùm poterit agere contra culpoſum, cuius accaſione periculum contigit, c.97. nu.10. & ſeq. fol.28.

Præcipuè, quando Gubernator Nauis ab aſſecuratis non fuit præpoſitus mercibus, adeò ut dici valeat illius fides, & integritas approbata, ſed potiùs ab Aſſecuratoribus fuerit præpoſitus vulgò dictus Sopracarico, de cuius culpa non conſtet, ibid.n.12. fol.29.

In aſſecuratione exceptio ſolius Baratteriæ appoſita, operatur, vt cæteri caſus etiam ex culpa Nautæ ſequuti dici debeant comprehenſi ſub aſſecuratione, cap.97. n.13. fol.29.

Vide Barattaria.

Aſſecuratarum mercium Domino culpa Gubernatoris Nauis in aliquorum ſententia cedere debet, cum caſus iſte inter fortuitos adſcribi non valeat, cap 97. nu.22. fol.30.

Præcipuè, quando ab aſſecuratoribus fuit exceptus caſus Baratteriæ, cuius etiam nomine venit culpa Gubernatoris Nauis, ibid.n.23.

Diſtingue tres caſus in hac materia, ibidem num.24.

Aſſecuratæ rei de periculo non tenetur Aſſecurator, quoties illud ob culpam Domini eiuſdem rei, vel ipſius Miniſtri euenit, c.98.n.1 fol.32.

Idque non obſtante clauſula, omni meliori modo, quomodocumque, & qualitercumque, ibid.

Aſſecuratarum mercium, quando Gubernator Nauis culpoſus eſt Dominus, vel ſaltem earum particeps, tunc ſub promiſſa aſſecuratione Gubernatoris culpa non venit, ſiue ſit ordinata ad caſum, ſiue non, cap.97. n.25. & ſeqq. fol.30.

Aſſecuratores dicuntur emptores periculi, oneriſque aduerſi, cap 97. n.5. fol.28.

Aſſecurationis de ſubſtantia non eſt pretium, neq; rei certitudo in quantitate, ſed ſufficit, contractum eſſe de re in Naui onerata, cap.98. nu.8. fol.33.

Aſſecuratio eſt contractus, quo rei periculum ſuſcipitur pro pretio, aut alio intereſſe. ibid.

Nonniſi per aſſecurationem ad tertium poteſt pertinere rei periculum, cap.98. num.5. fol.33.

Aſſecurator Nauis, iam naufragium paſſæ, tempore aſſecurationis non tenetur, cap.94. nu.22. fol.17.

In aſſecuratione, ſtante promiſſione de aſportandis mercibus ad certum locum, eueniente caſu aſſecurationis, eſt præſtandus valor, iuxtà pretium mercium currens in loco deſtinato, cap. 97.n.38. fol.31.

Secus aſſerendum, ſi ſimpliciter fuit facta aſſecuratio mercium æſtimatarum; tunc enim ſolùmmodò illa eſt præſtanda, non autem lucrū, quod percipi potuiſſet, ibid. nu.39.

Aſſecurationum in materia eſt deferendum Proxenetis, cap.97. n.36. fol.21.

Aſſenſus.

Aſſenſus non poteſt dici præſtitus, quoties eſt difformis à contractu, idque etiam ſi difformitas eſſet in minimo, vel in acceſſorijs, cap.111. numer.38. fol.121.

In aſſenſibus ſeruatur rigor, & omiſſum pro omiſſo eſt habendum, & quicquid permiſſum non eſt, prohibitum remanet. ibid. nu.39.

Aſſenſu Principis ſtante, ſuper rei alienatione, ceſſat inferioris authoritas, cap.149. n.12 f.313.

Aſſenſus reualidat actum ab initio inualidum; neque habentem ſtatum implicitum validitatis, ex nunc, non autem ex tunc, adeò ut in tertij præiudicium non ſit retrotrahendus, c.111.n.4. fol.115.

Idque etiam procedit in terminis aſſenſus fauore dotis, ibid.n.5. fol.116.

Præcipuè, quando non agitur de præiudicio ipſiuſmet promittentis dotem, ſed tertij creditoris, qui, medio tempore, ante obtentum aſſenſum contraxit. ibid.n.6. fol.116.

Aſſenſus reſeruati retrotractioni, & poſtmodùm obtenti non poteſt eſſe locus in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæſitum, quoties lex omninò actui reſiſtit, cap.111.n.11. fol.116.

Aſſenſus reſeruatio tantùmmodò operatur, ne incurratur caducitas, neque ſuas porrigit vires, operando retrotractionem in tertij præiudiciū, qui ante aſſenſum contraxit, cap.111.num.12. fol.116.

Aſſenſus retrotractionis in materia de diſtinctione adhibenda inter præiudicium ipſius contrahentis, & tertij, cap.111.nu.17. fol.117.

Aſſenſus non retrotrahitur in præiudicium iuris tertio iam quæſiti, cap.162.n.38. fol.381.

Aſſenſus non retrotrahitur in conditionibus voluntarijs in præiudicium tertij, cui, medio tempore, ius fuit quæſitum, c.111.n.30. fol.118.

Aſſenſus Apoſtolicus ſuper derogatione Bullæ Siſtinæ ſuper exceſſiuitate dotium retrotrahitur, dum agitur de conditione omninò extitura, dum Pontifices huiuſmodi aſſenſum denegare non ſoleant, & Ius commune conſtitutioni dotis non repugnat, c.111.n.18. fol.117.

In aſſenſibus, ſeù gratijs Principis intelligitur clauſula, Sine præiudicio iuris tertij medio tempore quæſiti, cui numquàm Princeps cenſetur voluiſſe derogare, cap.111. num.13. fol.116.

Idque etiam procedit in terminis Apoſtolicæ Confirmationis, & reualidationis actus ab initio nulli ob legis reſiſtentiam. ibid.n.14.

Aſſenſus Apoſtolici reſeruatio, quoties non eſt munita cum clauſula non aliter, nec alio modo. Sed potiùs adeſt dictio fortè dubitationem inuoluens, intelligi debet adhibita ad cautelam, quatenus opus ſit, c.149.n.11. fol.312.

Ideòque, ſi aſſenſus denegatur non neceſſarius non facit contractum conditionalem, & reſolubilem. ibid.

Aſſociatio.

Aſſociatio competit creditori, etiam contra tertios

Digitized by Google

I N D E X

tios poſseſsores, vigore ſpecialis pacti capiendi poſseſsionem propria auctoritate, accedentibus etiam clauſulis conſtituti, & precarij, cap.130. num.1. fol.228.

Attentata.

Attentata lite pendente geſta ſunt reuocanda, cap. 169. nu.1. fol 409.

Attentare non dicitur continuans in poſseſsione. cap.169.n.2. fol.400.

Adeò ut poſſidens continuare valeat in poſseſſione, nulla prorſus habita ratione inhibitionis, litiſque pendentia. ibid.n.3.

Ab attentatis continuatio poſseſſionis, adhoc vt excuſet, eſt probanda legitima praecedens poſſeſſio clara, & non turbida. cap.169. nu.4. fol.409.

Attentare dicitur, qui continuat, ſtante ſpeciali inhibitione, quo caſu omnes actus poſteà facti dici debent attentati, licet eſsent conſequtiui ad pracedentes actus non attentatos, cap.169. num 7. fol.409.

Attentare dicitur continuans, quando fuit ſpecificè commiſsa cauſa ſuper illo actu, in quo prætenditur continuatio, & ſuper eadem poſseſſione lis pendebat; tunc enim continuatio eſt prohibita, ne alioquin iudicium reddatur eluſoriū. cap.169. n.8. fol.410.

Auditor Cameræ.

Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum procedit ad exequtionem litterarum cambij exceptione non numeratæ pecuniæ reiecta. cap.92 nu.14.fol.4. & nu.34. fol.6.

Baratteria.

BAratteria ex verbum Barbarum antiquis Iuriſconſultis ignotum, & à recentioribus uſurpatum, denotans fraudolentum, callidamque machinationem præordinatā ad caſum cum dolo ad eumdem ordinato, c.97.n.14. fol.29.

Barattaria dicitur commiſſa, quando Gubernator Nauis cum Naui, & mercibus aſsecuratis dolosè aufugit animo premeditato defraudandi, cap.97.n.15. fol.29.

Idque etiam procedit, ſi ex induſtria colludat cum hoſtibus, recepta pecunia, vt merces perderentur, ibid.

Baratteria ſibi locum vindicat, quando merces in alium vſum conuertuntur, quàm demundatum, cap.97.nu.16. fol.29.

Vel quando conſultò mutatur iter ad merces ſubripiendas. ibid.nu.17.

Baratteria committitur, quando, data opera, & ex induſtria merces fuerunt habitæ pro derelictis, earumque ſubmerſio curata, vt proprio nomine Gubernator Nauis ad partis recuperationem admittatur, c.97.n.18. fol.29.

Baratteriæ an ſit locus, ſi Gubernator Nauis extrahat merces, non ſoluto vectigali, cap.97.nu. 18.fol.29, & n.22.& ſeqq. fol.30.

Bellum.

Ad bellum impuberes duci non ſolebant, ſed potius puberes ab anno decimo ſeptimo. cap.181. num.6. fol.453.

Beneficiatus.

Beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario. poſt mortem verò aſſimilatur vſuario. cap.124. num.10. fol.196.

Beneficium Eccleſiaſticum.

Beneficia vniformia ſub eodem tecto propriè loquendo eſſe dicuntur, quando in eadem Eccleſia exiſtunt. cap.190.nu.39. fol.496

Intellige, vt ad effectum incompatibilitatis neceſse ſit, quòd vtrumque beneficium requirat idem miniſterium, exercitiumque in eodem loco, itaut Beneficiati conuenire deberēt in vnū, eademque peragant munera. ibid.nu.40.

Vide Cappellania.

Beneficij ſecundi retentionem, non autem collationem, acquiſitionemque impedit incompatibilitas. cap.190. nu.42. fol.496.

Beneficijs in manualibus, licet ſit licita amotio, non eſt tamen permiſſa; ſi adſit malitia, vel odij præſumptio. cap.187.n.18. fol.484

Beneficij fructus. Verbo Fructus beneficii.

Beneficij valor. Verbo Valor.

Beneficium deducto ne egeat.

Beneficium, deducto ne egeat, competit Socero, quoties ex cauſa dotis à Genero, vel Nuru conuenitur. cap.182. nu.23. fol.463.

Beneficium, deducto ne egeat, operatur, vt Socer carceribus mancipari non valeat, cap.182.numer.24. fol 469.

Beneficio. deducto ne egeat, non poteſt Socer, neque etiam cum Iuramento renunciare, vtpotè à lege introducto ratione reuerentiæ eidem Socero à Genero debitæ. ibid.

Beneficium deducto ne egeat non procedit, quoties Socer non eſt obligatus pro dote, ſed pro mutuo, vel alio contractu. cap.192. num.26. fol.464.

Beneplacitum. Vide Aſſenſus.

Bona fides

Bonafides in ſocietatis contractu exuberare debet cap.101.n.13. fol.47

Bonifaciana.

Boonifaciana aſſimilatur concordiæ Rauennatenſi. cap.185.nu.22. fol.477.

Caducatio.

CAducatio donationis inducitur ob prædeceſſum donatarij, quoties ſubſtantia donationis legitur collata in tempus mortis; adeò ut interim remaneat imperfecta, & irreuocabilis. cap. 109. num.11. fol.104.

Si verò ab initio eſt valida, & perfecta nullam expectans perfectionem ab euenientc caſu mortis, vel purificatæ conditionis, exequtioni tantùmmodò adiecta, & in hoc caſu donatio, licet conditionalis, etiam pendente conditione, tranſmittitur ad hæredes donatarij. ibid.

Caducatio donationis inter viuos non reſultat, neque reſolutio ob prædeceſſum donatarii, ſed tranſmittitur ad hæredes eiuſdem donatarii, cap.109. nu.15. fol.106.

Conclu-

Concluſio non procedit, quoties agitur de donatione futurę hæreditatis in vniuerſo, vel in quota. ibid.n.16.

Vel in donatione cauſa mortis. ibid.n.17.

Vel in donatione facta inter perſonas prohibitas, quam oportet, morte confirmari. ibidem num.18.

Vel, quando ex vehementibus coniecturis deſumptis ex verbis donationis apertiſſimè deprehenditur, donantem voluiſſe donatario; tantùmodò donare eius perſonam contemplando, vti ſuperſtitem poſt eius abitum. ibid.n.19.

Calculus.

Calculus, quoties in aliquibus partitis detegitur erroneus, totus redditur ſuſpectus. cap.111. num.59. *fol.122.*

Vide Computa.

Cambium.

Cambia vtpotè ſicca, & illicita non debentur, niſi doceatur, pecunias fuiſſe tranſmiſsas ad Nundines, ſaltem per litteras reditus, cap.95. nu.1. & ſeqq. *fol.19.*

An autem iuſtificari valeat litterarum tranſmiſſio ad Nundinas per alias probationum ſpecies, præſumptiones, & coniecturas. ibid.n.7. *fol.20.*

Cambiorum realitatem ad probandam copia litterarum originalium non ſufficiunt; ſed ſunt exibendæ litteræ originales, cap.95.n.9. *fol 20.*

Cambiorum realitas conſiſtit in periculo tranſmiſſionis pecuniæ de loco ad locum, ſiue de vna pecuniæ ſpecie ad aliam. cap.95. nu.2. & ſeq. *fol.19.*

Idque procedit tàm inſpecto iure communi, quàm Conſtitutione Piana. ibid.

Cambiorum realitas, neque etiam extra Curiam Romanam probatur ex libris Mercatorum legaliter habitis, cap.95. n.5. *fol.20.*

In quo caſu ex huiuſmodi libris cambiorum realitas probari valeat. ibid.

Cambiorum realitas nō probatur per præſumptiones, & indicia incidentia in meram confeſſionem partium, quæ non ſufficit in materia cambiorum ſuſpecta de vſuris, cap.95. n.8. fol.20. & nu.21. *fol.21.*

Cambiorum realitas non poteſt probari per confeſſiones partium; cum non poſſint reddere licita cambia alioquin illicita. cap.95. nu.21. & ſeq. *fol.22.*

Nam alioquin ſuffocatus debitor ob eamdem rationem, ob quam vſuras promittit, fatetur etiam ea, quæ fęnerator affectat pro cambiorum iuſtificatione. ibid.nu.22.

Cambiorum realitatis verba præſuppoſitiua illam non probant, niſi de ea aliundè conſtet. cap.95. num.20. *fol.21.*

Cambium in genere fuiſſe contractum poteſt probari præſumptionibus, & coniecturis, cap.95. num.13. *fol.20.*

Secus, quando agitur de probanda realitate cambiorum; tunc enim præſumptiones, & coniectura non admittenda. ibid.n.14.

Cambiorum curſus, & recurſus in nundinis, nec non ſpaccia non iuſtificantur ex expenſis deſcriptis in libris Campſoris. c.95. n.23. *fol.22.*

Cambiorum realitas, an, & quando probari poſſit per litteras, & partitas librorum, attento Mercatorum ſtylo, conſeruatorum. cap.95. num.12. *fol.20.*

In cambijs certum lucrum ab initio taxari nō valet: ſed totum pendet ab euentualitate maioris, vel minoris lucri monetæ currentis in nundinis. cap.96. n.4. *fol.24.*

Adeòut vterque contrahens æquè ad lucrum, ſeù damnum ſe habere valeat. ibid.

Cambiorum lucrum, licet ab initio non valeat in certa ſumma taxari; non indè tamen vitiatur cambium; ſed reduci debet intereſſe, ſeù lucrum ad iuſtitiam, ipſaque exceſſiua conuentio irrita remanet. c.96. n.5. fol.24. & nu.14. *fol.25.*

Cambij intereſſe, ſi creditor non exigit ad ſummā taxatam; ſed potiùs ad legitimam currentem in Nundinis, contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta, cap.96. nu.15. & ſeq. & nu.24. *fol.25.*

Idque etiam procedit in terminis Bullæ Pianæ ſuper cambijs. ibid. n.25. *fol.26.*

Cambia, quoties ſunt illicita, ſolutiones factæ in illorum cauſam cedunt in ſortem, illamque extenuant. cap.95. nu.6. *fol.20.*

Cambij ſortem poteſt debitor ſciens, prudenſque obdormitando creditorem extenuare per diminutas ſolutiones. c.95. n.29. *fol.22.*

Aduersùs cambia datur ipſo iure compenſatio. c.146. n.7. *fol.300.*

Ad cambium capiendi facultas data quoties opus ſit, dicitur conditionalis, & indigentia eſt probanda. c.101. n.6. *fol.47.*

Ad cambium capiendi pecunias ſine interpellatione, data à debitore creditori facultate, adhuc debitor eſt certiorandus, quòd pecuniæ ſint ad cambium acceptæ. cap.101. num.12. *fol.47.*

In cambio non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, quoties cambiator eſt vſus verbis per la valuta hauuta, *ſolutionem præſeferentibus. c.93. n.1.* *fol.8.*

Idemque procedit, etiam ſi litteræ ſimpliciter aſſerant per la valuta. *ibid.d.2.*

Contrarium nonnulli ſentiunt. ibid.n.6.

Vide Litteræ cambii.

De cambio loquens ſtatutum non comprehendit litteras cambij, cum de eis vtpotè priuilegiatis ſpecialis mentio fieri debeat. cap.93. numer.34. *fol.12.*

Cambium quòad ſocium. Vide Socius.

Cambium quòad compenſationem. Vide Compenſatio.

Cambium maritimum.

Cambium maritimum poteſt legitimè contrahi citrà vſurariæ prauitatis labem. cap.98. nu.51. *fol.38.*

Cam-

Cambij maritimi de ſubſtantia eſt, quòd dominium pecaniæ omninò in accipientem transferatur, ſitque incompatibile, vt in dominio dantis remaneat, cap.98.nu.10. fol.33.

Cambij maritimi pro cautela reſeruatio dominij vini emendi, nullatenus operatur ad effectam transferendi periculi in ementem, cap.98. num,16. fol.34.

Cambij litteræ .

Cambij pro literis non competit hypotheca, cap. 144. n. 16. fol.293.

Cambij literas ſcribens nunquàm liberatur, niſi eiſdem litteris acceptatis, & completis per actualem ſolutionem, cum per dationem earumdem aliqa a non dicatar inducta nouatio, aut delegatio, cap. 93. nu.21. fol.10.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Cambij literas ſcribens non liberatur, non obſtante mora, ſeù negligentia creditoris in exigendo, quoties non interuenit delegatio, ſeù datio in ſolutũ, ſed tantummodò mandatum ad exigendum, cap. 93. num.22. fol.10.

Intellige, niſi negligentia ſuerit magna, & culpoſa, vel ob litteras non proteſtatas, vel non exactas, vel ob non certioratam ſcribentem, qui rebus ſais conſalere poterat. ibid. n.24. & ſeqq. Vide Decoctio.

Cambij literas ſcribentis ſemoto damno ob non factam certiorationem, idem ſcribens nunquàm libeatnr, niſi licceris acceptatis, & completis per ſolationem, cap.93.nu.27. fol.11.

Cambij literas acceptans non eſt fideiuſſor, neque obligationi ſcribentis accedit, ſed dicitur propriè conſtitaens, actioque teuetur conſtuutoria ei, cuius fanore littcras acceptauit. cap.92.n.1. & ſeqq. fol.3.

Cambij literas acceptans non poteſt dici fideiuſſor, cum acceptatio fiat inter abſentes abſque ſtipulatione, ideòque non poteſt conaenire fideiuſſioni, qa æ non niſi inter præſentes fieri valet; cap.92. na.10. fol.4.

Cambij literas acceptans non poteſt allegare, quòd litteræ ſaerint conſcriptæ ſab ſpe futuræ numerationis, cap.92. nn.12. fol.4.

Idqae, etiam ſi exceptionem nomine ſcribentis proponere intendat. ibid. n.13.

Cambij in liceris maltò fortiùs non poteſt opponi exceptio non nameratæ pecuniæ, elapſo biennio, cap. 93. nu.10. fol.9.

Cambij literarũ debitor ſi in ſe onns aſſumat probandi pecunias, elapſo biennio, non fuiſſe ſibi ſolntas an admittendus ad huiuſmodi exceptionem opponendam, cap.93.nu.11. fol.9.

Cambij literarum acceptatio, quòd regulari debeat iuxtà naturam literarum acceptatarum, quomodò intelligendum, cap.92.n.22. fol.5.

Cambij litcrarum acceptatio non eſt noans contractus inter acceptantem, & creditorem, cui ſolutio eſt ſacienda, ſed potiùs eſt pars coatractus literarum cambij, cap.92.nu.26. fol.5.

Cambij liceras ſeribens Mercator tenetur eſſe ſollicitas, & inueſtigare, an creditor excgerit vel nc, & de ratione, cap.93.nu.18. fol.9.

Cæmbij literas ſcribentis decoctio, quoties fuit ſequta poſt earũdem literaram acceptationem, non remanet liberatus acceptans, cap.94. nnm.26. fol.17.

Cambij literas, quoties qnis acceptauit poſt ſcientiam decoctionis ſcribentis, tenetur illas ſoluere; cap.94.nu.27. fol.17.

Cambij literarum acceptatio non nocet, ſi à die, qno èmanarunt vſqne ad diem acceptationis, qui illas direxit, matauit ſtatum in deterius ob eias decoctionem, cap.94.n.21. fol.17.

Cambij literas acceptans, an ſoluere non teneatur, ſi adſit rumor, decoctioniſque ſcribentis imminentia, cap.94. n.25. fol.17.

Vltrà cambij literas ſolent Mercatores ſcribere literas valgò nũcupatas d'auuiſo, directas Correſponſalibus, à quibus certiorantur de proteſtate, vel acceptatione, cap.93.n.19. fol.10.

In cambij literis d'auuiſo iuxtà ſtylum Mercatorum nullum poteſt fieri ſandamentum, ſed ſolùm attendi debent literæ, vt vulgò ainnt di ſpaccio, cap.94.n.11. fol.15.

Idemque etiam procedit in literis d'auuiſo inter ſcribentem, ſeù mandantem, & mandatarium. ibid.

Cambij literarum creditor, ſiue mandatarius ad exigendum non tenetar remittere ſeribenti literas proteſtatas, ſemoto particulari ſtatuto, ſeù conſuetudine, prout viget Neapoli, & Ianua, cap. 93.n.15. fol.9.

Cambij literas acceptans ſuper proteſtu, illaſque ſoluens actione negotiorum geſtorum retinet obligatos ſcribentes, & ab altero ex eiſdem inſolidùm tamquàm ſocijs obligatis poteſt ſolntum repetere, cap.94.n.1.ſol.13. & nu.12. fol.15.

Cambij literaram acceptatio ſaper proteſtu, licèt nõ minuat obligationem ſoluendi, ex dicta tamen proteſtatione declaratur animus acceptantis ſe renalendi contra ſcribentem, & ab illos repetendi, c.94.n.2.ſol.14. & n.12. fol.15.

Cambij literarum acceptatio ſuper proteſtu nihil aliud ſignificàt, niſi, qaòd ſoluens voluerit habere obligatos ſcribentes, & mandantes; non autem tertiam in literis delegatum, cap.94.nu.15. fol.16.

Cambij literarum ex acceptatione ſacta ſaper proteſtu pro earumdem honore reſultat declaratio animi acceptantis ſe renalendi tàm contrà ſcribentem, qnàm contrà delegatum in literis. c.94. nu.16. fol.16.

Cambij literarum ex acceptatione facta ſuper proteſtu declaratur animus acceptantis, qnòd omninò fidem ſcribentis ſequi volnerit, cap.94. nn.12. fol.15.

Idque etiam, ſi in literis contineatur mandatum non ſolùm de ſoluendo, ſed etiam de adnotando ſolutum ad debitũ tertij, ibid.n.13.

Cambij literis redeuntibus poteſtatis reſaltat maxima verecundia, detrimentumque æſtimationis Mercatoris, c.94. n.14. fol.14.

Aduerſùs literas cambij etiam acceptatas ſuper proteſtu non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ vigore Pragm.5. Regni Neapol. de liter.camb. cap.92. n.28. fol.5.

Cambij literas acceptans ab adiecto præſentatas, ſi illas ſoluere promiſit, non poteſt ampliùs ſoluere ſcribenti, cum actio pro cambio ſit quæſita præſentanti, cap.92.nn.35. fol.6.

Cambij literas poſt acceptatas, res non dicitnr ampliùs integra, neqae poteſt ſcribens mandatum reuocare, cap.92.nu.30. fol.6.

Literarum cambij tranſmiſſio ad Nandinas, an poſſit iuſtificari per alias probationum, ſpecies, pre-

preſumptiones, & coniecturas, cap. 95. num 7. ſol. 20.

Literas non fuiſſe tranſmiſſas ad Nundinas probatur ex confeſſione perſonæ deputatæ ad illas tranſmittendas, c. 95. n. 15. ſol. 20.

Literis non tranſmiſſis cambia debentur, ſaltem loco damnorum, & intereſſe, cap. 95. nu. 26. ſol. 20.

Intellige, quãdo idemmet debitor, vti creditoris Mandatarius aſſumpſit in ſe onus exercendi pecunias ſuper cambijs; tunc enim huiuſmodi onere non impleto, tenebitur ad cambia, vtpotè damna, & intereſſe ob mandatum non impletum ibid. n. 17. ſol. 21.

Secus, quando idemmet creditor ex facultate ſibi à debitore tributa onus in ſe aſſumpſit cambiandi; hoc enim caſu eſt probanda realitas cambiorum per tranſmiſſionem literarum ad Nundinas, ibid. n. 18.

Alioquin ſolutiònes factæ ſortem extenuant. ibid.

Cambij in literis ſi dictum fuerit per altri tanti, vel per tanti cambiati con Noi, huiuſmodi formulæ non important numerationem pecuniæ, cap. 93. num. 4. ſol. 8.

Prædictæ formæ diſcrepant ab alijs per la valuta, vel per la valuta hauuta in contanti, probationem veræ numerationis præſeferentibus, ibid. num. 5.

Cambij in literis verbum per la valuta, in aliquorum ſententia non infert perneceſsè ad veram, realemque numerationem pecuniæ; ſed potiùs imaginariam, & præſumptam, cap. 93. numer. 6. ſol. 8.

Cambij in literis verbum, per la valuta hauuta in contanti, abſque dubio præſefert veram numerationem pecuniæ, cap. 93. n. 7. ſol. 8.

Cambij in literis formula verborum contenta, Ponete come ſi auuiſa, denotat, ſcribentem tunc temporis non eſſe creditorem Mercatoris, cui literæ ſcribebantur. c. 93. nu. 26. ſol. 11.

Cambij literæ ex quo non fuerint remiſſæ proteſtatæ ad ſcribentem, an reſultet concludens probatio nõ ſequtæ numerationis, c. 93. n. 14. ſol. 9.

Cambij literarum remiſſiones cum proteſtu, ſi fuerint omiſſæ, numquam ſors cambij amittitur. cap. 93. nu. 20. ſol. 10.

Quidquid ſit, quoties prætenditur in cambijs Nundinalibus ipſum lucrum cambij, necnon damna, & intereſſe. ibid.

Cambij literarum ad exequtionem Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum procedit, non numeratæ pecuniæ exceptione reiecta, c. 92. n. 14. ſol. 4. & n. 34. ſol. 6.

Cambij literæ remanere debent penes creditorem, qui pro literis habendis dedit pecunias, quouſque fuerit ſibi reſtituta pecunia ſoluta, cap. 93. nu. 16. ſol. 9.

Nam alioquin amitteret creditum, ſi literæ eſſent remittendæ ad ſcribentem, contrà quem creditor poſteà agere non poſſet, ibid.

Cambij literæ ſatis eſt, quod reddantur, quando agitur contrà ſcribentem, vt ille pecuniam reſtituat cap. 93. n. 17. ſol. 9.

Cambij literarum vigore agentem præſcriptio ſtatutaria non comprehendit, c. 93. n. 33. ſol. 12.

Cambij literas non comprehendit ſtatutum loquens de cambio, cum de eis, vtpotè priuilegiatis, debeat fieri in ſtatutis ſpecifica mentio, cap. 93. numer. 34. ſol. 12.

Campſor.

Campſorum in promiſſione propter præcipuam fidẽ, quam homines habent, quoties pro aliis ſe debitores conſtituunt, nulla exceptione iuuari debent cap. 92. n. 15. ſol. 4.

Canones.

Canonis pro conſequtione Domini directi cauſà potior eſt, & anterior aduerſùs quoſcumque alios creditores, c. 138. n. 1. ſol. 266.

Capitale.

Capitale ſaluum damnatur in ſocietate Officij, & in aliis contractibus per Bullam S.M. Sixti V. 45. in ordine c. 99. n. 12. ſol. 37.

Vide Animalia.

Capitalis aſſecuratio in fine ſocietatis. Vide ſocietas.

Capitalis reſtitutio in fine ſocietatis. Vide Socius.

Capitula.

Capitula interpretationem tribuunt Inſtrumento, c. 107. n. 57. ſol. 92.

Intellige, dummodò capitula cum inſtrumento non ſint incompatibilia, nam alioquin numquàm à capitulis receditur, etiamſi aliquid diuerſum contineant, quia cenſetur per errorem irrepſiſſe. ibid. n. 58.

Cappellania.

Cappellania, an ſi ſimplex, vel Sacerdotalis à verbis fundationis eſt definiendum, cap. 190. nu. 1. ſol. 492.

Cappellania dicitur Sacerdotalis, quando teſtator inſimul iunxit actum præſentationis cum qualitate Sacerdotis in Cappellanum, & cum onere celebrandi, c. 190. n. 2. ſol. 493.

Cappellania fortiùs præſumitur Sacerdotalis quando qualitas Sacerdotalis legitur pluries à fundatore requiſita. ibid. n. 4.

Cappellania non dicitur Sacerdotalis, quoties non fuit expreſſum, quòd Sacerdos per ſeipſum celebret, cap. 190. nu. 11. ſol. 493. & cap. 189. nu. 14. & ſeqq. ſol. 488.

Cappellania non dicitur Sacerdotalis, ſi fuerit adiectum onus ſimpliciter celebrandi, cum cenſeri debeat demonſtratiuè adiectum ad denotandam qualitatem oneris beneficio impreſſi, non autem taxatiuè ad eligendam Sacerdotis perſonam, cap. 190. n. 11. ſol. 493.

Vide Sacerdos.

Cappellania in fundatione, quando fuit appoſitum ſimplex onus miſſarum, per ſubſtitutum celebrari valent, c. 190. nu. 15. ſol. 494. & c. 189. n. 14. ſol. 488.

Secus ſi qualitas Sacerdotalis in præſentando requiratur, c. 190. n. 14. & ſeq. ſol 494.

Cappellania, quòd cenſeatur Sacerdotalis, donec exiſtat Sacerdos de Agnatione, adeò vt Sacerdos agnatus ſit præferendus Clerico pariter agnato, non exiſtente verò Sacerdote agnato, efficiatur ſimplex, nulla adeſt in Iure repugnantia, c. 190. nu. 18. ſol. 495

In Cappellania non eſt inſtituendus Sacerdotalem qualitatem à fundatore requiſitam non habens tempore præſentationis, quàmuis maiora patronorum ſuffragia obtinuerit. ibid. n. 24.

Cappellaniæ duæ vniformes exiſtentes in eadem Eccleſia, & ſub eodem tecto, vtpotè incompatibiles

biles obtineri non valent ab eadem perſona abſque Apoſtolica diſpenſatione, cap.190. n.35. fòl.496.

Cappellaniæ, an, & qnando dici valeant beneficia vniformia ſub eodem tecto. crp.190. n.38. & ſeqq. fol.496.

Cappellaniæ duæ ſimplices nullam actualem reſidentiam reqnirentes in eadem Eccleſia retineri poſſnnt abſqne Apoſtolica diſpenſatione, c.190.n.37. fol.497.

In Cappellanijs, licet ſnb eodem tecto exiſtentibns, quoties idemmet Cappellanus integrnm Miſſarum onns per ſeipſnm implere poteſt, tunc non adeſt incompatibilitas, vt idem Cappellanus vtramque obtineat abſqne Apoſtolica diſpenſatione, c.190. n.41. fol.497.

Cappellaniæ ad effectum incompatibilitatis vipotè exiſtentes in eadem Eccleſia, & ſnb eodem tecto, requiritur, vt vtraque reqnirat idem miniſterium, & exercitium in eodem loco, itaut Beneficiati, ſine Cappellani conuenire debeant in vnnm, eademque peragant mnnera, c.190. n.40. fol.497.

Secus, ſi eſſent plures Cappellaniæ in eadem Eccleſia ad dinerſos fines inſtitntæ, & ad ſeparatam Congregationem faciendam; tnnc enim nnlla adeſt incompatibilitas. ibid.

In Cappellanijs manualibns, licèt ſit licita amotio non eſt tamen permiſſa, ſi adſit malitia, vel odij præſnmptio, c.187. n.18. fol.184.

Vide Amotio.

Cappellania, qnòd perſonalem reſidentiam reqnirat, gratia expreſſa in falſa aſſertione, an ſit ſnbreptitia, c.189. n.2. fol.487. & n.12. fol.488.

Super Cappellania gratia reſeruationis penſionis, an dici debeat ſubreptitia ob falſam expreſſionem, qnòd perſonalem reſidentiam non reqnireret. c.189. n.10. & ſeqq. fol.488.

In Cappellania, quæ eſt ſimplex beneficium ſine cura, cnm reſidentia non ſit præciſa, ſed canſatiua, qnalitas reſidentiæ non eſt exprimēda. c.189. n.13. fol.488.

In Cappellania reſidentia in dubio præſnmitur cauſatiua, non antem præciſa. ibid. n.14.

Cappellania, quòd non reqnirat reſidentiam facta expreſſio, poteſt ſaluari ab obreptione, quoties poteſt intelligi de reſidentia præciſa, c.189. nu. 17. fol.489

Cardinalis.

Cardinalis in Sacris conſtitutns, poteſt retinere Feudum in ſtatu Eccleſiaſtico, c.191. num.33. fol.504.

Cardinalitij ſex Epiſcopatns, vtpotè annexi Cardinalatui cnm qualitate Anſianitatis non inducunt aliqnam incompatibilitatem, etiam cnm alio actnali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non compellunt ad reſidentiam. c.192. nn.5. fol.509.

Ideòque ſunt compatibiles cum Beneficijs, & Commendis, multòque magis cnm penſionibus. ibid. n.6.

Cardinalibus fuit conceſſnm indultum à S.M. Clemente IX. extendens facultatem teſtandi, etiã ad terminos locationum, dummodò fructus per condnctores fnerint percepti, & à ſolo ſeparati. c.124. n.11. fol.196.

De intelligentia einſdem indnlti. Vide Indultum.

Cardinalis, quòad translationem Penſionis. Vide Penſio

Caſtitas.

Caſtitatem Ius antiqnnm duodecim Tabularum, adeò coluit, vt pietatem omnem abiecerit, teſte Baldo, c.111. n.24. fol.118.

Caſtrum.

Caſtra donata præſumnntnr habita pro hæreditarijs, quoties per donatarinm fuernnt diſtracta nomine proprio in alinm ſtipulantem pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque c.107. n.44. fol.91.

Caſus.

In caſu claro non eſt licitum Iudici interpretari, c.194. n.40. fol.526.

Caſus habens eamdem rationem, qnam habebat ille conſideratns a Teſtatore, dicitnr ſnb diſpoſitione comprehenſus, c.190. n.54. fol 499. & c.194. n.142. fol.539.

Vide Diſpoſitio.

Caſns omiſſns, quòad non expreſſa remanet in diſpoſitione Inris communis, cap.174. nnm.19. fol.426.

Caſns à ſtatnto omiſſus remanere debet in diſpoſitione iuris communis. c.114. n.32. fol.141.

Idemque aſſerendnm in caſu à Conſtitntione omiſſo. c.166. n.9. fol.398.

Intellige, vt caſns à Statuto, vel Conſtitntione non valeat dici omiſſus, ſed potiùs nominatim expreſſus, qnoties, inſpectis verbis, veriſimilique mente ſtatuentinm, poteſt colligi de illo ſaltem in genere fuiſſe cogitatum, c.114. n.33. fol.141.

Caſns dici nequit omiſſus ex cnius euentu ita Teſtatoris voluntas elicitnr, quemadmodùm ex euentu caſns expreſſi. ibid. n.34.

Ad caſum, an, et qnando dici debeat culpa ordinata. Vide culpa.

Cataſtrum. vide Æſtimum.

Cauſa.

Cauſæ neceſſitatem ad inducendam attendi debet originale principinm, non autem cauſatiuum, c.194. n.13. fol.522.

Qnalitas voluntatis, vel neceſſitatis eſt metienda ab origine obligationis. ibid.

Vide Voluntarium, Origo.

Cauſa, & origo conſiderari debet in contractibns. c.137. n.37. fol.264.

Cauſa abſque huinſmodi concurſu actns non fuiſſet geſtns, ergo ex alijs cauſis non ſnbſtinetur, non ſubſiſtit ratiocinatio. c.194. n.38. fol.526

Cauſa vnins diſpoſitionis ſi ſint plnres, vna ceſſante, non ceſſat effectus, ſi aliæ maneant. cap. 111. n.53. fol.122.

Cauſa plures contractus in dubio cenſentur, & nõ vna tantùm. c.111.n.54. *fol.122.*

Cauſa, quoties ſuum iam produxit effectum conſumatum, & radicatum, parum refert, quòd poſteà deficiat; non enim propterea deficit effectus in eſſe productus. c.137.n.34. *fol.263,*

Cauſa, quoties non reſpicit tempus futurum, ſufficit, quòd tempore ſtipulationis adfuerit, neque, illa ceſſante, ceſſat effectus, cap.137.n.47. *fol.264.*

Cauſa poſita in verbis diſpoſitiuis videtur præ cæteris contemplata. c.183.n.13. *fol.468.*

Cauſa, ſignanter vnica in proemio expreſſa dicitur finalis, totamque reſpicit donationem, c.105.n.18.fol.65. & c.206.n.52. *fo209.*

Cauſa dici debet finalis, quoties cogit ad faciendũ, c.105.n.19. *fol.66.*

Vel, quoties eſt repetita in verbis diſpoſitiuis. ibid.n.20.

Cauſam finalem denotat, dictio Vt, *c.110.nu.2.* *fol.108.*

Maximè, quando apponitur in vim cauſæ aptæ producere ſuum cauſatum. ibid.

Cauſa donationis, quando ſit finalis. Verbo Donatio.

Cauſa finali donationis ceſſante, ceſſat etiam donatio contemplatione eiuſdem cauſa facta. cap.183.n.14. *fol.368.*

Vide Renunciatio.

Cauſis ex pluribus, ſi aliqua deficiat; non ideò reſoluitur actus, c.105.n.22. *fol.66.*

Cauſa, etiam impulſiua dici debet finalis pro donatione ſubſtinenda. c.110.n.26. *fol.112.*

Cauſa, licet ſuapte natura eſſet impulſiua, attamen, ſi ea ceſſante nihil prorſus actum fuiſſet, dici debet finalis. c.110.n.27. *fol.112.*

Cauſa excluſa, multò magis excludi debet cauſatum. c.194.n.115. *fol.536.*

Cautela.

Ad cautelam petita nocere non debent, & actum magis ſubſtinere intendunt, c.116.n.17. fol.150. & c.141.n.7. *fol.279.*

Ad cautelam reſeruatio aſſenſus. Vide Aſſenſus.

Cautio.

Cautio præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus operatur, vt creditores poſteriores cogi poſſint via executiua. cap.131. numer.3. *fol.233.*

Idque, etiam procedit fauore ceſſionarij. ibid. num.4.

Cautio præſtita de reſtituendo prioribus, & potioribus, & de concurrendo cum æqualibus facit extare pecuniam. c.138.0.10. *fol.267.*

Cautione prædicta ſtante creditor non poteſt præferri ratione pignoris, cum reuera non poſſit dici pignoris poſſeſſor. c.138.n.11. *fol.268.*

Cenſus.

Cenſus eſt quid diuerſum à re cenſui obnoxia, cum vendatur ſolùm ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa re omninò diſtinctum, ſeparatumque à Dominio, & poſſeſſione ipſius rei c.132.n.3. *fol.239*

Cenſum imponens non cenſetur vendere rem ipsã cenſitam. c.132.n.4. *fol.239.*

Ideòque ſtatutum loquens de venditione, non habet locum in impoſitione cenſus. ibid.n.5.

Cenſus dicitur ius; ideòque, data facultate cedendi omnia iura, poteſt etiam cedi ius cenſus. c.131.n.38. *fol.238.*

Cenſus reſeruatiuus dicitur, quando titulo emptionis transfertur aliqua res in alium, reſeruata annua præſtatione in perpetuùm ſoluenda. cap.149.nu.28. *fol.315.*

Cenſus reſeruatiui, quorum frequens erat vſus ante Bullam Pianam, *ſunt ex ſui natura irredimibiles, tàm ex parte creditoris, quàm debitoris. c.149.n.29.* *fol.315.*

Signanter ſtante dictione in perpetuùm. *ibid num 30.*

Cenſus conſignatiui ante Bullam Pianam *conſtituti, ſunt irredimibiles, accedente potiſſimùm dictione* in perpetuùm. *cap.149. numer.32.* *fol.315.*

In cenſibus futuris, non autem in præteritis Bulla Piana *inducit irredimibilitatem, c.149.n.33.* *fol.315.*

In cenſu pacta reſolutiua, attenta Conſtitutione Piana, *reprobantur. c.128. num.10.* *fol.210.*

In cenſu ſors eſt demortua, & ex parte creditoris omninò irrepetibilis; ideòque eò ipſo, quòd in libera creditoris facultate ſortis repetitio exiſtit, fructus ampliùs non currunt. c.128.n.9. *fol.220.*

Cenſus ſors principalis à debitore inuito ampliùs extorqueri non poteſt. c 131.n.25. *fol.236.*

Cenſus fructus ſunt principaliter debiti, tamquàm ſors. c.137.n.17. *fol.261.*

Cenſus intelligi debet impoſitus ſuper portione ad venditorem ſpectante. c.127.n.31. *fol.216.*

Cenſu impoſito ſuper re fideicommiſſaria, cenſetur impoſitus pro rata ratione detractionum competente. c.127.n.32. *fol.216.*

Amplia vt nu.34.

Cenſus ſi à ſocio fuerit impoſitus ſuper re communi, inſcio, & inuito altero ſocio, ſubſtinetur, dummodò illius portio tot fructus ferat, qui penſioni ſufficiant. c.127.n.33. *fol.216.*

Idq; etiam ſi bona fuerint deſignata cum confinibus toti, integræque rei conuenientibus, cum aſſertione ad ſe ſpectare, nam adhuc ad propriam portionem reſtringi debet. ibidem num.34.

Cenſus eſt licitus cum obligatione, vt penſio debeatur, etiam pro eo anno, quo res cenſui obnoxia nullos afferat fructus, uel in minori quantitate, quàm ad penſionis ſolutionem ſufficiat, dummodo pretium ſit iuſtum ad illud periculũ compenſandum. c.132. nu.13. *fol.240.*

Cenſus ab initio conſtitui poteſt cum cautione cedulæ Bancharia, etiam in caſu moræ in ſoluendis

Digitized by Google

I N D E X

dis fructibus. c.156.n.8. fol.346.

In cenſu promiſſio cedulæ Bancharię, vel pręſtandi fideiuſſorem, eueniente caſu moræ in ſoluendis fructibus, nullatenus aduerſatur Conſtitutioni Pianæ. c.156.n.10. fol.346.

Idque, etiam cautum reperitur Conſtitutione Piana edita anno 1570. ibid.

Reprobatur diſtinctio Cencii, & Duardi, an pactum concipiatur in perſonam, an verò appareat additum, vt promptior, & expeditior ſit exactio cenſus. ibid.n.11.

In cenſu, quando ſemoto ſpeciali pacto præſtandi, ſiue renouandi fideiuſſores, fuit ſimpliciter pręſtitus fideiuſſor demùm effectus non ſoluendo, tunc debitor cenſus fideiuſſorem magis idoneū præſtare non cogitur. cap.156.nu.12. & ſeqq. fol.346.

Secus aſſerendum in fideiuſſione Prætoria, & Iudiciali. ibid. nu.13.

In cenſu ex Conſtitutione Piana reprobantur omnia pacta, quæ quouis modo venditori cenſus grauamen, ſiue onus inijciunt. c.156.nu. 14. fol.346.

In cenſu pacta damnata in Conſtitutione Piana, quoties non ſunt contrà ſubſtantiam, vitiantur, & non vitiunt cenſum. cap.96. nu.6. fol.24.

In cenſu Conſtitutio Piana, quàmuis taxet intereſſe in certa ſumma decem pro centenario, adeòut contractus aliter geſtus fœneratitios eſſe decernat c.96. n.11. fol.24.

Nihilòminus, ſi in maiori ſumma fructus cēſus paciſcantur, non tamen vitiatur contractus in totum, ſed in exceſſu. ibid.n.7.& 11.

Intellige, dummodò creditor in totum Inſtrumento vſus non fuerit. ibid.n.12. fol.25.

Cenſus fructuum ſuper anticipata ſolutione pactū initum vitiatur; non autem vitiat contractū. c.96. n.13. fol.25.

Cenſus, attenta Conſtitutione Piana, non valet conſtitui ex pretio rei venditæ, neque ex credito, excepto dotali; ſed præcisè requiritur formalis pecuniæ numeratio, c.126. n.18. f.206. & n.39. fol.207.

Prout neque conſtitui valet ex pretio Animalium, vel mercium. c.230.n.3.& 5 fol.229.

Adeòut pro illius fructibus debitor conueniri non valeat, & fortaſsè ſoluti ſint in ſortem imputandi. c.230.n.3. fol.229.

Id tamen procedit in foro contentioſo, non autem interno, quo inſpecto, quando conſtat de realitate crediti, cenſus eſt validus. cap 126. nu.19. fol.206.

In cenſu Bulla Piana, requirens formalem pecuniæ numerationem potiſſimùm reſpexit ſuſpicionem fraudis, prout ex proœmio eiuſdem Bullæ ſumitur, ex quo colligitur finalis ratio Conſtitutionis. c.126 n.52. fol.209.

In cenſu fraus excluditur, quando liquidum & certum pręcedit debitum. cap.126. nu.53. fol.209.

Adeòut ſolùm excludantur illæ ſolutiones, quæ vim habent in ſola debitoris confeſſione, quæ poteſt eſſe ſimulata. c.126. n.54. fol.209.

Non autem illę, quæ non ſunt omninò fictæ: ſed reſpectu commodi creditoris ſunt veræ, licet contineant fictionem, quòad actum numerationis. ibid.

In cenſu Rota admittit ſolutionem per cedulam Bancharıam, quia habet vim ſolutionis, & remouetur ſuſpicio fraudis, licet re vera dici non valeat actualis pecuniæ numeratio. c.126. nu. 55. & 57. fol.209.

Potiſſimùm, quando ex diligentijs in Bancho adhibitis non conſtat, quòd pecunia non adeſſet, & non fuiſſet numerata, prout eſt neceſsè ad infringendum cenſum ex defectu pecuniæ numeratæ. ibid. n.56.

In cenſu admittuntur ſolutiones momentaneæ; quando, nempè, cenſus conſtituitur ex pretio rei venditæ, ſtatim emptori reſtituto. c.126. n.58.

Cenſus ex pretio rei venditæ conſtitui poteſt in Regno Neapolitano, ceſſante ſuſpicione fraudis, ſimulatæque ſolutionis. c.126. nn.47. & 49. fol.209.

Nam Bullam Pianam in Regno non eſſe receptam, reſpectu numerationis pecuniæ, ſed potiùs ſeruari Bullam Nicolai V. teſtantur nonnulli Doctores Regnicolæ. c.126.n.48 fol.209.

Contraria ſententia eſt verior, vt etiam in Regno reſpectu numerationis pecuniæ eadem Bulla Piana ſeruetur. c.130. n.6. fol.229.

Cenſus ex credito, inſpecto iure naturali, & communi rectè conſtituitur. c.126.n.20. fol.206.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Cenſus fructus ex pretio rei venditæ conſtituti, ſi non ciuiliter ob reſiſtentiam Bullæ Pianæ, ſaltem naturaliter ſunt debiti, vtpotè in foro interno ſubſiſtens. c.126. n.21. fol.206.

Ideòque ſaltem, poſt quàm eſt facta imputatio in ſortem, ceſſat indebiti repetitio, cum ad hunc effectum ſufficiat, fructus eſſe naturaliter debitos. ibid. n.22.

Cenſus debitor tenetur ad fructus, ſaltem vti damnu, & intereſſe, ſtante promiſſione eiuſdem, qui voluit teneri, etiam in caſu nullitatis cenſus ex defectu pecuniæ numeratæ. c.126.n.61 f.210. & c.136. n.22. fol.256.

Cenſus nullitatis in caſu obligatus tenetur ad fructus loco damnorum, & intereſſe ex quocumque capite nullitas proueniat. c.126. n.62. fol.210.

Reprobatur diſtinctio inter nullitatem cenſus ex defectu ſolius materiæ, & ex culpa debitoris tantùm, vel ex defectu formæ. ibidem num.62.

Damna, & intereſſe dici debent liquida ad rationem conuentam in Inſtrumento pro fructibus cenſus. ibid.n.63.

Cenſus debitorem onere, aut qualitate aliqua extrinſeca grauare non eſt in facultate creditoris, quò minus Iuris facultate in modo redimendi

cenſum vtatur. c.127. n.4. fol.212.

Cenſus Maioratui ſobnoxij in redemptione non poteſt ex internallo adijci onus; quòd, nempè, ſors redimenda certæ perſonę tradatur, vel pro inueſtimento faciendo deponatur, cap.127. nu.5. fol.212.

Cenſus legitimè dici debet extinctus cum hærede granato, non obſtante qualibet expreſſa prohibitione alienandi, vel inueſtiendi onere poſt conſtitutionem ipſius cenſus iniuncto. c.127. n.6. fol.213.

Idque, etiam ſi in redimente adſit indubitata ſcientia fideicommiſſi. ibid. n.7.

Cenſus rectè extinguitur cum donatario granato alteri reſtituere. c.127. n.8. fol.213.

Refellitur contraria ſententia requirens pro validitate redemptionis Iudicis auctoritatem. Ibid. n.8.

Cenſus in caſu extinctionis, inueſtimenti curæ nullo iure pertinet ad debitorē redimentem, qui de illo non debet eſſe ſollicitus: ſed potiùs ad adminiſtratorem fideicommiſſi, ſiue curatorem. cap. 127. n.10. fol.213.

Nam ſibi debet imputare ordinator fideicōmiſſi, ſeù Maioratus, cur minus fidelem adminiſtratorem ſuis præpoſuerit bonis. ibid. n.10.

Cenſum redimentis fauore debitoris de damno agitur euitando, ne ad iteratam teneatur ſolutionē, ideòque omnis benigna interpretatio pro eo eſt capienda. c.127. n.15. fol.214.

Cenſus donatio debitor, cui innotuit, debet ante redemptionem eiuſdem cenſus diligenter perquirere conditiones, & onera in eadem donatione appoſita, illorumque curare implementū pro liberatione conſequenda. c.127. n.17. f.214.

Intellige, vel quando in ipſomet implemento impoſitionis cenſus fuit ipſimet debitori adiectū onus. ibid. n.18.

Vel quoties, exiſtente forma, ſeù onere ex internallo præſcripto in redemptione cenſus, fuit debitor ante eamdem redemptionem ſpecificè monitus, & certioratus de eodem onere, eidemque facta Iudicialis inhibitio, ne ſolueret. ibid. n.19. fol.215.

Idque, etiam ſi debitor cenſum extinxerit ex Iudicis mandato, niſi id fideicommiſſario denūciauerit antequàm ſolueret. ibid. n.19.

Cenſus debitori pernecceſsè eſt facienda denunciatio, antequàm illum redimat, vt certò ſciat, poſſeſſorem fideicommiſſi, ſeù Maioratus carere mandato, & facultate liberum cenſus reluitionem faciendi. c.127. n.20. fol.215.

Cenſus poteſt legitimè extingui per debitorem, ſorte eiuſdem creditori liberè ſoluta, non obſtante pacto ex internallo adiecto ſuper depoſito in Æde publica faciendo, quoties ab eodem debitore ignoratur. c.127. n.3. fol.212.

Cenſus donationis ex ſcientia habita per debitorē non poteſt reſultare, neque dici probata ſcientia onerum in eadem donatione adiectorum ad effectum, de quo num. antecedenti. c.127 n.21. fol.215.

Præcipuè, quādo ex huiuſmodi ſcientia præſumptione præiudicium reiterandæ ſolutionis debitori ſoluenti contingeret. ibid. n.22.

Cenſus nullitatis præſumptio ſcientiæ non poteſt elici ex traditione Inſtrumenti eiuſdem cenſus ceſſionario facta. c.127. n.22. fol.215.

Cenſus dicitur legitimè extinctus per dationem in ſolutum alicuius rei, vel aſſignationem alteriùs cenſus, non ſecus, ac ſi actus retroſimilis reſtitutionis ſortis in pecunia numerata interceſſerit. c.128. n.1. fol.218. & n.6. fol.219.

Cenſus in extinctionem, cuius ſit retrouenditio, lex fingit, quòd debitor dans bona in ſolutum pretium recipiat, illudque breui manu creditori perſoluat. c.128. n.6. fol.219.

Cenſus ad extinctionem non eſt trahenda Conſtitutio Piana *in creatione cenſus pecuniam exigens numeratam, vtpotè exorbitans, quæ tamquàm caſus omiſſus ſub diſpoſitione Iuris communi remanere debet. c.128. n.2.* fol.218.

Traditur intellectus Bullæ Pianæ: *dum diſponit, illam ſeruandam eſſe, nedum in cenſu creando, verùm etiam in creato quouis tempore alienando. ibid. n.4.* fol.219.

Cenſu legitimè extincto, fructus ampliùs non debentur. c.127, nu.2. fol.212. & c.131. nu.25. fol.236.

Cenſus extinctio, & redemptio; licet ſit quadam emptio: eſt tamen diſtractus, in quo eadem ratio non viget. c.128. n.3. fol.218.

Cenſus extinctio ex quibus verbis inter creditorem, debitoremque cenſus reſultet. c.128. n.5. fol.219.

Cenſus ob extinctionem, extincta principali obligatione debitoris, extincta etiam remanet fideiuſſoris acceſſoria obligatio in eodem cenſu. cap. 128. n.7. fol.219.

Cenſus reuiuiſcentiam contrà principalem debitorem, licet pactum reſolutiuum operari poſſit, nihilòminus non procedit reſpectu fideiuſſoris ſemel liberati ob extinctionem cenſus legitimè factam. c.128. n.20. & ſeq. fol.221.

Cenſus in retrouenditione, ſi ſit appoſitum pactum reſolutiuum in caſu non impletæ conditionis, eodem demùm pacto eueniente, an cenſus reuiuiſcat in præiudicium fideiuſſoris liberati. c.128. nu.8. fol.219.

Cenſus pro fructibus fideiuſſor obligatus, illo reſoluto, non intelligitur ſe obligaſſe ad damna, & intereſſe. c.128. n.31. fol.222.

Cenſus ſemel legitimè extinctus non reuiuiſcit, pacti reſolutiui adhuc admiſſa validitate, ſed tantùmmodò poteſt creditor agere vtili actione pro recuperatione ſortis loco damnorum, & intereſſe. c.128. n.11. fol.220.

Cenſus reuiuiſcentiam operatur priorum iurium reſeruatio, quando illius extinctio contigit ob cōfuſionem iurium, & incompatibilitatem, vtpotè quando creditor cenſus fundi cenſiti Dominus efficitur. c.128. n.13. fol.220.

Secus, quando extinctio fit cum reali numeratione

tione pecuniæ, vel ſaltem à iure ſubintellecta; tunc enim cenſus ſemel extinctus ampliùs reuiuiſcere nequit. ibid. n.14.

Cenſus, quoad extinctionem regreſſus ad prima iura non operatur, licet ſit operatiuus reſpectu dationis in ſolutum. c.128. n.18. *fol.221.*

Nam ſub datione in ſolutum, duo contractus inter ſe diſtincti continentur, nempè datio in ſolutum, & cenſus retrouenditio. ibid. n.17.

Cenſus ob incompatibilitatem actionis, & paſſionis in eodem ſubiecto dici debet extinctus, neque ceſſio translatiua reportari valet ab emptore, vbi debitum ſoluitur de pecunijs debitoris. c.131. n.30. *fol.236*

Sed hoc caſu ceſſio translatiua, vtpotè incompatibilis, in ſimplicem reſoluitur quietantiam. ibid. n.31.

Cenſum translatiuè fuiſſe acquiſitum nō poteſt dubitari, ſtante ſpeciali pacto inito in Inſtrumento, vt ſolutiones fieri non valeant, niſi reportata ceſſione Iurium translatiua fauore emptoris cap.131. nu.23. *fol.236.*

Cenſu creato, quoties dotis creditum extinguitur, fructus non poſſunt dici debiti ex contractu dotis iam ſolutæ, ſed potiùs ex contractu cenſus. c.137. n.8. *fol.260.*

Vide Hypotheca Dos.

Cenſus, quòd ſit verus. & exigibilis, facta promiſſio, importat, quòd ſit legitimè creatus; adeòue illius debitor de iure remaneat efficaciter obligatus, neque vlla exceptione ſe tueri valeat, c.130. n.2. fol.228. & n 12. *fol.230.*

Idque, etiamſi cedens promiſerit defendere, & conſeruare indemnem ceſſionarium, quia ad veritatem nominis tenebatur. ibid. num.2. *fol.229.*

Prout vendens nomen debitoris tenetur illud ſaltem facere bonum de Iure, ideſt, quòd ſit obligatum. ibid.

Cenſus permutati nullitate probata dicitur commiſſa ſtipulatio permutantis, factuſque eſt locus exercitio pacti capiendi poſſeſſionem, propria auctoritate, rerum, quæ cum eodem cenſu fuerūt permutatæ. c.130. n.8. *fol.229.*

Cenſus creditori competens retractus, ſeù prælatio vigore Bullę Pianæ *in emptione rei cenſitæ priorem reſoluit contractum æquè, ac ſi initus non fuerit. c.164. n.4.* *fol.391.*

Cenſum Dominum in emptione rei cenſitæ præferendum non ſufficit aliundè habuiſſe ſcientiam venditionis rei cenſitæ; ſed omninò requiritur iudicialis Interpellatio pro forma in vim Bullę Pianæ. *c.164. n.8.* *fol.391.*

Cenſus fructuum, vtpotè indebitè ſolutorum repetitio. Vide indebitum.

Cenſus ceſſio. Vide Ceſſio.

Cenſus euictio. Vide Euictio.

In cenſum dotis creditum transfuſum. Vide Dos.

Cenſus, quòad ſolutionem collectarum. Vide Collecta.

Cenſus, quòad ſubingreſſionem. Vide Subingreſſio.

Ceſſio.

Ceſſa actione principali, cenſetur etiam ceſſum ius executiuum. c.131. n.2. fol.233. & c.145. n.5. *fol.295.*

Ceſſio ſimplex ſolutionis cauſa ad commodum cedentis in dubio potiùs eſt præſumenda, quàm datio in ſolutum. c.129. n.3. *fol.224.*

Ceſſio ſimplex non habetur locum ſolutionis, ſed ſolùm præſefert ſimplex mandatum ad exigendum à debitore ceſſo. c.145. n.16. *fol.297*

Adeò, ut non contingat liberatio debitoris cedentis ante factam ſolutionem. ibid.

Ceſſionis ſimplicis in caſu ſolutione non facta; ſemper ceſſionario competit regreſſus contrà cedentem. c.145. n.17. *fol.297.*

Ceſſio in dubio præſumitur ſimplex, neque præſumitur nouatio. c.145. n.18. *fol.297.*

Ceſſio dicitur ſimpliciter facta ad commodum cedentis, quoties in caſu inexigibilitatis ſe obligat de proprio ad fructus cenſus ceſſi. cap.129. nu.6. *fol.224.*

Ideòque non eſt loco ſolutionis, & periculum nominis ceſſi ſpectat ad cedentem. ibid. nu.7.

Præcipuè, quando fuit facta ſpecialis promiſſio exigibilitatis, quo caſu multò magis conſtat, cedentem, nonniſi facta ſolutione liberari, & manutenendus eſt ceſſionarius in iſta qualitate exigibilitatis. c.129. n.8. *fol.225*

Super ceſſione, ſiuè renunciatione vnius rei pactum initum, ad aliam non porrigitur. cap.150. nu.5. *fol.319.*

Ceſſio limitata limitatum producit effectum, ſolùmque capit expreſſa, & quæ non ſunt expreſſa, remanent in dominio cedentis. cap.150. nu.6. *fol.120.*

Ceſſio ex interuallo poſt peractam ſolutionem obtenta à creditore contra correos debendi eſt inefficax, cum per eamdem ſolutionem iam remanſerint liberati. c.152. n.1. *fol.327.*

Ceſſio eo tempore facta cenſetur, quod de facienda conuentum, actumque fuit, quoties ſolutio à correo eſt facta creditori; ea conditione adiecta, vt actiones contra alios correos cederentur, adeò ut eo tempore reſeruatæ cenſeantur actiones cedendæ. c.152. n.17. *fol.329.*

Idque, etiam ſi conuentio de actionibus cedendis fuerit facta antè ſolutionem. ibid.

Ad hunc effectum ſufficit ſignificatio contrariæ voluntatis, vt extincta actio creditoris nō remaneat contrà correos illius, qui ſoluit, ad hoc, vt etiam ex interuallo poſſint actiones cedi. ibid. n.18. *fol.330.*

Cedendi actiones correo, etiam poſt factam ſolutionem, nullaque præcedente proteſtatione, an Fiſcus habeat priuilegium. c.152. n.19. & ſeq. *fol.330.*

Sine ceſſione Fiſco ſoluens, an in eius Iura ſuccedat. c.152. n.20. & ſeq. *fol.330.*

Ceſ-

Digitized by Google

Ceſſio contra hæreditatem obtineri poteſt, etiam ex interuallo, quoties ab hærede beneficiato ſolutio eſt facta non ex pecunijs hæreditarijs; ſed ex proprio ære, tamquàm tertio. cap.152. nu.27. *fol.*330

Ceſſio, vbicumque ſuadet æquitas, & Epicheya, etiam ex interuallo, implorato Iudicis Officio, fieri poteſt. c.152.n.22. *fol.*330.

Cedere quis cogitur ſua iura, quando ei non nocet, & alteri prodeſt. c.152.n.25. *fol.*330.

Ceſſio ſuffragatur emptori, licet ſoluenti de pretio rei emptæ, quoties in limine contractus fuit ſpecificè conuentum de ceſſione à creditoribus reportanda. c.111.nu.41.fol.120. & nu.43. *fol.*121.

Idque, etiam ſi cum venditore non fuerit conuentum de ſubingrediendo in locum creditoris dimiſſi. ibid.n.42. *fol.*120.

Ceſſione ſtante, tertius ſubingreditur in locum creditoris anterioris c.111.n.44. *fol.*121.

Neque hoc caſu ſunt neceſſaria tria requiſita, gloſ.in l. Ariſto, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.

Ceſſio, licet importet dationem in ſolutum, adhuc eſt locus regreſſus contra cedentem, quoties tempore ceſſionis nomen debitoris ceſſum fuerit non ſoluendo, vel ſaltem impoſſibilis exactionis. c.129.n.10. *fol.*225.

Ceſſio cenſus, vel alterius nominis debitoris dicitur translatiua, non autem extinctiua, ſtantibus verbis ceſſit, & tranſtulit, &c. *c.131.n.7.* *fol.*234.

Præcipuè, quando verbum ceſſit *iungitur accuſatiuo, non autem datiuo. ibid.n.8.*

Ceſſio dicitur translatiua, ſtantibus verbis ponẽs, &c. conſtituens, &c. *c.131.n.9. & ſeq. vbi de ratione* *fol.*234.

Idque potiſſimùm procedit, quãdo cum clauſula ponens, &c. *eſt adiuncta clauſula* conſtituti. *ibid.n.11.*

Secus aſſerendum, quando ex alijs coniecturis ceſſionem extinctiuam ſuadentibus virtus prædictæ clauſulæ conſtituti, *ſublata remaneret. ibid.n.12.*

Ceſsione translatiua pro arguenda inſpici debet veriſimilis contrahentium voluntas, magis attendenda, quàm quæuis verborum formula. c.131.n.13. *fol.*134.

Ceſſio iurium non niſi translatiua reputatur, ſtante ſpeciali pacto inito in inſtrumento venditionis, quòd ſolutiones fieri non poſſint, niſi reportata ceſſione iuriũ translatiua fauore emptoris. cap.131. nu.23. *fol.*236.

Ceſſio translatiua dici debet, facta ceſſione ad fauorem fideiuſſoris, non ſolùm ſortis cenſus, ſed etiam penſionis, nam aliòquin reſpectu penſionis eſſet inutilis, ſi eadem ſors remaneret extincta. c.131.n.26. *fol.*236.

Ceſſio iurium futurorum, in ſpecie operatur effectum translatiuum, c.131.n.28. *fol.*236.

Ceſſionis translatiuæ ad effectum parum refert, an retrouenditio præcedat ceſſioni ſubſequenti. cap 131. n.29. *fol.*236.

Ceſſio translatiua cenſus reportari non valet ab emptore, vbi debitum ſoluitur de pecunijs debitoris, c.131.n.30. *fol.*236.

Sed hoc caſu ceſsio translatiua, vtpotè incompatibilis, in ſimplicem reſoluitur quietantiam. ibid. n.31.

Idque, etiam procedit, quando ceſsio cenſus fuit reportata ab hærede perſonam principalis debitoris repreſentante. ibid.n.32. *fol.*237.

Secus aſſerendum, quando fuit empta res nõ principalis debitoris cenſus, ſed fideiuſſorum, reportata per emptorem à creditore dimiſſo ex proprijs bonis fideiuſſorum ceſsione iurium translatiua primariò ad fauorem ipſius emptoris, & ſecundariò eorumdem fideiuſſorũ. ibid.nu.33.

Aſſertur ratio diſcriminis inter principalem debitorem, & fideiuſſorem. ibid.

Ceſsio diuerſos poteſt operari effectus reſpectu certarum perſonarum, emptoris, nempè cenſus, & fideiuſſoris; itaut quòad vnam perſonam liberationem induat, translationem verò quòad alteram. n.131.n.34. *fol.*237.

Ceſsionis pactum ſimultaneè actum inter creditorem, & tertium ſoluentem præualet ſolutioni, adeòut ſolutio debeat intelligi iuxta pactum, non actum pactum iuxta naturam ſolutionis. c.137.n.13. *fol.*261.

Contraria fortè procedere poſſunt, quoties poſt ſolutionem incontinenti fit ceſſio, ſecus, quando adeſt pactum antecedens de cedendo, depoſitum præcisè factum ſub ea lege, quòd cedatur, & demùm liberetur, & tandem ceſsio, & poſt illam pecuniæ liberatio. ibid.n.14.

Ceſſi nominis promiſſa exigibilitas trahi nõ debet ad perpetuitatem, ſed ſufficit, illud eſſe exigibile, tempore ceſſionis, & paulò poſt per aliquod temporis interuallum. c.129.nu.18. fol.225. & c.130. nu.20. *fol.*231

Contrarium, ſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus. c.129. n.25. *fol.*226

Intellige, quando nomen fuit ceſſum cum ſimplici promiſſione de faciendo illud verum, bonum, reſponſale, illudque tale eſſe tempore ceſſionis. c.129.n.19. *fol.*226

Secus, quando fuit ceſſum cum qualitate exigibilitatis, vlteriorisque obligationis de proprio in caſu contrario poſt factas diligentias; tunc n. illa qualitas perpetuò durat. ibid.nu.20.

Præcipuè, quando agitur de ceſſione annui redditus, cum ſpecifica promiſſione exigibilitatis, quo caſu tenetur cedens illud præſtare exigibile ſucceſſiuis temporibus. c.129. n.21.24 & 26. fol.226 & c.130.n.21.fol.231. & c.142.n.6. *fol.*285.

Ceſſio, quando fit annui redditus, cum promiſſione cedentis, quòd ſit ſoluendo, tunc idem eſt, ac ſi nouus redditus, nouaque obligatio in perſona ipſius cedentis conſtituatur. c.129. n.22.fol.226. & cap. 130. n.21. & 23. *fol.*231.

Expenditur inſignis locus Antonii Fabri *conſtituentis diſcrimen inter ceſſionem Iuris, quod ſemel tantùm tribui debet, & annui redditus, cuius tra-*

Digitized by Google

tradendi obligatio, ſingulis renaſcatur annis. c.109. n.23. fol.226. & c.130. n.21. fol.231.

Ceſſum nomen debitoris dicitur litibus inuolutum, ſtante concurſu creditorum. c.130. n.18. fol.231

Adeò ut ex hoc tantùmmodò dici debeat probata inexigibilitas nominis ceſſi, & ceſſionarius ab onere releuetur excuſſionis, quæ, formato concurſu, intelligitur facta. ibid.

Vide infra Ceſſionarius.

Cedendarum actionum exceptio. Vide Exceptio cedendarum.

Ceſſio quòad ſubingreſſionem. Vide Subingreſſio.

Cedens.

Cedens obligatus ſemper manutenere verum creditum ceſſum, tenetur continuò, & effectiuè illud verum præſtare. c.129. n.26. fol.226.

Cedens, quando, nedum promiſit exigibilitatem cēſus, ſed vlteriùs etiam ſe obligauit de euictione, promittens cenſum verum, dicitur commiſſa ſtipulatio, eodem cenſu quandocumq; euicto. c.129. nu.29. fol.227.

Neque in hoc caſu, dum intentatur actio pro euictione, eſt agendum de diligentijs. ibid. n.30.

Cedens cenſum nullum ex defectu pecuniæ numeratæ, tenetur ad reſtitutionem pretij, omneque id, quod ceſſionarij intereſt, cenſum fuiſſe validum. c.130. n.4. fol.229.

Cedens, quoties exigit nomen ceſſum, competit ceſſionario regreſſus contra ipſum cedentem. c.145. n.7. fol.296.

Cedens ex ceſſione iurium hæreditatis, dicitur eamdē hæreditatem adiuſſe. c.145. n.6. fol.296.

Cedens nomen debitoris, ſi ſe obliget ad ſolutionem, ſi debitor ceſsus non ſoluat, dicitur impleta conditio per ſolam moram, petitionemque, abſque aliqua excuſſione ſoluere debentis. cap.142. nu.1. fol.234.

Dicta conditio, ſi debitor non ſoluat, non reſpicit actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi, ſed purum ſolutionis actum. ibid.

Cedens, quando promiſit nomen debitoris ceſſi exigibile, non committitur ſtipulatio ob non factam ſolutionem debito tempore, ſed per excuſſionem, ac diligentias à ceſſionario adhibendas, etiam tempore elapſo. c.142. n.22. fol.284.

Cedens, quoties promiſit ſimpliciter exigibilitatem nominis ceſſi, non poteſt dici contra eumdem cedētem commiſſa ſtipulatio, niſi factis diligentijs contra debitorem ceſſum, & de ratione. c.142. n.8. fol.285.

Ceſſionarius.

Ceſſionarius repreſentat cedentem in omnibus iuribus, eiuſdemque perſonam induit, cap.145. nu.6. fol.245.

Ceſſionarius ſuccedit etiam in hypotheca, quæ cedenti tempore ceſſionis competebat. cap.145. nu.2. fol.295.

Idque, ſiue deducatur ex generali bonorum obligatione, ſiue ex ſpeciali. ibid. n.3.

In ceſſionarium tranſit effectus obligationis Cameralis. c.131. n.1. fol.233. & c.145. n.4. fol.295.

Ceſſionarius à ſententia graduatoria, formatoque concurſu ſuper nomine ceſſo appellare non tenetur, ſed hoc onus cedenti incumbit, cui fuerunt denunciatæ moleſtiæ, qui ſibi imputare debet, ſi ceſſionarium defendere neglexerit. cap.130. n.19. fol.231.

Ceſſionarius, ad hoc, vt habeat regreſſum contra cedentem, probare debet exactiſſimas feciſſe diligētias in exigendo contra debitorem ceſſum. c.151. nu.1. fol.322.

Idque, etiam in caſu, quòd ſit promiſſa exigibilitas. ibid.

Vel nomen debitoris ſit duræ exactionis. ibid.

Vel ſit renunciatum beneficio excuſſionis. ibid.

Vel quòd interuenerit iuramentum. ibid.

Refertur dictum Alphi Fæneratoris dicere ſolentis, vt bona nomina non compellendo, mala fiant. ibid.

Ceſſionarius tenetur adhibere diligentias in exactione nominis ceſſi, etiamſi in ceſſione fuerit adiectū pactum à cedente de ſupplendo, ac reficiendo debitum in omnem controuerſiam impedimenti, ceſſationiſq; à ſolutione. c.151. n.16. fol.234.

Ceſſionarius tenetur facere diligentias, ſingulis aduenientibus temporibus, quibus dies cedit ſolutionis. c.151. n.2. fol.223.

Imò obtinenda Iudicis declaratio, quòd debitor ceſſus fuerit excuſſus, & non ſoluendo repertus. ibid. n.3.

Neque ſufficiunt diligentiæ vſque ad ſententiā, imò neque vſque ad excuſſionem, niſi ſuper eadem excuſſione feratur interloquutoria. ibid.

Ceſſionarius debet denunciare diligentias cedenti, quatenus videat eumdem ceſſionarium ſatisfactionem conſequi non poſſe. cap.151. numer.4. fol.323.

Ad Ceſſionarium pertinet periculum nominis ceſſi, illiuſque deterioratio ob diligentias in exigendo non adhibitas, ſi, inſpecto ceſſionis tempore, nomen ceſſum erat idoneum. c.151. n.6. fol.323.

Secus aſſerendum, quando conſtat, nomen debitoris ceſſum ab initio tempore ceſſionis, fuiſſe omninò inexigibile. ibid. n.7.

A ceſſionario cedentis denunciatio faciēda, an ſit neceſſaria, quando non agitur de euictione, ſed potiùs de regreſſu ceſſionarij contra cedentem in caſu inexigibilitatis nominis ceſſi. c.151. n.13. fol.324.

Ceſſionarius non tenetur denunciare moleſtias cedenti, quoties ius ceſſum ex propria natura deficit. c.151. nu.14. fol.324.

Ceſſionarius cenſus, an poſsit allegare nullitatem eiuſdem cenſus, atque inexigibilitatē de iure, ſtante inſtrumento eidem ceſſionario tradito, ex cuius lectura nullitatis vitium erat patens. c.130. nu.9. fol.229.

Inter duos ceſsionarios eiuſdem crediti eſt locus concurſui, non attento tempore, cui priùs, vel poſteriùs fuerit facta ceſsio. cap.138. numer.6. fol.167.

Ceſſionarius quòad ſubingreſſionem. Vide Subingreſſio.

Circuitus.

Circuitus inutiles euitandi, præcipuè in Supremis Tribunalibus. c.152. n.26. fol.330.

Citatio.

Citationis deficientis negatiua probatur ex inſpectione proceſſus. c.141. n.9. fol.279.

Intellige, ſi proceſſus probetur integer, ſecus ſi appareat defectuoſus. ibid. n.10.

Citationis defectus, præſertim in Supremis Tribunalibus non attenditur, quoties certum eſt, citando defenſionem non competere. cap.94. num.10. fol.15.

Citatio ſuper præfixione termini præſumitur adfuiſſe ex proteſtatione ex aduerſo emiſſa, quòd præfixioni

Digitized by Google

xioni locus non eſſet, c.145.n.12. fol.279.

Citatio obſcura, & æquiuoca in mora non conſtituit, c.118 n.10. fol.159.

Citatio teſtium requiritur, aliâs examen eſt nullum. c.139.n.11. fol.270.

Citationi per edictum, ſeù proclama tantùmmodò eſt locus, quoties perſona citanda eſt incerta. cap. 139.n.7. fol.270.

Per citationem ad ſententiam cum affixione ad valuas non poteſt procedi contra præſentem, qui perſonaliter citari debebat.c.139.n.5. fol 270.

Signanter, non adhibitis neceſſarijs diligentijs de reperiendo. ibid.n.6.

Citatione ſub vnica ad ſoluendum non poteſt contra debitorem relaxari mandatum, quoties in Inſtrumento non legitur clauſula conſenſit relaxationi mandati vnica citatione, ſed omninò requiritur citatio ad videndum extendi formam obligationis Cameralis, nec non alia ſubſequens ad videndum decerni mandatum. c.153. n.3. fol.332.

Citatio exequta contra aliquem, vti hæredem tertij non obligati, non ſuffragatur, licet citatus fuerit aliòquin hæres obligati. c.118. n.8. fol.159.

Citationis cohæredum ob defectum, an, & quando mandatum exequtiuum corruat. cap.94. n.5. & ſeqq. fol.14.

Vide Hæredes, Cohæredes.

Clarigatio.

Clarigationes fuerunt nuncupatæ Repræſaliæ. c.180 n.2. fol.488.

Clauis.

Clauium traditio, quæ pars rei dicuntur, transfert dominium rei venditæ. c.134. n.1. fol.245,

Claues præſumuntur retentæ iure proprio, non autem iure familiaritatis, & amicitiæ. c.181. nu.6. fol.416.

Claues cancelli vici vicinalis, an, & quando præſumantur traditæ à vicino alteri vicino, iure amicitiæ, & familiaritatis. c.181. n.6. fol.416.

Clauium cancelli ex retentione probatur poſſeſſio itineris per vicum vicinalem. cap.181. num.4. fol.416.

Clauſulæ diuerſæ.

Clauſula generalis non operatur reſpectu eorum, in quibus ſpecialiter fuit prouiſum. cap.190.n.47. fol.498.

Clauſula conſtituti in Inſtrumento adiecta in caſu reſtitutionis dotis transfert dominium, poſſeſſionemque veram, ciuilem, & naturalem bonorum viri in vxorem. c.116.n.23. fol.151.

Clauſula conſtituti in inſtrumento falſo adiecta, vtpotè illius acceſſoria nihil operatur, neque aliquam poſſeſſionem transfert, cap.141. num.35. fol.282.

Clauſula non aliàs, non inducit conditionem, ſed tantùmmodò enixam denotat voluntatem, quòd adimpleatur, non autem, quòd reſoluatur. c.106. nu.28. fol.66.

Clauſula non aliàs, aliter, nec alio modo inducit pactum reſolutiuum. c.157. n.12. fol.351.

Clauſula non aliàs interpretationem recipit à ſubiecta materia. c.106. n.29. fol.66.

Clauſula ad habendum, &c. ponens, &c. quid operetur in donatione contemplatione matrimonij. c.106. n.57. fol.82.

Clauſula cum libera, & plena poteſtate, non egreditur fines expreſſos in quocumque actu, neque vltrà extenditur. c.102. n.11. fol.52.

Clauſula modo, quo ſupra, inducit repetitionem præcedentium in ſequentibus, cum omnibus ſuis qualitatibus. c.124. n.22. fol.197.

Clauſula modo, quo ſupra, repetit quidem præcedentia; ſed iuxtà congruitatem materiæ. c.124. nu.26. fol.197.

Clauſula ponens, &c. conſtituens, &c. quid operetur in ceſſione. c.131. n.9. fol.234.

Clauſula pro expreſſis, etiamſi ſpecialis, & indiuidua mentio requiratur, æquipollet clauſulæ, quorum tenores habentis vim indiuidualis expreſſionis, & derogationis. c.170. n.15. fol.414.

Clauſulæ omni meliori modo æquipollet Iuramentum. c.110.n.21. fol.298.

Clauſula, quòd pactum cenſeatur repetitum in qualibet parte Inſtrumenti, quid operetur. cap.145. nu.22, fol.298.

Clauſula, quorũ tenores habet vim indiuidualis expreſſionis. c.170.n.15. fol.414.

Clauſula releuans operatur, vt mandatum non reuocetur per mortem conſtituentis. c.141. nu.26. fol.281.

Sub clauſula pro ſe cæterata expreſſio eius, quod tacitè ineſt, potiſſimùm maſculinitatis, vel filiorum naſciturorum, non diuerſificat eiuſdem clauſulæ naturam, neque illius vim, & effectum alterat. cap 106. n.39. fol.79.

Clauſula pro ſuis cæterata intelligi debet pro hæredibus etiam extraneis in materia ad quoſcumque tranſitoria. c.106.n.38. fol.79.

Clauſula prædicta cæterata in eodem contractu appoſita, eodem modo debet intelligi, ne detur contradictio in eadem diſpoſitione, & periodo. cap. 106.n.38, fol.79.

Clauſula cæterata pro ſe, & filiis naſcituris non poteſt extendi pro maſculis, & fœminis. c.106.n.41. fol.80.

Clauſula ſaluo iure melioris calculi, an poſſit ſaluare exceſſum in mandato, ſiue exequtione. c.103. n.21. & ſeq. fol.58.

Clauſula ſaluis tamen, & reſeruatis; eſt omninò aduerſatiua, & modificatiua præcedentis diſpoſitionis facta abſque aliqua detractione. c.107. nu.36 fol.90.

Clauſula ſaluo Iure addendi in Inuentario appoſita, quid operetur. c.154.n.23. fol.340.

Clauſula ſine præiudicio Iuris tertii medio tempore quæſiti, eſt ſubintelligenda in gratijs Principis, cui nunquàm cenſetur derogatum. cap.111.n.13. fol.117.

Idque etiam procedit in terminis Apoſtolicæ confirmationis, ac reualidationis actus ab initio nulli ob legis reſiſtentiam. ibid.n.4.

Clauſula ſine tertii præiudicio, etiam non expreſſa, tacitè intelligi debet in qualibet Principis conceſſione. c.174. n.17. fol.426.

Adeònt appoſitio dictæ clauſulæ ſit ſuperflua. ibid.n.18.

Clauſula ſi quid exequendum non vulnerat viam exequtiuam, ſed potiùs illam præſeruat. c.153. nu.13. fol.334

Clauſula appoſita in Commiſſione, quòd procedatur ad exequtionem obligationis Cameralis quatenus de Iure non ſanat vulnus illatum eidem obligationi per ſententiam. c.153. n.14. fol.334.

Clauſula verſa vice non inducit correſpectiuitatem, quoties diuerſarum cauſarum adeſt expreſſio. cap.105.

I N D E X

cap.105. nu.40. *fol.68.*

Clericus.

Clericus per aſſumptionem militiæ ſæcularis deſinit eſſe miles Chriſti. c.191. n.28. *fol.504*

Clericus, qui militiam exercuit pro patriæ defenſione in bello iuſto, reaſſumendo habitum clericalem, an gaudeat priuilegio fori. c.191. n.34. *fol.505.*

Clericus non tenetur vitam celibem agere; ſed pro eius arbitrio clericatui valet renunciare, & vxorem ducere abſque Apoſtolica diſpenſatione. c.194. n.96. *fol.533.*

Clericorum appellatione veniunt Regulares. cap. 170. n.8. *fol.413.*

Clericus quòad feudi ſucceſſionem, habitu dimiſſo. Vide Feudum.

Clericus, quòad Paſcua. Vide Paſcua.

Clericus, quòad Penſiones. Vide Penſio.

Collatio.

Collatio non datur in aduentitijs. cap.136. nu.16. *fol.255.*

Collecta.

Collectarum ad ſolutionem, inſpecto iure communi, non tenetur emptor cenſus: ſed potiùs venditor rem cenſitam poſſidens c.132. n.1. *fol.239.*

Collectarum ad onus tenetur venditor cenſus, etiã in terminis Bullæ Pianæ *in ſententia* Gibellini, & Leotardi. *c.132. n.6.* *fol.239.*

Collectæ impoſitæ per Vniuerſitatem ſuper cenſibus relatis in æſtimum in aliquorum ſententia ſpectant ad emptorem cenſus, non autem ad venditorem, & de ratione. c.132. n.7. *fol.239.*

Collecta, ſeù onera, quæ directè indicuntur ipſis cenſibus, non poſſunt ex poſt facto in venditorem reijci in aliquorum ſententia. cap.132. n.8 *fol.239.*

Intellige, quando fructus cenſus reperiuntur conuenti ad rationem decem pro centenario, ſecus ad minorem rationem. ibid. n.9. *fol.240.*

Præcipuè hoc ſpecificè expreſſo in contractu, quòd intuitu huius oneris cenſus in minori redditu imponatur, quàm à Bulla Piana *taxetur. ibid. n.9.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid. n 10. & nu.13. *fol.241.*

A Collectis, ſiue Gabellis emere cenſum immunem non eſt prohibitum emptori. cap.132. num.11. *fol.240.*

Colleggium.

Collegia, ſiue Congregationes inſtituta ſine Superioris aſſenſu ſunt omninò nulla, vtpotè improbata tàm à Iure ciuili, quàm canonico. cap. 183. n.1. *fol.467*

Collegia omnia regulariter ſunt interdicta. cap. 183. n.2. *fol.467.*

Niſi tamen ſint erecta cauſa Pietatis, & Religionis; quo caſu Superioris auctoritas, ſeù conſenſus non requiritur. ibid. n.3.

Contrarium verius, quòd huiuſmodi Collegia, etiam Pietatis, Religioniſque cauſa inſtituta non ſubſiſtant, niſi priùs à legitimo Superiore eius inſtituta approbentur. cap.183. num.7. *fol.468.*

Collegium, ſeù Congregatio an ſint licita, concurrente aliqua iuſta cauſa, quæ ad bonum, licitumque finem tendat. c.183. n.4. *fol.467.*

Collegia, ſiue Congregationes, aut cætus hominum non poſſunt erigi, quàmuis ob bonum finem, niſi, accedente auctoritate Principis, aut Ordinarij loci, vbi fuerant erecta. cap.183. num.8. *fol.468.*

Signanter attenta Conſtitutione S.M. Clementis VIII. 115. in Bullario nouo tom.3. *decernente, vt huiuſmodi Collegia, Confraternitates, & Congregationes non poſſint erigi, niſi accedente Ordinarij conſenſu. ibid. n.10.*

Collegia Artificum, & Fabrorum ſubſtinentur, earumque ſtatuta valent quòad reſpicientia artem, c.183. n.6 fol.467. & n.9. *fol.468.*

A Collegijs Artificum ſtatuta condita, ad hoc vt obligent, requiritur Superioris confirmatio. c.183. n.9. *fol.468.*

Collegio non approbato, vel illicito diſſoluto, vnuſquiſque recuperat bona in eo collata. cap. 183. n.18. *fol.469.*

Collegio diſſoluto, bona, quæ non ſunt ſingulorum; ſed Colleggij, remanere debent apud Superiorẽ. c.183. n.19. *fol.469.*

Collegio diſſoluto, vnicuiq; cõpetit pro rata rerũ, quemque tangente Iuſpatronatus, prout in reliquis bonis. c.183. n.23. *fol.470.*

Collegio diſſoluto, bona Eccleſiæ adiacentia empta ex pretio communi illorum, à quibus Collegium fuit conſtitutum, ſpectante ad ſingulos pro rata, vel ad eorum hæredes. ibid. n.24.

Collegio diſſoluto, bona elargita fauore eiuſdem Collegij remanere debent apud Summum Pontificem. c.183. n.25. *fol.470.*

A Collegio actus reijciendi aliquem ſine cauſa, cum ſit voluntarius, non eſt exercibilis, aliquibus de colleggio reluctantibus. cap.187. nu.19. *fol.484.*

Vide Amotio.

Compenſatio.

Compenſationem excipiens debitum fateri videtur. c.155. n.1. *fol.341.*

Compenſatio non fit ipſo iure, ſed requirit oppoſitionem partis. c.146. n.1. fol.300. & nu.21. *fol.304.*

Sed poſt quàm eſt oppoſita, fit ipſo Iure abſq; aliqua exequutione. c.146. n.2. *fol.300.*

Compenſatio non ſolùm poteſt opponi expreſsè; ſed etiam tacitè, & virtualiter proponendo factum, ex quo ipſa compenſationis exceptio reſultat. c.146. n.3. *fol.300.*

Compenſatio non fit ipſo Iure ad damnum euitandum. c.147. n.22. *fol.304.*

Præcipuè in detrimentum tertij creditoris anterioris, cuius præiudicium comparatiuè ad damnum debitoris compenſare volentis potentius eſt, & prælatiuè attenditur ad impediendam compenſationem. ibid. n.23.

INDEX

Compenſatio, quoties non agitur de inhibendo curſu vſurarum, vel pęna euitanda, non inducitur, niſi parte opponente. c. 141. n. 17 fol. 280 & c. 146. n. 5. fol. 300.

Idque procedit, etiam in vſuris fauorabilibus, & licitis, vti dotalibus, & ſimilibus. cap. 146 n 6. fol. 300.

Amplia, non obſtante iuramento. c. 146. n. 16 fol. 301.

Compenſatio opponitur ipſo Iure aduersùs cambia. c. 146. n. 7. fol 300.

Compenſatio ceſſat, ſublato debito, cum perneceſsè debitum hinc indè præſupponat. c. 119. nu. 53. fol. 173.

Compenſatio non eſt admittenda, vbi non admittitur ſolutio. c. 147. n. 6. fol. 303.

Compenſatio non poteſt admitti pro debito iam extincto. ibid.

Compenſatio non admittitur cum credito particulari, & proprio ad debitum ſociale, quia ſocietas eſt quid diuerſum à ſocijs in particulari, & non eſt locus compenſationi inter debitum diuerſarum perſonarum. c. 119. n. 52. fol. 173.

Compenſatio nnn vindicat ſibi locum in credito proprio cum debito alieno. cap. 146. num 12. fol. 301.

Compenſatio non datur in diuerſis negotiationibus, licet ab eodem homine peractis. cap. 119. n. 50. fol. 172.

Niſi tamen negotiationes eſſent inter ſe connexæ, & correſpectiuę: tunc enim non eſt dicenda compenſatio, ſed potiùs quidem calculus dati, & accepti, ſeù contrapoſitio circa idem negotium. c. 119. n. 51. fol. 173.

Compenſationis exceptio reſultat ex contrapoſitione partitarum. c. 147. n. 19. fol. 304.

Compenſatio quędam dici debet computorum ſolidatio. c. 145. n. 8. fol. 296.

Ex compenſatione crediti non oppoſita per debitorem, oritur vehemens præſumptio, vel negatiuæ crediti, vel præſumptæ ſolutionis. c. 141. n. 13. & ſeq. fol. 279.

Compenſatione non oppoſita, ſoluens non probibetur petere, quod ſibi debetur. c. 141. n. 15. fol. 280. & c 155. n. 11. fol. 342.

Quinimò competit indebiti conditio ad repetendum ſolutum. c. 155. n. 13. fol. 343.

Intellige, vt quàmuis ſoluens, non oppoſita compenſatione, valeat petere, quod ſibi debetur; nihilòminus concluſio non procedat, quoties concurrunt urgentes coniecturæ ſolutionem ſuadentes. c. 155. n. 13. fol. 343.

Compenſatione non oppoſita, ſolutionis præſumptio reſultat. c. 155. n. 9. fol. 342.

Compenſatio vim habet verę ſolutionis c. 145. n. 9. fol. 296. & c. 147. n. 8. fol. 303.

Compenſatio eſt ficta ſolutio. c. 146. n. 11 fol. 301.

Ex compenſatione ficta ſolutio reſultans fuit inducta ex quadam æquitate. c. 147. n. 11 fol. 303

Compenſatio habet vim ſolutionis iam factæ. cap. 145. n. 10. fol. 296.

Compenſare cogitur hæres cum credito proprio debitum hæreditarium. c. 146. n: 8. fol. 300.

Reprobatur contraria ſententia, quæ ſolùm procedere poteſt in hærede beneficiato, non autem in non beneficiato. ibid. nu. 9. & ſeq.

Compenſatio opponi non valet, ſtante obligatione Camerali, vel Iuramento. c. 146. n. 13 fol. 301 & c. 147. n. 2. fol. 302.

Præcipuè, quando debitum iuratum eſt poſteriùs, & debitum compenſandum oppoſitum eſt anterius. c. 146. n. 14. fol. 301.

Id tamen non procedit, quando vtrumque debitum eſt pariter obligatione Camerali munitum: tunc enim inter ſe priuilegia conquaſſantur. ibid. nu 15.

Compenſatio non vindicat ſibi locum in præiudicium creditoris anterioris. c. 147. n. 4. fol. 302.

Reprobatur contraria ſententia ibid. n. 15 & ſeqq. fol. 303.

Compenſationis inducendæ ad effectum in præiudicium creditoris anterioris, oportet, quòd illa à creditore fuerit clarè, apertèque oppoſita, antequàm creditor anterior ageret. c. 147. nu. 20. fol. 304.

Compenſandi facultas à Iure creditori tributa procedit dumtaxat inter creditorem, & debitorē; ſecus in præiudicium tertij. c. 147. n. 5 fol. 303 & n. 16. fol. 304

Compenſatio contra patrimonium debitoris decocti non eſt admittenda, & de ratione. cap 147. n. 17. fol. 304.

Computum.

Computorum ſolidatio, quædam compenſatio dici debet. c. 145. n. 8. fol. 296.

Computorum ſolidatio, an, & quando nouationem inducat. Verbo Nouatio.

Commercium.

Commercium impediri non debet. c. 106. n. 54. & ſeq. fol. 81.

Commercio ob peſtem, vel bellum probibito, perempta dicitur ſubſtantia Vectigalium locatorum. c. 120 n. 18. fol. 180.

Commiſſum.

In commiſſum non incidunt merces, pro quibus fuit ſolutum Vectigal ob alias merces non expeditas, ſed ſaluæ Domino reſtituuntur. c. 197. n 29. fol. 29.

Condemnandus.

Condemnandus de proximo habetur pro condemnato c. 104. n. 13. & 16. fol. 61.

Conditio.

Conditio in quo differat à modo. Verbo Modus.

Conditionis melioris oblatio in pactum deducta, an, & quando reſoluat venditionem. c. 123. n. 1. & ſeqq. fol. 191. & ſeqq.

Conditio illius eſt perquirenda, qui cum alio contrahit. c. 127. nu. 23. fol. 215.

Intellige, quòad conditionem hominis, non autem rerum. ibid. nu. 24.

Conditio reſultat, quoties ad aliquem futurum euentū ſuſpenditur diſpoſitio. c. 191. n. 49. f. 506

Con-

I N D E X

Conditionem importat dictio poſtquàm. *c.*191. *nu.*48. *fol.*506.

*Conditio, quæ tacitè ineſt, non operatur tantùm, quantùm ſi exprimatur. c.*101. *n.*22. *fol.*48.

Conditio expreſſa magis operatur, quàm tacita ad impediendam obligationis natiuitatem. cap. 101. *n.*23. *fol.*48.

Conditionem præſeferunt verba conferentia aliquam facultatem in certum futurum euentum. c. 101. *n.*1. *fol.*46.

Accedente potiſſimùm dictione, quando. *ibid. n.*2.

*Conditio ſuper facto præterito attenditur, ſi impoſſibilis erat notitia purificationis conditionis, tempore promiſſionis. c.*94. *n.*23. *fol.*17.

*Conditionem poteſtatiuam, hærede negligēte adimplere, poteſt à Iudice præfigi terminus. cap.*141 *n.*6. *fol.*279.

Conditio habetur pro impleta, quoties implementum conditionis pendet à voluntate promittentis, ſi per eum ſtat, quò minus impleatur, cap. 141. *nu.*4. *fol.*278.

Sub conditione debitor. Vide Debitor.

*Conditionis reſolutiuæ ea eſt natura, vt in aliquem determinatum euentum actum reſoluat, adeòut, quantum ad effectum, iuriſque diſpoſitionem, reddat actum in ſuſpenſo reſpectu reſolutionis, attendique debeat futurus euentus. c.*119. *n.*62, *fol.*176.

*Conditionalis, an, & quando ſit venditio. c.*123. *n.*7. *& ſeqq. fol.*192. *& n.*15. *fol.*193.

*Conditio, quando dicatur reſpicere diſceſſum à contractu, illumque habere pro perfecto. oap.*123. *n.*16. *fol.*193.

Conditio purificandi fideicommiſſi indubitanter infrà breue tempus, quamuis incertum extitura, quòad Iuris effectum habenda eſt pro pura. cap. 104. *n.*7. *fol.*60.

*Conditio, ſi debitor non ſoluat adiecta in ceſſione nominis eiuſdem debitoris non reſpicit actionem, potentiam, facultatemque ſoluendi, ſed purum ſolutionis actum. c.*142. *n.*1. *fol.*284.

*Conditionis natura, licet ſit actum ſuſpendere in futurū; nihilòminus conditio de præſenti vera exiſtēs non ſuſpendit actū, etiāſi contrahentes ignorent, conditionem adeſſe. c.*134. *n.*11. *fol.*247.

*Conditio concepta in numero ſingulari, vt putà, ſi ſine filio deceſſerit, verificatur in plurali, ſi mors euenit, pluribus relictis filijs. c.*119. *n.*44 *fol.*172.

Conditio adiecta à Teſtatore nubendi cum certo perſonarum genere, an ſit nulla, vel potiùs valida, eſt anceps quæſtio inter Interpretes. *c.*194. *n.*118. *fol.*536.

*Affertur ſententia affirmans, eſſe reijciendā, vtpotè matrimonij libertatē impedientem. ibid. n.*119

*Adducitur alia diſtinguēs, quòd, licet metu pœnæ non poſſit quis compelli ad matrimonium cōtrahendum cum certo perſonarū genere, valeat tamen ſpe lucri ad illud allici. ib. n.*120. *f.*357.

*Traditur alia ſubdiſtinguens improbās huiuſmodi conditionem, quoties agitur de amiſſione magni lucri, quæ in hoc caſu pœnæ æquiparatur. ibid. n.*121.

*Conditio nubendi cum certo perſonarum genere ſub ſpe lucri eatenus ſubſtinetur, quatenus ſublata non remaneat conditio nubendi; ſed ſolùmmodò reſtringatur, ex quo cū multis alijs inter plures matrimoniū cōtrahi valeat. c.*194. *n.*122. *f.*537

*Conditio nubendi cum certo perſonarum genere reijcitur, quando matrimonium, attentis facti circumſtantijs, ad vnam tantùm perſonam inter plures eſt reſtrictum. c.*194. *n.*124. *fol.*537.

*Conditio nubendi cum certo perſonarum genere ex inæqualitate ætatis reijcitur. cap.*194. *nu.*129. *fol.*538.

*Conditio nubendi cum certo perſonarum genere reijcitur ob qualitatem paupertatis in viro. c.*194. *n.*132. *fol.*538.

*In cōditionibus voluntarijs admittitur implementum per æquipollens, quando conſtat, diſponentem potiùs effectum, quàm modum implementi conſideraſſe. c.*194. *n.*143. *fol.*539.

*Condititoonis de implemento, quoties agitur, voluntas magis, & quod intendit diſponens, quàm verborum figura ſpectari debet. c.*194. *n.*147. *fol.*540.

In conditionibus poteſt forma adimpleri per æquipollens, quoties parti pinguiùs prouidetur. cap. 194. *n.*48. *fol.*540.

*Conditionis de euentu, niſi debitor certioretur, in mora conſtitui non poteſt, quoties ſub conditione ſe obligauit. c.*101. *n.*4. *&* 10. *fol.*47.

Conductor.

*Conductor, licet eius periculo ſuſcipiat omnes caſus fortuitos, non tamen intelligitur de inſolitis, quorum præuiſio de facili contingere non poterat, c.*120. *n.*23. *fol.*181.

*Idque etiam ſi conductor caſus cogitatos, incogitatoſque in ſe ſuſceperit. ibid. n.*24.

*Conductor, licet in ſe ſuſceperit omne periculum, non tamen intelligitur de eo, quod ex culpa, factoque locatoris prouenit. c.*121. *n.*12. *f.*187.

*Adeòut damnum paſſum ſit omninò reficiendum, nullatenus, attento, an illud fuerit vltrà dimidium. ibid. n.*13.

*Conductor, ſi certos caſus expreſſit, in quibus teneri noluit ad penſionis locationem, in alijs remanet obligatus. c.*97. *n.*13. *fol.*29.

*Conductor, an, & quando teneatur, & ad quos effectus, denunciare impedimentum locatori. c.*120. *n.*31. *& ſeqq. fol.*182. *& c.*121. *nu.*8. *& ſeqq. fol.*186. *& ſeq.*

*Conductor non tenetur denunciare locatori impedimentum, quando eſt notum eidem locatori, c.*121. *n.*10. *fol.*187.

*Præcipuè, quando locator eidem impedimento occurrere non poteſt. c.*120. *n.*34. *f.*182. *& c.*121. *n.*14. *fol.*187.

*Conductor non tenetur denunciare locatori impedimentum, quoties nõ eſt præſtitũ à tertio, ſed potiùs ab ipſomet locatore.c.121.n.11.fol.*187.

*In conductore denunciationis defectus eſt conſiderabilis, quando illa potuiſſet eſſe profutura, ſecus, quando certum eſt, nullatenus fuiſſe profuturam. c.121, n.14. fol.*187.

*Conductori ob impedimentum ab eodem locatore præſtitum eſt reficiendum, nedum intereſſe intrinſecum, ſed etiam extrinſecum. c.121.n.16. fol.*188.

*Conductor in vſu rei impeditus, an poſſit à locatore prætendere totale intereſſe, etiam lucri amiſſi. c.120.nu.21. fol.181. & latiùs c.122. n.1. & ſeqq. fol.*189.

*Quid ſi iuſta cauſa neceſſitatis, vel publicę vtilitatis interceſſit. c.120. n.22. fol.181. & c.122.n.2. fol.*189.

*Conductor impeditus vti, frui re conducta, petere poteſt intereſſe lucri ceſſantis, damnique emergentis. c.122. n.1. fol.*189.

Idque, etiam procedit, ſi conductor ex facto Supremi Principis locatoris fuerit impeditus. ibid.n 3.

*Contraria procedunt, quoties in facto Principis locatoris publica verſatur vtilitas, quanis culpa omninò ſemota, quia tunc factum dicitur potiùs neceſſarium. ibid.n.2.& 3. & cap. 120.n.22. fol.*181.

*Conductori prędij ruſtici, ſiue Vrbani non competit prælatio pro eadem penſione ab alio oblata, ne altoquin locator priuetur libertate liberè de re ſua diſponendi. cap.125. num. 1. fol.*199.

Reprobatur contraria ſententia.ibid.n.2.

Vide latiùs verbo Prælatio.

Conductor, quòad remiſſionem mercedis. Vide Remiſſio.

Confeſſio.

*Confeſſio præiudicat confitenti. cap.169. num.17. fol.*410.

*Præcipuè, quando eſt clara, & certa, quidquid ſit aſſerendum, quando eſt dubia, & incerta. ibid.n.*18.

*Confeſſio, ſicut præiudicat confitenti, ita etiam habenti cauſam ab eodem. c.169. n.20. fol.*411.

*Confeſſio emiſſa in precibus nocet confitenti.cap. 169.n.19. fol.*411.

Idque etiamſi agatur de precibus ſubreptitijs, reſcriptoque reprobato. ibid.

Vel, etiamſi preces non ſint ſcripta manu cõfitentis. ibid.

*Confeſſionem contra propriam erroneam in precibus emiſſam poteſt quis venire, etiam ſi ſit geminata, & iurata. c.116.n.20. fol.*150.

Præcipuè, quando confeſſio erronea detegitur ipſo iure nulla ob defectum ſolemnitatum. ibid.

*Confeſſio donatoris ad filios maſculos donatarij limitata non poteſt ſuffragari feminis. c.107.nu. 52. fol.*92.

*Confeſſio non poteſt impugnari ab habentibus cauſam à confitente. c.136.n.14. fol.*255.

*Confeſſiones de recepto nomine alicuius ſcriptæ, & ſubſcriptæ à tertio non probant, niſi conſtet de ſpeciali mandato. c.126.n.9. fol.*205.

Neque perſonæ ſcribenti creditur, vtpotè deponenti ad ſubſtinendum, quod à ſe geſtum eſt. ibid.

*Non dicitur conſtare de ſpeciali mandato ex ſimplici aſſertione alicuius, quòd de ipſius ordine fuerit ſcripta Apoca de recepto. ibid. num.*10.

*De mandato conſtare debet per teſtes in ſcriptura ſubſcriptos teſtantes, illam non fuiſſe à tertio ſcriptam, & ſubſcriptam ex mandato, & voluntate partium. ibid.n.*11.

Confines.

*Confinium enunciatiua, quoties eſt incidenter prolata, & ad alium effectum, & principaliter cõtingit dubitari de veritate enunciati, non probat. c.162. n.15. fol.*378.

Congregatio. vide Collegium.

Confirmatio.

*Confirmatio in dubio præſumitur in forma communi. c.185.n.10. fol.*476.

Confirmatio cum clauſula, Placet, quatenus ſit in vſu, & viridi obſeruantia, *dicitur in forma communi. ibid. n.*9.

*Confirmatio nihil de nouo tribuit, ſed relinquit actum in ſtatu, prout ante erat, & nihil præiudicat concedenti, neque iuuat recipienti. cap. 185. n.11. fol.*476.

Deficientibus potiſſimùm clauſulis ex certa ſcientia, ſeù motu proprio. *ibid.*

*Confirmatio roborat, non extendit confirmatum. c.160.nu.11. & 15.fol.366. & cap.185. n.2. fol.*475.

*Confirmatio regulariter non ampliat confirmatũ. ſed tantùm ſtrictiùs ligat.c.160. n.15.fol.*366.

*Confirmatio intelligi debet iuxtà naturam, & qualitatem diſpoſitionis confirmatæ, c.185.nu.4. fol.*476.

*Confirmatio, quod iam fuit tributum, roborat, ideòque futura poſt ipſam confirmationem non complectitur. ibid.n.*6.

*Præcipuè, vbi agitur de tertij præiudicio, multòque magis Eccleſiæ. ibid.n.*7.

*Confirmatio actus potiùs eſt tribuenda mandanti, quàm exequenti. c.149. n.14. fol.*313.

Confirmatio ſtatuti. Vide Statutum.

*Confirmatio concordiæ Rauennatenſis nihil eidem tribuit, ſed ſolùm id, quod erat, cenſetur confirmatum. c.185.n.12. fol.*476.

*Confirmatio concordiæ Rauennatenſis non loquitur de renouationibus, ſiue caducitatibus poſt finitam lineam inueſtitorum. ibid.n.*13.

*Confirmatio concordiæ Rauennatenſis, vtpotè reſtrictæ ad bona tunc temporis in emphyteuſim conceſſa, non eſt extendenda ad futuras conceſſiones. ibid. n.*14.

Confirmatio concordiæ Rauennatenſis aſſimilatur

Bonifacianæ. *ibid. num.22.*

Confirmatio concordiæ Rauennatenſis locum non habet, quoties Inueſtituræ tenor repugnat, cāp. 185.n.31. *fol.478.*

Conſcientia.

Conſcientia non obligat, quos natura non ligat. cap. 135.n.5. *fol.249.*

Conſors.

Conſors, inſpecto Iure communi, non præfertur in emptione extraneo emptori. c. 160. n.1. & ſeqq. *fol.364.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid. nu.25. & ſeqq. *fol.367.*

Conſorti prælationem tribuens Statutum Vrbis lib. 1. cap.105. *non afficit, tamquam laicale Clericum emptorem. c.160. n.5.* *fol.364.*

Reijcitur *diſtinctio inter ſtatutum dirigens verba in Clericum emptorem, vel in venditorem Laicum. ibid. n.6.* *fol.365.*

Conſorti non competit prælatio in retractu, tam inſpecto Iure communi, quàm Bulla Gregoriana. *c.160. n.44.* *fol.369.*

Conſors, ſi communem rem reficiat, altero conſorte recuſante, illam ſibi acquirit, inſpecto Iure communi. c.160. n.46. *fol.169.*

Conſorti, ſiuè vicino in retractu ſtatutum concedens prælationem intelligendum eſt, facta venditione extraneo; non autem alteri vicino, ſeù conſorti, & de ratione. c.162. n.34. *fol.381.*

Vide Gregoriana, Retractus.

Conſtitutum.

Conſtitui poteſt debitum ex quacumque cauſa, ideſt ex quocumque contractu, ſiue certi, ſiue incerti. c.1. n.2. *fol.3.*

Ex conſtituto noua quædam quæritur obligatio, vetere tamen remanente. c.92. n.16. *fol.4.*

In conſtituto fides datur in id, quod ſolutio fiat ſine controuerſia, & hoc actum intelligitur, vt ſi fides non ſeruetur, incontinenti fiat exequutio. c.92. n.32. *fol.6.*

In conſtituto non refert, an quod conſtituitur, debetur à conſtituente, vel ab alio. cap.92. nu.3. *fol.3.*

Ex parte eius, cui conſtituitur, non exigitur vt is creditor ſit. c.92. n.4. *fol.3.*

Poſt conſtitutum ſi prima elidatur cauſa, an deſinat conſtitutum, traditur egregia Baldi *diſtinctio. c.92. n.21.* *fol.5*

Ad conſtitutum ſufficit naturalis obligatio c.126. n.27. *fol.207.*

Ex conſtituto prouenit praxis conueniendi via exequtiua Mercatores acceptantes literas cambij. c.92. n.33. *fol.6.*

Conſtituens. Conſtitutor.

Cōſtituēs ad hoc, vt obligatus remaneat, eſt neceſſe, quòd præcedat debitum. c.92. n.23. *fol.5.*

Conſtituens, ſe ſoluturum pro alio, non liberat debitorem. c.92. n.5. *fol.3.*

Imò, neq; per litis conteſtationē, neq; alio modo, niſi per ſolutionē liberatur debitor. ibid. n.6

Conſtituens nudo pacto ſe ſoluturum, quod alius debet, non dicitur fideiuſſor, ſed potiùs conſtitutor. cap.92. n.7. *fol.3.*

Conſtitutoris obligatio diem recipit, de quo in debito veteri. c.92. n.24. *fol.5.*

Conſtitutor ad hoc, vt efficaciter obligatus remaneat, ſufficit, debitum eo tempore adfuiſſe, quo conſtituitur, licet poſteà deſierit, quia retrorſum ſe actio refert. c.92. n.27. *fol.5.*

Conſtituenti ſemel iam obligato, factum debitoris denuncians, ne ſoluat, illum non excuſat. c.92. n.31. *fol.6.*

Cōſtituti Clauſula. vide Clauſula Conſtituti.

Contractus, Contrahens.

Contractus talis cenſendus, qualem partes denominant. c.99. n.1. *fol.36.*

Contractus talis cenſendus in ſui eſſentia, qualis apparet in figura. ibid. n.3.

Contractus ipſius ex forma veritas excutitur. ibid. n.4.

Contractus ſubſtantia debet attendi, non autem verborum formula. c.98. n.6. *fol.33*

Contractus naturæ magis verba deſeruiunt, quàm natura verbis. c.131. n.13. *fol.134*

Contractus qualis fuerit, non à nomine contractus, ſed ab effectu dijudicatur, quando contractus eo nomine effectum ſortiri non poteſt. c.98. nu.7. *fol.33.*

In contractibus conſiderari debet illorum cauſa, & origo. c.137. n.37. *fol.264.*

Contractus ſpecies, & forma ex animo pendet cōtrahentium. c.98. n.7. *fol.33.*

In contractibus vtriuſque contrahentis voluntas eſt attendenda. c.109. n.22. *fol.107.*

Contractus ſemel perfectus non recipit ex interuallo conditionem, modum, vel grauamen ab vno impoſitum, altero inuito. c.127. n.9 f.213.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. cap. 129. n.11. *fol.225.*

In contractibus nominatis, vel potiùs in habentibus mixtam naturam cum innominatis, ex pacto aliquid dandi, vel faciendi, aliquando poteſt eſſe locus reſolutioni, implemento non ſequuto. c.105. n.6. fol.64. & c.148. n.7. & ſeq. f.306.

Intellige, quoties id, in quo contenditur facta contrauentio, fuit cauſa finalis contractus, ratioque motiua contrahendi. cap.105. num.9. *fol.64.*

Vel quoties pactum appoſitum iuxtà contractum ſuaptè natura nominatum facit illum tranſire in innominatum, qui permutationem ſapiat. c.148. n.8. *fol.306.*

Vel, quando contractus nominatus adeò permiſceatur cum innominato, vt idem contractus nominatus celebretur ob aliquam cauſam extrinſecam extra ſubſtantiam ipſius contractus nominati. ibid. n.8.

Vel, quoties legitur ſpecificè appoſitum pactū reſolutiuum. c.105. n.10. & ſeq. *fol.65.*

In contractibus nominatis, pretio non ſoluto, nō eſt locus reſolutioni; ſed agendum ad implementū, ſeù ad intereſſe. c.148. n.9. *fol.306.*

Con-

Digitized by Google

Contractus locus verè dicitur Ciuitas, vbi matrimonium fuit contractum; non autem vbi fuit ſtipulatum inſtrumentum.c.116.n.16 fol.150.

Contractus conditionalis dicitur ab initio, putà, quia fuerit conuentum, vt perficiatur venditio, ſiue locatio; niſi melior conditio afferatur.

Vel ſi uerba ſint ſuſpenſiua futuri temporis, vel aliàs de præſenti non diſponant, veluti, quia fuerit dictum, niſi alius offerat meliorem conditionem, rem tibi pro centum vendam. c.123. n.7. fol.192.

Ideòque fructus medio tempore percepti ab emptore ſunt reſtituendi. ibid.n.8.

Contractus primus, poſtquàm reperitur in ſecundum transfuſus, fructus ſunt debiti iuxtà naturam ſecundi contractus, cum priuilegijs tamen, & qualitatibus, quæ primo inhærebant tàm pro ſorte, quàm pro interuſurijs. cap.137. nu.40. fol.264.

Contractus ſecundus, ſi naſcatur ex radice primi contractus, aſſumit ſibi naturam ex eadem radice, tamquàm cauſa originali, fructus tamen iuxtà propriam naturam parit. cap.137.nu. 41. fol.264.

Ex contractu non impleto lucrum quis conſequi nõ debet.c.156.n.5. fol.345.

Vide Lucrum.

Contractus ad hoc, vt reſoluatur ex capite inobſeruantiæ, & contrauentionis, culpa requiritur.c.148.n.11. fol.307.

Imò, neque etiam culpa ſufficeret, ſed requiritur dolus. ibid.

Contractus reſolutioni non eſt locus ob non implementum in minima parte. cap.148. num.12. fol.307.

Contractus reſolutionis in pœnam, vt Dominus incidat, Miniſtris non cenſetur data facultas faciendi actus.c.148.n.13. fol.307.

Contractus reſolutio cenſetur remiſſa ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem, poſt quàm reſolutionis caſus euenit. c 148. nu.21. fol.308.

Vide Pactum reſolutiuum. Reſolutio.

Contractus claudicare non debet, cum ſemper ea ſit facienda interpretatio, vt par ſit vtriuſque contrahentis conditio. c.157. n.1. fol.350.

Contractus ex conuentione partium poteſt claudicare. c.157. n.21. fol.352.

Contractus poteſt claudicare, quando lex non reſiſtit, vel quando diuerſa adeſt ratio inter creditorem, & debitorem. c.157.n.23. fol.352.

Contraria.

Contrariorum eadem eſt diſciplina. cap.119. nu. 34. fol.170

Intellige, quando eadem eſt ratio, ſecus ſi diuerſa. ibid.n.38. fol.171.

Contumacia.

Contumacia legitimè contracta in reo abſente inducit litis conteſtationem. cap.179. numer.9. fol.443.

Contumaciæ non niſi in primo termino nomen accuſati abſentis non poteſt dici receptũ inter reos, cum contumacia in hoc ſuccedat loco conteſtationis litis. c.179. n 21. fol.445.

Contumacia vnius ſocij criminis, licet cauſa ſit vna, eadem, & indiuidua, nullo modo afficit, neque præiudicat alteri ſocio. ibid.n.22.

Correctio.

Correctione pro euitanda omnis poſſibilis interpretatio, & intellectus eſt capiendus. cap.94. n.17. fol.16.

Correſpectiuitas, Correſpectiuum.

Correſpectiuitas potiſſimùm excluditur ex neceſſitate actus. c.105.n.36. fol.68.

Correſpectiuitatem ad inducendam non ſufficit cauſa occaſionalis, ſiue accidentalis, cap.105. n.41. fol.68.

Sed requiritur ſubſtantialis reſpectu cauſæ originalis. ibid.n.42.

Correſpectiuitas educi ſolita ex actuum contextualitate non habet locum, quando actus contextuales ſunt diuerſæ naturæ, ità ut vnus non veniat ad determinationem alterius. cap.105. nu.39 fol.68. & c.189.n.29. fol.490.

Correſpectiui dicuntur inter ſe contractus, quoties ſunt celebrati eadem die, in eodem loco, & coram eiſdem teſtibus, & Notario. c.110.nu.5. fol.109.

Præcipuè, quando non ſunt inter ſe incompatibiles. ibid.

Idque non per fictionem, ſed per præſumptionem. ibid.

Correſpectiuitatem nõ inducit clauſula verſa vice, quoties diuerſarum cauſarum adeſt expreſſio. c.105.n.40. fol.68.

Correſpectiua nõ dicitur promiſſio ad donationem; ſed potiùs dijudicatur actus ſeparatus, & diuiſus, quoties animo remunerandi aliquid donanti promittitur. c.105.n.38. fol.68.

Correſpectiuitas omnium contentorum in gratia an reſultet ex illorum contextualitate ſub vnica ſupplicatione, & expeditione. c.189. n.26. & ſeq. fol.490.

Correſpectiuitas, ſiue connexitas actuum debet adeſſe ex parte Papæ concedentis; ad hoc, vt gratia corruat in totum ratione connexionis. ibid.n.27.

Secus verò reſpectu reſignantium, in quibus non poteſt conſiderari huiuſmodi correſpectiuitas actuum, nam ex illa in beneficialibus reſultaret ſimonia. ibid n.28.

Creditor.

Creditores inter plures is qui poſſidet, præferri debet. cap.100. num.21. fol.44. & cap.138. n.18. fol.267.

Intellige, quando plures creditores ius habent in eadem re inſolidùm, ſecus autem ſi in ea ius habent pro partibus. ibid.n.9.

Creditor poſterior hypothecarius præfertur anteriori in ſola actione perſonali. cap.102. nu.27. fol.54.

Creditor, ſi præter antelationem temporis habet pro ſuo credito aliquod priuilegium, præfertur

Digitized by Google

tur fiſco in bonis debitoris poſteà quæſitis. cap. 108.n.42. fol.100.

Creditores omnes in tributum vocantur in actionibus perſonalibus pro rata crediti, nulla prorſus anterioritatis temporis ratione habita. cap. 144.n.17. fol.293.

Creditor, qui curat ſuum creditum exigere à debitore, quem ſcit non eſſe ſoluendo, etiam in præiudicium creditorum, ſiue anteriorum, ſiue æqualium, non dicitur dolum cõmittere, ſuo enim vtitur iure, cum inuigilare debeat creditor ad ſuum creditum conſequendum. c.144. n.18. & ſeq. fol.294

Limita, ſtante dolo creditoris, vel particulari ſtatuto reſiſtente, prout adeſt Ianuæ, vt ſolutiones non ſint attendendæ factæ per decoctum, per quindecim dies ante. ibid.n.20.

Creditori ad hoc, vt ſolutio non ſuffragetur, eſt probandum, nedum debitorem fuiſſe proximum decoctioni; ſed etiam creditorem de hoc ſcientiam habuiſſe. c.144. n.21. fol.294.

Creditor, quando vt ſuum creditum exigat à debitore decocto, vel decoctioni proximo, illum hortatur, vt pecuniam mutuò recipiat ab altero, poſitiuè dolum committere dicitur; ideòque erga mutuantem tenetur actione de dolo. c.144. n.22 fol.294.

Creditor hypothecarius. Vide Hypotheca.

Creditorum potioritas. Vide Potioritas.

Creditor curioſus. Vide Curioſus.

Creditoris ſubingreſſio. Vide Subingreſſio.

Creditum.

Crediti vnius transfuſio in alium. Vide Mutuum.

Culpa.

Culpa propria ſemper cenſetur excepta in quacumque materia. c.98. n.2. fol.32.

Culpa, vt poſſit dici ordinata ad caſum, præciſè requiritur, vt ſit commiſſa eo fine, vt caſus eueniat. c.122. n.16. fol.191.

Culpæ non poteſt imputari alicui, ſi non fecerit, quod factum non erat pro futurum. c.129.n.15 fol.225. & c.151. n.7. fol.323.

Culpa requiritur, ad hoc vt contractus ex capite inobſeruantiæ, & contrauentionis reſoluatur. c.148.n.11. fol.307.

Curioſus.

Curioſus debet eſſe creditor, vt in rem Domini vertatur pecunia, ſi eum obligatum habere velit c.102.n.60 fol.53.

Damnum.

DAmnorum liquidatio, cum ſit difficilis probationis, admittitur probatio per leniora, imò etiam per coniecturas, & inditia, præcipuè, quando ſunt incontrouertibilia damna in genere paſſa. c.120. n.36. fol.183.

Imò Iudici eſt permiſſum illa liquidare, & arbitrari à veriſimili, ibid.n.37.

Damni actione, licet teneatur, qui, vt arceret incendium à ſuis ædibus, vicinas deſtruxit; tamen, ſi æquè vicinæ ædes erant perituræ ceſſat obligatio. c.151.n.9. fol.323

Pro damno, licet teneatur maritus, ſi non fulſerit domum dotalem, ab obligatione tamen eximitur, ſi domus dotalis deuſta ſit, quia quòad effectum nullum damnum fuit illatum ex negligentia, quia, & ſi domum reficeret, ſimiliter periret. c.151. n.10. fol.323.

Damnum in retibus piſcatorum, ſi nauigantes dederint, tenentur ad illud reficiendum, non autem ad piſcium æſtimationem, quia non dum capti fuerant, incertumque erat, an caperentur. cap. 122. n.14. fol.190.

De damno uitando agens præferri debet. c. 149.n. 59. fol.318

Damnum, quando contingere dicatur in ſubſtantia rei locatæ. Vide Remiſſio.

Damna, & intereſſe hæredibus occiſi reficienda, intelligi debent de integra quantitate, quam occiſus lucrari potuiſſet in vita. cap.187. nu.1. fol.485.

Vide Intereſſe.

Datio in ſolutum.

Datio in ſolutum nunquàm fit, niſi expreſsè dicatur, & poſteà ſequatur ceſſio. c.129.n.4.f.224.

Idque, etiam non attentis verbis dedit, & conſignauit, *quæ non ſufficiunt ad inducendam dationem in ſolutum. ibid. n.5.*

Datum in ſolutum non poteſt dici nomen debitoris, niſi expreſsè dicatur, quòd nomen detur in ſolutum, & poſteà ſequatur ceſſio. cap.145.nu.19. fol.297.

Dans in ſolutum nomina debitorum, & exigibilia promittens, tenetur ea exigibilia præſtare, tempore inſolutum dationis. cap 129. nu.11. fol.225.

Dationi in ſolutum, & delegationi directè aduerſatur dominij reſeruatio vſque ad integram ſatiſfactionem, quia hæc ſtatim inducunt ſolutionem, liberationemque. c.145.n.20. fol.297.

Data in ſolutum re, quoties creditori euincitur, contrà debitorem primæua reuiuiſcit actio. cap. 128.n.27. fol.221.

Id tamen non procedit in præiudicium fideiuſſoris. ibid.& nu.ſeq. & n.29. fol.222.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. nu.32. fol.222.

Debitor.

Debitoris nominis periculum, etiam dati pro ſoluendo, ad eum pertinet, cuius culpa deterius factum ſit. c.93. n.25. fol.11.

Debitor ſub conditione non poteſt dici conſtitutus in mora, niſi de conditionis certificetur euentu. c.101. n.4. & 10. fol.47.

Debitum.

Debitum ex quacumque cauſa poteſt conſtitui, ideſt ex quocumque contractu, ſiue certi, ſiue incerti. c.92.n.2. fol.3.

Debitum ex vna cauſa poteſt ex conuentione partium in alium conuerti, fictione breuis manus. c.206. n.51. fol.209.

Vide Mutuum.

Debitum cenſetur remiſſum ex ſanguinis coniunctione

Digitized by Google

ctione, diuturnitate temporis, & ſæpiùs calculata ratione, de quibus in l.Procula,ff. de probat.*c.155. n.14. fol.343.*

Debiti in remiſſione præſumenda procedit diſpoſitio dictæ l.Procula,ff.de probat. *neque requiſita ibidem enumerata ſunt de forma, ſed ſufficiunt præſumptiones æquipollentes, vel vigentiores, ex quibus eadem remiſſionis præſumptio colligi valeat.c.155.n.15. fol.343.*

Debiti ad remiſſionem præſumendam fortiores requiruntur præſumptiones, & coniecturæ,quàm ad præſumendam eiuſdem debiti ſolutionem. c.155.n.17. fol.343.

Debiti remiſſio, & præſumptio ſolutionis, ſunt termini inter ſe omninò diuerſi. cap.155.n.18. fol.343.

Deciſio.

Deciſum dici non poteſt id, quod ob non factam oppoſitionem nullatenus poteſt dici diſcuſſum. c.110.n.36. fol.112.

In Deciſionibus Rotæ*, ſiue aliorum Tribunaliũ non omne id, quod incidenter dicitur, eſt deciſio, ſed id tantùm, quod principaliter reſpicit cauſæ deciſionem. c.100. n.30. fol.45. & cap. 106.n.32. fol.77.*

Deciſiones Rotæ*, quarum pendet reuiſio, non merentur allegari. c.194.n.33. fol.525.*

Declaratio.

Declarationi Pontificis eſt omninò ſtandum.c.185 n.29. fol.477.

Declaratur ſtatus præcedens ex ſubſequenti,c.136 n.20. fol.256.

Declaratio reſultat ex poſterioribus ſcripturis, an præcedens diſpoſitio contineat,vel nè fideicommiſſum. c.107. n 63. fol.93.

Declaratur in dubio poſteriùs factum per priùs factum. c.177.n.13. fol.437.

Declarat poſterior qualitas poſſeſſionis, quid à principio fuerit dubiæ intentionis c.177. nu. 13. fol 437.

Declarat vna pars teſtamenti alteram. cap.114. n.30. fol.140.

Prout vna pars ſtatuti aliam. c.114.n.7.fol. 138.& n.30. fol.140.

Declarat vna pars ſcripturæ alteram. c. 107.n.60 fol.93.

Declaratio non dicitur prioris contractus, quæ fieri poſſit in præiudicium fideiuſſoris, ſed potiùs noua conuentio, quoties in priori contractu conuenta non erant dubia, ſed incontrouertibilia. c.120.n.43. fol.184.

Declaratio non dicitur, ſed potiùs noua diſpoſitio, quando aliquid ſubſtantiale additur, vel diminuitur, varians ſubiectum. cap.120. nu.44. fol.184.

Declaratio eſt, quando fit tantùm in circumſtantijs, ſecus in ſubſtantialibus. ibid.n.45.

Declaratio non dicitur, ſed conceſſio, quoties prior diſpoſitio mutatur. ibid.n.46.

Declaratio non eſt, quando diſpoſitio alteratur, uel augetur ſed ſolùm, quando verba ſunt ambigua, quæ poſſint vno, vel altero modo intelligi. ibid. nu.47.

Declaratio non dicitur, quæ nouam tribuit ſubſtantiam. ibid.n.48.

Declarare poteſt donans, & donatarius dubia donationis verba. c.107. n.61. fol.93.

Declaratio Inueſtituræ. Vide Inueſtitura.

Declaratio Voluntatis. Vide Voluntas.

Decoctio Decoctus.

Decoctioni proximus dicitur, qui poſt decem, aut quindecim dies decoxit. c.94. n.19. fol.16.

Decoctus, quòd quis ſit, vel proximè decocturus, paria ſunt. c.94.n.20. fol.17.

Ob decoctionem debitoris, quemadmodùm interrumpitur præſcriptio incboata contra creditorẽ, quia debitor ſoluere non poteſt. cap.93. nu.37. fol.12.

Ita etiam aſſerendum, ſtante decoctione creditoris agere non valentis. ibid. n.38.

Decoctioni proximo à debitore, ſi creditor ſcieus illius, curat ſuum creditum exigere, etiam in præiudicium creditorum, ſiue anteriorum, ſiue æqualium, nõ dicitur dolum committere, non enim vtitur iure, cum inuigilare debeat creditor ad ſuum creditum conſequendum. c.144.n. 18.& ſeqq. fol.294.

Limita, ſtante dolo creditoris, vel reſiſtente Statuto particulari, prout adeſt Ianuæ, vt ſolutiones non ſint attendendæ factæ per decoctum per quindecim dies ante decoctionem. ibidem nu.20.

Sed ſolutio adhoc, vt creditori non ſuffragetur, eſt probandum, nedum debitorem fuiſſe proximum decoctioni, ſed etiam creditorem de hoc ſcientiam habuiſſe. ibid.n.21.

Decocto à debitore, ſiue decoctioni proximo, quando creditor, vt ſuum exigat creditum, illum hortatur, vt pecuniam ab altero mutuò recipiat, dicitur poſitiuè dolum malum committere. c.144. n.22. fol.294.

Ideòque erga mutuantem tenetur actione doli. ibid. & n 23.

Per decoctos contractus factos intra certum tempus ſtatuta irritantia non procedunt, quando alienatio fuit facta ex iuſta, rationabilique cauſa. c.134. n.22. fol.248.

Decocti de rebus, quando fiunt contractus, huiuſmodi ſtatuta illos irritantia procedunt. Secus, quando fiunt de rebus alienis ipſi decoctori demandatis, & de ratione, c.134.n.23.fol.248

Decocti debitoris contra patrimonium non eſt admittenda compenſatio, c. 147. n.17. fol.304. Vide Compenſatio.

Decoctio Mercatoris, à quo literæ erant ſoluendæ, cedere debet damno creditoris earumdem literarum, ſtante ipſius magna, & culpoſa negligentia. c.93. n.24. fol.10.

In quo eadem negligentia verſetur. ibid.

Decoctio ſcribentis literas cambij, quoties fuit ſequta poſt earumdem literarũ acceptationẽ non remanet liberatus acceptans. c.94.n.26.fol.17

De-

Digitized by Google

I N D E X

Decoctionis ſcribentis literas poſt ſcientiam, quoties quis literas acceptauit, tenetur illas ſoluere. cap. 94. n.27. *fol.17.*

Delegatio, Delegatus.

Delegatio reddit immunem debitorem delegantem, ne à creditore delegante valeat impoſterum conueniri. c.145.n.21. fol.298.

Delegationis præcipuus effectus eſt, vt immediatè poſt ceſſionem debitor delegatus remaneat liberatus, ita ut delegans non valeat impoſterum ipſum conuenire. c.145. n.25. *fol.298.*

Delegans non poteſt dici liberatus, niſi ſolutione ſequuta, quoties ſolutio fieri debet à debitore ceſſo; ſub conditione, vt creditori ſoluat certa lege præſcripta. c.145.n.26. *fol.299.*

Delegatio excluditur ex actibus ſequentibus. c.145. n.28. *fol.298.*

Delegationi, & dationi in ſolutum directè aduerſatur dominij reſeruatio vſque ad integram ſatiſfactionem, quia hæc ſtatim inducunt ſolutionem, liberationemque. c.145. n.20. *fol.297.*

Deliberatio, Deliberatarius.

Deliberatio preſumitur valida. c.141.n.1. *fol.278*

Deliberatio facta, nondum elapſo termino ſtatutario ad reluendum, eſt nulla. c.154.n.2. *fol.338*

Deliberatio eſt nulla, ſi non fuerit ſeruata forma ſtatuti demandantis, vt pignus contra debitorem exequtum, debeat æſtimari, deindèque cum tertia parte pluris adiudicari creditoribus. cap.154. n.5. & ſeq. *fol.338.*

Deliberatio bonorum eſt iniuſta, quæ in dominium hæredis beneficiati ſoluentis ex Iuris miniſterio tranſierunt. c.154. n.14. *fol.339.*

Ad deliberationem bonorum hæreditariorum procedi non poteſt rationis redditione pendente, quoties hæres beneficiatus ſe obtulit paratũ rationem reddere. c.154. n.16. *fol.339.*

Deliberatio, quoties eſt nulla, eſt danda manutencio debitori in rei nulliter deliberatæ poſſeſſione, qua numquàm habuit ſe pro ſpoliato. c.154. n.7. *fol.338.*

Præcipuè, quando nullitas deliberationis eſt patens, & notoria ex eiſdem actis. ibid.n.10.

Secus, ſi in controuerſiam deduci valeat, in quo caſu eſſet agendum ordinarijs nullitatis, vel appellationis remedijs. ibid.

Deliberatario auctore Prætore poſſidenti debetur manutentio. c.141. n.32. *fol.282.*

Prout etiam ceſſionario eiuſdem deliberatarij. ibid.n.33.

Aduersùs deliberationem factam an & quando Minori competat reſtitutio. Vide Minor.

Deliberatio, & exequtio facta ad effectum deponendi, & ſoluendi creditoribus anterioribus non poteſt ab altero creditore impediri. c.141.n.37.f.283.

Deliberatio pignoris, & ſubhaſtatio præcedens, quoties legitimè proceſſit, prætiumque fuit in Aede publica depoſitum, actio creditori tantùmmodò competit ad pretium; non autem ad rem. c.141. n.38. *fol.283.*

Idque, ne auctoritas haſtæ Fiſcalis eludatur. ibid.

Reprobatur contrariá ſententia. ibid.n.39.

Deliberatio, ſi fuerit facta pro perſona nominanda, facta nominatione alicuius, eidem vſque ab initio dicitur facta deliberatio. c.154.n.3.fol.338

Deliberatio pignoris dotalis non conceditur contra mulierem poſſidentem pro ſuis Iuribus dotalibus, niſi cum clauſula Non amota muliere à poſſeſſione, & dummodò oblationes excedant. *c.182. n.1.* *fol.461.*

Denunciatio.

Denunciatio à ſtatuto demandata non ſuppletur ex præſentia, quæ ſolùm inducit ſcientiam. cap.164. n.6. *fol.391.*

Denunciatio, & præſentia pari paſſu non ambulant, quia ſcientia ità vrget in his, quæ quis facit, vti alius, ſicuti in his, quæ quis facit tamquàm ipſe. c.164.n.7. *fol.391.*

Depoſitum.

Depoſitum dicitur nullum, quoties non præcedit citatio cum oblatione pretij, illoque renuente recipere, decretum Iudicis de deponendo. c.161. nu. 32. *fol.375.*

Idque, etiam ſi agatur de depoſito conuentionali. ibid.n.33.

Vide Retractui.

Deponendi ad effectum, & ſoluendi creditoribus anterioribus exequtio, & deliberatio facta, non poteſt ab altero creditore impediri. cap. 141. n.37 *fol.283.*

Depoſito in reſtituẽdo ſi moram fecerit depoſitarius; nihilòminus, ſi poſt moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, vt depoſitarius non teneatur. c.151. n.12. *fol.324.*

Deriuatiua.

Deriuatiua remanet infecta, primitiua infecta. cap. 194. n.115. *fol.536.*

Derogatio.

Derogatio generalis ſufficit etiam in illis caſibus, in quibus aliòquin eſt neceſſaria, quoties conſtat de voluntate Principis derogantis. cap.170.n.12. *fol.414.*

Determinatum.

Determinatum, certumque illud dici valet, quod certificari poteſt. c.186. nr12. *fol.480.*

Dictiones diuerſæ.

Dictio Ac, *interpretari debet expoſitiuè pro* deſt. *c.106.n.70.* *fol.83.*

Dictio alcuno, *tamquàm diminutiua extendit obligationem ad quamuis minimam partem. cap.97. n.8.* *fol.28.*

Dictio deindè *ſucceſſiuum ordinem fideicommiſſariorum præfefert. c.194. n.110. & ſeq.* *fol.536.*

Dictio ea, *cenſeri potiùs debet appoſita demonſtratiuè, quàm taxatiuè, neque excludit hæredes. cap. 109. n.7.* *fol.103.*

Dictio eo quia, *denotat cauſam finalem. cap.183. n.11.* *fol.468.*

Dictio etiam *includit caſum magis dubitabilem, illumque ampliat cum omnibus ſuis qualitatibus expreſſis in caſu præcedenti. cap.124. num.23* *fol.197.*

Dictio etiam, *eſt extenſiua, & augmentatiua. ibid. n.24.*

Dictio forſan, *dubitationem inuoluit. cap.149.n.10.* *fol.312.*

Dictio hoc caſu, *denotat reſtrictionem. cap.160. nu. 42.* *fol.368.*

Dictio ipſe, *non facit promiſſionem, ſiue pactum perſonale. c.109.n.8.* *fol.103.*

Dictio ita, & taliter, *poteſt ſtare augmentatiuè. cap. 142, n.9.* *fol.285.*

Præcipuè, ne pactum, cui adijcitur, reddatur fruſtratorium, ibid. n.10.

Digitized by Google

I N D E X

Dictio maximè *implicat caſum magis dubium. cap 181. n.38. fol.458.*

Sed aliquando intelligi debet taxatiuè, non implicatiuè. ibid. & n ſeq.

Dictio poſtquàm *conditionem importat. cap.191. n.48. fol 506.*

Dictio prout latiùs, *magis præciſam relationem importat. c.106.n.68. fol.83.*

Dictio quando, *an, & quando conditionem præſeferat. c.101. n.2. fol.46.*

Dictio quemadmodùm, *eſt relatiua. c.107.n.49. fol.91.*

Dictio quia, *importat pro certo, & conſtanti, c.183. n.12. fol.468.*

Dictio quoquè *eſt continuatiua, atque collectiua prioris diſpoſitionis, c.98. n.14. fol.34*

Similitudinem quamdam implicat cum præcedentibus. ibid.n.15.

Dictio ſpontè *indicat puram, liberamque voluntatem. c.163.n.18. fol.386.*

Vide Spontè.

Dictio ſuper, *præſefert hypothecam. c.149.n.23. fol.314.*

Dictio ſuum, *denotat dominium. cap.136. nu.11. fol.255.*

Dictio vt, *cauſam, rationemque finalem denotat. c.110.n.2. fol.109.*

Maximè, quando apponitur in vim cauſæ aptæ producere ſuum cauſatum. ibid.

Dictiones taxatiuè non cenſentur adiectæ ad excludendos hæredes, quibus in dubio contrahentes proſpicere voluiſſe ſemper eſt præſumendum c.109.n.9. fol.103.

Præcipuè in re, ſuapte natura ad hæredes tranſitoria. ibid.n.10.

Vide alia Verbum.

Dilatio.

Dilatione conceſſa ad ſoluendum, tempus illud immune eſt ab vſuris. c.159. n.14. fol.359.

Dilationis, donec tempus effluxerit, Officium Iudicis conquieſcit. cap.154. n.1. fol.338.

Dilatio al ſoluendum pretium dici debet pars eiuſdem pretij, quod maius eſſe præſumitur ratione ipſius dilationis. c.159. n.16. fol.360.

Dilatione conceſſa ad ſoluendum pretium rei venditæ, an interim fructus recompenſatiui debeantur. Vide Fructus recompenſatiui.

Diſcretiua.

Diſcretiuæ effectus tollitur ex cauſa neceßaria. c.106. n.73. fol.84.

Diſcretiua relatio non admittitur; niſi quando verba perneceſsè adhoc compellunt; ſecus verò, quando aliter poßunt intelligi. c.106. nu.74. fol.84.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio strictè eſt intelligenda; adeò ut non recipiat extenſionem, neque etiam ex identitate, vel maioritate rationis. c.191. n.21. fol.503.

Ex diſpenſatione Apoſtolica in his, quæ veniunt, non licet arguere à paritate, vel maioritate rationis. c.191.n.22. fol.503.

Diſpenſatio extenditur ad ea, quæ in neceſſariam veniunt conſequentiam. c.191. n.24. fol.504.

Diſpenſationes tot debent eſſe, quot ſunt obſtacula, & ſuper omnibus debet expreſsè diſpenſari. c.191. n.23. fol.503.

Diſpenſatio Apoſtolica eſt obtinenda, ſtãte ſolemni oblatione à muliere peracta in facie Eccleſiæ pro matrimonio contrahendo in vtroque foro. c.194. n 64. fol.529.

Diſpenſatio eſt obtinenda à viro, qui ſcienter, & illicitè matrimonium contrahit cum muliere voto caſtitatis obſtricta. c.194.n.65. fol.529

Idque, etiam ſi ipſa præueniat, matrimoniumque offerat. ibid.

Diſpenſatio in caſu prædicto obtenta ſuffragari tãtùmmodò poteſt ad effectum legitimandi matrimonium, non autem ſucceſſionis in præiudicium tertij, cui medio tempore ius fuit quæſitum cap.194.num.66. fol.520.

Diſpenſare numquàm Pontifices conſueuerunt, quoties de tertij agitur præiudicio, quod ſemper cenſetur præſeruatum. cap.194. nu.67. fol.529.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio quælibet à ſubiecta materia interpretationem recipit. c.160. n.13. fol.366.

Diſpoſitionis nulla melior eſt interpretatio, quàm deſumpta ex eo, quòd ſi inter viuos exiſteret diſponens, aut ſi fuißet interrogatus, reſpondiſſet. c.194. n.138. fol.539.

Diſpoſitio, quoties confertur in certum caſum à diſponente conſideratum reſpectu alicuius effectus, tunc licet caſus ille non eueniat, ſi tamen caſus cõtingat, per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio eſt trahenda ad caſum euenientem, inſpecta diſponentis voluntate. c.194. nu.144. & ſeqq. fol.539.

Diſponens de re communi cenſetur tantùm de ſua portione diſponere, illamque alienare. c.127. n.35. fol.216.

Diſpoſitio facta à matre in caſu, quo eius filij ſui iuris effecti fuerint per mortem patris, extenditur ad caſum emancipationis, quia idem reſultat effectus. c.194. n.153. fol.540.

Diſpoſitiua potiùs attenditur, quàm narratiua in literis Apoſtolicis, c.170. n.10. fol.413.

Diſpoſitio incerta. Vide Incerta diſpoſitio.

Doctor.

Doctori, an ſit concedenda reſtitutio in integrum ratione læſionis. Vide Reſtitutio in integrum.

Doctoris ſimplicis auctoritas non habentis contradictorem dicitur caſus legis. cap.191. nu 26. fol.504.

Doctores incidenter loquentes non ſunt attendendi c.106. n.32. fol.78.

Doctoribus magis ſtandum in lecturis, quàm in cõſilijs. c.160. n.20. fol.367.

Doctoris ſententia, contra quam fuit pluries iudicatum, non meretur attendi. c.107. n.12. fol.88.

Dolus.

Dolo facere non videtur, qui ſuo vtitur iure. c.164

Digitized by Google

c.164. n.14. *fol.392.*

Dolum malum poſitiuè committere dicitur creditor., qui vt ſuum exigat creditum à debitore decocto, illum hortatur, vt pecuniam mutuò ab altero recipiat, ideòque erga mutuantem actione de dolo tenetur. cap.144. num.22. & ſeq. *fol.294.*

Vide Decoctio.

Dolus, quòad Mercatorem. Vide Mercator.

Dolus ad lucrum ſuffragari non debet. c.194. nu. 77. *fol.530.*

Domicilium.

Domicilium, & incolatus in aliquo loco non contrahitur ex ſola bonorum exiſtentia ibidem; niſi etiam concurrat animus in eodem loco permanendi, c.116. n.7. *fol.149.*

Domicilium, an contrahat mulier in Ciuitate viri, quoties habitatio eſt coacta, vt maritalibus inſeruiat obſequijs. c.116.n.8. *fol.149.*

De Domicilio, & Ciuitate ſui viri efficitur mulier forenſis. c.116. n.9. & ſeqq. *fol.149.*

Expenditur Virgilij locus. ibid.

Intellige circa iudicialia, & ea, quæ vxorem diſtrahunt à viri famulatu, non autem circa reliqua, quæ ipſius commodum concernunt; ibid.n.11.

Reprobatur contraria ſententia Rouiti.*ibid.*

Quòad domicilium habitationis mulier in Ciuitate ſui viri eſt ſolùm Ciuis. c.116. n.12. *fol.149.*

Domicilium proprium recuperat Vidua, quando, ſoluto, matrimonio ad Patriam reuertitur, adeò ut dicatur omninò forenſis à loco Mariti. c.116. n.13. *fol.149*

Refellitur contraria opinio. ibid. numer.14. *fol.110.*

Dominium.

Dominium eſt difficilis probationis. cap.167. nu.1. *fol.400.*

Dominij ad probationem indicia, præſumptiones, coniecturæque admittuntur, c.167.n.6 *fol.400*

Præcipuè, quando verſamur in materia antiquiſſima. ibid. n.7.

De dominio, quoties incidenter agitur, leuiores ſolent admitti probationes. c.167. n 8. *fol.400.*

Secus aſſerendum, quando de eo principaliter eſt quæſtio in rei vindicatione. ibid.

Dominium probatur ex Inſtrumentis emptionum, cum ſubſequuta poſſeſſione per longum tempus, ſaltem in vim præſcriptionis. cap.167. num.2. *fol.400.*

Dominium probatur ex actibus illum inferentibus pluries reiteratis, accedente potiſſimùm poſſeſſione centenaria. ibid. n.3.

Dominium rei locatæ probatur ex locationibus reiteratis, accedentibus potiſſimùm alijs adminiculis. c.167. n 5. *fol 400.*

Dominium in accipientem non transfert conceſſio prædiorum ad terraticum, ſed potiùs probat dominium, poſſeſſionemque concedentis. cap.167. nu.4. *fol.400.*

Dominij reſeruatio nihil operatur ad effectum trãſferendi periculi. c.98. n.16. *fol.34.*

Domus.

Domus parua, quoties non eſt ſolita alteri locari, habetque aditum ſeparatum, dici debet membrũ diſtinctum ab altera domo ei contigua. cap.163. nu.9. *fol.384.*

Donatio.

Donatio eſt contractus nominatus. c.105. n.1. fol. 64. & c.348. n.1. *fol.305.*

Idque, etiam ſi à promiſſione incipiat. ibid. nu.1.

Præſertim, interueniente ſtipulatione. c.105. n.2. *fol.64.*

Donatio perfecta non recipit ex interuallo, neque modum, neque conditionem. c.106.n.81. *f.84*

Donationis dubia verba poteſt donans, & donatarius declarare. c.107. n.61. *fol 93.*

Donatæ rei alienatio facta à donante, & donatario ex interuallo tamquàm de re libera, arguit, rem donatam fideicommiſſo nõ fuiſſe obnoxiam, quando de huiuſmodi onere poteſt aliquo modo hæſitari. c.107. n.62. *fol.93.*

Donationis in proemio vnica cauſa expreſſa dicitur finalis, totamque reſpicit donationem. cap. 105. n.18. *fol.65.*

Donationis cauſa dici debet finalis, quoties cogit ad faciendum. c.105. n.19. *fol.66.*

Vel, quoties eſt repetita in verbis diſpoſitiuis donationis. ibid. n.20.

Donatione pro ſubſtinenda cauſa etiam impulſiua dici debet finalis. c 110. n.26. *fol.112.*

Donationis cauſa finali ceſſante, ceſſat etiam ipſa donatio contemplatione eiuſdem cauſæ facta. cap 183. n.14. *fol.468.*

Donationis ratione motiua ceſſante generaliter reſpiciente totam donationem, ipſo iure dicitur reſoluta donatio, competitque donanti rei vindicatio. c.183. n.15. *fol.469.*

Idemque dicitur in donatione facta ſub conditione præſtandorum alimentorum. ibid.

Donatum ex vna cauſa, illa non ſequuta, reuocatur. c.183. n.16. *fol.469*

In donatione, quoties aliæ cauſæ expreſſæ concurrunt, cauſa adimplendæ præcedentis obligationis, vel eſt præcipuè finalis, vel ſaltem æquè finalis cum alijs. c.105. n.21. *fol.66.*

Donatio non reſoluitur, cauſis ex pluribus finalibus, ſi aliqua deficiat. c.105. n.22. *fol.66.*

Vide Renunciatio.

Donatio intelligi debet ad vnicã cauſam reſtricta, ſtante clauſula, quia ſic ſibi de rebus ſuis facere, & diſponere placet; *Ideòque ſubſtinetur, quamuis cæteræ cauſæ deſtruantur. c.105. n.23* *fol.66.*

In donatione verba adiecta, abſque vlla detractione, *important, vt nihil penitùs donans ſibi voluerit reſeruare. c.107. n.34.* *fol.90.*

Donationis reſolutioni non eſt locus ob modum, vel pacta non ſeruata; ſed tantùmmodò donanti competit actio ad implementum, ſeù intereſſe.

I N D E X

c.105.n.3.fol.64. & c.148.n.5. *fol.306.*

Idque, etiam procedit in donatione contemplatione matrimonij. c.105.n.3. *fol.64.*

Prout etiam in donatione contenta in Primogenitura. ibid.n.5.

Donatio facta Eccleſiæ non reuocatur, modo non impleto, ſeù non ſeruato, ſed ſolùm competit actio ad implementum. c.183.n.16. *fol.469.*

Reprobatur contraria ſententia Romani, *& aliorum, quæ ſolùm poteſt procedere, ſtante expreſſo pacto reſolutiuo. ibid.*

Donationis reſolutioni poteſt eſſe locus, vel quoties id, in quo contenditur facta contrauentio, fuit cauſa finalis donationis, ratioque motiua donandi. c.105.n 8.& ſeq. fol.64.& n.10.f.65

Vel quoties legitur ſpecificè appoſitum pactū reſolutiuum. ibid.n.11.

Donationis reſolutioni, vt poſſit eſſe locus, eſt probanda inobſeruantia reſpectu cauſæ finalis, intrinſecæque rationis motiuæ donandi. cap.105. n.17. *fol.65.*

Donationis reſolutioni eſt locus ob pacta non ſeruata, cum declarationibus, de quibus ſupra, quia illorum inobſeruantia maximam redolet ingratitudinem. c.105.n.25. *fol.66.*

In donationibus in euentum mortis, vel alterius conditionis dilatis, an detur reſolutio ob deficientiam perſonæ in donatione contemplatæ. c.109. n.14. *fol.105.*

Donationis reſolutio competens, vel ex Iuris diſpoſitione, vel ex pacto reſolutiuo, cenſetur remiſſa ex non facto, vt putà ſi donans, habita occaſione reuocandi, & cum potuerit, non reuocauerit. c.105.n.50. *fol.69.*

Donationes ſuaptè natura ad hæredes tranſeunt. c.106. n.3.f.73. & c.107.n.52. *fol.92.*

Quid aſſerēdum in donationibus annuis. ibid.

Donatio, an præſumatur perſonalis, neque ad ſucceſſores, & hæredes donatarij extendenda ob expreſſionem nominis proprij ipſius donatarij. c.109.n.1.& ſeqq. *fol.102.*

Donatio præcedens declaratur ex ſubſequenti Inſtrumento. c.106.n 60 *fol.82.*

Donatio dicitur modalis; non autem conditionalis, quoties onera ſunt adimplenda per donatarium poſt quæſitum emolumentum, c.105.num.13. *fol.65.*

Donatio inita cum clauſula cum pactis, vinculis, & conditionibus, *reſoluitur in modum, vbi implementum eſt faciendum à parte poſteà. cap. 105.n.15.& ſeq.* *fol.65.*

In donatione mentio nepotum, & deſcendentium, iuxtà commune votum parentum intelligi debet expreſſa, quia exiſtimant, bona in eoſdem filios, & deſcendentes cum hæreditaria qualitate fore peruentura. cap.107.n.26. *fol.89.*

Donatio facta à Patre filio præſenti, & acceptanti pro ſe, & filijs, an ſuffregetur filijs, uti filijs, vel vti patris hæredibus, eſt quæſtio admodùm controuerſa. c.106. n.1. *fol.72.*

De duplici diſtinctione adhibenda in huiuſmodi quæſtione. ibid.n.2.

In donatione, quando de filijs eſt facta expreſſa mentio, an vocentur vti filij, vel vti hæredes, plurium caſuum eſt adhibenda diſtinctio. c.106. n.15. & ſeqq. *fol.74. & ſeqq.*

Donatio facta à patre filio recipienti pro ſe, & filijs non ſuffragatur filijs, niſi vti patris hæredibus. c.107.n.1. *fol.86.*

Donatio facta à Patre filio acceptanti pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis legitimis, & naturalibus in perpetuum ſuffragatur filijs, vti hæredibus, non autem vti filijs. c.107.n.4. & ſeqq. fol.87. & n.16. & ſeqq. fol.88. & nu.21. & ſeq. & n.30. *fol.89.*

Reprobatur contraria ſententia. ib.n.4.& ſeq

Donatio, etiam ſi ſit ſtipulata à Patre pro filijs maſculis, veniunt ſolùm deſcendentes maſculi, qui ſint hæredes. c.107. n.8. & ſeq. *fol.87.*

Donationis in contractu, cum neceſſariò requiratur perſona patris, per quam filijs poſſit acquiri c.107.n.14. *fol.88.*

Hinc eſt, vt pater ſtipulando donationem pro filijs, & deſcendentibus, etiam adiecta qualitate, ſiue maſculinitatis, ſiue legitimitatis, intelligi debeat ſtipulaſſe pro filijs, vti hæredibus, quia huiuſmodi acquiſitio eſt patri vtilior. ibid.n.14. & ſeq.

In quo potiſſimùm eius vtilitas verſatur. ibid nu.15.

Secus aſſerendum in vltimis voluntatibus, & de ratione diſcriminis inter contractus, & vltimas voluntates. ibid.nu.13.& ſeqq. *fol.87.*

Donatio contemplatione matrimonij facta à patre filio acceptanti pro ſe filijs nepotibus, & deſcendentibus maſculis in infinitum ſuffragatur filijs, vti hæredibus. c.106.n.26. fol.76.& c.107 n.4. *fol.87.*

Donationis tempore, quoties filij non ſunt nati, eò magis ſtipulatio patris donatarij eſt intelligenda pro filijs vti hæredibus, non autem, vti filijs c.106. n.34.fol.78.& c.107. n.51. *fol.91.*

Præcipuè, quando Pater acceptat donationem pro ſe, & filijs naſcituris, cū clauſula cæterata, quæ extendi debet pro filijs hæredibus, & ſucceſſoribus. c.106. n.35. *fol.78.*

Donatarium filium, cognitumque, & benemerentum non eſt veriſimile patrem donātem grauare voluiſſe onere reſtitutionis fideicommiſſi, auferēdo illi liberam bonorum reſtitutionem, eamdemque impartiri nepotibus nondum natis, penituſque incognitis. c.106. n.52. *fol.81.*

Donata bona, quòd fuerint relicta in libera diſpoſitione filij donatarij, abſque vllo fideicommiſſi onere, deprehenditur ex inueſtimenti onere non demandato per donantem de bonis donatis in pecunia conſiſtentibus. c.106.n.53.fol.81.

Donatio præſumitur ſtipulata pro filijs, vti hæredibus, non autem vti filijs, quoties perſona filij donatarij, eiuſdemque merita in donatione facta ab Auo fuerunt contemplata. c.106. n.44.f.80.

Signanter, quia filij naſcituri, & nondum nati

Digitized by Google

nati nullam apud Auum donantem meritoriā habere poſſunt prærogatiuam. c. 106. n. 45 fol. 80.

Donatio contemplatione matrimonij facta à Patre filio pro legitima debet eſſe exempta, quemadmodùm eadem legitima à vinculo reſtitutionis, non ſolùm reſpectu quantitatis eidem legitimæ reſpōdētis; Sed etiam reſidui eiuſdem donationis, & de ratione. c. 106. n. 48. fol. 80.

Donatio contemplatione certi matrimonij, quoties fuit à filio acceptata pro omni, et toto eo, quod potuiſſet prætendere in hæreditate paterna, dicitur inducta compenſatio inter patrem, & filiū, ideòque non poteſt dici profectitia. c. 106. n. 49. fol. 80.

Donatio contemplatione matrimonii facta per Patrem filio mercatori de mercibus fundatariis, præſumitur immunis ab onere fideicommiſſi, ne liberum impediatur commercium. c. 106. n. 54. & ſeqq. fol. 81.

Donatio contemplatione matrimonii præſumitur libera ab onere fideicōmiſſi ex dotis libera reſtitutione facta per Patrem donantem filio emancipato aliud non poſſidenti, niſi bona donata contemplatione matrimonii, & de ratione. cap. 106. n. 56. fol. 81.

Donatio præſumitur libera ab onere reſtitutionis ex clauſula ad habendum cæteraq ponens, &c. in parte diſpoſitiua diſpoſitionis appoſita. c. 106. nu. 57. fol. 82.

In donatione contemplatione matrimonii, cum filiorum contemplatio potiſſimùm reſpiciat præſeruationes legitimarum ſucceſſionum, meritò operari non debet, vt Pater intelligatur fideicommiſſo granatus. c. 106. n. 10. fol. 74.

Donatio, quando eſt facta à Patre filio contemplatione matrimonii pro illius oneribus ſubſtinendis, ſatis ſuperque huic cauſæ ſatisfactum dici debet, ſtatim, atque vir locupletior fuit effectus, & in eundem dominium bonorum donatorum fuit translatum. c. 106. n. 11. fol. 74.

Donatorum bonorum conſeruatio ſucceſſiua ab ipſo viro facienda non eſt in diſpoſitione, ſed in ſimplici voto, & deſiderio; ideòque ex hoc non infertur, quòd donans voluerit, vt bona donata nepotibus conſeruari debeant. c. 106. n. 12. & ſeq. fol. 74.

Donatio contemplatione matrimonii, an præſumatur ſtipulata pro filiis, vti filiis ex diuerſitate ſtipulationis dotis, & donationis, eò quia dos fuerit ſtipulata pro filiis, & hæredibus, donatio verò pro filiis naſcituris, &c. c. 106. n. 64. & ſeqq. fol. 82, & ſeq.

Donationem, quando Mater, vel alii coniuncti ex materno genere ſtipulantur pro filiis, tunc filii vocantur, vti filii, & non vti hæredes, & de ratione. c. 106. n. 16. & ſeq. fol. 74.

Secus aſſerendum, quando Pater ſtipulatur pro filiis, tunc enim iidem filii contemplantur acceſſoriè, & eſt peculium profectitium. ibid. nu. 17.

Donatio, quando eſt facta à ſolo Auo, & Patre, & vocantur filii nepotes, & tota deſcendentia; ſignanter cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, in aliquorum ſententia filii cenſentur vocati ex propria perſona ad ſimilitudinem fideicommiſſi ordinati in vltimis voluntatibus. c. 106. n. 18. fol. 74.

Donatio, quando directè eſt facta Patri, & filiis, vtpotè æquè condonatariis cum Patre, capiunt bona donata, licet poſt obitum Patris, vti filii ex prouidentia donantis, non autem vti hæredes. c. 106. n. 19. fol. 74.

Aſſertur diſtinctio Bart. in hac materia, an agatur de re ſuaptè natura ad extraneos non tranſitoria, vtpotè eſt Feudū, vel Emphyteuſis, vel potiùs tranſitoria. c. 106. n. 20. & ſeq f. 75.

Donatio, quando ſimpliciter eſt facta à Patre filio; iſte autem acceptat pro ſe, & filiis, tunc filii veniunt vti hæredes, non vti filii, cum lucrum conſequantur ex prouidentia Patris donatarii; non autem Aui donantis. c. 106. n. 23. fol. 75.

Idque, etiam procedit in donatione contemplatione certi matrimonii, quoties contrariæ, vrgenteſque coniecturæ non concurrunt. ibidem nu. 24.

In donatione bonorum Iuriſdictionalium, an qualitas Iuriſdictionalis inducat præſumptionem, ſiue coniecturam, quòd donans voluerit, bona donata eſſe obnoxia fideicommiſſo. c. 107. n. 42. fol. 91.

Donatio, adhoc, vt reuocata dici valeat, & pro non facta habeatur, an, & quando oporteat, donantē donatario ſuperuiuere. c. 181. n. 32 f. 457

Donationem cauſa mortis ad reuocandam, quemadmodùm requiritur ſuperuiuentia donantis, an ita pariter pro validitate donationis requiratur qualitas, quòd donatarius fuerit ſuperſtes. cap. 181. n. 35. fol. 457.

Donatio, vt dicatur cauſa mortis, non ſufficit, fieri mortis mentionem, ſed opus eſt, vt donator declaret in verbis ipſis donationis, ſe donare ob ſuſpicionem, cogitationemque mortis, alioquin donator magis donare videtur moriens, quàm mortis cauſa. c. 104. n. 11. fol. 104.

Donationem cauſa mortis ad reuocandam, quemadmodùm requiritur ſuperuiuentia donantis, an ita pariter pro validitate donationis requiri videatur ea qualitas, quòd donatarius fuerit ſuperſtes. c. 181. n. 35. fol. 457.

Donatum ſi quid annuum fuerit à paupere, liberabitur donans, ſemel ſoluendo pro annis quindecim. c. 151. n. 19. fol. 325.

Donatio contemplatione matrimonii dici debet facta gratia vtriuſque coniugis, adeòut pro vna medietate dicatur vxor donataria; pro altera verò medietate eius vir. c. 108. n. 31. fol. 87.

In donatione contemplatione matrimonii dicuntur principaliter contemplati, tàm filii, quàm vxor etiam citrà expreſſam vocationem, & ſtipulationem, quoties legitur facta vt onera matrimonii condecenter ferantur. c. 108. n. 20. fol. 97.

Donatio contemplatione matrimonii eſt portio cō-

tra-

Digitized by Google

tractus.dotalis, quia imò cum eo coafunditur, tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum. c.108, n.1. fol.95.

Donationes contemplatione matrimonij cenſeatur prius tractatæ inter affines ſponſi, & ſponſæ aliòquin matrimonium contracturos. cap.110. nu.4. fol 109.

Donatio contemplatione matrimonij permutationem quamdam redolet, ità ut dos ab vxore data cenſeatur, & matrimonium contractum vt à ſoccro fiat donatio. c.108. n.2. fol.96.

In donatione contemplatione matrimonij vxor unà cum filijs dicitur habere cauſam onerofam. cap. 108. n.3. fol.96.

Donationes huiuſmodi non dicuntur habere titulū lucratiuum, cum ſiat ſubiectæ oneribus matrimonij. c.108.n.4. fol 96.

Ideò Gabella ſi ſit indicta pro eo, quod titulo transfertur lucratiuo, non ſoluitur de donatione facta per Patrem filio contemplatione matrimonij. ibid.n.5.

Donationis contemplatione matrimonij ad obſeruantiam, nedum competit actio viro donatario, ſed etiam ipſimet vxori, non quidem conſequtiuè, ſed principaliter, & primariò. c.108.nu.6. fol 96.

Idque, vel quia vxor aliter non contraxiſſet. ibid. nu.7. & ſeq.

Vel quia vxoris intereſt habere virum locupletem. ibid n.9.

Donatio contemplatione matrimonij ſucceſſit in locum antenuptialis donationis. c.108.n.22.f.99

Tum quia tendit ad eumdem effectum aſſecurationis dotis. ibid.n.23.

Tum etiam, quia deſeruit pro oneribus matrimonij ſuſtinendis. ibid.

Quidquid contrarium ſit aſſerendum, quòad alios effectus. ibid. n 24.

In donatione antenuptiali bona comprehenſa, quèadmodum non poſſunt aeque hypothecari, neq; alienari à viro. c.108.n.25. fol.98.

Ita etiam idem dicendum in donatione contemplatione matrimonii, vtpotè ſubrogata in locum antenuptialis donationis. ibid.n.26.

Donata bona contemplatione matrimonii vir non poteſt hypothecare in præiudicium vxoris; ita vt finis ob quem fuit facta, ſubſtentationis, nempè, onerum matrimonii, impediatur. cap. 108. n.27. & ſeq. fol.98.

Amplia, vt concluſio procedat, non ſolùm vbi fit retroceſſio per virū donatarium ipſi donatori, ſed etiam, quoties ex aliquo actu per virum facto reſultaret vxoris præiudicium in ceſſatione cauſæ finalis, ob quam fuit facta donatio. ibid.n.29.

Donatarum bonorum contemplatione matrimonii dominium tunc poteſt dici viro quæſitum, quando ageretur de donatione facta ipſi viro tantùm. c.108. n.44. fol.101.

Vel quando ex coniecturis deprehenditur, fuiſſe in donatione contemplatam perſonam ſolius viri, non autem vxoris, tunc enim nullum Ius quæritur vxori. ibid.

Donatæ rei contemplatione matrimonii, quòd vir ſit dominus, & vti dominus poſsit hypothecare ſtant ſimul, ſaluo tamen iure vxoris in annua præſtatione conuenta circa alimenta, conſtante matrimonio. c.108. n.45. fol.100.

Donatæ rei contemplatione matrimonii ad conſeruationem poteſt vxor agere, conſtante matrimonio pro ſui indemnitate. c.108.n.10. fol.96.

Adeòue huiuſmodi actio dicatur realis, & hypothecaria. ibid. n.12. fol.97.

Donatæ rei contemplatione matrimonii distractioni, conſtante matrimonio, filii poſſunt ſe opponere aduerſùs creditores patris c.108.n.11.f.96

Idemque aſſerendum in vxore, quæ poteſt ſe opponere aduerſùs creditores viri ſuper exequtione annuæ præſtationis promiſſæ contemplatione matrimonii, vt honorificentiùs coniuges viuant. c.108.n.30. fol.98.

Donatio contemplatione matrimonii cauſam illam habet, vt ſeparatum aliquod patrimonium filius conſequatur, ſuper quo dos aſſecuretur; licet de hoc in donationis inſtrumento expreſſa mentio habita non fuerit. c.108. n.13. fol.97.

Donationem vbi conſtat, vxoris contemplatione fuiſſe factam, quæritur illi actio, etiam, quòd verba donationis in eam directè non conferantur. c.108. n.16. fol.97.

Ad donata contemplatione matrimonii, licet vxor iure dominii agere non valeat. ibid.n.17.

Nihilòminus, tamquàm in donatione comprehenſa, ſaltem ratione finis, à quo proceſſit donatio, poterit agere, vt donata, ſaltem, conſtante matrimonio, penes virum conſeruentur. ibid. nu.18.

Donationis contemplatione matrimonii in contractu in omnibus pactis in eo appoſitis implicitè includitur vxor. ibid.n.9.

Donationis non poteſt dici cauſa finalis matrimonium, ſed potiùs impulſiua ob antecedentes cauſas in eadem donatione expreſſas. c.110.nu.11 fol.110.

Donationis cauſa finalis cenſetur cauſa matrimonium cum vxore contractum. c.108. n.14. fol. 97. & c.110.n.1. fol.108.

Donationis dicitur cauſa finalis matrimonium, ceteræ verò cauſæ cenſeri debent impulſiuæ, cauſæque matrimonii ſubalternantur. c.110. n. 12. fol.110.

Donationis fuiſſe cauſam finalem matrimonium coniectura ſuadens non eliditur ex materiali verborum formula circa antecedentem, vel ſubſequentem cauſam expreſſam. 110.n.16. f 111.

Abſque donatione congrua pro oneribus matrimonii ſuſtinendis non eſt credendum, mulierem nobilem voliſſe matrimonium contrahere cum viro extero. c.108. n 15. fol.97.

Donationes etiam contemplatione matrimonii ad hæredes tranſeunt. c.106. nn.4. & ſeq. fol.73. & c.107. n.54. fol.92

Idque

Digitized by Google

Idque etiam procedit. quamuis fuerit facta donatio intuitu, contemplationeque filiarum, quia non exinde dici debet inductum fideicommiſſum, neque ablata, facultas Patri, vel Matri de dictis bonis ad libitum diſponendi, excepta legitima in filiorum præiudicium. c.107. nu.6. fol.73.

Donationes contemplatione matrimonii non valent reuocari ex conſenſu viri in præiudicium mulieris, quæ alioquin matrimonium cum tanta dote, vel nullo modo contraxiſſet. c.106. n.7. fol.73.

Præcipuè, quia dici debent factæ ex titulo oneroſo, non autem lucratiuo. ibid.

Donatio contemplatione matrimonii, licet non poſſit reuocari; non tamen ex impotentia reuocandi rectè arguitur ad fideicommiſſum, atque adeò ad excluſionem creditorum ipſius donatarii. c.106. n.14. fol.74.

Donationem propter nuptias, cum pater non cogatur, inſpecta diſpoſitione iuris, ſeruare filiis illius matrimonii. c.106. n.9. fol.74

Hinc colligitur, donationem non quæri filiis, neque vxori, nam alioquin legalis diſpoſitio locum habere non poſſet. ibid.

Donatio contemplatione matrimonii, vtpotè cauſatiua, & non pura non ſubiacet ſolemnitatibus ſtatutariis. c.110.n.7. fol.110.

Donatio contemplatione certi matrimonii facta ex neceſſitate non ſubiacet ſolemnitatibus ſtatutariis; ſecus ex voluntate. ibid.nu.8.

Reprobatur huiuſmodi distinctio inter cauſã neceſſariam, & voluntariam in maiore, quidquid ſit in minore. ibid. n.9.

Vide Solemnitates.

Donationis caducatio, ſiue reſolutio. Vide Caducatio.

Donationes inter virum, & uxorem ab initio, Iure antiquo inſpecto, erant irritæ; licet poſtea ex cõſtitutione D. Marci huiuſmodi rigor fuerit temperatus, ut morte coniugis donantis confirmentur. c.181. n.36. fol.358.

Donatio facta à viro ignobili, etiam conſtante matrimonio, in recompenſationem nobilitatis ipſius uxoris ſubſiſtit. c.113. n.8. fol.133.

Idque, etiamſi non fuerit expreſſum, quia ita eſt præſumendũ, quando factum tale eſt. ibid. n.9. fol.134.

Reiicitur contraria ſententia. ibid.

Donans Donatarius.

Donanti ad bona ſemel irreuocabiliter donata non datur amplius regreſſus. c.194. n.17. fol.523.

Donans, & donatarius ſi inſimul pereant incendio, ruina, aut naufragio, & de ſuperexiſtentia donantis certitudo haberi non valeat, donatio ſubſtinetur, bonaque donata ad hæredes donatarii pertinent. c.181. n.33. fol.457.

Vide Mors.

Dos.

Dos eſt ius uniuerſale. c.137. n.44. fol.264.

Dos initio conſtitutionis recipit ſuam immutabilem naturam ex interuallo non alterabilem. c.115. n.11. fol.144.

Dos ſi ab initio fuit liberè per fratrem conſtituta ſorori, abſque ullo reuerſionis onere ad dotantem, non poteſt ex interuallo in dotis receptione facta à viro conueniri dotis reſtitutio eidem fratri facienda inſcia uxore. c.115. n.10 f.144 & n.15. fol.145.

Dos, ſi habuit initium à promiſſione, uel tempore traditionis, ſi captum eſt à traditione, pactum reuerſiuum ad fratrem, ſiue extraneum dotantem interuenire debet, promiſſionis tempore. cap 115. n.13. fol.144.

Idque etiam procedit in Patre dotante. ibid. nu.14.

Dos, ſi ſimpliciter legatur conſtituta in Tabulis nuptialibus, & promiſſa mulieri, non valet ex interuallo paciſci de dote reſtituenda in præiudicium mulieris inſciæ, ſuorumque hæredum. c.115. n.15. fol.145. & n.10. fol.144.

Secus aſſerendum, vel quando pactum fuit ab ipſa muliere dotata adiectum, præſente fratre. ibid. n.16.

Vel quando dos non eſt promiſſa ab extraneo, ſed à Patre, & de ratione diſcriminis inter vnũ, alterumque caſum. ibid.

Idque procedit, etiam in nuda promiſſione, cum ex peculiari dotis priuilegio habeatur pro veſtita, & ad agendum efficaci. ibid.

Super dotis reſtitutione pactum licet ex interuallo in Inſtrumento dotali appoſitum, quando dici non debeat incontinenti adiectum, ſtante præambula conuentione dotis ſimpliciter promiſſæ. c.115. n.17. fol.145.

Quidue aſſerendum, quoties ab initio in Tabulis nuptialibus fuit ſimpliciter promiſſa, vel conſtituta dos, cum pactis tamen in Inſtrumento dotali exprimendis. ibid. n.18.

Pactum prædictum, an dicatur appoſitum ex interuallo, quoties legitur adiectum poſt capitula matrimonialia, & conſtitutam dotem, occaſione ſponſalium de futuro. ibid. n.19.

Dotibus pacta præiudicium inferentia eatenus à Iure improbantur, quatenus expreſſè priuant mulieres dote pro illo tempore, quo ea opus habent ad iteratò nubendum. c.112. n.30. fol.130.

Dos poſt mortem mulieris, quòd ad aliam integra perueniat, non eſt Iure prohibitum pactum, ſed potiùs permiſſum; quia tunc ceſſat publicæ vtilitatis ratio. c.112. n.31. fol.130.

De dote lucranda pactum ſoluto matrimonio non extenditur ad caſum, quo matrimonium diuortio, vel morte viri ſoluatur, ſed tantùmmodò per mortem mulieris. c.112. n.32. fol.131.

Vide Lucrum.

Dos, quòd ſoluto quouis modo matrimonio apud virum remaneat inita conuentio, intelligi debet ſi vxor prædecedat. ibid. n.33. & ſeq.

Dotium circa reſtitutionem ſemper pacta ſunt interpretanda in caſu ſoluti matrimonij per mortem mulieris, ob fauorem publicum, vt poſſit

iterum

iterum nubere. c.112.n.35. fol.131.

Dotis conditionem mulier paciſcendo, non poteſt facere deteriorem, quamuis pactum eſſet collatum poſt ſolutum matrimonium. c.112.n.39. fol.131.

Contrarium nonnulli affirmant. ibid.n.40.

Declara, vt concluſio, de qua ſupra num.39. procedat, quando pactum doti præiudiciale legitur conuentum poſt ſolutum matrimonium. per mortem viri. ibid.n.41.

Dotis conditio, quòd fiat deterior ſi mulier faceret pactum, in ea ætate, in qua non adſit ſpes nę ratò eſſe nupturam, non improbatur in aliquorum ſententia. c.112.n.42. fol.131.

Dotis ſimpliciter conſtitutæ à fratre ad fauorem ſororis reſultat præſumptio donationis, quoties ex interuallo conuenitur dotis reſtitutio facienda eidem ſorori, vel eius fratri, aut alijs, quibus de iure veniat reſtituenda præpoſito nomine ſororis eidem fratri, vel alijs. c.115.nu.20. fol.145.

Vel in omnem caſum huiuſmodi forma ſtipulandi, vtpotè præſuppoſitiua eſt intelligenda diſcretiuè, vt, ſcilicet, quando ſibi locum vindicat diſpoſitio ſtatutaria cenſeatur dotis reſtitutio ſtipulata pro fratribus. ibid.n.21. fol.146.

Super dotis reſtitutione ſtipulatio facienda, quibus de Iure, & ex forma ſtatuti fieri debet, quomodò intelligenda, ne huiuſmodi ſtipulatio inanis dici debeat. ibid.n.22.

Dotis creditum, quoties extinguitur, creato cenſu, fructus non poſſunt dici debiti ex contractu dotis iam ſolutæ; ſed potiùs ex contractu cenſus. c.137. n.8. fol.260.

Vide Hypoteca.

Dotale creditum ſoluto matrimonio, remanet infructiferum; adeò ut dici non valeat, niſi merum creditum pecuniarium. c.137.n.10. fol 260.

Dotale creditum, ſoluto matrimonio, ſi remanet ex poſt facto infructiferum penes cedentem creditorem dotis; quando poſſit perſeuerare fructiferum penes ceſſionarium. c.137.n.31. fol.263.

Adeòut, impoſito cenſu pro dotis ſolutione fructus non debeantur ex ſolo contractu dotis iam ſolutæ; ſed potiùs ex contractu cenſus informata ab hypoteca dotali in eumdem cenſum tranſlata. ibid.

Dotale creditum ad hunc effectum, non eſt neceſsè, quòd omni tempore perſeueret fructiferum, ſed ſatis eſt, quò tempore ceſſionis fuerit fructiferum, quinimò aptum, natum parere fructus. ibid. n.23. & n 39. fol.264.

Dotis contractus in contractum cenſualem tranſfuſus, ſiue nouatus, cenſetur cum omnibus priuilegijs, etiam anterioritatis primo contractui dotis inhærentibus, tàm pro ſorte, quàm pro fructibus debitis ex ſecundo contractu. cap. 137. n.28. fol.262.

Contraria procedunt in alijs contractibus non priuilegiatis. ibid.

Dotis contractus tranſfuſus in mutuum iuxtà cautelam inuentam à Sapientibus Regni Neapolitani. Vide Mutuum.

Dotis priuilegium retinetur à mutui Inſtrumento ex dotibus dependens. c.137. n.29. fol.263.

Dotis titulus, licet in ſe fuerit extinctus, nihilòminus adhuc viuit in cenſu, in quem fuit propagatus, & transfuſus. c.137. n.49. fol.265.

Dos, & Fiſcus, quò ad hypotecam æquiparantur, c.108. n.37. fol.99.

Imò pinguius eſt priuilegium Mulieri indultum ex l.aſſiduis, Cod.qui potior. in pignor. hab. quàm quod Fiſco de iure eſt conceſſum in bonis poſteà quæſitis. c.108. n.37. fol.99.

Doti competit priuilegium, ſeù potioritas aduersùs creditores anteriores in bonis poſteà quæſitis ad inſtar Fiſci. c.108.n.35. & 37. fol.99.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. nu.36.

Dotis cauſa eſt magis priuilegiata, quàm Fiſcus. c.108. n.41. fol.100.

Dos Fiſco præfertur in bonis poſteà quæſitis. cap. 108.n.40. fol.100.

Refellitur contraria ſententia. ib.n.38. et ſeq.

Dotalis hypotheca à quo die incipiat. Vide Hypotheca.

An retrotrahatur in præiudicium tertij. Vide Hypotheca.

De dote data loquens Statutum quòad lucrum, an, & quando cõprahendat etiam dotem promiſsã. Vide latè verbo Statutum.

Dos eſt à Patre conſtituenda filiæ, quàmuis diuiti, & aliundè prouiſæ. c.109.n.20. fol.105.

Dotem dediſſe filiæ pater præſumitur in pretium Iurium ab eodem filia renunciatorum. c.109.n.21. fol.105.

Dotis promiſſio facta à Patre Clerico filiæ ſpuriæ, etiam ſub reſeruatione Apoſtolici beneplaciti eſt ab initio nulla ob reſiſtentiam Bullæ Pianæ. c.111. n.3. fol.115

Dotes filiabus ſpurijs ex æquitate Canonica conſtitui valent à Patribus Clericis, etiam ex redditibus Eccleſiaſticis, non obſtante Bulla Piana. quæ dictæ æquitati non derogat ib.n.20. f.117.

Dotes filiabus ſpurijs conſtitutæ legitimum modũ alimentorum in aliquorum ſententia excedere non valent, aliàs in exceſſu nullo Iure ſunt debitæ. ibid.n.21.

Adeòut pro exceſſu nulla non petat actio, vel hypotheca. ibid n.22.

Sed Rota amplectitur æquiorem ſententiam, vt taxatio dotis filiæ ſpuriæ fieri non debeat iuxtà præciſam neceſſitatem alimentorum; ſed prudentis Iudicis arbitrio. ibid.n.23.

In dote filiæ ſpuriæ, taxanda mos Regionis eſt potiſſimùm attendendus. c.111. n.25. fol.118.

Dos longè minor debetur filiæ ſpuriæ, quàm legitimæ; cum ſpuria, licet nobilis, ſatis decenter, nubat Artifici ibid.n.26.

Dos filiæ ſpuriæ nobilis Familiæ de Maximis fuit ſolùm taxata in ſcutis 3270. licet Pater eſſet ditiſſimus, ibid.n.27.

Dotis filiæ ſpuriæ ſuper congruitate non eſt ſtandum

patris

Digitized by Google

patris iudicio,ſed aliundè per dotatam eſt probanda, cum verſemur in probibitis. ibid.n.28.

Dos loco legitimè, an, & quando ſuccedat. Vide Legitima.

Dotis ſuper congruitate ex fideicommiſſo extracta non eſt deferendum paterno iudicio; ſed per dotatam eſt aliundè iuſtificanda. ibid.nu.29.

De dote data loquens ſtatutum, an, & quando comprebendat dotem promiſſam Verbo Statutum.

Dos promiſſa non eſt dos data. c.114 n.3. fol.137. Vide Statutum.

De dote ſtatutum. Vide Statutum.

In dote decernenda modus eſt ſtatuendus ex facultatibus, & dignitatibus mulieris, & mariti.c.113. n.5. fol.133.

Dos nulla eſt constituenda marito ignobili, ſtante maxima vxoris nobilitate, quæ eſt ſatis ſuperque pro dote. ibid.n.7.

Dotis augmentum, nedum facere poſſunt viri ignobiles; ſed etiam congruè donare mulierem, etiam in præiudicium fideicommiſſi. ibid.nu.9. fol.134.

Satis congruum videtur, vt maritus luat in ære, quod non habet in corpore. ibid.

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu amplectenda. ibid.n.10.

Dotis fructus pars eiuſdem dotis dicuntur, & veniunt in iudicio moto pro dote conſequenda. cap. 153. n.23. fol.335.

Dotales fructus veniunt ſub promiſſione damnorũ, & intereſſe contenta ſub obligatione Camerali. ibid. n.24.

Dotis fructus, quoties petuntur ex contractu, obligationeq; promiſſoris, eadem competit prioritas temporis, quàm habet ipſe contractus pro ſorte dotis. ibid n.25.

Dotis fructus, neque etiá ratione alimentorum poſſunt peti à filio matris hærede c.153. n.23.f.335.

Dotis non reſtitutæ interuſuria mulieri viduæ non debentur.c.118. n.1. fol.157.

Idque etiam procedit, ſi maritus in teſtamento quid annum vxori reliquerit vſurarum nomine, donec dos ſoluatur. c.118. n.2. fol.158.

Dotali ex pignore vidua, viro mortuo, ſi fructus percipiat illos in ſortem imputat. ibid.n.3.

Adeòut, neque valeat paciſci, vt in ſortem imputentur. ibid.

Dotis interuſuria, ad hoc vt viduæ debeantur copulatiuè concurrere debent interpellatio Iudicialis hæredum viri cum poſſibilibus diligentijs, & concludens probatio, quòd vidua aliundè non habuerit. c.118. n 4. fol.158.

Huiuſmodi probatio ad viduam pertinet. ibid.

Interpellatio, quando eſt præſumenda. c.118. nu.40.fol.162. & n.44. vbi declaratur fol.163.

Interpellatio requiritur, non obſtante pacto, quòd vſuræ dotis non reſtitutæ debeantur, cum non dependeat à partium confeſſione licitá reddere vſuram alioquin illicitam. ibid.n.6.

Reprobatur contraria ſententia affirmans, vſuras dotales viduæ deberi abſque interpellatione, cum non ſint lucroſæ acceſſiones, ſed ſubrogentur loco alimentorum. ibid. n.7.

Dotis interuſuria ad conſequenda vidua, quæ eſt actrix, tenetur probare qualitatem, quòd aliundè non habuerit. c.118. n.12. fol.159.

Huiuſmodi qualitas non eſt preſumenda; ſed apertiſſimè à vidua actrice probanda. ibid.n.13.

Hæc qualitas præſumi poteſt, quãdo mulier eſt rea, ſecus quando eſt actrix. c.118.n.14.fol.159.

Paupertatis probatio, ex quibus in vidua excludatur. c.118. n.18. fol.160.

Dotales vſuræ ob dotem viduæ non reſtitutam non debentur iure actionis, ſed ſimplici Iudicis officio, & ex accidenti propter moram.c.118.n.22.f.160.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. nu.27. fol.161.

Ideòque cenſentur remiſſæ per ſortem dotis à vidua receptam, cum ampliſſima liberatione. ibid. nu.23.

Præcipuè, quando à Iudice fuit relaxatum mandatum pro ſorte dotis nulla acceſſionum ratione habita. ibid. n.24.

Nam ſublato principali per ſententiam, omne conſequtiuum cenſetur ſublatum, adeòut neq; noua actione peti valeant, cum actor in hac parte grauatus debuerit appellare. ibid.n.25.

Dotales vſuræ per Iudicem multò magis cenſentur remiſſæ, quando ſors dotis reperitur iam ſoluta vigore decreti, ſeù ſententiæ. ibid.n.26.

Dotales vſuræ debitæ conditione ex ſtatuto, dicũtur deberi iure actionis. ibid.n.29.

Ideoque per receptionem ſortis non dicuntur remiſſæ. ibid.n.30.

Dotis non reſtitutæ fructus, an poſt moram debeantur, non tamquam fructus, ſed tamquàm intereſſe. ibid.n.31.& ſeqq.

Dotis non reſtitutæ interuſuria in pecunia conſiſtentis viduæ non eſt permiſſum ex ſimplici mora petere. ibid.n.32.

Dotis in reſtitutione viduæ moram paſſæ ſubuenitur ex cauſa lucri ceſſantis, damnique emergentis. ibid. n.33.

In vtroque tamen caſu ſunt pernecesſè probanda requiſita Caſtrenſis, tàm ad lucrum, quàm ad damna ſpectantia, cum in hoc dos non reperiatur priuilegiata. ibid.n. 34.& ſeq. fol.162.

Adeòut non ſit admittenda præſumpta probatio reſultans ex qualitate loci, ex quo ſint paratę occaſiones collocandi pecunias ad lucrum. ibid.

Affertur contraria ſententia, quæ eſt grauiſſimorum virorum, licet illam Rota non ſequatur. ibid.n.43. fol 163.

Dotis non reſtitutæ fructus perceptos, & cõſumptos, ad hoc vt vidua reſtituere non cogatur, neque in ſortem imputare, ſemota fraude, voluntate ne eiuſdem mulieris ſenerandi in dubio non præſumenda, ſola malæ fidei abſentia ſufficiens videtur ibid. n.42.

Dotalibus de vſuris viduæ præſtandis poſt interpellationẽ vigore Statuti Bononiæ, ibid.n.39.fol.162

Interpellatio, quando ſit præſumenda.ib.n.40.

Interpellationis præſumptio ex diuturnis educta ſolutionibus recipitur ſolùm ad fauorem viduæ; ſecus verò hæredem viri, & de ratione diſcriminis inter vnum, alterumque caſum. ibid nu.44.

Interpellationis præſumptio reſultans ex diuturna fructuum ſolutione ſuffragatur tamùmmodò viduæ, non autem marito, ſoluto matrimonio. ibid n.46.

Dotis lucrum.

Dotis lucrum viro non debetur, cuius ſolutionis dies nondum ceſſit ob dilationem habitam. c.114.n.23 fol.140.

Dotis lucrum in dote promiſſa excluditur, quoties ſtatutum decernit lucrum viro, tàm de mobilibus,

Digitized by Google

bus, quàm de immobilibus, ſiue ſe mouentibus, æſtimatis, vel inæſtimatis, quæ vt plurimùm viro realiter tradi ſolent. ibid. n. 26.
Vide Statutum.

Lucri dotalis fructus debentur mulieri ſuper bonis mariti ad rationem dotis promiſſæ. c. 116. nu. 22. *fol. 151.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Lucrum dotis, ſi debeat reſolui, aliquo ſuperuiuente, tunc ſimul morientibus coniugibus, non eſt locus reſolutioni, quia verum eſt, neminem ſuperuixiſſe. c. 181. n. 31. *fol. 457.*
Vide latiùs verbo Mors, Statutum.

De lucro dotis ſtatutum. Vide latè Statutum.

In dote data Statutum decernens dotem, an procedat in dote promiſſa. Verbo Statutum.

Educatio.

EDucatio pupillorum, vbi, & penes quem ſit facienda. Iura remittunt prudentis Iudicis arbitrio. c. 184. n. 1. *fol. 471.*

In educatione pupillorum tria potiſſimùm diligenter à Iudice conſideranda, nempè, Perſona, Condicio, & Modus. ibid. n. 2.

Educationem pupilli Iudex ei debet demandare, cui illam committeret, ſi filius ſuus eſſet, proſpiciendo potiſſimùm ipſius vtilitati. ibid. n. 3.

Educatio pupillorum regulariter ibi fieri debet, vbi pater in teſtamento faciendam eſſe decreuit. cap. 184. n. 4. *fol. 471*

Sed huiuſmodi patris voluntas non attēdenda, ſi aliter ſuadeant circumſtantiæ loci, temporis, & cauſæ, & præcipuè pupillorum vtilitas prudentis Iudicis arbitrio penſanda. ibid. n. 5.

In educatione pupilli poteſt Iudex ab eiuſdem pupilli voluntate recedere; ſi per imprudentiam, imbecillitatemque ætatis, aut ſeductionem fuerit motus ad ſibi damnoſam manſionem eligendam. c. 184. n. 6. *fol. 472.*

Educatio filiorum nulli magis, quàm Matri ad ſecundas nuptias non conuolanti, eſt committenda. ibid. n 7.

Circa educationem filiorum, ſubleuandamque eorum neceſſitatem, nemo fidelior videtur, quàm eorum Mater. ibid. n. 8.

Quis ferat, liberos à parentibus ſegregari. ibid. nu. 9.

Educatio filiæ non eſt permittenda penes Matrem, ſtante ſuſpicione, quòd illam poſſit inducere, vt fieret Monialis. ibid. nn. 15. *fol. 473.*

Educationis præſuppoſito penes certam perſonam ceſſante. Teſtatoris diſpoſitio euaneſcit. ibid. n. 10.

In educatione pupillorum, quoties Tutor, & conſāguinei concordant, Iudex eorum votum ſequi debet. ibid. n. 11.

Educatio pupillorum apud eum fieri debet, apud quem ſi non fieret, periculum immineret, vt pupillus eius ſucceſſionem amitteret. ibid. n. 12.

Super educatione ad effectum explorandi voluntatem pupillæ, reponi debet in loco libero. cap. 184. n. 16. *fol. 474.*

Effectus.

Effectus ſubſequtus declarat, qualis fuerit intentio partium ab initio. c. 106. n. 59. *fol. 82.*

Electio.

Electio alicuius puellæ in Collegium admiſſæ non eſt ac facili permittenda, ne ſcandali oriatur ſuſpicio. c. 187. n. 15. *fol. 484.*
Vide Collegium Amotio.

Electus.

Electo vno remedio, alterum ceſſat, quando creditor duo habet remedia. c. 157. n. 14. *fol. 351*

Elegiſſe quis non præſumitur viam, per quam eius actus impugnetur. c. 114. n. 22. *fol. 112*

Electio ab initio nulla non poteſt ex poſt facto conualeſcere in vim nouæ electionis, non adhibitis neceſſarÿs ſolemnitatibus. c. 186. n. 18. *fol. 481.*

In electionibus ſpectari debet initium. c. 186. nn. 19. *fol. 481.*

In electione nulla ſuperueniens electorum conſenſus non ſufficit ad conſtituendam nouam electionem, niſi iterentur ea, quæ neceſſariò iteranda ſunt ad validitatem actus. c. 186. n. 20. *fol. 481*

Electionis in materia maximoperè eſt attendenda conſuetudo. c. 187. n. 14. *fol. 483.*

Eligere debet infra annum tertius, cui optio rei legatæ committitur. c. 141. n. 18. *fol. 280.*

Eligere ſe ipſum non poteſt mandatum habens ad eligendum. c. 101. n 19. *fol. 48.*
Vide Perſona, Mandatum.

Electio Procuratoris debet eſſe certa, ac determinata. cap. 186. nn. 4. *fol. 479.*

Electio Arbitri debet eſſe certa. ibid n. 5.

In Electionibus, & ſcrutinÿs vota incerta, conditionalia, & alternatiua penitùs reprobantur. ibidem n. 6.

Electus debet eſſe omninò certus, & determinatus. ibid. n. 6.

Electionis pro validitate non ſufficit, licet circumſtantiæ aliquæ ſuadeant, eligentes potiùs de vno Titio, quàm de altero cogitaſſe, cum ad ſummum electio remaneat purè probabilis, non autem certa. c. 186. n. 17. *fol. 480.*

Emancipatio.

Emancipationis ad caſum extenditur diſpoſitio facta à Matre, in caſu, in quo eius filÿ ſui Iuris effecti fuerint per mortem Patris, quia idem reſultet effectus. c. 194. n. 153. *fol. 540.*

Emphyteuſis.

Emphyteuſis alienatio etiā ex lege Inueſtituræ permiſſæ alienari cum conſenſu Domini non habet implicitum ſtatum validitatis, neq; aſſenſus poſtmodùm retrotrahitur in præiudicium tertÿ. cap. 111. n. 10. *fol 116.*

Emphyteuſis ſimpliciter conceſſa pro filÿs, & nepotibus regulariter non comprehendit fœminas, cum in contractibus maſculinum non concipiat fœmininum. c. 117. n. 1. *fol. 152.*

Præcipuè in Emphyteuſi Eccleſiaſtica. ibid. n. 2. *fol. 153.*

Reprobatur contraria ſententia, quæ ſolùm eſt amplectenda, quoties vltrà filios, nepoteſque vocantur etiam deſcendentes, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ. ibid. n. 3.

Niſi tamen Emphytheuſis Eccleſiaſtica fuerit ſtipulata pro ſe, filÿs ſuis maſculis legitimis, & naturalibus, necnon deſcendentibus ſuis, tunc enim non veniunt fœminæ cum verbum illud deſcendentibus, ſit regulandum à præcedenti qualitate maſculina. ibid. n. 4.

Emphytheuſis, quoties primordialiter eſt conceſſa fœminæ; tunc filiorum, & nepotum appellatione etiam fœminæ continentur, cum non ſit præſumendum, fœminam proprium ſexum odio habuiſſe. c. 117. n. 5. *fol. 153.*

Idq; etiā ſi per fœminā eſſet facta cōceſſio. ibid.

Vel à maſculo, & fœmina fuiſſet ſtipulata. ibid.

Hoc

Digitized by Google

Hoc tamen non procedit, quoties Inueſtitura præciſè ſe refert ad aliquod ſtatutum vocans ad Emphytheuſim filios, nepoteſque maſculos. ibid n.6. fol.154.

In Emphytheuſi, quàmuis ſimpliciter legatur facta conceſſio pro filijs, nepotibus, & deſcendẽtibus; ſi tamen ex Statuto, Conſuetudine, vel priuilegijs, ſubintelligi debet qualitas hæreditaria, diſponendique facultas, nepotes, & deſcendentes cenſentur vocati, quatenus bonorũ poſſeſſores non diſponant. c.107.n.67. fol.93.

Emphytheuſis renouatio. Vide Renouatio.

Emptio.

Emptio, & venditio ſolo conſenſu perficitur, interueniente re, pretioque. c.133.n.5. fol.242.

Emptionis, venditioniſque in contractu pretium non poteſt remitti in arbitrium contrahentium. c.133.n.13. fol.243.

Emptionis contractus dicitur perfectus, quoties pars pretij eſt ſoluta; etiam quòd fuerit expreſſè conuentum, vt conficeretur Inſtrumentum. c.133.n.20. fol.244.

Emptionem, & venditionem pretij incertitudo, an quando reddat imperfectam. Vide Pretium.

Emptione facta, collatoque pretio in arbitrium boni viri, perfecta eſt vẽditio. c.134.n.14 fol.247

Emptione facta pro iuſto pretio æſtimando, venditio eſt perfecta. c.134.n.15. fol.247

Vide Pretium, Venditio.

Emptionis, & venditionis ad validitatem ſcriptura non requiritur, ſed ſolùmmodò ad probationem. c.133.n.6. fol.242.

Emptionis, venditioniſq; contractus dicitur perfectus, ſtante conuentione ſuper re, & pretio, etiã quòd fuerit expreſsè conuentum, vt confici debeat Inſtrumentum. c.133.n.7. fol.242

Præcipuè, quando non legitur clauſula annullatiua, quòd antè confectum Inſtrumentum contractus non valeat. ibid.

Amplia, etiam, ſi poſtquã fuerit de re, & pretio conuentũ, aliqua pacta ſubſtantialia circa modum ſolutionis alterentur. ibid.n.8. fol.243

Quando autem ſcriptura ſit de ſubſtantia cõtractus. Vide Scriptura.

Emptionis, & venditionis contractus dicitur imperfectus antè ſtipulationem Inſtrumenti, quoties fuit conuentum, vt in actu ſtipulationis certa pars pretij venditori ſolui deberet. cap. 133.n.21. fol.244.

Intellige, quando nulla pars pretij antè ſtipulationem fuit ſoluta; ſecus ſi fuerit tradita Arrha. ibid.

Vide alia Venditio, Pretium.

Emere quis poteſt, ſibique acquirere ex aliena pecunia, remanente, qui pecuniam expoſuit, tantùmmodò creditore. c.98.n.9. fol.33.

Ab emptione, vt diſcedatur, vel quòd res ſit inempta, vel quòd venditio non valeat, meliore conditione oblata, hoc caſu emptor, & vſucapit, & fructus, acceſſioneſque lucratur. c.123.n.1. fol.192.

Nam tunc venditio eſt pura, & à principio perfecta, reſoluenda tamen ſub conditione melioris oblationis. ibid.

Præcipuè, quando reſolutio contractus non eſt concepta verbis directis; ſed potiùs obliquis factum hominis requirentibus pro reſolutione, adueniente conditione, vel tempore. ibid.n.2.

Emptio, quando non eſt conditionalis, dominium in emptorem transfertur. c.123.n.3. fol.192.

In emptione, an, & quando dicatur adeſſe pactum addictionis in diem, quoſque effectus operetur. c.123.n.1. & ſeqq. fol.191. & ſeqq.

Emptio, an, & quando dicatur pura ab initio, licet ſub conditione melioris oblationis reſoluenda, & quando dici debeat ab initio conditionalis, & ſuſpenſiua. c.123.n.1. & ſeqq. fol.191 & ſeqq. & n.11. fol.193

Emptio, quòad pondus, & menſuram. Vide Menſura, Venditio.

Emptor.

Emptor primus ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel ex alia qualibet cauſa coactus alteri vendere eſt omninò à ſecundo emptore releuandus indemnis. c.165.n.1. fol.394.

Ideòque eſt ipſi reficiendum quidquid pro rei conſequtione expendit, ſiue in cauſam pretij, ſiue ex alia quacumque cauſa. ibid.n.2.

Emptori coacto vendere refici debent expenſæ extraordinariæ Proxenetæ, Gabellæ, Laudemij, Notarij, aliæque huiuſmodi generis. ibid.n.5.

Emptoris reſpectu vendere coacti pretium dicitur totum id, quod ab ipſo re vera fuit ſolutum, & quòad venditorem quantũ apud eundem remãſerit cum commodi conſequutione. ibid.n.6.

Pro pretio eſt habendum totũ id, quod ſoluit emptor ratione rei comparandæ. ibid.n.7.

Emptori coacto alteri vendere eſt omninò reficiendum pretij augmentum demandatum à Principe, eidemque perſolutum vnà cum antiquo pretio. c.165.n.8. fol.395.

Quidquid fortaſsè poſſit dubitari, quãdo augmentum pretij fuiſſet tertio ſolutum, prout contigit in laudemijs, Gabelliſque. ibid.n.9.

Emptor, quòad euictionem. Vide Euictio.

Enunciatiua.

Enunciatiua, quoties eſt incidenter prolata, & ad alium effectũ, & principaliter contingit dubitari de veritate enunciati, non probat. c.162.n. 15. fol.378.

Enunciatiua vxoris emiſſa in Inuentario ſuper ſuſcepta tutela à viro non probat in eiuſdem viri præiudicium. c.143.n.6. fol.287.

Enunciatiua equiuoca non meretur attendi. c.162. n.16. fol.178.

Enunciatiua vnica non attenditur ad effectum probandi ſeruitutem negatiuam, cui Iura reſiſtunt. c.172.n.15. fol.420.

Enunciatiua inter Dominum, & Vaſſallum præſumitur valdè ſuſpecta, & per vim, metumque extorta. c.172.nu.16. fol.421

Præſertim, accedentibus verbis Simpliciter

recurſum habuerunt, veniam, & miſericordiam petendo. *ibid.nn.17.*

Epiſcopus.

Epiſcopo eſt permiſſum numerum Monialium augere ob redditus excreſcentes. c.187.n.1. & 3. fol.482.

Idque etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel Statuto, cum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus; non autem mutato rerum ſtatu. ibid.n.2.

Ita intelligenda Conſtitutio Gregorij XIII *incipiens* Deo Sacris. *ibid.*

Epiſcopus poteſt augere numerum Monialium ob redditus excreſcentes, etiam non conſentientibus Monialibus, & irrationabiliter innitis. cap. 187.n.3. fol.482.

Vide Moniales.

Epiſcopatus.

Epiſcopatus ſex Cardinalitij, vtpotè annexi Cardinalatui cum qualitate antianitatis non induunt aliquam incompatibilitatem, etiã cum alio actuali, & reſidentiali Epiſcopatu, dum non compellunt ad reſidentiam. c.192.n.5. fol.509

Epiſtolæ.

Epiſtolæ familiares ſcripta tertio regulariter non probant. c.102. n.22. fol.53.

Præcipuè, quãdo non continent factum ſcribentis, ſed aliarum. ibid.n.23. fol.54.

Euangelium.

De Euangelico Oraculo reprehẽdente maiorem ſeruum, qui, obtenta ab eius Domino liberatione à maiori debito, ſuffocabat conſeruum ſuum debitorem in minori. c.120.n.2. fol.178.

De Euangelico altero Oraculo aſſerente, eadem menſura, qua menſi eritis, metietur, & vobis. *ibid.n.3.*

Euentus.

Ab euentu, quod dependet, non eſt pro eo, quaſi ſit. c.119.n.59. fol.174.

Euentu ex futuro omnis actus, qui poteſt reſolui, quantum attinet ad præſentem ſtatum, dicitur purus, non ſecus, ac ſi nullo caſu illius daretur reſolutio; ſed ſolùmmodò quoad Iuris effectum præſens eius ſtatus eſt conſiderandus. ibid.n.60.

Euictio.

Euictioni non dicitur factus locus per ſolam immiſſionem in Saluiano, quia per Saluianum ſola detentatio auocatur; non autem poſſeſſio. c.139 n.33. fol.272.

Præcipuè non exiſtente clauſula, Tàm auocata poſſeſſione, quàm non auocata. *ibid.*

Euictione ſequuta, reuiuiſcunt credita, & actiones. c.111.n.60. fol.122.

Vide Cenſus, Fideiuſſor, Ceſſionarius.

Euictionis ſuper iudicio non eſt facienda interpellatio per emptorem venditori, quoties notoriè conſtat de iuſtitia euictionis, itaut emptor interpellatus illam impedire non valeat c.121.n.15 fol.187.

De euictione, vel ad pretij reſtitutionem, quàmuis non agat emens ſcienter rem alienam. cap.130. nu.13. fol.230

Id tamen non procedit, quoties ſpecificè eſt promiſſa euictio, vel regreſſus fauore emptoris in caſu moleſtiarum, quibus euenientibus, commiſſa dicitur ſtipulatio. c.130.n.14. fol.230.

Sed ſciẽtia præſumpta emptoris rem eſſe alienam, vel alicui oneri obnoxiam, adhuc effectũ non ſufficit, ſed omninò requiritur explicita, & concludens probatio. ibid.n.15.

Euicta quodammodo dicitur ſors principalis cenſus, illaque ſequuta, quoties alius creditor fructuum exactioni ex fundo cenſito ſe opponit. cap 137.n.24. fol.262.

Euictione fundi cenſiti ſequuta, vltrà repetitionem ſortis, quia contractus cenſualis euaneſcit, eſt etiam locus refectioni intereſſe. ibid. n.26.

Huiuſmodi intereſſe comprehenſum ſub fructibus conuentis ſortitur eamdem anterioritatẽ ſortis, etiam poſt ſequtam euictionem. ibid.n.27.

Euictionis fideiuſſor. Vide Fideiuſſor.

Exceptio.

Exceptio quæcumq; actoris actionem, intentionẽq; elidens, non eſt opus, quòd formaliter opponatur; ſed ſufficit, quòd narretur factum, ex quo oritur exceptio. c.146.n.4. fol.300.

Exceptio requirens altiorem indaginẽ non dicitur, quoties in mero Iuris articulo conſiſtit, nam facto firmato, ius ſemper dicitur certum. c.151.n. 23. fol.326. & c.191. n.37. & ſeq. fol.505.

Secus aſſerendum, quoties verſamur in exceptione Iuris dubij, & controuerſi, quæ dubio facti aſſimilatur. c.151. n.24. fol.326.

Exceptio dicitur clara, neque requirit altiorem indaginem, quoties turbiditas eſt tantùmmodò in replicatione. c.191.n.41. fol.505

Exceptio oriens ex ventre ſcripturæ nunquàm cẽſetur excluſa, ſed admittitur, etiam ſi requirat altiorem indaginem. c.191. n.40. fol.505.

Exceptio oriens ex ventre earumdem literarum Apoſtolicarum retardat executionem earumdem literarum. ibid.n 39.

Exceptio Iuris tertij non poteſt opponi. c.94.n.30. fol.18.

Exceptiones diuerſæ.

Exceptio cedendarum actionum non competit tertio poſſeſſori rei hypothecatæ, & de ratione. cap 150.n.13. fol.321.

Exceptio cedendarum actionum non poteſt opponi per tertiam perſonam contrà creditorem conſentientem alienationi, ſiue remiſſioni pignoris. c.150.n.14. fol.321.

Exceptio, ſiue beneficium cedendarum actionum competens poſſeſſori conuento à debitore nõ procedit ex aliquo contractu præcedenti; prout accidit inter creditorem, & fideiuſſorem: ſed potiùs ex quadam æquitate, & vrbanitate. ibid. n.15.

Exceptiones cedendarum vrbanitas, & æquitas legis venit poſſeſſori communicanda eo modo, quo poteſt ab ipſo creditore nullum pactum habente ſuper hoc cũ tertio poſſeſſore bonorum ipſius debi-

Digitized by Google

I N D E X

debitoris. c.150. n.16. *fol.321.*

Exceptione eedendarum tunc creditor in caſibus à Iure permiſſis poteſt repelli, quando iura, quæ habebat, dimiſit, non autem, quando eadem iurà noncuranit acquirere. ibid.n.17.

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ intrà triginta dies eſt opponenda, quoties non agitur de dote, aut mutuo, in quibus datur bienniũ. c.93.n.9. fol.9.

Ad exceptionem non numeratæ pecuniæ opponendam, an debitor, elapſo biennio, ſit admittendus, ſi aſſumat in ſe onus probandi, pecunias nõ fuiſſe ſibi ſolutas. ibid.n.11.

Elapſo biennio, cum Iuris præſumptio ſtet pro creditore contra debitorem, ad illam elidendam requiruntur concludentes probationes ſuadentes, numerationem non fuiſſe ſequtã. ibid.n.12.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an, & quando admittenda in cãbio. Vide Cambium, Cambii literæ.

Exceſſus.

Ab exceſſu poteſt ſaluari ſentẽtia, quoties eſt relatiua ad libellum continentem clauſulam, Saluo iure melioris calculi. *c.103.n.24.* *fol.58*

Vide Sententia, Exequtio.

Exceſſiua exequtio. Vide Exequtio.

Exceſſiua ſententia. Vide Sententia.

Exceſſus in mandato. Vide Mãdatũ, Procurator.

Excuſſio.

Excuſſio nominis debitoris, quoad eius inexigibilitatem dicitur facta, ſtante creditorum concurſu. c.130. n.18. *fol.231.*

Vide Ceſſionarius.

Excuſſio ſoluere debentis non requiritur, ſed dicitur commiſſa ſtipulatio per ſolam moram, quando quis ſtipulatur, ſe ſoluturum, ſi debitor poſt relaxationem mandati non ſoluat. c.142. nu.3. *fol.284.*

Exequtio.

In exequendo diligentiæ probantur, quoties, relaxatis mandatis, non potuit fieri exequtio. cap. 129. n.1. *fol.224.*

Exequtori in hoc eſt fides adhibenda. ibid.n.2.

Exequtio exceſſiua in mandato ratione indiuiduitatis in totum corruit; etiamſi exceſſus ſit in minimo. c.103.n.17. *fol.57.*

Contraria procedunt, ſi ſolùmmodò exceſſus ſit in exequtione. ibid. nu.28. fol.58. & c.143. n.35. *fol.200.*

Exceſſu non obſtante, mandatum pro ſumma debita ſubſtinetur. c.103. n.19. *fol.58.*

Id tamen non procedit, quoties reperitur facta exceſſiua exequtio, tunc enim non eſt locus prædictæ æquitati. ibid.n.20.

Amplia declarationem, etiam ſi creditor in plus petendo, & exequendo non fuerit verſatus in dolo, & in libello appoſuerit clauſulam ſaluo Iure melioris calculi, *quæ poteſt excuſare à pœnis à Iure inflictis contra plus debito petentes, ſed non ab iniuſtitia totius mandati, & exequtionis. ibid.n.21.*

Quid operetur dicta clauſula ſaluo Iure melioris calculi. *ibid.n.22.*

Exequtiuè, an poſſit procedi contra tertium poſſeſſorem. Vide Tertius poſſeſſor.

Exequtiua via. Vide Via exequtiua.

Exequtiuum ius.

Exequtiuum Ius cenſetur etiam ceſſum, ceſſa actione principali. c.131.n.2. fol.233. & c.145.n.5 *fol.295.*

Exequtor Apoſtolicus.

Exequtores Apoſtolicos ſuper aſſentibus omnia ritè, & rectè geſſiſſe eſt præſumendum. c.149. n.13. *fol.313.*

Exequtoris Apoſtolici ſententia in rebus Eccleſiæ alienari prohibitis non ſortitur effectum, niſi poſt obtentum beneplacitum. cap.162. num.37. *fol.381.*

Exequtor Teſtamentarius.

Exequtorum Teſtamentariorum poteſtas dici debet reſtricta ad ea, quæ reſpiciunt exequtionem diſpoſitorum in teſtamento intra limites facultatis à Teſtatore conceſſæ. c.102.n.8. *fol.52.*

Non autem extenditur, vt exequtor ſit procurator, ſiue negotiorum geſtor defuncti. ib.n.9

Idque, non obſtante clauſula cum libera, & plena poteſtate, *quæ non tribuit facultatem obligandi Teſtatorem, eiuſque hæreditatem, ſed reſtringitur ad negotia pertinentia ad Exequtorem. c.102.n.10.* *fol.52.*

Exequtor T*eſtamentarius non poteſt aliquod agere, niſi conſentiente altero exequtore; cum eiſdem intelligatur data facultas in ſolidum. cap. 102. n.19.* *fol.53.*

Niſi tamen vnus ex Teſtamentarijs Exequtoribus eſſet mortuus, vel in longinquis partibus ageret, vel exequi nollet. ibid. n.24.

Expenſæ.

Expenſæ pro colendis fructibus tantùmmodò pertinentes ad præſentẽ rei vtilitatem non ſunt reficiendæ. c.139.n.14. *fol.271.*

Idque etiam procedit in disboſcatione, vt vulgò aiunt, prædiorum. ibid. n.15.

Præcipuè, quando plus vtilitatis fuit perceptum ex lignis inciſis, & ex terris ad culturam redactis, quàm fuerit in disboſcatione impenſum. ibid.

Expreſſum.

Expreſſi, & taciti idem eſt Iudicium. c.107.n.22. *fol.89.*

Vide Tacitum.

Extare.

Extare, vt aliquid dicatur, ſufficit, quòd quantumcumque modicum de illo extet. c.137.n.50 *fol.265.*

Factum.

F*Acta magis loquuntur, quàm clamant verba. c.96. n.23.* *fol.25.*

Facultatiui actus.

Facultatiuis in actibus regulare eſt, vt nunquàm dici valeat inducta conſuetudo, niſi probetur prohibitio, cum ſubſequta acquieſcentia prohibiti. c.167. n.46. *fol.405.*

Li-

Limita, quoties cõcurrit immemorabilis probata cum ſuis requiſitis, ex qua titulus reſultat præſumptus. ibid.n.47.

Vel, ſtante actuum multiplicitate, ex quibus ceſſat facultatis præſumptio. ibid.n.48.

Vel, quoties agitur fauore pię cauſæ, diuinique cultus. ibid.n.49. *fol.406.*

Imò fauore piæ cauſæ ſufficit decemnalis præſtatio, adhoc, vt in futurum oriatur obligatio. ibid.n.50.

Falſitas, Falſum.

Super falſitate Inſtrumentorum dotalium lata ſententia per Iudicem Criminalem, præiudicat mulieri citatæ. c.141. n.34. *fol.282.*

De falſitate redargui non valet alteratio facta in libris Rationum, quia ſine illis ratio reddi poteſt. c.143. n.27. *fol.289.*

Falſitate in ludo commiſsa, eſt reficiendum ſpondentibus totum lucrum, quod in ludo facere potuiſsent. c.188. n.3. *fol.485.*

Falſo Inſtrumento adiectum conſtitutum, *vtpotè illius acceſſorium nihil operatur, neq; aliquam transfert poſſeſſionem. c.141.n.35.* *fol.282.*

Falſa expreſſio in Gratia. Vide Gratia.

Familia.

Familiæ propagatio non minus eſt exoptabilis vno modo, quàm alio. c.194. n.139. *fol.539.*

Fauor.

In fauorẽ inducta non debent in odium retorqueri. c.116.n.2.fol.148. & c.190. n.45. *fol.498.*

Feciales.

Fecialium officium à Numa Pompilio institutorum, in quo potiſſimùm verſabatur. c.180. n.5. *fol.498.*

Feneſtra.

Feneſtra totum murum penetrans eſt ſignum euidens proprietatis eiuſdem muri, cum excluſione proprietatis alterius. c.175. nu.3.fol.428. & c.176. n.1. *fol.433.*

Idque procedit etiam ſi feneſtræ fuerint poſteà clauſæ. c.176. n.1. *fol.433.*

Ex feneſtris in muro exiſtentibus, quando nõ arguatur muri proprietas. c.176. n.10. *fol.434*

Ex feneſtris totum murum penetrantibus, quando probatur dominium fauore alicuius, immiſſio tignorum non eſt apta ad probandam eiuſdem muri communionem. c.176. n.13. *fol.434.*

Feneſtrarum ſolum ſignũ in muro exiſtentium abſque ſtillicidio non ſufficit ad præſumptionem proprietatis muri ex Statuto Mediolani. c.176. n.18. *fol 435.*

Feneſtra cum cancellis ferreis, cum appareat conſtructa ad lumen recipiendum, non poteſt ad proſpectum deſeruire. c.175. n.28. *fol 431.*

Feneſtræ ſuper clauſura ſeruitus, quomodo probetur. c.175. n.29. *fol.431.*

Feneſtras in muro proprio poteſt quis aperire, quãuis murus diù ſteterit abſque feneſtris. c.175. n.31. fol.431. & n.5. *fol.428.*

Feneſtra, quoties apparent conſtructæ eodem tempore, quo fuit fabricatus murus, excluſa remanet clandeſtinitatis poſſibilitas ſuper earũdem feneſtrarum aperitione. c.176.n.9. *fol.434.*

Feneſtras non aperiendi ex obligatione facta non poteſt dici inducta, niſi obligatio perſonalis, nõ autem realis tranſiens cum ipſa re. c.175.n.37. *fol.432.*

An autem id procedat, quoties ſeruitus eſt continua in vim pacti habentis cauſam perpetuam. ibid. n.38.

Feudum.

Feudum hæreditarium, & ſecundum quid, & mixtum datur, in quo ſuccedunt filii, & deſcendentes cum qualitate tamen hæreditaria; adeò vt vtraque qualitas, & hæreditaria, &, ſanguinis requiratur. c.107. n.25. *fol.89.*

In feudo mixto ſuccedere volens ſufficit, quòd ſit hæres in re certa. c.117.n.9. *fol.154.*

Feudum regulariter probatur hæreditarium, atque adeò trãſitorium ad hæredes extraneos ex ſubſequuta obſeruantia. c.107. n.45. *fol.91.*

In feudo, quàmuis ſimpliciter legatur facta conceſſio pro filijs, nepotibus, & deſcendentibus, ſi tamen ex Statuto, Conſuetudine, vel Priuilegijs ſubintelligitur qualitas hæreditaria, diſponendique facultas, nepotes, & deſcendentes cenſentur vocati, quatenus bonorum poſſeſſores non diſponant. c.107. n.67. *fol.63.*

Feudum non poteſt recipere ſeruitutem abſque domini aſſenſu. c.169. n.16. *fol.410.*

In feudo, tunc demum Clerici ſuccedere valent, quando, re integra, habitum deſerunt, & priùs quàm alijs ſit ius quæſitum, vel delatum in feudo. c.194.n.71. *fol.529.*

Secus verò, re non integra. ibid.

Res integra intelligenda eſt eo caſu, quo neque extincta, neque aliquo modo immutata reperitur. ibid. n.72. *fol.530.*

Ius etiã alteri delatum operatur, vt nõ dicatur ampliùs res integra ad effectũ, ne poſſit habitum Eccleſiaſticũ dimittens præiudiciũ inferre ſequenti Agnato, cui interim ius acquirendi feudum, fuit delatum, vel quæſitum. ibid.n.73

In feudo à contendente ſuccedere Iudicis prudentis arbitrio remittitur, an, re integra, vel poſt longum tempus habitus Clericalis fuerit dimiſſus. c.194. n.76. *fol.530*

Fictio.

Fictio non poteſt operari in caſu ficto, pluſquàm veritas in caſu vero. c.147. n.9. *fol.303*

Fictio, quando prouenit à iure, tantùm operatur, quantùm veritas. c.182. n.35. *fol.465*

Fictio circa ea, quæ iuris ſunt, inducit veritatem. ibid.n.36.

Fictionis contra naturam eſt, vt in tertij operetur præiudicium. c.147. n.10. *fol.303.*

Fida.

Fida eſt potiùs pretiũ herbarum, quàm Vectigal. c.170. n.5. *fol.413.*

Fidã Clerici ſoluere tenentur depaſcentes cũ eorum Animalibus in paſcuis publicis, quia non eſt Vectigal, neq; collecta, ſed potiùs herbarum pretium. ibid.n.3.

Fidei-

Digitized by Google

I N D E X

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum poteſt etium conſtitui in contractu. c.107.n.33. fol.90.

Fideicommiſſum poſterior diſpoſitio, an contineat, vel ne ex poſterioribus ſeripturis remanet declaratum. c.107.n.63. fol.93.

Fideicommiſſnm in caſu alienutionis non factæ, nõ eſt inconneniens, quòd remuueat, licet quis facultatem habeat alienundi. e.107. n.64.fol.93.

Reprobatur contrariu ſententia. ibid.n.65.

Fideicõmiſſum filio reſtituendum, an poſſit Pater alienare, vel de eo diſponere, ſuppoſita hæreditaria qualitate in filio. c.107.n.69. fol.94.

In fideicommiſſis maſculi ſunt præferendi fœminis in ſingulis proprijs lineis; nõ uutem reciprocè, vt fideicommiſſum tranſeat de linea ud lineam. c.190.n.33. fol 436.

Id tamen non procedit, ſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus, vt nempè hæreditas conſeruari debeat in linea maſculina tantùm perpetuò, sẽper excluſa linea fœminina.ib.n.34

Fideicommiſſi prauentiuu reſtitutio non poteſt fieri ab hærede granato in præiudicium tertij; ſecus autem ipſius hæredis grauati reſtituentis. c.194.n.82. fol.531.

Intellige, quoties concurrit fraus, ſecus, illa ceſſante. ibid.n.102. fol.534.

Fideiuſſio.

Fideiuſſio debet ſtrictiſſimè interpreturi, vt minus obliget, quàm fieri poſſit; udeòut ſufficiut, eam in uliquo tuntùm operari. e.103. n.8. fol.56.

Fideiuſſio non extenditur de re ud rem, neque de perſona ad perſonam, neq; de caſu ud cusũ.ib.n.9

Fideiuſſio ud vnum cuſum reſtrictu non debet ad ulterum extendi. c.128. n.30. fol.222.

In fideiuſſione ſtipulatio eſt intrinſeca ſolemnitus; udeòut, illu deficiente forma deficiat. e.92.n.8 fol.3.

Fideiuſſio non niſi inter præſentes fieri vulet, ſtante ſtipulationis neceſſitute. c.92. n.9. fol.3

Fideiuſſio cuicumque obligutioni accedere vales. c.156. n.1. fol.345.

Fideiuſſio mulieris pro viro. Vide Mulier.

Fideiuſſor.

Pro fideiuſſore in dubio iudicandum, vtpotè alieno morbo luborante. c.103. n.25.fol.58.& cap. 228. n.39. fol.223.

Fideiuſſor poteſt accedere naturali obligationi. cup. 126.n.28. fol.207.

Fideiuſſores plures pro eadem re præſtari poſſunt pro diuerſis tẽporibus, & cũ diuerſis ſcripturis, ſummiſque reſpectiuè diuerſis.c.97. n.33. f.31.

Intellige, dummodò omnes ſummæ inſimul conſtatæ non exeedat debtum. ibid.

Fideiuſſorem præſtundi promiſſio ad contentamentum ulterius, quomodò intelligenda. cap.104, n.22. fol.62.

Fideiuſſor indemnitatis conueniri non poteſt, niſi priùs exeuſſo principuli debitore, etiã ſi renuacinuerit beneficio de fideiuſſoribus.e.143. nu.9. fol.288.

A fideiuſſore, quoties directò fit ſolutio creditori cenſus, nunquàm præſumitur, eũdem fideiuſſorem ſoluentem voluiſſe dare pecuniã in ſolutũ, & in extinctionem cenſus; ſed potiùs emere cenſum, tamquàm ſpeciem fructiferam.e.131.n.14 fol.234.& n.33.fol.237.& c.137.n.15.f.261

Idque etiam, ſi adſint verba retrouendidit, & retroceſſit. *c.131. n.15.* fol.235.

Fideiuſſor tamquàm tertius redimens cenſum poteſt acquirere iura translatiuè, etiam ſi, inſcio debitore, ſoluat.c.131.n.17. fol.235.

Fideiuſſorem eo modo contraxiſſe Iura præſumunt, quo ſibi magis expedit; atque adeò potiùs voluiſſe ſibi acquirere cenſum, fructuſque lucrari, quàm illum extinguere. c.131. n.16. fol.235.

Fideiuſſor pignus debitoris licèt emere non poſſit; huiuſmodi tamen legalis prohibitio ad cenſus ceſſionem, ſeù emptionem nõ extẽditur.ib.n.19.

Affertur ratio diſcriminis inter emptionem pignoris factam à fideiuſſione, & emptionem, ſeù ceſſionem cenſus. ibid.n.20.

In fideiuſſorem redimentem cenſum creditor cenſus transferat ius ipſum cenſus viui; num aliòquin non ſatisfacit præſtundo ſuas actiones pro ſorte cenſus mortui. c.131.n.21. fol.236.

Fideiuſſoris fauore facta ceſſione, non ſolùm ſortis cenſus, ſed etiam penſionis, ceſſio translatiua dici debet; num aliòquin reſpectu penſionis eſſet inutilis, ſi eadem ſors remaneret extincta. cap. 131. n.26. fol.236.

Fideiuſſoris reſpectu non eſt in iure inconueniens, quòd ceſſio operetur trãslationem; reſpectu verò ulterius perſonæ liberutionem.ibid.n.34.f.237

Fideiuſſor ſi fuerit ſimpliciter præſtitus in cenſu, ſemoto ſpeciali pucto præſtandi, ſiue renouandi fideiuſſores, ſi fideiuſſor præſtitus fuit demum effectus non ſoluẽdo, tunc debitor cenſus fideiuſſorem mugis idoneum præſtare nõ cogitur. cap. 156. n.12.& ſeqq fol.346.

Secus uſſerendum in fideiuſſione Prætoria, & Iudiciali. ibid.n.13.

Fideiuſſores nouos præſtare, ſolet eſſe debitoribus vuldè oneroſum. c.156. n.15. fol.346.

Fideiuſſoris acceſſoria obligutio in cenſu extinctu remanet, extincta principali obligatione debitoris cenſus, ſtante eiuſdem extinctione. c.128.n.7. fol.219.

Fideiuſſoris liberati in præiudicium, pactum reſolutiuum in caſu non impletæ conditionis, ſi ſit appoſitum in retrouenditione cenſus, eodem demum pucto eueniente, an cenſus reuiuiſcat. c.128.n.8. fol.219.

Pactum reſolutiuum, licet operari valeat reuiuiſcentiam cenſus cum principuli debitore, nihilòminus non procedit reſpectu fideiuſſoris ſemel liberuti ob extinctionem cenſus legitimè ſequutam. e.128. n.19. & ſeq. fol.221.

Fideiuſſor obligatus pro fructibus cenſus, illo reſoluto, non intelligitur obligatus quòad damna, & intereſſe. e.128. n.31. fol.223.

Fideiuſſor regulariter antequàm ſoluat, vel ſit cõdemna-

Digitized by Google

demnatus, non poteſt petere, neque conuenire fideiuſſorem, vt eum liberet, quia mandatum non videtur factum tantùm de fideiubendo; ſed etiam de ſoluendo. c. 104. n. 1. fol. 59.

Fideiuſſor, qui diù ſtetit in obligatione, poteſt petere liberationem à fideiuſſione præſtita. c. 104. n. 2. fol. 59.

Præcipuè, quando debitoris conditio deterior euaſit ob plures alienationes, ingenſque æs alienum poſt fideiuſſionem contractum. ibid. n. 3. & n. 17. & ſeq. fol. 62.

Quid ſi poſt dilapidationem ad bonos mores rediret. ibid. n. 18. fol. 62.

Quid ſi paupertas, vel iactura bonorum ſuperuenerit non ob culpam debitoris; ſed potiùs ex caſu merè fortuito. ibid. n. 19. fol. 62.

Fideiuſſor, ex qua cauſa petere poſſit liberationem à fideiuſſione prudentis Iudicis arbitrio remittendam. c. 104. n. 20. fol. 62.

Fideiuſſor ſub obligatione conditionali antè euentum conditionis non poteſt dici diù ſtetiſſe in obligatione efficaci, & iam commiſſa; ideòque non poteſt petere liberationem à principali debitore. c. 104. n. 3. fol. 60

Fideiuſſor poteſt petere liberationem, ſi diù ſtetit in fideiuſſione, quoties conditio, ſub qua eſt præſtita, eſt certò extitura. ibid. n. 9.

Fideiuſſor datus pro euictione, quàmuis diù ſteterit in obligatione; non tamen agere poteſt pro liberatione priùs, quàm res euincatur. ibid. n. 5.

Adeòut fideiuſſor futuræ euictionis, etiã poſt decennium nõ poſſit dici diù permanſiſſe in obligatione, ſed ſolùm in promiſſione. ibid.

Fideiuſſor pro tutore, vel quolibet adminiſtratore, quàmuis diù ſteterit in obligatione; non tamen agere poterit, vt à fideiuſſione eximatur, antequàm tutela, vel adminiſtratio ſit cõpleta. c. 104. n. 6. fol. 60.

Fideiuſſor in contractu cenſuali, an valeat cogere debitorem cenſus, vt eum à fideiuſſione liberet. ibid n. 7.

Fideiuſſor de proximo condemnandus ob mandata relaxata, poteſt petere liberationem, quia pro condemnato habetur. c. 104 n. 11. fol. 61.

Fideiuſſor obligatus in Inſtrumento ſub quarantigia, poteſt petere, vt à fideiuſſione eximatur, cum enim ſit parata executio, perindè habetur, ac ſi ſit condemnatus. ibid. n. 13.

Fideiuſſor, licet nõ poſſit cogere debitorẽ ad liberãdũ, poteſt nihilòminus eumdem cõpellere ad cõſulendum ſuæ indemnitati per aliam idoneam cautionem fideiuſſoriam. c. 104. n. 21. fol. 62.

Fideiuſſor Iudicio ſiſtendi, ob quam cauſam poſſit agere cõtra principalẽ debitorẽ pro liberatione, antequàm ſoluat. c 104. n. 15. & ſeq. fol. 61.

Fideiuſſor ſemel liberatus non poteſt in veterem reincidere obligationem ſine nouo, expreſſoque eius conſenſu. c. 128. n. 21. fol. 221.

Fideiuſſoris in præiudicium extincta ſemel obligatio reuiuiſcere nequit. c. 128. n. 24. fol. 221

Fideiuſſor, vt reincidat in veterem obligationem, ſine nouo eius conſenſu, nõ poteſt principalis debitor ex actu nouo facere. ibid. n. 25.

Fideiuſſor, poſtquàm ſemel eſt liberatus; pactum principalis ei nocere non debet, neq; inuitus in nexum obligationis reincidere valet. ibid. n. 22.

Fideiuſſori ſemel acquiſita exceptione, ampliùs eo inuito ex quolibet pacto debitoris non poteſt præiudicium inferri. c. 128. n. 23. f. 221.

Si cum fideiuſſore debitor deponat, & conſignet debitum, liberatur, neq; poteſt ampliùs moleſtari fideiuſſor, licèt debitor recipiat pecuniam ſemel depoſitam. ibid. n. 26.

Res data in ſolutum, quoties creditori euincitur; licet cõtra debitorem primæua reuiuiſcat actio; huiuſmodi tamen reuiuiſcentia non eſt operatiua contra fideiuſſorem. ibid. n. 27.

Præcipuè, quando creditor recipiens in ſolutum non fuit ſpecificè proteſtatus nolle recedere ab obligatione fideiuſſoris. ibid. n. 28.

Idque procedit, etiam ſi datio in ſolutum integrum non habuerit effectum ob pacta in actu retrouenditionis à debitore non ſeruata, quia quoad fideiuſſoris liberationem ſufficie Iuris habuiſſe effectum. ibid. n. 29.

Fideiuſſor liberatur, quoties, ipſo inſcio, & non conſentiente, fuit nouatus, ſiue alteratus contractus, cui acceſſit. c. 120. n. 38. & 40. f. 183.

Contraria procedunt, vel, quoties ex alteratione primi contractus fideiuſſori nullum infertur damnum. ibid. n. 41.

Vel, quando à priori contractu non fuit receſſum in parte ſubſtantiali, ſed tantùm in accidentali. ibid. n. 42.

Fideiuſſores dicuntur liberati, non obſtante præſeruatione Iurium contra eoſdem, ſtante nouatione primi contractus. c. 128. n. 34. fol. 222, & c. 120. n. 49. fol. 184.

Fideiuſſore inſcio, quoties variantur pacta appoſita, vel reſpectu rei, vel formæ, vel temporis inducitur nouatio. c. 120. n. 39. fol. 183

Fideiuſſoris in præiudicium non dicitur declaratio prioris contractus, quæ fieri poſſit; ſed potiùs noua conuentio, quoties in priori contractu conuenta non erant dubia, ſed incontrouertibilia. c. 120. n. 43. fol. 184.

Ne fideiuſſor dici debeat liberatus, proteſtatio nõ nouando, vtpotè contraria facto, non meretur attendi. c. 120. n. 49. fol. 184. & c. 122. n. 34. fol. 222.

Pręcipuè, quando fuit facta proteſtatio, prorſus inſcio, abſenteque fideiuſſore. c. 120. nu. 48. fol. 183.

Fideiuſſori Vectigalium non præiudicat proteſtatio de non nouando. c. 120. n. 50. & 52. f. 184.

Contraria procedunt, vel, quoties agitur de præiudicio ipſorummet contrahentium, præcipuè ad effectum præſeruandi anterioritatem hypothecæ. ibid. n. 53.

Vel, quando fideiuſſor proteſtationi expreſsè, vel ſaltem tacitè conſenſit. ibid. n. 54.

Vel, quando in ſecundo contractu nouante

idem

idem fideiuſſor interfuit. ibid.n.55.

Vel demum, quando adeſt præſeruatiua, etiã contra fideiuſſores. ibid.n.56.

Fideiuſſor de ſtando iuri, & de repreſentando debitorem toties, quoties fuerit requiſitus, dicitur liberatus, ſi idem debitor à Curia carceratus aufugerit, vel quouis modo à carceribus fuerit relaxatus. c.103.n.1. fol.55. & n.10. fol.56.

Fideiuſſor de præſentando liberatur, quando principalis debitor facto, vel culpa Iudicis; aut creditoris aufugit, non enim debet fideiuſſor alterius culpa grauari. c.103. nu.10. fol.56. & nu.2. fol.55.

Idque etiam ſi fideiuſſor ſe obligauerit præſentare toties, quoties fuerit requiſitus. c.103. nu.11. fol.56.

Fideiuſſoris promiſſio de præſentãdo debitore, iam expleta, & ſoluta videtur per capturam eiuſdẽ debitoris per Iudicem factam. ibid.n.3.

Fideiuſſoris aſſecurationi, cuſtodiæque debitoris eidem demandatæ videtur creditor renunciaſſe, quoties directè, ac per ſeipſum de perſona debitoris aſſecurare ſe voluit. ibid.

Idque, etiam ſi in Iudicis decreto excarcerationem debitoris demandante fuerit appoſita clauſula firma remanente fideiuſſione; nam adhuc fideiuſſor remanet liberatus. ibid.n.4.

Fideiuſſor liberatur, ſi is, quem promiſerat non receſſurum à loco, cum Superioris diſcedat licentia, ſtante enim primo exitu, dicitur extincta fideiuſſio. c.103.n.5. fol.56

Idque, etiam ſi licentia fuit conditionalis, putà de redeundo. ibid.n.6.

Fideiuſſor liberatur, ſi poteſt imputari creditori, cur nõ exegerit à principali debitore, dum erat ſoluendo ibid.n.12.

Quod procedit, etiam ſi creditor non fuerit à fideiuſſore interpellatus ad exigendum à principali debitore iam in vinculis retento. ibid.n.13. fol.57.

Fideiuſſor non remanet liberatus, quando principalis debitor fuit carceribus mancipatus ob cauſam diuerſam ab ea, pro qua fuit præſtita fideiuſſio. c.103. n.14. fol.57.

Niſi tamen acceſſerit expreſſa eiuſdem fideiuſſoris proteſtatio, quòd intendat habere fideiuſſorem pro præſentato in carceribus, & ampliùs nolit eſſe obligatus. ibid.

Fideiuſſor remanet liberatus, etiam nulla facta interpellatione, ſi principalis debitor inſtante creditore, fuit carceratus ob eamdem cauſam, ob quam fuit præſtita fideiuſſio. ibid.n.15.

Fideiuſſore ad præſtandum pulſato, quoties principalis debitoris fuit ſequuta carceratio, tunc eadem carceratio creditori à fideiuſſore eſt denuncianda. ibid.nu.16.

Fideiuſſor, quòad ſocietatem Officij. Vide Societas Officii.

Fideiuſſor in cenſu. Vide Cenſus.

Fideiuſſor, quòad emptionem pignoris. Vide Pignus.

Filius familias.

Filius familias quidquid acquirit ex bonis paternis acquiſiuiſſe præſumitur. c.136. n.1. fol.254

Id tamen non procedit, concurrentibus contrarijs coniecturis, ad quas potiſſimùm eſt recurrendum. ibid.n.2.

Qualitas filij eſt præcipuè attendenda in re, de qua agitur. ibid.n.3.

Filius familias induſtrioſus ex propria induſtria acquiſiuiſſe præſumitur; non autem ex ſubſtantia paterna. c.136. n.4. fol.254.

Filij familias data induſtria, occaſioneque lucrãdi, ceſsat præſumptio, quòd bona à patre prouenerint, tàm ſi filius cum patre cohabitauerit, quàm ſi paterna adminiſtrauerit bona. c.136. n.6. fol.254.

A filio familias negotiatore, ſi pater nullam rationem, ſeù lucrũ exegit, cenſeri debet hoc actũ, quia nullam habuerit pecuniam à patre ad negotiandum. ibid.n.9. fol.255.

Filius familias, præſumitur ex propria pecunia comparaſſe, non autem ex paterna ſubſtantia, quoties pater patitur, vt filius penſiones ex rebus ab eodem filio emptis percipiat. ibid.n.10.

A filio rem fuiſſe quæſitam ex propria pecunia; non autem paterna plurimùm attendenda patris confeſſio. ibid. n.12.

Præcipuè, quando confeſſio ex filij induſtria redditur veriſimilis. ibid.

Multòque magis, quando eſt iurata. ibidem n.13.

Filij, quòd res ſit propria, confeſſio patris probat, quoties eſt emiſſa, altero filio præſente, de cuius agitur præiudicio. c.136. n.15. fol.225.

Filius familias tamquàm mercaturam exercens, quod publicè ab omnibus pro patre familias habeatur plurimùm confert obſeruantia. ibid.n.17.

Filius dicitur ſeorſum habitare à patre, quoties pater cohabitat in domo propria ipſius filij, præcipuè, quando filius negotiator, tamquàm principalis habeatur. c.136. n.19. fol.255.

Filius familias ex mercimonio, quòd acquiſitiones facere potuerit, maximoperè eſt attendenda veriſimilitudo. c.136. n.21. fol.256

Filij in contractu conſenſus à patre præſtitus, quando dicatur adhibitus ad cautelam. ib.n.23.

Filij mercatoris in contractu conſenſus à patre præſtitus, non alterat ſtatum præcedentem ex præſumptionibus, vel coniecturis iam firmatum, quòd res in contractu deducta ſit propria ipſius filij. c.136. n.25. & ſeqq. fol.256.

Præcipuè, quando conſenſus fuit præſtitus ex abundanti, & ad maiorem cautelam. ibid.

Filius in aduentitijs contrahere non poteſt abſque patris conſenſu ratione præiudicij eiuſdem patris ob vſumfructum in eiſdem bonis competentem. c.136.n.24. & ſeqq. fol.256. & n.31 f.257

Filius hypothecam conſtituere non poteſt ſuper bonis aduentitijs ſine patris cõſenſu, ratione vſusfructus eidem patri quæſiti. c.136. n.27. f.256.

Adeòut alienatio facta per filium ſine patris con-

INDEX

conſenſu, non ſolùm ſit nulla reſpectu vſusfructus fauore ipſius patris quæſiti. ibid. n. 28:

Sed etiã, quòad proprietatem reſpectu ipſius filij alienantis, qui etiam, mortuo patre, poteſt alienatio non reuocare. ibid.

Idque etiamſi alienatio fuerit Iuramento firmata. ibid. n. 30.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. n. 29.

Filius familias de bonis aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfructum, poteſt liberè inter viuos diſponere abſque alio patris conſenſu. c. 136. n. 32. fol. 257.

A filio nulliter facta alienatio, ſeù obligatio bonorum aduentitiorum, quoties non poteſt opponi à patre, ita etiam non valet obijci ab habente cauſam ab eodem patre. ibid. n. 35.

Filij familias renunciatio beneficio legis, quod cũ eo, ac Statuto Vrbis, alioquin non neceſſaria, eò, quòd publicè pro patre familias haberetur, eidem non nocet. c. 136. n. 26. fol. 256.

Filij familias in contractu, quoties conſenſus à Iure communi, vel ſtatutario non requiritur ad reintegrandam perſonam filij ad contrahendum, ſed tantùmmodò ratione præiudicij ſuper vſufructu patri quæſiti, ſufficit ſi ſubſequatur. cap. 136. n. 36. fol. 257.

Filius familias publicè pro patre familias habitus poteſt attento Statuto Vrbis cap. 152. contrahere ſine patris conſenſu. c. 136. n. 27. f. 257

Filiorum appellatio.

Filiorum appellatione in donatione contemplatione matrimonij continentur, tàm maſculi, quàm feminæ. c. 106. n. 43. fol. 80.

Fiſcus.

Fiſco præferuntur creditores, quòad pęnas fiſcales. c. 179. n. 27. fol. 446.

Fiſco nullum ius competit pro pęna in bonis delinquentis ante condemnationem. ibid. n. 28.

Quinimò, neque poſt condemnationem, quatenus eſt reſpectu creditorum ex cauſa onerosa, & in eorum præiudicium, nullam fiſcus habet hypothecam. ibid. n. 29

Vide Pęna.

Fiſco competit potioritas, etiam aduersùs creditores anteriores in bonis poſtea quæſitis. c. 108. n. 34. fol. 99.

Fiſcus, & Dos, quòad hypthecam æquiparantur. c. 108 n. 37. fol 99.

Vide Verbo Dos.

Fiſci priuilegium quòad bona poſteà quæſita extenſum ad dotem, non procedit contra eumdem Fiſcum. c. 108. n. 38. fol. 100.

Prout contra, nec fiſcus præfertur doti. ibid. num. 39.

Contraria ſentẽtia eſt verior; quòd mulier præferatur etiã Fiſco in bonis poſtea quæſitis. ibid. n. 40

Fiſco præfertur in bonis poſteà quæſitis creditor, præter antelationem temporis aliquod habens priuilegium pro ſuo credito. ibid. n. 42.

Fiſcus, an potiatur priuilegio cedendi actiones correo etiam poſt factam ſolutionem, nullaque præcedente proteſtatione. c. 152. n. 19. fol. 330.

Fiſco ſoluens, an in eius iura ſine ceſſione ſuccedat c. 152. n. 20. & ſeq. fol. 330.

Fiſcus habens rem cõmunem poteſt vendere partẽ ſocij ex peculiari priuilegio. c. 160. n. 24 f. 367.

Cum Fiſco conſors ſocius non cogitur partem ſuam dimittere, ſi ipſe offerat emere partem Fiſci, & de ratione. c. 160. n. 24. fol. 367.

Fiſcalis haſtæ auctoritas eludi non debet. c. 141. nn. 38. fol. 283.

Flumen.

Flumen adeſt Nurtiæ, teſte Bartolo, quod ſeptem annis fluit, & ſeptem occultatur, nec tamen nomen fluminis perdit. c. 161. n. 8. fol. 367

Fęmina.

Fęminis vocatis, nihil prorſus operatur, qualitas legitimitatis, vel maſculinitatis. c. 107. n. 29. fol. 89.

Fęmina, quòad ſucceſſionem in Emphitheuſi. Vide Emphitheuſis.

Forenſis.

Forenſibus prohibens ſtatutum, ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenditur ad hypothecas. cap. 139. n. 46. fol. 273.

Forenſem vxorem legantem marito ſubdito non comprehendit ſtatutum prohibens, quòd vir nõ poſſit legare vxori, vel è contra. cap. 116. nu. 5. fol. 149.

Forenſis mulier efficitur de domicilio, ac Ciuitate ſui viri. c. 116. n. 9. & ſeqq. fol. 149.

Expenditur Virgilij locus. ibid.

Intellige circa iudicialia, & ea, quæ vxorẽ diſtraherent à viri famulatu, non autem circa reliqua, quæ ipſius mulieris commodum concernunt ibid. n. 11.

Reprobatur contraria ſententia Rouiti.

Forma.

Pro forma cenſetur inductum, quicquid exprimitur cum certis modificationibus, & qualitatibus c. 178. n. 2. fol. 438. & c. 179. n. 2. fol. 442.

Forma à ſtatuto cenſetur inducta, quoties diſponit per priùs, & poſteriùs. c. 179. n. 3. fol. 442.

Forma ſubſtantialis ſemper cenſetur inducta à ſtatuto, itaut quicquid in illo diſponitur, de forma, & ſubſtantia eſſe dicatur. c. 179. n. 4. fol. 442.

Forma, quoties à iure eſt tradita, præcipuè in ſtatutis odium redolentibus, vtpotè pęnalibus, debet ſpecificè, & formaliter impleri, non autem per æquipollens. c. 179. n. 24. fol. 446.

Forma ſpecificè dicitur impleri, quando pleniùs, pinguiùſque impletur. c. 194. n. 146. fol. 540.

Foueum.

Foueum intermedium cum riuo aquarum vndique confluentium, quod continuò perenniter fluit, coherentiam impedit Prædiorum, à ſtatuto requiſitam in contractu. c. 162. n. 2. fol. 377.

Foueum, quod eſt receptaculum omnium aquarum, nulla data opera manufactum, cum arboribus ingentibus, veteribuſque in eius ripa exiſtentibus, præſumitur publicum, idque etiam ſi in aliqua anni parte areſcat. c. 162. n. 4. fol. 377.

Con-

I N D E X

Contrarium aſſerendum, quando apparet, eſſe manufactum, & quòd reaptari, perfodique ſoleat expenſis domini propè foueum prædia poſſidentis. ibid. n.5.

Per foueum, quoties non currunt perennes, ſed tantùm modo pluuiales aquæ, dicitur priuatum, & non impedit retractum. c.162. n.6. fol.377.

Foueum aquarum, etiam ſi in aliqua parte anni areſcat, adhuc non deſinit eſſe publicum. c.162. n.7. fol.377.

Intellige concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra. ibid. n.4.

Fridericus Imperator.

Friderici Imperatoris Conſtitutio incipiens Sancimus de Iure Prothomiſeos *fuit ab eodem prolata, non tamquàm Imperatore Occidentali; ſed potiùs vti Rege vtriuſque Siciliæ. cap.160. n.28. fol.367.*

Eadem Conſtitutio, cum inter alias ab eodem Friderico editas non reperiatur, ideircò in ſententia Afflicti, *& aliorum in Regno Neapolitano, neque etiam vim legis habet, ſed ſolùm pro conſuetudine, vbi recepta eſt, attendenda. c.160. n.29. fol.367.*

In Germania eadem Conſtitutione vtuntur, tamquàm conſuetudine recepta; non tamquàm lege Imperiali. ibid. n.30.

Conſtitutio prædicta fuit vltima, quam Fridericus edidit circa finem ſui Imperij. ibid. nu. 31. fol.368.

Eadem Conſtitutia non derogat diſpoſitioni l. dudum C.de contr. empt. *c.160. n.33. f.368.*

Friderici Conſtitutio, non habet locum in Vrbe, & in Terris Eccleſiaſticæ Ditioni ſubiectis. c.160. n.35. fol.368.

Quid aſſerendum in Caſtro Epiſcopi in Regno exiſtente ſub directo dominio Regis. ibid.

Eadem Conſtitutio in ſententia Afflicti, & Theſauri *extrà materiam feudalem non eſt trahenda. c.160. n.35. fol.368.*

Fridericus Imperator, cum fuerit Sedi Apoſtolicæ, Eccleſiaſticæque libertati infeſtiſſimus, paulò ante eius obitum ſub S.M. Innocentio IV. *in Concilio Lugdunenſi fuit excommunicatus, atque ab Imperii dignitate depoſitus. c.170. n.22 fol.368.*

Friderici obitus fuit ſequutus in Caſtro Florentino in Prouincia Capitanatæ, non ſine vehementi ſuſpicione, quòd, dum egrotaret, fuerit interfectus, Deo vindice, à Manfredo eius filio naturali, puluinari in os impoſito. c.160. nu.32. fol.318.

Fructus.

Fructus bonorum ſtabilium iuxtà legalem æſtimationem ſunt in redditu ad rationem quinque pro centenario. c.143. n.28. fol.289.

Fructuum valorem liber æſtimi probat, cap.143. n.29. fol.289.

Fructus, medio tempore, perceptos non recuperat debitor, ſi poſt ſubhaſtationem, & adiudicationẽ velit illam reſoluere. c.123. n.6. fol.192.

Fructus, *medio tempore, perceptos emptor reſtituere debet venditori, quando reſoluitur venditio ob aliquam conditionem ſuſpenſiuam. c.123 nu.9. fol.192.*

Fructus *pendentes pars agri fuiſſe putantur, & ob illos pluris ager vendiſſe. cap.159. num.18. fol.360.*

Fructibus pendentibus, ſi ager fuerit diſtractus, etiam fructus emptoris commodo cedunt; niſi eos venditor ſpecificè exceperit. ibid. n.17.

Fructus quomodò diuidi debeant inter hæredes vſufructuarij, & proprietarij, finito vſufructu. c.124. n.7. fol.195.

Fructus, *quomodò diuidendi inter coniuges, eorumque hæredes, eueniente caſu reſtituendæ dotis. c.124. n.8. fol.195.*

Pro fructibus eſt etiam prior, & potior, qui eſt prior, & potior pro ſorte. c.137. n.31. fol.263.

Fructus *eamdem anterioritatem cum ſorte non habent, quoties ex diuerſo proueniunt contractu, & quomodò id ſit intelligendum. c.137. n.30. fol.263.*

Fructus regulantur ab origine contractus; itaut ſufficiat, naturam illius in actu primo eſſe aptã natam producere fructus. cap.137. num.39. fol.264.

Fructus, & origo, quæ à radice ſumitur, in quolibet deriuato reperitur. c.137. n.43. fol.264.

Fructus *ſunt debiti iuxtà naturam ſecundi contractus; poſtquàm primus contractus fuit in ſecundum transfuſus, cum priuilegijs, tamen, & qualitatibus primo inhærentibus, tàm pro ſorte, quàm pro interuſurijs. c.137. n.40. fol.264.*

Fructus Beneficii.

Fructus inexacti vigore Bullæ S. M. Iulii III. 7. in ordine, *ſpectant ad ſucceſſorem in beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, non data ſeparatione eorumdem fructuum à ſolo, & commixtione, & incorporatione cum bonis beneficiati. c.124. n.9. fol.195.*

Fructus beneficii, quando non ſunt percepti, dicidebent bona Eccleſiaſtica, vtpotè continuantia in Eccleſiæ dominio; ſecus verò, quando ſunt ſeparati à ſolo, itaut omninò deſierint eſſe Eccleſiaſtici. c.124. n.25. fol.197.

Fructus Beneficij, ad euitandum ſpolium habentur pro exactis, quoties à conductore fuerunt percepti, adhuc à viuis non erepto Beneficiato locatore; licet antequàm ceſſerit dies ſolutionis, idem Beneficiatus locator deceſſerit. cap. 124. n.4. fol.195.

Fructuum ſeparatio à ſolo potiſſimùm in huiuſmodi materia eſt inſpicienda; itaut verificetur requiſitum abdicationis dominij ab Eccleſia, & translationis in priuatum dominium conductoris, adhuc inter viuos exiſtente Beneficiato locatore. cap.124. num.5. fol.195.

Fructus recompenſatiui.

Fructus recompenſatiui ex æquitate l.curabit,Cod. *de* act. empt. *debentur venditori, qui re, pretioque carere non debet. c.149.n.15.* *fol.313.*

Fructus recompenſatiui poſſunt licitè ab initio taxari in certa quantitate commenſurabili,& proportionata cum quantitate, quæ ex re vendita percipi poteſt. c.159. n.23. *fol.361*

Adeò ut inter contrahentes videatur inita quædam tranſactio, inſpecto futuro euentu, vt difficultas probationis tollatur ſuper fructibus liquidandis. ibid.

Super fructibus recompenſatiuis præſũptio ſtat pro taxa conuentionali. c.159.n.24. *fol.361.*

Super fructibus recompenſatiuis certi intereſſe taxatio ſubſiſtit, quoties creditor, non niſi, quod ſua intereſt exigere nolit c.96. n.19.fol.25. & c.159. n.9. *fol.359.*

Fructus recompenſatiui non dicuntur lucratiuæ acceſſiones; ſed potiùs reſeruatiuæ illius commodi, quod venditor ex re ſua percepit. ib.n 19.fol.360.

Fructus recompenſatiuos vltrà quantitatem ex re vẽdita perceptam, non tenetur emptor venditori ſoluere. c.126. n.40. *fol.208.*

Adeò ut attendi non debeat certa taxatio eiuſdem intereſſe ab initio conuenta. ibid.

Contrarium in aliquorum ſententia. n.44.

Declara, vt nu.45.

Fructus recompenſatiui, licet debeantur per emptorem venditori ad ſolam rationem ex re vendita percipiendam, ſi tamen in maiori ſumma ſint conuenti, non vitiatur cõtractus, ſed ſolũ, vitiato exceſſu, ſubſtinentur in ſũma debita. c.96.n.8. f.24.

Fructus recompenſatiui, quòd non poſſint excedere rei venditæ fructus, procedit, vbi nulla præceſſit conuentio, nullaque eſt commiſſa mora regularis; ſed tantùmmodò irregularis ex æquitate legis. c.126.n.45. *fol.208*

Sed quando ſumus in intereſſe ad certã ſummã ſpecialiter conuento, aliter eſt aſſerendum. ibid.

Præcipuè, quando eſt facta venditio annui redditus perpetuò redimibilis ex ipſa re empta, tunc enim conuenta quantitas eſt præſtanda; non autem fructus, qui ex re vendita percipi potuerunt. ibid.n.46. *fol.209.*

Fructus recompenſatiui iuxtà ſententiam in Regno Neapolitano vigentem poſſunt promitti per emptorem venditori ad rationem ſeptem, & octo pro centenario. c.126. n.42. *fol.208.*

In Regno non eſt agendum de intereſſe ad rationem fructuum commenſurando; ſed intereſſe pretij ſi præcedat conuentio. ſemper æſtimandum eſt reſtauratiuum damni. quod intereſſe poſſit venditori, ſi pretium habuiſſet. ibid. n.43.

Fructus recompenſatiui in aliquorum ſententia poſſunt excedere rei venditæ fructus. cap.126. n. 44. *fol.208.*

Potiſſimùm attento more Regionis, ita contrahendi ibid. n.45.

Fructus recompenſatiui poſſunt in cõuentionem deduci ratione fructiferi mercimonij ſiue, vt Noſtrates loquuntur, Auuiamenti Tabernæ. c.99. n.26. *fol.39.*

Fructus recompenſatiui ſunt debiti venditori, quoties agitur de venditione auuiamenti Tabernæ, ſeu Apothecæ cum eius mercibus ibidem exiſtentibus in vniuerſum, cum dictum Auuiamentum ſit fructiferum. c.159. n.8. *fol.359*

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu poſſit procedere. ibid.n.10.

Super fructibus recompenſatiuis eſt licita conuentio per viam tranſactionis, quoties fuit facta renunciatio Apothecæ cum omnibus ibidem exiſtentibus. c.159. n.9. *fol.359.*

Fructus recompenſatiui debentur, & conueniri poſſunt, quouſque ſoluatur pretium Animalium vẽditorum, ſiue eorum Gregis, cum ſint in fructu. c.159.n.11. *fol.359*

Intellige, vt fructus recompenſatiui non debeantur ad rationem, quæ ex Animalibus, ſiue Grege antè venditionem percipiebatur, ſed potiùs moderatè, habita, ſcilicet, ratione ceſſantis periculi interitus. ibid. n.12.

Fructus recompenſatiui Officij vacabilis venditi nõ debentur ad rationem fructuum, qui antè venditionem percipiebantur, ſtante quòd periculum vacationis fuit ſublatum cum ſortis aſſecuratione c.159. n.13. *fol.359.*

Fructus recompenſatiui non debentur; quoties agitur de rebus mobilibus ſuaptè natura infructiferis. c.159. n.1. fol.358. & n.26. *fol.361.*

Reprobatur contraria ſententia Baldi. *ibid.nu. 2. & n.7.* *fol.359.*

Fructus, ſiue vſuræ recompenſatiuæ eatenus debentur, quatenus ſunt compenſatiuæ damni, quod venditor ob rei traditionem patitur, ex qua tantum modò percipere potuiſſet. c.159.n.6. fol.358.

Atque adeò non debentur ex venditione rei ſterilis, & infructiferæ, ex cuius traditione nihil venditori abeſt, & emptori, vltrà rem ipſam, nihil adeſt. ibid.

Fructus recompenſatiui non debentur, quando venditor ſimpliciter fuit impartitus dilationem emptori, ſtatuto certo, determinatoque tempore ad ſoluendum. c.159 n.14. *fol.359.*

Nam in ſimplici, gratuitaque dilatione ad ſoluendum tempus illud immune eſt ab vſuris. ibid.

Fructus recompenſatiui, ſi interim, dilatione pendente, deberentur, nullus fauor eſſet emptoris, cuius gratia dilatio cenſetur tantùmmodò conceſſa. c.159.n.15. *fol.360.*

Fructus recompenſatiui debentur, quoties dilatio à venditore non fuit ſimpliciter conceſſa; ſed potiùs ſecundum quid, & cum onere interim ſoluendi fructus recompenſatiuos. c.159.n.19. *fol.360.*

Ideòque non videtur, venditorem iuri ſuo renunciaſſe, qui conuentionem hanc ſuper fructibus recompenſatiuis adhibuit. ibid.

Super fructibus recompenſatiuis conuentio, data dilatione ad ſoluendum, ita demum ſubſtineri valet, ſi emptor ſit perſona diligens, qui pecuniam debitori debitam non retinuit otioſam, & vlteriùs venditor non reperijt emptorem, qui, præſente pecunia, rem emerit. c.159 n.21. *fol.360.*

Reijcitur huiuſmodi ſententiæ, & de falſo fundamento cui innititur. ibid.n.22.

Fructus recompenſatiui indebitè recepti per venditorem miniſterio legis, & abſque alio facto hominis imputantur in cauſam ſortis. c.159 nu.27. *fol.362.*

Idque etiam ſi ſcienter, & ſponte fuerint ſoluti, quia lex in ſoluente vſuras coactam præſumit voluntatem, ne ſcilicet, pro ſortis reſtitutione vexetur. ibid.

Furnus.

Ad furnum Baronis accedendi ſeruitus, ex quibus coniecturis præſumatur. c.175.n.27 f.431

Cum

Cum furnis conceſſo Caſtro, nihil aliud tribuitur, quàm ius exiſtens penes dominum cōcedentem. c.172. n.1. & ſeq. fol.418.

Reprobatur contraria ſententia Iaſonis *affirmantis, vt dicatur etiam conceſſum ius prohibendi Vaſſallis, ne accedant ad alios furnos. c.172. n.1. & ſeq.* fol.418.

Vide Molendinum.

Furor.

Furor vbi adeſt, intellectus abeſt. cap.135. nu 3. f l.249.

Furor, ſiue dementia probatur ex datione Curatoris, ad effectum irritandi contractus initos, ſine curatoris interuentu. c.135. n.10. fol.250.

Præcipuè, quando Iudex *ad dationem curatoris cum causæ cognitione proceſſit. ibidem nu.11.*

Contraria concluſio procedit, quoties Curatoris datio eſt à Iudice decreta, nulla præcedente legitima probatione ſuper ſtatu eiuſdem furioſi. ibid. n.12.

Vel, quoties ad probandum furorem ſola cōcurrit curatoris deputatio. ibid. n.13.

Vel, quando agitur ad effectum irritandi teſtamentum. ibid. n.14.

Furor probatur, ex eo, quòd quis, Iudice ità mandante, eſt retentus ſub cuſtodia. cap.135. n.18. fol.251.

Furoris coniectura reſultat ex actibus, & ſermonibus fatuis, cum ex ſermonibus exterioribus cognoſcatur mens interior. c.135. n.15. f.250 & n.22. fol.251.

Furor, & dementia deprehenditur ex verbis, ſignis, & actibus fatuis, hominique ſanæ mentis non conuenientibus. cap.135. n.22. fol.251.

Furoris, & dementiæ ſpecies eſt donatio ſine cauſa. c.135. n.19. fol.251.

Furor probatur ex dilapitatione, donationeque bonorum. c.135. n.19. fol.251.

Idemque aſſerendum de quolibet actu damnoſo. ibid.

Donatio ſine cauſa eſt diſſipatio, quæ non cadit, neque præſumitur in homine ſanæ mentis c.135. n.30. fol.251.

Furor, & dementia arguitur ex læſione in contractu, cum non videatur furore carere is, qui ſe enormiter lædi patiatur. c.135. n.31. f.251

Furoris, dementiæque ſpecies ſunt confeſſiones de recepto, abſque reali numeratione pecuniæ, cum præſeferant meras donationes, dilapidationeſque bonorum. c.135. n.33. & ſeq. fol.252.

Furor, & dementia arguitur ex multitudine alienationum. c.135. n.33. fol.253.

Furor, & dementia anteà, & poſt, & per continuata tempora ſufficit, quòd probetur pro irritando contractu, etiam, quòd talis non fuerit, tempore, quo contraxit, nam; probatis extremis, media præſumuntur. c.135. n.25. fol.251.

Furor, & dementia præſumitur adeſſe, tempore actus, donec contrarium probetur, quando quis multo tempore ante actum fuit furioſus. cap.135. nu.28. fol.252.

Furioſus.

Furioſus, & demens poſt, præſumitur etiam retro tempore actus. c.135. n.27. & ſeqq. f.252

Idque etiam ſi probetur, mentecaptum lucida habuiſſe interualla, nam adhuc actus præſumitur geſtus, tempore dementiæ, niſi concludenter probetur, eo præciſo tempore, dilucida habuiſſe interualla. ibid. n.30.

A furioſo aliquando initus contractus, præſumitur eo tempore initus, quo furor durabat, etiam ſi conſtaret, illum aliquando poſt furorem ſanæ mentis fuiſſe. c.135. n.26. fol.252.

Præcipuè, quando furor durauit per ſucceſſiuum tempus, videlicet, per annos, & menſes ibid.

Furioſum, & dementem in genere aliquem fuiſſe teſtes etiam ſingulares ſufficiunt ad probandum. c.135. n.23. fol.251.

Idque etiam in ſpecie probandi furorem, ad effectum irritandi contractum. ibid.

Multòque magis, ſi ſint conteſtes. ibid. n.24.

Furioſum, & dementem aliquem eſſe probatur ex comuni affinium æſtimatione. c.135. nu.16. fol.250.

Furioſus, & demens, quòd quis exiſtat, ad probandum, publica valdè confert opinio. c.135. n.17. fol.251.

Furioſus, & demens præſumi debet ſpernens medicinas ſibi à Medico paratas, illumque contumelijs afficiens. ibid. n.21.

Furioſo factum legatum, donec in furore permanſerit, ad hæredes tranſmittitur, ſi moriatur in furore. c.135. n.29. fol.252.

A furioſo, ſiue mentecapto facta venditio eſt omninò irritanda, eidemque concedenda manutentio. c.135. n.1. fol.249.

A furioſis, & dementibus res ementes non excuſandi à mala fide. c.135. n.2. fol.249.

Furioſus, ipſo iure eſt prohibitus contrahere, ſiue ei ſit à iure interdicta adminiſtratio bonorū, ſiue non, cum interdictio adminiſtrationis à Iudice, & à lege æquiparentur. ibid. n.6.

Idque etiam, ſi cum furioſo contrahens eum ſanæ mentis exiſtimet. ibid. n.7.

Furioſi contrahentes, neque etiam naturaliter obligantur. ibid. n.4.

Idque non obſtante iuramento, quia, quos natura non obligat, conſcientia non ligat. ibid.

Cum furioſo geſtus contractus eſt nullus, quàmuis in eius vtilitatem tendat, cum in hoc differat à minore, ſiue muliere, aut altera inhabili perſona, quæ ad ſui vtilitatem contractum ſemper gerere poteſt. c.135. n.8. fol.249.

Idque, etiam ſi contractus congruus fuerit, prudenterque geſtus, cum id à caſu cenſeatur peractum, non à voluntate, & diſcurſu agētis, nam ijs furioſus caret. ibid. n.9. fol.250.

Cum furioſo geſtus contractus doli habens excluſionem, in quo caſu ſubſtineri valeat. cap.135. n.35. fol.253.

Fu-

I N D E X

Futurum.

De futuris contingentibus non datur determinata veritas. c.119. n 62. *fol.174.*

Gabella.

Gabella, an ſit pars pretij, vel potiùs quid extrinſecum ab eodem pretio. c.165. n.10. & ſeq. *fol.395.*

Gabella ſi ſit indicta pro ea, quod titulo transfertur lucratiuo, non ſoluitur de donatione facta per patrem filio contemplatione matrimonij. c.108. n.5. *fol.96.*

Gabellæ locatio. Vide Vectigal.

Vide alia verbo Vectigal.

Gabellarius.

Gabellarius vnus, ſi erat tempore contractus, tempore verò declarati pretij erat alter; Gabella contractus huic ſecundo eſt perſoluenda, non autem primo. c.161. n.26. *fol.374.*

Gazagà.

Gazagà apud Hæbreos *inuiolabile, & frequens præſefert quoddam ius ad inſtar inquilinatus perpetui, vt non poſſint expelli ex domibus, quas inhabitant vigore* Breuis S.M. Clementis VIII *c.139. n.36.* *fol.272.*

Ius Gazagà eſt perpetuum ceſſibile, & tranſmiſſibile. ibid. n.37.

Gazagà ex iure Hæbrei non dicuntur poſſidere domus, ſuper quibus idem Ius *reperitur conſtitutum, quod nullum defert* Ius *dominij. ib. n.38*

Generatio.

Generare non valent fœminæ vt plurimùm poſt annum quatrageſimum, mares verò vſque ad annum ſexageſimum quintum. c.194. n.13. & ſeq. *fol.534.*

Gratia.

Gratia, quoties fuit conceſſa à Principe reſpectu alicuius certæ, determinatæque qualitatis, eatenus cenſetur conceſſa, quatenus eadem qualitas perſeueret. c.191. n.1. *fol.501*

Idque etiam procedit in terminis penſionis. ibid. n.2.

Præcipuè, quando gratia conceditur intuitu Officij pretio quæſiti. ibid. n.3.

Gratia, potiùs dicitur conceſſa intuitu perſonæ, quã Officij, quando fuit dictum concedimus Titio, qui etiam Miles Lauretanus exiſtit. ibid. n.4.

Secus verò, ſi ſimpliciter dictũ ſit, cõcedimus Titio Miliui Lauretano*, quo caſu militia ſtat taxatiuè, non demonſtratiuè. ibid.*

In gratia qualitas expreſſa per verbum futuri tẽporis non ſufficit, ſi ſemel extiterit, ſed omninò debet in futurum perſeuerare, vtpotè cauſa conſeruatiua gratiæ, non autem inductiua. cap. 191. n.6. *fol.502.*

In gratia qualitas expreſſa cenſetur cauſa eſſendi, quando in diſpoſitione adeſt verbum tractum temporis ſucceſſiuum denotans. ibid. n.7.

In gratijs Principis intelligitur clauſula Sine præiudicio iuris tertii medio tempore quæſiti: *cui numquàm Principem cenſetur voluiſſe derogare. c.111. n.13.* *fol.117.*

Idque etiam procedit in terminis Apoſtolicæ Confirmationis, ac reualidationis actus ab initio nulli ob legis reſiſtentiam. ibid. n.12.

Vide Clauſula ſine præiudicio.

Gratiarum circa interpretationem attendi debet ſolitum Principis. c.189. n.21. *fol.489.*

Gratia Motu proprio *conceſſa, latè debet intelligi, etiam ſi alioquin eſſet reſtringenda. c.170. n.19.* *fol.414.*

Gratiam vitiat falſa expreſſio, illaque redditur ſubreptitia, etiam quòd aliàs Princeps illam fuiſſet conceſſurus. c.189. n.1. *fol.487.*

Gratiã vitiat regulariter falſa expreſſio in gratioſis, etiam ſi alioquin Princeps fuiſſet conceſſurus. ibid. n.3.

Id tamen non procedit, quando falsò narratum, inſpecta iuris diſpoſitione, non erat neceſſariò exprimendum, tunc .n. ex falſa expreſſione gratia non redditur ſubreptitia. ibid. n.4.

Quicquid ſit, quando iuris neceſſitas, vel Cãcellariæ ſtylus vrgebat pro expreſſione, qua facta, Princeps non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs. ibid.

Gratiam ſubreptitiam non omnia tacita, vel falsò expreſſa reddunt, ſed ſolùm illa, quæ, vel ſunt in iure expreſſa, vel in non expreſſis, ea de quibus in iure, & de iure eſt veriſimile, quòd ſi Princeps ſciuiſſet, non conceſſiſſet. ibid n.5.

Gratia non redditur ſubreptitia, quando falſa expreſſio, vtpotè omninò ſuperflua, præſumi debet emiſſa abſque dolo, & ex circumſtantijs colligi poteſt, Principem non ita de facili gratiam fuiſſe negaturum. c.189. n.6. *fol.487.*

Gratia non irritatur, atque adeò ceſſat doli præſumptio, ſublata iuris neceſſitate, ſi quid falsò narretur. c.189. n.8. *fol 488.*

In gratia dolus excluditur, ſtante errore Expeditoris. ibid. n.9.

In gratia de Beneficio non curato falſa narratiua Præsbyteratus illam non vitiat tanquàm ſuperflua. c.189. n.8. *fol.488.*

Gratia fundata in falſa expreſſiua, quòd Cappellania perſonalem requirat reſidentiam, an ſit ſubreptitia. c.189. n.2. fol.487. & n.12. fol.488.

Gratia reſeruationis penſionis ſuper Cappellania, an dici debeat obreptitia ob falſam expreſſionẽ, quòd perſonalem reſidentiam non requirat. cap. 189. n.10 & ſeqq. *fol.488.*

Gratia reſeruationis penſionis ſuper præbenda non dicitur ſubreptitia ob non factam expreſſionem, quòd eadem Præbenda habeat annexam Pœnitentiariam, dum, attento ſtylo, huiuſmodi expreſſio fieri non conſueuit. c.189. n.20. fol.489.

Gratia ad effectũ inſpiciendi, an ſit ſubreptitia, vel obreptitia, & an Papa fuiſſet, vel ne conceſſurus, attendi potiſſimũ debet cõmunis vſus aliarum literarum, vel ſolitum concedi. ibid. n.19.

Gratia contenta ſub vnica ſupplicatione, an ob ſubreptionem, vel obreptionem cadat in totum, vel ſolùm in ea parte, in qua cadit ſubreptio, uel obreptio. c.189. n.22. & ſeqq. *fol 489.*

Gra-

Gratia ſubreptitia, vel obreptitia obtenta continens, ſcilicet, collationem vnius Beneficii, tunc ſubreptio, quaſi reſpiciens ipſam ſubſtantiam gratiæ toti reſiſtit gratiæ, influendo etiam in omnes alias clauſulas in ea contentas. ibid. n. 23.

Gratiam non vitiat, quoad alia Capitula ſi parata ſubreptio in vno, quoties non fuit cauſa obtinendi, quoad omnia, ceſſante dolo. ibid. n. 24.

Gratia vitiatur in totum, quoties ſubreptio in vno fuit cauſa obtinendi, quoad omnia, habetque connexitatem cum reliquis, vel interceſſit dolus. cap. 189. n. 25. *fol. 490.*

In Gratia correſpectiuitas omnium contentorum, an reſultet ex illorum contextualitate ſub vnica ſupplicatione, & expeditione. cap. 189. num. 26. *fol. 490.*

Gratia adhoc vt corruat in totum ratione connexionis, correſpectiuitas, ſeu connexitas actuum debet adeſſe ex parte Papæ concedentis, ad hoc, vt gratia corruat in totum ratione connexionis. c. 189. n. 27. *fol. 490.*

Gratia conditionalis, tempore exiſtentis conditionis fieri, ſeu perfici dicitur, non autem tempore datæ. c. 191. n. 44. *fol. 506.*

Gratia, quoties eſt conditionalis expectans ſuā perfectionem ab aliquo futuro euentu, ad quod tempus ſubſtantia ipſius gratiæ, non autem illius executio fuit tranſlata; ſi eueniat conditio poſt mortem Principis concedentis, gratia expirat. cap. 191. n. 43. *fol. 506.*

Gratia dicitur conditionalis, quoties intrinſeca ineſt conditio, ſi ſuperuixerit. ibid. n. 50.

Gratiæ perfectionem impoſſibile videtur ſequi, quoties non adſunt perſonæ neceſſariæ ad faciendum actum, ob mortem ſubſequtam Papæ facientis eamdem gratiam. ibid. n. 45.

Gratiæ conditionalis purificandæ, tempore exiſtentis conditionis non aduerſatur clauſula ex nunc pro tunc, *quæ ſolùm operatur, quòd gratia dicatur facta tempore exiſtentis conditionis; non autem, quòd retrotrahatur ad tempus datæ. ibid. n. 51.*

Gratia non eſt conferenda in tempus præſens, quo res non extat, ſed ſolùm in tempus futurum, quo res erit. ibid. n. 57. *fol. 507.*

Gratia, vt operetur in momento, hoc eſt de præſenti; oportet, materiam eſſe in ſubſtantia, & accidentibus præparatis ad formam, iuxtà tempus operationis. ibid. n. 58.

Gregoriana Bulla ſuper Retractu.

Gregoriana Bulla ſuper retractu 22. in ordine in Bullario nouo *in ratione publici ornatus eſt fauorabilis, in reliquis reputatur odioſa, vtpotè Iuris communis correctoria. c. 160. n. 39.* *fol. 368.*

Ideòque non recipit extentionem ex identitate, vel maioritate rationis. ibid.

Gregoriana reſpicit Vrbis ornatum, potiſſimùm in ædificijs inſignis, ampleque ſtructuræ. c. 160. nu. 51. *fol. 369.*

In quo eſt conformis Iuri communi hunc eumdem Vrbis ornatum exoptanti. ibid.

Ideòque eadem Gregoriana non procedit in domunculis exiſtentibus in viculis, locisque ignobilibus Vrbis. ibid. n. 52.

Gregoriana emanauit ad fauorem vicini, non antè conſortis. c. 160. n. 35. *fol. 368.*

Nam in conſortibus ceſſat ratio publici ornatus, cum non poſſint ornare vnicam domum, in qua habent conſortium. ibid. n. 37.

Gregoriana præfert conſortem vicino in communi re diruta vendenda ex officio per Viarum Magiſtros, ideòque non extendenda ad alios caſus. cap. 160. n. 41. *fol. 368.*

Præcipuè, cum loquatur per dictionem hoc caſu, *quæ denotat reſtrictionem. ibid. n. 42.*

Affertur ratio diſparitatis inter prælationem competentem conſorti in communi domo diruta, & non diruta. ibid. n. 45. *fol. 369.*

Gregoriana, ob quam rationem non admittat vicinū ad retrahendum, quoties in vna tantùm domo eſſet ædificaturus. c. 160. n. 37. *fol. 368.*

Gregoriana poſt vicinos admittit Inquilinos ad retrahendum. ibid. n. 38.

Gregorianæ vigore vicinus volens retrahere cogitur ædificare ad Vrbis ornatum, tàm in propria, quàm in retrahenda domo. c. 160. n. 49. *fol. 369.*

Itaut ex vtraque ædificatione fiat vnica ornatior. ibid.

Gregoriana attenta, ædificium futurum cadere debet tàm in domo propria retrahentis, quàm vicini. c. 163. n. 6. *fol. 384.*

Gregoriana ideò induxit retractum, vt ex vtraque domus collatione vnicum ædificium integrè conſtruatur. ibid. n. 6.

Gregoriana potiſſimùm innititur cuidam congruentiæ, & æquitati; ideòque debet intelligi de ornatu, & decore congruo, & proportionato. c. 163. n. 3. *fol. 384.*

Idque etiam procedit, *conformando ſe cum diſpoſitione Iuris communis, à quo fuerunt damnatæ immoderatæ, captioſæque ædificationes, ibid.*
Vide Retractus.

Gregoriana requirit coherentiam ab vtroque latere ædificij retrahentis cum retrahendo. cap. 164. n. 7. *fol. 384.*

Gregoriana non attendit ornatum in interioribus partibus ædificij, ſed ſolùmmodo in exterioribus faciendum. c. 163. n. 12. *fol. 385.*

Gregoriana, vtpotè loquens de Domino volente ſua ſponte vendere, non habet locum in venditione ſub haſta. c. 163. n. 17. fol. 386. & n. 27. *fol. 387.*

Gregoriana attenta, vicinus non poteſt vendere domum, non facta denunciatione alterius vicini lateralis. c. 164. n. 1. *fol. 391.*

Gregorianæ contra Conſtitutionem emptio facta eſt ipſo Iure nulla; perindèque habetur, ac ſi fuiſſet facta ad commodum ipſius retrahentis. cap. 164. n. 2. *fol. 391.*

Adeò ut titulus, quem habuit emptor reuocatur ad non titulum, eò ipſo, quòd res iure retrahatur. ibid. n. 3.

Gregorianam ad excludendam ſuper retractu fieri poteſt permutatio. c. 164. n. 16. *fol. 392.*

Contrarium ibid. n. 21. *fol. 393.*

Gregoriana loquens in caſu ſimplicis venditionis, non vindicat ſibi locum in caſu mixto, quando venditionis contractui aliquid reperitur admixtum. c. 164. n. 16. *fol. 392*

Gregoriana prælationem concedens viciniis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, an comprehendat vicinos, etiam prædia ruſtica poſſidentes. c. 166. n. 5. & ſeq. *fol. 397.*

Gregoriana, quàmuis in §. 14. non loquatur de retractu voluntario, nihilominus etiā de illo intelligi debet ex maioritate rationis. c. 166. n. 8. fol. 398.

Gregorianæ vigore vt prædium ruſticū poſſit retrahere aliud ruſticū, quæ requirantur. ibid. n. 10.

Vide

Digitized by Google

I N D E X

Vide latiùs alia verbo Retractus.

Habilitas.

HAbilitas perſonæ ad Beneficia, ſeù penſiones inſpici debet, tempore prouiſionis. cap. 191. n. 11. fol. 502.

Nec non tempore actus celebrati. ibid n. 22.

Habilitas ſuperueniens non ſuffragatur, re non integra, & in tertij præiudicium. c. 191. n. 13. fol. 502. & c. 194. n. 75. fol. 530.

Habilitas, ſiue capacitas ſuperueniens non admittitur in præiudicium agnatorum, quibus per illius incapacitatem fuit quæſita hæreditas, etiam non adita, quia ſufficit, ius adeundi fuiſſe quæſitum. c. 194. n. 91. fol. 532.

Vide Primogenitus.

Habitatio.

Habitare dicitur ſeorſum à Patre filius familias, quoties Pater cohabitat in domo propria ipſius filij, præcipuè, quando filius negotiatur, tamquã principalis. c. 136. n. 19. fol. 255.

Habitantes in communi non poſſunt inducere in domum turpem perſonam. c. 160. n. 19. fol. 367.

Hasta fiscalis.

Haſtæ fiſcalis auctoritas eludi non debet. c. 141. nu. 38. fol. 283.

Hebrei.

Hæbrei ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ſunt incapaces ad poſſidendum bona ſtabilia. cap. 139. n. 16 fol. 271.

Secus inſpecta diſpoſitione Iuris communis. c. 139. n. 43. fol. 273.

Hæbreis conſtitutiones Apoſtolicæ prohibentes poſſeſſionem ſtabilium, vtpotè correctoriæ Iuris communis, debent intelligi propriè, nempè de vera poſſeſſione, non autem de ſimplici detentione. cap. 139. n. 44. fol. 273.

Hæbreis interdicta poſſeſſio, & dominium bonorum immobilium à Conſtitutionibus Apoſtolicis non debet extendi ad prohibitionem, ne poſſint acquirere hypothecam ſuper eiſdem immobilibus; ſed ſolùm, vt Iura eiuſdem hypothecæ non exerceãt ad effectum acquirendi veram poſſeſſionem. cap. 139. n. 31. fol. 272.

Secus verò pro acquirenda nuda detentione in Salniano, quæ non importat translationem, neque poſſeſſionis, neque dominij. ibid. n. 40. fol. 273.

Hæbreis competit immiſſio in Salniano. c. 139. per totum ſignanter n. 40. fol. 273.

Hæbreis dum Bulla Sixtina permittit mutuare ſub obligatione Camerali, pernecessè non excludit hypothecam ſub eadem obligatione Camerali incluſam. c. 139. n. 54. fol. 274.

Hæbreis decretum conceſſum, vt poſſint mutuare ſuper pignoribus, operatur, quod poſſint etiam mutuare ſuper immobilibus in ſententia Felini. c. 139. n. 18. fol. 271.

Reprobatur contraria ſententia. ib. n. 51. f. 273

Hæbreis competit Ius Gazagà, & in quo caſu. Vide Gazagà.

Hæbreis competit ius prothomiſeos. cap. 139. nu. 40. fol. 273.

Hæbrei vtuntur iure communi, & iuxtà ius ciuile Romanorum iudicari debent. c. 139. n. 19. fol. 271

Hæbrei cum iure communi Romanorum vtantur, omnia, quæ nõ reperiuntur illis expreſsè prohibita, cenſeri debent permiſſa. ibid. n. 39. fol. 272.

Inter Hæbreos, & Chriſtianos iura ſunt communia, neque cum ipſis, quòad tramites legum Romanarum, iuſque reddendum, faciendum eſt diſcrimen, niſi in caſibus aliter expreſſis. c. 139. n. 20. f. 271.

Hæbreos Sancta Mater Eccleſia ob iuſtas tolerat cauſas. ibid. n. 21.

Hæbrei ob Eccleſiæ tolerantiam reſpectu fori temporalis non ſunt perſonæ odioſæ. ibid. n. 22.

Hæbrei in humanis actibus nobiſcum participant. ibid. n. 23.

Hæbrei è gremio Eccleſiæ, Chriſtianorumque communione ſunt omninò extranei. ibid. n. 25. fol. 272.

Intellige in ſpiritualibus, & concernentibus ſalutem animæ. ibid.

Hæres, Cohæres.

Hæredibus maſculis, & legitimis vocatis in vltimis voluntatibus, cum clauſulis perpetuitatem denotantibus, ob quam rationem in aliquorum ſententia non ſit neceſsè, quòd exiſtant hæredes bonorum, ſed ſufficiat, quòd ſint hæredes ſanguinis c. 107. n. 27. fol. 89.

Ad hæredes; regulariter quæcumque pacta tranſeunt. Vide Pacta, Perſonale, Stipulatio.

Hæres, quòad compenſationem. Vide Compenſatio.

Hæres, quòad aditionem. Vide Aditio.

Cohæredum exiſtentia in dubio non præſumitur. cap. 94. n. 5. fol. 14

Ideòque mandatum contrà vnum ex cohæredibus relaxatum, non poteſt redargui de nullitate ob defectum citationis cohæredum. ibid.

A cohærede citato, ſi fuit obtenta victoria cauſæ, vtique prodeſt omnibus alijs cohæredibus non citatis, dum omnium vnica erat cauſa defenſionis. c. 94. n. 6. fol. 14.

Cohæredibus etiam non citatis nocet ſententia, et decretum præcipuè non ignorantibus, litem diù agitari cum alijs cohæredibus. c. 94. n. 9. fol. 15

Hæres beneficiatus.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non eſt verus hæres; ſed potiùs adminiſtrator hæreditatis, tamquàm iacentis ab omni moleſtia in perſonis, boniſque proprijs exemptus, ac ſi numquàm hæreditas fuerit adita. c. 146. n. 10. fol. 300

Hæres beneficiatus adeundo hæreditatem poteſt ſibi ipſi ſatisfacere de bonis hæreditarijs, fructuſque ab ea die ſuos facit ratione dominij. c. 154. n. 11. fol. 339.

Imò poteſt in ſatisfactionem ſui crediti ſibi tot bona adiudicare, & in ſolutum recipere, etiam ſine aliquo Iudicis decreto, quando id bona fide eſt geſtum. ibid. n. 12.

Præcipuè, quando creditores non adſunt anteriores. ibid n. 13.

In quo caſu ficta hæc ſolutio per legem inducta habeat vim Iudicialis ſolutionis, cum auctoritate Iudicis. ibid.

Vide Deliberatio.

Hæres, qui legitimum confecit inuentarium, nihil penitus de ſua ſubſtantia poteſt amittere. cap. 154. n. 15. fol. 339.

Hæres beneficiatus, ſi obtulit ſe paratum ſuper redditione rationis bonorum hæreditariorum, eadem rationis redditione pendente, ad deliberationem eorumdem bonorum procedi non valet. cap. 154. nu. 16. fol. 339

Hæres ad hoc, vt beneficio Inuentarij priuetur ob omiſſam deſcriptionem aliquorum bonorum, ſola

non

Digitized by Google

non ſufficit omiſſio; ſed vlterius requiritur, quòd dolo, vel fraude omiſerit. c.154.n.17.f.340.

Dolus ad effectum priuationis beneficij ex Inuentario iam quæſiti non præſumitur, ſed eſt liquidò probandus. ibid.n.19.

Pro hærede beneficiata ſtat præſumptio, quòd potiùs ignoranter, & bona fide, quàm ex dolo, res, quæ deficiunt in Inuentario, fuerint omiſſa. c.154.n.20. fol.340.

Vide Inuentarium.

Hypotheca. Hypothecarius Creditor.

Hypo*thecam præſefert dictio* ſuper. *c.149.nu.23. fol. 314*

Hypotheca eſt verificabilis in intereſſe alicuius ſuper aliqua re. c.98.n.17. fol.35.

Hypotheca non eſt pars, neque onus intrinſecum dominij rei, aut ſubſtantiæ; ſed quoddam ius, & qualitas rei in pecunia conſiſtens. c.139. n.26. fol.272.

Hypotheca diſtinguitur ab ipſo dominio, & ſunt inter ſe diuerſa. c.139. n.27.& ſeq. fol.272.

Ideòque ex vſucapione vnius Iuris, *ad aliud, vtpotè diuerſum non valet inferri. ibid. n.28.*

Hyp*othecaria actio non transfert dominium, neq; poſſeſſionem rei hypothecatæ in creditorem. ibid.n.29.*

Per hypothecã bona non alienantur, ſed remanent penes hypothecantem. ibid.n.30.

Ad hypothecam non extenditur ſtatutum prohibens forenſibus, ne poſſint acquirere ſtabilia. c.139.n.4.& ſeq. fol.273

Hyp*otheca, an intelligatur prohibita adiecta pęna de non alienando. c.105.n.46. fol.69.*

Quid in bonis Eccleſiæ c.139.n.48. & ſeq. fol.273.

Hypotheca non comprehenditur ſub prohibitione venditionis, permutationis, & donationis. cap 139. n.50. fol.273.

Hypotheca ſub generali bonorum non comprehendũtur bona prohibita alienari, præcipuè ad excludendam caducitatem, contractuſque reſolutionem. c.105. n.47. fol.69.

Idque etiam ſi obligatus non habeat alia bona, quia poteſt intelligi de acquirendis in futurum. ibid.

Hyp*otheca tacita legalis cõpetit in bonis Vitrici pro ratiocinijs adminiſtratæ tutelæ ab eius vxore. c.143. n.7. fol.243.*

Sed hoc remedium eſt ſudſidiarum, debetque intelligi, ſeruato ordine Iuris; adeò ut Vitricus, vtpotè indemnitatis fideiuſſor, non ſit conueniendus, niſi, vxore priùs excuſſa. ibid.n.8.

Hyp*otheca tacita non competit pro literis cambij. c.144.n.16. fol.293.*

Hypotheca competens primo creditori dimiſſo, ſuffragatur ſecundo creditori, ſiue ceſſionario pro ſorte, non autem pro fructibus poſteà decurſis, quoties ex primo contractu fructifero creatur nouum prouentens ex nouo contractu. & de ratione. c.137. n.7. fol.260.

Hyp*othecæ anterioritas quòad fructus cenſus poſt eà decurſos non eſt metienda à primo contractu dotis iam extincto cenſu; ſed potiùs à contractu cenſus de nouo creati. cap.137. nu.8. fol.260.*

Hypothecæ dotales in contractum cenſus tranſlatæ, ex quibus clauſulis non remaneãt extinctę; ſed adhuc durare dicantur fauore tertij ſoluentis, quòad prælationem, & anteriaritatem, non ſolùm quòad ſortem; ſed etiam quòad fructus debitos ex contractu cenſus. c.137. nu.11. & ſeq. fal.260. & ſeq.

Hypotheca dotalis in ſententia Rotæ *incipit à die promiſſionis. c.111. n.31. fol.118.*

Idque etiam ſi agatur de hypotheca tacita. ib.

Referuntur auctoritates contrariæ ſententiæ, quòd, nempè, hypotheca dotalis incipit à die matrimonij. ibid.n.32. fol.119.

Hyp*otheca dotalis non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui, medio tempore, inter capitula matrimonialia, & diſpenſationem Apoſtolicam fuit ius quæſitum, cum à die obtentæ diſpenſationis; non autem promiſſionis hypotheca incipiat. c.111.n.33. fol.119.*

Affertur ratio. ibid.n.35.

Super hypothecæ dotalis retrotractatione reijcitur diſtinctio inter hypothecam mariti ſuper bonis ſoceri, & illam mulieris ſuper boni viri. ibid. nu.36.

Ab hypothecis creditorum poteſt Princeps bona vendita liberare, illaſque transferre in multiplicum. c.131. n.35. fol.237.

Hyp*othecæ conuentionalis ius ex mero figmento Iuris ciuilis introductum poteſt Princeps tollere, neque ex hoc dici valet læſum ius naturæ, ſeù gentium. c.131. n.36. fol.237.*

Hypothecę anterioritatis remiſſioni conſenſus pręſtitus per creditorem quòad vnam rem nõ pręiudicat, quòad aliàs diſtinctas. cap.150 nu.11. fol.320.

Præcipuè, quando remiſſio anterioritatis, ſeù prælationis fuit reſtricta ad pretium rei hypothecæ obnoxiæ in gratiam debitoris, & in fauorem certorum creditorum. ibid. n.12.

Hypothecarius creditor anterior renuncians anterioritati ſuper parte pretij tantùm non dicitur renunciare hypothecę, iurique pignoris. cap. 150. n.1. fol.319.

In hypothecario creditore anteriore tria diuerſa iura concurrunt, ius, nempè, pignoris, ius pręlationis, & ipſum creditum. ibid.n.2.

Hyp*othecarius adhuc remanet creditor, licet prælationi cedat. c.150 n.3. fol.319.*

Vide Pignus.

Iactatio.

I*Actare ſuum nemo præſumitur velle. c.148. n.17. fol.307.*

Ianuenſis.

Ianuenſis patriæ mores ſummam in exigendo diligentiam ſuadent, adeò ut valeat conſequentia Ianuenſis, *ergo* Mercator. *c.155. n.8. fol.542.*

Ignorantia.

Iguorantia cauſata ex culpa ipſius partis ab eadẽ obÿci neqais. c. 127. n.28. *fol.*216.

Ignorantia Iaris. Vide Iuris Ignorantia.

Illatio.

Illatio non ſit à diuerſis. c.194. n.97. *fol.*533

Illatio non eſt facienda ab vna lege poſitiua ad aliã loqueatem in diaerſa materia, habentemque peculiarem rationem. c.186. n.15. *fol.*480.

Idque etiam ſi diuerſitas ia ſola ratione verſetur. ibid. n.16. & c.194. a.97. *fol.*533.

Immemorabilis.

Immemorabilis non probatur, aiſi concurrentibus quatuor requiſitis, de quibus gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6. *c.167. n.21.* *fol.*402.

Immemorabilis noa poteſt dici probata, niſi teſtes deponant de quataor requiſitis per gloſ. *ibid. n.24.* *fol.*403.

Adedut ſinguli teſtes de prædictis requiſitis deponere debeant, aeque coniangantur, ſi alter de vno requiſito, alter verò de alio deponat. ibid. n.25.

In immemorabili teſtes depoaere debent de audita à Maioribas ſais, qui etiam aſſerebant, audiuiſſe ab alÿs ſuis Maioribus, & Maiores à quibus audiaerunt, noa vidiſſe, neque audiaiſſe cõtrarium. c.167. n.22. *fol.*403.

Reprobatur coatraria ſententia affirmaas hoc requeſitam aon eſſe neceſſarium. ibid. & au. 23. & ſeq.

Immemorabilem ad probandam teſtes habere debent aanam qainquageſimum qaartam completum, dempto tempore litis mota, neque ſufficit cęptas. c.167. n.26. *fol.*403.

Idque procedit, etiam ſi agatur de probandis actibus, qui cadere poterant ſub ſenſa, tempore pupillaris ætatis. ibid. n.27.

Immemorabili de probanda, quoties agitur, an teſtis maior factus aon poſſit deponere de iis, quę vidit tempore papillaris ætatis, cadentibus ſub ſeaſa corporis, noa aatem ſub indicio iatellectus, qaoties lex eo tempore certam non requirit ætatem. c.167. n.28. & ſeq. *fol.*403.

Immemorabilem concludeater noa probant teſtes habentes iategram ætatem, depoaentes de viſu à qaatraginta anais citrà, abſque Copula Et, *vel aliqua dictione temporis contiaaationem ſignificaate. c.167. a.30.* *fol.*403.

Ia immemorabili teſtes deponere debent de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt. *cap. 167. n.31.* *fol.*404.

Teſtis deponens, ſe publicè audiaiſſe, aa dicatur deponere de fama. ibid. n.32.

In immemorabili teſtes, vt concludenter deponaat de publica voce, & fama reqairitur, vt percatiant tempus ante litem motam. ibid. n.34.

Immemorabilis eſſentiale reqaiſitum eſt, vt nihil fuerit factum, neqae auditum in contrariam. c.167. n.35. & 38. *fol.*404.

Idq; etiam ſi actus contrarius eſſet vnicas, imò ſufficit ſolus rumor in contrarium. ibid. n.39.

Etiamſi mille actus eſſent geſti, dato enim aliqao actu contrario, vel difformi, excluditur immemorabilis, & qualibet conſuetado. ibid. n.40.

Immemorabilem non elidant actus contrarÿ, quãdo ſunt ſupra centum annos. ibid. n.41.

Immemorabilis poſt completam probationem, actus geſti nihil conferunt ad interrumpendam eandem immemorabilem iam confirmatam. cap. 167. n.42. *fol.*405.

Intellige, vt quando vltrà centũ annos oſtenditur, & datur verum initium præſcriptionis, excluditur penitus immemorabilis, neque quò ad hoc eſt facienda diſtinctio, an initium detur à centum annis citrà, vel vltrà centum annos. ibid a.44. *fol.*405.

Immemorabili ſecluſa, quoties materia eſt omnimò facultatiua, non deſinit talis eſſe, licet per longum tempus quis permiſerit, niſi probetar coactiua, cam ſabſequuta acqaieſcentia prohibiti. ibid. n.45.

Limita, quoties cõcarrit immemorabilis probata cum ſais requiſitis, ex qua titulus reſultat præſamptas. ibid. a.47.

Vel ſtaate multiplicitate actaum, ex quibus facultatis ceſſat præſumptio. ibid. n.48.

Vel demùm, quoties agitur fauore piæ caaſę, diuiaique cultus. ibid. a.49. *fol.*406.

Vide facultatiui actus.

Immemorabilis operatar, vt poſſit allegari melior titulus de mundo. c.168. a.1. *fol.*406.

Immemorabilis habet vim Priuilegÿ, etiam contra habeatem intentionem fandatam in iare. ibid. n.2.

Immemorabilis facit præſami particularem conuentionem, & pactum. ibid. a.3.

Imò eſt fortior pacto. ibid. n.4.

Immunitas.

Immunitatum, & exẽptionum reuocatio facta à Pontifice non intelligitur, quòad competentes de Iure communi, ia quibus ſpecifica requiritur derogatio. c.170. a.9. *fol.*413.

Immuaitatum, & exemptionum cuicumque generi, quoties derogatur, pernecesſè comprehenditur immunitas competens ex diſpoſitione Iuris. c.170. n.17. *fol* 414.

Implementum.

*Implere qais dicitur adimplenda, quoties per ipsũ noa ſtetit, quiu impleretur. c.148. n.10. f.*307

Implementi non ſeqauti exceptio opponi non vales, qaoties ex propria prouenit culpa implere debeatis. c.105. a.44. *fol.*69.

Implementi defectus, & reſolatio contractus valdè inter ſe differunt. c.157. n.8. *fol.*351.

Ad implementum, præfixo termino à Iudice debitori, illo elapſo, debitum remanet purum. c.141. n.5. *fol.*274.

Implementi non ſequuti primi contractus excẽptionem opponere non valet, qai pro alio coaſtituit ſe debitorem. c.92. n.20. *fol.*4.

Implemento contractus non ſequuto, non poteſt quis

ex

ex eodem contractu conſequi lucrum. Vide Lucrum, Societas Officii.

Implementum admittitur per æquipollens, etiam in conditionibus voluntarijs, quando conſtat, diſponentem potiùs effectum, quàm modum implementi conſideraſſe. cap.194.nu.143.& ſeq. *fol.539.*

Implementi non ſequuti exceptio non obſtat, quãdo ex contractu oritur diuerſo ab illo, de cuius agitur exequtione. c.92. num.18. lib.4. & c.157. n.27. *fol.353.*
Vide Societas Officij.

Implementi non ſequuti exceptio reſpectu vnius capituli non retardat exequtionem, quòad alia capitula ſeparata, quàmuis in eodem contractu contenta. c.92. n.18. fol.4. & cap.157.nu.28. *fol.353.*

Implementi non ſequuti exceptio opponi non poteſt ad impediendum lucrum, quando implementum eſt promiſſum in ſeparato contractu ab eo, de cuius exequtione agitur. c.92. nu.19. fol.4. & c.157. n.24. *fol.352.*
Vide Societas Officij.

Implementum conditionis. Vide Conditio.

Implementi non ſubſequuti exceptio, an, & quando cenſeatur remiſſa per illum, ad cuius commodum erat implendum. Vide Societas Officij

Incendium.

Incendium, vt quis arceret à ſuis Ædibus, ſi vicinas deſtraxit; licet iniuriæ, aut damni teneatur; nihilòminus ſi æquè vicinæ Ædes erant perituræ, ceſſat obligatio. c.151. n.9. fol.323.

Incertitudo, Incertum.

Incertitudo vitiat quemcumquè actum inter viuos, & ab illa Iura abhorreat. cap.186.num.1. *fol.479.*

Incertum, & nullum æquiparantur. c.186.nu.4. *fol.479.*

Incertitudo perſonæ, loci, vel rei adimit conſenſum à toto, & à parte. c.186.n.3. *fol.479*

Incertitudo, an, & quando poſſit reduci ad certitudinem ex diſpoſitione Iuris, ſiue ex coniecturis c.186.n.10.& ſeqq. *fol.480.*

Incerta diſpoſitio per viam vltimæ voluntatis, alioquin à Iure ciuili reprobata, inſpecta æquitate Canonica, ſubſtinetur, & ex ea agi poteſt, vt boni viri declaretur arbitrio. c.186.nu.13. *fol.480.*

Intellige, vbicamque, inſpectis circumſtantijs, coniecturis, & præſumptionibus, mens diſponentis elici poteſt. ibid.n.14.

Incertum, an, & quando non ſit pretium. Vide Pretium, Venditio.

Incolatus.

Incolatus, & domicilium in aliquo loco non contrahitur ex ſola exiſtentia bonorum ibidem; niſi etiam concurrat animus in eodem loco permanendi. c.116. n.7.
Vide Domicilium.

Indebitum.

Indebiti exactio eſt apertiſſimè probanda per præciſas probationes, quæ perneceſſè adeò concludant, vt neque etiam per poſſibile agentis excludi valeat intentio. c.126. nu.3. fol.204. & n.16. *fol.206.*

Indebitum, vt quis recipiat, in generali mandato non intelligitur data facultas. cap.126.nu.13. *fol.205.*

Indebitum dicitur, quod nullo iure debetur, neq; etiam naturali. c.126. n.23. *fol.206*

Indebiti repetitionis ad effectum aliud eſt probare ſolutionem, aliud verò ad effectum liberationis. c.126. n.4. *fol.204*

Paria, licet ſint, reuera fuiſſe receptum, et confiteri recepiſſe, quoad liberandum debitorem; non tamen ſunt paria, vt creditor conditione indebiti obligatus remaneat debitori. cap 126. n.17. *fol.206.*

Indebiti repetitio an detur ſoluenti, non oppoſita compenſatione. c.155.n.12. & ſeq. *fol.443.*

Indebiti repetitionis ad effectum confeſſiones de recepto non ſufficiunt; ſed actor grauatur certiſſima probatione perneceſſè adeò concludente, vt neque etiam per poſſibile actoris intentio excludi valeat. c.126. n.16. fol.206. & num.3. *fol 204.*

Indebiti repetitio ceſſat, quando aliquid eſt indebitè ſolutum ex errore Iuris ſatis controuerſi. c.126.n.30. *fol.207*

Indebitū ad repetendum, etiam error Iuris ſufficit in Citramontanorum *ſententia; quam etiam ſectantur nonnulli* Vltramontani. *c.126.n.33.* *fol.207.*

Intellige in indebito tàm ciuiliter, quàm naturaliter, ſecus verò in indebito ciuiliter, ſed naturaliter debito; in quo Iuris ignorantia excuſat. ibid.n.36.
Vide Iuris Ignorantia.

Indebitè ſoluti fructus cenſus non alia actione repeti valent, quàm condictionis indebiti. c.126. n.2. *fol.204.*

Indebitè, vtpotè ſoluti fructus cenſus, vt repeti valeant ob prætenſam illius nullitatem, probatio concludens requiritur. cap.126. num.5. *fol.204.*

Indebitè, vtpotè ſoluti non poſſunt repeti à Minore fructus cenſus eidem ſoluti, ſub pretextu vſurarum; niſi copulatiuè probetur, quòd pecuniæ ſolutæ verſa fuerint in vtilitatem Minoris, quòdque Minor ex illis locupletior euaſerit. c.126.n.6. *fol.204.*

Idque, ſiue receptio fructuum facta à Minore fuerit actus voluntarius, ſiue neceſſarius. ibid.n.8. *fol.205.*

Contraria concluſio procedit, quando Minor validè contraxit, velletque contractum reſcindere ex capite læſionis, vel ſimili. ibid.n.6. *fol.205.*

Indebiti condictione, an repetantur fructus cenſus conſtituti ex pretio rei venditæ, vel ex credito. c.126.n.21.& ſeq. *fol.206.*

Digitized by Google

I N D E X

Indemnitas.

Indemnitatis fideiuſſor conueniri non poteſt, niſi priùs excuſſo principali, etiam ſi renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus. c.143. n.8 f.287 & n.9. fol.288.

Indultum.

Indultum Pontificis non eſt præſumendum eluſorium. c.124.n.17. fol.196.

Indultum, ſiue Priuilegium conceſſum per Pontificem ampliſſimo Cardinalium Collegio eſt latiſſimè interpretandum. c.124.n.27. fol.197.

De Indulto S.M.Clementis IX. *conceſſo Cardinalium Collegio circa facultatem teſtandi, extenſo etiam ad fructus naturales beneficij inconſumptos, & incommixtos, dummodò à ſolo fuerint ſublati. c.124 n.1 fol.194. & n.12 fol.196.*

Indultum prædictum tantùmmodò reſpicit ſimplicem perceptionem fructuum, illorumque ſeparationem à ſolo; itant deſierint eſſe Eccleſiaſtici, & euaſerint prophani. c.124.n.3. fol.195.

Poſt prædictum Indultum S.M Clementis IX. *fructus per conductores percepti, & à ſolo ſeparati, viuente beneficiato locatore, non cadunt ſub ſpolio Cardinalium; licet merces conuenta pro locatione nondum fuerit ſoluta. cap.124. n.13. fol.169.*

Reprobatur intellectus prædicto Indulto datus a Fiſco Camerali, quòd perceptio fructuum demandata ab eodem Indulto in illis verbis, per illos erunt percepti, *referri debeat ad Cardinales locatores, non autem ad conductores. ibid.n.14.& ſeq. fol.196*

Inquilinus, Inquilinatus Ius.

Inquilinus dici debet, qui, conductis Ædibus Prædij Vrbani, ibidem inhabitat. c.125.nu.15 fol.201.

Inquilinatus Ius abſq; habitatione non datur ei, qui prædium vrbanum conduxit ad alium vſũ, quàm habitationis, vtpotè pro vino, aliiſque mercibus conſeruandis. c.125.n.16. fol.201.

Inquilinis Decretum Camerale Vrbis concedit prælationem. c.125. n.14. fol.201.

Decretum Camerale non ſuffragatur pro Horreis, Celliſque vinarijs, in quibus noctùq; diùque non habitatur. c.125. n.16. fol.201.

Inſertum.

Inſertum à prima radice prouenit, & alimentum ſumit; ſed prima ſuæ ſpeciei, non poma radicis affert. c.137. n.42. fol.264.

Inſtitor, Inſtitoria.

Inſtitor adhoc, vt Dominum obliget, quæ requirantur. c.102.n.17. fol.53.

Inſtitor, ad hoc, vt contrahendo obliget dominum, nedum probari debet patiẽtia, & ſcientia ipſius Domini qui non ignoret, ideo nomine geſtum. c.102.n.14. fol.52.

Sed vlteriùs requiritur, vt cum eo contrahens fuerit, ipſum à Domino fuiſſe præpoſitũ, eiuſdemque præpoſitis fidem fuiſſe ſequutam, cum alioquin non competat actio contra dominum. ibid.n.15. fol.53.

Inſtitoriæ conſtitutio, vtpotè nimis præiudicialis, non eſt præſumenda; ſed concludentiſſimè probanda, adeòut dubia non releuet probatio. cap 102. n.1. fol.51.

Ideòque requiritur actus, qui extrà Ius, nomenque Inſtitoris fieri non valeat. ibid.

Inſtitor tacitus non poteſt obligare dominum, niſi palàm pro Inſtitore ſe geſſerit, ſciente, patienteque Domino; quòdque pro tali publicè fuerit habitus; adeò, vt præponentis fidem cum eo contrahens fuerit ſequutus. c.102.n.3. fol.51.

Ad Inſtitoriam inferri poteſt ex præterita fiduciaria adminiſtratione negotiorum facta ab aliquo, tamquàm Miniſtro. c.102. n.12. fol.52.

Ad Inſtitorem non rectè infertur ab Adminiſtratore, cum aliud ſit probare, aliquem adminiſtratorem generalem, aliud verò, quòd geſſerit ſe pro Inſtitore. c.102.n.18. fol.53.

Inſtitor dici quis non poteſt alterius, ex eo, quòd eiuſdem fuerit Procurator generalis, cum aliud ſit officium Procuratoris, aliud verò Inſtitoris, & aliter teneatur Procurator generalis, aliter Inſtitor ibid.n.13. fol.52.

Pro Inſtitore habendus ſocius ſolus adminiſtrans, & vti Inſtitor iudicandus, quoad portionem ad ſocium ſpectantem. c.101.n.21. fol.48

Inſtrumentum.

Inſtrumentum, an, & quando ſit de ſubſtantia contractus. Vide Scriptura.

Ex Inſtrumento reſultat probatio probata, apparens, & manifeſta. c.149. n.1. fol.311.

Inſtrumẽtum interpretationem ſumere debet à Capitulis; cum iſta fiant à partibus, Inſtrumenta autem à Notarijs. c.107. n.57. fol.92.

Intellige, dummodò Capitula, cum Inſtrumento non ſint incompatibilia. ibid.n.58.

Inſtrumentum vnum, idemque non continet prius, neque poſterius; ſed omnia ex Iuris cenſura, eodem tempore, cenſentur conuenta. c.131. n.28. fol.236.

Inſtrumentum filio nõ eſt permiſſum liquidare via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ contra Patrem ob pœnam periurii, & Infamiæ ab eodem Ritu inductam, c.182.n.20. fol.463.

Inſtrumentum Gener non poteſt liquidare contra Socerum debitorem dotis via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. ibid.n.21.

Sed attenta Conſuetudine Neapolitana *per extenſiuam interpretationem obligante Socerũ ad ſolutionem dotis inſolidum, poteſt Gener liquidare Inſtrumentum contra Socerum, ibidem n.22. fol.463. & n.25. fol.464.*

Affertur ſententia affirmans, huiuſmodi interpretatiuam extenſionem Conſuetudinis Neapolitanæ non eſſe extendendam ad Socerum. ibid.n.22.

Intellectus. vide Interpretatio.

Interdictum.

Interdictum, ne quid in loco publico fiat, procedit etiam, ſi quid fiat in priuato, quod publico noceat. c.174. n.7. fol.424. & n.12. fol.425.

In-

Intereſſe.

Intereſſe alienius ſuper aliqua re eſt verificalo ſuper Iure hypotheca. c 98. n. 17. *fol. 35.*

Intereſſe, quibus concurrentibus ab initio poſſit taxari inter contrahentes, tāquàm per viam concordia ſuper incerto futuro euentu. c. 96. nu. 1. *fol. 23.*

Intereſſe certi taxatio alioquin prohibita non reddit contractum illicitum, ſed potiùs exactio. cap. 96. n. 17. *fol. 25.*

Ideòque ſi creditor non exigit intereſſe ad ſūmam taxatam, ſed legitimam, taxatio habetur pro non facta. ibid.

Intereſſe taxatio vſuraria non impedit legitimi intereſſe exactionem. c. 96. n. 16. *fol. 25.*

Intereſſe certi taxatio ſubſiſtit in fructibus recompenſatiuus, quoties creditor, niſi quod ſua intereſt, exigere nolit. c. 96. n. 19. *fol. 25*

Intereſſe, qui ex ſolo Iudicis Officio debetur lata ſententia, tantùmmodò ſuper ſorte, cenſetur à Iudice derogatum, neque ampliùs debetur. cap. 118. n. 24. & ſeq. *fol. 161.*

Intereſſe, quoties non fuit à principiò petitum, quia tantùm inſtitit creditor pro ſorte, hoc caſu lata ſententia ſuper ſorte, poterit denuò intereſſe cū ſorte tamen iterum peti. ibid. n. 26.

Intereſſe lucri ceſſantis, damnique emergentis in Curia Romana non datur, ſine requiſitis Caſtrenſis. *c. 101. n. 32.* *fol. 49.*

Idq; etiam ſi res agatur inter Mercatores *ibid*

Vel in materia dotis. c. 118. nu. 34. & ſeq. *fol. 162.*

Ad intereſſe ex natura rei ſuccedit obligatio in obligatione de faciendo poſt interpellationem, neque in hoc caſu ſunt probanda requiſita Caſtrenſis. *ibid. n. 36.*

Ad intereſſe petendum in obligatione de dando, quando agitur de debito pecuniario, ſola mora debitoris, adhuc interpellatione concurrente, nō ſufficit, ſed ſunt neceſſaria requiſita Caſtrenſis. *ibid. n. 37.*

Contraria procedunt, quando agitur de debito conſiſtente in ſpecie fructifera. ibid. n. 38.

Intereſſe, an, & quale ſit conductori præſtandum impedito, vti, frui re locata. Verbo Cōductor

Intereſſe euentuale non debetur, & quale ſit. cap. 122. n. 14. *fol. 190.*

Intereſſe extrinſecum non eſt præſtandū, & quale ſit intrinſecum, & extrinſecum. cap. 122. nu. 13. *fol. 190.*

Intereſſe extrinſecum dicitur, quòd ſues non fuerint impinguati ob paſcua non tradita; ideòque præſtari non debet. c. 122. n. 13. *fol. 190.*

Declara vt n. 14. & ſeq. fol. 190. & n. 16 fol. 191.

Intereſſe extrinſecum eſt habendum in conſideratione, quoties ex qualitate perſonarum, negotijque deprehenditur, contrahentes aliquo modo cogitaſſe, etiam de intereſſe extrinſeco. cap. 122. n. 4. *fol. 189.*

Intereſſe extrinſecum, proximum tamen, & immediatum videtur inter contrahentes cogitatum ſaltem in genere eò ipſo, quòd locus, tempuſque legitur adiectum. c. 122. n 5. *fol. 189.*

Intereſſe etiam extrinſecum venit, omniſque actoris vtilitas, ſi certa die, vel loco, vinum, ſiue frumentum tradi debuerit, vt ſi emptor damnū paſſus ſit, vel amiſerit lucrum ob rem ſtatuto tempore, vel loco non traditā. c. 122. n. 6. f. 190

Si verò, neque locus, neque dies interuenerint lucri ceſſantis, damnique emergentis nulla ratio eſt habenda. ibid. n. 7.

Vide alia Vſuræ.

Interpretatio.

Interpretatio omnis eſt capienda, quæ ſubiectæ materiæ magis congruat. c. 94. n. 18. *fol. 16.*

Interpretatio omnis eſt ſumenda pro euitanda repugnantia, immediataque correctione. cap. 94. n. 17. *fol. 16.*

Interpretari non licet Iudici in caſu claro. c. 194. n. 40. *fol. 526.*

Nam alioquin non eſſet interpretari, ſed omninò diſpoſitionem ſubuertere. ibid. n. 41.

Interpretari non licet Iudici in caſu claro, neque etiam ex æquitate. c. 194. n. 41. *fol. 526.*

Inuentarium.

Inuentarium non vitiatur ex omiſſa deſcriptione nominis debitoris, præcipuè, quando non aderant Inſtrumenta inter bona hæreditaria. cap. 154. n. 21. & ſeq. *fol. 340*

In Inuentario Tutor non tenetur deſcribere nomina debitorum pupilli, ſi de eis in hæreditate nō extant Inſtrumenta. c. 154. n. 22. *fol. 240.*

In Inuentario clauſula appoſita ſaluo Iure addēdi, *nedum excludit omnem doli ſuſpicionē; ſed vlteriùs operatur, vt hæres non priuetur beneficio Inuentarij, quàmuis poſtea ſuperueniente notitia non addiderit. c. 154. n. 23.* *fol. 340.*

Vide alia Hæres Beneficiatus.

Inueſtimentum.

Inueſtimenti cura in caſu extinctionis cenſus fideicommiſſo, ſeu Maioratui obnoxij nullo iure pertinet ad debitorem redimentem, qui de illo non debet eſſe ſollicitus, ſed potiùs ad Adminiſtratorem, ſiue Curatorem. c. 127. n. 10. *fol. 213.*

Nam ſibi debet imputari ordinator fideicommiſſi, ſeu Maioratus, cur minus fidelem Adminiſtratorem ſuis bonis præpoſuerit. ibid.

Vide Cenſus.

Inueſtitura.

In Inueſtitura ordo præſcriptus ſuccedendi potiùs attendi debet, quàm forma Statuti, Conſuetudinis, vel alterius Indulti *generalis. c. 185. n. 30.* *fol 477.*

Inueſtitura conceſſa, an fuerit facta filijs vti filijs, vel vti hæredibus, declaratio, non dicitur declaratio, ſed potiùs ſubuerſio, cum longè diſtent inter ſe iſti modi ſuccedēdi. c. 106. n. 79. fol. 84.

In Inueſtitura bonorum Abbatiæ Farfenſis ſtipulata pro ſe filiis, & nepotibus *intelligitur eiſdem quæſitum Ius tantùm, ſi poſſeſſores non alienauerint ex conſuetudine eiuſdem Abbatiæ c. 107. n. 68.* *fol 93.*

I N D E X

Iudex .

Iudices æquiores lege eſse non valent. c. 160. n. 3. fol. 364.

Iudici non eſt licitum interpretari in caſu claro. c. 194. n. 40. fol. 526.

Nam alioquin non eſset interpretari, ſed diſpoſitionem omninò ſubuertere. ibid. n. 41.

Iudex, neq; etiam ex æquitate poteſt interpretari, quãdo verba ſunt omninò clara. ib. n. 4. fol. 256

Iudicis Officium conquieſcit, donec tempus dilationis effluxerit. c. 154. n. 1. fol. 358.

Iudicis pro decreto eſt præſumendum. c. 141. n. 2. fol. 278.

Iudex nulliter procedens, non quidem ordine Iudicij ſeruato; ſed potiùs de facto inſtar priuati, non priuat poſſeſſione, ſi pars non habuit ſe pro ſpoliata. c. 154. n. 8. fol. 339.

Iudicium .

In iudicijs æqualitas ſeruanda. c. 94. n. 7. fol. 14.

Iudicium prudens non eſt ſuper re præſenti ſtatuere ex eo, quod in futurum poteſt contingere, cum ſuper incerto iudicium certum fieri nequeat. cap. 119. n. 61. fol. 174.

Iuramentum .

Iuramentum includitur ſub obligatione Camerali, etiam ſi ſit appoſitum in Apoca priuata. c. 147. n. 1. fol. 302.

Iuramentum, compenſationem an excludat. Vide Compenſatio .

Iuramentum in litem .

Iuramento in litem non eſt locus, niſi duobus copulatiuè concurrentibus, dolo, nempè, ex parte eius, contra quem defertur, difficultateque probationis ex parte illius, cui defertur ex dicto dolo cauſata. c. 143. n. 10. fol. 288.

Neque ſufficit oſtendere verum dolum in omittendo, ſed perneceſsè eſt probandus in committendo. ibid. n. 11.

Iuramentò in litem, vt ſit locus dolus, non præſumitur, ſed perſpicuis indicijs eſt ab allegante probandus. c. 143. n. 12. fol. 288.

Adeòut præſumptiones non ſufficiant ne eodem tempore duo concurrant ſpecialia, quòd, nempè, actori in propria cauſa credatur, quòdq; dolus ſit præſumptus, & non verus. ibid. n. 13.

Neque ſufficit lata culpa. ibid. n. 14.

Iuramentum in litem, vt locum habeat, in neceſſarium antecedens priùs probari legitimè debet, quòd res, pro qua petitur Iuramentum, *ſit incõtrouertibiliter, & liquidò debita. c. 143. n. 48. fol. 290.*

Iuramento in litem non eſt locus, quoties non fuit præſtitum impedimentum, ne à peritis ad æſtimationem deueniri valeat. c. 143. n. 5. fol. 287.

Iurari in litem non poteſt contra tertium, qui dolum non commiſit. c. 143. n. 15. fol. 288.

Iurari in litem non poteſt contra fideiuſſorem tutoris, ex quo liber rationum non fuerit confectus. c. 143. n. 16. fol. 288.

Præcipuè, quando dolus eſt præſumptus, vel quãdo conſiſtit in omittendo. ibid. n. 17. & ſeq.

Iuramento in litem non eſt locus contra Tutores, ceſſante dolo. c. 143. n. 19. fol. 288.

Iuramentum in litem non vindicat ſibi locum ratione ruſticitatis, quæ excuſat à confectione libri Tutelaris. c. 143. n. 20. fol. 288.

Qualibet cauſa, etiam minima adhunc effectum ſufficit. ibid. n. 21.

Iuramento in litem eſt locus contra Tutorem, vel quando non fuit confectum Inuentarium de rebus pupillaribus, niſi de ſtatu hæreditatis aliũdè conſtet. c. 143. n. 22. fol. 288

Vel, quando Tutor rem pupilli, quam poſſidet, nolit reſtituere. ibid.

Iuramento adhoc, vt non ſit locus contra Tutorẽ, dolus excluditur, quòd negans iuſtam habeat causã negãdi ſe eſſe tutorem. c. 143. n. 23. f. 289.

Iurari in litem non poteſt contra negantem per errorem, vel ignorantiam. c. 143. n. 24. fol. 289.

Iuramentum in litem non vindicat ſibi locum ſuper intereſſe lucri ceſſantis, vtpotè incerto. cap. 143. n. 36. fol. 290.

Ius .

Ius ſemper dicitur certum, facto firmato, neq; altiorem requirit indaginem. c. 191. n. 37 fol. 505

Vidè Exceptio .

Iuris ſatis controuerſi ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti. c. 206. n. 37. fol. 207.

Ideòque ſufficit ad euitandam reſtitutionem fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ malè alienatis. ibid. n. 38.

Vide Indebitum .

In Iure errans imprudens eſt, & imprudentia non aſſimilatur, ſed imò directè errori opponitur. c. 126. n. 32. fol. 207.

Iuris ſcientia in Iuriſperito faciliùs præſumenda. c. 130. n. 11. fol. 230.

Iuriſperitus .

Iuriſperitò Minori, an, & quando ſit concedendã reſtitutio in integrum ratione læſionis. Vide Reſtitutio in Integrum .

Ius offerẽdi. vide Offerẽdi Ius .

Ius paſcendi. vide Paſcua

Ius patronatus .

In Iurepatronatus ſucceſſio eſt omninò regulanda à lege præſcripta in fundatione. c. 190. nu. 51. fol. 499.

Iuſpatronatus dicitur legitimè acquiſitum ob dotationem Eccleſiæ. c. 183. n. 20. fol. 469.

Præcipuè, quando non interuenit ſola, ſimplexque Eccleſiæ dotatio, ſed vlteriùs fuit dictum, quòd dos detur animo acquirendi Iuſpatronatus. ibid. n. 21. fol. 470

Iuſpatronatus, quòd ſit laicale, perpetuum, & hæreditarium, quòdque Ordinarius in illius prouiſione ſe ingerere non valeat, poteſt fieri reſeruatio in limine fundationis. c. 183. n. 22. fol. 470.

Iuſpatronatus ſimplex, finita familia, euadit hæreditarium. c. 190. n. 19. fol. 494.

Iuſpatronatus non ſolùm familiare, & gentilitium, ſed etiam mixtum, finita familia, efficitur merè hæreditarium, & tranſitorium, ad hæredes etiã extra-

extraneos, neque Eccleſia libertatem acquirit, niſi aliter conſtet ex diſpoſitione fundatoris. cap 193. n. 14. *fol. 514.*

In *Iurepatronatus, an, & quando requiratur in præſentando qualitas Sacerdotalis.* Vide Cappellania, Sacerdos.

In *Iurepatronatus, quando qualitates fundationis vni tantùm conueniunt, Patronus tenetur illum præſentare, neque fundationis leges tranſgredi valet. c. 190 n. 23.* *fol. 495.*

In *Iurepatronatus habens qualitatem à fundatore requiſitam dici debet ab eodemmet fundatore nominatus, & præſentatus, etiamſi minora Patronorum ſuffragia enumeret, ibid. n. 21.*

Iuſpatronatus ſub Vniuerſitate bonorũ hæreditariorum comprehenditur. c. 190. n. 25. *fol. 495.*

In *Iurepatronatus in aliquorum ſententia non procedit diſpoſitio* Sac. Conc. Trid. ſeſſ 24. de reformat. cap. 17. *prohibens pluralitatem beneficiorum, vtpotè loquens de collatione. cap. 190. n. 36.* *fol. 495.*

In *Iurepatronatus, quoties fundator reſtrinxit in aliqua parte præſentationem, vel inſtitutionem, non eſt præſumendum voluiſſe, vt illa locum habeat in ijs, quos ipſe fundator, vti proximiores, atque adeò prædilectos ad Iuſpatronatus vocauit, ſed ſolùm in ſucceſſoribus. ibid. n. 43.* *fol. 498.*

In *Iurepatronatus fœminæ veniũt appellatione hæredum, & ſucceſſorum. c. 193. n. 1.* *fol. 512.*

A Iurepatronatus fœminæ à maſculis deſcendentes dicuntur perpetuò excluſæ, donec maſculi exiſtant, ſtante diſpoſitione fundatoris fœminas expreſsè excludente. c. 190. n. 26. *fol. 495.*

A Iurepatronatus fœminæ excluduntur, quoties eſt vocata linea maſculina, multòque magis, quando linea fœminina expreſsè reperitur excluſa. c. 190. n. 27. *fol. 495.*

Iuſpatronatus reſeruatum taxatiuè pro maſculis, fœminas non admittit, neque ab illis deſcendentes. ibid. n. 28. *fol. 496*

Iurepatronatus in aſſequendo ex Iuris præſumptione melioris conditionis eſſe non debent remotiores de Agnatione, quàm proximiores. ibid. n. 44.

Iuriſpatronatus fundator ſibi debet imputare, cur legem apertiùs non dixerit. c. 190. n. 50. f. 498.

In *Iurepatronatus hæreditario, ſeù mixto nonnulli Interpretes exiſtimant, quòd ante editionem* Clement. Plures de Iurepatr. *ſententia vigeret affirmans, quòd ſuccederetur in capita, & non in ſtirpes. c. 193. n. 2.* *fol. 512.*

In *Iurepatronatus hæreditario, ſeù mixto* Clement. Plures de Iurepatr. *ſtatuit ſucceſſionem in ſtirpes, & nõ in capita. c. 193. n. 4. fol. 513.*

Eadem Clement. *non eſt extendenda ad præteritas fundationes. ibid. n. 3.* *fol. 512.*

Contrarium, quòd, cum non ſit noui Iuris inductiua, ſed potiùs declaratiua iuris antiqui cõtrouerſi, non ſolùm reſpiciat futura, ſed etiam præterita. ibid. n. 5. *fol. 513.*

In *Iurepatronatus mixto eſt controuerſa quæſtio, an, vna ex duabus lineis deficiente, eius portio in altera ſuperſtite cõſolidata remaneat, vel potiùs vltimus lineæ deficientis ad hæredes eius portionem tranſmittat. c. 193. n. 11.* *fol 513.*

Affertur ſententia affirmans pro traſmiſſione. ibid. n. 12. *fol. 514.*

Contraria Authori arridet, quòd, vel ex cõiunctione verbali, vel reali, vel mixta, vel potiùs ob indiuiduitatem Iuriſpatronatus ſit locus iuri accreſcendi, vel non decreſcendi. ibid. n. 13.

In *Iurepatronatus circà modum ſuccedendi obſeruantia eſt potiſſimùm attendenda. c. 193. nu. 9.* *fol. 513.*

In *Iurepatronatus obſeruantia ſuccedendi in ſtirpes deſumitur ex donationibus certarum portionum præſeferentibus excluſionem ſucceſſionis in capita. c. 193. n. 8.* *fol. 513*

Laudemium.

L*Audemiũ, an ſit pars pretij, vel potiùs quid extrinſecũ ab eodem pretio. c. 165. n. 10. fol. 395.*

Legatum.

Legatum eſt donatio relicta à defuncto ab hærede præſtanda. c. 181. n. 45. *fol. 459.*

Ideòque ad ſui validitatem pernecеſsè expoſcit prædeceſſum Teſtatoris, & ſuperuiuentiam hæredis, & legatarij, vt dari reſpectiuèque recipi valeat. ibid.

Legatum remanet caducum, neque hæredibus legatarij aliquod Ius competit morientibus, eodẽ tempore, Teſtatori, & Legatario, ſi ignoratur, quis prior deceſſerit. c. 181. n. 44. & 46. f. 459.

Legitimatio.

Legitimatio perſonæ, parte opponente, eſt neceſſaria in quolibet Iudicio, etiam executiuo, cum alioquin ad vlteriora procedi non valeat. c. 127 n. 1 fol. 212. & c. 153. n. 1. *fol. 332.*

Nam non ante Iuris ratio, quàm perſona eſt quærenda. c. 153. n. 1. *fol. 332.*

Idque, etiam ſi cauſa agatur coram Principe. c. 153. n. 2. *fol. 332.*

Legitima.

Legitima debet eſſe immunis ab omni onere, etiã ſi filio fuerit in vita aſſignata. c. 106. n. 47 f. 80.

In legitima pro onere inducendo, nedum requiritur, quòd illud fuerit ſpecificè iniunctum; ſed etiam per filium approbatum per actum expreſſum. c. 106. n. 51. *fol. 81*

Legitimæ loco dos non ſubrogatur, quando ſtatutũ incipit ab excluſione, deindeque prouidet de dotibus, ſeù mandat dotari, iuxtà diſtinctionem Caſtrenſis. *c. 117. n. 11.* *fol. 154.*

Legitimæ loco dos ſuccedit, quoties ſtatutum mandat congruè puellas dotari. ibid. n. 16. fol. 155.

Legitimæ loco dos ſuccedit, ſi ſtatutum mandat fœminas eſſe congruè dotandas arbitrio boni viri; non enim poteſt eſſe congrua, niſi ſit eidem legitimæ æqualis. ibid n. 15.

Statutum, quoties mandat, vt fœminæ nõ dotatæ dotentur arbitrio duorum magis idoneorũ conſanguineorum, intelligi debet arbitrio boni

viri,

viri, atque adeò de congrua dote à Iure regulāda. ibid.n.14.

Legitimæ loco dos ſubrogatur in terminis Statuti Ciuitatis Caſtelli.ib.n.12.& ſeqq.f.154.& ſeq.

Idemque aſſerendum in terminis Statuti Tiburtini, & Perufini, ibid.n.13. fol.155.

Legitimæ loco ſuccedens dos ſufficit ad verificandam qualitatem hæreditariam à Iure communi, vel ſtatutario requiſitam. ibid.n.8. fol.154.

Legitima maſculorum pro augenda ad effectum faciendi partem, dos fœminarum ſuccedit, vel nō ſuccedit loco legitimæ, prout magis expedit maſculis.c.117.n.18. fol.155.

Sed prædicta concluſio non procedit, quando dos ſuccedit loco legitimæ. ibid.n.19.

Lex.

Lex adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt. c.124.n.21. fol.197.

Legis virtus eſt normam tradere futuris, non autē præteritis negotijs. c.193.n.3. fol.512.

Leges nouæ de futuris tātùm negotijs intelliguntur, non autem de præteritis. c.149.n.34. fol.315.

Idque, etiam ſi adſit aliquis caſus præteritus expectans perfectionem in futurum reſpectu executionis. ibid. n.35. fol.316.

Lex eſt aſsueta imitari naturam.c.181.n.2.f 453.

Lex, quando non eſt inductiua noui Iuris, ſed potiùs declaratiua Iuris antiqui controuerſi; non ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præterita.c.193. n.5. fol.513.

Legem quis pati debet, quam tulit, tàm in ſententia Sapientis, quàm inſpecta Iure communi; quo reperitur ſancitum, vt quod quiſque Iuris in alium ſtatuit, eo debeat ipſe vti.c.149.n.53 f 317

Lege ab vna poſitiua non eſt facienda illatio ad aliam loquentem in diuerſa materia, & habentem peculiarem rationem.c.186.n.15.fol.480.

Idque etiam ſi diuerſitas in ſola ratione verſetur. ibid.n.16.

Legis beneficium non admittendum in tertij præiudicium.c.147.n.14. fol.303.

Legem vbi habemus, inanis eſt vlterior diſputatio. c.160.n.17. fol.366.

Lex, quando eſt clara, non eſt opus aggredi diſputationes, neque confugere ad diuinatorios, & omninò extraneos intellectus.cap.124.nu.12. fol.196.

Lex Iulia *de fundo dotali priùs fuit promulgata pro Italis, poſteà à Iuſtiniano ad totum Orbem extenſa. c.106. n 8. fol.73.*

Liberatio.

Liberatio vtpotè fauorabilior, benigniorem recipit interpretationem.c.127.n.14. fol.214

Liberationem ad inducendam, verba ampliſſima, et vniuerſalia, omnia & ſingula comprehendūt, ac ſi eſſent expreſſa.c.128.n.35. fol.222.

Liberorum appellatio.

Liberorum appellatione veniunt omnes deſcendētes in infinitum. c 107. n.17. fol.88.

Lis.

Litium Seminarium, quoties fieret, magnaque Inſtrumentorum ſtrages ſequeretur, cum maximo Reipublicæ detrimento; tunc nullitas obijci non valet. c.157. n.3. fol.350.

Litis conteſtatio inducitur in reo abſente per cōtumaciam legitimè contractā. c.179.n.9 fol.443.

A litibus, quando receditur, magnum lucrum conſideratur, in quibus animus vexatur, & opes dilabuntur. c.111. n.58. fol.122.

Locatio.

Locationis contractus dicitur nominatus.cap.148 n.3. fol.306.

Locationis contractus dicitur, quoties faciendum aliquid datur, ſiue promittitur pro certa mercede. c.148.n.2. fol.306.

Locatio collata in arbitrium tertij non dicitur pura, ſed conditionalis; atque adeò imperfecta, donec merces arbitretur c.161.n.19. fol.374.

Locationes, quoties ſunt ſeparatæ, de vna ad aliam inferri non valet. c.119. n.48. fol.172.

Locationis, licet plures ſint anni, vna nihilòminus eſt res, vna locatio, quàmuis penſionis diſtributio fuerit diuiſa per plures annos gratia commodioris exactionis. c.119. n.65. fol.174.

Locationis merces non debetur, niſi poſt fructus per conductorem collectos. c.124.n.19.

In locatione non eſt præſumenda anticipata ſolutio. c.124. n.20. fol.197.

Locationis, & conductionis contractus in totum, vel pro parte reſoluitur, data rei peremptione in totum, vel pro parte, cum locator non poſſit conductori concedere manutentianem in rei peremptæ vſu, fruitioneque.c.120. n.15.fol.180

Vide latiùs Remiſſio mercedis.

In locatione pactum additionis in diem, quos operetur effectus, & quando ſit pura, vel conditionalis. c.123. n.1.& ſeqq.fol.191.& ſeqq. & n.12. & ſeqq. fol.193.

Vide alia Verbo Conductor.

Lucrum.

Lucri certi taxatio non reddit contractum illicitū; ſed potiùs exactio. c.96. n.15. fol.25.

Ideòque, ſi creditor non exegit intereſſe ad ſummam taxatam, ſed potiùs legitimam, taxatia habetur pro non facta. ibid.n 16.

Lucri ceſſantis taxatio, licet ab initio ſit illicita, non tamen redditur illicitus contractus; ſi ea creditor vti nolit; ſed id velit dumtaxat exigere, quod ſua intereſt. c.96. n.17. fol.25.

Lucri magni amiſſio dicitur ſapere damnū notabile, formalemq; pœnam. c.184.n.13. fol.473.

Lucri magni amiſſio æquiparatur pęnæ, metumq; inducit. c.184. n.14. fol.473.

Lucrum quis conſequi non valet ex contractu, quē implere neglexit, etiam ſi allegetur impedimentum c.165. n.5 fol.345.

Idque, non obſtante impoſſibilitate, quæ excuſat à pęna, non autem, vt poſſit agi ad lucrum c.156. n.7. fol.345.

Vide Societas Officij.

De lucro captando, quoties agitur, non autem de damno euitando, exceptio non implementi non tan-

Googl

I N D E X

tantùm intereſſe alterius innititur, quàm violationi fidei ex parte non implêtis.c.156.n.27.f.348

Lucri ceſſantis intereſſe. Vide Intereſſe. Vide Mora.

Ludus.

In ludo ſpondentibus, data falſitate in illo commiſſa, eſt reficiendum totum lucrum, quod in ludo facere potuiſſent. c.188. n.2. *fol.485.*

Læſio.

Læſionis enormiſſimæ exceptio nõ impedit exequtionem obligationis Cameralis. c.151.n.22.fol.326.

Mala fides.

Mala fides dicitur probata, quoties conſtat de ſcientia rei alienæ. c.149.n.41. *fol.316.*

Mala fides cuiuslibet præſcriptionis impeditiua dicitur reſultare, eò ipſo, quòd quis in ſuo Archiuio conſeruat ſcripturas contrarias rei, ſuper qua præſcribere intendit. c.149. n.41. *fol.316.*

Mala fides auctoris nocet. ſucceſſoribus vniuerſalibus, etiam ſi ex propria perſona velint inchoare præſcriptionem. c.149. n.42. *fol.316.*

Vide Præſcriptio.

Macedonianum.

Macedonianum Senatus Conſultum non comprehẽdit filium negotijs præpoſitum; nam alioquin publicum impediretur commercium, & ſub publica fide contrahentes remanerent decepti. cap.106. n.55. *fol.81.*

Mandatum.

Mandatum generaliter conceptum, generaliter debet intelligi. c.134. n.18. *fol.247.*

In mandato dici debent comprehenſa ſolita apponi, etiam ſi non ſint expreſſa. c.134.n.2. *fol.248.*

Mandati fines non eſt præſumendum, Procuratorem excedere voluiſſe. c.152. n.11. *fol.329.*

Mandati fines, neque etiam in modico Procurator poteſt excedere. c.152. n.3. *fol.327.*

Mandati fines excedendo Procurator nulliter agit, neque dominum obligat, cùm aliud negotium egiſſe videatur, ad quod mandatum non habet. c.151.n.2. *fol.327.*

Mandatum non habere, illiuſque formam non ſeruare paria ſunt. ibid.

Mandati extrà fines, vel contra actus à Procuratore geſtus, non ſolùm eſt nullus in exceſſu, ſed in totum vitiatur ratione formæ, quæ eſt indiuiſibilis. c.152. n.4. *fol.327.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid.n.5.f.328

Ratihabitio Domini, vt inducta dicatur neceſſè eſt probari, dominum ſciuiſſe, tempore quo actus per Procuratorem geritur. c.152.n.12.f.329.

Mandatum generale ad alienandum non comprehendit bona ſub pæna caducitatis alienari prohibita. c.105.n.48. *fol.69.*

In mandato generali etiam cum libera *non intelligitur tributa facultas remittendi ius ipſius principalis, vel indebitum recipiendi. c.148. n.14.f.307.*

In mandato generali non dicitur aliquid contineri, ex quo mandans argui poſſit de fide rupta. ibid. nu.15.

Mandatum, ſeù facultas non cenſetur data Miniſtris, per quæ Dominus in pœnam reſolutionis cõtractus incidat. c.148.n.18. *fol.308.*

Mandatum etiam prægnantibus verbis conceptum nunquàm intelligitur continere facultatem dandi, dilapidandique. c.148. n.18. *fol.308*

Mandatum non intelligitur conceſſum ad exigendas vſuras à Iure reprobatas. c.206. n.12. *fol.205.*

Mandato in generali non intelligitur data facultas, vt quis indebitum recipiat. ibid. n.13.

Mandatum ſpeciale requiritur; ad hoc, vt confeſſiones de recepto ſubſcriptæ à tertio probent. c.206. n.9. *fol.205.*

Mandatum ſpeciale requiritur ad rem alienam locandam. c.122.n.8. *fol.190.*

Adeò ut non ſufficiat mandatum ad penſiones exigendas. ibid. n.9.

Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandam voluntatem. c.149. n.9. *fol.312.*

Mandati legalis pro reuocatione ſufficit qualibet mutatio ſtatus, tàm mandantis, quàm mandatarij. c.94.n.24. *fol.17.*

In mandato generali nunquàm venit perſona Procuratoris, niſi exprimatur. c.101. n.17. *fol.48.*

Mandatum ad contrahendum, ſi alicui detur, non poteſt eum ſe ipſo contrahere, cum propria perſona ſemper excluſa cenſeatur. ibid. n.16.

Mandatum habens ad reſignandũ beneficiũ, ſibi ipſi reſignare non poteſt. ibid. n.18.

Mandatum habens ad vendendum, ſubſtituendum, & eligendum, non poteſt ſibimet ipſi vendere, aut ſe ipſum ſubſtituere, vel eligere. ibid. n.19.

Vide Procurator, Perſona.

Stante mandato, an rectè procedatur contra Procuratorem dominum litis effectum, quoties mors principalis mandantis non eſt nota Iudici, vel parti. c.141. n.24. *fol.281.*

Mandatum, vt non reuocetur morte conſtituentis, operatur clauſula releuans. c.141. n.26. *fol.281*

Vide Procurator.

Manutentio.

Manutentio debetur deliberatario auctore Prætore poſſidenti. c.141. n.32. *fol.282.*

Prout etiam ceſſionario eiuſdem deliberatarij. ibid. n.33.

Manutentio eſt danda debitori in rei nulliter deliberatæ poſſeſſione, qua nunquàm habuit ſe pro ſpoliato. c.154. n.7. & ſeq. *fol.339.*

Manutentionem ſolet Rota Romana *concedere aduerſùs factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis. c.154. n.9.* *fol.339.*

Præcipuè, quando nullitas deliberationis eſt patens, & notoria ex eiſdem actis ibid. n.10.

Secus, ſi in controuerſiam deduci valeat, in quo caſu eſſet agendum ordinarijs nullitatis, vel appellationis remedijs. ibid.

Manutentio, quoties dependet à deciſione articuli principalis; non eſt concedenda; ſed potiùs decernendus idem articulus principalis. c.158. nu.18. *fol.356.*

Manutentio non eſt concedenda, niſi pro indiuiſo, quoties portiones ſunt confuſæ per communionem c.158. n.19. *fol.356.*

Vel priùs eſt decernenda Peritorum electio pro noua diuiſione. ibid.

Stante incertitudine, ſicuti certa nõ datur poſſeſſio, ita neq; etiam manutentio. ibid. n.20.

Mare.

Maris aſpectus res omnium gratiſſima dicitur. cap. 175. n.34. *fol 431.*

Maris aſpectum impediendo non licet alicui ædificare. c.175. n.35. *fol.431.*

Maſculiatio.

Maſculiatæ Mulieri, eò quia non fuerit nupta infrà terminum à Statuto præfixum, debetur integra

I N D E X

dos. c.113.n.13. *ſol.134*

Maſculiationem mulieris decernentia ſtatuta, quibus rationibus innitantur. ibid.

Maſculiationem decernentia ſtatuta fortiùs procedunt, ſtante iudiciali, reiterataque interpellatione fratris ad dotandum. c.113.n.14. *ſol.135.*

Imò iuxtà veriorem ſententiam ſatis, ſuperq; ſufficit extraiudicialis fratris interpellatio. ibid. n.15.

Maſculiationis ad effectum frater dicitur habuiſſe ſe pro interpellato, dum dotem conſtituit in maiori quantitate quàm ab Avo mulieri fuerit taxata, licet minori habito reſpectu ad veram portionem eidem competentem. ibid.n.16.

Maſculinum.

Maſculinum in contractibus non concipit femininũ. c.117.n.1. *ſol.152.*

Maſculinũ concipit femininum, & è conuerſo ex vi identitatis rationis. c.194. n.101. *ſol.534.*

Mater.

Matre excluſa à ſucceſſione, pariter reijciendi eius filii, vtpotè carentes principio productiuo. c.194. n.114. *ſol.536.*

Matrimonium.

Matrimonium, vt contrahi valeat cum certo perſonarum genere, ſi fuerit à Teſtatore indicta conditio, an ſit nulla, vel potiùs valida. c.194. nu. 118.& ſeqq. *ſol.536.*

Vide Conditio.

Matrimonij libertas eſt demandata tàm à Iure Ciuili, quàm Canonico. c.193.n.123. *ſol.517.*

Matrimonium mulier coacta contrahere cum perſona ſibi non benè viſa, perpetuæ addicitur ſeruituti, duriori, quàm ſi à nuptijs abſtinere prohiberetur. ibid.n.133. *ſol.538.*

Matrimonium coactum malum exitum habere ſolet. ibid n.134.

In matrimonio æqualitas coniugum in ætate inter cætera eſt ſeruanda. ibid.n.125. *ſol.537.*

In matrimonio Maritus non debet in ætate antecellere vxorem, niſi annis decem, vel ad plus viginti. ibid.n.126.

In ſententia Ariſtotelis mulier debet eſſe annorũ viginti octo, vir annorũ triginta ſex. ibid.n.127.

Pro matrimonio Adoleſcentia eſt ætas glorioſior. ibid.n.128. *ſol.538.*

Ad matrimoniũ requirere Clericum in prima Tonſura exiſtentem non videtur honeſtum, neque mulieri nobili congruum. ibid.n.131. *ſol.538*

Matrimonium vbi fuit contractum, dici debet locus contractus, non autem vbi fuit ſtipulatum Inſtrumentum. c.116. n 16. *ſol.150.*

Matrimonij ſuper nullitate lite pendente, alimenta ſunt mulieri præſtanda, ſtante eiuſdẽ paupertate, bonique Iuris præſumptione. c.118.n.20. *ſol.160.*

Sed in hoc caſu paupertas non præſumitur, ſed concludenter probanda. ibid.n.21.

Medium.

Media præſumuntur, probatis extremis. cap.135. nu.25. *ſol 251.*

Medium, per quod alicui extremo fieri debet conuerſio, quoties eſt inhabile, impedit acquiſitionis effectum. c.194. n.116. *ſol.536.*

Melioramenta.

Melioramenta non valent impedire immiſſionem. c.139.n.3. *ſol 270*

Melioramenta facta pro maiori, vberiorique fructuum perceptione in plantandis vitibus, non ſunt reficienda in ſententia Rotæ. c.139.n.12. *ſol.270.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid.n.13.

Vide Expenſæ.

Menſura.

Menſura, quoties fuit adiecta ad qualificandã ſubſtantiam actus, vt putà ad declarandum, quid fuerit in venditione comprehenſum; in hoc caſu, antequàm menſuratio ſequatur, remanet imperfecta venditio, periculumque ad venditorem pertinet. c.134. n.7.& ſeqq. *ſol.246.*

Menſura, ſi non reſpiciat ſubſtantiam actus, ſed ſolùmmodò pretij declarationem; ſeù extrinſecam certificationem, perfecta eſt venditio, & periculũ eſt emptoris. c.134. n.8.& 9. *ſol.246.*

Menſura venditionem non ſuſpendit, periculumque ante menſurationem in emptorem tranſit, vendito vino Græco exiſtenti in aliquo loco pro certo pretio conuento. c.134. n.9. *ſol.246.*

Mercator, Mercatura.

Mercatoribus non eſt impediendum commercium. c.106. n.54.& ſeqq. *ſol.81.*

Inter Mercatores non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ. c.93. n.8. *ſol.8.*

Reprobatur contraria ſententia Facchinei.

Mercatoris decoctio. Vide Decoctio.

Mercaturæ exercitium à Sacris Canonibus Eccleſiaſticis interdictum. c.170.n.7. *ſol.413.*

Mercedis remiſſio. vide Remiſſio.

Metus.

Metus præſumptio reſultat in contractu inter Dominum, & Vaſſallum, quoties agitur de præiudicio eiuſdem Vaſſalli. c.172. n.18. *ſol.421.*

Per metum, an quid fiat, præſentemque coactionem, an verò metu futuræ proximè coactionis, parum refert, cum ſolus coactionis metus pro coactione ſit habendus. c.104.n.12. *ſol.61.*

Miles, Militia.

Miles ſæculi effectus Miles Chriſti, deſinit eſſe Miles ſæculi. c.191. n.27 & 28. *ſol.504.*

Militare quis non poteſt Deo, & ſæculo. c.191. nu. 29. *ſol.504.*

Milites Lauretani, quoad retinendas Penſiones. Vide Penſio.

Minor.

Minorum irritans obligationes lex, ſiue Statutum, vel concedens reſtitutionem in integrum, innititur facilitati, ignorantiæque ipſorum Minorum, qui facilè ſeduci ſolent. c.113. n.1. *ſol.132.*

Minor iuris Doctor validè obligatur pro dote ſorori promiſſæ, etſi non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ. c.113.n.3. *ſol.133.*

Contrarium aſſerendum, quoties Minor Iuriperitus erraret circa ea, quæ Iuriſprudentiam non concernunt. ibid n.4.

Minoris obligatio pro dote abſque Iudicis decreto ſubſiſtit, etiam ſi dos fuerit exceſſiua, quoties matrimonium fuit laudatum à propinquis, & cum eorum conſilio contractum. ibid.n.11. *ſol.134.*

Minor non poteſt dici factus locupletior, ex quo pecuniæ ad ipſum peruenerint, quia potuit illas cõſumere. c.206. n.7. *ſol.205.*

Minor non reſtituitur aduersùs venditionem pignoris, quod incepit à maiore authore minoris, licèt regreſſum habeat contra Tutorem, qui paſſus eſt venundari. c.140.n.8. *ſol.276.*

Minor non reſtituitur, ſi pignus cœpit à maiore, &

vcn-

Digitized by Google

venditio pignoris fit à creditore ex pacto, cum eodem maiore habito, nullo prorſus geſto cum minore. c.140.n.9. *fol.276.*

Affertur ratio.ibid.n.10

Cum minore, ſi aliquid eſt geſtum, putà, quia ob moram eiuſdem interpellati ad ſoluendum fuerit pignus diſtractum, tunc minor reſtituitur.ibid.n.11

Minor non reſtituitur aduersùs præſcriptionem conuentionalem, quoties ab eius Authore maiore incepit. c.140.n.13. *fol.276.*

Intellige, quando nihil eſt cum minore geſtū, ſecus verò, ſi cum eodem aliquid fuerit actū. ibid.

Minori non ſuffragatur reſtitutio, quoties non eſt petita intra quadriennium poſt maiorem ætatem. ibid.n.14.

Sed hoc quatriennium, vtpotè ab initio vtile non currit contra minorem, niſi à die ſcientiæ, tàm facti, quàm Iuris ibid.n.15.

In minore, ad hoc, vt inducta dicatur ratificatio deliberationis pignoris, requiritur explicita ſcientia tàm facti, quàm iuris offerendi eidem minori competentis. ibid.n.18.

Huiuſmodi verò ſcientia requiritur explicita adeòut generalis, & confuſa non ſufficiat. ibid.

Minorum ex edicto. quando reſtitutio petitur, & eſt concedenda, tunc competit, etiam ſi adſit regreſſus contra Tutorem, vel Curatorem. c.140.n.11. *fol.277.*

Minori datur reſtitutio in integrum, ſaltem ex capite ignorantiæ, ex clauſula generali aduersùs deliberationem factam. citatis ſolùm Tutoribus, prorſuſq; ignorante minore. ibid.n.22.

Vide latiùs alia verbo Reſtitutio.

Minor, quoad Ius offerendi. Vide Offerendi Ius

Mixtum.

Mixto in caſu non habet locum ſtatutum loquens in caſu ſimplici. c.164.n.16. *fol.392.*

Mixtura.

Mixturæ præcipuus effectus eſt, vt reddat ſimplex eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ, ſignanter magis fauorabilis, & vtilis. c.137.n.36. *fol.263.*

Modus.

Modus dignoſcitur à conditione, eò quia modus eſt implendus poſt quæſitum emolumentum, conditio verò ante emolumentum quæſitum c.105. nu.13. & ſeq. *fol.65*

In modum reſoluitur clauſula cum pactis, vinculis, & conditionibus, *vbi implementum à parte poſteà eſt faciendum. c.105. n.15.* *fol.65.*

De modo adimplendo, quoties agitur, requiritur interpellatio donatarij. ibid.n.43. *fol.69.*

Molendinum.

Molendinum, ſi quis conduxit, & alia vicina molendina ſint deſtructa aquarum impetu, fieri debet penſionis augmentum. c.119. n.36. fol.170. in fin.

Cum molendinis conceſſio Caſtri, nullum aliud Ius tribuit, quàm exiſtens penes dominum concedentem. c.172.n.2. *fol.418.*

Ideò aliundè conſtare debet de Iure concedentis ſuper Iure cogendi. ibid.n.3.

Imò, etiam ſi Princeps concedens habuiſſet huiuſmodi ius cogendi, non ideò cenſeri debet conceſſum, quoties in Inueſtitura ius prohibendi nō legitur conceſſum. ibid.n.4. *fol.419.*

Reprobatur contraria ſententia, affirmans, vt cenſeantur conceſſum ius prohibendi Vaſſallis, ne accedant ad alia molendina. ibid.n.1. & ſeq. f.418

Ad molendinum accedendi actus eſt merè facultatiuus. c.173.n.3. *fol.422*

Molendinum, ad hoc, vel aliud accedendi actus cum ſit merè facultatiuus, non poteſt acquiri ius cogēdi, niſi concludenter probetur, homines fuiſſe prohibitos adire alia molendina, prohibitionique per longiſſimum tempus acquieuiſſe, à quo præſcriptio currere incæperat. c.172.n.5. *fol.419.*

Molendini vſus eſt liber de Iure gentium; ideòque contraria ſtatuta, & bannimenta facta à Baronibus, ſeù Vniuerſitatibus non ſubſiſtunt. c.172. n.13. fol.420. & c.173. n.4. *fol.422.*

Idque etiam procedit in Regno, attenta Pragmatica 14. ſub tit. de Baronibus. *ibid.*

In molendinis excluditur qualitas feudalis, quoties, deuoluto feudo ad dominum directum, illa non fuerunt deuoluta. c.172.n.14. *fol.420*

Molendinum vnuſquiſque poteſt ædificare in ſolo proprio propè ripam fluminis publici, vtēdo ipſius aquæ, prævia Principis licentia. n.173.n.1.f.421.

Idque, etiam ſi molendino inferiori nocent, non docto de iure prohibendi per aduerſarium quæſito ex priuilegio, vel ex præſcriptione, cum titulo, bonaque fide; & acquieſcentia prohibiti. ibid.

Molendini inferioris dominus non poteſt impedire conſtructionem alterius molendini ſuperioris, quoties fluminis aqua vtrique molendino eſt ſufficiens. c.173.n.2. *fol.421.*

Molendini inferioris intereſſe maioris lucri amiſsi ob molendinum ſuperiùs de recenti conſtructum, non meretur attendi. ibid.n.5. *fol.422.*

Molendinum ſecundum ædificari poteſt in præiudicium primi, non obſtante ſtatuto, quòd fieri non poſſit molendinū in præiudicium ueteris, cum ſit à iure regulandum. ibid.n.6.

Reijcitur contraria ſententia. ibid.n.7.

Quid aſſerendum, quoties vetus molendinum fuit à Principe conceſſum ex priuilegio ſub certo annuo cenſu in quodam loco particulari. ibid.n.8.

Molendinum in parte ſuperioris fluminis, in quo caſu ædificari non valeat, cum damno habentis molendinum inferius. c.172. n.9. *fol.422.*

Moleſtiæ.

Moleſtiarum denunciatio facienda à ceſſionario cedenti, Vide Ceſſionarius.

Monachus.

Monacho ad Epiſcopatum promoto non competit regreſſus ab bona renunciata, vel alteri quæſita, vel delata. c.194. n.74. *fol.530.*

Monialis.

*Monialium numerus, an poſsit ab Epiſcopo augeri ob redditus exereſcentes. V*ide Epiſcopus.

Monialium receptio non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Monaſterium. cap.186. n.4. *fol.482.*

Intellige, dummodò in recipiendo negligentia non adſit, quam poteſt Epiſcopus ſupplere. ibid. n.8. *fol.483.*

Præcipuè, quando apertè conſtat, Moniales malitiosè, & irrationabiliter ſe opponere receptioni alicuius honeſtæ Puellæ ad eludendum Ius alioquin Ordinario competens ſuper augmento numeri. ibid. n.9. *fol.483.*

Rursùs intellige, vt id non procedat in Gynæceis, ſeù Scolis mulierum, ex quadam Ordinarij benignitate toleratis. ibid. n.5. *fol.483.*

Mo*nialis* R*enunciatio. V*ide Renunciatio.

Monioli Oblata. Vide Oblatio.

Mora.

Mora *damna vitantibus magis eſt fauendum, quã lucro inhiantibus. c.156.n.19. fol.437.*

Mora, & obligatio impoſſibilè videtur, vt eodem temporis momento oriatur. c.157.n.13.fol.351

Mora, quidquid ſit ad effectum paenæ, respectu lucri captandi contrahitur, etiam abſque aliqua interpellatione. c.156.n.17. fol.347

In mora debitor conſtitui non poteſt, niſi certioretur de conditionis euentu, quoties ſub conditione ſe obligauit. c.101.n.4. & 10. fol.47.

Mora ex modica non eſt locus reſolutioni contractus, pacto reſolutiuo non exiſtente. cap.105. n.45. fol.69.

In mora non conſtituit citatio obſcura, & æquiuoca. c.118. n.10. fol.159.

Mora purgatio aliquando ex æquitate admittitur, à Iure. c.147.n.13. fol.303

Mora purgatio non eſt admittenda, vbi creditor paſſus fuit damnum ob moram debitoris, cum legis beneficium non debet admitti in tertij præiudicium. c.147.n.14. fol.303

Moram, ſi fecerit depoſitarius in depoſito reſtituẽdo, nihilòminus, ſi poſt moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, vt depoſitarius non teneatur. c.151.n.12. fol.324.

Moroſus.

Moroſo non imputatur periculum, & interitus rei, ſi res, quamuis diligens fuiſſet, eodem modo eſſet peritura. c.151.n.8. fol.353.

Mors.

Mors principalis mandantis, quoties non eſt noto Iudici, vel parti, rectè in Iudicio proceditur contra Procuratorem in actis conſtitutum dominum litis effectum. c.141.n.24. fol.281.

Mors in dubio præſumitur ignorata. ibid.

Adeòut non ſufficiat ſcientia priuata Iudicis, ſed de illa in actis debet conſtare. ibid.

Morientibus inſimul pluribus incendio, ruina, aut naufragio, tunc lex præſumit; aliquem præmortuum, vel ſuperſtitem fuiſſe; quando agitur ex diſpoſitione legis; ſecus ex diſpoſitione hominis. c.181. n.42. fol.459.

Cõmendatur huiuſmodi Bart. *diſtinctio. ibid.*

Mors patris, & filij, ſi inſimul fuerit ſequta naufragio, incendio, ruina, aut ſimilibus caſibus, præſumptio legalis eſt, quod pater filio prædeceſſerit. cap.181.n.1. fol.453

Intellige, quando filius eſt impubes, ſecus ſi pubes. ibid.n.3. & ſeqq. fol.453.

Idque etiam procedit reſpectu Matris. ibid. n.11. fol.454.

Declara reſpectu matris, quòad filiam. ibid. n.12. & ſeq. fol 455.

Subintellige, vt filius impubes non præſumatur patri prædeceſſiſſe, quoties agitur, vt ſucceſſio paterna ad extraneum ſit deferenda. ibid. n.7. fol.454.

Diſtinctio inter filium puberem, & impuberem non procedit, quoties ex coniecturis præponderantibus præſumptioni legali veriſimiliter exiſtimari poteſt, filium licet impuberem ſuperuixiſſe, vel puberem patri prædeceſſiſſe. ibid.n.9. fol.454.

Quæ nam ſint huiuſmodi coniecturæ remiſſiuè. ibid.n.10.

Mors patris, quòd ex legali præſũptione priùs fuerit ſequta, quàm filij puberis in aliquorũ ſententia procedit ob commune parentum votum, vt eorum hæreditas ad filium potiùs, quàm extraneum perueniat. c.181.n.18. fol.455.

Mors matris, & filiæ, ſi inſimul fuerit ſequuta, quis prædeceſſiſſe præſumatur, Interpretes non ſunt concordes. c.181.n.12. & ſeq. fol.455.

Mors matris, & filiæ impuberis, quoties ſimul eſt ſequuta, præſumitur matrẽ prædeceſſiſſe. ib.n.13

Idque, etiam ſi filia paululùm pupillarem exceſſerit ætatem. ibid.n.14.

Mors Matris, & filiæ puberis, & adultæ, quoties inſimul eſt ſequuta, præſumitur, filiam Matri ſuperuixiſſe, quoties maritus, & pater reſpectiuè eſſet ſuperſtes, ne luctuoſa filiæ hæreditate priuetur. ibid.n.15.

Mors matris inſimul cum filia pubere, quando eſt ſequuta, Patre ſuperſtite, naturæ ordo eſt ſeruãdus, vt parentes filijs præmoriãtur. ib.n.17

Affertur ſententia affirmans, vt arbitrio Iudicis ſit remittendum, an mater filia puberi prædeceſſerit, uel potiùs ſuperuixiſſe ſit præſumendũ. c.181.n.19. fol.455.

Mors liberti inſimul cum filio puberi, ſi fuerit ſequuta, præſumendum, patri prædeceſſiſſe fauore Patroni, ne ſcilicet à ſucceſſione Liberti ſui excludatur. ibid.n.16.

Mors mariti, & vxoris ſi inſimul ruina, incendio, vel naufragio fuerit ſequuta, maritus vxori præſumitur ſuperuixiſſe. c.181.n.23. fol.456.

Id tamen non procedit, contrarijs coniecturis concurrentibus, vtpotè ſi maritus ſit ſenex, vel infirmus, & vxor iuuenis; cum regulariter iura præſumant, vt imbecillior priùs deceſſerit. ibid.n.24. & ſeq.

Adducitur contraria opinio, quòd vbi non poteſt conſiderari ordo naturæ; quia non ſit pater, aut filius, etiam ſi vnus ſit antiquior, & ſenior altero, lex non præſumat eum præmortuum. ibid.n.27.

Præmortua præſumitur vxor viro ex diſpoſitione l. qui duos, §. ſi maritus, ff. de reb. dub. *in aliquorum ſententia, non ratione debilioris ſexus, ſed potiùs ratione pacti, quòd dos reſtituẽda eſſet, ſi vxor in matrimonio decederet, quod verificatur etiam; quando vterque ſimul decedant. c.181.n.28. fol.456.*

Mors coniugum, ſi eodem tempore ſequatur, dotis lucrum eſt debitum heredibus viri, quando ſtatutum, vel pactum tribuit lucrum viro, ſi mulier in matrimonio decedat, & è conuerſo vxori, & de ratione. ibid.n.29.

Mors coniugum, ſi eodem contingat tempore, neutri lucrum eſt debitum, ſi ſtatutum viro, aut vxo-

vxori ſuperſtiti lucrum tribuat. ib.n.30.f.457.
Præmori aliquem, vel alteri ſuperuiuere, quando ſtatuto, vel pacto requiratur, non ſufficit, quòd ſimul obijerint. ibid.
Mors donantis, & donatarij, ſi inſimul fuerit ſequuta, & de ſuperexiſtentia donantis certitudo haberi non valeat, donatio ſubſtinetur, bonaque donata ad hæredes donatarij pertinent. c.181.n.33. fol.457.
Mors donantis, & donatarij, ſi in diuerſis locis fuerit ſequuta, tunc, quando mortis ordo probari valet, nulla Iuris præſumptio militat, ſed ſtandum probationibus, quæ incumbunt alleganti prędeceſſum, vel ſuperuiuentiam. ib.n.40.f.458
Nam alioquin præſumptio ſtat pro poſſeſſore rei donatæ, cuius conditio melior eſſe debet. ib.
Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu procedat. ibid. n.41.
Mors patris, & filij ſi inſimul fuerit ſequuta, donatio facta à patre filio, cum donantis morte confirmetur, ſubſiſtit. c.181.n.34. fol.457.
Refellitur contraria opinio Aretini. ibid. n.37. & ſeq.
Morientibus eodem tempore teſtatore, & legatario, ſi ignoratur quis prior deceſſerit, legatum rémanet caducum, neque hæredibus legatarijs aliquod ius competit. c.181.n.44. & 46.f.459
Poſt mortem delinquentis, an, & quando pœna contra hæredes exigi valeat. Vide Pęna.

Mulier.

Mulier quidquid acquirit, præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis viri ad euitandam turpis lucri ſuſpicionem. c.118.n.15. fol.160.
Sed huiuſmodi iuris præſumptio in aliquorũ ſententia non procedit in vidua ſoluto matrimonio. ibid.
Mulier regulariter, nihil præter dotẽ habere præſumitur. ibid. nu.19.
Mulieres poſt annum quadrageſimũ vt plurimùm ſteriles euadere ſolent. c.194.n.103. fol.534.
Mulier habens ſpecificam notitiam fideicommiſſi ſuper bonis mariti exiſtentis, ſi alienationi bonorum liberorum conſenſum præſtiterit, ſibi infert præiudicium; adeònt non valeat ampliùs ad bona fideicommiſſaria redire. c.119.nu.75. fol.176.
Mulier, ſi videat virum eius abuti ſubſtantia, dilapidando bona libera, ſibiq; non prouiderit, impediendo alienationem, vel petendo aſſecurationem dotium, ſibi infert præiudicium. cum ſit in culpa. c.119.nu.76. fol.176.
Mulier poteſt fideiubere pro Viro, vt pignora dotalia penes ipsã cõſeruentur. c.111.n.61.f.123
Mulier poteſt emere contra virum credita, vt eum à creditoribus liberet; tunc enim ſuum gerit negotium; non autem viri. ibid.n.62.
Mulier poteſt ſe obligare creditoribus hæreditarijs transferendo in ſe iura hęreditatis. ibid.n.63.
Mulier quòad Velleianum. Vide Velleianum.
Mulieri creditrici anteriori pignus dotale poſſidẽti competit illius retentio, quouſque dos eidem fuerit ſoluta. c.182.n.2. fol.461.
Siue cõſiſtat in pecunia, ſiue in corporibus. ib.
Præcipuè, quando mulier in poſſeſſione præuenit, antè exequutionem factam per concreditorem. ibid.n.3.
Quidquid ſit, muliere non poſſidente. ibid.
Mulier, quoties ſe obligat cum viro pro dote communis filiæ, quodammodo videtur proprium, nõ non alienum debitũ perſoluiſſe. c.112.n.8.f.127
Mulieris vtilitas etiam reſultat ex dote communis filiæ, quæ alioquin in defectum patris illã ære proprio dotare compellitur. c.112.n.9.fol.127
In muliere ſe obligante indotatio procedit, quando iuuatur Velleiano; non autem in alijs caſibus in quibus ſicuti cæteri poteſt contrahere, ſibique inferre præiudicium. c.111.n.64. fol.123.
Mulier, quoties ex obligatione facta prorſus remanet indotata, vel ſaltem in medietate dotis læſa, obligatio nullitatis vitio laborat, & de ratione. c.112.n.11. fol.127.
Idque, etiam ſi obligatio eſſet facta pro excarcerando viro. ibid.
Mulieris obligatio cum viro etiam pro dote communis filiæ eſt nulla, quoties eadem mulier remanet indotata, vel enormiter læſa in eius dote, c.112.n.12.fol.127. & n.22. fol.129.
Reprobatur contraria ſententia. ibid.n.13.
An autem ad effectũ indotationis, vel enormiſſimæ læſionis, attendi debeat tempus contractæ obligationis, vel reſtitutionis dotis, ſiue ſolutionis. ibid. n.20. & ſeqq. fol.129.
Amplia, vt neque etiam obligatio ſubſtineri valeat pro medietate ſubſtantiæ bonorum mulieris, cum ratione indiuiduitatis in totum corruat. ibid.n.14.
Intellige, quando ex vnica obligatione mulier indotata remanſit, vel in medietate dotis lęſa. ibid.
Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando plures fuerunt initæ obligationes, & ex poſterioribus fuit illatum mulieri præiudicium in ſuis dotibus. ibid.
Refellitur contraria ſententia ſimpliciter affirmans, ſubſtineri mulieris obligationẽ vſq; ad concurrentem quantitatem medietatis dotis. ib.
Idque locum habet, non obſtantibus ſolemnitatibus ſtatutarijs adhibitis. ibid. n.28.
Vel Iuramento, quod nullius eſt roboris, ſi mulier remaneat indotata, vel in medietate dotis læſa. ibid.n.16 & n.24. fol.129.
Reprobatur cõtraria ſententia. ib.n.17.f.128
Mulier non dicitur remanere indotata, quando habet vſumfructum, quem poteſt vir in dotem tradere. c.112. n.37. fol.131.
Mulier, quoties ſe obligat cum viro pro dote communis filiæ, intelligitur tantùmmodo interceſſiſſe animo fideiubendi, ſeque reualendi contra maritum. c.112. n.17. fol.128
Reijcitur contraria ſententia aſſerens, quòd mulier in tali caſu non intelligatur ſe obligaſſe animo fideiubendi, ſeque contrà virum reualendi,

Digitized by Google

lendi, ſed aquè principaliter teneatur pro virili, vel inſolidùm, ſi fuerit dictum. ibid.n.18.

Prædicta ſententia poteſt fortaſsè procedere quòad ipſum creditorem dotis, qui poteſt vxorē, ſcilicet, virumque conuenire, ſecus quòad ipſos promiſſores, ſeù debitores dotis. ibid.n.19.

Mulieris obligatione pro irritanda probare oportet res obligatas fuiſſe dotales.c.112.n.26 f.130

Ad hunc effectum conſiderari nō debent bona extradotalia vxoris; ſed ſolùm ea, quæ fuerunt in dotē viro conſtituta. c.112.n.27 f.130.

Secus verò, ſi non habeat alia bona, quàm extradotalia eidem, conſtante matrimonio, obuenta. ibid.29.

Mulier abſque ſolemnitatibus ſtatuarijs non poteſt ſibi ipſi præiudiciū inferre ſuper Iuribus iā quæſitis reſpectu integri lucri dotalis commenſurandi ad ratam dotis promiſſæ in terminis Statuti Vrbis. c.116. n.18. fol.150.

Mulieri debentur fructus ex pignore dotali percepti; etiam abſque interpellatione, & exacti nō imputantur in ſortem, etiam attento Statuto Vrbis lib .1.cap.137. c.116. n.24. fol.151.

Mulier, quando in actu aditionis hæreditatis viri vti Tutrix teſtamentaria eius filij, fuit proteſtata velle conſequi totum id, quod ratione ſuarum dotium ipſi eſt debitum, etiam vigore Statuti Vrbis, tunc interpellatio non eſt neceſſaria, vel ſaltem præſumitur interueniſſe. c.116.nu. 15. fol.151

Neque hoc caſu fructus exacti ſunt in ſortem imputandi. ibid.

Interpellatio à Statuto Vrbis requiſita poteſt adimpleri per æquipollens ſtante prædicta proteſtatione. ibid.n.26.

Interpellationis vim habet reſtitutio dotis, quoties eſt promiſſa à marito cum iuramento. ibid.n.27.

Mulier creditrix dotium non poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis in præiudicium creditorum, quibus iam fuerat ius quæſitum. c.141.nu.36. fol.283.

Multiplicum.

In multiplicum poteſt Princeps transferre hypothecam creditorum. c.131. n.35. fol.237.

Murus.

Murus dicitur perfectè completus non relictis dētibus, ſeù lapidibus proiectitijs. c.164.n.8 f.384.

Muro communi permiſſum eſt ſocio vti ad ædificandum, non ſolùm inſpecto Statuto Vrbis lib.1 cap.107. ſed etiam Iure communi; quàmuis lumina obſcurentur, feneſtraque claudantur. cap. 163.n.44. fol.388.

Præcipuè, quando alter ſocius poteſt aliundè lumen habere, atque adeò vtrique parti valet eſſe conſultum. ibid.n.45.

Quàmuis etiam aliquod modicum præiudicium ex huiuſmodi eleuatione ſequeretur. ibid.n.46.

Sufficit, quòd quouis modo lumen haberi poſſit, etiam per foramen. ibid.n.47. fol.389.

In muro communi licet ſocio aperire feneſtram, dū conſocio non nocet. c.163. n.53. fol.389.

Contraria procedunt, dato aliquo præiudicio, & in quibus illud conſiſtat. ibid.

In muro communi præuentio ſocij in aperiendo feneſtras, vti merè facultatiua non tollit, quin poſſit alter ſocius vti muro communi appodiando ſuam fabricam. c.163 n.54. fol.389.

Murus dicitur communis ex atteſtatione Peritorum. ibid. n 48.

Murus dici debet communis, quatenus durat appodium; ſed non ex hoc inferri valet ad partem ſuperiorem muri. c. 176.n.15. fol.434.

Murus dicitur communis ex veſtigio coronidis apparentis in inferiori parte muri, & ex antiquis foraminibus in forma angulari exiſtentibus. c.163.n. 49. for.389.

Idq; etiam ſi totum murū nō penetrēt. ib.n.50

Muro tigna infixa manifeſtum communionis præbent iudicium. c.163. n 51. fol.389.

Muri communionem ad effectum probandi, ſunt ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantùm foramina, quæ deſeruire poſſunt pro trabibus pontium. c.175.n.30. fol.431.

Murus exiſtens in confinio vtriuſque domus, vtrāque claudens, & coniungens dicitur communis. c.163. n.52. fol.389.

Muri communione probata in parte inferiori, per neceſsè reſultat, quòd totus paries cenſeri debeat etiam communis. ibid.n.55.

Muri in parte inferiori, ſtantibus ſignis cōmunionem arguentibus, is, qui ſuper muro communi ædificat facit eumdem noniter eleuatum communem, etiam ſi non ſoluat pretiū ſuæ partis. cap 163. n.56. fol.389.

Vel in omnem caſum eſt in poteſtate vicini, vt faciat ſibi totum parietem communem, etiā ſi non ſoluat pretium ſuæ partis. ibid.n.57.

Murus illius præſumitur, cuius tecto eſt coopertus c.177.n.8. fol.437.

Muri proprietas arguitur ex ſtructura eiuſdem facta eodem tempore, & ex eadem materia, qua cæteri muri. c.176.n.2. fol.433.

Prout ex tecto, & camino exiſtente in eodē muro, cum tignis ibidem immiſſis. ibid. n.3.

Muri proprietatem ad præſumendam quanta ſit uis ſtillicidij. ibid.n.4.

Muri dominium anterius, ſi quis probauerit, omnia ſigna ex aduerſo in eo probata communionem inferentia, præſumuntur extare ex liberali cōceſſione. c.176. n.11. fol.434.

Muri proprietatis eſt ſignum euidens feneſtra totū eumdem murum penetrans, cum excluſione cōmunionis alterius. c.175.n.3. fol.428. & c.176. n.1. fol.433.

Idque procedit, etiam ſi feneſtræ fuerint poſtea clauſæ. c.176.n.1. fol.433.

Muri proprietas, quando non arguatur ex feneſtris in muro exiſtentibus. c.176. nu.10. fol.434.

In muro proprio poteſt quis nouas feneſtras aperire ad ſui libitum, etiam ad proſpectum Areæ, ſiue domus vicini, c.175. nu.5. fol.428. & nu.31. fol.

fol.431. & c.176.n.5. fol.433

Vide alia verbo Feneſtra.

Mutuum.

nmutuo eſt ſpeciale, vt verſionis probetur requiſitum. c.127.n.11. fol.213.

Mutui Inſtrumentum ex dotibus dependens, an eadem dotis iura, & priuilegia identificè retineat. c.137.n.29. fol.263.

In mutuum debitum dotis, quòd transfundatur, pro quo dotem promittens viro remaneat obligatus, ob quam cauſam huiuſmodi cautela à Sapientibus Regni Neapolitani fuerit inuenta. cap. 182.n.17. & ſeqq. fol.463.

Mutuum transfuſum in alium contractum ratione nouationis omninò reſoluitur ibid.n.5. fol.462.

Mutuum, ſiue alius contractus, quando in alterum conuertitur, lex fingit, breui manu fuiſſe ſolutam pecuniam ex prima cauſa mutui debitam, & per occultationem actuum retrotraditam ex noua cauſa, pro qua debitor ſe obligatum eſſe debere conſenſit. c.182.n 9. fol.462.

Mutuum, quando transfunditur in alium contractũ, dicitur conſtare de vera numeratione pecuniæ, & ſolutio vera fit, quàmuis actus ſit fictus. cap. 181.n.10. fol.462.

Mutui contractus, ſiue alius, quando in alium trãſfunditur, adeò fieri dicitur vera ſolutio, licet per actum fictum, vt Notarius non teneatur de falſo, quàmuis dixerit habuit, & recepit, quia verè dicitur ex primo contractu recepiſſe, niſi dicat numerauit. c.182.n.11. fol.462.

Naufragium.

NAufragij casũ contra aſſecuratores teſtes rectè probant, etiam, ſi, parte non citata, fuerint examinati, & coram Iudice incompetenti, quoties naufragium in longinquis accidit partibus. c.97.n.2. fol.27.

Naufragium, quoties euenit in loco, vbi pars fuit præſens, vel parum abſens, tunc in probatione eiuſdem facienda per teſtes partis requiritur citatio. c.97.n.3. fol.27.

Nauigans.

Nauigantes, ſi damnum dederint in retibus piſcatorum, tenentur ad illud reficiendum, non autem ad piſcium æſtimationem, quia nondum capti fuerant, incertumque erat. an caperentur. c.122.n.14. fol.190.

Nauis.

Nauim mercibus fuiſſe oneratam probatur ex Apoca onerationis. c.97.n.1. fol.27.

Nauis Magiſter, etiam ſi in conuentione deficeret, & in alia Naui, quàm electa, merces inuexerit vehendas, etiamſi obligatus ſit ad damna, ſi merces amittantur, nihilòminus quàmuis in effectu impleuiſſet, merces eodem modo periręt, non tenetur. c.151.n.11. fol.324.

Nauta.

Nautæ non poſſunt redargui de culpa, quoties Miniſter Domini mercium oneratarum in eadem permanet Naui. c.98.n.4. fol.32.

Nautæ ſunt teſtes idonei ad probanda geſta in Naui, etiam ſi ſint ſingulares, examinique ſuppoſiti coram Iudice incompetenti, ſine partis citatione. c.98.n.3. fol.32

Nauticum fęnus. vide Cambium Maritimum.

Negatiua.

Negatiua eſt concludenter probanda per fundantem ſe in ea. c.118. n.41. fol.163.

Negatiua ſolutionis non factæ, præcipuè, quando agitur de iuribus incorporalibus, annuiſq; præſtationibus, eſt probanda ab actore, quoties ſuæ intentionis eſt fundamentum. c.149.n.16.f.313.

Præcipuè, quia negatiua debet eſſe coarctata, nempè, quod aliter eſſe non poſſit. ibid. n.17.

Vlteriùs eſt probandum, quòd creditor exigere voluerit, debitor autem denegauerit, denegationique idem creditor longiſſimo acquieuerit tempore, aliàs non releuat. ibid.n.18.

Negatiua ſolutionis non probatur ex inſpectione librorum, nam defectus adnotationis euenire potuit ex Officialis negligentia, qui tertio non præiudicat. c.149.n.22. fol.314.

Negatiua ſolutionis tunc probatur ex librorum inſpectione, quando ex eiſdem libris affirmatiua eſt pernecesſè probanda. c.149.n.26 f.314.

Negatiua ſolutionis non poteſt dici probata ex librorum inſpectione, illaque excluditur ex ſola poſſibilitate in contrarium, quòd, nempè, ſolutio alibi adnotari potuerit. cap.149. num.25 fol.314.

Negatiuæ ne probatio non exiſtentia concludat, ſufficit aliquid eſſe poſſibile.. ibid.

Negatiua deficientis citationis probatur ex inſpectione proceſſus. c.141.n.9. fol.279.

Intellige, ſi proceſſus probetur integer, ſecus ſi appareat deficiens. ibid.n.10.

Negatiua licentiæ non obtentæ comprobata remanet ex inſpectione librorum, in quibus adnotari debebat. c.177.n.2. fol.436.

Negligentia, Negligens.

Negligentia prædeceſſorum non poteſt parere præſcriptionem in præiudicium ſucceſſorum independenter iure proprio venientium. c.149.n.43 fol 416.

Negligens in rebus ſuis nemo præſumitur. c 136. n.8. fol.255.

Nix.

Niuis vſum apud Romanos fuiſſe probatur ex pluribus Senecæ locis. c.119.n.1. fol.166.

Niuarium colum, de quo in l. Argento 32 ff. de auro, & arg. lega: fuit inſtrumentum deſeruiẽs ad refrigerandum niue potum, ibid.n.2.

Alij exiſtimant Romanos Colo Niuario vſos fuiſſe, vt liquidior aqua niue fieret. ibid.n.3.

Niue aqua gelida facta Romani vtebantur, quando ſtomachus nimia ciborum indigeſtione extuabat. ibid.n.4.

Niue aquam refrigerandi modus fuit à Nerone inuentus ex Suetonio. c.119.n.5. fol.167.

Niuis vſum poſt introductum in Ciuitate Meſſanæ inter mortuorum Ephemerides mille homines quolibet anno enumerari, quàm anteà conſue-

tunt

Digitized by Google

rint teſtatur Piſanellus Medicus Bononienſis c.119.n.6. fol.167.

Niuis vſus noſtris temporibus adeò frequens euaſit, vt citrà ipſam ingratum veluti haberi omnem ciborum apparatum experimento edoceamur. c.119. n.7. fol.167.

Niuis prouiſio inter neceſſaria Annonæ computatur, ideòque prouidus vſus introduxit Ius priuatiuum Niuem colligendi, vendendique ſub vniformi pretio. c.119. n.8. fol.167.

Niuem vendendi Ius priuatiuum penes perſonam à Principe, vel Ciuitate deputatam, an ſit propriè Vectigal, vel potiùs prudens, & Oeconomica prouiſio. ibid.

Nix omnibus patet, & vnicuique illam reponere eſt licitum, ſemoto Vectigale à Principe, vel Ciuitate indicto. ibid.n.10.

Nix tanquam omnibus patens nullius, vel ſatis exigui eſt pretij, totumque emolumentum conſiſtit in iure priuatiuè vendendi. & in illius conſumptione c.119.n.20. fol.168.

Niuis Gabellæ conductori damnum intolerabile ex peſte illatum eſt ſimpliciter in fructu, non autem in ſubſtantia rei locatæ. cap.119.nu.18 fol.168.

Nobilis, Nobilitas.

Nobilis efficitur mulier plebeia viro Nobili nupta. c.113.n.6. fol.133

Nobilitas multa ſupplet, iuxtà monitum Baldi. c.113.n.12. fol.134.

Nominatio.

Nominatio non poteſt fieri poſt annum. c.141. nu. 18. fol.280.

Nominanda pro perſona, ſi fuerit facta deliberatio, facta demùm alicuius nominatione, eidem vſque ab initio dicitur facta deliberatio. c.154. n.3. fol.338

Nominanti dominium aliàs quaſitum, ſequuta nominatione reſoluitur, & cenſetur ab initio quęſitum nominato. c.154 n.4. fol.338.

Notarius.

Notarius nō tenetur de falſo, licet dixerit habuit, & recepit, quando mutui contractus, ſiue alius in alterum transfunditur, quia dicitur fieri vera ſolutio licèt per actum fictum, ſecus ſi dixerit, numerauit. c.182. n.11. fol.462.

Notarij proprij extenſione deficiente in clauſulis ceteratis, eſt ſtandum extenſioni factæ à Connotarijs eiuſdem Regionis, & Tribunalis. c.106. n.36. fol.76.

A Notario omnia Inſtrumenti verba cenſeri debent appoſita ex voluntate, mandatoque contrahentium. c.194. n.42. fol.527.

Notariorum verba, præſumuntur eſſe verba partium ibid.n.43.

Notariorum ex ſtylo non cenſentur adiectæ clauſulæ in renunciatione, ſed potiùs ex voluntate ipſiuſmet renunciantis. ibid.n.44.

Contraria procedunt, quando ex verbis, ſiue clauſulis à Notario adiectis, actus per contrahentes reuera geſtus immutatur, vel deſtruitur. ibid.n.45.

Notorium.

Notorium non indiget, neque probatione, neque proteſtatione. c.120.n.34. fol.182. & c.121. n.9. fol.186.

Præcipuè, quando eſt notorium facti permanentis. c.121.n.9. fol.186.

Nouatio.

Nouatio non inducitur, niſi id à partibus expreſſè agatur. c.145. n.23. fol.298.

Nouatio operatur effectum ſolutionis, quòad extinctionem prioris obligationis. c.149. nu.15. fol.297. & c.182.n.13. fol.462.

Nouatio extinguit iura primi contractus, etiam quòad tēporis anterioritatem. c.182.n.4.f.462.

Nouatio ex primo contractu anterioritas crediti competens dicitur ſublata per ſecundum cōtractum, ſtante caſſatione Inſtrumenti eiuſdem primi contractus. c.182. n.8. fol.462.

Ad nouandum ſufficit naturalis obligatio. c.126. n.26 fol.207.

Nouatio in dubio non præſumitur, ſed ſimplex ceſſio. c.145.n.18. fol.297.

Nouata in obligatione cenſentur repetitæ omnes qualitates, & priuilegia primæ obligationis nouatæ. c.182. n.6. fol.462.

Intellige, de qualitatibus, & priuilegijs, quę inerant ex diſpoſitione legali, vel ex natura contractus, vel rei in contractum deductæ fauore creditoris. ibid.n.7.

Secus verò in his, quæ inerant ex diſpoſitione contrahentium, vtpotè eſt temporis anterioritas. ibid.

Nouatio cenſetur inducta, quoties pręcedit liberatio, & ſtatim ſequitur alia obligatio. cap.145. n.11. fol.296.

Nouatio dicitur inducta, & transfert creditum in computationem, ſi ſit facta computorum ſolidatio, & poſteà inter partes confecta apoca. c.145.n.12. fol.296.

Idque, etiam, quando, confectis calculis, fuit de nouo creatum debitum, etiam pro reſiduo. ibid.n.13.

Præcipuè, quando Apoca non continet ſimpliciter ſummam in calculis liquidatam; ſed longè minorem, cum noua obligatione. ibid.

Nouatio inducitur, quoties inter primum, & ſecundum contractum adeſt incompatibilitas, ſeque inuicem non compatiuntur, licet nullum enuncietur verbum de nouatione. c.145 nu.14. fol.297. & c.182.n.15. fol.463.

Nouatio inducitur, quoties, inſcio fideiuſſore, variantur pacta appoſita in contractu, vel reſpectu rei, vel formæ, vel temporis. cap.120.n.39 fol.183.

Nouationis non inducendę proteſtatio, vtpotè cōtraria facto, non meretur attendi ad effectum, ne fideiuſſor dici debeat liberatus. ib.n.49 f.184.

Præcipuè, quando fuit facta proteſtatio, prorſus inſcio, & nō cōſentiente creditore. ibid.

Vide fideiuſſor.

Nouatione contractus, an, & quando fideiuſſores libe-

Digitized by Google

I N D E X

liberentur. Vide Fideiuſſor.

Nouatio excluditur ex veriſimili. cap. 145. nu. 24. fol. 298.

Nouationis ratione mutuum transfuſum in alium contractũ omninò reſoluitur. c. 182. n. 5. f. 462.

Nouationis vigore, mutui debito ſublato per verã numerationem pecuniæ mutuatę, extincta remanet primæua obligatio; & hypotheca. c. 182. n. 12. fol. 462.

Nouatio inducta cenſetur, quoties vnus contractus in alium transfunditur diuerſæ naturæ, & qualitatis. c. 182. n. 14. fol. 463.

Nouatio non inducitur, quoties dotis contractus transfunditur in mutuum iuxtà cautelam in Regno Neapolitano receptã. c. 182. n. 29. f. 464.

Nouatio non cenſetur inducta, quando ſecundus contractus continet illud idem, quod in antecedenti continebatur. c. 182. n. 27. fol. 464.

Nouatio non dicitur reſultare, quoties ſecundus cõtractus fuit celebratus pro implemẽto, faciliorique exequtione antecedentis cõtractus. ib. n. 28

Nouatio non inducitur ex ſecundo contractu inualido licèt contrahentes à primo contractu voluerint recedere. c. 182. n. 30. fol. 464.

Nouare contractum non poteſt mulier abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, amittendo Iura anterioritatis c. 182. n. 39. fol. 465.

Intellige, vt concluſio non procedat, quando nouatio operatur reſolutionem contractus ex vi ſolutionis. ibid. n. 40.

Idque, etiam ſi operetur per actum fictum à lege. ibid

Rursùs intellige, quoties ex nouatione reſultat mulieris præiudicium, inſpecto tempore contractus. ibid. n. 41.

Secus, quando, inſpecto tempore contractus, nullum poteſt conſiderari mulieris damnum, nullatenus attento præiudicio eiuſdem mulieris ex poſt facto eueniente. ibid. n. 41.

Nouerca.

Nouerca, præſumitur odio habere Priuignum. cap. 112. n. 10. fol. 127.

Nouitius.

Nouitij reputantur perſonæ Eccleſiaſticę, atq; adeò ſæcularibus ſtatutis non obnoxij. cap. 194. nu. 6. fol. 521.

Nouitij quòad renunciationes. Vide Renunciatio.

Nullitas.

Nullitas obijci non valet, quando inde magna Inſtrumentorum ſtrages ſequeretur, fieretque ſeminarium litium cum maximo Reipublicæ *detrimento. c. 157. n. 3 fol. 350.*

Nullitas, quoties ſpecificè eſt oppoſita, antè omnia, parte inſtante, ſuper illa eſt pronunciandũ nõ aggrediendo merita cauſæ. c. 158. n. 3. fol. 354.

Nullitas contractus ob deſideratas ſolemnitates ſtatuti non poteſt allegari, niſi ab ipſamet muliere contrahente; non autem à tertio. cap 182. n. 43. fol. 366.

Nullitas cõtractus obſeruati per receptionẽ partis pretij non poteſt allegari ab eodem obſeruante; ibid. n. 45.

Oblatio, Oblata.

OBlatio emiſſa ſub Regula per Sedem Apoſtolicam approbata, veram, regularemq; profeſſionem præſefert. c. 194. n. 56. fol. 528.

Oblatio emiſſa in Monaſterio non Regulari ſimplex caſtitatis votum præſefert, quod regulariter reſultat, ex qualibet oblatione facta Deo. c. 194. n 57. fol. 528.

Ex oblatione emiſſa reſultat, ne dum illicitum eſſe egreſſum è Monaſterio; ſed etiã matrimoniũ abſq; Apoſtolica diſpenſatione contractum ibid. n. 58

Oblatæ Moniales peccant ſimplex caſtitatis votum violando. ibid. n. 59.

Oblatione ſolemni emiſſa in facie Eccleſiæ, Apoſtolica diſpenſatio eſt exhibenda pro matrimonio contrahendo pro vtroq; foro. ib. n. 64. f. 529.

Oblatæ Monialis ſimplex propoſitum cum ſuſceptione, delationeque habitus effectum ſortita præſefert votum caſtitatis expreſſum reddens illicitum egreſſum è Monaſterio, multòque magis matrimonium. ibid. n. 63.

Oblata, quæ habitum ſuſcepit Monaſticum, non ſine verecundia fit, vt illum dimittat, viroque copuletur. c. 194. n. 105. fol. 534.

Oblatæ Moniales in Gynæceo Turris Speculorum Vrbis, neque per ſomnium tot ſæculorum ſpatio cogitarunt virum ducere. ibid. n. 106.

Oblationis melioris pactum. Vide Pactum adictionis in diem.

Obligatio.

Obligatio naturalis, quos pariat effectus. cap. 126. n. 24. & ſeqq. fol. 207.

Obligatio naturalis ſufficit ad compenſationem, quæ eſt ſpecies ſolutionis. ibid. n. 25.

Prout ad effectum nouandi. ibid. n. 26.

Itẽ etiam ad conſtituendum. ibid. n. 27.

Obligatio Cameralis.

Obligatio Cameralis continet hypothecam. c. 139. n. 53. fol. 273.

Obligatio Cameralis effectus tranſit in ceſſionariũ. c. 131. n. 1. fol. 233. & c. 145. n. 4. fol. 295.

Obligationi Camerali vulnus illatum per ſententiã non ſanatur per clauſulam appoſitam in cõmiſſione, quòd procedatur ad exequtionem obligationis Cameralis, quatenus de Iure. *cap. 153. n. 15. fol. 334.*

Obligationis Cameralis exequtionem non valet retardare exceptio enormiſſimæ læſionis, vtpotè altiorẽ requirens indaginẽ. c. 151. n. 22 f. 325.

Quænam autem dicatur exceptio altiorem requirens indaginem. Vide Exceptio.

Obſeruantia.

Obſeruantia proxima; non autem remota eſt attendenda. c. 190. n. 30. fol. 496.

Obſeruantia dicitur remota, quando non eſt intrà quatraginta annos. ibid. n. 32.

Obſeruantiæ interpretatiuæ in claris non eſt opus. c. 190. n. 29. fol. 496.

Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia. c. 170. n. 20. fol. 414.

Obſeruantia eſt optima interpres Statutorum, &

I N D E X

Conſtitutionum. c.187 .n.11. fol.483.

Obſeruantia optimè declarat qualitatem beneficiorum. c.190.n.58. fol.499.

Prout valdè attendenda in materia incompatibilitatis beneficiorum. ibid. n.59.

Obſeruantia declarat ambiguitatem fundationis Iuriſpatronatus. c.190. n.60. fol.499.

Signanter, quando eſt proxima immediatè poſt mortem fundatoris, nõ autem remota. ibid.

Obſeruantia potiſſimùm attendenda circa ſucceſſionem in Iurepatronatus c.193. n.9. fol.513.

Vide Iuſpatronatus.

Obſeruantia ſubſequta declarat, feudum eſſe hæreditarium, atque adeò ad hæredes extraneos tranſitorium. c.107. n.45. fol.98.

Obſeruantiæ interpretationi relinquitur dubium qualitatis bonorum. ibid.

Obſeruantiæ eſt valdè deferendum in materia Tuſenorum. c.170. n.21. fol.414.

Obſeruantia interpretatur quaſcumque exemptiones, & immunitates. ibid. n.22.

Obſeruantiæ valdè eſt deferendũ pro cõprehẽſione Clericorum in ſolutione Gabellæ Cameralis. ibid n.23. fol.415.

Obſeruantia declarat transactionem, neque requiritur præſcriptio; ſed ſufficit, itâ aliquando fuiſſe ſeruatũ per vnicũ actum. c.170. n.26. fol.415

Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcumque cõuẽtionis. c.171. n.8 f.416. & c.177. n.13 f.437

Itaut talis dicatur adeſſe ſenſus in verbis, qualem obſeruantia, effectuſque ſubſequtus demonſtrat c.171. n.8. fol.416.

Non ſecus, ac ſi itâ ab initio fuerit cõuentũ ibid. n.8. fol.416. & c.161. n.30. fol.375.

Obſeruantia contrahentium declarat, qualis fuerit eorum intentio, nec non forma, & natura contractus. c.145. n.27. fol.298. & cap.161. n.31. fol.375.

Obſeruantia, quando non deducitur ad præſcribendum, ſed potiùs ad declarandum, vnicus etiã actus ſufficit. c.170. n.25. fol.415.

Obſeruantia interpretatiua optimè remanet comprobata, etiam per vnicum actum, multòque magis per plures, neque præſcriptionem requirit. c.187. n.12. fol.483.

Præcipuè, quando probatur in caſu controuerſo. ibid. n.11.

Obſeruantia partis præfert confeſſionem. c.136. n.18. fol.255. & c.177. n.15. fol.437.

Non ſecus, ac ſi itâ fuerit ab initio conuentum. ibid.

Odium.

In odium retorqueri non debent in fauorem inducta. c.116. n.2. fol.148.

Offerendi Ius

Offerendi ius competit Minori ad effectum redimendi pignus; etiam ſi illius dominium irreuocabiliter fuerit translatum in deliberatarium c.140. n.1. fol. 275

Idque procedit, tàm in pignore conuentionali, quàm Prætorio. ibid. n.2. & ſeq.

Etiam, ſi per Minorem non probetur magna læſio in pignoris diſtractione. ibid. n.4.

Offerendi ius competit Minori, etiam effecto Maiori; cum enim illud oriatur ex diſpoſitione Iuris, non poteſt cenſeri ſublatum, niſi præſcriptione triginta annorum. c.140. n.6. fol.275.

Imò in aliquorum ſententia nullo vmquàm tempore eſt præſcriptibile, quaſi ſit quædam facultas. ibid. n.7.

Officium.

Officium prorogatum, dum adhuc durabat, non dicitur nouum; ſed idem cum primo. c.119. n.57. fol.173.

Omiſſum.

Omiſſum aliquid à ſtatuto ſi fuerit, cenſetur noluiſſe includere. c.160. n.43. fol 369.

Omiſſus caſus. Vide Caſus.

Oneratio.

Oneratio Mercium in Naui probatur ex Apoca onerationis. c.97. n.1. fol.27.

Opinio.

Opinio ſemper ea eſt ſequenda, quæ eſt magis conformis conſuetudini, & per quas lites minuãtur. c.157. n.2. fol.350.

Optio.

Optio rei legatæ; quando tertio committitur, debet intrà annum eligere. c.141. n.18. fol.280.

Origo, Originale.

Origine rei ſublata, ſatis abſurdũ eſt, eius imaginem derelinqui. c.194. n.117. fol.536.

Ab origine obligationis eſt metienda qualitas voluntatis, vel neceſſitatis. c.194. n.13. fol.522.

In ſui origine quoties actus eſt voluntarius; ſi ex poſt facto efficiatur neceſſarius; nõ tamen ex hoc deſinit eſſe voluntarius. ibid. n.14.

Originale principium; nõ autem cauſatiuum attendi debet ad inducendam cauſæ neceſſitatem. ibid. n.13.

Pactum.

PActum quodlibet conditionale initum in contractu, tàm actiuè, quàm paſſiuè ad hæredes tranſit. c.109. n.4. fol.103.

Adeòut hæredi ſtipulatoris competat actio contra promiſſorem, vel eius hæredes, quámuis idem ſtipulator deceſſerit antè conditionis euentum. ibid.

Pactum debet concludenter probari. c.167. n.12. fol.401.

Pactum de non alienando etiam latiſſimo ſumpto vocabulo, in aliquorum ſententia comprehendit etiam pactum de non hypothecando. c.105. n.46. fol 69.

In pacto, ſeù conuentione, quando deducitur qualitas, quæ de Iure tacitè ineſt, huiuſmodi expreſſio nihil operatur, cum iuris diſpoſitioni ſit conformis. c.121. n.2. fol.186.

Intellige, quando conuẽtionalis expreſſio, nihil aliud prorſus præſeferre valet, quã id, quod de Iure cõmmuni diſpoſitũ reperitur. ibid. n.3.

Secus; quando pactum plures poteſt operari effectus. ibid.

Pactum continens idem, quod ius commune ne reddatur ſuperfluum, & eluſorium debet intelligi in caſu à lege non diſpoſito. c.121. n.4. fol.186.

Pactum diſpoſitioni legali adiectum illam confirmat, & robur addit, nouum vinculum, & impedimentum adijciendo, ne reddatur eluſorium. c.121. n.5. fol.186.

Pacta omnia adiecta in Inſtrumento dotali præſumuntur tractata, & concordata cum vxore, eiuſque affinibus. c.108. n.8. fol.96.
Vide Dos.

Pactum ſuper regreſſu. Vide Regreſſus.

Pacta, quòad dotes. Vide Dos.

Pactum addictionis in diem.

Pactum addictionis in diem, an, & quando dicatur adeſſe in contractu venditionis, vel locationis, quoſque operetur effectus. c.123. nu.1. & ſeqq. fol.191. & ſeqq.

Pactum addictionis in diem non dicitur adeſſe in venditione, vel locatione; quòties tantùmmodò eſt conuentum, quòd reperta meliori oblatione, poſſit alteri res locari, neque adſint aliqua verba reſolutiua, ſiue reuerſiua bonorum locutorũ. c.123. n.17. fol.193.

Pactum, quoties eſt initum; vt meliori conditione, ſiue oblatione allata, ab emptione, vel locatione diſcedatur, vel, vt res ſit inempta, vel quòd venditio, vel locatio non valeat, hoc caſu emptor, & vſucapit, & fructus, acceſſioneſque lucratur. c.123. n.1. fol.192.
Idque ea potiſſimùm ratione, quia venditio, ſiue locatio eſt pura, & ab initio perfecta, reſoluenda ſub conditione melioris oblationis. ibid.
Præcipuè, quando reſolutio contractus nõ eſt concepta verbis directis; ſed potiùs obliquis factum hominis requirentibus pro reſolutione, adueniente conditione, vel tempore. ibid. n.2.
Vide Emptor.

Pactum reſolutiuum.

Pactum reſolutiuum non reſultat ex clauſula aliàs cæterata, cum ex Notariorum formulis extendi debeat, aliàs ad omnia damna. c.157. n.11. f.351.
Reprobatur contraria ſententia. ibid. n.12.

Pactum reſolutiuum reſultat ex clauſula nõ aliàs; aliter, & alio modo. c.157. n.12. fol.351.

Pactum reſolutiuum non operatur, niſi volente, declaranteque eo, cuius fauore legitur appoſitũ. c.148. n.2. fol.308. & c.149. n.2. fol.311.
Idque, etiam ſi pactum contineat clauſulam ipſo Iure, vel abſque alia declaratione. cap. 148. n.23. fol.308. & c.149. n.3. fol.311.
Præcipuè, quando nõ fuit conceptum verbis directis ipſo Iure reſolutionem præſeferentibus, ſed potiùs obliquis. c.148. n.24. fol.308.

Pacti reſolutiui ea eſt præcipua natura, vt reſoluatur contractus, perindè, ac ſi non eſſet initus c.105. n.11. fol.65. & c.149. n.7. fol.312.

Pactum reſolutiuum in ſpeciali caſu appoſitum arguit voluntatem donãtis, quòd in reliquis noluerit eſſe locum reſolutioni. c.105. n.27. fol.66.

Pacto reſolutiuo exiſtente, non eſt locus reſolutioni contractus ex modica mora. ib. n.45. f.69.

Pactum reſolutiuum in caſu hypothecæ, quoties nõ legitur, non eſt reſoluenda donatio, etiam facta ſpeciali obligatione bonorũ donatorum. ib. n.49.

Pacti reſolutiui ſuper exercitio ad declarandam voluntatem requiritur mandatum ſpeciale. cap. 149. n.9. fol.312.

Pactum reſolutiuum in caſu non impletæ conditionis, ſi ſit appoſitũ in retrouenditione cenſus, eodem demũ pacto eueniente, an cenſus reuiuiſcat in præiudicium fideiuſſoris liberati. c.128. n.8. fol.219. & n.19. fol.221.

Pactum reſolutiuum in cenſu non admittitur, ſtãte Conſtitutione Piana. c.128. n.10. fol.220.

Pacti reſolutiui vigore reſolutio contractus alioquin reſultans cenſetur remiſſa ex ſubſequuta obſeruantia eiuſdem, poſtquàm reſolutionis caſus euenit. c.148. n.21. & 25. fol.308. & cap. 159. n.4. fol.311.

A pacto reſolutiuo cenſetur receſſum, eò ipſo, quòd quis recepit vigore contractus, in quo fuit adiectum. c.149. n.8. fol.312.
Præcipuè, quando ſolutiones nominatim fuerunt factæ vigore illius contractus. ibid.

Pactum reſolutiuum cenſetur remiſſum ex venditione poſtmodùm facta de bonis emptis tamquàm proprijs. c.149. n.6. fol.311.

Pactum reſolutiuum, an ex non facto cenſeatur remiſſum. c.105. n.50. fol.69.

Pactum de retrouendendo.

Pactum de retrouendendo, quoties eſt verbis obliquis conceptum, non ſunt reſtituendi fructus per emptorem percepti. c.123. n.3. fol.192.

Pactum de retrouendendo indictum incontinenti, vel correſpectiuè ad primum contractum, inducit vſuræ ſuſpicionem; ſecus, ſi ſit adiectum ex interuallo. c.99. n.19. fol.38.

Pactum ſucceſſionis.

Pactũ ſucceſſionis, quoties non eſt de tota, aut quota hæreditatis; ſed de rebus tantùm particularibus, quibuſcumque verbis ſit concepta promiſſio, inducitur obligatio irreuocabilis, quæ tranſit in contractum, licèt exequtio differatur poſt mortem. c.105. n.36. fol.67.

Papa.

Papa eſt vniuerſalis Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ. c.183. n.26. fol.470.

Papa gerit vices Principis ſæcularis, quòad cuſtodiam Status Eccleſiaſtici. c.191. n.32. fol.504.

Papa aliud eſt, quòd cõfirmet, vel conſentiat, tãquã Papa, aliud tãquàm Rex. c.160. n.16. fol.366.

Papa, ſi ſimpliciter reſcribat, Fiat, vt petitur; adhuc illius reſcriptum intelligi debet iuxtà ordinem Iuris. c.127. n.38. fol.217.

Papæ declarationi eſt omninò ſtandum. c.185. nu. 29. fol.277.

Paries. Vide Murus.

Partita.

Partitæ ſtornatio, vt vulgò aiunt inter Mercatores, quid operetur. c.94. n.29. fol.18.

Partitarum ex contrapoſitione reſultat compenſa-

tionis exceptio. c.147. n.19. *fol.304.*

Paſcendi Ius, ſiue Seruitus..

Paſcendi ſeruitus eſt probāda ab allegāte per demonſtrationes euidētiſſimas. c.169. n.10. f.410.

Necnon per conuentionem claram, & expreſſam. ibid. n.11.

Paſcendi ius in prædio alterius, non poteſt dici quæſitum, niſi pacto, vel Iure ſeruitutis, ſiue præſcriptionis. c.167. n.10. *fol.401.*

Paſcendi Iuris ſeruitus dicitur diſcōtinua, vtpotè factū hominis requirens. c.167. n.13. *fol.401.*

Idcòque ad illud præſcribendum requiritur immemorabilis. ibid. n.14.

Reprobatur contraria ſententia affirmans, ſufficere tempus decem, vel viginti, vel ad ſummum triginta, vel quadraginta annorum. ibid. n.16. & ſeq. *fol.402.*

Paſcendi Iuris ſeruitus, vtpotè diſcontinua, adhoc, vt per Vniuerſitatem, ſiue Baronem quæſita dicatur ſuper bonis particularium perſonarum, eſt probanda immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, c.169. n.14. *fol 410.*

Paſcendi ius competit Baroni, etiam in Terris Eccleſiæ, ſtante immemorabili. c 168. n.5 f 407.

Paſcendi ſuper Iure in prædio alterius ab Vniuerſitate prætenſo, teſtes de eadem Vniuerſitate non probant. c.167. n.20. *fol.402.*

Paſcendi Iuris de ſeruitute competente Baroni, vel Vniuerſitati ratione dominij ſubalterni penes particulares exiſtentis pro fructibus induſtrialibus, & pro vſu culturæ per quamdam coloniæ ſpeciem remiſſiuè. c.168. n.9. *fol.408.*

Paſcendi Iuris ſeruitus dicitur realis. c.167. n.16 *fol.402.*

Paſcendi Iuris ſeruitus debita Vniuerſitati dicitur realis, etiam ſi commodum ſit perſonarum. cap. 167. n.17. *fol.402.*

Pro paſcuis bobum aratoriorum ipſorum ciuium de defenſa deſtinata, & clauſa ab Vniuerſitate, remiſſiuè. c.169. n.15. *fol 410.*

Paſcendi Iuris in præiudicium Domino prædij ſeruientis non eſt licitum aliquo modo immutare antiquum ſtatum eiuſdem Prædij. cap.168. n.6. *fol.407.*

Adeòut impedimentum propria auctoritate tolli valeat. ibid.

Paſcendi Iuris in præiudicium ſeruitutis in terris competentis, non eſt licitum dominio prædiorū ſeruientium reducere ad vineas terras pratiuas, ſiue aratinas. c.168. n.7. & 10 *fol.410.*

Alioquin debetur intereſſe, ib n.24 *fol.411.*

Paſcendi de Iure quoties agitur in fundo alieno quæſito præſcriptione; tunc poteſt in aliquorum ſententiā immutari antiquus ſtatus terrarum, ſi Dominus velit illas ad culturam reducere, & de ratione. c.169. n.23. & ſeq. *fol.411.*

Paſcendi Iuris ſeruitus Baroni quæſita in vim immemorabilis operatur, vt immutatio prædiorū, quòad culturas in vineis non ſit vllo Iure permiſſa. c.168. n.10. *fol.408.*

Quidquid ſit, quoties fiunt defenſæ, vt vulgò aiunt, pro paſcuis. ibid.

Paſcendi formam Decuriones non poſſunt pro ſua libidine, & voluntate alterare, quam ſtatuit antiquitas. c.169. n.22. *fol.411.*

Paſcendi Iuris in præiudicium innouata circa plātationem vinearum ſunt in priſtinum reducenda ex interdicto vti poſſidetis. c.168. n.11 f.408.

Vel actione confeſſoria, quæ datur contra quemcumque turbantem poſſeſſorem, vel impedientem aliquem in ſua poſſeſſione. ibid.

Paſcendi dominium, quòad herbas poſt collectos fructus induſtriales, ſpectat ad Communitatem c.170. n.2. *fol.412.*

Itàut dominium particularium reſtringatur ad quamdam ſpeciem coloniæ, & ad ſolam culturam pro fructibus tantùmmodò induſtrialibus. ibid. n.2. *fol.413.*

Paſcentes Clerici cum eorum animalibus in paſcuis publicis tenentur ſoluere fidam, quia non eſt Vectigal, neque collecta; ſed potiùs herbarum pretium. c.170. n.3. *fol.413.*

Neque in hoc caſu Vniuerſitas legem imponit Clericis, neque illos collectat, ſed tantùmmodò vendit vſum, ſeù vſumfructum rerum ad ipſam Vniuerſitatem pertinentium. ibid. n.4.

Paſcuis ad Vniuerſitatem ſpectantibus in fundis priuatorum, Clerici non habent priuilegium cum eorum animalibus vtendi. ibid. n.6.

Paſcuorum in materia obſeruantiæ eſt valdè deferendum. c.170. n.22. *fol.414.*

Paupertas.

Paupertas, quoties eſt fundamentum agentis, ab eodem eſt probanda. c.118. n.13. *fol.159.*

Vide Matrimonium.

Paupertas ex ſimplici fide non probatur, quoties eſt neceſſarium fundamentum actoris. cap.118. n.16. *fol.160.*

Paupertas, vt probata dici debeat, teſtes ſuam negatiuam coarctare debent. ibid. n.17.

Paupertatis probatio, ex quibus excludatur. ibid.

Pedes.

Pedes duo ſunt relinquendi iuxta domum vicini menſurandi à loco, vbi cadit ſtillicidium. c.163 n.36. fol.388. & c.174. n.30. *fol.427.*

Pedum duorum ſpatium eſt ſolùmmodò relinquendum, vbi quis ædificat in confinio ſoli alterius. ſecus verò ſi cōſtruat iuxtà communem partem. c.163. n.42. *fol.388.*

Pedum duorum ſpatium, an ſit dimittendum inter ædificia priuata. c.174. n.28. & ſeqq. fol.427. & c.163 n.38 & ſeqq. *fol.388.*

Pedum duorum ſpatium, an relinquendum in prædijs ruſticis c.174. n.28. *fol.427.*

Pedum decem ſpatium dimittendum inter ædificia priuata vigore Conſtitutionis Imperatorum Honorij, & Theodoſij in l. Meniana 11. Cod. de ædific. priuat. *an ſit in vſu, vel ſit intelligendum de ſolis Menianis, vel diſpoſitio prædictæ legis comprehendat tantùmmodò ædificia conſtructa extra Italiam, ſecus in Italia. c.163. n.3. & ſeqq.* *fol.338.*

I N D E X

Penſio, Penſionarius.

Penſionis ſubiectum ſunt fructus beneficij. c.191. n.56. fol.507.

Penſio eſt diminuenda ob diminutos fructus beneficij. c.185. n.33. fol.478.

Penſionis nullitate ſtante, an poſſit reſignanti dari regreſſus ad bona reſignata. c.189. n.30. fol.490

Penſio debetur reſignanti, non autem reſignatario, quoties fructus reſignationis tempore reperiebantur à ſolo ſeparati. c.124. n.6. fol.195.

Idque etiam ſi bona eſſent locata, dieſque ſolutionis non adhuc ceſſerit; quia ſatis eſt, quòd fructus, quorum cauſa erat facienda ſolutio, tempore reſignationis eſſent collecti per conductorem. ibid.

Penſionis reſeruatio tota pendet, & perficitur à voluntate Pontificis. c.191. n.9. fol.502.

In Penſionibus reſeruatis ſuper fructibus Eccleſiæ Catredalis ſubintelligitur, dummodò remaneant mille pro Epiſcopo. *ibid. n.59. fol.507.*

Clauſula dummodò mille remaneant pro Epiſcopo, *quòad effectũ ex ea reſultantem, paria ſunt, quòd ſit expreſſa in reſeruatione penſionis, quodque tacitè ſubintelligatur. ibid. n.63 fol.508.*

Penſionis reſeruationis gratia, quoties eſt conditionalis, eſt iuſtificanda à penſionario, alioquin literæ Apoſtolicæ non poſſunt exequi. cap.191. n.60. fol.507.

Idq; etiã ſi penſio ſit reſeruata motu proprio *in Conciſtorio. ibid. n.61.*

Vel etiam ſi Titularis reſeruationi penſionis conſenſerit ſub obligatione Camerali, quia conſenſus præſtitus intelligitur ſub eadem conditione, quam habeat gratia. ibid. n.62.

Penſio alicui, quoties reſeruatur vti Clerico, videtur ineſſe tacita conditio, ſi Clericus remaneat. c.191. n.8. fol.502.

Penſionis reſeruationem ad ſuſtinendam factam fauore alicuius vti Clerici, Clericatus ſuperueniens non ſuffragatur. ibid. n.10.

Ad penſiones habilitas perſonæ inſpici debet tempore prouiſionis. ibid. n.11.

Penſio remanet extincta per aſſumptionem Militiæ ſæcularis. c.191. n.15. fol.502.

Amplia, etiamſi penſionarius numquàm fuerit in bello, neque ſæua exercuerit, huiuſmodi enim inſpectio procedere valet, quòad ad amiſſionem priuilegij Clericalis, non autem penſionis. ibid. n.16. fol.503.

Amplia ſecundò, etiam si pro Sede Apoſtolica militauerit. c.191. n.25. fol.504.

Reprobatur contraria ſententia Cardinalis de Luca. *ibid.*

Pro pensione amittenda non requiritur trina monitio, cum non agatur de amittendo priuilegio Clericali, ſed penſione, quam Clericus ipſo Iure amittit per militiam ſecularem. cap.191. n.17. fol.503.

Prout non recuperat Beneficium, etiam ſi nulla præceſſerit citatio. ibid.

Penſio eiſdem modis extinguitur, quibus Beneficium vacat. c.191. n.18. fol.503.

Reprobatur Carena *non rectè confundens amiſſionem Priuilegij Clericalis, cum amiſſione penſionis, & Beneficij. ibid. n.19.*

Penſionem poteſt quis amittere, licèt priuilegium Clericale non amittat, prout in Clerico, qui matrimonium contraxit cum Virgine, ſi incedat in habitu. c.191. n.20. fol.503.

Penſio reſeruata alicui vti Clerico amittitur ob ſucceſſionem Officij Notariatus, ſiue Cancellarij, præcipuè in criminalibus. c.191. n.30. fol.504.

Idem aſſerendum de aſſumptione ad ſimplex Officium Gubernatoris ſecularis. ibid. n.31.

Penſionem, quòd quis amiſerit ob militiam ſecularem aſſumptam exceptio oppoſita à Titulari eſt reijcienda ad petitorium ob poſſibilitatem Indulti, ſeù diſpenſationis Apoſtolicæ, & interim penſionarius manutenendus in poſſeſſione exigendi penſionem. c.191. n.35. fol.505.

Intellige, quando Penſionarius exiſtit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ſecus quando inſtat pro exequtione literarum Apoſtolicarum, & per Titularem docetur de extinctione per publica documenta ob aſſumptam militiam. ibid. n.36.

Penſio extinguitur per promotionem penſionarij ad Epiſcopatum iuxta ſtylum Curiæ deſumptum ex quadam Extrauaganti S.M. Iulij II. *c.192. n.1. fol.509.*

Penſiones retinendi, transferendique facultas, ex quibus verbis dici debeat præſeruata penſionario facto Epiſcopo. ibid. n.2.

Penſiones retinendi, & transferendi reſeruans indultum debet legi expreſſum in ipſa Cedula Conciſtoriali ſuper promotione ad Epiſcopatum. ibid. n.3.

Contrarium, vt ſuffragetur præcedens indultum ſuper retentione, & translatione penſionis in euentum futuræ promotionis ad Epiſcopatum. ibid. n.4.

Pensiones poſſunt retinere Epiſcopi titulares in partibus Infidelium. ibid. n.7. fol.510.

Pensio, quoties eſt reſeruata de præſenti, eiuſque ſolutio eſt tantùmmodò collata poſt obitum alicuius, an gratia reſeruationis dici valeat conditionalis. c.191. n.52. fol.507.

Vide latiùs Gratia.

Pensionis in reſeruatione verba apposita poſt obitum alicuius effectum ſortitura *reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ, verba verò* percipienda, *ſunt trahenda ad ſolutionem. ibid. n.54.*

Pensionis translatio, vt ſit valida requiritur, quòd antiqua pensio priùs caſſetur, & poſtquã caſſata, extinctaque fuerit, alia ſimilis pensio reſeruetur. c.192. n.8. fol.510

Intellige, vt formula prædicta ad certos requiratur effectus, mutationis ſcilicet perſonæ, & vt vnus ſolus poſſit exigere, & vt certo ſciatur, per cuius obitum pensio debeat extingui. ibid. n.10.

Pen-

Penſionis noua creatio fieri non poteſt ſine corruptione antiqua. c. 192. n. 11. *fol.* 510.
Penſionis tranſlatio, quando ſit per Cardinalem, vt ſit valida, debet fieri ſeruata forma præſcripta in eius indulto, c. 192. n. 9. *fol.* 510.
Penſionis in tranſlatione ſufficit, ſeruari formulam datam in facultate, non autem verba. ibid. nu. 12.
Penſionis tranſlatio dicitur validè facta, quoties penſionarius declarauit in actu tranſlationis, quòd omnia cenſeantur facta iuxta formam facultatum cum proteſtatione, quòd contra illam factum habeatur pro irrito. c. 192. n. 13. f. 510.
Accedente potiſſimùm clauſula Omni meliori modo *ibid. n. 14.*
Penſionis reſeruationis litteræ, facultas transferendi, Inſtrumentumque tranſlationis non ſunt diſtinctæ, & de per ſe conſideranda, ſed mixtim & tamquàm vnum integrale conſtituentia. cap. 192 n. 15. *fol.* 510.
Penſionis in tranſlatione non requiritur Patroni conſenſus. ibid. n. 16.
Idque etiam procedit in Iurepatronatus Regio. ibid. n. 17.
Penſionis tranſlatio, etiam validè reſeruata ſuper Iurepatronatus, non eſt noua ſeruitus, ſed potiùs prorogatio iam impoſitæ, adeòut Eccleſia nouo onere non grauetur. ibid n. 18.
Penſionis in tranſlatione non requiruntur derogationes, quæ ſunt neceſſariæ in reſeruatione. ibid. n. 19.
Penſionis in tranſlatione non eſt neceſſarium mentionem fieri de Iurepatronatus, licèt ſit facienda in impoſitione. ibid. n. 20.
Penſionum aliarum mentio non debet fieri de neceſſitate in tranſlatione, licèt ſit facienda in impoſitione, quia aliud eſt imponere ſeruitutem, aliud prorogare iam impoſitam. ibid. n. 21.
Penſionis ſunt capaces Milites Lauretani vigore ſuorum Priuilegiorum. c. 192 n. 24. *fol.* 511
Etiamſi matrimonium poſt adeptas penſiones contrahant. ibid. n. 25.
Idque etiam procedit in penſionibus reſeruatis ſuper Iurepatronatus. ibid n. 26.
Penſiones ad retinendas in ducatis biſcentum vna, quaque Militia Lauretana habilitat. ibid. n. 27.

Periculum.

Periculum rei emptæ ſpectat ad emptorem. c. 98. nu. 9. *fol.* 33.
Periculum nominis debitoris ad eum pertinet, cuius culpa deterius eſt factum. c. 151. n. 5. f. 323.
Periculi transferendi ad effectum reſeruatio dominy nihil operatur. c 98. n. 16. *fol.* 34.
Periculum, & interitus rei non imputatur moroſo; ſi res, quàmuis diligens fuiſſet, eodem modo erat peritura. c. 151. n. 8. *fol.* 323.

Peritus.

Peritorum relatio, donec pendet, Officium Iudicis conquieſcere debet; præcipuè ſtante proteſtatione. c. 143. n. 3. *fol.* 287.
Vel ſaltem præcedere debet peritorum compulſio ad æſtimandum. ibid. n. 14.

Permutatio.

In permutatione, an ſit locus retractui. c. 164. nu. 10. & ſeqq. *fol.* 391.
Vide Retractus.
Permutatæ rei valorem, quoties pretium excedit; tunc dici debet venditio; licèt à partibus permutatio nuncupetur, cum qualitas præponderans ſit attendenda. c. 164. n. 10. *fol.* 362.

Perſona.

Perſona loquentis non venit in generali ſermone. c. 101. n. 35. *fol.* 49.
Perſona propria ſemper cenſetur excluſa. cap. 101 n. 16. *fol.* 48.
Perſona propria in mandato generali numquàm venit, niſi exprimatur. ibid. n. 17.
Vide Mandatum.
Perſona duplex in ſeparabilibus repreſentari poteſt. c. 118. n. 9. *fol.* 159.
Vide Papa.

Perſonalis.

Perſonalis dicitur promiſſio ex pronomine, & dictione pro ea, *vtpote demonſtrante ad oculum, & repreſentationem preſeferente. c. 109. nu. 2.* *fol.* 102.
Contrarium, quando dictio pro ea *potiùs cenſeri debet adiecta demonſtratiuè, quàm taxatiuè, neque excludit hæredes. ibid. n. 7.*
Perſonalis non dicitur promiſſio, ſed eſt tranſitoria ad hæredes ex clauſula præſenti pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcumque. *ibid n. 3.*
Perſonale non facit pactum dictio ipſe. *ibid. n. 8.* *fol.* 103.

Peſtis.

Peſtis tempore ſolent Pontifices diſpenſare ſuper comeſtione carnium tempore Quadrageſimali, ſalua tamen obligatione ieiunandi. c. 120 n. 16. *fol.* 180.
Ob Peſtem damnum intolerabile conductori Gabellæ Niuis illatum eſt ſimpliciter in fructibus, non autem in ſubſtantia rei locatæ. c. 119. n. 18. *fol.* 168.
Ob Peſtem; quando per Principem fuit omninò prohibitum commercium; tunc ſubſtantia rei locatæ dici debet omninò perempta. c. 119. n 19. fol. 168 & c. 120. n. 18. *fol.* 180.
Ob peſtem, quando mercium introductio interdicitur, damnum dicitur contingere in ſubſtantia Vectigalium conductorum. c. 120. n. 17 fol. 180.

Petitio.

Petitione excluſa, non cenſetur excluſa retentio, cum retentio faciliùs detur, quàm petitio. cap. 114. n. 25. *fol.* 140.

Pignus.

Pignus, et hypotheca à Iure promiſcuè accipiuntur c. 139. n. 52. *fol.* 274.
Pignus poteſt accipi pro materiali obligatione. cap. 126. n. 29. *fol.* 206.
Pignus ad licitandum per ſe ipſum, vel per alium pro eo admittitur creditor, ſicuti quilibet alius extraneus. c. 153. n. 26. *fol.* 335.

In

I N D E X

In pignore poteſt creditor etiam alium ſupponere, qui pro eo ſub haſta offerat; non enim videtur aequum, ut fiat differentia inter creditorem, & tertium, ſeu extraneum licitatorem, quando vtriuſque par eſt conditio. c.153.n.28.f.335.

In pignore Pratorio, ſeu Iudiciali creditor admittitur ad licitandum, alio emptore non exiſtente, vel exiſtente, ſed non dignum pretium offerente. c.153.n.29. *fol.335*

Inter pignus conuentionale, & in quo procedit diſpoſitio leg.& ſi ſub imagine, Cod.de diſtract. pignor. *& pignus Iudiciale, ſeu Pratorium, traditur diſcrimen. c.153.n.26. et n.30.& ſeqq.* *fol.335.*

Pignoris conuẽtionalis potiſſimùm circa conſeruationem creditor dicitur procurator, ſeu adminiſtrator debitoris. c.153. n 31. *fol.335.*

Pignoris conuentionalis emptio à Iure creditori interdicitur, ſiue per ſe ipſum, ſiue per interpoſitam perſonam, ne alioquin pro viliſſimo pretio illud vendat ad propriũ commodum, decipiendo debitorem. c.153. n 32. *fol.335.*

Secus aſſerendum in pignore Iudiciali, & Pratorio, & de ratione diſcriminis. ibid.nu.33. & ſeq. *fol.336.*

Pignoris in licitatione creditor fortiùs admittitur, ſicuti alius extraneus, ceſſante fraude, iuſtoque pretio interueniente, in quo caſu non eſt locus diſpoſitioni text. in l.& qui ſub imagine, Cod. de diſtract.pignor. *c.153.n. 35.* *fol.336.*

Pignus debitoris, licèt fideiuſſor emere non valeat, huiuſmodi tamen legalis prohibitio ad cenſus ceſſionem, ſeu emptionem non extenditur. cap. 231. n.19. *fol.134.*

Affertur ratio diſcriminis inter emptionem pignoris factam à fideiuſſore, & emptionem, ſeu ceſſionem cenſus. ibid.n.20.

Vide alia Verbo Solutio.

Pignoris ius creditor in totum renuncians, etiam prælationem amittere intelligitur, quia prelatio cauſatur à pignore, & eſt qualitas ei inhęrens. c.150. n.4. *fol.319.*

Pignus contra debitorem exequutum, ſi ſtatutum mandet, vt debeat æſtimari, deindeque cum tertia parte pluris adiudicari creditoribus, ſi eiuſdem ſtatuti forma non fuerit ſeruata, deliberatio eſt nulla. c.153.n.5. *fol 338.*

Pignus ſubhaſtatum, quoties ſtatutum dat in ſolutum creditoribus, cum lucro, ſeu tertia parte pluris dicitur rationabile, atque adeò præcisè ſeruandum, quin in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent. c.154. n.6. *fol.338*

Pluralitas.

Pluralitas vbi adeſt, ibi obſcuritas. c.186. nu.2. *fol.479.*

Pœna.

Pœna conuentionalis exigi poteſt aduersùs contrauenientes. c.158. n.10. *fol.355.*

Idque, etiam ſi intereſſe non probetur, quoties agitur de pœna appoſita facto, vel non facto. ibid.n.11.

Pœna conuentionalis, attenta æquitate Canonica, præſertim in magnis Tribunalibus, non debetur, niſi quatenus intereſſe concurrat. ibid.n.13.

Id tamen non procedit, ſtante Iuramento; præcipuè, quando pœna conuentionalis eſt adiecta facto. ibid. n.14. *fol.356.*

Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quoties eſt adiecta quantitati. ibid.

Pœna conuentionalis, ſtante Iuramento, efficitur legalis. c.158. n.15. *fol.356.*

Pœna pecuniaria exigi non valent contra hæredes mortuo delinquente, niſi lite contra eumdem per contumaciam legitimè conteſtata, etiamſi ſtatutum imponat pœnam ipſo iure, vel ſtatim incurrendam. c.179.n.10. *fol.443.*

Adeòut, mortuo delinquente, non poſſit proferri ſententia declaratoria, à qua decernatur incidiſſe in pœnam in damnum hæredum. cap. 179. n.10. *fol.443.*

Pœna patrato delicto, quoties à lege, vel ſtatuto imponitur ipſo Iure, vel ſtatim, patrato delicto, Fiſco quærenda, poteſt in aliquorum ſententia exigi etiam contra hæredes, mortuo delinquente; licèt cum illo lis non fuerit legitimè conteſtata. c.179. n.11. *fol.444.*

Intellige, vt hac ſententia poſſit procedere, in ſtatuto ſimpliciter indicente pęnam ipſo Iure. ibid. n.12.

Pœna non trãſit contrà hęredes, ſi Reus *deceſſit cõuictus, vel confeſſus, non tamen per ſententiam damnatus, cum lex ad hunc effectum requirat pro forma condemnationem Rei per ſententiam. c.179. n.31.* *fol.446.*

Pœna aureorum mille indicta à Pragm.4. de ictu Scopittæ, *iuxtà nouiſſimam editionem, in quo caſu procedat. c.179 per tot.* *fol.442.& ſeqq.*

Pœnis Fiſcalibus creditores præferuntur. cap.179. n.27. *fol.446.*

Pro pęnis nullum Ius competit Fiſco in bonis delinquentis antè condemnationem. c.179. nn.28. *fol.446.*

Quinimò, neque poſt condemnationem, quatenus eſt reſpectu creditorum, & in eorum præiudicium, nullam Fiſcus habet hypothecam. ibid.n.24.

Pœna, vbi apponitur ſtatim, ſeu ipſo Iure, patrato crimine, ſequta demùm ſẽtẽtia, retrotrahitur ius hypothecæ ad beneficium Fiſci ad tempus commiſſi criminis. c.179. n.30. *fol.446.*

Poſſeſſio.

Poſſeſſionem non tribuunt actus poſſeſſorij poſt litẽ motam. c.167.n.18. *fol.402.*

De poſſeſſione, vbi fit mentio in lege, vel ſtatuto, intelligenda eſt de vera, & propria, quæ conſiſtit in Iure inſiſtendi rei ſuæ nomine proprio opinione dominij. c.139.n.41. *fol.273.*

Poſſidere *verbum ad ſolam refertur, veram, propriamque poſſeſſionem. c.139.n.42.* *fol.273.*

Poſſeſſione non priuat Iudex nulliter procedens, non quidem ordine Iudicij ſeruato; ſed potiùs de facto inſtar priuati, quoties pars non habuit ſe pro

ſpo-

I N D E X

ſpoliata c.154. n.8. *fol.334.*

Vide Manutentio.

Poſſeſſionis cauſam Mulier creditrix dotium non poteſt ſibi mutare in præiudicium creditoris, cui iam fuerat ius quæſitum.c.141.n.36. *fol.283*

Poſſeſſio præſumitur turbatiua, quoties res agitur inter Dominũ,& Vaſſallum.c.169.n.5.fol.409.

Poſſeſſio amiſſa dici debet eo ipſo, quòd quis ſcit eſſe ab alio occupatam, & nihilòminus tacet,etiã ſine temporis lapſu. c.149. n.20. *fol.314.*

Intellige, vt id non procedat, quoties agitur de annuis præſtationibus, vel Iuribus incorporalibus, in quibus non conſtito de precedenti petitione cum denegatione, & ſubſequuta acquieſcentia neque lapſus triginta, vel quatraginta annorum obſtat ad poſſeſſionem amittendam, & de ratione. ibid.n.21. *fol.314.*

Poſſeſſor.

Poſſeſſor in pari cauſa præferendus. c.162. nu.32. *fol.381.*

Vide Potioritas.

Poſſeſſor Tertius. Vide Tertius poſſeſſor.

Potioritas.

Potioritas creditori competens vigore tex. l. interdum, ff. qui potior. in pign. habeant., *vt locũ habeat, quæ requirantur. c.100.n.22.f.44.*

Potioritas hypothecæ priuilegiatę competit creditori ex propria materia, ſuiſque ſumptibus domum conſtruenti. c.141. n.40. *fol.283.*

Potioritas hypothecæ priuilegiatæ, adhoc, vt competat creditori pro conſtructione domus, pecunia debet expreſsè, ac nominatim tradi in illam cauſam. c.138. n.2. *fol.266.*

Potioritas, ſeù prælatio competit inter duos creditores, vltimo creditori, ex cuius pecunijs domus fructifera euaſit. ibid.n 4.

Vel ſaltem, cum vtrumque creditum ex eodem titulo proueniat, non attenditur tempus; ſed cauſa, neque inter eos datur anterioritas temporis, ſed eſt locus concurſui. ibid.n.5.

Potior hypothecа ſuper domo conſtructa competit fabris, ſeù dominis cimentorum. ibid. n.3.

Potioritas vigore d.l.interdum, *ſolùm procedit in pecunia mutuò tradita, atque adeò gratis conceſſa ad rem conſeruandam: nõ autem ſub vſuris, & intereſſe. c.100. n.23. & ſeq.* *fol 44.*

Potioritas competit Domino directo pro conſequutione canonum aduersùs quoſcumque alios creditores c.138. n.1. *fol.266.*

Potioritas ratione poſſeſſionis inter duos creditores concurrentes non prouenit ex aliquo priuilegio, ſeù potioritate Iuris, ſed potiùs à regula generali, quòd data Iuris æqualitate potior ſit conditio poſſidentis. c.138. n.12. *fol.268.*

Vide Cautio.

Potioritas Fiſco competit etiã aduersùs creditores anteriores in bonis poſteà quæſitis. cap.108. n.34. *fol.99.*

Idemque priuilegium competit doti. ibid.nu. 35. & 37.

Reprobatur contraria ſententia ibid.n.36.

Preces.

Preces à Principe pluries reiectæ non merentur ampliùs attendi. c.185. n.1. *fol.475.*

Pręiudicium.

Præiudicij certi expreſſio, eiuſdemque reſeruatio facta à Principe in dubio ſtare debet demonſtratiuè, non autem taxatiuè ad excluſionem alteriùs præiudicij, vel conſimilis, vel maioris.cap. 174. n.15. *fol.426.*

Præiudicij expreſſio, quòad certam ſpeciem non excludit aliam ſpeciem conſimilem.c.174.n.16. *fol.476.*

Sine præiudicio tertij intelligitur Principis gratia. Vide Gratia, Clauſula ſine præiudicio, Princeps.

Prælatio.

Prælatio non competit conductori prædij ruſtici, ſiuè vrbani pro eadem penſione ab alio oblata, ne alioquin priuetur locator libertate de re ſua diſponendi. c.125. n.1. *fol.199*

Reprobatur contraria ſententia. ibid.n.3.

Prælatio primo conductori multò fortiùs non competit contra Eccleſiam locatricem, ſtante eiuſdẽ præiudicio. c.125. n.9. & ſeq. *fol.200.*

Reprobatur cõtraria ſentẽtia. ibid.n.13.f.201

Prælationem habet primus conductor bonorum fiſcalium, quia, nempè poteſt à Fiſco compelli ad perſeuerandum in locatione.c.125.n.11. f.201.

Ideòque dum in vno grauatur, æquum videtur, vt in altero releuetur. ibid.

Prælatio Inquilinis conceditur ex decreto Camerali Vrbis. c.125. n.14. *fol.201.*

Prælatio competens Domino cenſus, ſeù creditori in emptione rei cenſitæ. Vide Cenſus.

Prælatio competit Domino directo in emptione rei emphyteoticæ c.178. n.6. *fol.439.*

Intellige, quatenus dominus directus velit rem emphyteoticam pro ſe retinere. ibid.n 7.

Secus, ſi habeat animum illam ex interuallo alteri cedendi. ibid.

Reprobatur contraria ſententia Gaufredi *vulgò* Collectarij *nuncupati. ibid. n.8.*

Prælatio Domino directo in emptione rei emphyteoticæ non competit, quatenus à principio petat præferri, vt alteri cedat. c.178. n.13.fol.440.

Secus, ſi ex interuallo, mutata opinione, pro alio velit, vel vendat maiori pretio. ibid.

Intellige, vt huiuſmodi declaratio procedat; quoties attentis facti circumſtantijs, innoteſcit Iudici, dominum directum petere ab initio prælationem ad ſui commodum, vtilitatemque, quauis fraude ſemota circà ceſſionem alteri faciendã. ibid. n.14.

Secus, quando ex coniecturis comprehenditur non petere prælationem ad ſui vtilitatem; ſed potiùs deliberet illam alteri cedere. ibid.

Prælationem Dominum directum petentem in emptione rei emphyteoticæ venditæ habuiſſe animum ab initio alteri cedendi ex coniecturis Iudicis arbitrio penſandis deprehenditur. c.178 n.15. *fol.440. & ſeq.*

Quæ

I N D E X

Quæ autem ſint huiuſmodi coniecturæ. ibid n.17.

Voluntas alteri cedendi reſultat ex affectata proteſtatione Domini directi; quòd velit ad ſui commodum præferri ſine tamen præiudicio facultatis de re ſua liberè diſponendi. ibid. n.18.

Prælatio, an ſit concedenda conſorti in emptione rei. Vide Conſors.

Prælatio ex præuentione. Vide Præuentio.

Prælatio in retractu. Vide Retractus.

Præsbyter.

Præsbyteri Verbum poteſt conuenire, etiam Clericis ſignanter, quando eſt prolatum materno ſermone. c.190. n.5. fol.493.

Contrarium, quòd verbum Præsbyter in propria ſignificatione ad Sacerdotem ſit referendum. ibid. n.6.

Præsbiter verbum refertur ad Sacerdotem, quando fundator Iuriſpatronatus loquutus fuit de Præsbytero idoneo ad celebrandum. ibid. n.7.

Vel promiſcuè loquutus fuit de Sacerdote, & Præsbytero. ibid. n.10.

Præſcriptio.

Præſcriptio eſt odioſa, & quantum fieri poteſt reſtringenda. c.149. n.55. fol.317.

Præſcriptio dicitur impium, & iniquiſſimum præſidium. c.149 n.56. fol.318.

Ideòque, quando res agitur in Supremis Tribunalibus, quantum fieri poteſt excludi debet, & contra eam in dubio iudicandum. ibid. n.57.

Præſcriptio eſt naturali æquitati contraria, cum per eam locupletur præſcribens cum aliena iactura. ibid. n.58.

Quinimò aduerſatur Iuri naturali; adeò ut, qui ſe fundat in tempore, videatur ſe fundare in circumuentione. ibid.

Ideòque eſt odioſiſſima contra quoſcumque induratur, etiam contra Hæbreos. ibid.

Præſcriptio non poteſt dari ſine poſſeſſione. cap.167. n.19. fol.402.

Præſcriptio potiſſimùm innititur negligentiæ agere debentis, & ſcientiæ Iuris agendi; adeò ut præſumatur ignorantia. c.145. n.31. fol.146.

Præſcriptio non currit non valenti agere. c.149. nn.31. fol.315.

Præſcriptionis cuiuslibet impeditiua mala fides dicitur reſultare, eo ipſo, quòd quis in ſuo Archiuio conſeruat ſcripturas contrarias rei, ſuper qua præſcribere intendit. c.149. n.41. fol.316.

Præſcriptionem etiam ſi ex propria perſona velit incohare, mala fides auctoris nocet ſucceſſoribus vniuerſalibus. ibid. n.42.

Præſcriptionem non poteſt parere negligentia prædeceſſorum ſucceſſorum independenter iure proprio venientium. ibid. n.43.

Præſcriptio poſtquam eſt completa non interrumpitur. c.167. n.43. fol.405.

Præſciptiones cedentes in ipſis fructibus, ſeù annualitatibus, non autem in cauſa productiua, ſeù Iure exigendi tot requiruntur, quot ſunt termini in annuis præſtationibus debitis ex contractu, in quibus vnica de omnibus ſolutio fieri non valet. c.149. n.46. fol.316.

Idque etiam procedit in annuis præſtationibus ab vna Eccleſia alteri debitis. ibid. n.37.

Præſcriptio non currit contra hæredem, niſi concludenter probetur habuiſſe ſcientiam facti. c.93. n.30. fol.11.

Ad præſcribendum contra Pupillum ſufficit ſcientia Tutoris. c.140. n.20. fol.177.

Præſcriptio inchoata contra creditorem, quemadmodum ob decoctionem debitoris interrumpitur, quia debitor ſoluere non poteſt. c.93. n.37. fol.12.

Ita etiam aſſerendum, ſtante decoctione creditoris non valentis agere. ibid. n.38.

Præſciptio triginta annorum non obſtat creditori cenſus, quoties petit fructus ante completam præſcriptionem decurſos. c.131. n.6. fol.233.

Præſcribitur via exequtiua, ſtante lapſu triginta annorum. ibid. n.5.

Ex præſcriptione ſolutionis præſumptio, an, & quando oriatur. Vide Solutio.

Præſcriptionis ad iniquiſſimum præſidium fruſtra recurritur, quoties allegatur certus modus ſolutionis inſubſiſtens. c.115. n.36. fol.147.

Aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum mulieris, ſtante ignorantia cõpetit reſtitutio in integrum. ibid. n.33.

Præſcriptionis completæ à die intra quatriennium reſtitutio eſt petenda, quoties concurrit poſitiua ſcientia in eo, qui præſcriptionem eſt paſſus. ibid. nu.34.

Præſcriptio quadraginta annorum requiritur ad præſcribendum debitum continens obligationem Cameralem, ſub qua includitur Iuramentum. cap.115. n.35. fol.147.

Præſcriptio ſtatutaria Vrbis non perimit actionem, ſed potiùs præſumptionem ſolutionis inducit. cap.93. n.28. fol.11.

Ideòque non militat in eo, qui ſe negat debitorem. ibid. & n.39. fol.12.

Præſcriptio ſtatutaria excluditur, vel ſaltem interrumpitur, quoties veriſimile eſt, creditorem extraiudicialiter debitorem interpellaſſe. ibid. n.35.

Præſcriptio ſtatutaria excluditur ab ignorantia. cap 93. n.31. fol.11.

Niſi tamen agatur de ignorantia improbabili, cum pro ſciente habeatur, qui ſcire non vult. ibid. nu.32.

Præſcriptio ſtatutaria non comprehendit agentem vigore literarum cambij. c.93. n.33. fol.12.

Præſcriptionis centenariæ in genere Eccleſia Romana eſt priuilegiata, tàm Iure Canonico, quàm Ciuili inſpecto. c.149. n.46. fol.317.

Præſcriptionem, quòad centenariam priuilegium Eccleſiæ Romanæ competens in ſententia Cyni eſt intelligendum de præſcriptione paſſiua, non autem actiua. c.149. n.48. fol.317.

Præſcriptione, quòad centenariam Eccleſia priuilegiata inferior, ſtante Priuilegio Imperiali à Papa ſpecificè confirmato poteſt ſe tueri, non ſolùm contra alias Eccleſias. ibid. n.49.

Sed etiam aduerſus Eccleſiam Romanam præſcribere contendentem. ibid. n.50.

Præſcriptio nõniſi cẽtenaria, quòd obijci valeat cõtra Eccleſiam Rauennaten. concceſſerunt priuilegium Fredericus, & Otho Imperator ſpecificè confirmato à S.M. Leone X. c.149. n.44. fol.317.

Præſcriptio nulla obijci valet, eodem priuilegio inſpecto contra ipſam Eccleſiam Rauennaten. tempore centum annorum nondum elapſum. ibidem nu.45.

Idque etiam ſi contra eandem Eccleſiam Rauennaten. Papa præſcribere intendat, ſtante confirmatione prædicti priuilegij Imperialis facta ab eodem Papa. ibid. n.50. fol.317.

Præſcribere poteſt Papa contra Eccleſiam inferiorem

rem ſpatio quatraginta annorum. ibid. n. 54.

Præſentia.

Præſentia magis afficiunt. c. 52. n. 54. fol. 404

Affertur Claudiani *locus. ibid. n. 55.*

Prætium.

Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei. cap. 150. n. 9. fol. 320.

Pretium redactum ex venditione rei mihi obligatæ non ſuccedit loco eiuſdem rei, eum mihi non dicatur obligatum, neque veniat in actione hypothecaria. c. 150. n. 10. fol. 320.

Pretij loco ſuccedit, & facit venditionem, quando pro re ſtabili fuit data in computum pretij res mobilis. c. 164. n. 19. fol. 393.

Pretij pars an ſit laudemium, vel Gabella. c. 165. nu 10. & ſeq. fol. 395.

Pretium præſumitur iuſtum. c. 165. n. 13. fol. 396.

Pretij de iuſtitia ſacrilegum eſt dubitare, quoties à Principe reperitur taxatum. ibid. n. 15.

Pretij incertitudo tunc imperfectam reddit venditionem, cum incertum in ſe eſt pretium; ſecus, vbi certum in ſe eſt, licet à partibus ignoretur. c. 134. n. 10. fol. 246. & ſeq.

Pretium, licèt non ſit certum, & determinatum, ſufficit, quod referatur ad aliquod, ex quo poſſit certificari, vt puta ſi quis dicat, quòd vendat rem, quanti ipſe emit, vel quanti in tali arca, vel loco ſit. c. 134. n. 16. fol. 247.

Vide Venditio.

Pretium in contractu emptionis, & venditionis non valet remitti in arbitrium contrahentium. c. 133. n. 13. fol. 243.

Pretio collato in arbitrium boni viri, venditio eſt perfecta. c. 134. n. 14. fol. 247.

Pro pretio iuſto æſtimando emptione facta, venditio eſt perfecta. ibid. n. 15.

Vide alia Verbo Venditio.

Præuentio.

Præuentio, an tribuat vicino ius prælationis in retractu. c. 162. n. 27. & 29. & ſeqq. fol. 380.

Præuentio in pari cauſa tribuit prælationem. cap. 162. n. 32. fol. 381.

Primogenitura.

In Primogenituris ſucceſſio eſt regulanda reſpectu gradus proximioris vltimo poſſeſſori. cap. 194. nu. 112. fol. 536.

Idque, etiam ſi agatur de ſucceſſione tranſuerſali. ibid. n. 113.

Primogenituris de interpretandis, quoties agitur, attendi nõ debet ſimplex verborũ cortex, & figura; ſed potiùs ſubſtantia voluntatis ipſius, diſponentis et finis, ob quem fuerit motus ad ita decernendũ. c. 194. n. 136. fol. 538.

In Primogenituris, nedum verbum, ſed neq; etiam ſyllaba remanere debet otioſa. c. 194. n. 84. f. 532.

Ad Primogenituræ ſucceſſionem ſi vocantur à Teſtatore filij naſcituri poſt eius obitum ex ſua nepte, quæ tunc temporis reperiatur innupta, eueniente caſu, quòd, eodem Teſtatore adhuc ſuperuiuente, eadem neptis nuberet, filioſque procrearet, illis ſucceſſio Primogenituræ debetur, quia Teſtatoris voluntas pinguiùs impleta dici debet. c. 194. nu. 152. fol. 540.

In Primogenitura ratio expreſſa per viam regulæ Vniuerſalis, ne ſucceſſio diù ſtet in ſuſpenſo, & incerto, conuenit omnibus vocatis, ſiue maſculis, ſiue fœminis. c. 194. n. 100. fol. 534.

Primogenitus.

Primogenitus euadit ille, qui eſt ſecundogenitus, nedum ratione mortis naturalis Primogeniti; ſed etiam ciuilis. c. 194. n. 47. fol. 527.

Primogeniti appellatione venit etiam fœmina. cap. 194. n. 98. fol. 533.

Primogenitis iniunctũ præceptum cenſeri debet in in omnibus alijs repetitum. c. 194. n. 99. fol. 533.

Primogenitus, quando renunciat Primogenituræ, Secundogenitus Primogenitus euadit. c. 194. n. 49. fol. 527.

Primogeniti vocatio, etiam in numero ſingulari eſt referenda ad omnes Primogenitos in numero plurali in infinitum. c. 119. n. 46. fol. 172.

Primogenita renuncians pro mortua habetur. cap. 194. n. 46. & 50. fol. 527

Primogenito ſuffragatur capacitas ſuperueniens ad ſuccedendum, inſpecto tempore obitus vltimi poſſeſſoris Maioratus. c. 194. n. 80. fol. 531.

Intellige, niſi alteri, inter medio tempore, fuerit ius quæſitum, vel ſaltem delatum in ſucceſſione Primogenituræ. ibid. n. 87. & ſeqq. fol. 532.

Primogenitus naturalis in ſucceſſione Primogenituræ ad effectum inſpiciendi quis ſit, attendendum tempus delatæ ſucceſſionis. c. 194. n. 81. fol. 531.

Intellige, dummodò res ſit integra, neque interim alteri ſit ius quæſitum. ibid. n. 99. fol. 532.

Primitiua.

Primitiua infecta, infecta etiam remanet deriuatiua c. 194. n. 115. fol. 536.

Princeps.

Principem nunquàm cenſetur, voluiſſe tertio præiudicium inferre. c. 111. n. 40. fol. 120.

Principem nunquàm præſumendum, voluiſſe derogare Iuri, medio tempore, tertio quæſito; ideòque clauſula ſine præiudicio Iuris tertio quæſiti, inter medio tempore, ſubintelligitur. ibid. n. 13. fol. 117.

Idque, etiam procedit in terminis Apoſtolicæ confirmationis, ſiue reualidationis actus ab initio nulli ob legis reſiſtentiam. ibid. n. 14.

Vide clauſula Sine præiudicio,

Princeps, pluribus petitis, vbi vnum tantum conceſſit, cætera denegaſſe eſt cenſendum. c. 127. n. 36. f. 216.

Principis voluntas eſt metienda à poteſtate. cap. 111. n. 37. fol. 121.

Principis de poteſtate ſacrilegum eſt diſputare. cap. 170. n. 11. fol. 414.

Principes ſummoperè gaudent, quando ſubditi diuitijs affluunt ob ampliores dotes ab alienigenis receptas. c. 116. n. 6. fol. 149.

Priuilegium.

Priuilegium contra Principem concedentem eſt latiſſimè interpretandum. c. 124. nu. 27 fol. 198. & c. 149. n. 51. fol. 317.

Priuilegio clauſo in corpore Iuris, an, & quando per Pontificem dicatur derogatum ex clauſula pro expreſſis, *etiam, ſi ſpecialis, & indiuidua mentio requiratur. c. 170. n. 16.* fol. 414.

Probatio.

Probatio, quæ debet perneceſsè concludere, excluditur ex ſola poſſibilitate in contrarium. c. 111. n. 48. fol. 121.

Procurator.

Procuratoris electio debet eſſe certa, & determinata. c. 186. n. 4. fol. 479.

Procuratoris perſona numquàm venit in mandato generali, niſi exprimatur. c. 101. n. 17. fol. 48.

Vi-

I N D E X

Vide Mandatum, Perſona.

Contra Procuratorem in actis conſtitutum Dominũ litis effectum rectè in iudicio proceditur, quoties mors principalis mandantis non eſt nota Iudici, vel parti. c.141.n.24. *fol.281.*

Mors in dubio præſumitur ignorata. ibid.

Idque, etiam ſi hæres ſit pupillus, vel minor. ibid.n.31. *fol.282.*

Neque ſufficit ſcientia priuata Iudicis, ſed de illa debet in actis conſtare. ibid.n.24. *fol.281.*

Procurator Dominus litis effectus remanet etiam Procurator hæredis. c.141.n.27. *fol.281.*

Idque, quamuis ſententia non formetur contra Procuratorem qu. talis defuncti, tamquàm Dominum litis effectum; cum ſufficiat, ſi Procurator fuerit citatus, & ſententia lata contra hæredem. ibid.n.28. *fol.282.*

Contraria opinio poteſt procedere, inſpecto Iure ciuili, non autem Canonico. ibid. n.29.

Vel, quoties nullus adeſt hæres, vel hæreditas eſt iacens; tunc enim morte conſtituentis mandatum expirat, etiam ſi Procurator Dominus litis fuerit effectus. ibid. n.30.

Procurator ſubſtitutus vigore facultatis alicuì tributæ, ſemota potiſſimùm culpa, non tenetur de facto ſubſtituti, qui videtur conſtitutus Procurator à Domino, mediante perſona ſubſtituentis. cap. 102. n.4. *fol.51.*

Præcipuè, quoties perſona ſubſtituti eſt valdè integra. ibid.

Idque locum habet, non ſolùm in Procuratore ad lites, ſed etiam ad negotia, quando ſubſtituit vigore mandati hominis. ibid.n.5.

Contraria procedunt, quoties ſubſtitutio fit à Procuratore ad negotia iure proprio, ſine aliqua facultate conceſſa ab homine, ſed ſolùm à Iure. ibid.n.6. *fol.52.*

Procuratori ſubſtituto, ſemota inſtitoria, ſi tertius credat pecunias, non Iure proprio, ſed vigore facultatis eidem ab homine tributæ, non poteſt agere contra ſubſtituentem, ſed illi tantùmmodò competit actio contra eum, cum quo contraxit. c.102.n.7. *fol.52.*

Procurator in rem ſuam eſt irreuocabilis. c.134. n. 19. *fol.248.*

Procurator in rem ſuam quis conſtituitur ex verbis ſeguirete l'ordine del tale. *c.134.n.17.f.247.*

Cum Procuratore creditor contrahens curioſus eſſe debet, vt in rem Domini vertatur pecunia, ſi eum obligatum habere velit. c.102.n.16.fol.53.

Procurator recipiens pecunias, vt præponentem obliget, neceſsè eſt, quòd ne dum capiat in cauſam, ſeù nomine præponentis, vt illum obligare valeat. ibid.n.17.

Sed vlteriùs requiritur, quòd ipſius nomine, & in eius vtilitatem adminiſtret. ibid.

Procurator fines mãdati excedens. Vide Mãdatũ.

Vide alia Mandatum.

Productio.

Productio tarda crediti non leuem parit ſuſpicionẽ. c.141.n.16. *fol.280.*

Intellige, alijs contrarijs coniecturis non concurrentibus. ibid.

Proœmium.

In proœmio cauſa expreſſa, an cenſenda ſit finalis. Vide Cauſa.

A Proœmio eſt regulanda renunciatio. c.194. nu. 27. *fol.523.*

Prohibitio.

Prohibitio hominis, quando concurrit cum legali prohibitione, ſuum operatur effectum, etiam in caſu licito, & à Iure permiſſo. cap.126. nu.6. *fol.186.*

Prohibitio alienationis. Vide alienatio.

Promiſſio.

Promiſſio de vendendo non eſt venditio. c.161.nu. 16. *fol.374.*

Promiſſio conſiderari debet, tempore contractus, nec attenditur, quid poſteà contingat. cap.137. n.38. *fol.264.*

Promiſſio perſonalis. Vide Perſonalis.

Prorogatio.

Prorogatus primus actus, durante adhuc primo termino, eſt vnus, idemque actùs. c.119.n.56. *fol.173.*

Prorogatum officium, dum adhuc durabat, non dicitur nouum, ſed idem cum primo. ibid,n.57.

Prorogata locatio. Vide Remiſſio mercedis.

Proteſtatio.

Proteſtatio non impedit, quod ex neceſſaria Iuris diſpoſitione reſultat. c.120.n.51. *fol.184.*

Proteſtationes partium Iuris effectum impedire nõ valent, neque operari, quòd reuiuiſcat id, quod de Iure, tamquam demortuum reuiuiſcere nequit. c.128.n.15. *fol.220.*

Proteſtatio, quòd Iura primi contractus firma remaneant, nouationem excludit. c.95.n.19.f.21

Vide alia Nouatio, Fideiuſſor.

Prothomiſeos Ius. Vide Retractus.

Prouiſio.

Prouiſionem ſpecialem ad ea, quæ habent, verba; licèt Vniuerſalia non referuntur. c.128. n.37. *fol.222.*

Prouiſio ſpecialis, quando adeſt relatio, non ſe habet ad omnia præcedentia. c.190. n.48. f.498.

Vide Relatio.

Proxeneta.

Proxenetarum atteſtationi eſt deferendum in materia aſſecurationis mercium. c.97.n.36. fol.31.

Proxenetæ eſt fides adhibenda quò ad venditionem peractam. c.133. n.1. *fol.242.*

Præcipuè, quando veritas apertè aliundè haberi non poteſt. ibid.n.2.

Multòque magis, ſi eius dictum alijs adminiculetur teſtibus. ibid. n.3.

Vel, quando dictum Proxenetæ alijs teſtibus non comprobatur. ibid.n.4.

Publicus.

Publicus, quòd ſit locus, quòad vſum non repugnat, & nihilòminus ſit priuatus. c.174.n.14. *fol.425.*

Pupillus.

Pupilli educatio, penes quem facienda. Vide Educatio.

Qualitas.

Qualitas præponderans ſemper attendenda, & ab illa actus eſt denominandus. cap.164. n.16. fol.392.

Vide Iuſpatronatus.

Qualitas, quando in conuentione deducitur, quæ de Iure tacitè ineſt, huiuſmodi expreſſio nihil operatur; cum Iuris diſpoſitioni ſit conformis. c.121.n.3. fol.186.

Intellige, vt ibid.n.3.

Qualitas bonorum declaratur ex obſeruantia, & conſuetudine. c.107.n.45. fol.91.

Qualitatem certam Statuto requirenti, non eſt locus, niſi qualitas illa verificetur, & probetur. c.114. n.4. fol.137.

Qualitas expreſſa in gratia per verbum futuri temporis non ſufficit, ſi ſemel extiterit, ſed omninò in futurum perſeuerare debet, vtpotè cauſa conſeruatiua gratiæ; non autem inductiua. c.191. n.6. fol.502

Qualitas in gratia expreſſa cènſetur eſſe cauſa eſſendi, quando in diſpoſitione adeſt verbum tractum temporis ſucceſſiuum denotans. ibid.n.7.

Radix.

Radice expulſa, cuncta ab ea dependentia dicuntur eiecta, c.194. n.117. fol.536.

Ex Radice vitis, ſi palmes propagetur, deindeque radix vetus areſcat; non proinde diceretur eadem vitis cum illa, vndè proceſſit, licèt per nouam radicem eadem vitis noua dicatur. c.137. n.48. fol,265.

Ratificatio

Ratificatio regulariter induci non poteſt, niſi in ratificante ſcientia concurrat. c.140.n.19.f.177. & c.152.n.8. fol.328.

Ratificatio, ſignanter in præiudicialibus inducta dici non valet, niſi probata ſcientia actus, cum omnibus ſuis qualitatibus, tàm facti, quàm Iuris. c.152. n.8. fol.328.

Præcipuè, quando agitur de tacita ratihabitione, quidquid ſit in expreſſa. ibid. n.9.

Ratificatio, vt ex facto inducatur, neceſſè eſt, vt factum verbis æquipollent, taleque ſit, quòd fieri non poſsit, niſi actus ratus habeatur. cap 152. n.10. fol.328.

Secus, ſi factum ratihabitionem neceſſariò non arguas; ſed illud ob aliam cauſam præſumi valeat geſtum. ibid.

Ratificatio actus nulli nihil aliud eſt, quàm nouus actus. c. 152.n.13. fol.329.

Ratificationis actus eaſdem requirit ſolemnitates, quas actus ipſe expoſcit. c.152. n.14. & ſeqq. fol.329.

Ratificatio Minoris non valet ſine ſolemnitate neceſſaria, quia in eius contractu certa requiritur forma. ibid.n.16.

Ratificatio reconciliat ea, quæ pendent ab animo; non autem ea, quæ pendent ex aliqua forma, vel alia exteriori potentia. c.152.n.15. fol.359.

Ratificari, vt valeant geſta per Miniſtrum vltrà mandatum, debet probari ſcientia præciſa exceſſus. c.122.n.11. fol.190.

Ratificatio locationis factæ à non habente mandatum ſpeciale, adhoc. vt ſuffragetur, requiritur ſcientia omnium qualitatum. ibid.n.10.

Ratificare obligatus ſine temporis præfixione, non poteſt in mora conſtitui ſine interpellatione. cap. 128. n.40. fol.223.

Rationis redditio.

Rationis redditio à Tutore, etiam ſine libris geri poteſt. c.143. n.26. fol.289.

Præcipuè, quando hæreditas conſiſtit in ſtabilibus, ex quorum redditu facilè dignoſci poteſt, an Tutor remaneat liberatus. ibid.

Rationum in libris facta alteratio non valet redargui de falſitate, quia ſine illis libris ratio reddi poterat. c.143.n.27. fol.289.

Recognitio.

Recognitio ſcripturæ per teſtes deponentes habere notam manum alicuius, ex eo, quòd viderint ipſum pluries ſcribentem, non ſubſiſtit, niſi ijdem teſtes deponant, ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe ſcribere. c.126.n.14. fol.205.

Idque etiam procedit in terminis Apocæ, præcipuè non concurrentibus adminiculis pro cõprobanda recognitione. ibid. n.15. fol.206.

Reconuentio.

Reconuentio in iudicio retractus eſt reijcienda, cum ſit præſumendum id actum ex ſola æmulatione. c.262. n.39. fol.382

Regreſſus.

Regreſſui conuento ad rem permutatam in caſu litis, & moleſtiarum ſtatim ſit locus, poſt litem iudicialiter motam, denunciatamque. cap.130. n.17. fol.230.

Regreſſus ad bona renunciata. Vide Renunciatio.

Regula.

Regulę ſtandum, donec contrarium probetur. cap. 182. n.38. fol 465.

Regulæ ſtandum, donec conſtat de limitatione ex aduerſo danda, neque in dubio præſumenda. cap. 191. n.60. fol.508.

Regulam habens pro ſe poteſt dicere allegant limitationem, da mihi textum hoc dicentem. ibid.

A Regula Iuris, adhoc vt ex coniecturis, præſumptionibuſque recedi valeat, illæ debent eſſe præpotentes, manifeſtæ, & concludentes. c.106. n.61. fol.82. & c.107. n.2. fol.86. & nu.40. fol.91. & c.194. n.11. fol.522.

Præcipuè in contractibus, in quibus ſtrictior fieri debet interpretatio c.106. n.63. fol.82. & cap 107. n.3. fol.87.

A Regula Iuris pro receſſu coniecturę reſultare debent ex eodem Inſtrumento, cum non ſufficiat, illas aliundè colligi. c.106. n.62. fol.82.

Regula deſumpta ex l. iam hoc iure, ff. de vulgar. procedit, etiamſi vnum determinabile ſit alio fauorabilius. c.106. n.75. fol.84.

Regulæ, quòd quiſque Iuris in aliam ſtatuit, eo ipſe vtatur, ſubiacent omnes perſonæ, quantumuis magnæ. c.120. n.1. fol.178.

Re-

Digitized by Google

I N D E X

Regulares.

Regulares veniunt appellatione Clericorum. c. 170 n.8. fol.413.

Relatio, Relatum, Referens.

Relatio fieri debet ad proxima, non autem ad remota. c.124. n.15. fol.196.

Relatio non ſe habet ad omnia præcedentia, quando adeſt ſpecialis prouiſio. c.190. n.48. f.498. & c.128. n.37. fol.222.

Relatio operatur indiuiduam, propriamque expreſſionem omnium contentorum in termino relato. c.131. n.39. fol.238.

In Relato Inſtrumenta contenta dicuntur ſpecificè, & verè in referente contineri. cap.131. nu.39. fol.238.

Idque etiam procedit in mandatis. ibid. n.40.

Relationis præcipuus effectus eſt, vt coniungat ſcripturas, & vna alterum ſuppleat, vt veritas eliciatur. c.106. n.67. fol.83. & c.107. n.50. f.91.

Relatio ad aliquam ſcripturam intelligitur facta cum qualitatibus in relato contentis. c.106. nu. 69. fol.83.

Relatio non fit, niſi quando eſt neceſſaria, vt ſaluetur ratio recti ſermonis; non autem, quando inducitur repugnantia inter ſcripturas. c 106. n.72. fol.83.

Relatio diſcretiua non admittitur, niſi quando verba pernecesſè adhoc compellunt; ſecus verò, quãdo aliter poſſunt intelligi. c.106. n.74. f.84.

Relatum potiùs attendi debet, quàm referens. cap. 131. n.37. fol.237.

Referens non plus cogitare videtur, quàm quod in relato continetur. c.106. n.69. fol.83.

Remedium.

Remedia duo, quoties creditor habet, vno electo, alterum ceſſat. c.157. n.7. fol.351.

Remiſſio mercedis.

Remiſſio mercedis non eſt facienda conductori Vectigalium, niſi damnum ſit intolerabile. c.119. n.14. fol.167.

Ardua eſt quæſtio inter Interpretes, quod nã dici debeat damnum intolerabile. ibid. n.15.

Aſſeritur ſententia affirmans, id totum Iudicis arbitrio relinquendum. ibid. n 16.

Remiſſionem mercedis ad conſequendam in receptiori opinione, tunc damnum dici debet intolerabile, quando fructus ex re conducta percepti, deductis expenſis, non ſufficiunt pro exſoluenda debitæ penſionis medietate. c.119 n.17 fol.168.

Remiſſionem mercedis ad obtinendam non ſufficit ſterilitas, ob quam tertia pars fructuum fuit deperdita. ibid. n.33. fol.170.

Remiſſio mercedis, licèt à conductore peti non poſſit; niſi damnum probetur intolerabile medietatem conuentæ penſionis excedens.

Id tamen non procedit, perempta ſubſtantia rei locatæ ſaltem in maiori parte; tunc enim damnum qualecunque ſit, eſt conductori reficiendũ. c. 120. n.6. fol.179. & c.121. n.29. & ſeq f.182.

Non dicitur in hoc caſu propriè remiſſio, ſed potiùs quedam conductoris liberatio ab illa rata penſionis. c.120. n.6. fol.179.

Remiſſione debita, ſeù conueniente de facienda conductori pactum initum, eſt intelligendum prout de Iure. c.121. n.7. fol.186.

Remiſſio, quòd fieri non debeat, niſi damnum certum excedat quantitatem, pactum ſpeciale initum, eſt intelligendum, quoties damnum contingit in fructibus; ſecus autem, perempta ſubſtantia rei locatæ in totum, vel in parte. c.120. n.7. fol.179.

Adeòut pactum de ſoluenda conuenta mercede, non obſtante peremptione ſubſtantiæ rei locatæ, etiam prægnantiſſimis verbis conceptũ, ſit nullum, vtpotè contra ſubſtantiam locationis. ibid. n.8.

Neque vlla poteſt excogitari cautela, ex qua huiuſmodi pactum ſuſtineri valeat. ibid.

Remiſſionis ad effectum impedimenti caſus ex quacumque cauſa præſtiti conductori, ne re conducta poſſit vti, frui, æquiparatur peremptioni ſubſtãtiæ rei locatæ. c.120. n.11. fol.179.

Siue caſus accidat in parte rei conductæ. ibid. nu.12.

Siue in aliqua parte temporis, quo durabat conductio ibid. n.13.

Remiſſionis ad effectum perempta ſatis res dicitur; cuius vſus haberi non poteſt. c.120. n.14. f.179.

Remiſſio mercedis etiam damni modici eſt concedẽda conductori Vectigalium, quoties mercium introductio, earumdemque venditio ob peſtem, bellum, aliudque accidens eſt impedita. c.120. n.17. fol.180.

Remiſſio mercedis eſt facienda conductori niuis, deficientibus perſonis ob peſtẽ. c.119. n.20. f.168.

Remiſſio mercedis, re perempta, non eſt facienda, quando emptor rei, pretio non ſoluto, illam, quouſque ſoluatur, conducat, & de ratione. c.120. n.19. fol.180.

Remiſſionem mercedis quòad denegandam non ſuffragatur iuſta cauſa neceſſitatis, vel publicæ vtilitatis, quæ ſolùm eſt conſiderabilis, quòad refectionem totalis intereſſe, etiam lucri amiſſi cõductori præſtandi. ibid. n.22. fol.181.

Remiſſioni mercedis eſt locus in Iuribus incorporalibus ſuos habentibus interitus, ipſis in totum, vel pro parte pereuntibus. c.119. n.21. fol.169.

Remiſſio ex cauſa ſterilitatis intelligi debet facta ſub tacita conditione, niſi ſuperueniat vbertas. c.119. n.71. fol.176.

Remiſſione pro excludenda, ſterilitas vnius anni eſt compenſandæ cum vbertate aliorum annorum. c.119. n.23 fol.169. & c.121 n.26. fol.181.

Sed quando compenſatio anni fertilis cum ſterili non fuit habita in conſideratione inter locatorem, & conductorem, non poteſt obijci ab eodem conductore contra ſubconductorem. cap. 120. n.27. fol.182.

Remiſſio, quando petitur ob caſum valdè inſolitum, compenſatio vbertatis cum ſterilitate non procedit. c.120. n.20. fol.182.

Huiuſmodi opinio Gloſæ *communi Interpre-*

tum

Digitized by Google

tum ſenſu reprobatur, cum vbertas, ex qua fructus in duplum colligantur, ſetis rarò euenire ſoleat. ibid. n.25.

Remiſſioni, vt non ſit locus, vbertas ſufficiens dicitur in ſententia Saliceti, quando vltra conſuetum, non modicum, ſed multum percipitur; adeòut modicum lucrum non faciat annum fertilem; ſed commodo cedat conductoris. cap.119. n.26. fol.169.

Remiſſione pro denegande vbertas dicitur ſufficiens pro compenſatione cum ſterilitate, quande, deductis expenſis, remuneratione laboris, induſtriaque conductoris, id, quòd ſupereſt, vltrà cõſuetum percipi, eſt notabile; ſecus verò, ſi ſit medicum; tunc enim annus non dicitur vber, ſed lucroſus. ibid. n.27.

Id, quod ſupereſt deductis expenſis, an, & quando ſit modicum, vel potiùs notabile, diſcrepant inter ſe Interpretes, nonnullis opinantibus, Iudicis arbitrio eſse relinquendum. c.119. n.28. fol.170.

Alijs putantibus, quòd notabile dici debeat, quando per conductorem colligitur ſaltem tertia pars de pluri, quàm regulariter percipi conſ..uit. ibid. n.29.

Remiſſione pro deneganda, licèt vbertas iuxtà hãc poſtremam ſententiam ſit ſufficiens ad compenſationem cum ſterilitate, nihilòminus ſi fructus parum valuerunt, non eſt facienda compenſatio ibid nn.30.

Prout in ſtatu ſterilitatis, ſi fructus percepti eertiori pretio vendantur, non eſt facienda compenſatio. ibid. n.31.

Remiſſione pro obtinenda; damnum quemadmodùm non dicitur notabile, niſi dimidium penſionis exceaat. c.119 n.35. fol.170.

Ità è conuerſo annus non dicitur vber, niſi habita eadem pro portione, lucrum tanti impertet, ne locator, & conductor ad imparia iudicentur. ibid.

Contrarium verius, eum inter locatorem, & conductorem non debeat eſſe eadem ratio damni, & lucri, & de ratione. ibid. n.37. fol.171.

Remiſſionem faciendi ſtante pacto expreſſo in caſu alicuius impedimenti pro certa quantitate, eodem eueniente impedimento, eſt facienda remiſſio, qualecumque ſit damnum, neque eſt facienda vbertatis cum ſterilitate compenſacio, ne pactum reddatur eluſorium. c.121. n.1. f.185.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Remiſſio mercedis, quemadmodũ eſt facienda conductori ob ſterilitatem; ità à pari, ſi vbertas proueniat, non ſolùm cum ſterilitate eſt compenſanda, ſed penſio eſt augenda, vt eadem lucri, damnique ſit ratio. c.119. n.36. fol.170.

Remiſſione pro denegenda vbertas ſoliùs anni pręcedentis, non autem aliorum annorum, eſt compenſanda cum ſterilitate in aliquorum ſententia c.119. n.39. fol.171

Contraria opinio eſt verior, quòd pro deneganda remiſſione conductori ob damnum paſſum obſterilitatem, ſit admittenda compenſatio vbertatis, non ſolùm anni bello Diuino, vel humeno proximi, ſed etiam aliorum annorum precedentium, & ſubſequentium, omnibus inſimul coacervatis. ibid. n.41. & ſeqq. & c.120. n.26. fol.181.

Remiſſione pro denegenda locator non poteſt obijcere conductori vbertatem, niſi annorum, ſiue præcedentium, ſiue ſubſequentium eiuſdem locationis, non autem diuerſæ, cum vnites locationis ſit attendenda. cap.119. num. 47. & ſeq. fol.172.

Intellige, vt ſi ſecunda locatio fuit facta per modum prorogationis primæ, eadem prima durante, tunc de vna ad aliam admittitur compenſatio, ſecus aſſerendum, prima locatione finita. c.119. n.55. fol.173.

Remiſſione pro deneganda conductori vbertas, & ſterilitas ad hoc, vt inuicem ſint compenſandæ, neceſsè eſt, vt euenerint, contractu locationis durante, elioquin compenſationi non eſt locus. c.119. n.54. fol.173.

Remiſſio penſionis, ſterilitate eueniente in vno anno locationis, ſtatim eſt facienda conductori, neque eſt expectandus finis locationis. c.119. n. 58. & ſeqq. fol.173. & ſeq.

Contrarium veriùs, vt, ſterilitate in vno enno locationis eueniente, non ſtatim conductori ſic facienda remiſſio, ſed locetionis expectandus exitus ad effectum dignoſcendi, an futurerum annorum vbertas præteritam compenſare valeat ſterilitatem. c.119. n.64. fol.174.

Niſi fuerit conuentum, vt in ſingulos annos ſeparatim penſionis remiſsio peti valeat. ibid.

In Saliceti ſententia, quam Author amplectitur, ſi in primo locationis anno contingat ſterilitas, poteſt Iudex arbitrari, vt conductor aliquam ſummam congruam recipiat, emiſsa proteſtatione, reſeruationeque Iuris compenſandi, reſiduumque petendi, ſi in ſequentibus annis contingerit vbertas. c.119. n.66. fol.175.

Remiſsionis exceptionem, quoties Iudici innoteſcit aliqua, habere probabilem ſubſiſtentiam, poteſt demandare, executionem pro aliqua congrua quantitate reſeruata prouiſione facienda ſuper ſumma reſiduali in fine locationis c.119. nu.68. fol.175.

Id tamen non poteſt peragere, ſi exceptio remiſsionis ſit turbida. ibid.

Remiſsio ſi per locatorem fuerit facta ob vnius anni ſterilitatem, ſuperueniente demùm vbertate in alijs annis eiuſdem locationis, conductor tenetur etiam pro eo anno, pro quo remiſsionem obtinuit, mercedem ſoluere. c.119. n.69. f.175.

Remiſsionem, quoties locator conſcius ubertatis annorum præcedentium conceſsit conductori ob ſteriliteтem nouiſsimi anni, non poteſt ampliùs compellere eumdem conductorem ad ſoluendam mercedem iam remiſsam. c.119. nu.73. & ſeq. fol.176.

Secus aſſerendum, ſi fuerit omninò ignarus ibid.

Remiſ-

I N D E X

Remiſsionem penſionis, ſiue liberationem à penſione, quemadmodùm conductor conſequitur ob ſterilitatem ſuperuenientem, ita etiam ſuperueniens abertas priſtinam obligationem debet cõfirmare, ne locator, & conductor ad imparia iudicentur. c.119. n.70. *fol.175.*

Remiſsio pro toto anno eſt facienda, quando totius anni vtilitas in certa temporis parte potiſsimùm conſiſtit; plus enim attendi debet vſus conductoris, quàm tempus. c.120. n.25. *fol.181.*

Ideòque, locata Vinea menſe Septembris pro vno anno, recollectaq; à te vindemia ſi migrares propter hoſtes, non propterea pro numero dierum fieret remiſſio mercedis, ſed pro eorum vtilitate. ibid.

Remiſſionem mercedis, ad hoc, vt conductor petere poſſit, tenetur impedimentum locatori denunciare. c.120. n.31. fol.182. & cap.121. nu.8. *fol.186.*

Intellige ad effectum, ne locator teneatur reficere conductori damna ex omiſſa denunciatione prouenientis, putà, quia ſi locator ſciuiſſet impedimentum, ei occurrere potuiſſet. cap.130. n.32. *fol.182.*

Secus ad effectum petendæ remiſſionis, quia eo ipſo, quòd conductor re locata vti, frui non poteſt, à penſione liberatur. ibid. n.33.

Potiſſimùm, ſtante notorietate impedimenti; cui locator occurrere non poterat. ibid. n.34.

Remiſsione pro obtinenda non eſt facienda denunciatio impedimenti per conductorem locatori, quando factum eſt notorium facti permanentis. & eſt notum locatori. c.121. n.9. f.186. & n.10. *fol.187.*

Impedimentum, quoties non eſt præſtitum à tertio; ſed potiùs ab ipſomet locatore, non eſt per conductorem denunciandum, nullatenus attento pacto ſuper eadem denunciatione facienda. c.121. n.11. *fol.187.*

Remiſſionis exceptio oppoſita à conductore aduerſùs locatorem non impedit executionem obligationis Cameralis, vel alterius proceſſus executiui, & ſummarij, quoties non eſt omninò clara; ſed potiùs turbida altiorem requirens indaginem. diſcuſſionemque Iudicij ordinarij. cap. 119. n.67. *fol.175.*

Renouatio.

Renouationis Emphyteuſis caſus differt ab illo vocationis. c.117. n.22. *fol.156.*

De Renouatione Emphyteuſis concedenda ab Eccleſia domina directa proximiori habenti qualitatem hæreditariam vigore Indulti S. M. Alexandri VII. *conceſſi in bonis Ciuitatis Caſtelli. c.117. n.21.* *fol.155.*

Renunciatio.

Renunciatio eſt regulanda à prohemio. c.194. n.27. *fol.523.*

Renunciatio eſt ſtrictiſſimè interpretanda in caſu, de quo loquitur, neque comprehendit, niſi expreſſa, multòque magis virtualiter excepta. ſtante dictione taxatiua. c.150. n.7. *fol.320.*

Renunciatio, quoties aliquid eſt operata, tunc reſtringi debet, vt minus lædat renunciantem, quàm ſit poſſibile. c.150. n.8. *fol.320.*

Renunciatio facta à filia ob dotem receptam, quoties eſt de Iure incerto, & euentuali, ſubſiſtetur, quàmuis id, quod filiæ in recompenſationẽ renunciationis elargitur, hæreditatibus renunciatis non eſſet æquiualens. cap.109. num.23. *fol.107.*

Renunciatio realis, perpetua, & abdicatiua ſemper, & in quocumque caſu renunciantem excludit, perindè, ac ſi in rerum natura ampliùs non exiſteret. c.194. n.15. *fol.523.*

Renunciata ſemel ad iura, renuncianti non datur regreſſus. c.194. n.9. *fol.521.*

Satis abſurdum eſt velle redire ad id, cui quis renunciandum putauit. ibid.

Renũciata ad iura ad effectum habendi regreſſum, renuncianti non conceditur pœnitentia. c.194. n.10. *fol.522.*

Renunciatio facta ob cauſam iam impletam eſt valida. & irreuocabilis. c.194. n.21. *fol.523.*

In renunciatione clauſula rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *intelligi poteſt actu ipſo pendente, & non conſumato, ſecus verò poſt actum conſumatum, effectumque ſortitum. c.194. n.22.* *fol.523.*

Renunciatio quoties eſt facta per viam donationis irreuocabilis, bona renunciata, reſpectiuèque donata perpetuò à perſona renunciantis, ſiue donantis abdicatur. ibid. n.18. *fol.522.*

Adeòut renuncians ad illa nunquàm vllo tempore regreſſum habeat, quia in omnem caſum donare voluiſſe eſt cenſendum. ibid.

Renunciatio, quando eſt facta per modum donationis irreuocabilis, nunquàm eſt locus reſolutioni, neque datur regreſſus ad bona renunciata, reſpectiuèque donata, etiam cauſa ceſſante, ibid. n.19.

In renunciatione verba adiecta, quòd renuncians non contrauenire promiſerit ex quouis prætexta, & cauſis cogitatis, & non cogitatis, nullum prorſus caſum excludunt. cap.194. n.23. f.523.

Renunciationem abſolutam præſeferunt verba, quia ſic ſibi de rebus ſuis facere placet, & placuit. *ibid. n.29.* *fol.526.*

Renunciatio ſubſiſtitur ob ſolam cauſam adhærendi præcepto in Primogenitura præſcripto. ibid. nu. 24. *fol.523.*

Renunciatione pro validanda, eiuſdemque irreuocabilitate inducenda, ſufficiens cauſa eſt agnationis conſeruatio. cap.194. nu.25. & num.35. *fol.526.*

In renunciatione agnationis conſeruandæ ratio reputari debet finalis, etiam in concurſu cum cauſa ingreſſus in Religionẽ, quæ potiùs dici debet occaſionalis. ibid. n.36.

Renunciatio ſubſiſtitur, ſtante cauſa agnationis cõſeruandæ, quàmuis cauſa ingreſſus in Religionẽ deficiat. c.194. n.26. *fol.523.*

Renunciatio, ex quibus verbis dici debeat facta,

potiùs

Digitized by Google

potiùs occaſione ingreſſus, quàm ex cauſa eiuſdem. ibid. n.28.

Renunciatio, quoties eſt facta ex pluribus cauſis, licèt vna ex illis deficiat, adhuc ſubſtineri debet, neque eſt locus reſolutioni. c.194. nu.30. fol.525.

In renunciatione licèt deficiat cauſa ingreſſus in Monaſterium, nihilòminus ex alijs cauſis expreſſis potiſſimùm æquè finalibus ſubſtineri debet, neque eſt reſoluenda. ibid. n.31.

In renunciatione ob ingreſſum in Monaſterium cauſa eiuſdem ingreſſus exiſtimari debet finalis, nullatenus attenta aliarum cauſarum æquè principalium expreſſione. ibid. n.32.

Contrarium, quando renũciatio fuit facta ob alias cauſas æquè finales, quas renuncians voluit, vt ſint æquè principales. ibid. num.37. fol.526.

In renunciatione, an cauſa ingreſſus in Monaſteriũ fuerit cauſa finalis, cæteræque cauſæ impulſiuæ, non eſt agendum, quando apertè renuncians declarauit, quòd quælibet ex cauſis expreſſis ſit ex ſe principalis, efficax, & æquè finalis. ibid. nu.39.

Renunciatio facta ob ingreſſum in Monaſterium Regulare dici debet reſoluta ob ceſſantem cauſam ingreſſus. c.194 n.12. fol.522.

In renunciatione ex cauſa ingreſſus in Monaſteriũ Regulare iuxtà formam a Sac. Conc. Tridentino præſcriptam eſt ſpeciale, vt cauſa ingreſſus reputari debeat finalis, cæteræque cauſæ impulſiuæ ob reſolutionem ipſo Iure ab eodem Sacro Concilio demandatam, non ſequuta profeſſione, vel nulliter emiſſa. c.194 n.34. fol.525.

Renunciatio realis facta ab ingrediente in Monaſterium nõ Regulare, à quo certò ſcit, poſſe exire ratione propriæ ſucceſſionis, etiam in caſu defectus lineæ maſculinæ, non poteſt intelligi, niſi in caſu egreſſus è Monaſterio. ibid. n.18. f.522

Renunciatio, quoties eſt facta ob cauſam ingreſſus in Monaſterium non Regulare, in qua profeſſio non emittitur, ſed ſolùm ſimplex oblatio, non eſt reſoluenda, quoties egreſſus non fuit inuoluntarius, ſed omninò irrationabiliter voluntarius. ibid. nu.20.

Renunciata ad bona non eſt impartiendus regreſſus Moniali Oblatæ, quoties, re non integra, eſt egreſſa è Monaſterio, à quo alioquin poterat exire. c.194. n.70. fol.529.

Renunciationis reſolutio ipſo Iure demondatur à Sac. Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regularibus cap. 16. ſequuto egreſſu è Monaſterio, non emiſſa profeſſione, vel nulliter peracta. c.194. nu.3. fol.520. & n.51. & 52. fol.528.

In renunciatione facta occaſione ingreſſus in Monaſterium non Regulare eadem Conciliaris diſpoſitio non requiritur. ibid. n.4. fol.521.

In renunciatione facta ob cauſam ingreſſus in Monaſterium Regulare non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ. ibid n.5. & ſeqq.

Renunciationes ob ingreſſum in Monaſterium redolent naturam donationis cauſa mortis, siue vltimarum voluntatum, dum non ſequuta profeſſione, vel nulliter emiſſa, ipſo Iure reſoluuntur. ibid. n.7. fol.521

Renunciatio ob ingreſſum in Monaſterium reſoluitur, quando adeſt in eadem renunciatione expreſſa conditio redeundi ad bona renunciata in omni caſu exitus è Religione. cap.194. num.53. fol.528.

Renunciatio ob ingreſſum in Monaſterium reſoluitur, quoties quis egreditur ab eodem Monaſterio facto Pontificis, vel ex diſpenſatione, aut prouiſione Apoſtolica, dummodò ad bona renunciata non ſit alteri ius quæſitum. ibid. n.54.

Ad renunciata bona alteri quæſita, vel delata Monachus factus Epiſcopus regreſſum nõ habet ibid. n.74. fol.530.

Renunciatio reſoluitur, quando deficiunt perſonæ contemplatæ, quarum intuitu eſt facta. ibidem n.55. fol.528.

In renunciatione non eſt inſpiciendum tempus delatæ ſucceſſionis, ſed potiùs peractæ renunciationis, quoties quæſtio verſatur inter plures renunciatarios, ſeù vocatos ad ſucceſſionem ibid. n.95. fol.533.

Renunciatio Matris filijs non reſiſtit, quando eadẽ Matre prædefuncta, filij ex propria perſona ad ſucceſſionem vocantur. c.194. n.107. fol.535

Renunciatio Matris filijs non præiudicat, quando, eadem Matre renunciante adhuc inter viuos exiſtente, veniunt ab ipſa independenter Iure propriæ vocationis; proprijque gradus, quo inſpecto, ſint alijs ad ſucceſſionem concurrentibus proximiores non indigentes beneficio repræſentationis eorum Matris, vel ſubingreſſionis in eius locum. c.194 n.108. fol.535.

Repreſaliæ.

Repreſaliarum vſus conſuetudine fuit receptus in ſententia Bart. c.180. n.1. fol.448.

Repreſaliæ ortum habuerunt à vetuſtiſſimis Romanorum legibus iuxtà aliquorum placitum. ibid. nu.4.

Repreſaliæ vetuſtiſsimis temporibus fuerunt nuncupatæ Clarigationes. ibid. n.2.

A Repreſalijs quid diuerſum fuiſſe Clarigationes alij affirmant. ibid. n.3.

Repreſaliarum vſus fuit introductus ad inſtar Androlepſiæ Græcorum, quæ erat ius hominum pignorandorum, quando occiſor à Ciuitate, in quam confugerat, illis non tradebatur, ad quos commiſſi ſceleris punitio pertinebat. c.180. n.6. fol.448.

Repreſaliæ apud Græcos vſu fuerunt receptæ. ibid. n.7.

Repreſaliæ aduerſantur Iuri Ciuili, Naturali, Gentium, & Canonico, ex quo alius pro alio prægrauetur. c.180. n.8. & 9. fol.448.

Expenditur elegans locus Caſſiodori. ibid.

Repreſaliæ à Iure ciuili pignorationes nuncupantur.

Repreſaliæ reperiuntur interdictæ ex Iure Regni

Nea-

Digitized by Google

*Neapolitani. ibid. nu.*10.

*Nec non ex legibus Hiſpaniarum. ibid. n.*11.

*Repreſaliæ tamquàm odioſæ, ſubſidiaria, & exorbitantes ſtrictè ſunt intelligendæ. c.*180. *nu.* 12. *fol.*449.

*Repreſaliæ non niſi in rebus maximi ponderis ſunt adhibendæ, cautèque in illis, procedendū. c.*150. *nu.*29. *fol.*451.

*Repreſaliæ, legitimis requiſitis concurrentibus, ſunt permiſſæ. c.*180. *n.*20. *fol.*450.

*Illæque tuta conſcientia exerceri poſſunt. ibid. n.*21.

*Repreſaliæ, vt locus eſse valeat, requiritur iuſta, legitimaque cauſa, quòd, ſcilicet, ſuperior eius, quid damnum intulit, contrà quem repreſaliæ ſunt relaxandæ, requiſitus iuſtitiam facere neglexerit; adeòut pernecesſè ſit confugiendum ad extraordinarium remedium. ibid. n.*13. *fol.*449.

Nam alioquin proditoriè ag.tur. ibid.

*Repreſaliæ, an ſint concedendæ contra Ciues, ſi Vniuerſitas, priùs legitimè monita ſtatuto tempore collectas ſoluere renuat. ibid. n.*14.

*Repreſaliæ inter Regalia referuntur. ibid. n.*16.

*Repreſaliæ concedi non poſſunt, niſi à Principe Superiorem non recognoſcente, ad inſtar iuſti belli contra res, & bona illius loci, vbi adminiſtratio Iuſtitiæ fuit denegata. ibid. n.*15.

*Ideòque relaxari non poſſunt à Ciuitate, quæ alicui Principi eſt ſubdita. ibid. n.*17.

*Repreſaliæ concedi non valent à Principibus Electoribus Imperatoribus. ibid. n.*18.

*Repreſalias petens debet eſse ſubditus Principis illas concedentis, cum aliorum fauore non impertiantur. c.*180. *n.*19 *fol.*450.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

*Repreſaliæ conceduntur, legitimis cauſis concurrentibus, contra bona, & Naues Perſarum, Turcharum, aliorumque Christiani nominis hoſtium, & occupanti conceduntur. c.*180. *n.*22. *fol.*450.

*Repreſaliæ concedi non valent contra Clericos. ibid nu.*23.

*Repreſaliæ exerceri non valent contra habitantes in ſuburbijs, ſeù Villis, quando ſunt conceſsæ contra Ciuitatem. ibid. n.*24.

*Repreſaliæ concedi non poſſunt contra Scolares, & Officiales. ibid. n.*25.

*Repreſaliæ relaxari non valent contra eos, qui ventorum vi, vel tempeſtatis impulſu ad locum aſportantur. c.*180. *n.*26. *fol.*451.

*Repreſaliarum ratione, ſi damna fuerint paſſa, ab ijs tunc reficienda, qui illarum fuerunt cauſa. ibid. n.*27.

*Repreſalias impetrans non debet in ſua cuſtodia retinere res apprehenſas; ſed facto inuentario, tenetur illas Iudici tradere. ibid. n.*28.

Repugnantia.

*Repugnantia pro euitanda, omnis poſſibilis interpretatio eſt capienda. c.*94. *n.*17. *fol.*16.

Reſcriptum.

*Reſcriptum, quoties eſt determinatum non recipit interpretationem à petitis, ſed potiùs petita reſtringi debent ad limites reſcripti. c.*185. *n.*8 *fol.*475.

*In Reſcripto Principis, quod fuit conceſſum, attenditur, non autem, quod fuerit in ſimplici libello petitum, cum narrata, & petita reſtringantur, & limitentur per cōceſſionem, & ſignaturam. c.*127. *n.*37. *fol.*217.

Reſcriptum Principis fiat, vt petitur, *intelligi debet ſeruato Iuris ordine. c.*127. *n.*38. *fol.*227.

*Idque etiam ſi in commiſſione contineautur aliqua ſecundum Ius, & aliqua contra Ius, nam intelliguntur conceſsa Iuri conſona. ibid. n.*39.

Reſignatio, Reſignans.

*Reſignanti, an debeatur penſio, vel reſignatario, quoties, reſignationis tempore, fructus beneficij reperiebantur à ſolo ſeparati. c.*124 *nu.*6. *fol.*195.

*Ad reſignationem faciendam mandatum habens, ſibi ipſi reſignari non valet. cap.*101. *num.*18. *fol.*48.

Reſolutio.

*Reſolui non poteſt, quod in rerum natura exiſtere non dicitur. c.*123. *n.*13. *fol.*193.

*Reſoluto Iure datoris, reſolui etiam debet ius accipientis, in ijs, quæ dependentiam habent ſucceſſiuam, non verò in ijs, quæ in ipſo inſtanti non adijciuntur, perfectionemque in ſe habent. c.*137. *n.*45. *fol.*264.

*Reſolutio contractu, quilibet recuperat, quod in eo contulit. c.*148. *n.*27. *fol.*309.

*Reſolutioni contractus, quoties eſt locus, reſolutio procedit ex nunc à die factæ declarationis; non autem à die initi contractus. ibid. n.*26.

*Reſolutioni contractus non eſt locus ob modicam moram, non exiſtente pacto reſolutiuo. c.*105. *n.*45. *fol.*69. *& c.*148. *n.*12. *fol.*317

*Reſolutio contractus ob pactum adictionis in diem. c.*123. *n.*1. *& ſeqq. fol.*191.

Reſolutio contractus. Vide Contractus, Pactum reſolutiuum.

Reſolutio donationis. Vide Donatio.

Reſolutio renunciationis. Vide Renunciatio.

Reſtitutio.

*Reſtitui non poteſt dici, quod datum non eſt. c.*114. *n.*16. *fol.*139.

Reſtituere *verbum poteſt impropriè accipi pro reſtitutione, ſeù retroceſſione actionis. ibid. n.*18.

Reſtitutio in integrum.

*Reſtitutio in integrum nō eſt concedenda Iuris Doctori, qui allegaret propriam turpitudinem, ſi contenderet, ſe fuiſse ſeductum, ſiue læſum promittendo ſorori dotem exceſsiuam. c.*113. *n.*2. *fol.*133.

Ideòque Sceuola Seruium *Aduocatum obiurgauit his verbis*: Turpe eſt Patritio, & Nobili, & cauſas oranti, Ius, in quo verſatur ignorare. *ibid.*

Reſtitutionem in integrum petenti Iuris Doctori ob læ-

læſionem obijci valet, quod Imperatores Diocletianus, & Maximianus *reſponderunt Philoſopho petenti immunitatem à muneribus patrimonialibus,* Profeſſio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. *ibid.*

Reſtitutio in integrum non fuit conceſſa filio Accurſij, vti Doctori. c.113.n.2. fol.133.

Reſtitutio in integrum conceditur Iuriſperito, quoties erraret circa ea, quæ non concernunt Iuris prudentiam. ibid.n.3.

Reſtitutio in integrum, ſtante ignorantia, competit mulieri aduersùs præſcriptionem triginta vel quatraginta annorum. c.115.n.33.fol.147.

Reſtitutio in integrum eſt petenda intra quadriennium à die completæ præſcriptionis, quoties cõcurrit poſitiua ſcientia in eo, qui præſcriptionem eſt paſſus. c.115.n.34. fol.147.

Reſtitutio in integrum non datur ad petendam reſtitutionem. c.140 n.17. fol.276.

Reſtitutio in integrum minori competens, Vide Minor.

Reſtitutio in integrum ad petendum retractum; Vide Retractus.

Retentio.

Retentio faciliùs datur, quàm petitio. c.114.n.25. fol.140.

Adeòut, excluſa petitione, non cenſeatur excluſa retentio. ibid.

Retẽtio pignoris dotalis competit mulieri creditrici anteriori illud poſsidenti, quouſque dos eidem fuerit ſoluta c.182.n.2. fol.461.

Siue conſiſtat in pecunia, ſiue in corporibus. ibid.

Præcipuè, quando mulier in poſſeſſione præuenit antè exequtionem factam per conereditorem. ibid.n.3.

Quidquid ſit muliere non poſſidente. ibid.

Retentio non eſt admittenda in præiudicium creditoris anterioris. c.147.n.3. fol.302.

Retia.

Retis iactus, licèt incertus, emi poteſt. c.96.nu.2. & ſeq. fol.203

In Retibus piſcatorum ſinauigantes damnum dederint, tenentur ad illud reficiendum, non autem ad piſcium æſtimationem, quia nondum capti fuerant, incertumque erat, an caperentur. c.122.n.14. fol.190

Retractus.

Retractui non eſt locus, deficientibus qualitatibus à ſtatuto requiſitis c.162. n.20.fol.379. & cap. 163. n.1. fol.384.

Retractus Ius eſt indiuiduum, tamquàm continens rem tradi. c.162.n.28. fol.380

Retractus in materia eſt ſummoperè deferendum ſententiæ Tribunalis Reu. Cameræ Apoſtolicæ, in quo frequentiùs de eadem materia agi ſolet. ibid.n.35. fol.381.

Retractus in eodem Iudicio reconuentio eſt reijcienda, cum ſit præſumendum, id ex ſola æmulatione actum. e.162. n.39. fol.382.

Super Retractu ſtatutum potiſſimùm innititur cuidam congruentiæ, & æquitati. ibid.n 40.

Retractum prætendens, ſi tàm diù agere abſtinuerit, donec cura, & ſollicitudine actoris res eſt longè melior effecta, debet repelli à retractu, niſi offerat ſumptus, pretiumque operarum. cap. 160. n.55. fol.370.

Niſi tamen in fraudem volentis retrahere eſſent factæ expenſæ nimis exceſſiuæ; quo caſu eſt adhibenda cautela denunciandi, ne fiant; quia vult retrahere. ibid. n.56.

Indicis arbitrio eſt ſtandum, an impenſæ ſint factæ in fraudem retrahere volentis. ibid.n.57.

Retrahere à volente impenſæ ſunt reficiendæ, interpellatione non facta. ibid.n.58.

Retractus ad impediendum, ſi emptor immediatè re empta, fecerit illam demoliri, vt affligat eos, qui ſunt retracturi, puniri debet. c.160. n.59. fol.370.

Retractus prælatiuus potiùs eſt concedendus inferiori contra ſuperiorem, quàm ſuperiori contra inferiorem. c.161.n.6. fol.372.

In retractu prælatiuo habens dominium ſolarij inferioris præferri debet vicino laterali in emtione ſolarij ſuperioris; hic enim magis vicinus dicitur, quàm vicinus collateralis. c.161. n.4. fol.372.

Habens inferiorem partem domus, ſi vendatur ſuperior, præfertur vicino collaterali. ibid. nu.5.

Si adeſſent tres domus ſibi inuicem ſuper impoſitæ ſi vendatur media, inferior ſuperiori præfertur. ibid. n.8.

Affertur duplex ratio. ibid.

Retractus ius, ſeù congrui eſt dandum ei, qui pro maiori parte eſt coniunctus c.161 n.2 fol.372.

In retractu prælatiuo præferri debet, qui magis re indiget retrahenda. ibid n.3.

In retractu præuentio prælationem tribuit vicino. c.162.n.27. fol.380

In retractu inter plures vicinos contendentes regulariter præferendus, qui in venditione præuenit. e.161. n.10. f.372. & c 162. n.27 f.380

Intellige; quando Iura vtriuſque vicini ſunt in omnibus paria, ſecus verò, quando alterius vicini Iura ſunt potiora, ibid.n.11. fol.373. & c.162. n 29. fol.380.

Multò magis, quando non verſamur in ſimplici præuentione verbali, ſed potiùs reali, ſtante poſſeſſione rei à vicino empta iam capta. cap. 162.n.31. fol.381.

Retractus prælatiuus in emptione prædij eſt concedendus vicino habenti maiorem ædificij adiacentiam, & coherentiam, facultatemque faciendi maiorem ornatum vigore Bullæ Gregorianæ. *c.161. n.1. fol.371. & cap.162.num.1. fol.377.*

Quid ſi æqualiter res iungatur, an ſorte dirimatur. c.162. n.1. fol.377.

In retractu prælatiuo cohærentia prædiorum excluditur, ſtante intermedio foueo, ſiue riuo aquarum vndique confluentium, quod cum continuò

tinuò perenniter fluat, dicitnr publicum. c.162 n,3. *fol.377.*

In retractu cohærentia ceſſat, exiſtente riuo, vel via publica intermedia. ibid.n.13. *fol.378.*

Secùs aſſerendum in via vicinali ibid.n.14.

Niſi tamen via vicinalis publici iuris eſſe dicatnr, quoteſcumque hominum memoria non extat, illam fuiſſe confectam ex collatione agrorum priuatornm, in quo caſu excludit retractum ſtatutarium.c.162.n.23.& ſeq. f.379

Reprobatnr contraria ſententia. ibid.

Retractus. an impediatur ex foneo intermedio; Vide Foueum.

Retractum concedentia ſtatuta conſortibus, & vicinis, potiſſimùm reſpiciunt vnitatem, cohærentiamque prædiorum. c.162. n.12. *fol.378*

Retractus ſtatutarius non vindicat ſibi locnm, ſtãte via intermedia, cum prædia non poſſint dici cohærentia, neque ſtare ad vnum terminum, prout reqnirit ſtatutum.c.162. n.19. *fol.379.*

Retractui ſtatutario, vt ſit locus, integrum ædificium, non autem pars retrahi debet. c.163.nn. 13. *fol.385.*

Cùm regulariter quis compelli non valeat ad vendendam partem rei. ibid.

Contraria concluſio procedit, quando domus ſunt ſeparatæ, & diuerſæ, quarum vna ab altera nullam prorſus habeat dependentiam. ibid. nn.14.

Quid aſſerendum fauore Eccleſiæ in terminis priuilegij competentis vigore leg.ſi quis ſepulcrum, ff. de Religioſ. & ſumptib. funer. *ibid.*

Idque ob eam rationem, vt quantò minus fieri poſſit, ius commune corrigat. ibid.

Vide Cenſus.

In retractu huiuſmodi ſtatuta derogant Iuri communi reſpectu extraneorum, qui, exiſtentibns vicinis, à retractu repelluntur, ſed non in concurſu plurium vicinornm. c.162.n.36 f.381

Retractui coactiuo vigore Bullæ Gregorianæ *non eſt locns, quando vtraque domus, tàm retrahens, quàm retrahenda congruum habet ornatum cap. 163. n.2. & 4.* *fol.384.*

Retrahentis tàm in domo propria, quàm vicini cadere debet ædificium futurum, attenta Bulla Gregoriana. *c.163.n.6.* *fol.384.*

Retractus ſtatutarius non habet locnm in re vendita ſubhaſta. c.163. n.16. fol.385. & n.31. & ſeq. fol.387. & c.160. n.48. *fol.369*

Idque etiam procedit, non ſolùm in terminis Gregorianæ *loquentis de domino volente ſua ſpontè vendere. c.163. n.17. fol.385. & c.160 n.48.* *fol.369.*

Sed etiam ſtatuti Vrbis. c.160. n.48 f.369.

A retractu prælatiuo, adhoc, vt vicinus lateralis excludatur vigore Bullæ Gregorianæ *neceſsè eſt, quòd eidem fuerit facta denunciatio.c.164. nn.1.* *fol.391.*

Nam alioquin dicta denunciatione non facta, emptio contra formam dictæ Bullæ *eſt ipſo Iure nulla, perindèque habetnr, ac ſi fuerit facta ad commodum ipſius retrahentis. ibid. n.2.*

In retractu denunciatio vicini non ſuppletur per ſcientiam aliundè habitam; ſed præcisè Iudicialis requiritnr interpellatio. c.164.n.5 f.391

Amplia, etiam ſi vicinus contractui emptionis interuenerit tamquàm teſtis; cum præſentia inducat ſcientiam, non autem denunciationem ſuppleat. ibid.n.6.

Retractus non vindicat ſibi locum in permutatione. ibid. n.10. & ſeq. *fol.391.*

Idque, ea præcipua ratione, quia retractus numquàm datur, vbi retrahens non poteſt eam tradere ſpeciem, quam dat ille, à quo res eſt retrahenda. ibid. n.11.

Declara vt n.21. & ſeqq. *fol.393.*

Retractus non habet locum in permutatione, etiam ſi ſit præordinata ad excludendum vicinum.cap 164. n.13. & ſeqq. *fol.392.*

Retractum ad excludendum poteſt fieri permutatio in fraudem Bullæ Gregorianæ. *c.164 n.16.* *fol.392.*

Retractum ſtatutarium fraudãdi ad effectum fraus, & ſimulatio remanet probata ex coniecturis. ibid.n.23 *fol.393.*

Retractus in fraudem coniectura probans ſimulationem reſultat, quoties res permutatæ, recepto pretio, fuerunt permutanti retroceſſæ. ibid.n.25 *fol.395.*

Retractus prælatiuus vigore Statuti, vel Bullæ Gregorianæ *competens non poteſt cedi. c.178. n.12.* *fol 439.*

Retractus prælatiuus à Gregoriana *conceſſus vicinis, qui rem aliquam immobilem contiguam habuerint, an comprehendat vicinos, etiam prædia ruſtica poſſidentes. c.166. n.5. & ſeqq.* *fol.397.*

Retractui non eſt locus, non facto depoſito pretij rei retrahendæ intrà legitima tempora à ſtatuto præfixa. c.160. n.53. *fol.369.*

Idque non obſtante peſtis, vel belli impedimento, cum in iſtis materijs non detur reſtitutio in integrum. ibid.n.54. *fol.370.*

Retrahere volens, licèt pretium ſit illiquidum, debet deponere partem, quam credit iuſtam, & pro reſiduo cautionem præſtare. ibid n.60.

Retrahere ab intendente depoſitum pretij factum dicitur nullum, inſpecta Bulla Gregoriana, *quoties non præceſſit citatio venditoris cum oblatione pretij, illoque renuente recipere, decretũ Iudicis de deponendo. c.161.n.32.* *fol.375.*

Idq; etiam procedit, inſpecto Iure communi, etiam ſi agatnr de depoſito conuentionali. ibid. n.33.

Prout etiam in terminis ſtatuti ſuper retractu.ibid n.34.

Retrahendæ rei augmentum pretij vigore Gregorianæ *eſt liberè faciendum. ibid.n.35.*

Retrahi, ut poſſit prædium ruſticum ab alio prædio ruſtico vigore Gregorianæ, *quæ requirantur. c.166. n.10.* *fol.398.*

Non retrahitur prædium urbanum à ruſtico,

ſed potiùs ruſticum ab urbano retrabitur.c.166 n.4. fol.397

Retractui dicitur renunciatum ſtante declaratione uicini nolentis in emptione præferri.c.163.nu. 15. fol.386.

Multòque magis, ſtante conceſſione appodij. ibid.

Ideòque àd ius retractus renunciatum non datur regreſſus. ibid.

Præſertim quando res non eſt ampliùs integra. ibid.

Retractus Iuri, an dicatur renunciatum ex uerbis extraiudicialiter inter partes prolatis. ibid.

Retrotractio.

Retrotractio ceſſionis non datur in præiudicium tertij. c.141. n.19. fol.280.

Retrotractio non datur ex nunc, ſed ex tunc, quando contractus nullus ex nouo conſenſu ſuperueniente, uel quolibet alio reſpectu conualidatur. c.152. n.26. fol.328.

Retrotractio aſſenſus. Vide Aſſenſus.

Retrouenditio. Vide Pactum de retrouendendo

Reus.

Reus, & actor non debent ad imparia iudicari. cap. 94. n.8. fol.14

Reo ſufficit reddere turbidam actionem actoris. c.130. n.35. fol.82.

Reo, & poſſeſsori ad effectum obtinendi in Iudicio contra actorem ſola ſufficit poſſibilitas. c.181. n.10. fol.417.

Reo poſt crimen contractum, & antè ſententiam regulariter non interdicitur alienatio bonorum. c.179. n.26. fol.446.

Vide Pœna, Contumacia.

Rigor.

Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ. c.160. n.2. fol.364.

Ripa.

In Ripis fluminum proprietas reſidet penes Dominos adiacentia prædia poſſidentes, vſus tamen Riparum eſt publicus. c.174. n.13. fol.245.

Riuus.

Riuus publicus non poteſt venire in venditione, neque vicinis quæri, quàmuis arbores in Ripa exiſtentes in vicinorum commodum cedant. c.162. n.9. fol.378

Riuus fluens inter plures vicinos dicitur communis omnium ibidem prædia poſſidentium. ibid. n.10.

Riuus impedit coherentiam prædiorum requiſitã, à ſtatuto in retractu. cap.162. nu.3. fol.377. & n.13. fol.378.

Rota Romana.

Rota Romana ſemper præ oculis æquitatem habere ſoles. c.126. n.59. fol.210.

Rotę Romanę auctoritati, præſertim in materijs beneficialibus, eſt ſummoprè deferendum. c.190. n.20. fol.495.

Rotæ Romanæ deciſiones, quarum pendet reuiſio, nõ merentur allegari. c.194. n.33. fol.525.

Rotæ Romanæ in deciſionibus non omne id, quod incidenter dicitur, eſt deciſio, ſed id tantũ, quod principaliter reſpicit cauſę deciſionem. c.100. n.30. fol.45. & c.106. n.32. fol.77.

Rubrica.

Rubrica deſeruit ad totius ſtatuti declarationem. c.114. n.15. fol.139.

Vide Statutum.

Ruſticum.

Ruſticum omninò dicitur prædium locatum pro oleribus, quamuis intrà Mænia Ciuitatis exiſtens; non enim ex loco, ſed potiùs ex materia, vſque conſtituitur prædium ruſticum, ſeù vrbanum. c.166. n.1. fol.396.

Ruſticum prædium non retrabit vrbanum, ſed potiùs è conuerſo ruſticum ab vrbano retrabitur. ibid. n.4. fol.397.

Ruſticum, ad hoc, vt vigore Bullæ Gregorianæ *poſſit retrahere aliud ruſticum, quę requirantur. ibid. n.10.* fol.398.

Sacerdos.

Sacerdos de Agnatione, ſi reperiatur, quòd prę ſentetur, cæteriſque præferatur, ſi fundator Iurispatronatus diſpoſuerit, tunc Sacerdotalis qualitas præcisè tempore præſentationis debet adeſſe. c.190. n.23. fol.494.

Adeòut Sacerdotalis qualitas ſuperueniens Clericis præſentatis non ſuffragetur, exiſtente tunc temporis Sacerdote de Agnatione, qui omninò eſt prę ſẽtandus, & ſucceſſiuè inſtituendus. ibid. n.14.

Sacerdos, quòd præſentetur, ſi in Iurepatronatus, præſertim Laicali, fundator diſponat; tunc non ſufficit, quòd præſentatus habeat ætatem ad Sacerdotium, ſed præcisè requiritur, quòd ſit actu Sacerdos, tempore præſentationis. cap.190. n.16. fol.494.

Sacerdotalis ordo in diſpoſitione legis vniuerſalis, vel particularis, quando ſimpliciter deſideratur, neque actum reſpicit præſentationis, tunc cenſetur per modum aptitudinis requiſitus, non contemporaneè, & actu cum ipſa electione, & prouiſione. c.190. n.17. fol.494.

Contrarium aſſerendum, quando verſamur in diſpoſitione hominis, & ordo Sacerdotalis reſpicit actum præſentationis. ibid.

Vide Cappellania, Iuſpatronatus.

Saluianum.

Saluiano eſt locus, quoàd immiſſionem, probato credito cum hypotheca, poſſeſſione anteriori debitoris, tempore obligationis, & poſteriori aduerſarij rei conuenti litem ſubſtinentis. cap.139. n.1. fol.269.

Saluiani interdicti vigore ſimplex detentio rerum obligatarum auocatur, non autem poſſeſſio; adeòut immiſſionem paſſus dicatur, & remaneat verus poſſeſſor. c.139. n.32. fol.272

Saluianum an competat Hæbreis. Vide Hæbreus.

In Saluiano per ſolam immiſſionem euictioni non dicitur factus locus, quia per Saluianum ſola detentio auocatur, non autem poſſeſſio. cap.139. n.33. fol.272.

Præcipuè, non exiſtente clauſula, tàm auocata

cata poſſeſſione, quàm non auocata. *ibid.*

In Saluiano immiſſus æquiparandus eſt Colono, qui eum pro Domino poſſideat, nullă dicitur habere poſſeſſionem. c.139. n.35. *fol.272.*

Saluiani in Iudicio agens, qui ſuccubuit, non poteſt obtinere mandatum exequtiuum, illiuſq; exequtionem petere contra eadem bona debitoris poſſeſſa à tertijs, qui à Iudicio Saluiani ſententiam obtinuerunt abſolutoriă. c.153. n.12. f.334

In Saluiano ad impediendam immiſſionem à creditore anteriore petitam, ſolutiones factæ à poſſore conuento poſterioribus creditoribus non ſuffragantur. c.139. n.2. *fol.270.*

Scandala.

Scandala in omni materia euitanda, etiam ſi ſint minima. c.161. n.9. *fol.372.*

Scientia.

Scientia præſumpta non ſufficit, quoties de maximo agitur præiudicio. c.127. n.21. fol.215. & c.130. n.9 fol.229. & n.14. & ſeq. *fol.230.*

Ex ſcientia Inſtrumenti non arguitur certa, & indubitata ſcientia contentorum in eo; quando de maximo agitur præiudicio. c.127. n.21 fol. 215. & c.230. n.10. & ſeq. *fol 229. & ſeq.*

Scientiæ nullitatis cenſus præſumptio non elicitur ex traditione Inſtrumenti eiuſdem cenſus factă ceſſionario. c.127. n.22. *fol 215.*

Ex ſcientia, ad hoc, vt quis obligetur, neceſsè eſt, quòd plenam, perfectamque ſcientiam habeat totius negotij, cum omnibus ſuis qualitatibus. c.127. n.26. *fol.215. in fin.*

Scientia Iuris contra Iuriſperitum facilius præſumenda. c.130. n.11. *fol.230.*

Ad ſcientiam contractus inducendam, ſufficit, quòd quis fuerit præſens in contractu. cap.164. n.7. *fol.391.*

Scriptura.

Scripturæ vna pars declarat aliam. c.107. nu.60. *fol.93.*

Scriptura priuata, quas probationes requirat in terminis l. ſcripturas Cod. qui potior. in pign. habeant. *cap.111. n.1. & ſeq.* *fol.115.*

Scriptura recognitio per teſtes. Vide Recognitio.

Scriptura eſt de ſubſtantia contractus; quando fuit conuentum, vt in actu ſtipulationis Inſtrumenti aliquid ſoluatur, vel impleatur. cap.133. n.10. *fol.243.*

Antè ſcripturam contractus emptionis, & venditionis dicitur imperfectus, quoties fuit conuentum, vt in actu ſtipulationis certa pars pretij venditori ſolui deberet. c.133. n.21. *fol.244.*

Intellige, *quando nulla pars pretij antè ſtipulatum Inſtrumentum fuit ſoluta, ſecus ſi fuerit tradita Arrha. ibid.*

Scriptura, ſeù Inſtrumentum etiam, quod fuerit expreſsè conuentum, vt conficeretur, contractus emptionis dicitur perfectus, quoties pars pretij eſt ſoluta. c.133. n.20. *fol.244*

Scriptura poſtmodùm celebranda eſt de ſubſtantia contractus, ſtante pacto ſpecificè inito, quòd in Inſtrumento celebrando noua pacta, nouæque conuentiones perficiantur; cum dicantur pars pretij. c.133. n.11. *fol.243.*

Intellige, vt concluſio non procedat, quoties declaratio nouarum conuentionum non fuit collata in arbitrium contrahentium, ſed potiùs tertij, & de ratione. ibid. n.12.

Super Scriptura, ſeù Inſtrumento celebrando inita conuentio eſt de ſubſtantia contractus; quoties ſolemnitates ſtatutariæ ſunt adhibendæ in contractu Mulieris, & Minoris. c.133. n.14 f.243

Scripturam eſt præſumendum fuiſſe requiſitam ad perficiendum contractum, quoties habet plura capita, & pacta quibus difficilè inter contrahentes conueniri poſſet, niſi facta ſcriptura. ibid. n.15.

Sententia.

In ſententia forma præſcripta eſt ad vnguem, & præcisè adimplenda. c.178. n.1. *fol.438.*

Sententiam acceptans omnibus in ea contentis dicitur aſſenſum præſtitiſſe. ibid. n.2.

Sententia non poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari. ibid. n.3.

Præcipuè, quando eſt conditionata, & qualificata, in quo caſu dicitur indiuidua, & vnica. ibid. n.5. *fol.439.*

Sententia nocet cohæredibus, etiam non citatis, præcipuè non ignorantibus, litem diù agitari cū alijs cohæredibus. c.94. n.9. *fol.15.*

Sententia lata cum viro legitimo contradictore, ad quem Iurium dotalium defenſio principaliter pertinet, afficit ipſam vxorem. c.111. n.48 f.121

Sententia lata per Iudicem criminalem ſuper falſitate Inſtrumentorum dotalium præiudicat Mulieri citatæ. c.141. n.33. *fol.282.*

Per ſententiam ſublato principali, omne conſequtiuum cenſetur ſublatum; adeòut, neque noua actione peti valeat, cum actor in hac parte grauatus debuerit appellare. cap.118. nu.25. *fol.161.*

Sententiæ duæ habent vim trium ex Bulla S. M. Sixti V. *ſuper erectione Rotæ Maceratenſis. cap. 175. n.2.* *fol.428.*

Sententia eſt nulla, quoties eſt lata, præuia citatione vaga, & incerta, abſque expreſſione diei. cap 158. n.1. *fol.354.*

Idque procedit, non obſtante clauſula in citatione adiecta, & deindè cum continuatione, *quia, vel non ſubſiſtit ibid. n.2.*

Vel ſaltem protrahi valet citatio, & ferri ſententia ad ſummum poſt duos, vel tres dies ſequentes. ibid. n.2.

Sententia non lecta, neque publicata eſt nulla. cap. 139. n.10. *fol.270.*

Sententia à Iudice laico lata contra Clericum eſt ipſo Iure nulla. c.139. n.4. *fol.270.*

Sententia exceſſiua laborat vitio nullitatis, iniuſtitiæque. c.143. n.32. *fol.289*

Idque, etiam ſi exceſſus ſit in minimo; ibid. n.33.

Contraria procedunt, quoties ſententia continet plura capita, pluresque ſummas; ſecus, quādo eſt

do eſt ex omni parte indiuidua. ibid.n.34.

Vel quoties exceſſus non eſt in ſententia, ſeù mandato; ſed in ipſa exequutione; tunc enim nõ cauſat nullitatem ſententiæ; ſed ad ſummum eſt reuocanda exequtio in eo, in quo eſt exceſſiua. ibid.n.35. fol.290.

Seruitus.

Seruituti, tàm Ius naturale, quàm ciuile reſiſtit. c.175.n.39. fol.432.

Contra ſeruitutem, & pro libertate in dubio pronunciandum. c.175.n.41. fol.432.

Seruitus eſt concludenter probanda à contendente, illam ſibi deberi, cum hoc ſit proprium actionis negatoriæ, etiam ſi actor ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis. c.167.n.11. fol.401

Seruitutem ad probandam Teſtes ſingulares non admittuntur. c.175.n.8. fol.429.

Sed requiruntur ad minus duo Teſtes omni exceptione maiores, quia agitur de probatione contra præſumptionem Iuris. ibid. n.9.

Seruitus eſt probanda per demonſtrationes euidentiſſimas. c.175.n.10. fol.429.

Seruitutem ad probandam, ſiue vigore pacti, ſiue præſcriptionis exiguntur vrgentes, concludenteſque probationes, quia in contrarium viget Iuris præſumptio. ibid.n.11.

Seruitutis in materia concurrentibus vndique coniecturis præferenda ſunt indicia libertatis. ibid. n.12.

Seruitutis coniectura ceſſat, quoties reddi valet ratio poſſibilis, veriſimiliſque pro libertate. cap. 175. n.33. fol.431.

Seruitutem non competere Aduerſario ſufficit actori, etiam non poſſidenti allegare, idque ex natura actionis negatoriæ. c.175.n.13. fol.429.

In ſeruitute bona non præſumuntur conſtituta; ſed potiùs in libertate iuxtà primæuum ſtatum naturæ. c.172.n.12. fol.420.

Contra ſeruitutem, & pro libertate ſtat Iuris præſumptio. c.169. n 9.f.410.& c.175.n.7.f.429.

Ex ſeruitute præiudicium reſultans eſt grauiſſimũ. c.169. n.12.fol.420. & c.175.n.40.fol.432.

Seruitutem recipere non valet feudum abſque Domini aſſenſu. c 169 n.16. fol.410.

Seruitutes negatiuæ non acquiruntur; niſi, præcedente prohibitione, ſubſequtaque acquieſcentia prohibiti, poſtquàm ſit elapſum tempus ad præſcribendum neceſſarium. c.172. n.6. fol.419.

Seruitutem negatiuam ad probandam, cui Iura reſiſtunt; vnica non attenditur negatiua. c.172. n.15. fol.420.

Seruitus paſſiua itineris minuit ualorem Prædij. c. 140.n.5. fol.275

Seruitus Itineris, & Viæ per fundum uicinum, prędio empto, ſemper in uenditione intelligi debet reſeruata. c.181.n.9. fol.417.

Seruitus diſcontinua non poteſt præſcribi, niſi lapſu temporis immemorabilis. ibid.n.11.

Secus uerò, quoties agitur de conſeruatione Iuris tranſitus in re propria. c.181.n.13.f.417.

Seruitus accedendi ad Furnum, uel Molendinum Baronis, ex quibus coniecturis præſumatur. cap. 175.n.27. fol.431.

Seruitus Iuris paſcendi. Vide Paſcendi Ius, ſiue ſeruitus.

Simonia.

Simonia in Beneficialibus reſultat ex correſpectiuitate actuum reſpectu reſignantium. c.189.nu. 28. fol.490.

Simulatio.

Simulatio probatur à priori, & poſteriori. c.164. n.26. fol.393.

Simulationem, & fraudem declaratio præcedens ſatis, ſuperque probat. c.164. n.24. fol.393.

Simulatio præſumitur ex cautelis nimis affectatis, & præuentiuis. c.178. n.19. fol.441.

Singula.

Singula ſingulis ſunt congruè referenda. c.191.nu. 53. fol.507.

Singularis.

Singularis ſermo ſuaptè natura ad plures non adaptatur. c.119.n.40. fol.171.

In ſingulari numero concepta conditio, vt putà, ſi ſine filio deceſſeris, verificatur in plurali, ſi mors euenerit, pluribus relictis filijs. ibid.n.44 f.173

In ſingulari etiam numero Primogeniti vocatio eſt referenda ad omnes Primogenitos in numero plurali in infinitum. ibid.n.46.

Singularitas.

Singularitas quandoque in pluralitatem reſoluitur, & è contrà. c.119.n.45. fol.172.

Singularitas eſt reſoluenda in pluralitatem; quando eadem militat ratio. ibid.n 43.

Socer.

Socer locum patris obtinet. c.128.n.19. fol.462.

Socer, quòad beneficium, deducto ne egeat. Vide Beneficium deducto ne egeat.

Societas.

In Societatis contractu bona fides debet exuberare. c.101.n.13. fol.47.

In ſocietate apponi valent quæcumque pacta ſocijs benè viſa, quoties directè ſubſtantiæ, naturæq; ſocietatis non aduerſantur. c.156.n.2.fol.345.

Idque, etiam ſi pacta in alijs ſocietatibus fortaſsè apponi non ſint ſolita ibid.n.3.

Societas dicitur contracta, quoties vnus ex ſocijs ponit capitale, alter verò perſonæ induſtriam. c.99.n.5. fol.36.

In ſocietatis eodem contractu pactum contemporaneè, & correſpectiuè initum, quòd capitale ab vno ex ſocijs collatum manuteneatur ſaluum, an, & quando ſubſtineatur. c.96. nu.6. & ſeq. fol.36. & ſeq.

Societas modo, quo ſupra contracta præſumitur ſimulata in fraudem vſurarum. c.99. n.6. & ſeq. fol.36 & ſeq.

In ſocietate trinus contractus à Moralibus ità nuncupatus, an ſubſiſtat, & quomodò illius forma explicetur. c.99.n.9. & ſeq. fol.37.

Prædicta forma contrahendi in eorumdem Moralium ſententia ſubſtinetur, quàmuis fiat contemporaneè cum eadem perſona. ibid.n.10.

Re-

Digitized by Google

I N D E X

Reprobatur huiuſmodi ſententia. ibid. n. 11.

Societatis contractus tamquàm feneratitij damnantur à Bulla S.M. Sixti V. 45. in ordine, in quibus legitur facta conuentio, quòd capitale ſit ſaluum, quòdque ſuper eo pars lucri cõueniatur. c. 99. n. 12. fol. 37.

In ſocietate capitalis aſſecuratio cum conuentione certi lucri in ſententia Nauarri eſt permiſſa: per huiuſmodi enim taxationem intelligitur conſocius liberatus à redditione rationis, & dicitur ſuſceptu alea maioris lucri. c. 99. n. 14. fol. 38

Intellige, Nauarri ſententiam poſſe procedere; Vel quando, ſemota aſſecuratione certi lucri in quantitate, pro periculo ſortis ſuſcepto ab ultero ſocio aliquid eidem ſocio remittitur, ut demùm maior ſit portio lucri in quota fauore conſocij recipientis periculum ſortis. ibid. n. 15.

Secus aſſerendum, quando correſpectiuè ad ſocietatem initam in vno, eodemque contracta fiat aſſecuratio capitalis, cum conuentione certi lucri non in quota; ſed in determinata quantitate. ibid. n. 17.

In ſocietate, quando huiuſmodi pacta ſuper capitali ſaluo fiant ex interuallo, ceſſat iniqui fænoris præſumptio. c. 99. n. 18. fol. 38.

Societatis in fine conuentio de reſtituendo capitali, ad ſaluandum contractum ab uſuraria prauitate, interpretari debet. quoties capitale ex aliquo caſu fortaſſe diminutum non reperiatur. cap 99. n. 20. fol. 28.

Intellige, vt concluſio fortaſsè procedere valeat, ſi ſimpliciter in fine ſocietatis fuerit conuẽta capitalis reſtitutio. ibid. n. 21. fol. 39.

Secus, quando ſpecificè fuit inita conuentio, vt capitale ſit ſaluum, hoc enim caſu huiuſmodi conuentio non poteſt recipere hunc intellectum. ibid. n. 22.

Societate finita, in quo vnus ex ſocijs poſuit capitale, alter operam, & induſtriam perſonæ, poteſt ſocius, qui poſuit operam, prætendere diuiſionem eiuſdem capitalis, vtpotè effectum commune. c. 99. n. 24. fol. 39.

Præcipuè, quoties æſtimatio, induſtriæ ab vno ex ſocijs adhibitæ æquiualet valori pecuniæ ſeà ſortis ab altero ſocio collatæ. ibid. n. 25

Societatis natura conuenit, vt quilibet ex ſocijs conueniri poſſit in ſolidùm; alter enim ab altero mandatum habere præſumitur. c. 94. n. 3. fol. 14.

In ſocietate incidenti ſocius non tenetur inſolidùm, ſed tantùm pro virili, niſi contrarium in ſpecie ſit actum. ibid. n. 4.

Societati, adhoc, vt creditor dici valeat crediſiſſe, neceſsè eſt, quòd conſtet, habuiſſe animum, etiã obligandi conſocium, proindèque ſocios omnes voluiſſe ſibi eſſe obligatos. c. 100. n. 4. fol. 41

In ſocietate etiam in communi parum eſſet omnia retinere, ſi poſteà vnuſquiſque rationem reddere deberet de fructibus, lucris, & expenſis. cap. 158. n. 4. fol. 354

A ſocietate licet recedere, ſi promiſſa à ſocio non ſeruentur, cum id ſit ſpeciale in ſocietate. c. 158 n. 16. fol. 356.

A ſocietate licèt recedere, quoties inter ſocios ſunt ortæ rixæ, & diſcordiæ. c. 158. n. 17. fol. 356.

Societas, Officij.

Societatem Officij ad conſtituendam, quæ requirantur. c. 157. n. 15. fol. 351.

Societas Officij reuera intelligitur contrahi ſolùmmodò inter dantem pecuniam, & Officialem. c. 157. n. 25. fol. 353

Societatis Officij naturæ repugnat illam inire cum non habente rem, & Officium. c. 157. n. 26. f. 353

In ſocietate Officij fideiuſſores accedere valent. cap. 156. n. 1. fol. 345

Societatis Officij etiam pro fructibus fideiuſſores apponi valent. c. 156. n. 4. fol. 345.

In ſocietate Officij valet conuentio de præſtandis fideiuſſoribus in caſu moræ. c. 146. n. 9. fol. 346.

In ſocietate Officij pactum de præſtandis fideiuſſoribus, eueniente caſu moræ in ſoluendis fructibus, non poteſt dici eliſum per aliud pactum immediatè ſubſequens, quòd in caſu moræ debitor ad nihil teneatur, præterquàm ad ſolutionem fructuum decurſorum, & non ſolutorum. c. 156. n. 16. fol. 346.

Societatis Officij fructuum per receptionem intelligitur tantùmmodò remiſſam onus renouandi fideiuſſores pro eo ſolùm tempore, quo illi fuerunt percepti. c. 157. n. 19. fol 352

Limita, quando aliqua concurrit coniectura, vt creditor, etiam pro tempore futuro remittere voluerit. c. 157. n. 20. fol. 352.

Societatis Officij debitor ex duplici mora in non renouando fideiuſſores, & non ſoluendo fructus anticipatè, iuxtà præciſum eius obligationem, commodum conſequi nõ debet. c. 157. n. 18 f. 352.

Societatis Officij non eſt ſolemnitas intrinſeca renouatio fideiuſſoris, quæ eſt perfecta, quamuis fideiuſſores non acceſſerint. c. 157. n. 16. fol. 351.

In ſocietate Officij fideiuſſoris renouatio, cum reſpiciat creditoris vtilitatem, non debet in eius odium retorqueri. c. 157. n. 17. fol 352

In ſocietate Officij admitti conſueuerunt qualibet ſtipulationes, & pacta, quæ ad maiorem ſecuritatem, faciliorem que fructuum exactionem pertinent. c. 156. n. 9. fol 346.

In ſocietate Officij in primo ſemeſtri, in quo non fuit præſtitus fideiuſſor, quamuis debitor pecuniam ſuperlucrari non valeat, nihilòminus, an teneatur creditor bonificare, vel reſtituere fructus anticipatè perceptos. c. 157. nu. 9. & ſeqq. fol. 351.

Societas Officij, fideiuſſore non præſtito in caſu non ſolutionis fructuum, adhuc dicitur durare ad fauorem creditoris, qui ex parte ſua adimpleuit, licèt in damnum debitoris implere negligentis lucro locus eſſe non valeat. c. 156. n. 21. fol. 347

In ſocietate Officij fructus in ſatis exceſſiua quantitate, non niſi ratione periculi ſortis amittendæ licitè percipiuntur. ibid. n. 17.

Societatis officij fructus non eſt incompatibile, vt debeantur ad rationem conuentam pro ſemeſtri anti-

Digitized by Google

anticipato, quòdque pro eodem tempore creditor non ſubeat periculum amittendæ ſortis. cap. 156 n.20. fol. 347.

In ſocietate Officij periculum vitæ poteſt quandocumque transferri, etiam ſi tunc temporis reperiatur infirmus is, ſub cuius vitæ periculo extabat ſocietas. c.156 n.3. & 34. fol. 348.

Contraria procedunt, ſemoto pacto ſpeciali, in quo caſu intelligenda Reformatio S. M. Pauli V. mandans, translationem periculi debere fieri per quindecim dies antè. ibid. n.32.

In ſocietate Officij facultas transferendi periculum vitæ eſt conſueta reſeruari ad effectum ponendi pecunias in capite alterius, de cuius longiori uita ſit confidendum. ibid. n.33.

Societatis Officij creditor ob translationem periculi non dicitur remiſiſſe promiſſionem ſibi factam de præſtandis fideiuſſoribus. ibid. n.35. fol. 349.

In ſocietate Officij lucrum, quis conſequi non valet, qui contractum non impleuit. c.156. nu.7. fol. 345.

Idque non obſtante impoſſibilitate, quæ excuſat à pœna, non autem, vt poſſit agi ad lucrum. ibid.

In ſocietate Officij, licèt creditor ſit alioquin tutus propter alios obligatos; nihilòminus excluditur lucrum contra debitorem non implentem. cap. 156. n.29. fol. 348.

In ſocietate Officij implementi non ſequuti exceptio opponi non valet ad impediendum lucrum, quãdo implementum eſt promiſſum in ſeparato contractu inter Officialem, & recognoſcentem bonã fidem. c.92. n.19. fol. 4. & c.157. n.24. fol. 352.

Societatis Officij ex contractu non impleto, licèt debitor lucrum conſequi non valeat; non tamen indè creditor, qui contractum ex parte ſua adimpleuit, fructus ſocietatis percipere prohibetur. c.157. n.4. fol. 350

In ſocietate Officij, licèt non fuerit præſtitus fideiuſſor à debitore, nihilòminus ſocietas adhuc durat ad fauorem creditoris, qui impleuit; atque adeò debentur fructus. c.157. n.5. fol. 350.

Affertur ratio n.16 fol. 351. & n.17. f. 352.

Societatis Officij debitor non ſemper lucratur ſortem, quando non fuit facta conuenta fideiuſſoris renouatio ratione reſolutionis contractus, ſed potiùs ob defectum implementi. ibid n.7 f. 351.

In ſocietate Officij lucro non eſt locus, contractu non impleto, non ratione reſolutionis eiuſdem contractus; ſed potiùs deficientis implementi. c.156. n.22. fol. 347.

In ſocietate Officij exceptio non implementi in præſtandis fideiuſſoribus, impediens lucrum fauore debitoris, dicitur remiſſa, ſtante receptione fructuum facta à creditore. c.156. nu.23. fol. 347. & c.157. n.19. fol. 352.

Rursùs intellige, vt fructuum perceptio ſit ſolùm operatiua, quòad remiſſionem implementi, ſi caſus periculi contingat in eo ſemeſtri, & durante illo termino, pro quo in toto, vel in parte fuerunt fructus recepti, vel ſaltem petiti, non autem influit in tempus præſens. ibid. n.25. fol. 348.

Contraria procedunt, quoties, ex coniecturis poteſt deprehendi præſumpta remiſſio nõ implementi, etiam in futurum. ibid. n.26.

Socius.

Socius, vt valeat conſocium obligare, requiritur, vt cum eo contrahens contempletur perſonam ſociorum, eorumdemque etiam intuitu ſtipuletur. c.100. nu.5. fol. 41.

Socius ſolus adminiſtrans pro Inſtitore habendus, & vti Inſtitor iudicandus, quòad portionem ad ſocium ſpectantem. c.101. n.21. fol. 48.

Socius, adhoc, vt ex contractu conſocij obligetur, duo copulatiuè requiruntur, videlicet, mandatum, quòdque ſocietatis nomine ſe obligauerit. c.100. n.2. fol. 41.

Socius ex contractu per ſocium nomine proprio initum non obligatur. ibid. n.3.

Socius ex cambio per alterum ſocium nomine proprio contracto non obligatur. ibid. n.4.

Socius, tamquàm tertius poteſt mutuare ſocietati ſub vſuris. c.100. n.11. fol. 42. & c.101. n.25. fol. 48.

Socius, quando dici valeat Inſtitor. c.101. n.21. fol. 48.

Socius, qui credit ſocietati differt à non ſocio, quò ad facultatem capiendi ad cambium cum ſe ipſo, & quòad interpellationem faciendam. ib. n.26.

Socius tenetur ex contractu inito cum ſocio contemplatione rerum ad ſocietatem pertinentium. c.100. n.13. fol. 42.

Idque etiam ſi contractus fuerit initus nomine proprio, nomenque ſocij non fuerit expreſſum. ibid. n.14

Socij mandatum non habent vltrà limites verborum contentorum in capitulis initæ ſocietatis, quorum forma ad vnguem ſeruanda. c.101. n.5 fol. 47.

Socius cenſetur habere mandatum ad ea tantùm, quæ naturam contractæ ſocietatis concernunt, neque dicitur habere mandatum ad ea negotia peregenda, quæ ipſi ſocietati ſunt damnoſa. cap 100. n.17. fol. 43.

Socio tributa facultas ab altero ſocio accipiendi ad cambium, pecunias ab alijs pro indigentijs ſocietatis, non poteſt exerceri, niſi altero ſocio interpellato. c.101. n.3. fol. 46.

Contrarium, quòd, data facultate cambiandi, liceat ſocio accipere pecunias ad cambium, ſine alia interpellatione conſocij. ibid. n.8. fol. 47.

Intellige, quando facultas eſt ſimpliciter tradita; ſecus, quando eſt conceſſa ſub conditione; tunc .n. omninò requiritur interpellatio. ib. n.9.

Socio legis mandatum datum accipiendi pecunias ſub vſuris pro indigentijs ſocietatis intelligi debet præuia interpellatione. c.101. n.33. fol. 49.

Socius certioratus de indigentijs ſocietatis, ſcienſque debitum eſſe ſub vſuris. poteſt ſuæ conſulere indemnitati. ibid. n.11. fol. 47.

Socius vt conſumat conſocium, ponendo eum ſub vſuris, non patitur bona fides, quæ in contractu ſocie-

Digitized by Google

ſocietatis exuberare debet . ibid. n.13.

Inter ſocios hoc tacitè videtur actum , & conuentum, vt vnuſquiſque valeat vtiliter, & neceſſariò in cauſam ſocietatis impendere. ibid. n.27. fol.49.

Socio non competit facultas cambiandi cum ſe ipſo ; niſi fuerit expreſsè conceſſa. c.97. n.14. fol.48. & n.34. fol.49.

A ſocio tributa facultas alteri ſocio accipiendi pecunias ad cambium ab alijs pro indigentijs ſocietatis , non extenditur ad cambia per ſocium à ſe ipſo capienda. c.101. n.15. & 20. fol.48.

Socio non licet in re communi , altero ſocio inuito , ædificare. c.160. n.50. fol.369

Socius inhabitans domum in communi cum alio ſocio non poteſt inducere perſonam turpem. cap.160 n.19. fol.367.

Socius in locatione rei communis eſt præferendus , quãdo alter ſocius vult locare partem in damnũ, odiumque alterius ſocij. c.160. n.21. fol.367.

Socio competit prælatio in locatione domus communis , vbi vult inhabitare , ſecus ſi habitare nolit. c 160. n.23. fol.367.

Socius pro ſuo capitali poſito in ſocietate eſt præferendus omnibus creditoribus cõſocij. c.100. n.26. fol.43.

Socius, finita ſocietate , poteſt ſuum capitale à conſocio repetere ibid. n.25. fol.44.

Nam extrahere capitale in fine ſocietatis, cõuenit regulæ, naturæque euſdem ſocietatis. c.100. n.26. fol 45.

Socius ad hoc, vt capitale in pecunia erogatum conſequi debet tempore diſſolutæ ſocietatis , ſi pecunia non exiſtunt, debent vendi merces. c.100. n.26. fol.45.

Socius erogans pecunias in ſocietate, an , & quando debeat ex illius mercibus ſibi ſatisfacere. cap.110. n.29. & 31. fol.45.

Socius antè redditas rationes non poteſt dici debitor alterius ſocij. c.99. n.23. fol.39.

Contra conſocium agi debet ad redditionem rationis ad effectũ inſpiciendi an capitale ex aliquo accidẽti ſit diminutum , nam alioquin non poteſt dici debitor ſortis. c.99. n.23. fol.39.

Socius, quòad actionem de in rem verſo. Vide Actio de in rem verſo. Verſio.

Socius quòad cenſum. Vide Cenſus.

Socius cum Fiſco. Vide Fiſcus.

Socius, quòad communionem Muri. Vide Murus.

Solemnitas.

Solemnitates ſtatutariæ requiruntur ratione præiudicij. c.194. n.8. fol.521.

Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur , quoties Mulier, vel Minor vtiliter contrahunt. c.182. nu. 34. fol 465.

Solemnitates ſtatutariæ non ſunt adhibendæ quando Mulieres, vel Minores recipiunt , licèt per actum fictum à lege. c.182. n 37. fol 465.

Solemnitatum ex ſtatuto requirendarum in materia, damnum , vel læſio Mulieris conſiderari debet, tempore contractus, non autem ſi poſteà damnum ſentiat, vel lædatur. c.182. n.42. fol.465.

Abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs an poſſit Mulier , vel Minor nouare contractum. Vide Nouatio.

Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in actibus Iudicialibus. c.182. n.44. fol.466. Vide Nullitas.

Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in renunciatione ob cauſam ingreſſus in Monaſterium Regulare. c.194. n.5. fol.521.

Solemnitatibus ſtatutarijs non ſubiacet donatio contemplatione certi matrimonij facta ex neceſſitate, ſecus ex voluntate. c.110. n.8. fol.110.

Reprobatur huiuſmodi ſententia diſtinguens inter cauſam neceſſariam , & voluntariam. ibid. n.10. & ſeq.

Solemnitates requirentia ſtatuta in donationibus reſpiciunt potiſſimùm fraudem , qua ceſſante, ceſſat etiam ſtatuti diſpoſitio. c.110. n.18. fol.111.

Fraudis ſuſpicio ceſſat in donatione, ſtante Iudicis interuentu , qui, cauſa cognita, donationem, tamquàm validã inſinuari mandauit . ibid. n.19.

Solutio.

Solui non poteſt aliud pro alio, inuito creditore. cap. 100. n.32. fol.45.

Pro ſolutione habetur , quidquid ex contrahentium conuentione datur. c.126. n.50. fol.209

Solutionem non poteſt obijcere, ſi quis alleget , pecuniam non fuiſſe numeratam, cum id valdè differat à ſolutione. c.93. n.29. fol.11.

Solutio optimè comprobatur ex coniecturis. c.155. n.2. fol.341.

Solutionis præſumptio inducta à ſtatuto non vindicat ſibi locum , quoties adducitur contraria præſumptio præponderans. c.93. n.36. fol.12.

Solutionis præſumptio , ſeù coniectura reſultat , ſi creditor longo temporis interuallo ſuum creditum petere diſtulerit. c.155. n.3. fol.342.

Solutio præſumitur ex tarda productione crediti cap 141. n.16. fol.280.

Intellige , alijs contrarijs coniecturis non concurrentibus. ibid. n.17.

Solutionis eadem coniectura ex lapſu temporis reſultans fortiùs vrget, ſi creditor à debitore adhuc inter viuos exiſtente creditum non petijt ; ſed potiùs ab hæredibus de ſolutione non conſcijs . ibid. nu.4.

Huiuſmodi coniecturam Interpretes vrgentiſſimam, fortiſſimamque appellant . ibid.

Solutio præſumitur , quando expectatur mors principalis inſtructi. c.95. n.27. fol.22.

Intellige huiuſmodi præſumptionem non procedere , niſi in creditore differente agere poſt mortem debitoris, non autem in debitore conuento & de ratione. ibid. n.28.

Solutionis præſumptio oriens ex lapſu temporis ceſſat, quoties impugnatur debitum , vel contenditur non deberi. c.93. n.39. fol.12.

Solutionis præſumptionem ad inducendam præſumptio elicita ex curſu temporis , nec non ex morte creditoris, & debitoris ſola non ſufficit; niſi interceſſerit tempus ad præſcribendum ſufficiens , nam alioquin fruſtratoria eſſet præſcriptio . c.93. n.40. fol.12.

Solutio non præſumitur ex diuturnitate temporis ; niſi fuerit ſufficiens ad præſcribendum. ibid. n.41.

Solutionis præſumptio oritur, quoties creditor inops à debitore diuitijs affluente tamdiù creditum petere diſtulerit. c.155. n.5. fol.342.

Præcipuè, ſi creditor erat mercator non aſſuetus pecunias tenere otioſas. ibid. n.6.

Solutionis præſumptio oritur ex compenſatione crediti non oppoſito per debitorem. c.141. nu.13. & ſeq. fol.279. & c.155. n.9. fol.342.

Nam non videtur veriſimile, vt qui ſe creditorem alterius contendit , fateatur ſe illius debitorem. ibid. n.10.

Solutionem ad præſumendum non requiruntur conіecturæ enumeratæ in l. Procula, ff. de probat. *cuius diſpoſitio ſolum procedit, in remiſſione debiti, ſed ſufficiunt aliæ leniores. c. 155. n. 16. fol. 334.*

Solutionem ad præſumendum leniores ſufficiunt coniecturæ, quàm ad debiti remiſſionem. ibid. n. 17.

Solutionis præſumptio, & remiſſio debiti ſunt termini inter ſe omninò diuerſi. ibid. n. 18.

Solutio, licèt iuſſu Iudicis facta à debitore, dicitur vltronea, neque ſoluentem liberat, quoties non præceſſit non ſolùm denunciatio creditori facienda, ſed etiam debitoris contradictio; qua non obſtante, Iudex mandauerit, vt ſoluat. c. 115. n. 23. fol. 146.

Idque etiam procedit in ſoluente, vel reſtituente dotem, Iudice ità mandante. ibid. n. 24.

Idemque aſſerendũ in ſequeſtratario. ibid. n. 25.

Solutio facta vigore colluſiuæ ſententiæ non liberat ſoluentem, ſtante mala fide, quæ de Iure Canonico, quamcumque impedit præſcriptionem. c. 115. n. 28. & duob. ſeqq. fol. 146.

Solutionis certus modus inſubſiſtens, quoties allegatur fruſtrà recurritur ad iniquiſſimum præſcriptionis præſidium. ibid. n. 36. fol. 147.

Solutio in quam cauſam cedere debet, potiſſimùm dependet à coniecturis, illæque ſunt inſpiciendæ antèquàm deueniatur ad præſumptionem de duriori cauſa, vel antiquiori. c. 144. n. 15. fol. 293.

Solutio in dubio præſumitur facta pro debito antiquiori, etiam ſi pro recentiori maiores ſoluantur vſuræ. c. 144. n. 1. fol. 291.

Idque etiam procedit in terminis Mercatoris creditoris eiuſdem debitoris in duabus ſummis, quarum vna erat altera antiquior. ibid. n. 2.

Solutionis dies attenditur, non autem contractæ obligationis adhoc, vt vnum debitum dici debeat altero antiquius. c. 144. n. 3. fol. 391.

Solutum priùs præſumi debet antiquius creditum, & pro reliqua rata creditum poſterius ibid. n. 4.

Contrarium aſſerendum, quando quantitas ſoluta non valeret adaptari, neque vtrique debito eſſet proportionata. ibid. n. 6.

Vel quia ſumma ſoluta adamuſſim reſpondet alteri cauſæ, quo caſu in eãdem cauſam præſumi debet facta ſolutio. ibid. n. 8.

Solutio, quoties fit creditori ex pluribus, diuerſiſque cauſis, & ab eodem coaceruatim fit confeſſio de recepto, intelligi debet facta ſolutio pro rata cuiuslibet debiti. c. 144. n. 8. fol. 292.

Secus verò, quando vna cauſa eſt anterior in tempore ſolutionis alteri creditori. ibid. n. 10. fol. 293.

Solutio pecuniæ ſemper cedit in partem anteriorem; non autem in vniuerſitatem debiti. c. 144. nu. 11. fol. 293.

Solutio facta ex pecunia redacta ex pignore non cedit in vniuerſum, ſed tantùmmodò pro illa parte, pro qua fuit pignus acceptum. c. 144. n. 12. fol. 293

Amplia non obſtantibus verbis ad computum emiſſis in receptione facta à creditore, ſolùm denotantibus ſimplicem demonſtrationem debitæ quantitatis, nullatenus Iuris alterata diſpoſitione. ibid. n. 13.

Solutio, etiam ſi ſit relatiua ad Inſtrumentum; cedere debet in primam illius partem, deindèque in ſecundam. ibid. n. 14.

Solutio fieri non poteſt in bonis communis debitoris creditoribus poſterioribus in præiudicium anteriorum. c. 147. n. 7. fol. 303.

Solutio vbi non admittitur, non admittitur compenſatio. c. 147. n. 6. fol. 302.

Solutio facta Procuratori, hæredi; ſeù Prælato putatiuo ſoluentem liberat. c. 127. n. 16. fol. 214.

Vide alia Delegatio.

Soluens.

Soluens non oppoſita compenſatione, non prohibetur petere, quod ſibi debetur. c. 141. n. 15. fol. 280. & c. 155. n. 11. fol. 142.

Quinimò competit condictio indebiti ad repetendum ſoluenti. ibid. n. 12. fol. 343.

Soluere promittentis obligatio, ſi debitor non ſoluat, eſt ſubordinata, & acceſſoria, ideòque non eſt neceſsè, quod reus deſinat poſſe, ſed quod reus non ſoluerit. c. 142. n. 4. fol. 284.

Soluens regulariter non debet eſſe ſollicitus, & curioſus, vt pecuniæ ſolutæ in cauſam vertantur expreſſam, quoties huiuſmodi onus recipienti; non autem ſoluenti reperitur iniunctum. c. 127. n. 11. fol. 213.

Soluens partem debiti nullo Iure ſibi præiudicat in alia parte non ſoluta, neque illam videtur, tamquam debitam agnouiſſe. c. 102. n. 25. fol. 54.

Soluens partem debiti cenſetur, vti verum debitum agnoſcere, cum præſuppoſito, quòd totum debitũ ſit incontrouertibile, & certum, quòad debitorem, qui partem illius ſoluit c. 102. n. 26. fol. 54.

Spolium Clericorum. Vide Fructus Beneficii.

Sponſalia.

Sponſalia contracta inter prohibitos, ob Iuris reſiſtentiam ſunt ab initio nulla. c. 111. n. 19. fol. 117.

Sponſalia inita inter prohibitos contrahere matrimonium abſque Apoſtolica diſpenſatione ſunt nulla ab initio, neque dici valent conſtituta in ſtatu implicito validitatis. ibid. n. 9. fol. 116. & nu. 19. fol. 117.

Spontè.

Spontè fieri dicitur, quòd fit motu proprio, & liberè, & ad nullius petitionem. c. 163. n. 19. fol. 386.

Præcipuè, quando lex cogit, & arctat vltra requiſitionem. ibid n. 20.

Spontè factum non dicitur, quando non poteſt recuſari, quod petitur. ibid. n. 21.

Spontè confeſſus non poteſt dici confitens per torturam. c. 163. n. 25. fol. 387.

Spontè, ſeù vltrò, ſi per ſtatutum aliquod fieri requiratur, conſtituendo præmium, non conſequitur illud, qui coactus, vel ex officio fuerit, vt Iudex, vel ſimilis. c. 163. n. 26. fol. 387.

Statutum.

Statutum aliquid omittens, cenſetur noluiſſe includere. c. 160. n. 43. fol. 369

A Statuto caſus omiſſus remanere debet in diſpoſitione Iuris communis. c. 114. n. 32. fol. 141.

Statuti vna pars declarat aliam. ibid. nu. 7. fol. 138. & n. 29. fol. 140.

Statuti ad declarationem Rubrica deſeruit. ibid. nu. 15. fol. 139.

Statutum loquens in caſu ſimplici, non habet locum in caſu mixto. c. 164. n. 16. fol. 392.

Statutum, quoties eſt pœnale ſtrictiſſimè debet intelligi omninò reiecta qualibet extenſione, etiam ex identitate, vel maioritate rationis reſultante. c. 179. n. 6. & ſeq. fol. 443.

Statutum correctorium Iuris communis non valet extendi ad caſum fictum, qui non habet eumdem effectum. c. 114. n. 21. fol. 140.

A ſtatuto ad Teſtatoris voluntatem valet argui, & è con-

Digitized by Google

contra. c.114. n.35. fol.141.

Statutum diſponens, quòd Inſtrumenta habeãt executionem paratam, non intelligitur contra tertium. c.153. n 6. fol.332.

Statutum loquens de cambio, non comprehendit literas cambij, cum de eis, vtpotè priuilegiatis, ſpecialis mentio fieri debeat. c.93. n.34. fol.12.

Statutum loquens de venditione rerum immobiliũ, non habet locum in impoſitione cenſus. cap.132. nu.5. fol.239.

Statutum, quoties in donatione alternatim requirit, vel præſentiam Iudicis, vel proximiorum; ſufficit, vnum ex his concurrere. c.110. nu.20. fol.111.

In Statuto ſe fundans illius vſum plenè, & concludenter probare debet. ibid.n.32. fol.112.

Statutum vſu receptum præſumitur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi. ibid.n 33.

Intellige in Statuto abſque clauſula conditionali confirmato, quatenus ſit vſu receptum; non autem in Statuto præcisè vſum requirente. ibid.n.34.

Statutum dici debet ſublatum ex ſolo ſpatio decennij per non vſum habentem actum contrarium implicitum, quamuis etiam ſtatutum fuiſſet aliàs obſeruatum. c.110. n.28. fol.112.

Statuti vſus contrarius probatur ex pluribus actibus geſtis abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs. ibid.n.29.

Statuti confirmatio præſumi debet in forma communi. ibid.n.30.

Statuti confirmatio non continens clauſulam ex certa ſcientia, ſed quatenus ſit vſu receptum, dicitur conditionalis. ibid.n.31.

Statutum, ſi diſponat, vt, ſoluto matrimonio, dos apud filios remaneat, intelligi debet, quando matrimonium per mortem vxoris ſoluitur, ne ſequatur abſurdum, quòd mulier indotata remaneat. c.112. n.36. fol.131.

Statuta circa ſolemni, adhibenda in contractibus Mulierum, vel Minorum non habent locum, quãdo ipſi acquirunt, vel vtiliter contrahunt. c.116. nu.4. fol.148.

Secus aſſerendum in alienatione rei Eccleſiæ, in qua copulatiuè requiritur vtilitas, & ſolemnitas. ibid.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Statutum irritans obligationes Minorum, vel concedens reſtitutionem in integrum, innititur facilitati, ignorantiæque ipſorum Minorum, qui facilè ſeduci ſolent. c.113. n.1. fol.132.

Statutum, quoties mandat, vt fęminæ non dotatæ dotentur arbitrio duorum magis idoneorum conſanguineorum, intelligi debet, arbitrio boni viri, atque adeò de dote congrua à Iure regulanda. c.117. n.14. fol.155

Statutum, quoties in Rubrica, vel in Nigro loquitur ſimpliciter, & generaliter de dote, comprehendit etiam promiſſam. & non datam. cap. 114. n.1. fol. 136.

Statutum, quando, neque in Rubrica, neque in Nigro loquitur ſimpliciter de dote, ſed qualificatè de dote data; tunc in aliquorum ſententia, adhuc lucrum marito debetur de dote promiſſa. c.114. n.2. fol.137.

Contraria ſententia eſt receptior, vt ſtatutum loquens de dote data, excludat omninò lucrum in dote promiſſa, & dos promiſſa non ſit dos ſoluta. ibid. n.3.

Statutũ in Rubrica generaliter loquens de dote, cũ poteſt determinare Nigrum ad dotem promiſsãt licèt ſpecificè loquatur de dote data, c.114. nu. 17. fol.139.

Statutum loquens de dote data fortiùs excludit dotem promiſſam, quando nullum prorſus verbum obiter facit de dote promiſſa, neque in Rubrica, neque in Nigro. ibid.n.6. fol.138.

Statutarium lucrum non habet vnicam rationem onerum matrimonij, ſed varia poſſunt reddi rationes. ibid.n.7.

Ideòque non poteſt deprehendi argumentum ex identitate rationis ad extenſionem ſtatuti à dote data ad promiſſam. ibid.n.8.

Statutum, vel pactum, quando tribuit lucrum viro, ſi mulier in matrimonio decedat, & è conuerſo vxori, tunc ſi coniuges, eodem tempore moriantur, lucrum dotis eſt debitum hæredibus viri, & de ratione. c.181. n.29. fol.457.

Statutum diſponens, quòd Maritus lucretur certã partem dotis datæ, decedente vxore ſine liberis, eſt correctorium Iuris communis. c.114. nu. 10. fol.138.

Imò dici debet pęnale, vtpotè minuens Mulieris patrimonium. ibid.n.11.

Ideòque tanquàm correctorium, & pęnale non valet extendi, neque etiam ex identitate rationis. ibid. n.12.

In ſtatuto, quoties ratio onerum à viro ſupportandorum non legitur expreſſa, eò magis eſt concedenda extenſio ab vno caſu ad alium. ibid.n.13.

Statutum non comprehendit dotem promiſſam: ſed ſolùm datam, quoties ſtatuentes non ſolùm ſunt loquti de dote data, ſed etiam de dote reſtituenda, tàm in Rubrica, quàm in Nigro. ibid.n.14.

Statutum correctorium Iuris communis ſupponens dotem datam reſtituendam, excludit lucrum dotis promiſſæ; cum non poſſit dici reſtitui, quod datum non eſt c.114. n.16. fol.139.

Reprobatur contraria ſententia Saliceti. ibid.

Satutum, licet loquatur de dote reſtituenda, nihilòminus verbum Reſtituere poteſt impropriè accipi pro reſtitutione, ſeù retroceſſione actionis ad exigendam dotem promiſſam. ibid.n.18.

Secus aſſerendum, quando ſtatutum non loquitur ſimpliciter de dote, ſed, cum qualitate reſtitutionis einſdem expreſſa in Rubrica, & pluries in Nigro repetita. ibid.n.20.

Statutum mandans, reſtitui dotem, non extenditur ad actionem. c.114. n.22. fol.140.

Statutum, quoties in principio præſcribens modum reſtituendæ dotis addit verba, copulato matrimonio, quibus addit alia verba reſtituere, &

dare, ex his omnibus excluditur lucrum in dote promiſſa. c.114. n.28. fol.140.

Statutum, quoties in dotis reſtitutione in pecunia conſiſtentis tribuit anni ſpatium, apertè demonſtrat ſe intellexiſſe de reſtitutione dotis ſoluta, quia ad reſtitutionem dotis non ſoluta per retroceſſionem actionis non erat opus annuali dilatione. c.114. n.29. fol.140

Statutum, quoties ſubiungendo modum reſtituendi mobilia, vel immobilia, de reſtitutione actionũ non agit, ex hoc conuincitur cogitaſſe de dote ſoluta; non autem de dote non tradita, ſeù non ſoluta conſiſtente in ſola actione ad exigendum. ibid.n.31.

Statutum Vrbis lib.1. cap.130. cum loquatur per verbum Reuertatur, intelligi debet, vt dos reuertatur ad fratres de proprijs bonis dotantes, ſi inſtituantur, vel ab inteſtato ſuccedant; non autem contra voluntatem mulieris cum teſtamento decedentis. c.115. n.4. fol.143.

Statutum prædictum vti exorbitans eſt reſtringendum; adeò ut procedat, prædecedente Vxore; non autem viro. c.115. n.6. fol.144.

Statutum prædictum, vt locum habeat, neceſsè eſt, vt frater dotans expreſsè ſtipuletur dotem ſibi reſtitui; nam alioquin cenſetur per fratrem ſorori donata. ibid.n.8.

Statutum Vrbis lib.1. cap.112. expenditur. cap. 133. n.16. fol.243.

Statuto expoſcenti expreſſam ſtipulationem ſuper reſtitutione dotis fratri facienda, an dicatur ſatisfactum, ſi in Inſtrumento receptionis dotis inito cum ſponſo legatur conuenta dotis reſtitutio facienda Mulieribus, vel eius fratribus, vel quibus de Iure venit reſtituenda. cap.114.nu.9. fol.144.

Statutum Vrbis lib.1. cap.151. locum habet, nõ ſolùm in quatuor contractibus ibidem expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs, in quibus Mulier lædi poteſt. c.116. n.19. fol.150.

Statutum prædictum non comprehendit actum neceſſarium, ad quem Mulier, vel Minor compelli valent. c.182. n.32. fol.464.

Statutum prædictum non vindicat ſibi locum in actu, per quem Mulieres, vel Minores non alienant; ſed potiùs conſequuntur id, quod eiſdem debetur. c.182. n.33. fol.465.

Idque, etiam ſi recipiant per actum fictum à lege. ibid.n.33 & 37.

Statutum Vrbis lib.1. c.105. tribuens prælationẽ conſorti non afficit tamquàm laicale Clericum emptorem. c.160. n.5. fol.364.

De Statuto Bononiæ ſuper vſuris dotalibus Viduæ præſtandis poſt interpellationem. c.118. nu.39. fol.162.

De Statuto Ciuitatis Caſtelli, an, ipſo inſpecto, dos ſuccedat loco legitimæ. c.117. nu.12. & ſeqq. fol.154. & ſeq.

Statutum prohibens Forenſibus, ne poſſint acquirere ſtabilia, non extenditur ad hypothecas. cap.139. n.46. fol.273.

Statutum prohibens, bona alienari in non ſubditum, licèt in verbis venditorem tantùm, eiuſq; bona afficere videatur; non tamen comprehendit alienationem factam in Clericum. c.160. n.7 f.365.

Idque procedit, etiam ſi ſtatutum loquatur in rem, non autem in perſonam. ibid. n.8.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

A Statuto prohibente bona alienari in Forenſem rectè argui poteſt ad Statutum concedens prælationem conſorti. c.160. n.10. fol.366.

Statutum prohibens, quòd vir non poſſit legare uxori, & è contrà, non capit uxorem Forenſem legantem marito ſubdito. c.116. n.5. fol.149.

Statutum mandans, ut pignus contra debitorem exequutum debeat eſtimari, deindeque cum tertia parte pluris adiudicari creditoribus, ſi non fuerit ſeruatum, deliberatio eſt nulla. c.154. n.5. fol.338.

Statuta, quæ dant in ſolutum creditoribus res ſubhaſtatas cum lucro, ſeù augmento tertiæ partis, dicuntur rationabilia, atque adeò præcisè ſeruanda, quia in ſubhaſtationibus res viliori pretio diſtrahi ſolent. c.153. n.6. fol.338.

Statuta Vrbis condita de ordine Papæ, ab eoque confirmata, non comprehendunt Clericos; niſi de eis expreſſa, vel ſaltem æquipollens mentio facta fuerit. c.160. n.11. fol.366

Statuta Vrbis fuerunt à Papa confirmata; non tamquàm Papa, ſed uti Principe temporali Vrbis. ibid. n.14.

Statutum laicale concedens viam exequtiuam non comprehendit Clericos, quàmuis ſit rationabile. ibid. n.12.

Stillicidium.

Stillicidium à loco, vbi cadit, an ſpatium duorum pedum ſit relinquendum. c.163. n.36. fol.388.

Stillicidij, quanta ſit vis ad præſumendam muri proprietatem. c.176. n.4 f.433. & n.17. f.435.

Stipulator.

Stipulator in dubio cenſetur in contractibus ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus proſpicere voluiſse. c.109. n.5. fol.102

Secus in legatis, cæteriſque diſpoſitionibus ab vltima voluntate dependentibus, & de ratione diſparitatis. ibid. n.6.

Stipulatio.

Stipulationis naturæ non repugnat, vt partes contrahentes ſtipulentur pro ſe ipſis, ab acceptore verò fuerit ſuper addita alia perſona, præcipuè hæredum, quam Iura ſubintelligunt. c.106. nu. 28. fol.76.

In ſtipulatione interrogationis formam ſufficit, placuiſse promittenti, vel in ipſo actu reſponſionis, vel paulò poſt. c.106. n.29. fol.76.

Stipulatio, quæ adijcitur alicui contractui non immutat eius naturam. ibid. n.30.

Stipulatio in dubio cenſetur facta à Patre pro filijs, vti hæredibus, non autem vti filijs, quia id eſt patri vtiliùs. c.106. n.22. fol.75.

Stipulatio Patris pro filijs, vti hæredibus, ob quam rationem ſit patri vtilior. c.107. n.15. fol.88.

Stipu-

Stipulatio Patris pro filijs, vti hæredibus à Iure præſumpta æquè militat, ſi ſtipulatio legatur facta pro nepotibus, & vlterioribus deſcendentibus in infinitum. c.107. n.21. & ſeq. fol.89.
Stipulatio Patris in donatione pro filijs, an ſit intelligenda pro filiis vti hæredibus, vel vti filiis. Vide Donatio.
In ſtipulatione Patris pro filiis, & deſcendentibus, qualitas hæreditaria à Iure ſubintellecta intelligi debet, quemadmodùm qualitas hæreditaria expreſsè requiſita in primis uocatis ad bona donata, cenſeri debet repetita in ſequentibus. c.107. n.22. & ſeq. fol.89.
Stipulatio Patris pro ſe, & hæredibus legitimis, licèt ſit intelligenda de uenientibus ab inteſtato; tamen ſemper qualitas præſupponitur hæreditaria. ibid.n.9.
Stipulatio, ſi ex parte vnius fuit facta pro ſe, & hęredibus, talis etiam præſumitur pro parte alterius, ex natura correlatiuorum. c.109. nu.10. fol.104.
Stipulatio concepta pro ſe, ſuiſque filiis, et hæredibus quibuſcumque per vnicam orationem, qualificat verbum filiis. c.106. n.71. fol.83.
Stipulatio æſtimari debet non ſecundum futuri tẽporis ius, ſed potiùs præsẽtis. c.137. n.46. f.264
Stipulationis tempore ſufficit, quòd cauſa adfuerit, quoties non reſpicit tempus futurum, neque, illa ceſſante, ceſſat effectus. c.137. n.47. fol.264.
Stipulationis diuerſitas non facit præſumere diuerſitatem inter dotem, & donationem, quando in vtróque caſu eadem militat ratio. c.106. nu.65 fol.82.

Stornatio.

Stornatio, vt vulgò aſſerunt, partita inter Mercatores quid operetur. c.94. n.29. fol.18.

Stylus.

Stylus, quoties reſpicit ordinatoria Iudicij, probatur ex atteſtationibus extraiudicialibus Curialium. c.153. n.20. fol.334.
Secus aſſerendum, quando ſtylus reſpicit deciſoria; tunc enim requiritur probatio, quòd fuerit obtentum in contradictorio Iudicio. ib.n.21.
Stylus ſeruandus in ſubbaſtationibus, etiam ſi Iuri communi aduerſetur. ibid.n.18.

Subhaſtatio.

Subbaſtatio præſumitur valida. c.141. n.1. fol.278.
In ſubbaſtatione pacificè obſeruata per ſpatium lõgiſſimi temporis eſt pręſumendum, omnes neceſſarias ſolemnitates interueniſſe. cap.153. nu.16. fol.334.
Imò lapſus triginta annorum ſufficit. ibid.
Subbaſtatio vt ſit valida, quæ requirantur remiſſiuè. c.141. n.3. fol.278.
Res tanti valet, quanti in loco publico vendi poteſt, iuſtumque pretium dicitur, quod quis licitando conſequi poteſt. c.141. n.21. fol.280
In ſubbaſtatione res viliori pretio diſtrahi ſolent. c.154. n.6. fol.338.
In ſubbaſtatione exceſſus conſiderari debet prudẽtis Iudicis arbitrio. c.141. n.22. fol.281.
Subbaſtari poteſt res magni valoris pro debito maioris ſummæ, ceſſante magno exceſſu, reſtituto tamen debitori reſiduali pretio. ibid.n.23.
Poſt ſubbaſtationem, & adiudicationem, ſi debitor velit illam reſoluere in vim oblationis, ſeù ſolutionis debiti, non recuperat fructus medio tẽpore perceptos. c.123. n.6. fol.192.
In ſubbaſtatione tres licitatores requiruntur de ſtylo Curiarum Vrbis. c.153. n.17. fol.334
Subbaſtatio facta, omiſſis quibuſdam ſolemnitatibus à Iure communi requiſitis, omninò ſubſiſtit, quoties probatur ſtylus, ſeù ſtatutum illius Curiæ in contrarium; tunc enim cenſetur huiuſmodi ſolemnitatibus derogatum. ibid.n.18.
In ſubbaſtatione forma ſtatuti eſt ſeruanda, etiam quòd Iuri communi aduerſetur. ibid.n.10.
Subbaſtatio, habita fide de pretio, eſt nulla; cum debeat fieri præsẽte pecunia. c.153. n.37. fol.336
In ſubbaſtatione poteſt haberi fides de pretio, ſtante conſenſu creditoris, qui ſuum liberauit debitorem. ibid.n.40.
In ſubbaſtatione conſtitui non valet cenſus annui redditus, quia hoc eſt habere fidem de pretio. c.153. n.39. fol.336.
In ſubbaſtatione conditionalis oblatio non eſt admittenda in debito puro. ibid.n.38.
In ſubbaſtationibus ſtatuta, quæ dant in ſolutum creditoribus res ſubbaſtatas cum lucro, ſeù augmento tertiæ partis, dicuntur rationabilia; ideòque præcisè ſeruanda. c.154. n.6. fol.338.

Subingreſſio.

Subigreſſio realis in locum creditoris dimiſſi, adhoc vt locum habeat, quę requirantur. c.137. n.1. fol.259.
Subingreſſio in locum prioris creditoris dimiſſi locum habet, quoties primum creditum transfertur inextinctum, & adhuc viuens in ſecundum creditorem acquirentem, ſeù ementem, concurrentibus tribus requiſitis, de quibus Gloſ. in l.Ariſto. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. ibid.n.2.
Idque non ſolùm, quòad ſortem, de qua non eſt controuerſia; ſed etiam quòad fructus poſtmodùm decurrendos. ibid.
Itaut, quemadmodùm creditum erat fructiferum penes primum creditorem, ità etiam remaneat penès ſecundùm. ibid.
Subingreſſio datur de cenſu in quodlibet aliud creditum fructiferum, vtpotè eſt dos, legitima, & ſimilia. c.137. n.4. fol.260.
Idemque de cenſu impoſito pro extinguendo debito dotis. ibid.n.5.
Subingreſſio miniſterio Iuris inducta operatur, vt ſecundus cenſus non dicatur diuerſus à primo. ibid.n.6.
Adeòut, ſi primus fuit conſtitutus cum debitis ſolemnitatibus ſuper bonis alienari prohibitis, ſecundus creditor, qui ſubingreditur in locum primi, alijs non egeat ſolemnitatibus. ibid.
Subingreſſionis quòad effectum, tàm, quòad fortẽ, quàm quòad fructus, ſufficit, quòd ſimultaneè fuerit actum cum tertio ſoluente de conſequenda

ceſſione, & de ſolutione, dumtaxat facienda pro ſolaendo debito ſortis creditori cenſus, à quo ceſſio fuit obtenta; non autem animo eradicandæ obligationis. c.137. n.12. fol.261.

Subingreſſio ſuffragatur ceſſionario, non ſolùm quò ad ſortem; ſed etiam quòad fructus cenſus, ſtante vniuerſalitate, prægnantiaque verborum. cap. 137. n.16. fol.261.

Subingreſſio, & ceſſio, ſi etiam pro fructibus cenſus principaliter debitis non ſuffragaretur, eſſet inanis, cum ſors cenſus ſit irrepetibilis. cap. 137 n.17. fol.261.

Subingreſſionem operari non poteſt ſubſequta ceſſio, niſi quòad ſortem, non autem quòad fructus de futuro, quoties præcedit extinctio crediti fructiferi. c.137. n.19. fol.262.

Contrarium aſſerendum, quoties pecunia ſoluta, ne quidem per momentum temporis tranſiuit in dominium debitoris, ſed potiùs hac lege fuit depoſita, ne alteri, quàm creditori ſoluatur, quòdque ille in actu receptionis omnia Iura cedere debeat. ibid. n.20.

Examinantur auctoritates contrariæ, illaſq; procedere oſtenditur, quando primus cenſus fuit extinctus, poſtea que creatus ſecundus de pecunia ſoluta in extinctionem primi. ibid. n.21. & ſeq.

Subreptio.

Subreptione, vel obreptione pro euitanda omnis poſſibilis interpretatio eſt capienda. c.189. n.8. fol.489.

Subreptitia, vel obreptitia, an, & quando dicatur Gratia, & de alijs ad materiam. Vide Gratia, Cappellania.

Subrogatio.

Subrogata bona ſunt obnoxia eiſdem obligationibus, quibus erant ſubiecta bona, in cuius locum ſubrogantur. c.127. n.29. fol.216.

Subſcriptio.

Subſcriptio operatur approbationem omnium in ſcriptura ſubſcripta contentorum. c.148. nu.19. fol.308.

Subſcribens ſe alieni ſcripturæ cenſetur habere notitiam omnium in ea contentorum ibid. n.20.

Subſcriptæ à tertio Apocæ de recepto non probãs, niſi conſtet de ſpeciali mandato, c.126. nu.9. fol.205.

Non dicitur conſtare de ſpeciali mandato, ex ſpeciali aſſertione alienias, quòd de ipſius ordine fuerit ſcripta Apoca de recepto. ibid. n.10.

De mandato conſtare debet per teſtes in ſcriptura ſubſcriptos teſtantes, illam fuiſſe à tertio ſcriptam, & ſubſcriptam ex mandato, & voluntate partium. ibid. n.11.

Succeſſor.

Succeſſorem ſupplantare à Iure communi prohibetur, ne dum Prælatis inferioribus. c.191. n.46. fol.506.

Sed etiam Papæ, cui Pontificatus, non ſucceſſione, ſed electione defertur. ibid. n.47.

Superfluitas.

A Superfluitate euitanda argumentum validum, & efficax diiudicari debet. c.194. n.84. fol.532.

Superflua, quàm quòd ſint verba, potiùs admittenda Iuris correctio. ibid. n.85.

Vel potiùs impropriè accipienda, quàm quòd ſuperflua, & otioſa remaneant. ibid. n.86.

Tacitum.

TAciti, expreſſique idem debet eſſe iudicium. c.107. n.23. fol.89. & c.191. n.64. fol.508.

Signanter, quando tacitum neceſſariò prouenit ex diſpoſitione Iuris. c.191. n.65. fol.508.

Tempus.

Tempus potiùs cenſeri debet adiectum demonſtratiuè, quàm taxatiuè. c.190. n.52. fol.499.

Tempus peractæ renunciationis, non autem delatæ ſucceſſionis eſt attendendum, quoties quæſtio verſatur inter plures renunciatarios, ſeù vocatos ad ſucceſſionem. c.194. n.95. fol.533.

Tertius.

Tertius poſſeſſor non poteſt exequtiuè conueniri. c.153. n.4. fol.332.

Tertius poſſeſſor poteſt exequtiuè conueniri, quando in Iudicio moto contra principalem debitorem fuit in quolibet actu citatus pro ſuo Iure, & intereſſe, neque vnquàm docuit de eius titulo. c.153. n.7. fol.333.

Tertius poſſeſſor allegans bona, quæ olim ad communem debitorem ſpectabant modò ad ſe pertinere titulo plenæ proprietatis, & dominij, impedit, ne exequtiuè ad ſubbaſtationem, deliberationemque, procedi valeat. c.153. n.5. f.333

Idq; etiam ſtante ſtatuto, quòd Inſtrumentum habeat exequtionem paratam, quia non intelligitur contra tertium ibid. n.6.

Teſtamentum.

Teſtamenti vna pars declarat alteram c.114. n.30 fol.140. & c.190. n.8. fol.493.

Teſtator.

Teſtatorum ſuprema elogia ſubſtineri Reipublicæ intereſt, vt firmam remaneat, quod iterum non redit arbitrium c.186. n.9. fol.479.

Teſtatoris diſpoſitio euaneſcit, ceſſante præſuppoſito. c.184. n.10. fol.374.

Teſtatoris veriſimilis voluntas attendenda. c.190. n.53.55. & ſeq. fol.499.

Teſtator, ſi mandauit poſt ſuam vxorem hæreditatem peruenire debere ad vnum ex filijs Vincentij, deindèque ad Primogenitum electi; adhoc, vt Primogenitus admittatur, requiritur, quòd electus primo ſucceſſerit. c.194. n.111. fol.536.

Teſtator, ſi mandauit, poſt deficientiam ſuorum deſcendentium eligi Iuuenem, qui vxorem ducere, & filios procreare deberet; atque ità familiam renouare, ſubſtinetur electio viri in matura ætate conſtituti, qui plures filios maſculos habeat, cum ità pinguiùs impleta dici debeat Teſtatoris voluntas. ibid. n.150. fol.540.

Teſtator, deficientibus maſculis, ſi vocat ad fideicommiſſum fœminam natu maiorem, quæ tempore euenientis caſus fideicommiſſi nupta non re-

pcria-

periatur ſub lege, vt nubat viro nomen, ac inſignia familiæ aſſumenti, debetur ſucceſſio, etiam excluſo ſubſtituto Vidua in decrepita ætate conſtituta, ſi tamen plures filios haberet paratos aſſumere cognomen. c.194. n.151. fol.540.

Teſtis.

Teſtium examen peractum, non prævia citatione ad uidendum illos iurare eſt nullum. c.139. nu. 11. fol.270.

Teſtium depoſitio ſuper interrogatorijs magis attendi debet, quàm ſuper articulis. c.167.nu.36. fol.404.

Teſtes examinati, prætermiſſis interrogatorijs, non probant, niſi repetantur. c.175 n.14. fol.429.

Teſtes deponere debent explicitè, & per extenſum, abſque relatione ad primum examen. ibid.n.15.

Teſtes, quatenus poſſint ſe referre ad examen nullum. ibid. n.16. fol.430.

Id tamen non procedit, quando in eodem teſte aliqua poteſt cadere ſuſpicio. ibid.n.17.

Teſtium depoſitiones procurata lite pendente, poſtque examen peractum, cauſamque diù agitatam, non merentur attendi. ibid.n.4.

Teſtis de auditu non nominatis autoribus, à quibus audiuit, nullam prorſus facit probationem, etiam ſi non interrogetur, à quibus audiuerit. c.175. n.17. fol.430.

Teſtis deponens de auditu ab ipſamet parte aduerſa non probat, ne maior adhibeatur fides copiæ, quàm originali. ibid. n.20.

Teſtes etiam ſingulares admittuntur ad declarandam voluntatem. c.106. n.77. fol.84.

Secus, quando agitur de probanda ſubſtantia contractus. ibid.n.79.

Teſtes in terminis l. ſcriptura Cod. qui potior. in pign. hab. *debent ſpecificè deponere de die confectæ Apocæ ad effectum excludendi antidatæ ſuſpicionem. c.111. n.1. fol.115.*

Teſtes, quoad probandam Immemorabilem. Vide Immemorabilis.

Teſtes, quoad probandum Naufragium. Vide Naufragium.

Teſtes recepti ſuper inquiſitione, delinquente non citato, nullam prorſus fidem faciunt contra illum, licet ſint mille. c.179. n.15. fol.445.

Teſtes deponentes, adhoc, vt valeant reum arguere de crimine, pernecesſè omninò eſt, vt, ipſo reo citato, repetantur. ibid.n.16.

Teſtium repetitio, reo citato, adeò eſt neceſſaria, vt ea omiſſa, licèt reus fateatur, & torqueatur, nulla ſit confeſſio. c.179. n.19. fol.445.

Teſtis maior factus poteſt deponere de his, quæ vidit, tempore pupillaris ætatis cadentibus ſub ſenſu corporis, non autem ſub Iudicio intellectus, quoties lex, eo tempore, certam non requirit ætatem. c.167. n.28. fol.403.

Id tamen non procedit, quoties agitur de probanda immemorabili. ibid.n.25.

Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati non probant. c.175.n.23. fol.430.

Teſtis affinis cum aduerſario, malèque propenſus cum altera parte non probat. ibid.n.18.

Teſtis propenſus nullam meretur fidem. ibid.n.19.

Teſtis inueriſimilia deponens non attendendus. ibid. n.21.

Teſtis, qui de alijs non recordatur, ità præſumitur de eo, quod audet affirmare, ibid.n.22.

In teſte qualitas Sacerdotalis, multòque magis Epiſcopalis auget illius fidem, adeò ut vim duorum teſtium habeat. c.177.n.10. fol.436.

Titulus.

Titulo inſufficienti exhibito, ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, quia melior præſumitur exhibitus. c.115. n.37. fol.147.

Tranſactio.

Tranſactio ſtrictiſſimè eſt interpretanda, neque extendenda ad caſus ſpecialiter non expreſſos. cap. 185. n.18. fol.476.

Præcipuè, quando de Eccleſiæ agitur præiudicio. ibid.n.20.

Tranſactio limitata, limitatum producit effectum, neque extenditur vltra terminos limitatos. cap. 185.n.24. fol.477.

Tranſactio loquens de præteritis, non eſt ad futura trahenda. c.185. n.17. fol.476.

Tranſactio declaratur ex obſeruantia. c.170.n.26. fol.415.

Tranſactio inita cum Capitulo præiudicat ſucceſſoribus, quoties à Sede Apoſtolica fuit confirmata. c.170.n.1. fol.412.

Tranſactionem impugnans ob falſitatem cauſæ, debet illam concludenter probare. c.111. nu.50. fol.122.

Tranſigendi, quoties plures ſint cauſæ, ex falſitate vnius non corruit tranſactio. ibid.n.52.

A tranſactione ne recedatur ſola poſſibilitas verſionis ſufficit ad excludendam erroneam confeſſionem. ibid. n.51.

Tranſactio adhoc vt ſit valida ſufficit, ſi ſola cauſa receſſus à lite ſubſiſtat. ibid.n.56.

Tranſactionis principale, vnicumque motiuum eſt timor litis, ibid.n.57.

Magnum lucrum conſideratur, quando à litibus receditur, in quibus, et animus vexatur, & opes dilabuntur. c.111. n.58. fol.122.

Tranſactione pro ſubſtinenda, ſufficit, ſi modica adſit dubitandi occaſio, deſumpta ex auctoritate aliquorum Doctorum. ibid.n.65. f.123.

Tranſactione pro ſubſtinenda, ſatis eſt euidentem abeſſe calumniam. ibid.n.67.

Tranſactionis pro validitate omnis capi debet poſſibilis interpretatio, neque exactè diſquirendũ, quiſnam ex tranſigentibus meliora foueat iura. c.111. n.68. fol.123.

Tranſitus.

Tranſitus ius per partem venditam, ſi emptor non ſibi reſeruauit, vendita parte fundi, non habet idem emptor ius tranſitus, etiam ſi aliundè non pateat, quia hoc ius tranſeundi ſub venditione non comprehenditur niſi fuerit dictum. c.177. nu. 11. fol.437.

Id tñ nõ procedit ſtãte obſeruãtia cõtraria ſubſequuta, ib.n.12.

Tutor

Digitized by Google

I N D E X

Tutor.

Tutor non poteſt vendere rem pupilli, habita fide de pretio. c.126.n.60.& 66. *fol.*210.

*Tutoris negligentia in collocandis pecunijs pupillaribus argui non poteſt, niſi etiam probetur, bona extitiſſe venalia, quæ tutor emere potuiſſet. c.*143.*n.*37. *fol.*290.

*Tutor non tenetur erogare in emptionem ſuper exiſtentes redditus pupilli, quoties ſunt modici, ibid.n.*38.

Tutor in vſuris pupillaribus, adhoc, vt teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, damnique emergentis, ſunt probanda requiſitia Caſtrenſis. *ibidem n.*39.

*Tutor poteſt reddere rationem etiam ſine libris. c.*143.*n.*26. *fol.*289.

*Tutoris ſcientia ſufficit ad præſcribendum contra minorem. c.*140.*n.*20. *fol.*277.

Tutor, quoad Iuramentum in litem. Vide Iuramentum in litem.

Tutor, quoad Inuentarium. Vide Inuentarium.

Tutor, quoad Alimenta. Vide Alimenta.

Valor.

V*Alor predij minuitur ex paſſiua ſeruitute itineris. c.*140.*n.*5. *fol.*273.

Valor fructuum probatur ex libro Æſtimi. cap. 143.*n.*29. *fol.*89.

*Valoris beneficij expreſſio iurata illud probat in præiudicium confitentis. c.*489. *n.*11. *fol.*488.

Vectigal.

*Vectigalis ob non ſolutionem non incidant merces, pro quibus illud fuit ſolutum, licèt cum alijs mercibus non expeditis fuerint admixta; ſed illæ ſaluæ Domino reſtituuntur. c.*97.*n.*20.*f.*29.

*Vectigalium in conductione alea futuræ ſpei, ſeù euentus empta dici debet; cum Vectigalium cõductio non in fructibus; ſed potiùs in ſimplici Iure exigendi conſiſtat. c.*119.*n.*22. *fol.*169.

Vectigalium conductorum in ſubſtantia damnum dicitur contingere, quoties mercium introductio, eorumdemque venditio ob peſtem bellum, aliudque accidens eſt à Principe impedita. cap. 120.*n.*17. *fol.*180.

Velleianum.

*Velleiano Senatus Conſulto abſque eo, quòd iuuari poſſit mulier maior poteſt fideiubere, ſe obligãdo pro dote danda. c.*112.*n.*1. *fol.*125.

*Idque etiam ſi ſe obliget, & intercedat pro alio priùs pro dote, ſeù pro lucro dotali obligato, ibid.n.*2.

*Velleiano, multò magis non iuuatur mulier, ſi ſe obliget vnà cum viro pro dote communis filiæ. c.*112.*n.*3. *fol.*126.

*Contrarium, quòd, quàmuis Mulier poſſit fideiubere, ſeſeque obligare pro dote, non obſtante Velleiano, id tamen non procedat, quando cum Viro ſe obligat, etiam pro dote communis filiæ, & de ratione. c.*112.*n.*5.*& duob.ſeq.f.*126

*Huiuſmodi contraria ſententia non amplectenda, ſolùmque poteſt admitti, quando Mulier ſe obligat cum Viro pro dote Puellæ extraneæ, ſeù Priuignæ, ad quam præſtandam, cum nullo Iure teneatur, præſumendum, vel blanditijs, vel minis Viri extorta obligatio. c.*112.*n.*10.*f.*127

*Affertur ratio. ib.n.*8.*f.*126.*& n.*9.*fol.*127

Velleiani prohibitio, licèt reperiatur limitata fauore dotis ex diſpoſitione l. fin. Cod. ad Velleian., *id tamen non aduerſatur alteri diſpoſitioni,* auth. ſi qua mulier eod. tit. *irritanti obligationem mulieris factam vnà cum Viro. c.*112. *nu.*6. *fol.*126.

Vide alia Verbo Mulier.

Venditio.

*Venditio non poteſt dici perfecta, deficientibus potiſsimùm requiſitis, conſenſu, ſcilicet, certoque pretio. c.*161.*n.*12. *fol.*373.

*Venditionis, & emptionis contractus de ſubſtantia eſt pretium cum qualitate certa determinatum, & dicitur illius forma, & vltima differentia, per quam in ſuo eſſe conſtituitur, & ab alijs cõtractibus diſcriminatur. c.*161.*n.*20. *fol.*374.

*Venditionis, & emptionis in contractu pretium eſt ſubſtantiale æquè, ac contractus. c.*161.*nu.* 22.*& ſeq.* *fol.*374.

*Venditionem tunc imperfectam reddit pretij certitudo, cum incertum in ſe eſt pretium; ſecus, vbi certum in ſe eſt, licèt à partibus ignoretur. c.*134.*n.*10. *fol.*246

*Venditio ſi fiat pro certo pretio, licèt adijciatur, & pro eo pluri, quod æſtimabitur, eſt perfecta venditio pro certo pretio. ibid.n.*12. *fol.*247.

*Venditio voluntaria, collato pretio in arbitrium æſtimatorum, non dicitur pura, ſed conditionalis, & imperfecta. c.*161.*n.*17.24.*&* 29.*f.*374.

*Præcipuè, quando ante æſtimationem non erat ſequuta traditio rei. ibid.n.*28. *fol.*375.

Quidquid contrarium in aliquorum ſententia ſit aſſerendum, re tradita. ibid.

*Venditio dicitur imperfecta antè æſtimationem à Peritis faciendam, etiam ſi res empta ex conſuetudine loci, vel temporis conuentionis, certum haberet pretium. c.*161. *n.*19. *fol.*374.

*Venditio pro pretio declarando per Peritos cenſeri debet omninò conditionalis, ideſt, ſi quæ ſubſequatur declaratio per Peritos, qua conditione non purificata, contractus in eſſe non deducitur. c.*161.*n.*24. *fol* 374.

*In venditione conditio æſtimationis faciendæ per Peritos inducit formam ſpecificam implendam per electum, & non per alium ibid.n.*25.

*In venditione non poteſt dici conſenſum interueniſſe, quoties venditoris voluntas eſt conditionata in habendo pretium æſtimandum Peritis, vnà cum augmento, quæ non fuit adimpleta. c.*161.*n.*29. *fol.*375

Vide alia Verbo Pretium.

*In venditione, an, & quando dicatur adeſſe pactum addictionis in diem, quoſque operetur effectus. c.*123.*n.*1.*& ſeqq.* *fol.*191.*& ſeqq.*

Venditio non eſt in ſuſpenſo, quoad eſſe ſuum, licèt ſit in ſuſpenſo, quoad reſolutionem, ex ſubſequentibus verbis, niſi aliud maius pretium offe-

Digitized by Google

pſſeratur. c.123.n.14. fol.193.

Venditio ad pondus, menſuram, vel numerum dicitur conditionalis, vt neque dominium, neq; periculum tranſeat in emptorem antè ponderationem, menſuram, vel numerum. c.134.nu.2. fol.245.

Id tamen non procedit, ſtante traditione rei venditæ; tunc enim transfertur dominium in emptorem, etiamſi alioquin venditio eſſet conditionalis. ibid.n.3.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. n.4.

Venditio, ſi fuerit facta totius fundi certis finibus deſignati, licèt poſtmodùm aſſeratur, eſſe centũ iugerum; non ità tamen ad menſuram venditio eſt dicenda. c.134. n.6. fol.246.

Secus aſſerendum, vbi centum iugera ex fundo fuerunt vendita; tunc enim antè menſurationem prorſus ignoratur, quid ſit venditum. ibid.

Venditio eſt perfecta, & periculum eſt emptoris, ſi menſura non reſpiciat ſubſtantiam actus, ſed ſolùmmodò pretij declarationem, ſeù extrinſecam certificationem. c.134. n.8. fol.246.

Venditio remanet imperfecta, periculumque pertinet ad venditorem, antèquàm ſequatur menſuratio; quoties menſura fuit adiecta ad qualificandam ſubſtantiam actus, vt putà ad declarandum, quid fuerit in venditione comprehenſum. c.134. n.7. fol.246.

Vide Menſura, Pactum.

Venditio perfecta non reſultat ex oblatione, ac declaratione voluntatis de vendendo in futurum c.161. n.13. fol.373.

Idque, etiam procedit in oblatione de vendendo acceptata à prætendente retractum. ibidem n.14.

Venditionis, emptioniſque contractum ad perficiendum, requiritur conſenſus, & verba de præſenti, non autem in futurum, vel præteriti temporis imperfecti. c.161. n.15. fol.373.

De vendendo promiſſio non eſt venditio. ibid.n.16.

Quid ſi fuerit facta conuentio certi pretij ab initio. ibid.

Vendere res ſuas viliori pretio poſſunt ſubditi cogi ob cauſam publicæ vtilitatis. c.172.n.11 f.419

Vendere obligatus infra certum tempus docere debet de diligentijs adhibitis in vendendo. cap. 141. n.8. fol.279

Venditionis contractus dicitur exequtus, ſtante venditione rei emptæ poſtmodùm facta per emptorem. c.149. n.5. fol.311.

Ad vendendum mandatum habens, ſibi ipſi vendere non poteſt. c.101. n.19. fol.48.

Venditio facta à furioſo, ſiue mente capto. Vide Furioſus.

Venditor.

Venditori non eſt permiſſum ex mora emptoris, quidquàm vltra ſortem capere, vel pendente dilatione, ſtipulari, niſi illius aliundè interſit. c.159. n.5. fol.358.

Verba.

Verba ſubſequentia, licèt ampla, non comprehendunt ea, de quibus Teſtator diſcretiuè prouidit in alia parte, etiamſi alioquin eſſent apta comprehendere. c.190. n.19. fol.493

Verba licèt vniuerſalia non referuntur ad ea, quæ habeant ſpecialem prouiſionem. cap.128. nu.37. fol.222.

Verba, licèt vniuerſalia reſtringi debent iuxtà ſubiectam materiam. c.166. n.7. fol.397

Verba magis deſeruiunt naturæ contractus, quàm natura verbis. c.131.n.12. fol.234.

Verba de futuro intelliguntur tantùmmodò comprehendere futura ex cauſa de præſenti, cui poſſunt commodè deſeruire. c.185.n.25.f.477.

Verba imperſonalia ſemper referri debent ad perſonam promiſſoris, & loquentis. c.107. nu.35. fol.90.

Verba ſeguirete l'ordine del tale conſtituũt Procuratorem in rem ſuam. c.134. n.17. fol.247

Verba Aduerſatiua. Vide Aduerſatiua.

Verba abſque vlla detractione adiecta in donatione, important, vt nihil penitùs donans voluerit ſibi reſeruare ſuper bonis donatis, & important integrè, nihil penitùs diminuto. cap.107. n.34. fol.90

Verbum.

Verbum alia includit diuerſa à ſupra expreſſis, præcipuè, quando eſt adiectum verbum quodcumque. c.128. n.38. fol.223.

Verbum alcuno extendit obligationem ad quàmuis minimam partem. c.97. n.8. fol.28.

Verbum declaraſſe præteritum tempus præſeferens comprehendit etiam declarationem factã tempore præterito. c.194. n.83. fol.532.

Verbum haueſſero inuoluit, nedum tempus præſens, ſed etiam futurum. c.174. nu.20. fol.426

Verbum hæredibus omiſſum in donatione, quando cenſeri debeat repetitum. c.106.n.66. fol.82.

Verbum ipſe eſt perſonaliſſimum, omnem aliam excludens perſonam. c.178. n.10. fol.439.

Verbum poſſidere ad veram, propriamque poſſeſſionem refertur. c.139. n.42. fol.273

Verbum promitto refertur ad actus inter viuos. c.105. n.32. fol 67.

Verbum relinquo aliquando refertur etiam ad actus inter viuos. c.105. n.35. fol.67.

Verbum Remaneat in ſua propria ſignificatione importat rei habitæ retentionem. cap.114. n.24. fol.140.

Verbum reſtituere poteſt impropriè accipi pro reſtitutione, ſeù retroceſſione actionis ad exigendam dotem promiſſam ibid. n.17. fol.139.

Verbũ Reuertatur, vtpotè commune, idem importat, ac verbum ſuccedat. cap.115. num.3. fol.143.

Verbum ſuccedat, relinquo, & ſimilia, non ſemper ad actum referuntur vltimæ voluntatis; nã aliquando hæreditas ſumi debet pro bonis. cap. 105. n.33. fol.67.

Verbum ſuis, vtpotè æquiuocum poteſt intelligi,

I N D E X

etiam de hæredibus extraneis. cap.106.nu.40. fol.79.

Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo operatur, vt diſpoſitio facta à Teſtatore in vno caſu, porrigatur ad alium, in quo veriſimiliter idem diſpoſuiſſet, ſi de eo cogitaſſet, & interrogatus fuiſſet. c.190.n.53. & 56.fol. 499. & c.194.n.140. & ſeq. fol.539.

Veriſimiliter, quando habetur violenta coniectura voluntatis Teſtatoris, debet ſuppleri, & plus cenſeri dictum, & minus ſcriptum. ibid.n.55.

Verſio.

Verſio eſt concludenter probanda. cap.100.nu.19. fol.43.

Verſio probatur ex coniecturis, temporiſque circumſtantijs. c.111.n.49. fol.121.

Verſionis probatio, vt requiratur, eſt ſpeciale in mutuo. c.127.n.12. fol.213

Verſionis probatio requiritur ad effectum obligandi alium ex ſolutione alij facta, & ad actionem acquirendam ex ipſa ſolutione; ſecus ad liberationem conſequendam. c.127.n.13. fol.214

Verſio in vtilitatem alterius conſocij, qui non contraxit, eſt probanda, cum qualitate tituli lucratiui, non autem oneroſi. c.100. n.8. fol.42.

Idque etiam procedit in terminis cambij ab altero ex ſocijs nomine proprio contracti. ibid. nu.9.

De verſione pecuniæ in cauſam expreſſam ſoluens regulariter non debet eſſe ſollicitus, quoties huiuſmodi onus recipienti; non autem ſoluenti reperitur iniunctum. c.117.n.11. fol.213

Verſionis negligentia magis nocere debet ei, qui perſonam præpoſuit, quàm cum illa contrahenti. ibid.n.11.

Verſionis in rem Domini debet eſſe curioſus creditor cum Procuratore contrahens; adhoc vt eumdem Dominum obligatum habeat. c.102 n.16. fol.53.

Verſionis ſola poſſibilitas ſufficit ad excludendam erroneam confeſſionem, ne à tranſactione recedatur. c.111.n.51. fol.122.

Via.

Via præſumitur publica. c.162.n.21. fol.379.

Via dicitur publica, quoties habet initium à via publica, & Conſulari, & terminat ad aliam uiam publicam, ſolumque eſt publicum. c.162. n.22. fol.379.

Concurrentibus præcipuè alijs requiſitis, quòd vſui publico deſeruiat, et publicè per eam eatur, eundo, & redeundo. ibid.

Via non conſtituitur in eſſe Iuris publici per latitudinem, ſed per concurſum requiſitorum, & quanta debeat eſſe latitudo. cap.162. num.25. fol.380.

Via publica ex aliquo accidenti deuaſtata, licet viatoribus per fundum contiguum iter facere. ibid. n.26.

Via publica intermedia, an impediat cohærentiam requiſitam à ſtatuto ſuper retractu. c.162.n.14. fol.378. & n.19,23. & ſeq. fol.379.

Vide Retractus.

Via publica potiſſimùm intra Ciuitatem non dicuntur eſſe in Principis patrimonio; ſed ad eius tantùmmodò defenſionem, Iuriſdictionemque pertinent, ne permittat ab alijs occupari, Ædileſque Curules erant Curatores Viarum apud Romanos. c.174. n.9. fol.425.

Ideòque Princeps non debet in eis ſe intromittere, neque de eis aliquid concedere cum incommodo vſus publici. ibid.

Via, ſi ex ædificio deterior fiat, ædificare non licet, neque etiam in ſolo proprio. cap.174. n.11 fol.425.

Viæ vicinales, & agrariæ omnibus vicinis patere debent. c.181. d.2. fol.416. & c.177. num.6. fol 436.

Adèout, neque etiam cancellis, neque raſtris claudi valeant. c.181. n.2. fol.416. & c.177. n.7. fol.436

Via vicinalis, quatenus dici debeat publica, vſpotè conſtituta ex collatione fundorum, cuius memoria non exſtat, non poteſt claudi, etiam omnibus vicinis conſentientibus. c.181.n.3.fol.416.

Via vicinalis, ex quibus præſumatur commune conſortium. c.177. n.6. fol.436.

Via exequtiua.

Via exequtiua præſcribitur ob lapſum temporis triginta annorum. c.131.n.5. fol.233.

Via exequtiua dicitur vulnerata per ſententiam, in quo caſu non ampliùs exequtiuè, ſed per tres conformes, ſententias eſt omninò procedendum. c.153. n.8. fol.333.

Signanter, quando ſententia tangit merita cauſæ, in quo caſu dicitur vulnerata via exequtiua. ibid.n.9.

Secus, quando Iudex ob aliquod extrinſecum ſolùmmodò declarat, non eſſe locum exequtioni. ibid.

Declara vt n.11.fol.334.

Viam exequtiuam non vulnerat, ſed potiùs illam præſeruat clauſula ſi quid exequendum. cap. 153. n.13. fol.334.

Clauſula exequtiua intelligi debet, prout de Iure. ibid.n.14.

Vicus.

Vicus dicitur vicinalis, ſeù continuus, quoties apparet confectus ex collatione agrorum hinc indè adiacentium. c.181. n.9. fol 416. & cap. 176.n.5. fol.436.

Per vicum uicinalem probatur poſſeſſio itineris ex retentione clauium cancelli. c.181. n.4. f.416.

Signanter, accedentibus expenſis pro reparatione Cancelli. ibid.n.5.

Vici uicinalis claues cancelli, an, & quando præſumantur traditæ à uicino Iure amicitiæ, & familiaritatis. ibid. n.6.

Vici uicinalis, ex quibus præſumatur communè conſortium. c.177. n.9. fol.436

Vidua.

Vidua, quando ſoluto matrimonio ad Patriam reuertitur, proprium recuperat domicilium, & di-

citur

citur omninò forenſis à loco mariti. c.116.n.13. fol.149.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. nu.14. fol.150.

Vigilans.

Vigilantibus,& non dormientibus Iura ſubueniunt c.132.n.13. fol.268

Vinea.

Vinea Vrbis cum maximo diſpendio coluntur; potiùſque expenſas, quàm fructus afferunt. cap. 178. n.20. fol.441

Vinum.

Vino uendito exiſtente in aliquo loco pro certo pretio conuento, menſura uenditionem non ſuſpendit, periculumque antè menſurationem tranſit in emptorem. c.134. n.9. fol.246

Secus ſi ſint uenditæ centum Amphoræ uini, tunc menſura reſpicit ſubſtantiam actus; propterea antè ipſam dicitur imperfecta uenditio. ibid. n.8.

Vita hominis.

Vita hominis, qua nihil eſt incertius, poteſt æſtimari. c.96. n.3. fol.23.

Vita hominis æſtimatur iuxtà computationem leg. hæreditatum 68. ff ad leg. falcid. *cap.151. n.17. fol.324. & ſeq.*

Diſpoſitio d. l hæreditatum *ſibi locum uindicat, non ſolùm in ultima uoluntate, & in caſu* legis falcidiæ; *ſed etiam indiſtinctè, ubi agitur de uita hominis æſtimanda. ibid.*

Reprobatur contraria ſententia Afflicti, *& aliorum affirmans, diſpoſitionem* d. leg. hæreditatum, *ſolùmmodò procedere in caſu* legis falcidiæ. *ibid. n.18. fol.325.*

Prædicta ſententia ſolùm recipi poteſt in æſtimatione rei à paupere donatæ, nam ſi quid annuum fuerit donatum, liberabitur donans ſemel ſoluendo pro annis quindecim. ibid.n.19.

Vitæ hominis æſtimatio in aliquorum ſententia, minus uera, & à Rota *non approbata, eſt relinquenda Iudicis arbitrio, inſpecta ætate, aliiſq; circumſtantiis. c.151. n.22. fol.325.*

Vnio.

Vnio Beneficiorum de Iurepatronatus regulariter fieri non poteſt, non accedente Patroni conſenſu; idque, ſiue Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticum, ſiue Laicale. c. 193. n.15. fol 514.

Niſi tamen Pontifex expreſsè Iuri Patronatus derogauerit, quo caſu unio facta auctoritate Sedis Apoſtolicæ eſt ualida, etiam non interueniente conſenſu Patronorum. ibid.n.16.

Voluntas.

Voluntas à poteſtate eſt metienda. c.126. nu.30. fol.216. & c.131. n.21. fol.236. & c.174.n.8 fol.424.

Voluntas magis ex cauſa, rationeque diſponendi, quàm ex uerbis elicitur. c.194. u.137. fol.539.

Voluntas coacta, licèt ſit uoluntas; non tamen poteſt dici ſpontanea, & libera; ſed potiùs qualificata, & impropria, & ſecundùm quid. cap. 163 n.24. fol.387.

Voluntatis unius, qui ſemel fuit, non eſt præſumendum, in eadem noluiſſe perſiſtere. c.194. n.130. fol.538

Voluntas rectè deprehendi valet, etiam ex actu nullo, ſiue reſolubili, effectumque non ſortito. ibid. n.78. fol.531.

Voluntas contrahentium, qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex ſubſequentibus. c 94.nu. 28.fol. 18. & c.96. n.22. fol.25.

Voluntatem ad declarandam teſtes, etiam ſingulares admittuntur. c.106. n.77. fol.84.

Secus, quando agitur de probanda ſubſtantia contractus. ibid. n 79.

Voluntatis declaratio non dicitur, ſed potiùs inductio noua voluntatis, quoties priuatur donatarius libera facultate diſponendi, nouæque adduntur perſonæ in donatione. cap.106. num.78. fol.84.

Voluntatem ad declarandam requiritur ſpeciale mandatum. c.149. n.12. fol.312.

Voluntatis, vel neceſſitatis qualitas eſt metienda ab origine obligationis. c.194.n.13. fol.522.

Voluntarium.

Voluntarius quoties eſt actus in ſui origine, ſi ex poſt facto efficiatur neceſſarius; non tamen ex hoc deſinit eſſe voluntarius. c.194. u.14. f 522.

Voluntarium regulariter nō dicitur, quod fit ex Iudicis, vel legis diſpoſitione. c 163.n.22.fol.387

Voluntarius actus non dicitur, quando fit ab eo, qui poterat compelli; cum paria ſint aliquid fieri coactè. vel coactionis timore. ibid. n.23.

Et quatenus voluntarium dici poterit, erit cauſatiuè, & non preciſè. ibid.

Voluntarium minus eſt, quàm ſpontaneum. c.163. n.25. fol.387.

Idèòque confitens per torturam non poteſt dici ſpontè confeſſus, & nihilòminus non poteſt dici voluntariè fateri. ibid.

Votum.

Votum ſimplex caſtitatis præſefert oblatio emiſſa in monaſterio non Regulari. c.194.n.57. f.527.

Vide Oblatio.

Votum caſtitatis expreſſum præſefert ſimplex propoſitum, cum ſuſceptione, delationeque habitus Oblatæ effectum ſortita. c.194.u.63. fol.259.

Votum ſimplex quòad ſubſtantiam, naturamque rei, à ſolemni non differt. c.194.n.61. fol.529.

Vrbanum.

Vrbanum dicitur prædium, quoties in eo adeſt ædificium elegans cum amœniſſimo viridario, licet extrà Mœnia Ciuitatis exiſtat. c.166. nu.2. fol.397.

Vrbanum prædium à ruſtico non retrahitur; ſed potiùs è conuerſo ruſticum ab Vrbano retrahi debet. ibid.n.4.

Vſusfructus.

Vſusfructus alioquin competens Patri in bonis aduentitiis filii dicitur remiſſus, ſtante confeſſione eiuſdem Patris, quòd bona ad filium liberè pertineant. c.136. u.33. fol.457.

Vſusfructus cenſetur remiſſus per ſcientiam, & cou-

conſenſum Patris, quòd filius proprio nomine negotietur. c.136. n.34. *fol.457.*

Vſufructuarius.

Vſufructuario æquiparatur Beneficiatus in vita, poſt mortem verò aſſimilatur vſuario. cap.124. n.10. *fol.196.*

Vſura.

Vſuram alioquin illicitam, licitam reddere, non dependet à poteſtate contrahentium. c.118. n.6. *fol.158.*

Vſuraria in materia non ſufficit expreſſa partium confeſſio. c.118. n.45. *fol.163.*

Vſuræ repeti poſſunt, quàmuis ſcienter, & ſponte fuerint ſolutæ, quia lex in ſoluente vſuras, coactam præſumit voluntatem, ne ſcilicet vexetur pro reſtitutione ſortis principalis. cap.118. n.6. fol.158. & c.159. n.29. fol 363. & c.95. n.24. & 26. *fol.22.*

Vſuras ſoluens non cenſetur ſcire, indebitè ſoluere c.95. n.25. *fol.22.*

Vſuras, ſiue fœnus committendi animum ad detegendum non attenditur taxatio certi lucri ab initio, ſed potiùs vniformis exactio ad rationem conuentam. c.96. n.21. *fol.25.*

Vſuræ in omnibus actibus, in quibus ſunt permiſſæ, & debitæ, valet etiam ab initio deduci quãtitas, quæ, attentis circumſtantijs, appareat eſſe verum intereſſe. c.159. n.25. *fol.362*

Vſuræ Iure ciuili inſpecto, veniunt ex mora in contractibus bonæ fidei, etiam ſi nihil creditoris interſit. c.158. n.3. *fol.358.*

Secus, attento Iure Canonico, à quo Iura Ciuilia fuerunt omninò abrogata, neque vltra ſortem, quidquam capere licet, ſiue ex contractu bonæ fidei, ſiue ſtricti Iuris pecunia debeatur. c.148. n.4. *fol.358.*

Vſuræ dotales. Vide Dos.

Vſura recompenſatiua. Vide Fructus recompenſatiui.

Cætera vide Verbo Intereſſe.

Vtile.

Vtile per inutile non vitiatur in contractibus cap. 96. n.9. *fol.24.*

Vtilitas.

Vtilitatis publicæ ratione etiam inferior Principe poteſt auferre ius priuati. c.172. n.10. *fol.410.*

Vtilitatis publicè ob cauſam poſſunt ſubditi cogi ad ſuas res vendendas viliori pretio. c.172. n.11. *fol.419.*

Vxor.

Vxorem ducere, cui ſupplendum domum, apud antiquos. c.116. n.10. *fol.149.*

Vxor præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti ad euitandam turpis lucri ſuſpicionem, ſed ſi eſt induſtrioſa, vel aliundè habere potuit, ceſſat dicta præſumptio, & præſumitur de proprio ditata. c.135. n.5. *fol.253.*

Vide cætera Verbo Mulier.

ELEN.

Digitized by Google

ELENCHVS IVRIVM

Ex Decretalibus.

Cap Nauigāti de vſur. tàm vſurarijs in exercendo fœnore, quàm Interpretibus in exponendo moleſti, plures traduntur intellectus. cap.98. num.12. fol. 33.

Verus intellectus affertur. ibid. n.13. & ſeqq.

Cap. propter ſterilitatem de locat. declaratur. cap. 119. n.42. fol. 171.

Cap. cum inter vniuerſas de elect. diſtinguit in Papa duplicem perſonam, alteram vti Papam, alteram vti Regem. c.160. n.16. fol. 366.

Cap. verùm de condit. appoſit. traditur intellectus c.183. n.17. fol. 469

Cap. qui venerabilem, qui fil ſint legit. expenditur c.191 n.32. fol 504

Cap. vnic. de vot. & vot. redempt. examinatur. c.194. n.60. fol 529

Cap. Religioſus §. ſanè de teſtam. explicatur. cap. 102. n.20. fol. 53.

Ex Sexto.

Cap. vnic. de iniur. & damn. dato expenditur cap. 180. n.23. fol. 450.

Ex Decreto.

Can. Dominus noſter 23. q.2. enucleatur. c.180. n.15. fol. 450.

Ex Clementinis.

Clement. Plures de Iur. patronat. non eſt noui Iuris inductiua; ſed potiùs declaratiua Iuris antiqui controuerſi; ideòque non ſolùm reſpicit futura, ſed etiam præterita. c.193. n.5. fol. 513.

Ex Sacro Concilio Tridentino.

Cap. 24. de reformat ſeſſ.17. prohibens pluralitatem beneficiorum, vtpotè loquens de collatione non procedit in aliquorū ſententia in inſtitutione atq; adeò in Iurepatronatus c.190. n.36 f. 495.

Cap. 16. ſeſſ. 25 de Regular. irritans renunciationes peractis ſequuto egreſſu è Monaſterio, non facta profeſſione, vel nulliter emiſſa, non procedit in Monaſterijs non Regularibus. c.194. n.4. f. 521.

Ex Bullis Pontificijs.

S. Mem Clementis VIII. 115. Bullar. nou. tom.3. expenditur. c.183. n.10. fol. 468.

Clementis VIII. 19. interdicens Hebreis poſſeſſionem ſtabilium extenditur ad hypothecas. c.139 n.16. & ſeqq. fol. 271.

S.M. Gregorij III. Bulla ſuper retractu 22. Vide Gregoriana.

S.M. Gregorij XIII. incipiens Deo Sacris*, traditur intellectus. c.187. n.2.* fol. 482.

S. M. Iulij III. 7. determinat, fructus inexactos ſpectare ad ſucceſſorem in beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, non data ſeparatione eorumdem fructuum à ſolo, & commixtione, & incorporatione cum bonis beneficiati. cap. 124. nu.9. fol. 195.

Innocentiana ſanat terminos ſubſtantiales per illorum reiterationem. c.130. n.8. fol. 270.

S.M. Pauli IV. interdicens Hebreis poſſeſſionem non extenditur ad hypothecas. cap.139. nu.16. & ſeqq. fol. 271. & ſeqq.

S.M. B. Pij V. 117. irritat quaſcumque promiſſiones factas, etiam ex cauſa dotis à Clericis fauore filiarum illegitimarum, tàm ex bonis patrimonialibus, quàm Eccleſiaſticis. c.111. n.3. fol. 115.

Ex eadem Bulla Piana non eſt ſublata æquitas Canonica, qua attenta filiabus ſpurijs poſſunt dotes conſtitui, tàm ex bonis patrimonialibus, quā ex redditibus Eccleſiaſticis pro quantitate alimentorum. c.111. n.20. fol. 117.

Piana prohibet in cambijs taxationem certi lucri ab initio. c.96. n.10, fol. 24.

Piana ſuper cenſibus traditur intellectus, dum diſponit illam ſeruandam eſſe, ne dum in cenſu creando, verùm etiam in creato quocumque tempore alienando. c.127. n.4. fol. 219.

Piana in cenſibus futuris inducit irredimibilitatē; non autem in præteritis. c.149. n.33. fol. 315.

Piana in creatione cenſus pecuniam exigens numeratam, vtpotè exorbitans non eſt trahenda ad extinctionem, quæ tamquàm caſus omiſſus remanere debet in diſpoſitione Iuris communis. c.128. n.2. fol. 218.

Piana ſuper cenſibus, an ſit recepta in Regno Neapolitano reſpectu numerationis pecuniæ, vel potiùs ſeruetur Bulla S.M. Nicolai V. c.126. n.48. fol. 409.

Piana, quàmuis in cenſu taxet intereſſe in certa ſumma decem pro centenario, adeòut contractus aliter geſtos fæneratitios eſſe decernat; nihilòminus ſi in maiori ſumma fructus cenſus paciſcantur, non tamen irritatur contractus in totum, ſed in exceſſu. c.96. n.12. fol 24.

Piana in cēſu reprobat pacta reſolutiua. c.128. n.10 fol. 210.

S.M. Sixti V. 45. reprobat tamquàm fæneratitios quoſcumque contractus, præcipuè ſocietatis in quibus, legitur facta conuentio; quòd capitale ſit ſaluum, quòdque ſuper eo certa pars lucri conueniatur. c.99. n.12. fol. 38.

Sixtina ſuper reductione dotium non habet locum, quando matrimonium fuit à Ciue Romano extra Vrbem contractum cum Muliere forenſi. c.116. n.1. & ſeq. fol. 148.

Ex Digeſto Veteri.

L. Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de act. empt. expenditur. c.157. n.1. fol. 350.

L. ſi vnus 68. §. ſi vnus ff. pro ſocio declaratur. c.100. n.11. fol. 42. et c.101. n.25. fol 48. & n.28. fol. 49.

L. Dictal. ſi vnus §. ſi vnus quòad vſuræ eſt abrogata à Iure Canonico in ſententia Leotardi. c.101.

Digitized by Google

c.101.n.29. fol.49.

Idem textus in aliquorum opinione procedit in intereſſe; non autem in vſuris. ibid.n.30.

L.1.ff.pro ſocio declaratur. c.158.n.9. fol.355.

L.Iure ſocietatis 82.ff.pro ſocio declaratur. cap. 100.n.18. fol.43.

L.ſi conuenerit 14.ff.pro ſocio declaratur. c.158. nu.16. fol.356

L.fin.ff.fin.regundor.expenditur.c.163.n 36 f.388

L.fin.ff.fin.regund.licèt loquatur in prædijs ruſticis, procedit etiam in vrbanis, quoad ſpatium duorum pedum relinquendum.c.174.n.29. fol.427

L.fundi partem, ff de contrab. empt. expenditur. c.178.n.5. fol.439.

L.cum hic ſtatus 33 §.ſi ambo ff.donat.int.vir.& vxor.expenditur. c.181.n.33. fol.457.

L.ſolutum 11. in fin.ff.de pignor.act.declaratur. c.182.n.4. fol 462.

L.eum ad præſens ff.ſi cert.petat. declaratur cap. 134.n.11.fol.246.& ſeq.et c.94.n.23.fol.17.

L.ſingularia, ff.ſi cert.petat. expenditur. c.182. n 8. fol.562.

L.periculum 35.ff.ſi cert.petat.declaratur.c.151. nu.5. fol.323.

L.eos, & l.quidam Hiberus ff. de ſeruit. vrb.prædior.declaratur c.163.n.53. fol.389.

L.idemq;verſ.quare,ff.qui potior.in pign. hab. traditur intellectus.c.138.n.7. fol.267.

L.lutius ff.qui potior.in pign.hab.declaratur. cap. 137.n.31. fol.263.

L.fin.in princip.ff.qui pot. in pign. hab. declaratur c.108.n.42. fol.100.

L.creditor ff. qui pot.in pign. hab.expenditur cap. 250.n.1. fol.319.

L.interdum ff qui pot. in pign. hab. quæ requiſita expoſcat pro potioritate creditori concedenda. c.100.n.22. fol.44.

L.interdum ff.qui pot.in pign.hab.ſolùm procedit in pecunia mutuò tradita,non autem ſub vſuris. c.100.n.23.& ſeq. fol.44.

L.fin.ff.de pact.declaratur c.128.n 25. fol.221.

L.hæc venditio 7.ff de contrab.empt. explicatur. c.134.n.10. fol 246.& ſeq.

L.ſicut emptio 23.ff.locat,expenditur.c.120.n.19 fol.180.

L.vnum 27.ff.de conſtit.pecun.declaratur. cap.92. n.6.fol.3.& n.31. fol.6.

L.item quæritur 16 § exercitu ff. locat. explicatur.c.121.n.31. fol.182.

L.1.§.debitum ff.de conſtit. pecun. expenditur. c.92.n.2. fol.3.

L.eum, qui Epheſi §. quod exigimus ff. de conſtit. pecun. declaratur. c.92.n.3. fol.3.

L.ſi pater 2 ff.de pact.dotal.expeditur.cap 112. n.31. fol.130.

L.ob res §.expreſſas, ff. de pact.dotal.declaratur. c.115.n.12. fol.144.

L.Modeſtinus 36.ff.de ſolut.declaratur.c.152.n.1. fol.327.

Eadem lex ſubtilitatibus. Iuriſque ambagibus nititur, dignaque eſt Ethnico; non autem pio Legiſlatore.c.152.n.23. fol.330.

L.etiam §.1.ff.de minor.explicatur. c.143.nu.34. fol.289.

L.2.ff.de pact.dotal.expenditur.c.112.n.32 f.131.

L.ſi vno 17.ff.locat.traditur intellectus. c.119. n.69.fol.175.& n.73. fol.176.

L.ſi vno 17. §. vbicumque verſ.planè, ff. locat. expenditur.c.122.n.1. fol.189

L.ſerui 19.de peric. & commod. rei vendit. declaratur c.98.n.16. fol.34.

L.vlt.ff.de pericul.& commodo rei vendit. l.ſi ſterilem, §. cum venditorem,ff.de act.empt.conciliantur cum l.nummis.ff.de in lit.iurand.& cum l.vlt.§.vlt.ff de eo, quod certo loco.c.122.n.6. & ſeq. fol.190.

L.ſi pro parte 10.§.idem quærit, ff.de in rem verſo expenditur.c.100.n.10. fol.42.

L.item quod dictũ eſt,& l.Imperator, ff.de in diem addiction.traditur intellectus.c.123 n.10 f.192.

L.2.ff.de in diem addict.expenditur c.123 n.1.fol. 192.& n.13. fol.193.

L.Quintus Mutius 48.ff.mandati declaratur. cap. 104.n 13. fol.61.

L.ſi mandato 59.§.1.ff.mandat. concordatur cum l.1.Cod.de dolo.c.131.n.20. fol.235.

L.ſi mandato, §.ſi iudicio, ff.mandat. expenditur c.104.n.14. fol.61.

L.diligenter 5.ff.mandat. expenditur c.152.nu.4. fol.327.

L.ſi rem 9.ff.de pignorat.act.declaratur.cap.104 n.23. fol.62.

L.ſi ſterilem, § ſi per venditorem,ff.de act empt. traditur intellectus,& limitatio.c.122.n.4.& ſeq.fol.189.& n.12. fol.190.

L.ſi quis domum 9.§.exuſtis, ff. locat. expenditur c.120.n.11. fol.179.

L.fundus 36.l.qui Inſulam.§ ædiles, ff.de locat. declarantur c.120.n.11. fol.179.

L.Mulier 20.ff.qui pot,in pign.hab.expenditur cap 150.n.15. fol.321.

L.1.ff.qui pot.in pign.hab.expenditur c.111.n.31. fol.118.

L.ſi creditor 7.ff.de diſtract.pignor.expenditur cap 140.n.1.& 4. fol.275.

L.1.in princip.verſ.Celſus de except.rei vendit.declaratur c.152.n.4. fol.327.

L.ſi vehenda, § ſi ea conditione ff.ad l. Rhod. de iactu expenditur.c.151.n.11. fol.324.

L.Iuris ignorantia, l.error facti, ff.de Iur.& fact. ignorant.traditur intellectus c.126.n.34 f.207.

L.qui exceptionem ff.de condict. indebit. affertur intellectus.c.126.n.35. fol.207.

L.2.§.Quintus Mutius ff.de orig.Iur. expenditur c. 113.n.2. fol.133.

L.quæro ff.de Iur.dot examinatur c.113.n.5 f.133

L.filius 22 §.vidua ff.ad municip.declaratur. cap. 116.n.15. fol.150.

L.Procula.ff.de probat.traditur intellectus.c.155. n.14.& ſeqq. fol.343.

L.Procula.ff.de probat. procedit in remiſſione debiti, non autem in præſumptione ſolutionis.cap. 155.

155.n.15. fol.343.

L.femina 8.in fin.& l.fin.in princip.ff.de Senator. declaratur c.116.n.15. fol.150

L.ſi plures 14.§. ſiue autem ff. depoſit. expenditur c.151.n.12. fol.324.

L.obſeruare 4 in fin.ff.de offic.Proconſul,expenditur c.152.n.6. fol.328.

L.nummis ff.de in lit.Iurand.l.vlt.§. vlt.ff. de eo, quod certo loco declarantur,& conciliantur cũ Iuribus in l.vlt.ff.de peric.& commod. rei vẽdit.& l.ſi ſterilem §.cum per venditorem ff.de act.empt. c.122.n.6.& ſeq. fol.190.

L.quemadmodum 29 §.item labeo ff.ad l.Aquil.declaratur c.122.n.14 fol.190.

L.ſeruus tuus 21.ff. de dolo malo expenditur cap. 144.n.22. fol.294.

L.Æmilius ff.de minorib.traditur intellectus cap. 140.n.12. fol.276.

L.Tutor.ff.de lit.iurand. declaratur c.143.nu.22. fol.188.

L.debet 27.ff. de ædilit.edict. in quibus caſibus procedat. c.165.n.2. fol.394.

Ex Digeſto Infortiato.

L.qui duos 10 §.cum in bello ff.de reb.dub.latè explicatur,& conciliatur cũ l.ex facto 27.§.ſi quis autem ff ad Senat.conſult.Treb.veriuſq; traditur intellectus.c.181.n.1 & ſeqq.fol 453.& ſeqq.

Autori arridet intellectus Baldi,*quòd textus in d.l.qui duos §.cum in bello, ff.de reb.dub.loquatur in filio pubere. Textus verò in l.ex facto, §.ſi quis autem ff ad Senat.Conſult.Trebell. procedat in filio impubere. ibid.n.5.* fol.453.

L.quod de pariter 17.ff.de reb.dub.plures traduntur intellectus.c.109.n.12.& ſeqq. fol.104.

L.qui duos 10 §.ſi maritus ff.de reb. dub. traditur ratio, & intellectus.c.181.n.28. fol.456.

L.inter virum 9.ff.de reb.dub. expenditur c.181. n.34. fol.457.

L.inter virum, & vxorem ff.de reb. dub. in illis verbis, eò maximè, quòd donator non ſuperuiuat declaratur c.181.n.39. fol.458.

L.ſedet in illo 19 ff.de reb.dub.expenditur c.181 n.46. fol.459.

L.ſi hæreditas §.qui filium ff.de teſtam. tutel. expenditur.c.105.n.33. fol.67.

L duo ſunt Titij ff.de teſtam.tutel.traditur intellectus c.186.n.7.& ſeq. fol 479.

L in tempus §.quoties ff de hæred. inſtit. affertur intellectus c.186.n.7.& ſeqq. fol.479.

L.cum id 32.ff.de condict.& demonſtr. examinatur c 194.n.122. fol 537.

L.ſi dotali ff.ſolut.matr.expenditur c.112.nu.31. fol.130.

L.ſi Titius ff.de legat.2. declaratur c.119. nu.61. fol.174.

L.cum filius ff.de milit.teſtam. expenditur c.127. n.5. fol.212.

L.hæreditatum 68. aliàs incipit computationi ff. ad l.falcid. computans vitam hominis, illamq; æſtimans, ſibi locum vindicat, non ſolùm in vltima voluntate, & in caſu legis falcidiæ; ſed etiam indiſtinctè, vbi agitur de vita hominis æſtimanda. c.151.n.17. fol.354.

L.& in totum 4.ff.de impenſ.in reb. dotal. fact. examinatur. c.151.n.9. fol 323.

L.ſi cum dos 8.ff de act.rer.amot. declaratur cap. 155.n.12 fol.342.& c.141.n.16. fol.280.

L.obſeruare 6.ff.de curat.furioſ.declaratur c.135. n.12. fol.250.

L.Tutor, qui repertorium ff.de adminiſtr.& pericul Tutor. declaratur c.143.n.22. fol.288.

Ex Digeſto Nouo.

L.2.§.ſi quis quod in publico,& §.ſi quis à Principe ff. ne quid in loc.public. ſpeciali indiget Principis derogatione.c.174.n.2. fol.424.

L.ſi quis aliam 46.ff.de ſolut.expenditur c.178. nu.5. fol.439.

L.nouatione 18.ff.de nouat.expenditur c.181.nu. 4. fol.462.

L.1.ff. de Colleg.& corpor.illicit. declaratur cap. 183.n 18. fol.469.

L.denunciaſſe 17.verſ.quid ergo ff.ad l.Iul.de adulter. declaratur c.194.n.69. fol 529.

L.cum is 36.verſ.non enim ff.de fideiuſſor.expenditur c.131.n.14. fol.234.

L.fideiuſſorem 32.ff.de fideiuſſ. declaratur cap. 103.n.12. fol.56.

L.ſtipulationum 5. §. ſatis acceptio ff de verbor. oblig.expenditur c.104.n 22. fol.62.

L decem ſtipulatus 116.ff.de verb.oblig.declaratur c.142.n 2. fol.284.

Eadem lex conciliatur cum l.fideiuſſor obligari §. fin.ff. de fideiuſſor. ibid.n.4.

L.ſi ſeruus §.1.ff.de acq.rer.domin.declaratur cap. 119.n 61. fol.174.

L ſi is, qui pro emptore §.1 ff.de vſucap.expenditur c.119.n 61. fol.174.

L. qui cum alio ff.de reg.Iur nõ procedit, quando quis debuit à parte certiorari.c.127.n.25 f.215

L.ſi alius, §. eſt, & alia ff.quod vi, aut clam expenditur c.128.n.15. fol.225.

L.ſi quis 6.§.1.ff.de pen.declaratur c.141.n.16. fol.280.

L.fideiuſſor obligari § fin. ff de fideiuſſor conciliatur cum l.decem ſtipulatus 116.ff.de verb.obl. c.142.n.4. fol.284.

L.filius 22.§.vidua ff. ad municipal. declaratur c.116.n.15. fol.150.

L.Menia ff.de manum.teſtam. explicatur c.105. n.15. fol.65.

Ex Codice.

L.Maniana Cod.de ædific.priuat.declaratur.c 163 n.38. fol.388.

Euſdem legis diſpoſitio non ſeruatur hodiernis tẽporibus in ſententia Gloſ.& Odofredi.*ib.n.39.*

Diſpoſitio einſdem legis comprehendit tantùm ædificia extra Italiam conſtructa, ſecus verò in Italia in ſententia Baldi. *ibid.n.41.*

Eumdem textum loqui de ſolis Manianis, & in eis tantùm locum habere nonnulli affirmant. ibid.n.39.

L.iubemus la 2.§.ſanè Cod.de Sacroſ.Eccleſ. declara-

claratur c.114. n.5. fol.137.
L. vnic.§.accedit Cod.de rei vxor.act. expenditur c.115.n.12. fol.144
L. ſi dotem Cod.de Iur.dot.declaratur c.115.n.12 fol.144.
L. fin. Cod.de contrab. empt. vna eſt ex quinquaginta Conſtitutionibus Iuſtiniani Imperatoris, quibus diſſidia veterum Iuriſconſultorum diremit. c.161. nu.18. fol.374.
L. aſſecuratio Cod.de non numer.pecun.expenditur c.93, n.29. fol.11.
L.2.§.1. C.de pericul.& commod.rei vendit. expenditur c.134.n.9. fol.246.
L.cum proponas Cod.de naut.fœnor declaratur cap. 97. n.26 fol.30. & c.98.n.1. fol.32.
L.ſi quis iuſiurandum 11.Cod.de reb.credit.expenditur. c.194.n.9. fol.521
L.ſi pro ea C.mandat declaratur c.104 n.17.f 62
L. pactum,quod dotali,in quibus caſibus procedat. c.105.n.31. fol.67.
L.fin.C.de ædific.priuat.declar.c.175.n.34. f.431.
L.ſcripturas C.qui potior in pign. babeant. quas requirat probationes c.111.n.1. fol.115.
L. ſi potiores 3. Cod.de his,qui in prior.credit.loc. ſucced.declaratur c.111.n.42.fol.120. & ſeq.
L.ne cui C.de locat.non fuit correcta per leg. congruit, & ſeq. C.de locat.prædior.ciuil.& fiſcal. lib.11. vtpotè anteà conditas à Zenone Imperatore. c.125. n.4. fol.199.
L ſi quis C.de Iur.& facti ignorant.expenditur cap 126.n.41. fol 207.
L.1 .C.de dolo traditur intellectus c.131. nn.20. fol.235.
Idem textus concordatur cum l.ſi mandatum 59. ff. mandat. ibid.
L. fin. Cod. ſine cauſa, vel reliq.fund. expenditur c.132.n.1. fol.239.
L. ambiguitatem verſ.ſin autem C.de vſufruct.examinatur c.135. n.29. fol.252.
L.1 . C. ſi aduersùs venditionem pignoris traditur intellectus c.140. n.8. fol.276.
L. fin.§.ſed & ſi quis C.commun.de legat.expenditur c.141.n 18. fol.280.
L poſt mortem C.de fideicom.declaratur cap.194. n.82. fol.531.
L ſi quis argentum 35. § ſin autem donator C. de donat.expenditur c.151. n.19 fol.325.
L. & ſi ſub imagine C.de diſtract.pignor. procedit in pigoore conuentionali; non autem Iudiciali, ſeù Prætorio.c.153.n.26 f.335.& n.35 f.336
L dudum 14. C.de contr.empt.declaratur cap.160 n.2. fol 364.
Eadem lex non fuit abrogata ex Conſtitutione Imperatoris Friderici in cap.Sancimus de Iure Protbomiſeos. c.160. n.33. fol.368.
L.vlt.C.de latin.libert.tollend.expenditur c.194. n.117. fol.536.

Ex tribus poſterioribus Libris Codicis.

L. 1. C.de impon.lucrat. deſcript.lib.10. examinatur c.108. n.5. fol.96.
L.congruit 4. & l.ſeq.C.de locat.Prædior.ciuil.vel fiſcal.lib.11.concedens prælationem pro eadem penſione primo conductori, an procedat indiſtinctè etiam in locatione prædiorum priuatorũ. c.125.n.2. fol.199.
Eadem lex congruit, vtpotè Imperialis Conſtitutio, non poteſt priuare Eccleſiam locatricem facultate locandi cui, velit, ſibi à Iure communi impartitam. c.125. n.9. fol. 200.
L.1. § annonas C.de annon.lib.10. expenditur cap 132.n.1. fol.239.
L.1. C.de paſc.public. lib.11.expenditur cap.169. n.21. fol.411.
L.profeſſio Cod.de muner patrimon.lib.10.elegans dictum commendatur. c.113.n.2. fol.133.

Ex Authenticis.

Auth.ſi qua mulier C. ad Velleian.traditur intellectus, & limitatio. c.112.n.9. fol.127.
Auth. de nupt §.dotes collat.4. declaratur c.114. n.5. fol.137
Auth.de nou.oper.nunciat.marit.aſpect. §.vnic.in princ. expenditur c.175. n.34. fol.431.
Auth. vt de cætero commut.Eccleſ.rer.ibi vt perpetuò apud Imperium maneant declaratur c.178. n.11. fol.439.
Auth. de Monac. §. illud quoque expenditur cap. 194. n.5. fol.521.

Ex Inſtitutionibus.

§.item ſi quis merces inſtit.de rer. diuiſ.declaratur c.134.n.1. fol.245.

Ex Iure Feudorum.

Cap.porrò qualit.olim feud.alien. poter. expenditur c.165.n 4. fol.394.

Ex Coustitutionibus Regni Neapolitani.

Conſtitutio Feiderici Imperatoris incipien.Sancimus ſub titulo de Iure Prothomiſeos, ſeu congrui. Vide Fridericus.
Conſtitutio incipiens Comes, & Baro, ſub titul. de cult.pacis expenditur c.180.n.10. fol.449

Ex Peagmaticis Sanctionibus eiuſdem Regni Neapolitani.

Prag.5. in ordine de iu.camlij expenditur cap.92 n.28.& ſeq. fol.5
Prag.1.de Repreſal.expenditur c.180.n 10.f 449.
Prag.14.ſub titul de Baron.expenditur c.172.n.3 in fin. fol.420.
Prag 4.ſub tit.de ictu ſcopictæ iuxtà nouiſſimam editionem traditur intellectus c.179.nu.44. & ſeqq. fol.442.& ſeqq.
Eadem Prag 4.de ictu ſcopictæ, ob quam cauſam diſpoſuit, vt pœna aureorũ mille impoſita ſtatim, patrato delicto, non valeat exigi, niſi poſt contumaciam legitimè contractã.c.179.n.13. f.444.
A Prag. pœna aureorum mille indicta, an debeatur, quando poſt contumaciam contractam fuit reus tortus, compilatoque proceſſu poſt torturam non fuit confeſſus, ſed liberatus in forma. c.179.n.14. fol.445.
Prag.4.de ictu ſcopicta requirit contumaciam pro forma ad effectum exigendi pœnam aureorum mille, quæ non poteſt adimpleri per æquipollens c.179. n.23. fol.446.

Prag.

Pragmatica prædicta ideò decreuit, vt pœna aureorum mille, ſtatim patrato delicto intelligatur applicatè iu beneficium Fiſci, licet exactio fuerit collata ad tempus contumaciæ, vt fiſcus immediatè poſt crimen acquirat ius in bonis delinquentis. c.179. n.25. fol.446.

Subſequuntur Doctorum Traditiones,

Vel declaratæ, vel reprobatæ, vel cum modificatione admiſſæ.

Abbas *in cap. propter ſterilitatem de locat. reprobatur c.119. n.33. fol.170.*
In cap.2. num.8. de Inſtrum. declaratur c.102. num.44 fol.54.
A Coſta *de priuileg. Creditorũ regul.3. ampliat.4. nu.37. & ſeqq. reprobatur c.138. n.6. f.267.*
Epiſcopus Afflictus *controu.28. nu.49. & contr. 41. & 42. refellitur c.147. nu.15. fol.303*
Albericus *in l. licet 8. num.2. verſ. quando autem Cod. locat. reprobatur c.119. n.24. fol.169.*
Alciatus *in cap. cum contingat nu.46. de Iur. iurand. reijcitur cap.112. nu.17. fol.128.*
Conſ.3. n.20. & 23. lib.8. refellitur cap.109. num.12. & ſeqq. fol.104.
Aldobrandini *Conſ. impreſſum per Rubeum ſingular. tom.2. p.3. eſt receptum in Rota, & Camera. cap.163. n.12. fol.385*
Alex. *conſ.105. lib.1. declaratur c.107. n.10. f.87*
Conſ.123. lib.1. & conſ.221. lib.2. reprobatur cap.112. nu.17. fol.128.
Altimarus *de nullit. Rubric.12. qu.22. num.64. declaratur cap.153. nu.1. fol.458.*
Conſ.44. lib.2. commendatur c.102. n.2. f.51.
Altogradus *conſ.69. num.45.48. & ſeq. lib.1. reprobatur cap.181. nu.41. fol.458.*
Conſ.29. n.10. lib.2. declaratur cap.114. n.38. fol.14.
Amatus *reſolut.5. n.12. reprobatur cap 111. n.32. & 34. fol.119.*
Reſolut.30. n.7. reprobatur c.106. n.31. fol.77.
Ancharanus *conſ.81. num.4. commendatur cap. 190. num.19. fol.494.*
Andreolus *controu.127. n.4. refellitur cap.106. num.31. fol.77.*
Controu.348. n.17. declaratur c.130. n.31. f.263
Angelus *conſ.180. circa med. verſ. his non obſtantibus reprobatur cap.114. nu.2. & ſeq. f.137.*
Anna *conſ.82. n.6. lib.1. reprobat. c.92. nu.11. f.4*
Anna *alleg 89. num.2. & ſeqq. refellitur cap.93. num.21. fol.10.*
Alleg.107. n.5. declaratur c.102. n.4. fol.52.
Epiſcopus Antonellus *de tempore legali cap.110. nu.4. lib.2. reprobatur c.168. n.8. fol.407.*
Aretin. *in §. in bona fidei verſ porrò etiam inſtit. de act. declaratur cap.151. n.24. fol.326*
Conſ.52. n.4. verſ. ſed rariſſimè reprobatur cap 119. num.64. fol.174.
Archidhiaconus *in c.1. de Procurator. in 6. declaratur cap.102. nu.6. fol.52.*
Argentarius *ad Conſuetud. Brittan. tit.17. in Rubric. n.4. fol.1526. c.172. n.1. & ſeq. fol.418.*
Armilla *in ſumma verbo ſocietas nu.6. refellitur cap.99. nu.10. & ſeqq. fol.37.*
Arias de Meſa *var. lib.1. cap.18. reprobatur cap. 118. num.7. fol.158.*
Auendanus *ad l.40. Taur. gloſ.10. nu.23. reprobatur c.109. n.12. & ſeq. fol.104. & ſeq.*
Aufrerius *ad Cappellam Tholoſanam c.454. declaratur cap.106. nu.32. fol.78.*
Antunez *de donat. Reg. lib.1. prælud.2. §.1. n.13. declaratur c.105. n.10. fol.65.*
Azeuedus *l.8. tit.9. lib.5. ordin. n.116. refellitur c.112. num.16. fol.128.*
Azorius *Inſtit. moral. p.3. lib.10. tit. de cenſib. c.8 qu.1. reprobatur c.126. nu.20. fol.206.*
Baeza *de non meliorand. filiab. c.10. n.37. et 44. reijcitur c.112. n.18. fol.128*
Balbus *Balbus de præſcript. in 2. part. 5. par. principal. qu.4. in fin. reprobatur c.127. n.15. & ſeq. fol.402.*
Baldus. *in c.1. in princip. n.7. de ſucceſſ. feud. reprobatur c.117. n.9. fol.154.*
In l.4. Cod. depoſit. declaratur c.118. nu.26. fol.161.
In l. ſicut nu.1. verſ. ſed quid ſi dixi Cod. de act. empt. egregia diſtinctio commendatur c.134. n.7. & duob. ſeqq. fol.246.
In cap. Imperialem § præterea Ducatus n.6. de probib. feud. alienat. per Federic. extollitur c.161. n.6. & ſeq. fol.372.
In Rubrica de conſtit. pecun. num 10. verſ. circa cauſam traditur ſubtilis diſtinctio circa conſtitutum c.92. n.21. fol.5.
In Auth. ei, qui iurat ſub n.47. in fin. verſ. ſed quid ſi fuit proceſſum C. de bon. auctor Iudic. poſſidend. commendatur c.141. n.38. f.283.
In l. licet n.15. Cod. locat. reprobatur c.119. nu. 24. & ſeq. fol 169.
In l. pactum dotali q.18. C. de collat. declaratur c.194. n 107. fol.535.
In l. ſi ea lege.17. n.9. & ſeq. C. de vſur. refellitur c.119. n.22. fol.169.
In l.2. ff. de in diem addict. egregia diſtinctio laudatur c.123. n.15. fol.193.
In auth. hoc ius porrectum n.22. C. de Sacroſ. Eccleſ. reprobatur c.127. n.12. fol.213.
In l.1. C. de ordin. Iudic. declaratur c.151. nu. 24. fol.326.
In l. Gallus §. item ſi parente n.3. ad med. verſ aut de hærede qualificato, declaratur c.107. nu.5 & ſeq. fol.87.
Conſ.467. in fin. lib.1. declaratur c.114 n.38. fol.118.
Conſ.234. lib.1. refellitur c.125. n.18. fol.201

ELENCHVS

Conſ 77. nu.2. verſ. contrarium eſt verius. lib.1. declaratur cap.128. n.32. fol.222.

Conſ.190. lib.2. declaratur c.93. n.3. fol.8.

Conſ.199. alids 200. nu.5. lib.3. commendatur c.113. n.11. fol.134.

Conſ.391. n.1. lib.3 reijcitur c.109. n.12. et ſeq. fol.104. & ſeq.

Conſ.174. lib.5 reijcitur c.160. n.o. fol.366.

Baldus Nouellus *de dote p.10. nu.39. reprobatur c.111. n.31. & ſeq.* fol.118. & ſeq.

Barboſ. *in l.1. 5. part. n.51. ff. ſolut. matrim. reijcitur c.112. n.17.* fol.161.

In l.1. p.3. n.34. verſ. poſtremò ff. ſolut. matrim. refellitur c.111. n.32. fol.119.

In l.1. p.4. ſub n.103. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. reijcitur c.112. n.118. fol.123.

Epiſcopus Barboſa *voto 14. n.6. & ſeqq. declaratur c.106. n.31.* fol.77.

De Iure Eccleſ. Vniuerſ. lib.1. c.42. n.242. declaratur c.194. n.94. fol.528.

Bardus *de Iur. prothomiſ fol.18. uerſ. de quinto declaratur c.160. n.24.* fol 367.

Bartolus *in l. Ciuitas n 8. ff. ſi cert. petat. declaratur c.127. n.12.* fol.213.

In l. quominus n.2. ff. de flumin. declaratur c.172 nu.9. fol.422.

In l. 1. C. de ordin. Indic. declaratur c.151. n.24. fol.426.

In l.1. in 6. quaeſt. ff. de Iur. codicill. declaratur c.194. n.45. fol.527.

In l. enim, qui certarum §.1. n.4. ff. de verb. oblig. declaratur c.153. n.11. fol.334.

In l. Modeſtinus n.4. ff. de ſolut. declaratur cap. 130. n.31. fol.234.

In l. ſingularia n.19. ff. ſi cert. petat. reijcitur cap. 93. n.21. fol.10.

In l. cotem ferro §. qui maximus n.4. & 7. ff. de public. & vectigal. exploditur cap.119. nu.22. fol.169.

In l. Gallus §. quidem rectè nu.2. ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi ſibi §. ſi pactum. ff. de pact egregia diſtinctio commendatur ſuper ſtipulationi patris pro filijs, an ſit intelligenda pro filijs, vti filys, vel vti haeredibus c.106. n.20 & ſeq. fol.75.

In l. quod de pariter 17. n.1. antè medium verſ. illud dubium ff. de reb. dub. diſtinctio laudatur c.181. n.42. fol.459.

In tract. Minor lib.4. diſt.3. c.2. declaratur cap. 194. n.54. fol.528.

Conſ.132. n.5. lib.1. reprobatur c.114. n.2. & ſeq. fol.137.

In eodem conſ.132. n.2. lib.1. declaratur cap.114. n.38. fol.141.

Beccius *conſ.105. lib.1. declaratur c.129. nu.27.* fol.227.

Bellon. *Iun. conſ.41. reijcitur c.108. n.36.* fol.99.

Bellugo *in Specul. Princip. Rubr.24. n.6. reprobatur c.131. n.18.* fol. 235

Bellus *conſ.100. n.10. reprobatur c.163. n.37.* f.488.

Beltraminus *ad Ludouiſ. dec.106. lit. A. refellitur c.167. n.23 & ſeq.* fol.404

Berous *conſ.48. lib.1. reprobatur c.112. n 7. & 8.* fol 126.

Conſ.143. nu.30. & 51. lib.3. refellitur c.172. nu.7. fol.158.

Bertrandus *conſ.234. n. vlt. lib.2. declaratur cap. 106. n.31.* fol.77.

Boccaccius *de cenſib. p.1. n.52. reprobatur c.126. n.20.* fol.206.

Bombinus *conſ.59. n.16. commendatur cap.108. n.29.* fol 98

Bonaccina *de contractibus diſp.3. q.3. par.11. nu.2. refellitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37.

Bondenus *colluct.34. n.10. & ſeq. reprobatur cap. 117. n.2.* fol.153

Boſsius *de dote c.20. n.95. refellitur c.118. n.7.* fol.158.

Cap.2. §.1. n.62. & ſeq. reijcitur c.114. n.16. fol. 139.

Bottilierius *de ſucceſſ. ab inteſtato c.2. Theorem. 46. declaratur c.194. n.104.* fol.535.

Burſatt. *conſ.148. n.38. declaratur c.103. n 18. fol.58. & c.143. n.35.* fol.290.

Conſ.56. n.5. lib.1. reijcitur c.112. n.17. fol.128.

Conſ.39. nu.37. & ſeqq. exploditur c.144. n.16 fol.293.

Butrius *in cap.1. de locat. reijcitur c.125. num.3.* fol.199.

In cap. propter ſterilitatem n.21. verſ. illorum Iurium de locat. exploditur c.119. n.24. & ſeq. fol.169.

CAballus *c.125. nu.14. & ſeqq. lib.2. reprobatur c.116. n.14.* fol.150.

Cacacius *penes de Marinis reſol.84. n.6. lib.3. exploditur c.130 n.7.* fol.129.

Cald. Pereyr. *lib.1. recept. ſentent. qu.23. n.110. declaratur c.167. n.41.* fol.405.

Card. Caietanus *tom.1. opuſc. tract.31. reſponſ.11 refellitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37.

Camerata *reſponſ.5. art.1. declaratur c.194. nu. 52.* fol.528.

Cancerius *var. p.2. c.6. de ſolution. n.42. extollitur c.155. n.13.* fol.343.

Part.2. c.5. de fideiuſſor. n.5. & ſeqq. reprobatur c.130. n.16. fol.234.

Par.3. c.15. n.17. & ſeqq. declaratur c.194. n.55. fol.528.

Part.3. c.17. reprobatur c.141. n.29. fol.242.

Capycius Latro *conſult.83. n.18. & ſeqq. reprobatur c.167. n.15. & ſeq.* fol 402

Conſult.108. n.21. lib.2. refellitur c.151. n.5. fol.318

Conſult.79. n.33. declaratur c.151. n.24. f.326

Carena *reſolut.23. n.4. declaratur c.105. nu.10.* fol.65.

Reſolut.23 n.9. reprobatur, & declaratur cap. 183. n.17. fol.469.

Reſolut.11. refellitur c.191. n.19. fol.503

Reſolut.47. c.125. n.13. fol.201.

Carleual. *de Iudic. tom.2. tit.3. diſp.7. n.17. & ſeqq. exploditur c.99. n.10. & ſeq.* fol. 37 Tom.2.

Digitized by Google

E L E N C H V S

Tom.2.tit.3.diſp.7.n.20.reijcitur cap.99. n.191 *fol.38.*

Carpanus *ad Statuta Mediolani c.298. n.282.declaratur c.114. n.38.* *fol.141.*

Cap.443. n.34. reprobatur c.162.n 24.fol.379

Ad eadem Statuta verbo huic dominio nõ ſubditum *declaratur c.116.n.15.* *fol.150.*

In cap.Collegijs n.152. commendatur diſtinctio c.160.n.9. *fol.376*

Caſsiodori *elegans locus commendatur.c.180.n.8* *fol.448.*

Caſtrenſis *in l.ſi cum dotem n.11.ff.ſolut.matrim. commendatur.c.115.n.5.* *fol.143.*

In l.fideiuſſor pro venditore ff.de fideiuſſor. reijcitur c.104.n.14. *fol.61.*

In l.Titio centum §.Titio genero num.8. ad fin. verſ.ego pluries ff.de condit.& demõſtrat. cõmendatur nobilis diſtinctio pro dignoſcendo, an, & quando dos ſuccedat loco legitimæ in terminis ſtatuti. c.117. n.11. *fol.154.*

In l.petens n.9. verſ.nunc circà iſtam materiã C.de pact.conuent.commendatur,& declaratur c.105.n.36. *fol.68.*

In auth.hoc ius porrectum n.5. C.de Sacroſ.Eccleſ.declaratur c.127. n.12. *fol.213.*

In l.cotem ferro §.qui maximus n.5.ff.de public. & Vectig. reijcitur c.119. n.22. *fol.169.*

In l.ſi aliena §.1.ff.de negot.geſt. refellitur cap. 152.n.5. *fol.328.*

In l.ex conducto §.ſi vis tempeſtatis nu.6. verſ. ſi autem percipiat nu.6. ff. locat. reprobatur c.119.n.24.& ſeq. *fol.169.*

In l.ſi deceſſerit ff.qui ſatiſd,cogant. exploditur, & declaratur c.141.n.29. *fol.282.*

In l.quoties n.4 C.de hæred. inſtit.reijcitur cap. 117.n.9. *fol.154.*

Conſ.337. in princip.lib.1.declaratur cap.127. n.12. *fol.213.*

Conſ.252.lib.1.reprobatur c.145.n.6.fol.296.

Conſ.4. n.6.lib.5.refellitur c.125. n.3.fol.199. & n.13. *fol.201.*

Cencius *de cenſib.qu.8. n.15. verſ. ego verò exploditur c.126. n.62.* *fol.210.*

Quæſt.108. n.18. in quibus terminis intelligendus c.128. n.16. *fol.221.*

Quæſt.72.n.23.& ſeqq.refellitur c.129. n.24. & 27. *fol.226.*

Quæſt.58. n.1. declaratur c.132. n.8.fol.239. & n.9. *fol.240.*

Cephalus *conſ.11.lib.1.declar.c.117.n.4. fol.153.*

Cõſ.303.n.123.& ſeq. reijcitur c.117.n9.f.154

Conſ.312.n.85. & ſeq.refellitur c.109. nu.12. *fol.104.& ſeq*

Ceuallos *commun.contra commun. q.552.refellitur c.151.n.18.* *fol.325.*

Ciroccus *diſcept.69. n.9. antè fin. declaratur cap 133.n.10.* *fol.243.*

Diſcept.29. n.13. refellitur c.163.n.28.f.377.

Collectarius *in cap. potuit 4.col. fin. verſ.quòd ſi dominus fingit nu.48. extra de locat. refellitur c:178. n.8.* *fol.439.*

Conciolus *alleg.76. nu.20. & ſeq. reprehenditur c.11. n.13.* *fol.127.*

Conſtantius *in l.1. n.42.& 44.Cod de fiſcal vſur. lib.10. reijcitur c.130. n.7.* *fol.129.*

In l.1. n.21. Cod.de Iur.fiſc.lib.10. reprobatur c.108.n.36. *fol.99.*

Corneus *in l.pactum dotali n.24. verſ.ſi verò declaratur c.194. n.107.* *fol.535.*

Couarruuias *in 2.part. Rubricæ de teſtam. ſub nu. 14. verſ.cæterùm declaratur cap.194. n.45.* *fol.527.*

Var.lib.3. c.2.n.4. refellitur c.99.n.10 & ſeq. *fol.37*

Var.lib.3.c.1.n.3.reijcitur c.118.n.35.fol.162.

Variarum reſolutionum lib.3. c.9. n.8.reprobatur c.151. n.18. & 21. *fol.325.*

Var.lib.2.c.7.n.2.reijcitur c.117. n.9. fol.154

In cap.poſſeſſor.2.p.relect.§.3.ſub n.7.verſ.hoc autem refellitur c.167. n:23.& ſeq. fol 403

In cap.poſſeſſor 2. p.2. §.3. n.7. verſ. hinc falſum. declaratur c.167.n.41. *fol.405*

In cap.quamuis p.3. § 2. nu.4. verſ. tertia ratio de pact. in 6. declaratur c.194.n.32.& ſeqq. *fol.525.*

Coſta *de Iuris, & fact. ignorant.centur.2. diſt.47 n.6. reijcitur c.136. n.29.* *fol.257.*

Craſſus *de except.c.16. n.54.refellitur c.146.n 9* *fol.300.*

Craſſus *in §.legitima qu.4. n.3. declaratur c.194. nu.108.* *fol.535.*

Crauett. *conſ.84.n.16. reijcitur c.136. n.29.f.257.*

Conſ.189.ſub n.7. verſ.& iſta opinio, & ſeqq. refellitur c.159.n.21. & ſeq. *fol.361.*

Conſ.4. n.4. & ſeq. lib.1. communiter reprobatur c.167. n.15.& ſeqq. *fol.402.*

Conſ.242. n.4. reijcitur c.168. n.8. *fol 406.*

De antiquit.tempor.p.1. cap.vidimus, & abundè n.41. explicatur c.102. n.24. *fol.54.*

Cremenſis *ſingul. 72. refellitur c.152.n.5.f.328.*

Crotus *conſ.190.n.21.& ſeqq.lib.2. vti ſingulare extollitur c.93.n.33.* *fol.12.*

Conſ.11. n.2. delaratur c.153. n.11. *fol.334*

Curtius *in l.quod ſæpè §.in ijs nu.5. ff.de contrah. empt. & conſ.244. nu.10. & ſeqq. lib.3. reprobatur c.134. n.4.* *fol.246.*

Curt.Iun. *conſ.276.n.34. lib.3. declaratur c.151. n.24.* *fol.326.*

Cutellius *de donation. tract.1. diſc.2.p.4.n.24 declaratur c.194. n.34.* *fol.525.*

Tract.1.diſc.2.p.4.n24.declaratur c.194.n.51. *fol.528.*

Tract.1. diſc.3. partic.6. n.12. & 18. & tract.2. diſc.1.ſpecial.4. per tot.reprobatur c.110.n.8. & ſeq. *fol.110*

Cyriac. *controu.310. nu.14. declaratur cap.172. n.8.* *fol.422.*

Contr.273.n.41. declaratur c.116 n 15 fol.150.

DEcianus *reſp.99. num.24.lib.5. reprobatur c.107. n,64.* *fol.93.*

Decius *in l.pacta nouiſſima n.5. C. de pact.declaratur c.128.n.32.* *fol.222.*

In l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cogant. reÿcitur, & declaratur c.141. n.29. fol.282.

In cap 2. n.15. de fid. Inſtrum. explicatur c.102. n.24. fol.54.

Conſ.69. n.32. lib.2. declaratur c.153. n.7. f.333.

Conſ.430. commendatur c 94. n.13. fol.16.

Conſ.86. col.4. verſ. quantum verò ad portionē c.194. n.32. & ſeqq. fol.525.

Conſ.86. nu 5. verſ. & iſta donatio declaratur c.194. n.51. fol.528.

Conſ 328. & conſ.307. n.8. & ſeqq. declaratur c.106 n.31. fol.77.

Conſ.253. reÿcitur c.197. n.64. fol.93.

Conſ.400. n.5 declaratur c.182. n.3. fol.461.

Diana *p.1. tract. 8. de contract. reſolut.30. refellitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37.

Part.1. tit.8. reſolut.30. de contract. reÿcitur c 99. n.19. fol.38.

Donadeus *de renunciat. c.30. n.8. lib.1. reprehenditur c.125. n.13.* fol.201.

Cap.70. n.30. declaratur c.194. n.55. fol.528.

EScobar *de ratiocin. c.15. n.14. declaratur cap. 122. n.15. fol.190. in fin. Computat.17. reÿcitur c 131. n 18.* fol.235.

FAber *in §. praeterea inſt. quibus non eſt permiſſ. fac teſtam. declaratur c.135. n.13.* fol.250.

Antonius Faber *in Cod. lib.2. tit.3. de pact. declaratur c.194. n.107.* fol.535.

Lib.4. tit.2. ſi cert. petat. defin.2. refellitur cap. 151. n.18. fol.325.

lib.4. tit.42. defin.27. commendatur c.120. n.4. fol.178.

Lib.8. tit.31. de euict. defin.13. verſ. poſteriore vero commendatur c.129. n.23. fol.226

In Rational ad leg. lutius 38. antè fin. ff. mandat. commendatur c.104. n.13. fol.61.

In Rationalib. ad l. in cum 19. ff. de inſtit. act. laudatur c.102. n 13. fol.52.

In Rational ad l. ſi vnus §. ſi quid ff. pro ſocio cōmendatur c.101. n.28. antè fin. fol.49.

Facchineus *controu. Iur. lib.3. cap.101. in fin. reprobatur c.118. n.7.* fol.158.

Controu. Iur. lib.9. cap.37. in fin. commendatur c.179. n.31. & ſeq. fol 446.

Controu. Iur. lib.13. c.87. ſubtilis animaduerſio laudatur c.93. n.40. fol.12.

Contr. lib.2. c.86. reprobatur c.93. n.8. fol.9.

Faria *in addit. ad Couarruuias c.7. n.21. lib.1. reÿcitur c.181. n.41.* fol.458.

Federicus de Senis *conſ.26. declaratur cap.194. n.87. & ſeqq.* fol.532.

Felicianus *de Cenſibus tom.2. lib.3. c.5. n.18. reÿcitur c.108. n.36.* fol.99.

Lib.1. c.8. n.13. & lib.2. c.17. refellitur c.126 n.20. fol.206.

Felicius *de ſociet. c.27. n.18. declaratur c.101. n.30.* fol.49.

Ferentillus *ad Buratt. dec.673. nu.9. reprobatur c.167. n.23. & ſeq.* fol 403.

Idem ad Buratt. dec.420. n.7. declaratur c.130 n.31. fol.236.

Ferronius *ad Conſuet. Burgundal. tit. de locat. §.4. in fin. reprobatur c.125. n.3.* fol.199.

Filiuccius *quaeſt. moral. tom.2. p.2. tract.35. c.3. qu.3. exploditur c.126. n.20.* fol.206.

Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.4. n.18. p.3. nu.62. reprobatur c.130. n.16.* fol.234.

Clauſ.5. gloſ. vnic. p.1. nu.59. & ſeq. declaratur c.194. n.107. fol.535.

Fuſarius *conſ.78. n.9. & conſ.79. n.3. declaratur c.107. n.10.* fol.88

GAbriel *de pact. concluſ.1. n.3. declaratur c. 133. n.21.* fol.244.

Conſ.57. n.10. reprobatur c.110. n.8. fol.110.

Gaitus *de credito c.4. qu.7. n.355. refellitur cap. 147. n.15.* fol.303.

Cap 4 quaeſit.11. n.1597. & ſeqq. reÿcitur cap. 108. n.36. fol.99.

In appendic. n.113. declar. c.111. n.32. fol.119.

Gaillus *obſer.79. n.6. declaratur c.114. n.38. & ſeq.* fol.141

Galeot. *reſp fiſc.18. n.44. reprobatur c.119. nu. 22.* fol.169.

Controu.61. lib.1. reÿcitur c.130. n.7. f.229.

Controu.56. n.23. & ſeqq. lib.1. commendatur c.137. n.28. fol.262.

Controu.70. n.12. & ſeqq. lib 2. laudatur cap. 102. n.12. fol.52.

Controu.49. n.25. & ſeq. lib.1. reprobatur, & in quo caſu intelligendus c.169. n.9. fol.391.

Galganetus *de tutel. lib.3. q.31. n.4. declaratur c. 135. n.12.* fol.250

Galleſius *de oblig. Camer. p.3. tit. de perſon petent. exequ:ion. refellitur c.104. n.14.* fol 61.

Gargiarius Iun. *conſ.97. n.70. lib.1. reprobatur c.111. n.32.* fol.119.

Gaufridus *vulgò collectarius in cap. poſuit 4. col. verſ. quod ſi dominus extra de locat. reprobatur c.178. n.8.* fol.439.

Genua *de ſcriptura priuat. lib.3. c.1. n.183. & ſeqq declaratur c.102. n.24.* fol.54.

De Georgio *alleg.31. n.17. & duob. ſeqq. commēdatur c.105. n.28.* fol.66.

Giballinus *de vſur. lib.6. c.3. & ſeqq. reÿcitur cap 99. n.10. & ſeq.* fol.37.

Giurba *ad conſuet. Meſſan. c.10. gloſ.2. poſt med. verſ. eius tamen reprobatur c.181. n.43* f.359

Gloſa *in l. Ariſto ff. quae res pign. oblig. poſſ. expenditur c.137. n 1.* fol.259.

In l.2. verbo conditionalis ff. de in diem addict. egregia diſtinctio commendatur c.123. n.13. fol.193.

In l. ſi tibi decem § ſi pactus verbo prodierit ff. de pact. commendatur c.107. n.1. fol.86.

In l. aſſiduis verſ. ſed numquid, C. qui pot. in pign. hab. reprobatur c.108. n.36. fol.99.

In l. etiam §.1. verbo audiendus verſ. dic ergo ff. de minor. laudatur c.143. n.34. fol.289.

In l. profeſſio in princip. C. de muner. patrim. lib. 10. commendatur c.113. n.2. fol.133.

In l. licèt 8. verbo ſterilitas verſ. item, quando dicatur vbertas C. locat. & in l. ſi vno 17.

ver-

Google

verbo etiam eius vſus communi ſenſu Interpretum ſenſu reprobatur c.119.n.24. & ſeq. fol.169.
Gobius *conſult.33. n.26. & ſeq. reprobatur cap. 26.n.62.* fol.210
Golinus *de Procurat.p.3. c.4. n.45. reprobatur c.141.n.29.* fol.282
Gomez *ad l.5 P.Tauri n.39. in fin. reijcitur cap. 108.n.36.* fol 99.
Ad leg.22. Taur nu.10. in princip. declaratur c.194.n 18. fol.535.
Grammaticus *conſ.ciuili 28.n.14. & ſeq.reprobatur c.125.n.3 fol.199. & n.53.* fol.201.
Conſ.ciuil.169.n.9. reijcitur c.163.n.55.f.389.
Graſſus *de effect.Clericat.effect.2. n.395.refellitur c.160.n.6.* fol.365
Gratiani *auctoritas expenditur cum diſtinctione c.125.n.19.* fol.201.
Gratianus *c.715.n.20. & c.357.n.42.refellitur c.125.n.13.* fol.201.
Cap.537.n.3.& ſeqq.& n.9. & ſeqq. reijcitur c.125.n.13. fol.201.
Cap.948.n.1. & ſeq.refellitur c.146. nu.9.fol. 300. & c.147.n.15. fol.303.
C.544.n.17.et ſeq.refellitur.c.163.n.28.f.387.
C.96.n.1.& ſeqq. declaratur c.194.n.51.f.528.
Cap.345. n.9. declaratur c.102. n.4. fol.52.
C.647.n.14.reprobatur c.112.n.7.et ſeq. f.126.
Cap.360.n.10.& ſeq.refellitur c.99. n.10. & ſeq. fol.37.
Cap.424.declaratur c.106. n.32. fol.78.
Cap.924. n.34.& ſeq. commendatur c.108.nu. 29. fol.98.
Cap.489.n.15. & ſeq.reijcitur c.110. n.8.f.110.
Cap.804. n.2.& ſeqq.reprobatur c.111.nu.32. fol.119.
Cap.557.n.25. & ſeq. declaratur c.194. n.55. fol 528.
Gratus *conſ.126.n.8.lib.1.declaratur c.128.n 32* fol.222.
Guttierez *de tutel.c.19. n.7 declaratur c.135.nu 12.* fol.250.
Tract.quaſt.lib.2. qu.156. n.4. verſ. nihilòminus reijcitur c.160.n.6. fol.365.
Conſ.16. n.14.declaratur c.182.n.3. fol.461.
HEirichman *conſ.8. nu.72. & ſeqq. declaratur c.99. n.14.& ſeq.* fol.38.
Heringius *de fideiuſſoribus c.7. nu 453. reprobatur c.112.n.7. et ſeq.* fol 126
Hermoſilla *ad leg.Hiſpan. tit.5.leg.55.gloſ.4.nu. 34. reprobatur c.160.n.4.* fol.365.
Hodierna *in l. hac edictali Cod. de ſeruand. nupt qu.35. n.37. & qu.36. n.8. reijcitur c.113. nu.9.* fol.34
Homobonus *de examin Eccleſ. par.2.tract.9.cap. 14. qu.44. refellitur c.99. n.10.et ſeq.* fol.37
Honded. *conſ.45. n.23. & ſeq. lib.1. exploditur c.112.n.7. et 8.* fol.126.
Conſ.35. n.19. lib.2. declaratur cap.132. nu.8. fol.239. & n.9. fol.240.
Conſ.3.n.7.lib.1.refellitur c.160. n.6 fol.365.
Hoſtienſis *in cap.propter ſterilitatem de locat.reprobatur c.119.n.33.* fol.170.
IAſon *in l.furioſum ſub n.2. verſ.tertio ſingulariter limita C.qui teſtam.facere poſſ. declaratur c.135. n.14.* fol.250.
In l.ſerui electione in princip. n.2. ff. de legat.1. declaratur c.153.n.11. fol.334
Conſ.16. lib.2. reiicitur cap.172. nu.1. & ſeq. fol.418.
Imola *in cap.1. n.13.verſ. alterius quaritur de locat.in ſexto reprobatur c.125. n.3. f.199.*
In cap. cum contingat n.12. de Iur.Iur. refellitur c.111. n.17. fol.128.
Innocentius *in cap. propter ſterilitatem n.2. in fin. verſ.præcedentis communi Interpretum ſenſu reprobatur c.119. n.39. & 41.* fol.171.
In cap.1. de depoſ. reiicitur c.127. n.12.f.213.
In cap. veniens n.2. de verb. limit. declaratur c.167.n.41. fol.405.
Intrigliolus *ſingular.252. reprobatur c.125. n.3.* fol.199.
Iſerniæ *in cap 1 §.etſi libellum verſ. affert tamen de alien.feud. pater.commendatur diſtinctio c.107. n.14.* fol.88.
LAnarius *conſ.89. declaratur cap.106.nu.31.* fol.77.
Conſ.49. declaratur c.194. n.55. fol.528.
Lapus *alleg.35. declaratur cap.190. num.12.& 14.* fol 494.
Allegat.126.ſub nu.10. declaratur c.194. nu. 56. fol 528.
Laratha *conſ.9. n.6. explic.c.106. n.31.* fol.77.
Larrea *allegat fiſcal.35. num.28. lib.1. refellitur c.112.n.20.et ſeq.* fol.129.
Alleg.17. & tribus ſeqq. declaratur cap.122. n.2. fol.189.
Leotardus *de vſur.qu.64.nu.29. & qu.57.nu.13. declaratur c.132. n.8.f.239 et n.9.* fol 240.
Queſt.49.n.6. reijcitur c.151. n.21. fol.325.
Quæſt.72. n.38.quomodò intelligendus cap.96. n.20. fol.25.
Qu.30. n.39. verſ ſed contraria exploditur cap. 118. n.7. fol.158.
Qu.31. n.44. declaratur c.101.n.29. fol.49.
Leſsius *de Iuſt. & Iur. part.2. cap.25. num. 33. & ſeqq. reijcitur cap.99. num.10. & ſeq.* fol.37.
Loffredus *conſ.13. n.13. reprobatur cap.172. n 7.* fol.422.
Lopez *de contract. & negot. lib.1. c.36. exploditur c.159. n.20.* fol.361.
in l.9. gloſ.deſpues que ce la preſta verſ. item vxor tit.2. part.5. declaratur cap.182.n.3. fol.461.
Cardinalis de Luca *de donation. diſc.54.n.12. & ſeq. reijcitur c.151. n.18.* fol.325.
De Beneficijs diſc.73. nu.31. et de Iudic. diſc. 42. num.12. declaratur cap.151. num.24. fol 326.
De Benefic. diſc.36. n.6 verſ. licèt illud reprobatur c.167.n.15. et ſeq. fol.409.

De Renunciationib. diſc.17. n.4.& 7. declaratur c.vlt.n.52. fol.528.
De dote diſc.83. n 11. & ſeqq. & diſc.84.reijcitur c.108. n.36. fol.99.
De dote diſc.49.refellitur c.113.n.10. fol.134.
Lucas de Penna *in l. congruit C. de locat. prædior. fiſcal. lib.11. reijcitur c.125.n.3.* fol.199.
Cardinalis de Lugo *de Iuſtit. & Iur. diſp.30. nu.40.& ſeqq. exploditur c.99 n.10.& ſeq* f.37
Lupus *de vſuris comment.2.§.2.n.54. reprobatur c 151, n.21.* fol.325.
In cop nauigantis § 1. poſt præfationem ſub n.12 verſ. ſed Hoſtienſis in fin.& n.24. de vſur. reprobotur c.99. n.10. & ſeq fol.37.
MAlderus *in 2.2. tract.5.c.2. dub.9. refellitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37.
Mandoſius *in Regula Cancellariæ de annali qu.68 n.7. exploditur c.152. n.5.* fol 328.
Manſius *conſult 29.n.35. & 38. decloratur c.135. n.12. & ſeq.* fol.250.
Conſult.193. nu.21. & ſeqq. declaratur c.100. n.16. fol.43.
Card. Mantica *de tacit. lib.11. tit.19.n.11. exploditur c.111. n.42.* fol.119.
De tacit. lib.12. tit.5. n.15. declaratur c.114. n.38. fol.141.
De tacit. lib.5. tit.5. n.9.& 10. declaratur cap. 114. n.41. fol.140.
Maranta *diſp.8. reprobatur c.160. n.6.* fol.365.
In ſpeculo diſp.9. n.40. & conſ.46. n.7. in fin. declaratur c.125. n.3. fol.199.
Marchinus *de Bello Diuin. part 8. c.11. n.12. reprobatur c.181. n.41.* fol.458.
Marcianus *Iun. diſp.14. nu.35. lib.1. declaratur c.194. n.107.* fol.535
Diſp 8.n.8.& ſeq. declaratur c.194. n.55. f.528
Diſp.38. n.16. uerſ. demùm in fin. lib.1. reijcitur c.163. n.28. fol.387.
Marcianus Iun. *forens. exercitat. cap.2. nu.2. reprobatur c.112. n.18.* fol.128
Mareſcott. *var. lib.1. c.86. n.51. & lib.2. c.121. n 7. declaratur c.153. n.7.* fol.333.
Lib.2. reſol.50. n.5. refellitur c.141. n.39. f 283
Lib.1. c.5. n.15. & ſeq. & c.43. n.13. reprobatur c.112. n.7. & ſeq. fol.126.
De Marinis *reſolut.195 n.16. & ſeqq. lib.2. decloratur c.194. n.34.* fol.525.
Reſolut.189. n.26. & ſeq. lib.2. declaratur cap 194. n.55. fol.528.
Reſolut.189. nu.94. & ſeqq. lib.2. declaratur c.194. n.107. & ſeqq. fol.535.
Reſolut.55. nu.37. & ſeq. & reſolut.44. lib.2. reprobatur c.160. n.5. fol.365.
Reſolut.76. n.10. & ſeq. lib.1. declaratur cap. 137. n.22. fol.262.
Reſolut.20. n.9. & duob. ſeqq. lib.2. exploditur c.130. n.7. fol.229.
Reſolut.72. n.9. lib.2. reijcitur cap.108. n.36. fol.99
Reſolut.120. n.15. & ſeq. lib.1. declaratur cap 194. n.173. fol.530.
In obſeruat. ad Reuerter. dec.449. nu.2. reprehenditur c.104. n.14. fol.61.
In obſeruat. ad Reuerter. deciſ.581. declaratur c.194. n.55. fol.528.
Marotta *de collectis c.20. n.1. decloratur c.132. n.8. fol.239. & n.9.* fol.240.
Marta *voto 35. n.12. refellitur c.125. n.3.* f.199.
Martinus *de Iur conſ. c.6. n.130. declaratur cap. 132. n 8. fol.239. & n.9.* fol.240
Mattienſis *in l.1. tit.11. gloſ.8. n 9. lib.5. recompilat. reijcitur c.119. n.22.* fol.169
Mattienſis *lib.3. tit.9. lib.5. ordin. gloſ.7. nu.7. refellitur c.112. n.18.* fol.128.
Maurus *de fideiuſſor ſect. 10. c.4. nu.46. declaratur c.128. n.33.* fol.222.
Medices *conſ.2. n.72. & ſeq. declaratur cap. 194. n.73.* fol.530.
Medina *in Inſtruct. Confeſſor. c.14. §.27. reijcitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37.
Menochius *de recuper poſſeſſ. remed.15. n.527. refellitur c.139. n.13.* fol.278
Lib.3. præſumpt.135. ſub n.7. reijcitur c.103. n.41. fol.12.
Lib.6. præſumpt.50. n.19. uerſ. nam illa exploditur c.183. n.43. fol.459.
De arbitrar. caſu 436. nu.6. & ſeq. declaratur c.194. n.51. fol.528.
Conſ.464 n.30. refellitur c.117 n 9. fol.154.
Conſ.753. n.31. lib.8. declaratur c.105. nu.10. fol.65.
Conſ.84. n.15. & conſ.442. n.32. reprobatur c.109. n.12. & ſeq. fol.104. & ſeq.
Conſ.587. n.12. exploditur c.117. n.2. fol.153.
Conſ.464. n.30. reijcitur c.117. n.9. fol.154
Merenda *lib.5. controu.26. declaratur cap.102. n 4.* fol.51.
Merlinus *de pignor. lib.4. tit.1. qu.11. per tot. ſignanter n.3. & 6. reijcitur c.138. n.6.* f.267
Lib.4. qu.72. n.9 refellitur c.131. n.18. f.135.
Lib.3. qu.68 exploditur c.108. n.36. fol.99.
Lib.3. tit.2. qu.74. n.7. ad med. & n.16. & ſeq. reprehenditur c.111. n.32. fol.111.
Merlinus *de legitima lib.1. tit.2. qu.11. nu.5. uerſ. tertius caſus eſt declar. c.194. n.108.* f.535.
Michalorus *de Fratrib. c.36. n.24. lib.3. exploditur c.160. n.25.* fol 367.
Mier. *tit. de tutor par.1. fol.132 nu 22. refellitur c.131. n.18.* fol.235
Molin. *de Hiſpan. Primog. c.5. n.6. lib.4. reprobatur c.118. n 7.* fol.158.
Lib.2. c.6. n.34. reijcitur c.167. n.25. f.404.
Lib.2. cap.6. n.60. & ſeq. declaratur cap.167. n.41. fol.404.
Lib 1 c.19. n.4 & n.39. uerſ. ſed quàmuis exploditur c.151. n.18. & 21. fol.325.
Molina Theologus *diſp.388. n.7. exploditur cap. 151. n.23.* fol.325.
De contract. diſp.390. ſub n.2. uerſ. illud poſtremo reijcitur c.26. 1n.20. fol.206.
De contract. tract.2. diſp.391. n.2. reprobatur, et declaratur c.132. nu.01. f.240. et n.13 f 241

De

De Inſtit.& Iur.tract.2.diſp.417.n.10. et ſeqq. refellitur c.99. n.10.& ſeq. *fol.37.*
Molinus *de rit.nupt.lib.3.qu.84.nn.23. declaratur c.194.n.108.* *fol.535.*
Molpheſius *de contract.c.66. n.66.refellitur cap. 151.n.21.* *fol.325.*
Montanus *de tutel.c.28.n.9. declaratur cap.135. n.12.* *fol.250.*
Montanus *de Regal.tit.de Regal.offic.n.28. declaratur c.100. n.31.* *f.77.*
Morotius *conſ.22. declaratur c.194.nn.107. & ſeq.* *fol.535.*
NAtta *conſ.180.declaratur c.194.n.53.f.528*
Nauarrus *de cenſ.conſ.14 n.1. & ſeqq.lib.3.declaratur c.131.n.8.fol.239.& n.9.f.240*
In Manuali c.17.n.254. reprobatur c.99.n.10. & ſeq. *fol.37.*
In cap.ſi feneraberis 14. notab.nu.32.& ſeqq. reijcitur c.99.n.10. & ſeq. *fol.37.*
Conſ.31.verſ.non obſtat refellitur c.99. n.10.& ſeq. *fol.37.*
Conſ.24. de vſur.declaratur c.99.n.14. & ſeq. *fol.38.*
Neguſantius *de pignor.par.2. memb.4. n.79 refellitur c.111. n.32.* *fol.119.*
Neguſantius Iun. *qu.443. n.9. & ſeqq. reijcitur c.114.n.2. & ſeq.* *fol.137.*
Noguerolus *alleg.29.n.192. in fin. verſ. & hanc quæſtionem refellitur c.112. n.14.* *fol.118.*
Alleg.29. n.156. reijcitur c.112.n.20. & ſeq. *fol.129*
Nouarius *qu.forenſ.p.2.qu.72.nu.1. & ſeqq. declaratur c.194.n.52.* *f.528.*
OLea *de ceſſion.Iur.tit.3.qu.7.n.4. & ſeq. refellitur c.108. n.36.* *fol.99.*
Tit.5. quæſt.2. reprobatur cap.130. num.16. *fol.234.*
PAlatius *in Prax.Theolog.lib.4. c.6. reprobatur c.126.n.20.* *fol.206*
Paleaz *in repet. Rubr. de donat.int.Vir.& Vxor. §.17. in fin. refellitur c.112.n.17.* *fol.128.*
In eadem Rubr.§.49. n.5.exploditur c.112.n.18 *fol.128.*
Palma *conſ.21. n.2. & ſeq. exploditur c.111. n.34.* *fol.119.*
Pariſius *conſ.3.n.27. & ſeq.lib.2.declaratur cap. 194 n.55.* *fol.528*
Conſ.30.n.10.& ſeq.lib.2. declaratur cap.107. n.8. *fol.87.*
Paſchalis *de Patr. poteſt.c.38. nu.24. & ſeq. declaratur c.151. n.24.* *fol.326.*
Part.3.c.9.n.64. & p.4. c.2. nu.6. declaratur c.116. n.15. *fol.150.*
Part.3.cap.9.n.64.& part.4. c.2. n.6.declaratur c.116. n.15. *fol.150.*
Pax *de tenut.c.38. n.5.24.& ſeq. declaratur cap. 151. n.24.* *fol.326.*
Peregrinus *de fideicom.art.32.n.9. propè fin.verſ. vbi tamen explicatur c.107.n.10.* *fol.88.*
Conſ.99. n.158. & ſeq.lib.6.commendatur cap. 181. n.22. *fol.455*
Petra *ad Rit.Magn.Cur.Vic.c.20.n.12.verſ.verum declaratur c.132.n.8.f.239.& n.9.fol.240.*
Simon de Petris *conſ.186. n.77. explicatur c.102. n.24.* *fol.54.*
Philippuccius *in allegat. impreſſis poſt c.31. Maſſini de confiſcation.bonor.declaratur c.114.nn. 38.* *fol.141.*
Picus *ad Statut.Vrb.gloſ.7.n.12.& 289. reijcitur c.112.n.20. & ſeq.* *fol.129.*
Pinu *conſ.126. n.2. verſ. his tamen non obſtantibus, & conſ.127. per tot. exploditur c.121. n.1.* *fol.185.in fin.*
De Ponte *conſ.41.n.37. lib.2. refellitur c.130.n.7* *fol.229.*
Conſ.39.n.1.& ſeqq.lib.1.declaratur c.194.nu. 55. *fol.528.*
Conſ.25. lib.1.declaratur c.107. n.31. *fol.77.*
Conſ.80. n.5.lib.1. reijcitur c.111. n.32. *fol.119.*
Poſthius *de ſubhaſtat.inſpect.36. n.17. & ſeq. refellitur c.163. n.28.* *fol.387.*
Practica Papienſis *in forma libelli in actione confeſſoria verbo ſeruitus ſub n.7. verſ. ſecundò reprobatur c.172.n.7.* *fol.422.*
Purpuratus *conſ.433.ſub n.14. verſ.ſecundò quia exploditur c.127.n.12.* *fol.214.*
REbuffus *in proœm.conſtit.Franc.gloſ.1. n.76. refellitur c.160.n.9.* *fol.366.*
Riminaldus *Iun. conſ.398. nn.19. reijcitur c.172. nu.7.* *fol.422.*
Conſ.282. refellitur c.119.n.22. *fol.169.*
Ripa *in l.filius fam. § Diui n.83.ff.de legat.1. reprobatur c.160. n.9.* *fol.366.*
In Rubrica de pignor, & hypotheca n.6. exploditur c.139.n.17. & ſeq. *fol.271.*
In l.priuilegia n.1. ff,de priuileg. credit.commẽdatur c.138.n.4. *fol.266.*
Reſponſ.vnic.ſub tit.Cod.de donat. quę ſub modo declaratur c.195. n.10. *fol.65.*
De Peſte in princ.n.53. reijcitur cap.119 nu.22. *fol.169.*
Obſeruat.23. reprobatur c.141. n.29. *fol.282.*
Roccus *reſp.48. nu.6. & ſeqq. lib.2. declaratur c.194. n.55.* *fol.528.*
De Aſſecuratio notab.44. n.139. & ſeqq. reijcitur c.97.n.27. in fin. *fol.30.*
Rodericus *de ann. reddit.lib.1. qu.5. n.17. & ſeq. refellitur c.151.n.18. & 21.* *fol.325.*
Lib.2.c.17. n.28. commendatur cap.131. nu.20. *fol.235.*
Lib.2. qu.4. n.26. declaratur c.132.n.8 f.239. & n.9. *fol.240.*
Rodoerius *conſ.45. n.20. & ſeqq.reijcitur c.147. n.15.* *fol.303.*
Ad de Marinis reſol.6. reprobatur c.116. nu.4. in fin. *fol.149.*
Rolandus *de lucr. dot. qu.6. n.7. declaratur cap. 114. n.41.* *fol.141*
Conſ.70. n.21. lib.2. reprobatur c.112. nn.17. *fol.128.*
Conſ.71.n.39.lib.1.declar.c.103.n.21. *fol.58.*
Romanus *in l.qui ſuperſtitis ſub n.1.ff.de acq.hær.* de-

Digitized by Google

declaratur c.194. n.55. *fol.528.*

Conſ.22. nu.5. reprobatur cap.125. n.3.f.199.

Roſa *oonſult.67. n.9. exploduar cap.92. nu.11.* *fol.4.*

Conſult.7. n.54. & ſeqq. declaratur c.129. nu. 27. *fol.227.*

Conſult.7. n.51. et ſeq. reijcitur c.129. nu.30. *fol.227.*

Roſental *de Feudis cap.8. concluſ.22. num.3. et cap.9. membr.2. concluſ.73. nu.19. reijcitur c.117. n.9.* *fol.154.*

Rouitus *conſ.103. lib.2. communi Interpretum ſenſu reprobatur c.95. n.4. & 10.* *fol.20.*

Conſ.57. lib.2. exploditur c.111. nu.32. et 36. *fol.119.*

Conſ.23. n.21. lib.1. declaratur c.194. nu.55. *fol.528.*

Ruginellus *pract. quaſt. c.32. reprobatur cap.25. nu.3.* *fol.199.*

Ruinus *conſ.34. in fin. lib.5. declaratur cap.153. nu.7.* *fol.333*

Conſ.143. n.16. lib.4. declaratur, et refellitur c.160. n.19. *fol.367.*

Conſ.174. n.12. declaratur c.107. n.10. *fol.87.*

Conſ.197. n.6. et 8. lib.1. commendatur c.114 n.22. *fol.140.*

SAbellius *var reſolut. c.56. nu.31. et ſeqq. reprobatur c.146. n.9.* *fol.300.*

Sairus *in deciſ. caſ. conſcient. lib.5. tit.13. dec.17 reijcitur c.99. n.10. et ſeq.* *fol.37.*

Salas *de obligan. Iuſtit. dub.8 nu.15. reprobatur, et declaratur c.126. n.20.* *fol.206.*

Salicetus *in l. ſi pro ea C. mandat. refellitur c.104 n.61.* *fol.14.*

In l. ſi conſtante n.6. C. de donat. antè nupt. reijcitur c.114. n.16. *fol.139.*

In l. licet n.8. verſ. ſed quod congruum eſt Cod. locat. commendatur c.119. n.66. *fol.175.*

In l. fin. n.12. C. de Iur. Emphyt. exploditur cap. 125. n.3. *fol.199.*

Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.7. c.7. nu.38. declaratur c.194. n.108.* *fol 535.*

Lib.7. c.1. n.107. & ſeqq. explicatur cap.194. n.34. *fol.525.*

Lib.7. c.1 n.25. & ſeqq. & num.107. & ſeqq. declaratur c.194. n.55. *fol.528.*

De Matrimonio lib.6. diſp.32. nu.2. verſ. quia quantumcumque declaratur c.106. nu.31. *fol.77*

Sarmientus *lib.7. c.1. nu.6. & ſeqq. exploditur c.99. n.10. & ſeq.* *fol.37.*

Scaccia *de commerc. & camb. §.2. gloſ.5. n.425. reprobatur c.147. n.15.* *fol.303.*

§.1. p.1. n.298. reijcitur c.151. n.21. *fol.325.*

§.3. gloſ.3. nu.36. & ſeqq. exploditur c.99. nu. 10. & ſeq. *fol 37.*

Soccinus *Sen. conſ.176 ſub n.9. verſ. quinta difficultas lib.2. reproba-tur cap.159. n.21. & ſeq.* *fol.361*

Conſ.44. n.10. & ſeq. lib.1. commendatur cap. 120. n.4. *fol.178.*

Conſ.183. n 3 lib.2. declaratur c.194. nu.32. & ſeqq. reprobatur, & declaratur *fol.525*

Soccinus Iun. *conſ.35. lib.2. reijcitur c.114. nu 42. & ſeq.* *fol.141.*

Spada *conſ.62. lib.2. declaratur cap.191. num.14.* *fol.502.*

Conſ.296. n.2. lib.2. explicatur c.99. nu.14. & ſeq. *fol.38.*

Conſ.296. n.14. lib.2. explicatur cap.99. nu.21 *fol.39*

Conſ.12. nu.2. & duob. ſeqq. lib.2. declaratur c.193. n.7. *fol.513.*

Speculator *in tit de probat. §.1. nu.2. declaratur c.167. n.41.* *fol.405*

Staiban. Iun. *reſolut.181. n.52. & ſeq. lib.2. & reſolut.192. n.13. & ſeqq. lib.2. declaratur c.194 n.107.* *fol.535.*

Reſolut.22. lib.1. refellitur cap.107. num.31. *fol.77*

Reſolut.34. lib.1. reijcitur cap.102. num.4. *fol.51.*

Straccha *de aſſecurat. qu.31. n.2. verſ. item finge declaratur c.97. n.21.* *fol.29.*

Suarez *in l. quoniam in prioribus in declarat. leg. Regn. in 4. limit. n.10. fol.155. declaratur c. 194. n.108.* *fol.535.*

Surdus *Conſ.43. declaratur c.160. n.21. fol.367.*

Conſ.225. explicatur c.164. n.24 *fol.367.*

Conſ.521. num.3. reijcitur cap. 160. num.9. *fol.366.*

Conſ.413. n.18. declaratur cap.153. num.11. *fol.334.*

Conſ.334. num.12. declaratur cap.153. num.7. *fol.333.*

Conſ.507. num.8. exploditur cap.119. num.22 *fol.169.*

Conſ.126. num.12. declaratur c.176. num.16. *fol.434.*

Conſ.133. nu.18. & ſeqq. declaratur cap.194. n.107. *fol.535*

Conſ.403. nu.46. reprobatur c.109. nu.12. & ſeq *fol.104. & ſeq*

Conſ.29. nu.22. & 24. reprobatur c.141. n.20. *fol.282.*

Conſ.39. num.26. declaratur cap.103. num.18 *fol.58.*

In eodem conſ.39 n.26. verſ. poſtremò declaratur c.143. n.35. *fol.290.*

De aliment. tit.9 qu.11. nu.19. & ſeq. exploditur c.151. n.21. *fol.325.*

TAppia *in Pragm.1. tit. de liter. camb. lib.4. Iur. Regni refellitur c.93. n.21.* *fol.10.*

Theodorus *alleg.1. n.70. & ſeqq. declaratur cap 194. n.107.* *fol.535.*

Theſaurus *lib.2. quaſt. forenſ.90. n.3. & ſeqq. declaratur c.194. n.107.* *fol.535.*

Lib.1. quaſt 90. explicatur cap.116. num.15. *fol.150.*

Lib.2. qu.65. num.4. reijcitur c.112. num.14. *fol.128*

Lib.2. q.75. n.4. exploditur c.114. n.16. f.139

Lib.3. qu.77. num. reijcitur cap.181. num.31. fol.457.
Theſaur. Iun. *in add. ad deciſ. Patris 150. reprobatur c.136. n.29.* fol.257.
Tiberius *in Prax. lib.2. c.13. n.28. exploditur cap 141. n 29.* fol.282
Tiraquellus *de retract. ligniag. § 1. gloſ.13. nu.2. refellitur c.160. n.6.* fol.365.
De Retractu conuent. ad fin. nu.36. reijcitur cap. 114. n.3. & ſeq. fol.137.
Cardinalis Toletus *in Instruct. Sacerdot. cap.41. nu.3. reijcitur c.99. n.10. & ſeq.* fol.37
Tondutus *lib.1. quaſt. ciuil c.45. nu.18. & ſeqq. & n.21. reprobatur cap.112. nu.13.* fol.127. *& n.14.* fol.128.
Lib.1. reſolut. ciuil 21. n.18. & ſeq. declaratur c.137. n.23. fol.262
Lib.1. qu. ciuil. c.29. n.7. declaratur c.130. nu. 31. fol.236.
Torre *de pact. futur. ſucceſſion. lib.2. c.25. n.102 & 105. declaratur c.194. n.34.* fol.525.
Trentacinq. *var. lib.3. tit. de fideiuſſor reſolut.5. nu.6. reprobatur c.104. n.14.* fol.61.
Lib.3. tit. de pigno. reſolut.9. n.26. reijcitur cap 111. n.32. fol.119.
Turri *de cambijs qu.16. nu.67. & ſeq. declaratur c.92. n.25.* fol.5.
Turrianus *diſp.58. dub.8. nu.7. & ſeq. reijcitur c.159. n.20.* fol.361.
VAlaſcus *de Iur. emphyt. qu.27. num.47. in princip. verſ. ſed hæc leuia ſunt reprobatur c.119. n.64.* fol.174.
Quaſt.43. in fin. reijcitur cap.117. numer 9. fol.154.
Epiſc. Valenzuola *conſ.75. n.17. & ſeq. refellitur c.125. n.3.* fol.199.
Vaſquez *controu. 82. n.17. lib.2. declaratur cap. 167. n.41.* fol.405.
Vbaldus *de duobus fratribus p.5. nu.3. verſ. an verò declaratur c.100. n.16.* fol.43.
Velaſcus *de priuileg. pauper p.3. qu.8. n.77. reprobatur c.108. n.36.* fol.99.
Venturinus *conſ.14. commendatur c.108. n.29.* fol.98.
Vermigliolus *conſ.413. n.3. declaratur cap 99. n.14. & ſeq.* fol.38.
Conſ. 289. exploditur c.159. n.10. fol.359.
Villar. *Silua reſponſ. lib.2. reſp.16. c.3. num.17. reprobatur c.108. n.36.* fol.99.
Viuius *commun. opin. concluſ.830. nu.4 & ſeq. refellitur c.162. n.24.* fol.379.
Vrceolus *de tranſact. qu.41. n.14. reprobatur cap. 126. n.62.* fol.210.
Vuames *conſ.11. ſub nu.14. verſ. ſi tamen cent.3. reprobatur c.112. n.18.* fol.128.
ZAcchia *ad Galler. de obligat. Camer. p.3. tit. de perſon. peccat. exequt. nu.2. reijcitur cap. 104. n.14.* fol.61.

Deciſiones diuerſorum Tribunalium

Declaratæ, vel Reprobatæ.

AFflictus *dec.34. reprobatur cap.151. nu.18.* fol.325.
Deciſ.62. num.11. declaratur cap.162. num.24. fol.379.
Deciſ.218. num.2. declaratur cap.103. num.18. fol.58.
Dec.238. ibique Vrſill. reijcitur vti ſibi parum conſtans, & declaratur cap.125. n.3. fol.199. *& n.5.* fol.200.
Dec.291. refellitur c.116. n.22. fol.151.
Dec.311. exploditur c.112. n.17. fol.128.
Dec.353. reprobatur c.93. n.21. fol.10.
BArzius *dec. Bonon.25. nu.68. declaratur cap 194. n.32. & ſeqq.* fol.525.
Dec.76. n.14. & ſeqq. explicatur c.103. nu.21. fol.58
Boerius *dec.22. nu.13. verſ. & iſta reijcitur cap. 114. n.2. & ſeq.* fol.137.
Deciſ.23. num.79. declaratur cap.135. nu.14. fol.250.
Deciſ.249. num.10. reijcitur cap.119. num.22. fol.169.
Borgogninus *dec.10. p.2. commendatur c.101. n.28* fol.49.
CAcheran. *dec.98. n.11. declaratur cap.194. n.55.* fol.428.
Capyc. *dec.10. n.19. explicatur cap.151. num.24.* fol.326.
Dec.33. n.3. verſ. ſecundò facit declaratur cap. 153. n.11. fol.334.
Dec.65. reijcitur c.116. n.22. fol.151.
Dec.115. communi Interpretum ſenſu reprobatur c.194. n.93. fol.533
Capycius Latro *dec.16. nu.5. declaratur cap.137 n.21.* fol.261
Dec.25. nu.27. & ſeq. refellitur c.147. nu.15. fol.303.
Dec.38. n.41. & ſeq. declaratur c.182. nu.16. fol.463.
Dec.70. n.43. verſ. ad tertium declaratur c.107. n.10. fol.88.
Dec.116. n.20. & ſeq. ibique Gizzius refellitur c.132. n.2. fol.239
Deciſ.196. num.25. exploditur. cap.92. nu.11. fol 4.
Caſtillus *dec.5. nu.37. & ſeqq. dec.17. ſub nu.22. commendatur c.137. n.28.* fol.262.
Deciſ.106. num.16. reijcitur c.107. nu.11. & ſeqq. fol.88

Dec.

Digitized by Google

*Dec.*115. *n.*10. *communi Interpretum ſeu ſu reprobatur c.*194 *n* 93. *fol.*533.
*Dec.*119. *n.*5. *& ſeq. declaratur cap.*102. *nu.*4. *fol.*51.
*Dec.*201, *lib.*3. *declaratur cap.*194. *num.*94. *fol.*533.

Cornazzanus *deciſ. Lucern.*2. *declaratur c.*103. *n.*23. *fol.*58.

FOntanell. *dec.*55. *n.*8. *refellitur c.*106. *n.*32 *fol.*78.

De Franchis *dec.*23. *nu.*4. *& ſeq. commendatur c.*134. *n.*13. *fol.*247.
*Dec.*30. *reijcitur c.*117. *n.*2. *fol.*153.
*Dec.*55. *n.*7. *declaratur c.*130. *n.*31 *fol.*236.
*Dec.*67. *num.*4. *declaratur cap.*194. *num.*107. *fol.*535.
*Dec.*84. *refellitur c.*112. *n.*17. *fol.*128.
*Dec.*105. *explicatur c.*106. *n.*32. *fol.*78.
*Dec.*245. *refellitur, & declaratur c.*141. *nu.*29 *fol.*282.
*Dec.*266. *declaratur c.*178. *n.*13. *fol.*440.
*Dec.*3[illegible]3. *refellitur c* 92. *n.*11. *fol.*4.
*Dec.*366. *n* 11. *& ſeq. declaratur c.*182. *nu.*22. *fol.*463.
*Dec.*482. *declaratur c.*163. *n.*29. *fol.*387.
*Dec.*588. *reijcitur c.*163. *n.*29. *fol.*387.
*Dec.*489. *num.*29. *declaratur cap.*118. *num.*14. *fol.*159.
Dec. 677 *nu.*7. *verſ. poſt tamen ſcripta reijcitur cap.*11. *n.*34. *fol.*119.

GAmma *deciſ.*355. *exploditur cap.*11. *nu.*34. *fol.*119.

Rotæ Genuæ *dec.*168. *n.*16. *& ſeqq. commendatur c.*134. *n.*23. *fol.*248.
*Dec.*14. *n.*44. *& ſeqq. extollitur cap.*102. *n.*12. *fol.* 52

Giurba *dec.*25. *n.*10. *refellitur cap.*164. *num* 5. *fol.*365.

Gizzarellus *deciſ.*1. *reprobatur cap.*108. *nu.*36. *fol.*99

Guidon.Papa *dec* 411. *declaratur cap.*178. *n.*13. *fol.*440.
*Dec.*565. *n.*3. *reijcitur c.*114. *n.*2. *& ſeq. f.*137. *& n.*16. *fol.*139.

MOnterus *dec. Aragon.*14. *num.*42. *& ſeq. declaratur c.*103. *n.*21. *fol.*58.

RAudenſis *dec. Piſana* 4. *nu.*103. *&* 108. *refellitur c.*93. *n.*21. *fol.* 10.

Ricuerterius *dec.*499. *reijcitur cap.*104. *num.*14. *fol.*61.

Rouitus *dec.*75. *refellitur c.*116. *n.*11. *fol.*149.
*Deciſ.*75. *num.*16. *reprobatur cap* 116. *n.*14. *fol.*150.

SAnſelicius *dec.*121. *n.*7. *declaratur c.*132. *n.*8. *&* 9. *fol.*240.
*Dec.*129. *n.*8. *& per tot. exploditur c.*111. *nu.*32. *&* 36. *fol.*119.
*Dec.*509. *n.*3. *& ſeqq. exploditur c.*125. *nu.*13 *fol.*201.

Surdus *dec.*164. *num.*14. *ibique Hodiern. in fin. reijcitur c.*112. *n.*7. *&* 8. *fol.*126
*Dec.*239. *refellitur cap.*167. *num.*15. *& ſeq. fol.*402.
*Dec.*322. *n.*2. *&* 67. *expenditur, & declaratur c.*106. *n.*65. *fol.*82.
*Dec.*324. *num.*8. *exploditur cap.*106. *num.*27. *fol.*76.

THeſaurus *dec.*43. *n.*5. *declaratur cap.*118. *nu.*14. *fol.*159.
*Dec.*197. *n.*3 *explicatur c.*133. *n* 10. *fol.*243
*Dec.*207. *num.*3. *enucleatur cap.*182. *num.*3. *fol.*461.
*Dec.*223. *num.*12. *reijcitur cap.*112. *num.*17. *fol.*128.

VIuius *dec.*448. *num.*7. *declaratur cap.*162. *num.*24. *fol.*379.

De XArt *dec. Sardiniæ* 7. *declaratur cap.*108 *nu.*32. *fol.*98

KOppen. *dec.*12. *n.*2. *reprobatur c.*167. *n.*15. *& ſeq. fol.*402.

DECISIONES ROTÆ ROMANÆ DECLARATÆ,

Vel in dubium reuocatæ.

DIuerſor. *dec.*332. *p.*4. *ad eſamen reuocatur c.*157 *n.*9. *fol.*351.

In recentior. dec 322. *n.*7. *p.*1. *commendatur cap.*194. *n.*111. *fol.*536.
*Dec.*587. *n.*4. *& ſeq. p.*1. *declaratur c.*194. *nu.*32. *& ſeq. fol.*525.
*Dec.*946. *part.*1. *commendatur cap.*190. *n.*16. *fol.*494.
*Dec.*218. *part.*2. *laudatur cap.*190. *num.*16. *fol.*494.
Dec 520. *n.*4. *verſ maximè quando part.*2. *declaratur c.*133. *n.*10. *fol.*243.
*Dec.*149. *nu.*2. *p.*3. *commendatur c.*103. *nu.*4. *fol.*56.
*Dec.*149. *p.*3. *explicatur c.*103. *n.*16. *fol.*57.
*Dec.*380. *nu.*1. *part.*3. *declaratur cap.*101 *nu.*31. *fol.*49.
*Dec.*743. *n.*6. *p.*3. *in dubium reuocatur c.*134. *n.*4. *fol.*246
*Dec.*293. *p.*4. *tom.*2. *explicatur cap.*110. *n* 35. *fol.*112.
*Dec.*681. *n.*6. *& ſeq. tom.*3. *declaratur cap.*133 *n.*11. *fol.*243.
*Dec.*229. *nu.*4. *p.*5. *declaratur cap.*154. *nu.*10. *fol.*338.
Dec 543. *nu.*31. *& ſeqq. p.*5. *explicatur c.*194. *n.*55. *fol.*528.
*Dec.*8. *n.*8. *p.*6. *enucleatur c.*103. *n.*18. *fol.*58.
Dec. 8. *n.*7. *& ſeq. p.*6. *declaratur c.*143. *n.*35 *fol.*290.

Dec.

Digitized by Google

ELENCHVS

Dec.70.n.2.& ſeqq.p.6. declaratur cap.95. n.12. *fol.20.*
Dec.127.p.6.explicatur c.106. n.17.fol.74. & n.33. *fol.78.*
Dec.199.n.6. & ſeq.p.6. declaratur c.133.nu. 10. *fol.243.*
Dec.203.nu.8.part.8. declaratur cap.106. nu. 33. *fol.78.*
Dec.32.p.9. explicatur c.194.n.51. *fol.*
Dec.151.nu.10.& ſeq.p.9. explicatur c.117. n.10. *fol.154.*
Dec.183.part.9. declaratur cap.174. num.18. *fol.304.*
Dec.67.n.22.& ſeq. p.10.declaratur cap.154. n.10. *fol.338.*
Dec.25.p.11. explicatur c.114.n.37.fol.141.
Dec.49.n.17.& duob.ſeqq.p.12. declaratur c.151.n.15. *fol.354.*
Dec.222. n.1. & ſeq.p.12. explicatur c.194. n.53. *fol.*
Dec.145.& dec.314.p.13.explicatur c.110. n.17. *fol.111.*
Dec.289.n.20.p.13.declaratur c.153.nu.30. *fol.336.*
Dec.322.& 330.p.13.commendatur cap.159. nu.9. *fol.359.*
Dec.357.p.13. declaratur c.114.n.37.f.141.

DECISINES ROTÆ ROMANÆ IMPRESSÆ PENES AVCTORES
In Tractatibus, ſiue Conſiliis.

Dec.495.poſt Cenc.de Cenſ.explicatur cap.128. n.16. *fol.221.*
Dec.476.poſt eumdem Cenc. refellitur, & declaratur c.229. n.27.& ſeq. *fol.227.*
Dec.306.n.3.poſt eumdem Cenc. reijcitur cap. 160.n.4. *fol.364.*
Dec.368.n.2.& 369.nu.1.poſt eiuſdem Cenc. declaratur c.130.n.12. *fol.234*
Dec.369.& 559.nu.18.& ſeqq.poſt Cenc. de Cenſ.declaratur c.130.n.31. *fol.236.*
Dec.414.n.8.poſt eumdem Cenc. reprobatur c. 151.n.18. *fol.325.*
Dec.72.poſt Fenzonium ad Statut. Vrbis explicatur c.114.n.37. *fol.141.*
Dec.20.n.3.& ſeqq.poſt Mangil. de ſubbaſtat. declaratur c.133.n.11.& ſeq. *fol 243.*
Dec.65.n.2.poſt eumdem Mangil. de ſubbaſtat. refellitur c.160.n.27. *fol.367.*
Dec.87. poſt Merlinum de legitima declaratur c.117.n.17. *fol.155*
Dec.69.poſt poſt Fenzon. ad Statut.Vrb.expenditur c.160.n.11. *f.366.*
Dec.36.poſt Oleam de ceſſ.Iur. reprobatur, illaque Autore patrocinante fuit reuocata per Rotam in recent. dec.224.p.15.& dec.393. p.16.c.130. *f.228.*
Dec.11.n.5.penes Viuian. de Iur.patronat. expenditur c.167.n.25. *f.403*
Dec.16.n.12.& tribus ſeqq.poſt Pacific. de Saluiano declaratur c.102.n.21. *fol.53.*
Dec.12.n.13.& ſeqq.poſt eumdem Pacific.de Saluian. declaratur cap.
Dec.22.n.8.& ſeqq.penes Picum ad Statut. Vrb. in dubium reuocatur cap.110.nu.10. *fol.110.*
Dec.38.poſt Picum ad Statut.Vrb. declaratur c.160.n.11. *fol.366.*
Dec.150.167.& 224. penes Poſthium de ſubbaſt. declaratur c.102.nu.21.fol.53.& cap. 153.n.7. *fol.333.*
Dec.9.n.9.& ſeqq.poſt tract.Poſthij de manut. explicatur c.154.n.10. *fol.339.*
Dec.31.& 32.penes Turri de camb. commendatur c.101.n.15. *fol.48*
Romana literarum cambij 11. Decembris 1602. coram Card. Arigonio impreſſa penes Marcheſ.de Commiſſ.§.2.fol.877.expenditur cap 1.n.13. *fol.4.*
Romana literarum cambij 1.Februarij 1630. coram Motmanno penes de Marinis 258. lib.1. expenditur c.104.n.21. *fol.17.*
Bononien. alimentorum 28. Martij 1594. coram Penia impreſſa poſt Giouagn. conſ.37. lib.2. expenditur c.111.n.14. *fol.117.*
Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſulis coram Card.Lancellotto penes Viuian. de Iurepatr. lib.4.c.1. poſt n.71. declaratur c.193.n.7. *fol.513.*
Peruſina exequtionis 8. Decembris 1595.coram Penia impreſſa poſt Marcheſan. de conneſſ. fol.114.p.3. Laudatur c.163.n.24. *fol.58.*
Romana Societatis de Rotignis 16. Iunij 1645. §. quia eum inter partes coram Reu.Ghislerio penes de Marinis c.207.n.2.lib.2. expenditur c.104.n 3. *fol.14.*

DECISIONES IMPRESSÆ PENES RR. ROTÆ AVDITORES.

BIchius *dec.52.nu.9. declaratur c.194. nu.53* *fol.528.*
Dec.49.nu.12.& ſeq.explicatur c.103.nu.18 *fol.58.*
Dec.297.n.29.declaratur c.151.n.24. fol.326.
Dec.586.n.13.explicatur c.194.num.13. & ſeqq. *fol.525.*
Dec.625.n.3.declaratur c.194.n.53. *fol.528*
Dec.747.n.8.& ſeq. commendatur c.103.n.23 *fol.58.*
Buratt. *dec.49.n.12.& ſeq.explicatur c.103.nu. 18.* *fol.58.*
Dec.343. declaratur c.192.n.23. *fol.511.*
Dec.510. explicatur c.194.n.54. *fol.528.*

Dec.

Dec.514. declaratur c.100.n.12. fol.42
Dec.576. explicatur c.194.n.53. fol.528.
Dec.861. declaratur c.108. n.43 fol.100.& nu 46. fol.101.

Carillus dec.166.nu.13.declaratur c.130.nu. 31. fol.236.
Cardinalis Caualerius dec.393. nu.5. in dubiũ reuocatur c.110.n.8. fol.110.
Dec.484. enucleatur c.143.n.35. fol.290.
Cardinalis Celſus dec.2. nu.8. declaratur c.100. n.16. fol.43.
Dec.302.n.15. explicatur c.137.n.23.fol.262
Cardinalis Corrus dec.67.declaratur c.114.nu. 37. fol.141.
Dec.215. explicatur c.127.n.18. fol.214.
Dec.344.n.17.& ſeq. enucleatur c.194. n.72. fol.530.
Dec.485. declaratur c.106. n.33. fol.78.
Dec.772.n.6. & ſeq. in dubium reuocatur cap. 128.n.32.& ſeq. fol.222.
Coccinus dec.70. nu.3. explicatur cap.99. num. 14. & ſeq. fol.38.
Dec.1898. Autore in contrarium ſcribente,fuit reuocata coram Priolo dec.82,inter eius impreſſas c.136. fol.254.& ſeqq.

Dunozett, lun.dec.869. n.12.declaratur cap. 130.n.12. fol 234.
Dec.858. ſub n.4. verſ.neque obſtat declaratur c.130.n.31. fol 327.
Duran dec.52.nu.10. reuocatur in dubium cap. 160,n.4. fol.364.
Dec.178.n.30.declaratur c.135. n.14. fol.250.

Lvdouiſius dec.5 declaratur c.114.n.36.f.141
Dec.5.n.4 explicatur c.114.n.38. fol.142.
Dec.5. ibique add. in dubium reuocatur c.114. n.38. fol 141.
Dec.21.declaratur,c.114.n.37. fol.141
Dec.68.n 5. explicatur c.130.n.31. fol.236.
Dec.93. explicatur c.118.n.28. fol.161
Dec.193. declaratur c.163.n.30. fol.387.

Dec.511.n.12. in controuerſiam reuocatur cap. 127.n.12. fol.213.

Merlinus dec.32. nu.15. commendatur, & defenditur c.115. n.2.fol.143. & num.6. fol.124.
Dec.515. explicatur c.106.n.32. fol.78
Dec.611. n.7. laudatur c.103.n.24. fol.58.
Dec.798. in dubium reuocatur, vtpotè non continens deciſionem Tribunalis, ſed potiùs aſſerens id, quod firmat ex mente alicuius ex Reu. Auditoribus c.193.n.13. fol.514.
Dec.894. n.3. laudatur c.194. n.36. fol.526.
Cardinalis Millin. dec.186. n.6. declaratur cap. 99.n.14. & ſeq. fol.38.
Dec.186. n.1. explicatur c.99. n.21. fol.39.
Cardinalis Ottobonus dec.55. declaratur c.147 n.18. fol.304.
Penia dec.1114. & 1157. explicatur c.162.n.17. fol.378.
Peutingerus dec.147. n.11. declaratur c.103. nu. 18. fol.58.
Dec.292. n.9. declaratur c.143.n.35. fol.290.
Dec.406. explicatur c.106.n.33. fol.78.
Dec.376. nu.13.& duob. ſeqq. declaratur cap. 154. n.10. fol.339.
Puteus dec.233. n. 3. p.3. explicatur c.151 n.24. fol.326.

Remboldus dec.448. n.1. & 3. dec.459.n.3. declaratur c.194. n.104. fol.534.
Royas dec.50.n.11. in dubium reuocatur cap 167. n.23. & ſeq. fol 403.
Cardinalis Seraphinus dec.271.ſub n.6.verſ.ideò ſuccedit declaratur c.151. n.24. fol.326
Dec.946. explicatur c.95 n.12. fol.20.
Dec.1063. n.7. declaratur c.120. n.57.fol.184
Card. Seraph. votum impreſſum inter dec. diuerſ. 333.p 4. ad examen reuocatur cap.157. n 9. fol.351.

Vbaldus dec.315. nu.4. in dubium reuocatur c.134. n.4. fol.246.

DECISIONES ROTÆ ROMANÆ, QVÆ NON REPERIVNTVR IMPRESSÆ.

Conchen. decimarum 31. Maij 1617. coram Patriarcha Manzanedo
In dubium reuocatur c.167. n.23. & ſeq.f.403.
Conchen decimarum de Belmonte 14. Febr.1628. § quia vltrò quòd coram Pirouano commendatur c.167. n.29. fol.403.
Romana cenſus, ſeu repetitionis indebiti 2.Martij 1671. §.quo verò coram Reu.Albergato expenditur c.130. n.3. fol.237.
Romana computorum 23.Martij 1618.coram Coccino expenditur c.146. n.7. fol.300.
Romana fideicommiſſi 13. Aprilis 1668. §. nec obſtat, & ſeq. & 27. Maij 1669. §.nec meretur coram Reu. Calatauũ declaratur cap. 194 n.54. fol.528.
Romana hæreditatis 23. Martij 1685 coram Reu. Roudanino, cuius pendet reuiſio,in controuerſiam deducitur c.194. n.31.& ſeq. fol.525.
Romana literarum cambij 13. Aprilis 1646. §.nõ obſtat, quod Coccapanius in fin. coram Reu. Ghislerio expenditur c.104. n.16. fol.16.
Romana Maioratus,ſeu Primogenituræ de Cæſarinis 17. Iunij 1686.coram Reu.Albergato & 16. Ianuar. 1687.coram Reu. Emerix Decano in dubium reuocantur c.194. per tot. fol.519.
Romana pecuniaria de Columna 11. Dec.1615.corã Card.Sacrato expenditur c.146.n.7 f.300
Romana prælationis 16. Februarij 1618. §. conſiderabant coram Card. Sacrato commendatur cap.125.num 17. fol.201.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google